R. 18140

147

Anthiochena cui apostca ubi ⁊ nomen ca ⁊ ignoti nris ca ⁊ — 601

nũ vindicãda martiriũ nrorũ: & grie deo ⁊ ea augẽde ⁊ spiritũ s. in assertu do — 623

nertarij ob crimẽ diaconi abstulit ⁊ iniuriarũ ⁊ da ⁊ secuti ⁊ facto — 623/624

theophroni discipuli cunomij et aliorũ hereticorũ inepte et dissensiones — 626.

figurã rei secuti ⁊ brãlium: suũ liberi agere nõ est ⁊ ut apti ad diuinos pertineãt — 629/630.

locuti ⁊ ꝓbãre dignãdea ea ⁊ scripti sunt a patres et ⁊ — 632/633

nimia varietas fucãdi quadrage ⁊ que a diebus dominicis ⁊ trahenda alias cereno

nias ⁊ de alleluya semel cathol. apocalipsis petri pauli ⁊ de conjugio sacerd — 634.

tẽpore ⁊ de cõmunib ⁊ lectionib ⁊ — 636/637

sinij facta dñi — ꝑcũ dñi nostri ⁊ — ⁊ de geni dox — 649

nacionis ⁊ — — ꝓcepti ad thes — inuocatione efficax — 651.

epiphanij mu — — — ꝓ mu — ifestãdã ecclie nr ⁊ ihesu — 652.

dcatij epi — — — ⁊ — 652/653.

capte joh. bap — — inuẽte ꝓtũ et alia ⁊ sanctorũ reliquie

cuius facta dicte nũ gsonat: simulator et ⁊ accusator. nũ doctor. ⁊ eunomiũ — 658/659

jobanne chrisos mi cuius nitebatur ⁊ fuit studiũ — 660/661.

chrisos multa dixisse: nã ⁊ morbo regio laborantib amarũ est — 662

miraculũ circa dñ — ⁊ — ⁊ manibus seruentiũ sabat — 668

ꝑ ⁊ nudie nũ in ea — — ⁊ mittit ut mortẽ diceret — 669

epiphanij et chrisos — mutuo ⁊ dicãt sibi futura et ne vaticinat — 677.

milanũ int — nefer — ⁊ morit — — 681.

chrisos — angelo ea ⁊ — ⁊ fuit cõmendat ab ea discedẽs — 684

chrisos — olimpiadi eterno — ꝓfuit ⁊ — ⁊ — 688 ⁊

rigenini est: illo jure distribuẽda — dispias chrisos — quod terra paulo — 694

porphirius pessimi ⁊ qui turpitu — — uiere et suaue — 699

clades et adusa — — facta. post morte chrisos: ob ⁊ — 701/702.

mors eudoxe et imperatoris et aliorũ ⁊ — 703/704

ad solũ pectus exhorrescẽs ⁊ chrisos ⁊ — die exaltationis crucis dixit: ⁊ — ⁊ in

dugusta ea nõ parũ exedar.

impia ꝑ pietẽ — — cõsurgit ⁊ pulcheria — virago soror theodosij — 707/708

vita theodosij — — ⁊ — — ꝑ — — — 712.

gerontius et alarũ amicũ et — — ⁊ uxore et — — — 718

in meto zacharie ⁊ — : qui et sa — — ⁊ — — — 717/718

que gamaliee ⁊ — — filius sepelierunt ⁊ — — — 722.

judeus in — — — — — — — — — 725

an rete civilly — — — — — — — — 726

miseria — — — — — — — — — 727

xanũ et x. et — — — — — — — — 728

miraculũ circa — — — — — — — — 729/730

cabbas an discrete — — — — — — — — —

exquisita — — — — — — — — — 734

pulcheria soror — — — — — — — — 739/740

civilly — — — — — — — — — 741.

an ⁊ — — — — — — — — — 743/744

nestorij — — — — — — — — — 745.

canone — — — — — — — — — 749.

theodorus — — — — — — — — — 753

prochy — — — — — — — — — 754/755

straglatũ — — — — — — — — — 756/757

epõs ex — — — — — — — — — 758

400846

miraculum vestitus corporis dñici — martiris sine sanguine ⁊ ignoti — R. 18140

sto — de 7. dormientib (maxim) tremen ⁊ miraculi quo — ⁊ arti vita

a — ephena — sinadꝫ ꝑdatoria dicta ⁊ quorũ sit basta et donaria — ẽ

ypologia — ⁊ deos calumniãdo fuit ob diuisas hereses ⁊ quas tu neue — est ẽ

inã ghias ut — — — — — — — — — —

ipas — ⁊ — legen ⁊ audorie augueꝝ dig — opa — — — 771.

meos angelꝫ in carne ⁊ — — — — — — — —

bea ⁊. — — — — — — — — — 772/1.

a sctoꝝ muri — — — — — — — — — 774.

ultimi — — — — — — — — — 774/775

accusa — — — — — — — — — 776.

ionathas — — — — — — — — — 776

sinesius — — — — — — — — — 778/779

epõs / ⁊ sacerdotẽ ad — — — — — — — — 780/781.

iuuat — — — — — — — — — —

ecl. — — — — — — — — — —

ꝑdigia martiam — — — — — — — — 787/788

calle — — — — — — — — — 789/790

dig — — — — — — — — — 799/800

leo ⁊ — — — — — — — — — 807/808

dispn — — — — — — — — — 808

vlev — — — — — — — — — 810.

gratia — — — — — — — — — 813

ꝺ — — — — — — — — — 832

sancta — — — — — — — — — —

flamitꝫ — — — — — — — — — 839/841

xenarꝫ — — — — — — — — — 845

theodosij — — — — — — — — — 850.

symbalũ — — — — — — — — — 853.

ꝺ — — — — — — — — — 854

mucio — — — — — — — — — 856

pmotarchia — — — — — — — — — 861/862

— — — — — — — — — 867.

— — — — — — — — — 868/869

— — — — — — — — — 871/872

— — — — — — — — — —

— — — — — — — — — 875/876.

— — — — — — — — — 883

— — — — — — — — — 885

— — — — — — — — — 890

— — — — — — — — — 891/892

— — — — — — — — — 893.

— — — — — — — — — 897/898

— — — — — — — — — 900/901.

— — — — — — — — — 906/907

Anthiochena cui apostata ibi ſ. nomen fa[ciens] ſcripſerit nihil — 622
Nō vindicēda martiū mors: & grie deo ſ. ea agēte & pſuſa n. in aſſertu do[ctrine] — 623
Nectarij ob errōne dictōni absolute ꝓſbiteriū ꝑmittentiū ſ. ſequuti & facta — 623/624
Theophroni ſigaſuli eunomij et aliorū hereticorū ineptie et ſubſtitutiones — 626
Figura rei ſcripſit: Vbra luci: fuit ſeruis libertis cedere nō licet: ſi aſſi de diſcipli ꝓſbiteriū — 629/630
Locutis ſit de hac re ſigismūdus ſcā: ſcōs doctōr aſſerit &c. — 632
Prima varietas fuādi quadrage: ſ. que adibus diſcipulorū: et aliis alias ceremo[nias] — 632/633
nias &c. de alleluya ſeu de cathar: apocalipſis ſcōti pauli: ſ. de cōiugio ſacerd[otis] — 634
ti epiſc: de cōdēnibus lectionibus &c. — 636/637
Siſinij facetia dicti [illegible] deriſorum: & ſpecies de genere box — 639
Ne accedamus ſimulacris ſ. de ꝓfectu ad thea: ſint imitatores eſtote &c. — 649
Epiphanij mōachi: ne credere bonū mōachū fictis & occultis ſuſpitionibus — 651
Acatij epi mā[illegible] ſ. epiſc: quadrage — 652
Caſſe ioh. bap. ubi inuenta poſtea: et alia ſcōrū reliquie — 652/653
Cuiuſ facta deſcō nō gſonat: ſimulator et ſui accuſator: nō doctor: & eccmonii — 658/659
Johānes chriſoſt mi: cuius vite ſcriptum fuit ſtudioſe — 660/661
Chriſoſt. ſ. multa digeſſerat: nā ſine morbo regio laborantibus amarū eſt — 662
Miraculū circa do[illegible] cuſtodis cuiusdā ſ. in manibus ſanctū ſabat[i] — 668
Pſalmodie vī in ecā huc miſſū ut mōte diceret — 669
Epiphanij et chriſoſt mutuo ſe cauti ſibi vetera et ſue vaticinia — 677
Milanū inundās nequeū — epiſ mortū an ſeruatū — 681
Chriſoſt. ſ. angelo ecē ſ. oſtū fuit cōmendati ab ea diſcedēs — 684
Chriſoſt. ſ. oliuiadi clemoſinā ſine modo ſcribit: clemoſine ſecundū ſcripturā ꝓbate — 688
rie ſinuiri eſt: illo iure diſtribuēda: ſ. diuitias chriſoſt. quod ſecus paulo — 694
Porphirius peſſimus epiſ quū turpiter nequiuiſſet viuere et fugere cōfeſſi — 701/702
Claues et adūſa mōaſteria ſecuta poſt mortē chriſoſt: ob eius ſcripta auctoritatē — 703/704
morientes et imitatores et auctores eius — 705/706
Ad ſolū petū exhortatio ſ. chriſoſt. in die exaltatōis crucis dicit: ſ. eius in[illegible]
duſtria ecā nō parui eſtimandi.
Impia ꝓ pietate poſita cōſtituit & pulcheria opta virago ſoror theodoſij — 707/708
Vita theodoſij — patris &
Gerontius et alarici amici et ꝓpinquus ſuus reuocat ad vitā — 712
Vxore et ſuos occidit ne cōburerent ab illis — 715
Miracō zacharie ꝓphē: qui et ſa cerdos fuit & miracō ſtephani ꝓthomartiris — 717/718
que gamaliee ejus filius ſepelierat &
Judeus in ecā baſi[illegible] ſanat[us] a paraliſi: & cōfeſſ mira[illegible] multitudo nō fidei — 722
Jam recte civilla ſanctū ꝓ martire luctū nō ne — 725
Miſera mors hipatie longe et ſortilege femine ſtarino judeo in puteū — 726
Januū et x et crucem — 727
Miracula circa judeū ſepe baſi iterate: ſ. et gigra diuiſe et apud indos exhi[illegible] — 728
Adbas an diſcrete ignē teplū que igne magi ipſe adorāt deſtruxerit — 729/730
Exquiſita martirū forma & taleū nā occultāda &c. — 734
Pulcheria ſoror theodoſij impij da brāzy ſubſcriptoes & iniuſticia notauit — 739/740
Civilla epc[illegible] & attici vtrūq clericū deſcripti in catalogo epōrū nō veteſtā — 741
Qui ꝓ ſepe ꝓpter fuere & viſſione dei moriū civilla mutauit ſententiam — 743/744
Nectarij m. ſ. cautione inſolentia boa & error illig et anaſtaſij & loca i. ioh. — 745
Canones quartus & vltimus ſpūs qui ſedi x & — 749
Theodoritus in deſcō in cyrillū et 12 capitula ejusdē epiſtole: in fauore ioānis antiocheni — 749
Procli epi cōſtantinopolitani ſ. ſuas epiſtas & theodoſius mittit & et proclus — 753
Traſlatū in diuinis et nō boletū eſt: ꝓmutauit et traſlato aiatoꝝ et boletū cū hec nō ſint — 754/755
Epiſtē ex eccā in aliā bñ illa cauſa vtilit: ſuor dicūt canones — 756/757
Oſtenduntur ſeſ. hō uel demō ut occidat plures iudeos & burgēſiones ad fidē & cōuerſi — 758

Miraculum reductū corporis dñici martiris ſine ſanguine & ipſe cum ſ. — 1814
Chriſto[illegible] ſc. 7. dormiebāt (maxim) treueris / miraculū quo eſtatū ſ. ariani vinci.
2a epla ſimachi ꝓdatoria dicta & quoꝝ ſit vaſta et donaria que
Appologia ad gros calūniatores fuit obiectas hereſes & quales ne[illegible] eſt
Vana ſtilus aut que mā tunica vſus dia ſeponit aut ſto / mīal[illegible] monachoꝝ gen[illegible]
Super ejus leges & auctoritē augnſte dig[illegible] opa aſtrologa & ſuperſtitioſa
Sineonis angeli in carne ſ. columna inuent. ſſig monachoꝝ an dei eſt cōſtitu
obeſa. altiora ſigna et ꝓdigia celeſ[illegible] co vncte et deſſorto / corpo
va ſcripſ muri cauſſ vbi ſut.
Ultimus ag monachi ſcripſ. in co[illegible] ſ. ſuſſidoꝝ monachi civillū
accuſat et arguit ob dyrigis abſo[illegible] et huc mag[illegible] cōmendat
Jonathas & ve pug vaidt in bello cū ſaul / et filij heli ſacerdos
Sineſius epūs ptus ſimeſide vrbis ad ſacerdotij dignitē adhibitus &. opa ej
epiſta / & ſacerdos ad deū ut deus diuitijs et diuitijs ſcitas ꝓgnet et nec ciui
juuat. arguia et diuia res ſpūal / nulla vgēte nec[illegible] n arguere n arguiſſe
eſſ. Veritas dei ꝓpia &, nr vxore dimittere voluit ut eſt epūs
Pp̄digia martiam ꝓnūcia ej & impij & ſimachi calcedonen. 6ta epoſ ej tepore
calcedone ſuburbiū cōſtantinopolis & cuſtodie martiris miracula
Diui hucas apoſtoli fert imagine virginis & de obitu funere et aſſumptione virginis
Vlen ej lata cōſtitutio die dōcis ſuiri ꝓcept & miracula magna
Idigna rato epi ex igne ſacti dñi hic venit ſuat aſtigis et juuat / veſtis bte virginis
Vlen luto impoto occū villuat / hic dem leo imp imperator fuit
Gramica ſba martiri epa abeate & petri craphei qui vitr inſtā / cuſ v ut in
Diſcatoe mūdi dei genitricis notaret / ſuorſuat hodie greci et orientales
Sancta thecla ꝓthomartir mtr feras: ut ſ. ſtephanus mtr virgo
Ptlamitas ſiophatia epa tarſi ſalutiferi / celeriter aquila eſt opportuna et occaſio
Xenarias epi conſecrati neq baſ[illegible] mittat
Theodoſij monachus ſimplicis utrāq ſcripti de auctu[illegible] et coritus
Cimbalū nice ſemel in anno die parſceues antiquit legi ſolebat / alarmū dari
Vana fabula ficta & cōfidit diſſoriang et cuſtigueros
Mūcō ſ. barnabe: et ſuſ ejus ſpecti euāgē mathei barnabe manibus ſcripti
Monachi arbiti & in auguſto ſicta / mutatores idolat ut tirānī fere vnus martyr
Seuq & tang cuſtatorib / pauci ſic mortui.
Ypocrita mithee et thu bethleem ſtira pudaſ. citat ecclerenna
Claues antiochene vrbis / duo mūe ſcripti magiſtri / maria egipti & theodora ſcite
Puer mignē ſe cōiſ cū mre fugiēs detractiranni / juſtinianū et theodora cōiux
Grij carca & ſinuſ calcedonen. fert excōpto
Pluuiē abriſſe hinc inde logenſ. mundi amittuſ hac ſv / cadauer mauri in diſta
Gādalos qua vir eſt eſto virtus infideles.
Mayas peſſe et diuturna 52 annos et mayis ecclteſa
Reliquie curſe pueris mutuis ſabat teſte auctore. ſuira aulū ecclur circa
Puerū judei filiū mag Vigilij papa conſtantinopoli fuit
S. ſinuſ cōſtantinopoli / auctuchij gra[illegible]ſſena defectus anatte ſerie dās &
Vrigenes ann virus vnus ꝓbuit dānat anathē feſtū excepturus dñi &
Sena de juſtiniano / auxamite x ſuſcipiūt & abſtinetia bizantius
De veteri fidei juſtini imperatoris opā & cōpoſ ecclſiaſte et ſumma
Vba nota da juſtini ipatoris dū tiberio coronā mutuet & lex bulgarus
Phibē dari mēdicātibus ſanctū ut ſibi qrerēt labore
Vrati tiberij imperatoris

e in virgine et x̄ vindicate / prodigia pœnitentia morte mauritij 933/934
constantinopolitanus dictus jejunus commendat / misericordia cedes mauritij 934/938
eius / et miraculum in filio lactante
ans philoponi exquisitior et subtilior heresis / de unica x̄ n̄a et nuge subtiles 944/945
[illegible] 947/948
heresi qui unam tantum n̄am in x̄ ponebat / in azimo conficiebat aquam vino non miscebat 951
constantini coprovimi imperatoris mala et blasphemie in dei genitricem [illegible] 954
x̄ animus ab initio mundi et quodam modo ab eterno / faciamus hominem / pater dicit ad 44
filium / non est consuetudo scripture angelum vocare dominum aut deum / filius autem in carne [illegible] 45
in specie hominis apparuit abrahe aliisque
quare primis hominibus x̄ non ita clare et communiter nobis apparuit et innotuit / quod equum erat 45/46
deus fecit in corpore et quod ipsum decebat
x̄ eiusque nominis dignitas excellentia in quo mere sibilicum imaginarium / x̄ nulla unctione corporali 47
unctus non de genere sacerdotali ab omnibus x̄ abstinentia ab eo omnes sui [illegible] / apte omnia 48
[illegible] / omnes reges regna [illegible] figure et sibila x̄ / x̄ [illegible] / [illegible]
[illegible] / [illegible] ordinatio [illegible] 49/50
x̄ [illegible] et religio antiquissima / ac omnes dicti x̄ / x̄ antiquis locutus quod deus [illegible] 55/56
[illegible] educatio virginis [illegible] / [illegible] cum joseph sponso 58
descriptionem facies [illegible] / [illegible] / [illegible] censorinus dictus 61
[illegible] die 8. [illegible] in domo joseph bethleem / simeon senex quo modo illustratus de x̄ ortu [illegible] 63
quare deus permisit innocentum mortem / ut joh. bap. [illegible] / quod etate [illegible] 66/67
augustus ortu x̄ [illegible] / doctrina joh. bap. / quare x̄ baptizatur / [illegible] 68
baptismus eius / ut [illegible] amicus x̄ et non dignus soluere corrigiam [illegible] 68/69
herodes philippi [illegible] / puella virgo [illegible] et filia regis / johannes martir [illegible] x̄ 68/69
x̄ de morte johannis doluit [illegible] in solitudinem discessit
mors herodiadis / puelle [illegible] / exilium herodis / quare deus voluit johannem moriturum 71/72/73
sinopsis doctrine evangelice / scopus x̄ [illegible] quod est / ordo doctrine
locus [illegible] / [illegible] / [illegible] x̄ miracula transfiguratio suscitatio lazari 74
simon leprosus pater lazari / [illegible] feminis unctus x̄ / [illegible] erat arbor cuius pomum edit adam 76/77
maximum miraculum divinitatis simul et humanitatis siccatio ficus / [illegible] opera [illegible] velut amicitie 77/78/92
in domo joh. evangelii fuit cena ut dicunt / que loco pedum signat misteria [illegible]
uxor pilati procles / pilatus flagellum ex collo [illegible] / [illegible] flagellaret / subito 79/80
[illegible] x̄ [illegible] pias [illegible] in paradisum [illegible] / felle [illegible] aceto [illegible] aquam potat 81
quare [illegible] x̄ non manifesta omnibus ut passio fuit / signa [illegible] / corpus [illegible] 81/82
magdalena chananee filia [illegible] / [illegible] / [illegible] 83/84/85
suscitatum / lucas [illegible] cleopes / decessus joh. et virginis / si eum volo manere ut intelligo 86
[illegible] ab ascensione discipuli redire [illegible] / [illegible] 87/88/89
[illegible] ab ascensione [illegible] / [illegible] phisionomia [illegible] fuit [illegible]
x̄ petrum tamen baptizavit / [illegible] petro jacobo justo et johanni cognitionem et scientiam tradidit / [illegible] 94/95
et vixit in domo joh. evangeliste ad vitalem usque obitum 98/99/100
historia angarii et quod pilatus tiberio scripsit de x̄ et quod tiberius fecit 104/105
josephus optimus historiographus [illegible] / simon magus dux et princeps [illegible] 113/114/115
[illegible] quem missus maximus apostolorum et pastor et vicarius x̄ petrus
de obitu sepultura miraculis [illegible] / moribus et phisionomia [illegible] 117/119/126
paulus ad leonem [illegible] / pugnat cum feris / quare lucas non scripsit / incantationes [illegible] 126/127/128
martiria petri et pauli / [illegible] pauli neronis / 35 annos paulus predicavit x̄ 623/624

Del Colegio de la Compª de Jesus de Granada. Librería R. 18140

NICEPHORI CALLISTI Xanthopuli, scriptoris uerè Catholici, Ecclesiasticæ historiæ libri decem & octo.

SACRATISS. ROM. REGIS FERDINANDI liberalitate, opera uerò ac studio [redacted] IOANNIS LANGI, Consiliarij Regij, è Græco in Latinum sermonem translati, nuncq; denuò in lucem editi. hactenus prohibiti nunc vero cum expurgatione permissi

Quorum eximia utilitas, præ cæteris Ecclesiasticorum scriptorum historijs hactenus editis, cùm in IOAN. LANGI ad S. R. Maiest. tum ipsius Nicephori, lucubrationis huius suæ initio statim adiecta Præfatione, satis luculenter exponitur.

Accessit locuples rerum & uerborum in his memorabilium INDEX.

Corregi este libro por commission de los Sres Inquisidores desta Ciudad de Granada conforme al indice expurgatorio de la Sta Inquisicion en Granada 17 de Junio de 1613.

Augustin de Quirós

Por comission de los señores inquisidores corregi este libro conforme al expurgatorio del año de 1640

Diego de Ribera

Cum S. Rom. Regiæ Maiest. gratia & priuilegio ad decennium: & Christianiss. Francorum Regis HENRICI II. ad annos sex.

BASILEAE PER IOANNES Oporinum & Heruagium.

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL GRANADA
Sala: A
Estante: 43
Numero: 3

ℓ 11971/98

CENSVRA INCLYTAE FACVLTAtis ac Collegij Theologorum Louanienſium.

CLARISSIMO DOMINO, CAESAREAE MAieſtatis Conſiliario, Domino GERHARDO DE VVELTVIKH, *præceptori ſuo obſeruando, ſeruitor Ruardus, Eccleſiæ S. Petri in Louanio Decanus.*

Clariſsime Domine: Non ſolùm ſine fidei & religionis periculo Nicephori hiſtoria Eccleſiaſtica typis mãdari poteſt[illegible]ilta & publica Eccleſiæ utilitate, propter hiſtoriarum, quas continet, notitiam. multas enim ſcribit, quæ apud ſcriptores alios non inueniuntur. Pia ſolùm & religioſa commendat, frequens eſt in ſanctorum miraculis. Et in huiuſmodi uetuſtis autoribus ad multa diſſimulari poteſt, propter utilia quæ cõtinent: maximè quando ſcopus, quem ſpectare debemus, pius eſt, & ſanctus. Meo igitur iudicio, & eorum qui mecum uſitauerunt, tota excudi poteſt. Hoc tamen iudicium noſtrum eſt, ex guſtu, quem ex his quæ legimus, accipere potuimus. nam uniuerſam pro temporis breuitate legere nequiuimus. Dominus Ieſus te ſeruet incolumem. Vtrunq; uolumen remitto: nec opus eſt tertium mittere, quoniam eiuſdem autoris eſt hiſtoria. Louanij, XIX Februarij, Anni MDLI.

EXEMPLVM PRIVILEGII S. ROM. Regis Ferdinandi.

FERDINANDVS, *diuina fauente clementia, Romanorum, Hungariæ, Bohemiæ, &c. Rex, Infans Hiſpaniarũ, Archidux Auſtriæ, Dux Burgũdiæ, &c. Marchio Morauiæ, &c. Comes Tyrolis, etc. noſtro, et imperij ſacri fideli, nobis dilecto Ioanni Oporino typographo Baſilienſi, gratiam noſtrã Regiam, & omne bonum. Oſtẽdit nobis honorabilis, doctus, fidelis, nobis dilectus Uuolfgãgus Lazius, Artium ac Medicinæ Doctor, Cõſiliarius & Hiſtoriographus noſter, te, qui Nicephorum, Græcum authorem, à Ioanne Lango Conſiliario noſtro in Latinam linguam tradictũ, typis excudendũ, atq; adeò magni laboris, ingentiumq; ſumptuũ opus ſuſcepiſſes, metuere, ne authore illo abs te excuſo, ac in lucem edito, alij quoq; editionẽ tuã æmulari, adeoq; fructũ, qui tibi ex iſtiuſmodi labore deberetur, intercipere conetur: ideoq; te per quàm humiliter à nobis petere, ut identitati tuæ, publico edicto, ſeu Priuilegio noſtro Regio cõſulere dignaremur. Nos igitur, quòd dicti operis publicationẽ uniuerſæ Reipublicæ Chriſtianæ, & præſertim cunctis ſacrarum & bonarũ literarum ſtudioſis & doctorib. maximũ cõmodum ac utilitatem allaturã eſſe, magno fide dignoq; teſtimonio edocti ſumus, te eius imprimẽdi curã & onus ſuſcepiſſe libenter admodũ intelleximus: tuisq; poſtulatis, utpote ab æquitate minimè alienis, clemẽter etiã annuimus: et propterea per præſentes literas noſtras ſacræ Cæſ. & catholicæ Regiæ Maieſtatis, fratris & Domini noſtri chariſsimi nomine, quàm etiã poteſtate et autoritate noſtra firmiter & ſeriò inhibemus, ac interdicimus omnib. & ſingulis typographis, impreſſoribus, bibliopolis, inſtitoribus, ac quibuſuis tandẽ negociatorib. librarijs, quocũq; uociteñtur nomine, tam per ſacri Ro. Imperij, quàm Regnorũ Dominiorũq; noſtrorum hæreditariorũ fines, editionẽ, atq; diſtrictus exiſtentib. & uerſantibus, ne quis eorũ, præſcriptum autorem Nicephorum, à prænominato Cõſiliario noſtro Ioanne Lango in Latinũ ſermonem tranſlatũ, per totum decennũ, à primæ editionis die numerandũ, quacũq; ditiones noſtræ atq; ſacri Ro. Imperij fines patent, ſuis typis ſub eadẽ uel alia forma recudere, imprimere, ſiue alibi impreſſũ importare, uendere, diſtrahere publicè uel occultè, aut quouis alio quæſito colore uel ingenio audeat, ſeu præſumat. Si quis uerò eorũ ſpreto uel neglecto hocce edicto et priuilegio noſtro, id attẽtauerit, nos eidem uiolatori hanc pœnã ſtatuimus, atq; etiã nunc irrogamus, ut graue indignationẽ noſtram incurrat: & inſuper præter librorũ omniũ, contra hoc noſtrũ priuilegiũ impreſſorũ, uel importatorũ amiſsionem (quos tu Oporine, per te, uel tuos ad id deputatos homines, etiã propria autoritate tua, ubicũq; inuenti fuerint, impunè arripere, & in tuam utilitatẽ cõuertere poſſis) pœna etiã decem marcharũ auri puri irremiſsibiliter ab eo auferenda mulctetur: quarũ dimidia pars ad Fiſcũ noſtrũ numeretur, reſiduũ uerò tibi Oporino, cui nimirũ iniuriatoris temeritas damnũ dedit, perſoluatur. Quibus omnibus ut maior etiã adiungatur firmitas et robur, mandamus denuò, atq; præcipimus ſeriò omnib. & ſingulis noſtris, ac dicti Imperij ſubditis atq; fidelibus, præſertim magiſtratũ gerentib. cuiuſcunq; ſtatus, gradus, ordinis, cõditionis, dignitatis uel eminentiæ extiterint, ſub eiſdẽ grauis indignationis noſtræ, ac decẽ marcharũ auri puri pœnis, cuius quidem pœnæ pecuniariæ medietatẽ Fiſco noſtro inferendã, reſiduũ uerò tibi ſæpedicto Oporino numerandum ad præſens decernimus, ut tibi in præmiſsis, quãdo & quoties ipſorũ opẽ imploraueris, omni fauore aſſiſtant: & cõtra eos, qui huic edicto noſtro nõ paruerint, ſuperius à nobis in ipſos propoſita pœna animaduertentes, illamq; exigẽtes, & executioni demãdantes, auxilium ferant, & ſecus minimè faciant. In cuius rei teſtimoniũ præſentes literas manu noſtra propria ſubſcripſimus, ac impreſſione ſigilli noſtri corroborari fecimus. Datũ in noſtra ciuitate Uienna, die decima & ſeptima menſis Octobris: Anno Domini milleſimo quingẽteſimo quinquageſimo primo: Regnorum noſtrorum, Romani uigeſimo primo, aliorum uerò uigeſimo quinto.*

FERDINANDVS.

Ad mandatum ſacræ Regiæ Maieſt. proprium.

Ionas D. Vicecancellarius.

Iordanus ſubſc.

EXEMPLVM PRIVILEGII CHRISTIANISS. Francorum Regis HENRICI II.

HENRY par la grace de Dieu Roy de France, aux Preuost de Paris, Bailly de Roüe, Seneschaulx de Lyon, Tholose, & Poictou, & à tous noz autres iusticiers & officiers, ou leurs lieutenans, Salut. Iehan Oporin, marchãt libraire & bourgeois de la ville de Basle, lun des cantons de noz alliez confederez & bons comperes les Suisses, nous à faict dire et remõstrer, qu'il a recouuert entre autres liures, lhistoire Ecclesiasticque de Nicephorus Callistus, traduicte de Grec en Latin, laquelle à este ueue par des docteurs de la faculte de Sorbone, pour lequel liure recouurer & imprimer, lui à cõuenu & couiendra faire de grandz fraiz & despens, & doute que les libraires & imprimeurs de nostre royaume ne facent, si tost que ledit opposant aura publiè ledit liure, icelui imprimer, qui seroit lui oster tout moyen de se pouoir rebourser de ses deniers, et receuoir quelque fruict de son labeur. A ceste cause nous a hũblemẽt requis lui uouloir sur ce pouruoir de remede conuenable. Pource est il que nous desirans bien & fauorablemẽt traicter ledict suppliant, lui auons permis & permettõs de grace especialle, pleine puissance & auctorite royal, de mettre et exposer en uẽte en nostre royaume, pais, terres, et seigneuries à nous obeissates, ledict liure, sans ce que nul libraire ou imprimeur de nosdictz royaume pais, terres, & seigneuries, puisse ledict liure imprimer, ou faire imprimer, sans le cõge et permissiõ dudict suppliãt, iusques au temps & espace de six ans, à cõpter du iour et date que ledict liure sera acheuè d'imprimer en la premiere editiõ, & ce sur peine de cõfiscation dudict liure, & d'amende arbitraire, à nous à applicquer. Si uous mãdons à un chacun de uous sur ce requis, & si cõme à lui appartiendra, que apres quil uous sera apparu de lapprobatiõ desdictz docteurs, uous de la presente cõcession & priuilege faictes, permettez, & souffrez, ledict suppliãt iour & user plainement & paisiblement, sans lui mettre ou donner, ne souffrir estre mis ou donè aucun destourbier ou empeschemẽt aut cõtraire, lequel si mis ou donè lui estoit, uous faictes incontinant & sans delay mettre à plaine et entiere deliurance, & au premier estat & deu. Car tel est nostre plaisir, nonobstãt quelconques lettres à ce contraires. Donnè à Paris, le x x. iour de Ianuier, lan de grace mille cinq cens cinquante deux, & de nostre regne le sixiesme.

Par le Roy le sieur de Roissy maistre des requestes de lhostel present.

Hurault.

Sacratissimo & lectissimo Principi,

DOMINO FERDINANDO, ROMAN. PANNON. BOEM. ET SLAVOR. REGI AUGUSTO, INFANTI HISPANIARUM, ARCHIDUCI AUSTRIAE, DUCI BURGUNDIAE, SILESIAE, ETC. COMITI TIROLIS, FLANDRIAE, ETC.

Principi & Domino suo benignissimo,

A Deo Opt. Max. IOANNES LANGVS incolumitatem diuturnam, pacem tranquillam, & felicitatem sempiternam precatur.

A NICEPHORI Callisti, scriptoris catholici, Ecclesiasticæ historiæ decem & octo librorum è Græco translationem, Maiestatis tuæ, Rex inclyte, iussu mihi mandatam, & Dei tandem Opt. Max. ope ad finem suum perductã, apud Maiestatem tuam officiose exhibeo & repræsento. Quo in Opere non tam doctrinam, aut eloquentiã, quę in me uel nulla, uel sanè quàm exigua est, ostentandam mihi, quàm curam & fidem, quæ in Ecclesiastico interprete summa requiritur, præstandam esse duxi. Quam laudem an assequutus sim, affirmare ipse non ausim: studio certè pietatis eam consectatus sum sedulò & diligenter. Eius rei penes Maiestatem tuam, & bonos piosq; uiros, qui ex animo, & syncerè, non scriptis dictisq; modò, uerùm etiam rebus & factis ipsis, religionẽ Christianam profitentur, quibus nimirum solis liber hic ab authore ipso est editus,
B iudicium esto. Enimuerò, nisi me opinio mea fallit, Nicephorianum hunc priscarum Ecclesiæ rerum codicem, rebus temporibusq; nostris ualde utilem, commodum, necessariumq; adeò fore puto. Nam & censuram corruptorũ apud nos morum, ueluti antiquus disciplinæ Christianæ magister, aget: ordinum omnium hominibus omnibus, simul & uirtutum, quæ imitemur, & uitiorum, quæ uitemus, exempla illustria, & cùm pietatis sempiterna prę̃mia, tũ infidelitatis perpetua supplicia proponens, & ad ordinandam constituendamq; Rempub. Ecclesiasticam ciuilibus atq; intestinis disidijs admodum conuulsam & labefactatam, uiam ostendet: quemadmodum antiquitùs dissensiones in Ecclesia multifariam exortæ, legitimis quietisq; consilijs sopitæ sint & compositę, Synodorum aliquot œcumenicarũ acta exhibens. Quæ omnia summos orbis Christiani Principes non nosse tãtum, sed identidem secum in animo uoluere, continueq; ob oculos habere, communis omniũ nostrûm salutis, & totius Reipub. magnopere interest. Non quod ista antehac in libris, monumentisq; literarum alijs, & in Eusebij

Pamphili Eccleſiaſtica, quam Rufinus uertit, & ea quæ uocatur Tri- A
partita hiſtoria, tradita atque expoſita non ſint: ſed apud Nicephorum
noſtrum omnia ordine meliore, delectuq; & iudicio acriore, dilucidius & copioſius, ab antiquis ſcriptoribus ſumpta, oratione perpetua
referuntur: ita ut ſi aliùs Operis huius uſus non eſſet, illa ſaltem re plurimùm id prodeſſet, quòd editioni ueteris hiſtorię, quam dixi, Eccleſiaſticæ nimis ſæpe acciſæ & obſcuræ, permultum affert lucis. Qua de
re plura mihi facere uerba, opus non eſt: quandoquidem Nicephorus
ipſe, in initio ſtatim lucubrationis huius ſuæ, utilitatem eius præ cæteris Eccleſiaſticorum ſcriptorum hiſtorijs, luculenter ſatis ſtilo eſt proſequutus. Ipſe quidem, ſingulari prouidentiæ diuinæ beneficio, hoſce
Nicephori libros, Græco ſermone compoſitos, elegantiſimeq; manu
deſcriptos, temporibus noſtris reſeruatos, ad nos perueniſſe arbitror.
Declarat hoc ſatis rei euentus. Quum namque ante annos multos, ex
Budenſi regia bibliotheca, quam Matthias Coruinus, Pannonum Rex,
pulcherrimam, Græcis & Latinis libris lectiſimis refertam, inſtituit,
ſurreptus, diu in priuati hominis bonis fuiſſet: et poſtea per milites Turcicos, in miſerabili caſu & direptione Pannoniæ, inter reliquam prædam Conſtantinopolim deportatus, in foro ibi ſcrutario ueniſſet, perquàm commodè accidit, ut à Chriſtiano, eodemque ſtudioſo homine
emptus, poſtliminio in eandem Pannoniam ſit reuerſus. Vbi tandem
in dominium præclari & eruditi uiri, Georgij Logi Iuriſconſulti, Vra- B
tiſlauienſium ſanctę Crucis, & diui Ioannis, eccleſiarum Præpoſiti &
Canonici, Maieſtatis tuæ Conſiliarij, conceſsit: unde nobis, Maieſt. tua
iubente, eius Latinè uertendi poteſtas eſt facta. Accidit præterea paulo
ante id tempus, ut Lutetiæ Pariſiorum in Francia, regijs typis, Euſebij
ipſius Pamphili, & reliquorũ Eccleſiaſticorum ſcriptorũ hiſtoriæ, unde & Tripartitã ſuã Caſsiodorus Senator decerpſit, & Niceophorus
noſter bona ex parte, pleraque loca & argumẽta, arbitratu ſuo, in opus
hoc ſuum congeſsit, in publicũ gręcè ederentur: Deo hoc ſic (repetere
enim id uerbũ libet) diſponente, ut libris eiuſmodi græcè & latinè uulgatis, plurium teſtimonio editionũ magis atque magis ueterum in Eccleſia Chriſtiana rerum geſtarũ ueritas atque certitudo cõfirmetur: &
ea utilitas, quam pij omnes ſperamus, uotisq; omnibus expetimus, ad
temporum noſtrorũ Eccleſiam, & populũ Chriſtianum uniuerſum,
ordinum in eo omniũ moribus pariter caſtigandis, erroribus legitimè
tollendis, & doctrinis piè conformandis, perueniat. Ita enim uiros religionis noſtræ ſtudioſos mecũ arbitraturos eſſe opinor, quum à lectione Oraculariũ ueteris & noui Teſtamenti literarũ ſacroſancta diſceſſerint, uix extare opus aliud, quod cum ampliore certioreq; ad ueræ pietatis noſtrę myſteria addiſcenda, & uitã moresq; in melius mutandos,
uſu atque fructu omnis generis ordinis & ætatis homines poſsint no-

A cturna uerſare manu, uerſare diurna. Quatenus ueluti in auguſtiſsimo
ſplendidiſsimoque Eccleſiæ amphitheatro, ſic in hiſtoriarum ſacrarum hiſce monumentis præclariſsimis atque ſanctiſsimis, omne utriuſque ſexus genus, ordo omnis, ſtatus & ætas omnis, pulcherrima in
Chriſtiani ſtadij curriculo, ſanctè & fortiter, pro immortalitatis & uitæ cœleſtis ampliſsimis prẽmijs, decertandi, atque rectã ſinceramq; religionem aduerſis iuxtà & ſecundis rebus, per fidem non fucatã, charitatem operantẽ, & ſpem incõcuſſam, cum bona & pura conſcientia, patienter atq; conſtanter exercendi do cumẽta propoſita habet. Quid eſt
enim Hiſtorię Eccleſiaſticæ uolumen aliud, quàm prędictionũ, doctrinarumq;, & promiſsionũ Seruatoris & Domini noſtri IESV CHRISTI, ſanctorumq; eius Apoſtolorũ & Prophetarũ, ſancta & admirãda
repræſentatio, exequutio, oblatio, cœleſtisq; pietatis ueriſsimũ gymnaſium? quod omnibus omniũ philoſophorũ porticibus, Lyceis, & Academijs tantum præſtat, quantum mors uitę, cœlo terra, Deo homo cedit. In ſacro Actorum apoſtolicorũ diui Lucæ Euãgeliſtæ libro, Chriſtianum pectus, gentis profeſsionisq; ſuæ incunabula, cum ingenti animi uoluptate & admiratione contẽplatur. Auctus porrò & incremenB ta eius non alibi, quàm in ſacra Eccleſiæ hiſtoria perſpexerit. Perquàm
autem pijs hominibus iucundũ: eis uerò qui magiſtratum, non Eccleſiaſticum modò, uerùm profanũ etiam et ſecularem gerunt, à Deo ſibi
B mandatum, quàm maximè opus eſt, poſteaquã quibus ſtudijs Eccleſia
adoleuerit, & eò maieſtatis amplitudinisq;, diutinis incremẽtis, ut metuendum fortè ſit, ne magnitudine propemodũ ſua laborare incipiat,
peruenerit: cognitũ habeant, ut eiſdem ſtudijs nõ ſolùm florentẽ conſeruandam, ſed etiam collabentem religionem inſtaurandã eſſe intelligant. Magnam ab humanitatis & bonarũ artium ſectatoribus ineunt
gratiam, & multam conſequuntur gloriam, qui ex ueterum Grẹcorũ
& Latinorum ſcriptorum literis, antiquitatis cognoſcendæ gratia, reconditi quidquam de numiſmatibus, coronis, ueſtimentis, cõuiuijs, &
moribus, rebusq; priſcorum Græcorum, Latinorum & Barbarorum
etiam populorum, alijs in lucem proferunt, atque declarant: qui ue de
coloſſo, columna, ſtatua, arcu triumphali, aut inſcriptione uetuſta quapiam, aliquid indicant atq; exponunt. Gratum id eſſe ſolet doctis & ſtudioſis omnibus. itaque ſcripta eiuſcemodi in manibus ſedulò habẽt, legunt, admirantur, exoſculantur, in magno precio habent, antiquarios
ipſos in cœlũ laudibus uehunt. Quod quum homines noſtri tanto animi ſtudio & affectione in rebus profanis & terrenis, eisq; non admodum neceſſarijs, quãdoque etiam parum utilibus, & planè inanibus, faciant: quanta pietate eos cõuenit excipere atque uerſare ſacræ hiſtorię
codicem, in quo ſacroſanctæ antiquitates, primordia & augmenta Eccleſiæ Dei & Reipub. Chriſtianę oſtendũtur, theſauri cœleſtes & æter-

ni,omnis generis martyriorum & certaminum coronæ,mysticæ mẽ A
sæ epulationes,sanctarũ animarum sempiterna monumẽta,uirtutum
diuinarum, captum humanum superãtium,effigies & signa,cum im-
mortalitatis ipsius certissimorum præmiorum spe indubitata propo
nuntur,frequentantur,celebrantur?Quæ cum eis,quas diximus,mun
danis,fluxis,& caducis rebus collata,nihili prorsus illas esse arguunt &
conuincunt. Quo plus gratiæ ueris istis antiquarijs nostris debemus,
quòd uenerãdæ Ecclesiasticę uetustatis memoriam,in literas relatam
ad nos transmiserunt.Eam uerò propè omnem Nicephoriani isti libri
complectuntur.Quod si Augusto Cæsari,principi fortunatissimo,sub
cuius auspicatissimo Imperio,aureo seculo,& optata pace atque tran-
quillitate orbi uniuerso conciliata,autor & donator pacis æternę,Dei
filius Dominus IESVS CHRISTVS, Saluator noster,ex uirgi
ne homo,salutis & immortalitatis nostrę gratia nasci dignatus est:sum
ma quoq; illa felicitatis pars diuino munere cõtigisset,et in ea is tempo
ra incidisset,ut et ipse Christo nomine dato,Christianus princeps esset,
& Christianis populis imperaret,libentissimè mediusfidius in senatu
Rom.ipse bonam Ecclesiastici operis partẽ recitasset, & in prouincias
ditionis suæ descriptam,ordinibus omnibus legendam atq; cognoscẽ
dam misisset.Nam in euoluẽdis utriusque linguæ autoribus(quod de
eo Suetonius Tranquillus scriptum reliquit) nihil æquè sectatus est,
quàm exempla publicè uel priuatim salubria, eaq; ad uerbũ excerpta, B
aut ad domesticos,aut ad exercitũ,prouinciarumq; rectores,aut ad ur-
bis magistratus,prout quiq; monitione indigerent,misit.Libros etiam
totos & senatui recitauit,& populo notos per edictũ fecit. Quãto cre-
dibilius est,Ecclesiasticis eum mysterijs initiatũ,Christianumq; Impe-
ratorem factum,non pauca quædam ex sacro hoc codice exempla pe-
tita:sed uel integrum ipsum opus, cum ciuibus omnis ordinis suis, ad
publicos eorum simul & priuatos usus,ueritatis contestandæ,sempi-
ternæq; incolumitatis cõsequẽdæ causa,quouis modo communicatu-
rum,uulgaturumq; fuisse?Non cõtinuisset princeps optimus,intra do-
mesticos aulæ imperialis parietes libros tales,qui ad uniuersalem Eccle
siæ & Reipub.Christianæ doctrinam & disciplinam sunt cõpositi,sed
communis publiciq; omnino iuris esse uoluisset.Bonorum eos & pio-
rum uirorum calculo,quales à principio statim laudauimus,cõproba-
tum iri,dubium non est. Quin etiamsi extra aleam inuidiæ & obtrecta
tionis ita sint positi,ut sibi à genuinis contentiosorum hominum, qui
Christianismi uirtutem & professionem in cõtrouersis disputationi-
bus,perpetuisq; rixis, altercationibus & iurgijs collocant, minimè ti-
mendum esse putent,sub Regiæ tamen Maiestatis tuæ auspicio latinè
uersi publicantur.Conuenit enim uolumen de uera sinceraq; pietate
conscriptum,sub Principis eius nomine potissimum edi,qui pietatem
studio-

studiosissimè colit,eandemq; saluam & auctam esse summopere cu-
pit. Cuius studij Maiestas tua Regia, immò orbis Christianus uniuer-
sus,per Maiestatem tuam peramplos diuinitùs percepit fructus. Siqui-
dem quòd Turcica immanitas ueluti diluuium quoddam in Germa-
niam omnem non exundauit:& quòd nobis à tyrannide ea,patria no-
stra salua est: idipsum, secundum diuinam benignitatem & clemen-
tiam,si sincerè rectèq; iudicare uolumus, uirtuti Maiestatis tuæ feri-
mus acceptum. Libet namque,libet,Rex FERDINANDE, be-
neficia summi Dei, ope operaq; Maiestatis tuæ nobis præstita, gratis
animis recognoscere:quod nisi faciamus, extremæ meritò impieta-
tis crimen committamus. Regnum enim Maiestatis tuæ nisi in hæc
tempora difficilima & periculosissima,cum molestia quidem,labore,
& ærumna Maiestatis tuæ infinita: commodo autem, emolumento,
& utilitate nostra maxima,incidisset:quorsum non iam barbaries Scy
thica excurrisset? Asserenti Maiestati tuæ Pannoniæ regnum, optimo
& apertissimo iure ad eam deuolutum, plurima se ab aduersarijs, ty-
rannidem ibi sæuam affectantibus,& crudelitatem exercentibus, ob-
tulere impedimẽta,quibus iusto aliquoties bello obuiam est itum. Ac-
cessere à finitimis principibus & populis, à quibus Maiestatem tuam
adiutam oportuit,parum fidę societates.Superuenit tandem Rex Tur
cicus,qui non semel omnibus suis copijs & uiribus connixus,ex posses-
sione Pannoniæ Maiestatem tuam deturbatam uoluit. Verùm ea fuit
Maiestatis tuæ in tuendo iure suo fortitudo,& ea in arcendo à Germa-
niæ & Italiæ ceruicibus sæuissimo hoste constantia,& tam præsens di-
uini numinis in Maiestate tua,populisq; tutelæ eius commissis,auxilio
defensioneq; sua seruandis, præsidium, ut conatus propè Barbari ty-
ranni omnis,præterquàm quòd ei perfidia regni affectatorum prodi-
tione commodauit,frustra fuerit. Quater, Maiestate tua regnante,
Scythicus princeps ex Thracia per Maiestatis tuæ infideles subditos e-
uocatus,perinde atque olim Persarum reges in Græciam,omnibus un
dique contractis copijs,exercitibusq; suis in Pannoniam, & aduersus
Germaniam,maximam susceptt belli expeditionem. Quater itidem
non tam Maiestatis tuæ marte,quàm potenti manu Dei,magnificè est
repulsus. Atque ille ea spe aduersus nos bellum toties mouit,ut nihil se
in Pannonia & Germania cuncta reliqui facturum putaret, quod sub
iugum dominationis suæ superbissimæ non mitteret,sibiq; parêre co-
geret. O immensum erga Maiestatem tuam,Dei amorem. O tempe-
stiuè cœlitùs missum præsidium. O summam erga ciues subditosque
Maiestatis tuæ,Diuini numinis pietatem & misericordiam: quod nos
unà cum Maiestate tua,ope sua à monocerotis huius cornibus libera-
uit. Prodeat hic aliquis,& regem,principem ue aliquem,toto eo tem
pore,quo non solùm Ottomanorum familia in Asia & Europa rerum
potita

potita eſt,ſed etiam Turcicum nomen orbi innotuit, proferat, quem toties ad hunc modum præſens Deus præſidio ſuo ſit tutatus. Immò aliquem ſaltem ex Chriſtianis nominet regem, qui ſe ætate noſtra dominatori iſti Aſiæ opponere ſit auſus. Vſqueadeò tota Turcici belli moles in Maieſtatis tuæ caput,& ceruices noſtras, populis & principibus uicinis ceſſantibus, periculumque noſtrum inſpectantibus, incubuit.Proinde ſempiternas benignitati diuinæ,pro tanto illius in nos fauore & beneficio,agere debemus gratias: cuius propitium magis nobis,quàm ſeculis alijs fuit numẽ.Quum primùm in Europam ex Aſia gens Turcica ciuili Græcorum bello pertracta eſſet, & nondum ad tantam uel dimidia ex parte potentiam peruenisſet,bis cum ea primus ex Principibus Chriſtianis Sigiſmundus Boemus, Pannonum, mox etiam Boemorum Rex,& poſtea Romanorum etiam Imperator, bello eſt congreſſus,ſed infœliciter.Poſt hunc Vladiſlaus Iagellonius,Pannoniæ itidem,& præterea Poloniæ Rex,belli fortunam aduerſus Turcas prælijs aliquot tentauit.& fortiter ille primùm,nec minus proſperè rem geſsit:ſed tandem denuò cum illis,remiſſo inducijs,ad quas eos petendas coegerat,nuncio,Martis aleam expertus, copijs hoſtium eorum longè maximis obrutus, cum ingenti ſuorum clade, pulchram ſubijt per uulnera mortem. Græcorum hic Imperatorum & Principum,Scanderbecchio Caſtriota excepto, clades potius quàm expeditiones,& Venetorum item Turcica prælia omitto.Ludouici uerò Iagellonij,Pannonum Boemorumq; regis, Maieſtatis tuæ ſororij, iuuenis fortiſsimi, meminiſſe ſine lacrymis nequeo, quem prima ſtatim Turcicæ expeditionis coitione hoſtis oppreſsit. Cæterùm in Maieſtate tua,eiuſdemq; populis conſeruandis,gratè & libenter,ſicuti dixi, diuinum agnoſcimus auxilium: cui tum demum locum eſſe maximè comperimus,quum humano præſidio deſtituimur. Id autem non in Maieſtatis tuæ rebus geſtis tantùm,uerùm etiam in optimi & excellentiſsimi Principis,Caroli Quinti Imperatoris Romani, Maieſtatis tuæ fratris germani,expeditionibus,à pijs & prudentibus uiris animaduerſum eſt, & obſeruatum. Cuius tot & tanta, contra potentiſsimos & acerrimos hoſtes,neceſsitate quadam ſemper ſuſcepta bella, non tam uiribus & copijs, quæ Maieſtati ſuæ Imperatoriæ fuere non pœnitendæ,quàm Dei Zebaoth opitulãtis præſidio,quo Princeps is nunquam non ſuccenturiatus fuit,proſperè ſunt confecta atque expedita. Illud ſiquidem ſatis de Maieſtate eius, hominibus prudentibus, & cœleſtis numinis iudicium & benignitatem piè obſeruantibus,conſtat: quum in ſtatum eum Maieſtatis ſuæ res rediguntur, ut pro comploratis & deſperatis habeantur,tum demum Maieſtatem diuinam, uim potentiamq; ſuam oſtendere: & ita momentorum uiciſsitudinem repentinam atque inopinatam inſtituere in Imperatore ſuo ſolere,ut is de improuiſo,

A prouiſõ,præter hoſtium & hominum aliorum opinionem, expectationemq; omnem,ex uicto & contempto,uictor & triumphator glorioſus euadat. Teſtatur hoc ad Ticinum bello Mediolanenſi captus Gallorum rex Franciſcus,qui quum ſibi propter opes,copiasq; ſuas,de uictoria aduerſus Maieſtatem Imperialem uideretur eſſe certus & ſecurus,proindeq; Cæſaris res, quas acciſas & afflictas eſſe arbitrabatur, contemneret,pro triumphis,quos de Carolo iam ſpirabat & meditabatur,breui temporis conuerſione,captiuitatis iugum ex prælio commiſſo reportauit: Deo nimirum Cæſari ſuo ſuppetias ferente, & Cæſarianorum ducum conſilia gubernante.Idem declarat Gallici exercitus apud Neapolim admirandus profectò caſus.Venerant in Neapolitanum regnum,quarto à Ticinenſi clade anno, ſexaginta millium ex equitibus & peditibus Gallorum conſcriptæ copiæ.Arces, oppida, & loca pleraque omnia, deditione magis quàm ui in ea ditione receperant.Caietana arx,& urbs Neapolitana,tantùm deditionem facere recuſabant.Itaque Neapolis obſidione graui premi cœpta eſt. Et fatagebat rerum ſuarum quàm maximè præſidium ei impoſitum,nullaque iam propè ſalutis ſpes uidebatur eſſe reliqua:quum ita Gallicana caſtra morbi contagioſi uis affligere, & Cæſarianorum impreſsio urgere atque accidere cœpit,ut tandem ex tam numeroſo & frequenti exercitu,ægrè quadringenti milites integri & ſalui euaſerint.Sic Deus numi
B ne ſuo,citra omnem ferè humanarum uirium opem, Cæſari regnum Neapolitanum à Gallis recuperauit & reſtituit. In expeditione nauali Numidica,aduerſa tempeſtate in mari interijſſe Carolus exiſtimatus eſt:ſed eum tutelare numen Dei,Hiſpanijs ſuis breui ſaluum reddidit. Poſt uaria rurſus tentata conſilia, & bella Cæſari eidem illata, populosq; eius ad defectionem ſolicitatos,quid Franciſco regi inſuper profuit,copijs ſuis numeroſiſsimis atq; inſtructiſsimis, quadripartitò diuiſis,quatuor eodem tempore diuerſis Maieſtatis Imperatoriæ ditionibus arma,bello non indicto, eo molimine inferre,quaſi diebus paucis Cæſarem regnis prouincijsq; ſuis omnibus eijciendi conſilium cæpiſſet? Quid ille tum effecit aliud, quàm quòd uindictam in ſe diuinam à Cæſaris partibus prouocauit? Proximo motu Germanico, principes & populi quidam ita arma aduerſus Maieſtatem ſuam ſumpſerant,ita opprimendi eius conſilijs,uiribus,opibus,tormentisq; belli omnibus,Gigantæo more rationem inierant,ut ne fugæ quidem locum & tempus relinquere Maieſtati ſuæ uelle uiderentur. At Deus bone,quanta,Deo Cæſarem bene adiuuante,conatus tam audaces & nefarios,rerum eſt conſequuta mutatio? Quàm contra animi ſententiam,temerariorum hominum,iuſto iudicio Dei, cœpta ceſſere omnia? Cuiuſmodi belli,ſeu rebellionis potius euentus,in rebus etiam nouis aduerſus Maieſtatem tuam, Rex generoſiſsime,à perditis nonnullis teme-

lis temerè motis,Deo eodem procurante(ita enim,ſicuti res eſt, ſem- A
per dicendum)extitit. Licuiſſet tum utrique ueſtrûm,iure manifeſto,
ſecundum Imperiales conſtitutiones,& ſacrarum literarum exempla,
ſeueritatem in perduellionis reos exercere,& lege in eos agi iubere: ut
intelligerent homines, quid ſibi illud Solomonis oraculare uelit uer-
» bum:Sicut rugitus leonis,ita & tremor regis:Qui prouocat eum, pec-
» cat in animam ſuam.Et rurſus illud:Timeto regem, & cum ſeditioſis
» ne commiſcearis. Sed maluerunt Maieſtates ueſtræ, pro religione &
pietate ſua excellenti, ad imitationem & exemplum diuinæ benignitatis,omiſsis Iulijs legibus,mitius in reos peractos conſulere,& per pau
corum legitimam pœnam & caſtigationem,quæſtione grauiſsima pa-
ternè defungi:non aliud ea re ſpectantes, quàm ut eiuſmodi pauciſsi-
morum capitum coercio, hominum eſſet metus & terror plurimo-
rum. Et quando remunerationis diuinæ,qua cœleſte numen Maieſta
tis tuæ pietatem compenſat,pauca ſaltem ex multis documenta attin-
gere nobis uiſum eſt: non prætereundum illud quoque, à Deo Maie-
ſtati tuæ inſigne conceſſum donum,quòd Maieſtas tua,ex unius nobi-
liſsimæ & pudiciſsimæ fœminæ, reginæ Annæ, Maieſtatis tuæ con-
iugis chariſsimæ(cuius principis æterna in Deo pace fruentis, uirtutis
& ſanctitatis recordatione, etiamnum Maieſtatis tuæ ſubditi populi
omnes recreantur)matrimonio,fœcundæ prolificationis,non modò
apud reges,& magnates uiros,ſed etiam apud priuatos homines,exem B
plo raro & mirifico,tot utriuſque ſexus liberos ſuauiſsimos ſuſceperit:
de quibus dubium eſt,fœlicius ne prognati, an melius edocti atque e-
ducati ſint. Præclariſsimum mehercules & hoc fœlicitatis ſpecimen,
cuius prouentum à ſolo Deo eſſe,manifeſtum eſt, ut ſcilicet illuſtriſsi-
ma domus Auſtriacæ familia,tum principes bonos & pios orbi Chri-
ſtiano donet,tum reges atque dynaſtas alios coniugijs auſpicatis coho-
neſtatos,ſibi conciliet: eoſq; ipſos arcta inter ſe ſanctioris affinitatis ne-
ceſsitudine,publicæ pacis atque quietis conſtituendæ, ſtabiliendæ que
gratia,coniungat.Eſt hoc quodammodo peculiare Auſtriacorum Ar-
chiducum,ut per liberos ſuos,in gentes & familias alias, quaſi colonijs
è domo ſua deducendis,miſſos, pomeria ditionis ſuæ proferant, & re-
gnum,Deo fortunante,propagent. Non hic quidquã Maieſtatis tuæ
auribus datur, neque ad aſſentationem uerba componuntur: ſed re
ipſa,& ueritate cogente,benignitatem æterni & clementis in Maieſta-
tem tuam,& ſubditos eidem populos omnes, Dei ſummam: qui Ma-
ieſtatem tuam, eiuſdemq; germanum, Carolum Imperatorem, tan-
tos uidelicet & tales Principes,ut temporibus noſtris rei Romanę prę-
eſſent,dedit:eorundemq; non diſsimiles hæredes atque ſucceſſores fi-
lios,uiuas parentum ipſorum & abſolutas imagines, ſpectatæ iam uir-
tutis,induſtriæ & pietatis iuuenes, cum pari poteſtate & gratia eſt da-
turus,

A turus,curſim ſaltem perſtringimus: ut ne ingratæ mentis horrendo
uitio à maieſtate diuina,bonorum omnium conciliatrice,condẽne-
mur. Exigit id à nobis profeſsionis noſtræ & pietatis officiũ,ut gra-
tiam eius & munificẽtiam in nos tantam gratè agnoſcamus. Veluti
enim in importuoſo & uaſto pelago,undiq; ſæua procella & tempe-
ſtate Typhonica ingruente,fluitãtibus,rectorem nauis peritum: ſic
in orbe noſtro uniuerſo,multis difficultatib. infeſto, propter uarios
grauesq; caſus periclitãtibus,principes prudentes,& omni genere he
roicarũ uirtutum florentes, diuina prouidentia nobis attribuit. Ab-
horret profectò ab illa recordatione animus,qui ſtatus Rerũpub. fu
turus fuerat,ſi in aliorum, quàm in ueſtram diuorum fratrũ poteſtà
tem ſceptra Romana incidiſſent:neque enim domi,neque foris illæ
conſtitiſſent.

O fortunatos nimium,ſua ſi bona norint,
Agricolas:—

rectè Maro exclamat,& ſentẽtiæ ſuæ pulchrè & grauiter explicat ra
tionem.Nos uerò terq; quaterq; beatos(ut uerbis eiuſdem poetæ u-
tar) ſi nobiſcum ipſi fœlititatis noſtræ cumulũ gratis pijsq; animis
conſideremus,qua nobis ſub Maieſtatum ueſtrarum regimine & im
perio æquo cum omni omnium utilitatum cõmoditatumq; copia
plurifariam,ſi uelimus,perfrui datur.Romani hominis præclara illa
B ſunt uerba:Non eſſe præſtabilius:aut pulchrius munus deorũ, quàm
caſtum & dijs ſimillimum principem. Ea uerba non rectius ſanè in
Traianum,de quo dicta ſunt, quàm in Maieſtates ueſtras,quæ illum
cùm uirtutibus omnib. alijs æquarunt,tum ſanctitate & uero cultu
Dei longiſsimè ſuperarunt,quadrant.Et ſententiã iſtam ueram eſſe,
experientia ipſa, & temporũ omnium ſtatus apertè declarat. Nun-
quam certè res hominum florentiores,quàm ſub bonis: nunquã de-
teriores,quàm ſub malis principibus fuere.Et quo præſtãtius eſt Dei
donum,rex pius & prudens,hoc rarius ſeculis omnibus hominũ ge-
neri contingit.Ex omni populi Dei regum numero(nam Moſen,Io
ſuẽ, Samuelem,& paucos quoſdam duces & iudices, qui reges ipſos
præceſſerunt,recenſere ſuperſedeo) ſi Dauidem, quẽ Dominus ui-
rum iuxta cor ſuum inuenit:ſi Solomonem ſapientem,qui tamen à
ſeipſo ſtultè degenerauit:ſi Ezechiam pium,& religioſum Ioſiã exci
piamus, quod iudicium de alijs omnibus ſanctorũ uirorũ erit? Idem
ſi de Romanis Imperatoribus,ab Auguſto Cæſare,uſq; ad Conſtan
tinum Magnum,fecerimus:atque quum Auguſto ipſi,necnon Tito,
orbis terrarũ delicijs, & ei quem paulo antènominauimus Traiano,
Marco Philoſopho,Alexandro Seuero, qui tot in aula & cõſilio ſuo
habuit egregios Iuriſcõſultos,& ppaucis alijs,uirtutis & bene geſtæ
Reip.laudem tribuerimus, num cæteros pleroſq; omnes tanquam

orbis terrarum faces,& generis humani portenta, non execrabimur? A
A Conſtantini temporibus nõnulli extitere principes,religionis & be
neficentiæ ſtudijs inſignes:quidã hæreſibus nimis addicti, alij ignaui,
aut crudeles.Fuere aliqui,inter Græcos præcipuè, qui ne nominari qui
dem debeant.Germania Imperatores plurimum laudatos protulit.In
primis autem Maieſtatis tuæ genti inclytæ,uel domi uel militiæ cele
bres,uel etiam pacis ſimul & belli ſtudijs præſtãtes, religionis certè lau
de præclaros,omnes debemus principes.Nihil ex ea prodijt Sardanapa
licum,nihil tyrannicum,nihil Ieſabelicum.Ita namq; Auſtriaci Duces
& Imperatores regimine poteſtatis ſummę ſunt uſi,ut recti atq; hone
ſti cuſtodes ſe,& iuſtitiæ miniſtros atq; interpretes,adminiſtrationisq;
ſibi creditæ nõ dominos,ſed fiduciarios,ſiue depoſitarios eſſe iudican
tes,collocatũ depoſitumq; apud ſe regnũ,Regi regum & Domino do
minantium repoſcenti,bona fide reſtituendum,rationẽq; de eo red-
dendam eſſe ſcirent. Neque illis ullo loco & tempore memoria,iuxta
Agathonis præceptum,excidit, hominibus ſe,quum & ipſi homines
eſſent,imperare,& ſecundum leges imperare,deniq; nõ perpetuò im-
perare.Et quia primam ſibi curam de religione & cultu Dei propagã
do ſumpſerant,Academiam unam Viennę Auſtrię,alteram Friburgi
Briſgoiæ inſtituerunt,ut ibi iuuentus unà cum humanitate pietatem
ueram addiſceret.Ad hæc præmia bonis liberaliter tribuentes, & pœ
nas malis legitimè irrogãtes:ne dum hiſce parcerent,illis nocerent,ue B
riti:atq; imperium in ſeipſos maximè exercentes,tum autem cogita-
tiones & actiones omnes ſuas ad laudem,honorem,& gloriã Dei, &
ad bonum publicum referẽtes,perpulchrè fauſtis populorum ſuorũ
acclamationibus,titulisq; ſuis reipſa ſatisfaciẽtes,reſponderunt. Con-
uenire etiam ſibi optimi principes putauere,ut ne ſubditis ſuis uirtute
inferiores aut deteriores eſſent:& quod per edicta propoſita fieri à ci
uibus uellẽt, id ipſi primùm factis exequerentur.ut rectè de quolibet
eorum Sincerianum illud pronunciari poſſet:

» *Publica nimirum tum res ſibi conſtat, & æquum*
» *Imperium, quum rex quod iubet, ipſe facit.*

Neq; alia magis appellatione ſunt gauiſi,quàm ut teſtificatione certa
benignitatis pietatisq; eorũ à ciuibus patres appellarẽtur.Ea animis eo
rum nihil fuit gratius,acceptius,iucũdius.Talem honorẽ apud Home
rũ Vlyſsi,comites Græci,& apud Virgiliũ Aeneę ſocij Troiani habent.
Ille namq; à ſuis πατὴρ ἥπιος, hoc eſt, pater benignus,audit:iſte uerò,

» *— Et tu pater optime Teucrũm.*

Didicerant pij reges,in Cyri regia inſtitutione apud Xenophõtem re
periri,Nihil principem bonũ intereſſe bono patri.Patres quippe pro-
uida de liberis ſollicitudine,ut ne quid eis bonorum deſit,procurare:
& Cyrum in medium cõſulere, ut ciues ſui quàm maximè beati ſint,
& felices.

A & felices.Inde adeò factum, ut Archiſtrategorum Auſtrię familia,per
tot ſecula à progenie in progeniẽ, & à generatione in generationem,
Deo eam propter mandatorum ſuorum obſeruationem,benedictio-
ne & gratia ſua complectente & magnificante,durarit:duraturaq;,eo-
dem Deo adiuuante,ſit,

In freta dum fluuij current, dum montibus umbræ
Luſtrabunt, conuexa polus dum ſidera paſcet.

quum magnorum quandoque & potentium regum ſtirpes, ſeculum
unum non exceſſerint:aut certè uix ad tertiam,uel quartam,ut in Mo-
ſaicis legitur oraculis,generationẽ,iuſta Dei uindicta,peruenerint.Ve-
rùm enimuerò ſicuti in terris nihil poteſt melius eſſe,atq; expetibilius,
principe bono:ita nihil è diuerſo,prauo dominatore damnoſius eſt,at-
que deterius.Neq; inter cæteras ultionis diuinæ plagas,quibus uiſitare
& coercere ingratum,rebellem,& impium populum Deus ſolet, mi-
nimam affert cladem imperijs princeps malus.Non eſt opus hoc in lo
co uel ueteribus,uel recentibus exemplis.Res apertior eſt,quàm ut ne-
gari poſsit.Et horrendæ de ea ſunt in diuinis reſponſis ſententiæ.Pro- «
pter peccata populi,regnare facit hypocritam.Propter peccata terræ, «
multi principes eius. Dabo pueros principes eorum,& effœminati do «
minabuntur eis. Sed cum gratiarum actione ſumma Deus Opt.Max. «
meritò laudãdus eſt,qui ætate noſtra populum ſuum,quantumuis gra
B ues commeritum ærumnas,à principibus cõſeruauerit (ut cum Eſaia
dicam)infidelibus,ſocijs furum,ſequentibus munera,ſequentibus re- «
tributionem,pupillo non iudicantibus,& cauſam uiduæ ad ſe non ad- «
mittentibus:à principibus(quod apud Ezechielem eſt)quaſi lupis ra- «
pientibus prædam,effundentibus ſanguinem,perdentibus animas,ſe- «
ctantibus lucra. Optimè ſanè factum,quòd rei Romanæ ſumma duo- «
bus diuis fratribus,Carolo & Ferdinando, diuinitùs cõmiſſa eſt, cum
utriuſq; liberorum,eorundemq; ſucceſſorum ſpe optima. Patiatur be
nignè Maieſtas tua,hoc ſic nos repetere,& plublicitùs ſincero & grato
animo profiteri. Virtutes uerò Maieſtatis tuę alias hic commemorare,
conſilium non eſt:cùm quòd parum mihi ad opus tantum ſit uirium,
ſilereq; de re magna,quã prò dignitate perſequi nequeas,præſtet: tum
quòd eas ipſas uirtutes pleraſq; Nicephorus in Præfatione ſua,qua lu-
cubrationem hiſtoriæ iſtius Emanueli Palæologo Conſtantinopolita
no Imperatori (ita enim coniecturis ductus arbitror) conſecrat,lucu-
lẽter ueluti in ſpeculo expreſsit.Aut enim Emanuel Cæſar,ſicuti eum
hiſtoricus noſter ornamentis ſuis depingit,uirtute pleraq; omni colen
da,Maieſtati tuæ quàm ſimillimus fuit:aut in perſona illius,talem eum
eſſe,qualem ipſe deſcripſit,qui philoſophorum de magnis principibus
orationes & libros cõponentium,& quorundam etiam hiſtoricorum
mos eſt,debere eſſe oſtendens,Maieſtatis tuæ tot & tanta decora con-

formauit: ueluti animo iam tum præsagiens, sub eius principis nomine Opus suum latinè uersum, aliquando uulgatum iri, quem ipse græcè laudibus suis uerissimè ornarit. Qua in re nisi in eandē mecum sententiam pedibus ibunt æqui censores omnes, quibus uel per transennam domestica Maiestatis tuę consuetudo inspecta est, nihil prorsus rluctor, quin leuis, uanus, & futilis habear. Reliquum porrò est, ut publico religionis nostræ sacrosanctę nomine Maiestatem tuam orem, quo ea, pro pietate sua, liberalium artium, humanarumq; literarum, atque linguarum potissimū studia, sine quibus pietatem ipsam sinceriorem frigescere oportet, præmijs honoribusq; propositis, aucta & honesta esse uelit. Perinde namque atque homines nostri per ingluuiem sese literis eiusmodi ingurgitassent, incrassatiq;, impinguati, & dilatati (ut Mosaica locutione utar) essent, ita ab eis per nauseam abhorrere incipiunt: aut fortasse, quòd minus quæstuosa sint, ea deserunt, atque despiciunt: quorum alterum, ingrati erga Deum, cuius munus literæ tales sunt: alterum, pusilli per seipsum: utrunque autem improbi animi est, ne dicam impij. Causæ huius paucis mentionem apud Maiestatem tuā fecisse sat est, quòd & ipsa se æquitate sua commendat, & Maiestas tua sua sponte ad bonas piasq; artes ornandas propensa est, & procliuis, ut modò tempora nobis, sicuti cœpere, pacata currere pergant. Sic Maiestatis tuæ pietatem, promissionem habentem præsentis uitæ & futuræ, in altero etiam seculo, & regno cœlesti, inter sanctos principes, immortalitate diuina Deus remunerabitur. Et in hoc interim mundo, supra eas, quas retulimus, à Maiestate cœlesti, Maiestati tuæ Regiæ tributas dotes, eidem concedet longæuitatē facilem, consiliorum & actionum omnium successum prosperum, domi administrationem regnorum tranquillam, foris contra hostes omnes uictoriam optatam, & filijs Maiestatis tuæ regiminis successionem certam & pacatam: ita ut unà cum paternæ & auitæ uirtutis & pietatis hæreditate, Maiestatis illi tuæ sceptra obtineant, & nati natorum, & qui nascentur ab illis. Id quod ita fore, benignitate diuina freti, speramus, uotisq; cunctis optamus & comprecamur.

AD

AD AETERNAM SAPIENTIAM, PRO NIcephori Callisti Xanthopuli Historiæ Ecclesiasticæ editione, G. Logi Silesij Votum.

Aurea in æterno Sapientia numen Olympo,
Aeterna æterni mens animusq; Dei:
Omnia quæ nutu una regis, quæq; una creasti,
Quæ mare, quæ tellus, quæ uagus æther alit:
Aerios montes, ridentia prata, solumq;
Frugiferum, fontes lenè sonantis aquæ,
Et fluuios latè irriguos, tum stagna, lacusq;
Siue suprà tellus, siue ea subter habet:
Squamigerum omne pecus, salis horrida monstra profundi,
Et uolucres, pennis qui supera alta secant:
Sideraq; ingentis mundi quæ machina torquet,
Cœlicolasq; domos, cœlicolumq; genus:
Et nemora arboribus denssissima, lustra ferarum,
Seu iuga celsa illas, seu caua uallis habet.
Hinc homines, partem diuinæ mentis, opusq;
Ritè tuum, effigiem condis & ipsa tui.
Indiga nil nostri, tantum ex bonitate profunda,
O bonitas nullis æquiparanda bonis.
Queis licet æthereas eadem ex bonitate uidere
Diys similes, meritis, te tribuente domos.
Nicephorus cuius uirtute & numine plenus,
Namq; tuā hinc præsens mentem animumq; dabas,
Sidereo ad templum quod sese æquabat Olympo,
Et Constantini nunc quoq; in urbe manet.
At nunc, indignum ô facinus, scelera impia, diris
Fœdatum à Turcis, impia sacra gemit.
Virgineo à partu repetens, & origine prima,
Ad sua perpetuum tempora duxit opus.
Grandiaq; arcani uerbi mysteria pandens,
Ad superos certa nos docet ire uia.
Atq; à sinceris zizania frugibus arcens,
~~*Deos alienorum Iouem ceu ambrosia. nos alit (sono nectare & ambrosia*~~
~~*Eloquio Graios scelerosissimus erexerat ausus,*~~
~~*Assyrios ritus nostræ formā uocibus.*~~
~~*Sæuis dirupuerat, quæ uanis inseruit honores,*~~
~~*Sæua sibi arcana sæua ligatus pede.*~~
~~*Illorum ille animi mentem sublatus, & auras*~~
~~*Impia præcipitis nomina sq; dedit.*~~
~~*Quam longe à templo diuinæ mentis auito*~~
~~*Accepit, horrenda cum mente aberrabant.*~~
~~*Quippe uetus, Augusto dirutā hactenus templo*~~
~~*Diuinæ mentis, Augustæ sacra domus.*~~
~~*Hoc illo Augustus, augustiori templa sacerdos*~~
~~*Ingredimur, supplex & Sophiæ aras adit.*~~

~~Atq; aures & fauete precibus huius præcinite sepe propitiæ~~
~~Lucinæ, sæpe nixibus esse placent.~~
~~Sic ea semper felix effecta uirum habeat,~~
~~Alcino quondam uxor prædita similis:~~
Magnanimi auspicio Fernandi regis, & ære,
Aurea cuius honos sidera laude ferit:
Regis Romani, qui nobis aurea fœlix
Secula nunc condit, aurea restituit.
Ille tuum ante alios nam sanctum numen adorat,
Et nihil huic casta est relligione prius.
Ritè tibi hic Pario statuet de marmore templum,
Sacraq; restituet prisca, decusq; tibi.
Pulchra Oderæ in ripa, multa qua flauus arena
Amne cito Breslæ mœnia amœna lauat.
Latiuijs nusquam quæ concessura Mycænis,
Ardua turrigerum tollit in astra caput.
Insula qua Vatis magni de nomine dicta,
Qui sacro æthereum tinxit in amne Deum.
In medio Pater almus erit, dehinc Filius, & qui
Spiritus æquali numine utrunq; refert.
Unum sub triplici numen qui nomine regnant,
Quiq; tuum Sophiæ nomine nomen habent.
Montis Auentini princeps, Habsburgia proles
Maxima, & à magno ducta Leone domus.
Quos infra uetus Austriacæ quæ gentis origo,
Romani imperij te duce frena regit.
Cæsaris hinc magni, sed uestrum numen adorans,
Accedet post hunc Regis & effigies.
Quos circa sobolis magnæ generosa propago
Austriacæ Heroes qui decora alta domus.
Nomen aui Regis referent insigne Philippus,
Qui natu est maior Carole magne tibi.
Magdalis hinc coniunx, Romani filia regis,
Augeat ut nymphas candide Bethi tuas.
Alterius dehinc nomine aui, cui regna Bohemi
Clara solo pârent, Maximus Aemylius.
Hesperia in magna magni cui filia nupsit
Cæsaris, ut uestrum hinc augeat usq; genus.
Pannoniæ hinc Princeps, frater Fernande, paternum
Nomen habens, sanctæ stabis in æde deæ.
Quales Tyndaridæ gemini, seu pectore fido
Quis certet pugnis, seu mage certet equis.
Carolus hinc minimus natu, uerùm indole magnus:
Nam cursu ad metam fertur & ipse suo.
Dij quantum est animi in puero, & uirtutis auitæ!
Ignis agit iam nunc pectora in alta decus.
Ante diem & raptus Ioannes filius infans,
Scilicet ut uobis præuius astra pareț.

Hinc

Hinc natæ innumeræ, magnis quæ Regibus ortæ,
Nupserunt magnis Regibus & Ducibus.
Inter quas diuis similis effulget Elysa,
Bethis quæ aurifero nomen ab amne tulit.
Sarmathiæ regi quæ nupta haud omine dextro,
Ante diem Elysias uidit Elysa domos.
Fœlices genitis, qualis Iesseia proles
Aeterno in solio regia sceptra gerit.
Vestibulo in medio, atq; adytis, foribusq; superbis,
Celabit docti dein manus artificis,
Res gestas foris atq; domi, uestra inclyta facta,
Marmore cum Pario sectile stabit ebur.
Gallorum ut Cæsar domuit, Libyeq; tyrannum,
Tot populos domuit nobilis Italiæ.
Regnatorem Asiæ, nostris dum sæuit in oris,
Compulerit turpi mox dare terga fugæ:
Charo subueniens fratri, nostroq; labori,
Dum graue perpessa est Pannonis ora iugum.
Hinc ope iam fratris, ciuilia tractus in arma,
Curaq; suis domuit urbibus utq; duces.
Cum rapidum pedibus transmitteret impiger Albim
Insolitas fluuio tunc sibi dante uias.
Regis Romani mox his longo ordine pugnas
Adiunget, longum quas numerare foret.
Aerias ut Pannoniæ discecerit arces,
Deq; feris sibi tot fixa trophæa Getis.
Iniustum ut toties sternit pellitq; tyrannum,
Tradidit hic diris seq; suosq; Getis.
Impius & sæuo potuit seruire tyranno,
Fax patriæ, & regni sanguinolenta lues.
Bellaq;, quæ longum mihi sit recitare, per orbem
Fœlici amborum gesta sub imperio.
His tamen adijciet, nostrum dum Carolus orbem,
Et regit hunc mundum, quòd dedit ipse nouum.
Ignotum antè alijs mundum, sua sidera nouit,
Quiq; suos coluit numina falsa deos.
Qui quòd te nouit iam, quòd ueneratur, adorat,
Omne tuum, atq; pij est Cæsaris istud opus.
Hinc illi pleno fundis largissima cornu
Aurea inexhausta munera diua manu.
Hoc primùm, socio mox Cæsare & auspice magno,
Iam tibi prædico Turca superbe malum.
Constantini urbem sacri, tuaq; inclyta templa
Auferet è manibus, barbaricoq; iugo.
Europæ uictor sternens, Asiæq; tyrannum,
Quem terræ atq; maris exuet imperio.
Tu modò diua faue cœptis tam fortibus, unà
Et facias: namq; hoc munus opusq; tuum.

Tunc tibi quot ſacris fumabunt ignibus aræ,
Et cadet ante tuos uictima quanta pedes?
Quæq; ſacerdotes caſti tibi carmina dicent?
Et tua tam miſero turba ſoluta iugo?
Ipſe ego dona feram, ſacro uelatus amictu,
Et tua uoce pia numina magna canam,
Et manibus palma, ramoq; inſignis oliuæ,
Ingrediar templi limina ſancta tui.
Adſis ô Dea magna, pioq; aſſiſte labori,
Aeterna æterni menſq; uigorq; Dei.

F I N I S.

DEDICATIO OPERIS,

LAVDES PIISSIMI ET SANCTI *Imperatoris complectens.*

Videtur is eſſe Emanuel Palæologus.

A ECCLESIASTICA Hiſtoria compoſita, multorumq; & admirandorum uirorum rebus geſtis à me ſcriptis, nemini profectò Opus id, quàm tibi, rectius conſecrarim, Imperator, Principum omnium CHRISTI amantiſsimo atq; humaniſsimo: quí omnes prórſus uirtutes complexus, nihil rerum pulcherrimarum & excellentiſsimarum prętermiſiſti. Et quumpermulta atq; adeò innumerabilia tua ſint pręclarè facta, oratíonem noſtram longè ſuperantia, manu diuína conſilium omne tuum & factum dirigente: tum, ut mihí quidem uídetur, & rectè quiſpiam dixerit, omnium maxima & illuſtriſsima eſt pietas, egregiumq; in Eccleſiam CHRISTI ſtudium, & flagrans atq; incredibilis in eandē amor, & quas eius nomine reportaſti, uictoriæ & tropæa. Quæ ſanè pietas, immenſis ſæuientis impietatis fluctíbus, immanibusq; conflictantium uentorum procellis huc atq; illuc quodammodo graui iactatione agitata, beneficio tandem tuo, qui rebus omnibus alijs poſthabitis, hoc unum curaris, tutò ad tranquillum portum tuum annauit atq; applicuit. Et nūc integra, ueluti recēti ſitu abiecto, & priſtina ueteriq; uenuſtate recepta, ſeu potíus ſalſugine, quam ex tempeſtate concepit, orationis tuæ ſuauiſsimo ſónitu repurgata atq; reiecta, tibi diuino orbis rectori atq; gubernatori, ſacroq; (ſic enim dícendum) auſpici & curatori, condígnas refert gratias, claram ueluti & ingentem emittens uocem, omnes nos per te ſaluam atq; inuiolatam retinentes pietatē, conſtanter firmiterq; in ſinceræ fidei ſententia, opinione de diuino numine erronea, ita ut conueniebat, longiſsimè repudiata, conſiſtere. Verùm enimuerò, ſi deliberatione habita, res tuas à primo initio ſingillatim proſequi, quas ue radíces actionum tuarum, quæ omnia ſapienter conſtituit diuina prouidentia, iecerit, exponere uellem, in immēſum oratio excreſceret: & híſtoriam potíus, quàm Operis dedicatiorem inſtituere uiderer. Sed quum aliud ſcribendi conſilium mihi ſit propoſitum, paucas quaſdam res tuas in præſentia attíngere, atq; oratione perſtringere, eſt uiſum: reliquis ſuo loco & tempori, proeò atq; decet, rectè reſeruatis, præſertim quum id quod nunc quoq; dícere inſtituí, propter abundantem atq; exuberantem rerum copíam, me ad nouam quandam redigat inopíam: ita ut etiam ea quæ cupio, perficere, atque ſtylo exequí nequeam: eo quòd perinde atq; in prato uario, innumeríſq; amœnitatibus ſcatenti, ad ſe quæq; res me pertrahant, eíſq; tractandís retinere conentur. Cæterum orationi meæ modum ímponam: quæ non longior futura eſt, quàm ut qualemcunq; ſaltem mei erga te amoris & deſiderij ſignificationē exhibeat: & ego egregiam in te uoluntatem meam, quę ad hoc uſq; tempus tecta occultaq; fuit, cum líbertate propalàm declarem. Tuæ uerò manſuetudinis atq; humanitatis fuerit, ut me placidè aſpiciat, atq; fiduciam animo meo addat. In primis uerò, ſiquid minus rectè in hoc Opere à me dictum fuerit, ut mihi ignoſcat: hiſtoriamq; meam, pro iudicij ſui acrimonia, addendo atq; adimēdo repurget. Quicquid enim calculus tuus accuratius emendauerit, id & mihi & omnibus alijs gratum certumq; habebitur: propterea quòd ex omnibus, quicunq; fuere, tibí maximè perſpicere talia, & dèprehendere, promptitudine & acrimonia naturæ, Dei dono contigerit: & quòd

Imperator uirtutibus omnibus, & ornamentis pluribus clarus.

Idem potißimum ſinceram pietatem, opinionibus de ea prauis reiectis, reſtituit.

B

Ex plurimis paucæ tantum præclaræ Imperatoris res in hac Præfatione attingēdæ.

Beneuolentiæ captatio

Opus hoc Imperatoris iudicio ſubmittitur.

Quomodo de rebus diuinis disputandum.

quòd disserere atq; disputare, moderatiõe iusta, & timore multo adhibito, de re A
bus diuinis explicatè noris. Præterea quòd mente concipere, & ore diserto elo-
qui, id quod uisum est, insuperq; idipsum probè dijudicare, ita ut alterũ ab alte-

Iudicium acre principis.

ro pernoscatur, optimè possis. Neq; quisquam reperitur esse tam audax & teme
rarius, qui post limam, iudiciumq; tuum, digitum adhibere scriptis sustineat. Ita-
que rebus multis omissis, inde tandem orationem de rebus tuis ordiar. Quum

Imperator prouidentia certa Dei genitus.

enim ueluti quispiam eorũ, qui singulari Dei dono dati sunt, optimorum & no-
bilissimorum illorum uirorum, nasci, & imperiũ in homines uniuersos suscipere
deberes, magni consilij angelus, ac potius rerum uniuersarum pater atq; rector,
consilium agitauit, & ad eos qui cum eo eiusdem sunt naturæ & honoris. Facia-
mus, inquit, rursum hominẽ ad imaginẽ nostram, & similitudinẽ primi illius qui
dudum diffluxit. Et editus es, diuina quadam ui & natura, spiritu uitæ tibi affla-
to, qui uitalis alijs uirtus, primitiæq;, & quasi quidam alius generis princeps in
orbe nostro futurus eras. Qua in re, illa, perinde atq; instrumẽto & authore usa
est patre tuo, qui maiorum suorum splendore, nobilitate, amplitudine gloriæ, ar
te imperatoria, opibus, adhæc prudẽtia, fortitudine, & naturæ ui, antiquissimos
quosq; suiq; & nostri tẽporis principes obscurauit. Nec illi, quum antea res mul
tas pro Romanis egisset, aliam ob causam Deus imperiale tradidit sceptrũ, quàm

Quæ res Imperatorem maximè deceant.

ut tu facile & incruentum obtineres imperium, pietate & facinoribus omnibus
bonis futurus longè clarissimus: eis quippe rebus uerissimè Imperator declara-
tur. Quandoquidem uerò tibi quoq;, qui imperium in uniuersos è manu Dei fue
ras susceptурus, seu potius ante natiuitatem receperas, Imperialem domum &

Imperatoris huius patria Constantinopolis, paradisus alter.

aulam instrui oportuit, quæ sanè tam ingens & amplum deceret Imperium: ea
quoq; quemadmodum primo illi Adam orbis uniuersus, & quicunque tandem
fuit paradisus ille, condigna præparata est. Ea uerò erat noua Eden, terrestre cœ B
lum, paradisi ueluti primarium exemplar, patria quidem tua, commune autem
Christianorum omnium domicilium, urbium uidelicet omnium regina. Simul-

Emanuele nato, prædones Turcæ Constãtinopoli eiecti sunt.

atq; enim ipse ex materno prodijsti thalamo, prædonum examen, quod eam lon
go tempore afflixerat, inde est expulsum, terrore quodammodo perculsum atq;
accisum: germanumq; planè hæredem, Imperatorem, & conditorem eius, ueri-
tum: qui sanè prædones, exitum atq; fugam accelerantes, tanquã corruscãti ense
tuo eiecti, alius alió profugit. Ad eum modum illa per te nobis omnibus repur-
gata, & tibi nutricia atq; educatrix facta est, duabus his rebus in te atq; illa diui-
nitùs benignè præstitis. Neq; enim illa, quæ nuper admodum liberam lucem ui-
dere cœperat, in alio quopiam, quàm in te uno, debitam gloriam consequi po-
tuit: qui maximè quidem ad gloriam Dei propagandam processeris, & summa
omnium dignitate honoris auctus sis, neq; etiam tibi præ illa condignius contin-
gere potuit domicilium & habitatio. Quapropter, sicuti Deus solitus est, lon-
gius etiam antea magnarum rerum iacere fundamẽta, itidem meritò quoq; tum

Imperatoris Emanuelis infantia.

id est ab eo factum. Sedenim, uti quum etiamnum fascijs puerilibus inuoluere-
ris, & à nutrice curareris, futuram rerum gratiam exultans, atq; (ut sic quispiam
dicat) subsiliens, graui atq; imperiali corporis habitu exhibueris: atq; inter quo-
tidianam membrorum fingendorum compositionem, senilem quodãmodo præ
te ferens prudentiam, excellentem in te pietatem, sicuti Ioannes, exultans, & eum
qui tibi in undis lustralibus gratiam concesserit, adorans, ostenderis. Atq; alias res

Pueritia.

tuas, dõnec ex infantia ad puerilem peruenisti ætatem, quid dicere attinet? præ-
terquàm quod (ut in prouerbio est) à prima linea, in primis pietas, amor Dei, &
humanitas tibi studio fuit: quum quidem & alia omnia, quæ cura & laude digna

Adolescentia.

sunt, concurrerent: & tu ætate simul, sapientia, & gratia procederes, non quidem
quòd

A quòd incrementa hæc in te caperent, sed quòd simul sese proferrent, atq; exhibe
rent: firmitatemq; cum ætate, morum grauitate, & cultura augescente, assume-
rent. Atq; equidem ad pulchrum bonumq; fundamentum, pietatem ipsam, for-

Virtutum omnium fundamentum pietas.

titudo primùm accessit: hanc consecuta est prudentia, deinde temperantia quo-
que efflоruit. Aduenit ad has iustitia quoq;, aurea hæc prorsus, quam multi cõ-

Virtutum aliarum accessio.

plicare & connectere nequeunt, catena. Eam uerò tu omnium pulcherrimè con
cinnans, nouam quandam & admirandã planè perfecisti uirtutum harmoniam

Virtutum catena.

& concentum. Nam quæ in ijs uel abunda nt, uel deficiunt, uitijs scilicet ipsis re-
iectis, media es complexus, & unam prorsus ex eis, tanquam uniuersalem uirtu
tem confecisti. Atq;, ut quas medio tempore gessisti res tuas, in cõpendium re-
digam, postquam diuinæ sententiæ placitum est, unum te Imperij gubernaculis

Ioannes Paleologus Imperator mortuus.

præsidere, fatali decreto, è uita communis omnium nostrùm propugnator atq;
Imperator, tuus autem pater simul & institutor, emigrauit: quum quidem prius
Romanorum Imperium, sicut à centro circulum, propagasset imperatorijs arti-
bus, reportatis ab hostibus uictorijs, nec non alijs magnarum rerum administra
tionibus, ingẽtem apud omnes qui sub sole sunt homines, gloriam cõsequutus.

Successor eius in imperio Cõstantinopolitano Emanuel filius.

Tu autem, Princeps præstantissime, ubi solus Imperium es adeptus, confestim
copias tuas, pro ipso Deo, primùm in aciem produxisti: opibus tuis omnibus,
quas à Deo acceperas, à primis (quod dicitur) carceribus, pro eo qui te Impera-
torem unxit, usus. Itaq;, sicuti dicere cœpi, quum ueram religionem nostrã, no-
uis inductis rebus, per adulterinas & absurdas doctrinas, in discrimẽ adductam

Huic pietas et religio ab initio Imperij in primis curæ fuit.

esse cerneres, studiosissimè eam & sapientissimè tutatus es. Quod namq; perspe
ctum tibi optimè esse, ad Imperij præsidium solam pietatem, & rei diuinæ sedu-
lum cultum sufficere, reliqua autem cum his comparata nihil esse, diuinam planè
& sapientissimam concepisti sententiam. Proinde per eiusmodi rerum admini-

Imperij præsidium, pietatis cultus.

B stratiõnem, magnam à Deo inijsti gratiam: & à teipso illi satis præbuisti causæ,
ut perfacilè precãti tibi aurem suam inclinaret, actionibus omnibus tuis præiret,

Diuini numinis erga Emanuelem gratia & fauor.

Imperiumq; tibi firmaret atq; constitueret: uidelicet ut rectissimè, atq; ordine
optimò administratio eius procederet, in rebus omnibus te aptissimè dirigens:
atq; ut aliquis dicat, usuam imaginem, & statuam Imperij pulchram omnino &

Amplissima pietatis præmia diuinitùs concessa.

Imperialem, ad incredibilem & excellentissimã uenustatem expoliens. Sic enim
puto Dei benignitatem hominibus non contingere, nisi seipsos factis suis ea di-
gnos exhibuerint: quæ tu, quòd optima præstitisti, in primis ut gratiosus apud

Qui homines gratiæ Dei sint capaces.

Deum sis, cõsequutus es. Quapropter cernere erat, quicquid esset mali, id è me-
dio tolli: bona autem uniuersa ad manus esse, utilitatem publicam nõ morari, &

Bonus felixq; Imperij status.

tempora ipsa sub te nouo atq; cõmodo Imperatore renouari, atq; repubescere.
Atq; equidem rerum bonarum plerq; sua sponte aderant, pleræq; mox affutu
ræ erant. Accessit spes rebus præsentibus lõgè melior. Nam sicuti iubar quod-
dam è sublimi relucens, ubicunq; terrarum affluentem tibi diuinitùs gratiam abun-
dè demisisti, eamq; propter cœlestium donorum uarietatẽ, perinde atq; flumen
copiosum, profudisti. Et quum gloria abundares, nequaquam ad desidiam & ui

Veris Imperator.

tam molliorem te demisisti, sed rebus honestis dedidisti. Neq; purpura sumpta,
Imperium in teipsum exercere omisisti: & ratione tanquam freno usus, Imperij

Timor Dei Imperij custos.

administrationem philosophicis institutis temperasti, timore Dei illi tanquam
custode & opitulatore imposito. Porrò quum probè tibi cognitum esset princi

Tribuuntur Emanuelis præcipuæ Imperatoriæ uirtutes.

pes uiros non facilè admoneri se pati, neq; doctrinam atq; institutionem admit-
tere: eam tu in primis tibi in cõsilium adhibuisti, & Imperij tui, perinde atq; do-
mus custodem, & magistrum optimum, constituisti. Quin potius tibi hac mini
mè opus fuit. Quid enim apud te est, quod aliunde didiceris, aut importatũ ac-
ceperis?

ceperis: qui ingenij naturæq; tuæ bonitate omnia producas, & quicquid boni A
est, ueluti fructum quempiam generosum & maturum, in lucem proferas? Sed
nec illud Imperio suscepto egisti, ut te ciues & subditi tui metuerent tantùm: ue
rùm timorem eum charitate temperatum esse uoluisti. Proinde quum te homi
nes tui cũ admiratione dilexere, quòd minus esse terribilis, neq; arbitrio tuo ui
uere, & pleraq; omnia statuere uiderere, tum ipse eos magis etiam dilexisti: qui
bus reuera extitisti,

» *— Veluti pater optimus:*

quemadmodum ille dixit. aut, quod magis in te competit,

» *Rex bonus, atq; idem fortis bellator, in armis.*

Nam quod sceptrum Imperiale, splendidi cuiusdam seruitij signum esse, & coro
nam preciosissimam, nihil à lapillis, quæ in littore maris sunt, differre putares:
quamuis hæc, diuinæ quædam res, & immensorum arcanorumq; mysteriorum
imagines sint, purpuram ipsam pro uilibus pannis habens, floremq; eius mole
stum et tristem iudicans, moderatum nouo quodam modo in rebus secũdis ani
mum obtinuisti: nequaquam eis, sicuti pleriq;, exultans atq; superbiẽs. Quæ tua
moderatio maximè Deo grata fuit: eadem quoq; publicæ lætitiæ, & solennibus
conuentibus causam præbuit, multam animis omnium uoluptatem immittens.
Quum namq; optimus, & supra alios maximè generosus esses, haudquaquã ad
res minus decentes declinasti: uerùm cõstanter in factis laudatis perstitisti, pru
dentiæ scilicet & iudicij rationibus adductus. Insuper uerò circa pulcherrimas
quasq; res ambitiosus, ritè omnia atq; ordine peregisti. Formã siquidem atq; ha
bitum prę te ferens tyrannide dignum, animo mitis admodũ atq; humanus es,
conspectu ipso statim omnes, ut ita dicam, benignè excipiens: & nouo quodam
more, orationisq; tuæ gratia atq; illecebris, fluminis instar profluẽtibus, uniuer B
sos, perinde atque magnes lapis ferrum, suspensos tenens. Decentissimum uerò
quoq; tibi corpus, & excellentissimum, rerum uniuersarum architectrix natura
conformauit: ut sanè quispiam existimet, non principum solùm, sed etiam homi
num ferè omnium te absolutæ formę ideam atq; specimen, iuxta Platonẽ, & ue
nustatis omnis archetypũ atq; primarium exemplar esse. Robur insuper & for
titudo corporis, partiumq; omnium & membrorum proportio, aptaq; & tem
perata constitutio, ætatis quoq; flos & uigor, omnia simul concurrentia, suprà
quàm dici potest, optimam in te conficiunt temperaturam & harmoniam: haud
aliter quàm si in parte qualibet natura tibi præsens insideat, mensurarũq; & ma
gnitudinum rationibus artificiosissimè omnia, & perinde atq; lyram coagmẽta
tione compositioneq; conuenientissimè conformet. adeò ut in te uno, propter
tot & tanta, quæ in te scatentia protulisti bona, cõmunis natura iactare se & glo
riari possit, tanquam in exellentissimo generis nostri, ut ita dicam, donario, in
quo illa munificentiam suam ostentarit. Itaq; constanti exercitio rerum honesta
rum & pulcherrimarũ, cum generosa animi alacritate, tibi proposito, ignis pla
nè ardens, aut securis dissecans, aut sphæra, quod dicitur, seu globus quidã per
præcipitium, fuisti: omnibus cognoscendis incumbens, omnia etiam facilè men
te concipiens. Et quæ semel audita uel lecta discis, tam tenaci memoria comple
cteris, ut in ferreis pugillaribus, quæ in cordis tui tabulis conscripsisti, incisa esse
uideantur: tam solida firmaq; tibi est memoria. Porrò attentione, & mentis saga
citate, scientiam & eruditionẽ omnem breui superasti, naturę magnitudine eas
uirtutes cunctas re ipsa exhibens: idq; melius multo, quàm qui lõgissimo etiam
tempore operam illis nauarunt. Vnde illa tua est prouidentia, & usitata mentis
consideratio, necnon singularis morum gratia & affabilitas. Vnde etiam uiolen
torum

Bona corporis in Imperatore.

Adumbratur in hoc Impera tore, uirtutib. ornamentisq; pleriſq; omnibus absolutum optimi principis exemplar.

A torum laborum contra naturæ leges & corporis necessitates, tyrannis quædam
& dominatio, imperialisq; quæ tibi præstatur, obseruantiæ contemptus, atque
aliæ insuper primariæ uirtutes, supra naturæ humanæ captum diuinitùs tibi in
sitæ. Quales sunt & nocturnæ & diurnæ stationes, quum uel Deũ orationibus
placas, uel pro repub. defendenda excubas, uel etiam iura ciuibus reddis: ita ut
qui te conspiciunt, non uiro te, sed potius uiri statuæ conferant, frigus ex æquo
& æstum toleranti. Vsqueadeò te unum atque eundem in eis omnibus præbes,
tanquam inuictum, & ad naturæ momenta immobilem: cum omnibus quidem
familiarius uiuentem, omnibus autem te omnia, & omnigenũ suauemq; admo
dum & placidum exhibentẽ, multamq; atq; eam meram atq; sinceram, ut apud
Platonem est, libertatem subditis, perinde atq; uinum temperantem. Ac ueluti
inter curas & labores natus, tanquam habitus eorum in naturam abierit, magis
etiam illis delectaris, quàm alij socordia, delicijs, atq; eiusmodi, quibus assueue
runt, minimè laudatis studijs. Quod si hæc quoq; dicenda sunt, persæpe ego te
uidi nõ quotidie cibum sumentem, uerùm & binos & ternos transmittere dies,
ita ut nonnunquam quidem solo pane, & oleribus incoctis, aliquando uerò po
mis quibusdã uescereris. Et tempore plurimo sola aqua tibi potus fuit. Quibus
omnibus non ad sufficientiam aut satietatem es usus, sed celeriter omnino ea de
gustata mox remoueri iussisti, ut scilicet mens tibi absq; sordibus maximè pura
permaneret, intellectualibus spiritualibusq; & diuinis redundans cogitationi
bus: simulq; ut facilius uigilantia constaret, rectiusq; negotia pleraq;, ex præscri
pto diuino, matutino simul & meridiano, nec minus nocturno etiam tempore
perageres. In multam nanq; noctem, ac potius, ut plurimum ad illucescentẽ usq;
diem uigilans: & demum cubitum uadens, statim rursus excitus surrexisti, haud
B aliter quàm si tibi nocturna uestimenta grauia atque molesta essent. Sed enim ne
tum quidem à laboribus tibi remissio fuit, per somnum nimirum & insomnia te
exercenti, & nominis gloriæq; nostræ augmenta atque incrementa infatigabili
bus momentis & imaginationibus animi uisionibusq; nocturnis meditanti, &,
quoad eius fieri potuit, complenti atq; perficienti: adeò ut admirationis causam
hominibus præberes, diuiniorem quandam naturam te, somni atq; fatigationis
expertem esse, suspicantibus. Et quum quàm longissimè, &, ut aliquis dicat, iu
xta diametrum, à uoluptatibus & ignauia abfuisti: tum quotidianę uitæ disci
plinam & seueritatem maximè es consectatus. Vnde tibi bona corporis habitudo,
& ualetudo secunda maximè fuit. Et qui hac in re elaborant, nugatores meri ui
si sunt, Asclepiadæ quidam de Hippocrate præceptore gloriãtes, nec minus qui
Galeni lucubrationes euoluunt. Qui sanè quũ ualetudinis tuæ curatores essent,
à suis ipsi morbis & ægritudinibus magis, ad te accedentes, liberi atq; integri di
scesserè: quippe qui ad summã accuratissimamq; ualetudinis tuendæ rationem
perueneris. Et necq; Medici tui, necq; illi ipsi qui eis artis suæ præcepta tanquam
magistri & duces tradiderunt, prorsus quidquam habuerunt, quod aduersus
præscriptum degendæ ad salubritatem uitæ tuum opponerent. Plutarchus
quidem Chæroneus Romanum Imperium laudibus uehens, pulchrè dixit, eas
quæ antehac dudum per graues motus & certamina inter se dissensissent, uirtu
tem & fortunam, uix aliquando tandem, propter urbem Romanam solam, pa
ctis conuentis per fœdus initum, in gratiam redijsse, ut omnium humanarum re
rum longè pulcherrimũ opus absoluerent atq; perficerent. Mihi uerò rectè quo
que existimare in mentem uenit, in te etiam uno, Imperator optime, ueram pie
tatem cultumq; Dei, atq; opes felicitatemq; humanam, quæ inter se semper de
pugnarunt, semel ad concordiam redactas esse: eo quòd pietas felicitatem ueluti

Εὐσέβειάν τε καὶ εὐδαιμονίαν.

c uí qua-

ui quadam ad ſe pertraxerit, eamq; omnino peſſum ire non ſiuerit: ſiue potius, A
ut equidem puto, quòd DEVS tandem neceſsitatem eis impoſuerit, ut ſimul
coniungerentur atq; contemperarentur: & ut ille ab utraque, eo quòd utriuſq;
eſſet proprium recepto, hominibus omnibus nouum & uerè admirandum per-
ficeret emolumentum & auxilium, firmamentum nimirum quoddam ſtabile, &
elementum, ut ita dicam, ſextum & ſempiternum, in diuinis rebus labaſcẽtibus,
& per naufragium peſſumeuntibus, tam horrendæ fluctuationis & erroris, in-
gentem, ſupremam, uereq; ſacram anchoram te, ſacris ſimul & prophanis exhi-
bens, ut in te aliis quoque qui tecum ſunt, ſolidam ſtabilitatem repreſentaret. Et
profectò ea quæ huc atq; illuc circumagebantur, atque circumferebantur, maxi
mam te tutiſsimamq; perfugij ſedem, in mundum pacis unum, & rectioris fidei
profeſsionis, ſeu rerum adminiſtrationis, minimè hallucinantem aut labantem
Verus Impe rator. orbem habuere. Quin illud etiam ſtuduiſti, ut non corpori modò, uerumetiam
αὐτοκράτωρ τῷ ὄντι. animo purpuram circumdares. Siquidem tu omnium propè qui te præceſſe-
† τῶν παλῶν ὀχλοκρατείαν. runt, Imperatorum unus, ipſi tibi imperaſti: & reuera ſummæ poteſtatis Impera
tor, quum † uitioſas tumultuantium atq; imperium ſibi uendicantium affectuũ
perturbationes è domicilio animi tui eieciſti: tum rationi, * imperiò eo quod pe
* ἀριστοκρατείαν. nes paucos optimates eſt, tradito, uiuam teipſum uirtutis imaginem, ad certam
ciues tuos imitationem inſtituens, propoſuiſti. Nam animi moderatione in acie
contra ignauiam oppoſita, non ſolum hominum, uerumetiam perturbationum
animi ſimul & corporis omnium Imperator meritò cenſeris. Quamobrẽ con-
ſpicere licet, humanitatem tuam ad ſummum peruenisse. Nam bella quoq; quæ
geris, perhumana ſunt: & placabilitas uirilem præ ſe fert fortitudinem. Porrò
benignitas & munificentia quàm maximè ad utilitatem publicam ſpectant. Ira
autem admodum eſt placabilis. Animus nanq; tuus ad iracundiam, ut ita dicam, B
ſterilis: & ad ardorem eum qui ex flagranti uehementia prouenit, cœlebs & im-
mobilis eſt, quamuis bonorum omnis generis ferax & fœcundus. Legibus ue-
rò ferendis, moribusq; corrigendis quàm recta apud te inſtituta eſt ratio? qui
improborum impetum legitimis iuſtitiæ præceptis cohibes, & ubiq; terrarum
honeſtum bonumq;, haud aliter quàm decantatus ille Triptolemus in terram
ſemina cõiecit, ſeris. Quis igitur hominibus improbis te eſt formidabilior? aut
ærumnoſis placabilior, atq; clementior? Quis ſupplicantibus benignior, & ad
miſericordiam propenſior? qui etiam, niſi quæpiam obſtet neceſsitas, precan-
tium optata præuenire ſolitus es. Neq; uerò à me iſta ad gratiã, aut per adula-
tionem prorſus dicta ſunt. Quomodo enim id faciam, quum neque res ipſas, ut
ſunt, uerè exponere queam, excellenti pulchritudinis earum præſtantia uictus?
Verùm hæc ita ſe habere, tum diuina quæ tibi obtigere dona, tũ actiones, quas
in Imperium tuum contuliſti, omnes comprobant. Nec minus id quoq; illa fa-
tis declarant. Quis etenim, quàm tu, religione pura & ſimulationis neſcia, uel
DEVM magis glorificauit, uel flagrantiorem pro eo ardorem oſtendit? Quis ſin
ceriorem fidem in diſcrimen coniectam, tanta æmulatione & zelotypia aſſec-
tus eſt, aut ſacram menſam repurgauit? Quis etiam, ut eruditio omnis ſumma
caperet incrementa, effecit? Quis ita uirtutem extulit, aut optimos quoſq; ho-
noribus auxit? Quis DEI miniſtris, aliisq; item qui ei chari ſunt, & omnibus
Imperialis aula pietate morum Monaſterio perſimilis. propè, pro cuiuſq; dignitate, debitum honorem tribuit? Quis porrò tanta at-
tentione, inſigniq; religione, & decenti moderatione, ut Imperialis aula nihil ab
aſceterio, pietatisq; exercendæ ſchola differret, procurauit? quis ſic æqua ſtate-
ræ lance rempub. gubernauit? Quis ita uel iuri dicẽdo inſtitit, uel maleficia co-
ercuit? uſqueadeò, ut multam ſe tibi debere gratiam illi etiam profiterentur, qui
è iudi-

A è iudicio uicti, & calculo tuo damnati abiere. Cuius tanta fuit cũ peritia ſimpli-
citas, & cum clementia prudentia? quibus uirtutibus unà cũ humanitate maxi-
mè enites, ingentẽ quandam ſerenitatẽ in animo ſimul & uultu præferens, ſen-
ſim quandoq;, ceu fluctibus quibuſdam, horreſcentẽ, nec tamẽ ullam tempeſta-
tis ſignificationẽ præbentem. Cæterùm orationis opportunitatẽ, ſilentij cõmo-
ditatem, linguæ lepõrẽ, familiariũ colloquiorũ inſtar olei prorſus & mellis pro-
fluentẽ ſuauitatẽ, aut uerborũ tuorũ Muſicum planè concentum, quis rogo elo-
quatur? Sententiarum autẽ denſitate, præterea uerborũ perſpicuitate & copia,
(*Hyberni uoces fluuij de more ruentes.* “
Homerus dixiſſet) quis te diuinitùs locupletior fuit? Quapropter euenit, ut te
uerba faciente, omnes prorſus quaſi numine aliquo afflentur, moderataq; inſa-
nia percellant, & bacchari incipiãt: ſimulq; uel inuiti exiliant, & uocibus tuis ra
pti, ita ducantur, ut retrocedere nolint, ſed ueluti affixi tibi uideantur, perinde
prorſus atq; à Sirenibus demulſi. Rectè ſanè quiſpiã te mare dixerit, quod alios
ſuper alios uerborũ fluctus dẽſe excitet, aut certè ingentẽ aliquam aquarũ uim:
quę, ſi in eam alicũde lapillus incidat, ex obſcuro cẽtro, ſeu potius circino, eoq;,
ſi ita uis, liquido, alium ſuper aliũ circulum, ſenſim admodũ intumeſcentẽ, ac de-
inde propter aliũ influentẽ, paulatim donec ad ſummũ perueniat, deficientem
atq; euaneſcentẽ, mirabiliter circumſcribat: potiſsimũ uerò, quum tibi de rebus
diuinis eſt ſermo. Quis nanq; alius habet uel mentẽ & ſententiam oratione atq;
lingua meliorẽ, uel orationẽ quæ illis ratione meliore ſubſeruiat, uel linguam e-
tiam quæ bene admodum & acutè (rotundè & ſuauiter poeta dixiſſet) uerbis in
orbem reductis concœptã animo ſententiã proferat: atq; utrũq; iſs, ita ut decet,
expediat, atq; id quod in animo lateat in apertũ tranſmittat? Equidem unum il-
B lud de te dicã, quum concionantẽ audio, alius ex alio, & orationis tuæ illecebris
DEO plenus efficior, nec hominẽ me loquentẽ, ſed mirificè aliquem è cœlo pro-
ſpectantem, & noua quædam atq; diuina, quæ cõmunia hæc quidem longè ex-
cedant, ſublimia aũt & arcana myſteria cõtineant, renunciantẽ, audire puto. A-
deò ut DEVM orandum duxerim, qui mihi aurẽ aliam addat, ſicuti quidem Pro
phetæ uidetur, ut mihi cum lepõre urbano uerborũ tuorum gratia abundè in-
fluat. Quod quidem omnibus etiam contingere arbitror, qui firma & cõſiſtenti
ſunt mẽte, neq; omnino tales, qui demulceri & flecti uerbis huiuſmodi nequaq;
poſsint. Quos ſanè neq; Orpheus ille, decantata ſua lyra, frequẽter eam plectro
percurrens, ut puto, aliqua ex parte permulſerit: quam quidem lyrã irrationales
etiã naturas ſono ſuo trahentem, ei affingũt Græci. Iam præter alia illud quale
eſt? quod nullius ſanguinẽ, qui imperio ob maieſtatẽ læſam obnoxius fuerit, ef- τῶν ὑποδίκων τῇ βασιλείᾳ.
fundere uolueris? Quod tu quidem te ita facturum eſſe non iureiurando confir
maſti, uerùm cœleſti prudentia optimũ eſſe, maximeq; Imperio conuenire iudi-
caſti, qui nimirum & uitæ & necis poteſtatẽ penes DEVM eſſe ſcias. Incruentam
enim prorſus, cædiſq; puram, ſolam Imperij tui adminiſtrationẽ, uniuerſum ia-
ctat æuũ, quæ uitam felicẽ & bonorũ omnium prouentũ producit. Quod qui-
dem cernere licet quum in aliis exundantibus commoditatibus, tum in eo quòd
ætate tua magna rurſus ingenia & artes nobiliſsimę reuixerunt, & per proſperũ
ſucceſſum ad ſummũ peruenerunt, non tua quidem, ſed illarũ planè gratia, ut ſi-
mul & teſtis earum eſſes, & ſpectator: qui quum iudicare de rectè factis, tum re-
ponere ea maximè poſsis. Neq; ſanè affirmare dubitarim, tua gratia primarios
qui apud nos ſunt uiros, ſub Imperio tuo editos eſſe. Si namq; uberẽ fructuum
prouentũ, ſicuti dicitur, temperata conſtitutio atq; tenuitas circumfuſi aeris effi
cit: præclararũ profectò artium & præſtantium ingeniorũ incrementum beni-

gnitas, honorificentia & humanitas principis elicit. Qualis nunc eorũ est copia: A
quam iudicio, liberalitate & munificẽtia tua tantopere proficere, adaugeri, & ad
cœlum usq; tolli conspicimus. Quod quidem in eloquentia maximè uidere est,
ut propè nostrorũ temporum Græci, cum ipsis artis eius inuentoribus certent,
proindeq; primas ex secundis ferant, ita ut sententijs omniũ uidetur: quamuis
omnes isti te atq; actionib. tuis laudandis occupati, inferiores hac in parte reperiantur. Longè enim orationis & eloquentiæ uim omnẽ superas. In tantũ uirtutibus excellere studuisti. Demaratus ille Corinthius, quum Alexandrum Susis
uidisset, præ lætitia illachrymans, ingenti dixit uoluptate & gaudio, qui ante id
tempus obijssẽt, orbatos: quòd Alexandrũ in Darij throno sedentẽ non uiderint: præterea quòd pars aliqua adhuc terræ obscura & sole carens reliqua esset,
quę eundem Alexandrũ non conspexerit. Ego uerò dixerim, laudem istã, quam
alius tempore occupauit, in te multo magis cõpetere. Atq; ille dicto eodem Alexandrum quidem ornauit: ad tuam aũt præstantissimã Imperij administrationẽ
respiciens, laudem tantã retulit. Quod si & hoc dicere oportet, cẽ insigni animi
lætitia caruisse putas, septenarium diuinorũ religionis nostrę uirorũ conuentũ,
quòd te simul cum eis coruscantẽ, ueluti ingentẽ opum accessionẽ, nõ uiderint?
Potissimùm uerò primum illum, qui trinitatis mysterio est cohonestatus, quòd
te assessorẽ, seu potius throni simul & Imperij post se statim successorẽ germanũ,
nõ habuerit professionis fidei nostræ ducẽ, & reuera patrẽ tuum Constantinũ,
magnũ apud Christianos nomẽ? Non tanta siquidem inimicorũ multitudo irruisset, uerborũ peruersa uersutia sinceritatẽ fidei miscens atq; concutiens. Enim
uerò singulari quadã prouidentia DEVS te, nulla re illis inferiorẽ, quemadmodum quoddã pondus æqualis momenti in lance opponẽs, conuenientemq; magnitudini Imperij mentem simul & morũ dignitatem tribuens, eoq; experientię B
et bonitatis progressum, rerum administrationi temporibus nostris præfecit, ut
eas quàm optimè gubernares, nec nos prorsus pessum iremus. Quis enim suffecisset alius, qui tot & tantis malis undequaq; circumfluentibus obuiam iret, cẽ
tu ipse, qui fortitudine & prudentia & DEI cultu iustus es iudicatus, temporibusq; nostris alter quidam Noe aut Moses existimatus, scapha & ligno, crucẽ
adumbrantibus, ex ęrumnarũ fluctibus subducens, & populum tuũ à persequutoribus eripiens, & percutiens ijs atq; submergens persequentes, atq; per manũ
DEI tropæa ubiq; excitans, magnificamq; mundi nauem magnificè crucis uelo
noui orbis semina conseruantẽ gubernans: aut ignis quoq; columna prorsus habitus, ueluti nouũ Israelem, nos cœlestẽ uidelicet semen, ad ueram pietatem producens: aut sanè liquor seu succus sacer, aut sal quidam diuinus, ut Euangelicè dicam, suo planè tempore nobis iam fatiscentibus atq; diffluentibus iniectus? Sed
quid ago? Si enim quãplurima dicendo uel minimã partem rectè factorũ tuorũ
attingere possem, nihil prorsus difficultatis aut molestię orationi adesset. Quandoquidem uerò uerba etiamsi omniũ longè optima in mediũ proferantur, cedere tamen plurimũ rebus ipsis necessariò oporteat, ne ea accumulando ultra modum progredi uidear: ubi pauca quædã addidero ad argumentũ historiæ propositum descendã. Quæ enim tibi DEVS exuberanti manu bona cõcesserit, & quã
munificentiæ gratiã prolixè præstitit, quis nam satis uel oratione prosequi, uel
mente cõcipere queat? quãuis unà cũ Gratijs & Musis omnibus, & pluribus cẽ
quas Homerus dixit, capillosq; nostros numero æquantibus linguis, insistens,
res tuas exequẽdas sibi proponat. Adeò enim nihil sibi dixisse uidebitur, ut pœnitentia postea, qui semel dicendũ sibi quidquã sumpserit, ducat. Mihi uerò satis fuerit, ubi ea quæ pietatis erga DEVM tuæ sunt, dixero, quamprimũ orationem

Septem prima ria œcumenica Concilia.

A nem in summã redigere. Itaq; Ecclesiã catholicã & uniuersalem rebus nouis turbatam in ueterem statũ restituisti, doctrinã illegitimã atq; impurã omnem ab ea repulisti: templum à diuinæ doctrinę cauponibus & deprauatoribus hęreticis, nõ quidem triplicato flagello, sed ueritatis uerbo, siue cognatæ diuinitatis triplicitate, repurgasti, pia æmulatione pro diuina mensa flagrasti: uehementius pro spiritu spirasti, quare ille quoque tibi accuratã certamq; diuinitatis cognitionem inspirauit: doctrinã stabiliuisti, constitutiones de ea tulisti, ingentibus septis ueram pietatem uallasti, quod dirutũ fuerat restituisti, atq; id apta membrorũ partium q; omnium coagmentatione redintegrasti. Neq; deinceps apud nos noua illa nomina audiũtur, Paulus & Cephas & Apollos, sed unus est ubiq; & in omnibus CHRISTVS. Adhæc unctionem sacerdotalem adulterinũ quiddã resonantem, flagrãti ardore sinceriorẽ & puriorẽ auro reddidisti, atq; lege & literis propositis, continentiam morũ & pecuniæ contemptũ docuisti. Quapropter nunc reipub. sacrũ est sacerdotale ministeriũ, quod superioribus temporibus paulatim disciplinæ & morũ corruptela adulteratũ deprauatumq; fuerat. Ecclesiæ formã & habitũ, semper amplius quiddã excogitans, & imaginem pulcherrimè ad primarium exemplar expoliens, ornasti. Conuentus Ecclesiasticos lætiores effecisti, nõ solum ingenti lucernarũ copia, quæ in orbem per catenas serpunt & emicãt, intellectualiumq; ordinũ & numerum & splendorem referũt, & ueluti astriferum in multa nocte atq; cœlestem tractũ secundi, ut ita dicã, atq; intelligibilis firmamenti exhibent: in quorũ medio ipse perinde atq;, quod auditu nouũ atq; mirum est, plenilunius sol reluces: uerũetiam rebus alijs, quibus numẽ diuinum lætari solet, & uasis quibusdã nouã speciẽ atq; formam horrore prorsus plenam prę se ferẽtibus. Quis porrò eloquatur, cẽ præstantibus et uarijs sacris uestibus,
B puro auro preciosisq; & resplendentibus lapillis & margaritis ornatis, nihil planè ad magnificentiam reliqui faciens, hierarchiam seu episcopatũ nostrũ illustraueris? per quę omnia incredibilis plurimũq; flagrans tuus in Ecclesiã CHRISTI amor & desiderium magnopere declaratur. Quid igitur est? Talis tu quidem in ornanda atq; defendẽda ea, quæ materiæ expers & intellectualis est Ecclesia, ueram pietatẽ dico, appares: erga eam uerò quæ ex materia ista cõstricta est, nõ eodem es affectus modò? Id uerò longè abest. Quemadmodũ enim illam iam collabentem & pessumeuntẽ, quantum potuisti opũ conferens, nõ lapidibus & lateribus, sed spiritualibus suffultã columnis, patrũ scilicet doctrinis & sanctionibus cõfirmasti: sic & hanc erexisti. Hoc inquam cogitationẽ mentis excellens & immensum opus, hanc incredibilem formã, sempiternæ aulæ imaginẽ, cõmune hominũ, dicam etiam angelorũ, delectamentũ & spectaculũ, * hoc diuinũ DEI VERBI SAPIENTIAE inquã Palatium: hanc quoq; basilicam temporũ ui affectam, & imminentium cacuminũ mole ueluti in genua inclinatã & labefactatã, adhibita ei aurea dextra, ad stabilem & certũ restituisti statum: ad eum modũ ædificio omni firmato, ut in posterũ nulla temporũ iniuria detrimẽti quicq; ei afferre possit. Nam saxis iniecticijs & pulchrè politis ex parte utraq; eã restaurasti, structura solida & ferè adamantina ita longissimè in altũ excurrente, ut totũ opus, propter summã conuenientiam & coagmentationẽ, saxum unũ esse uideatur. Et totũ tu quidem hoc templum solida stabilitate cõfirmasti: maximè tamen eam ædificij partẽ, quę ad orientem solem spectans, sensim quodammodo à reliquis partibus abrupta est, & dissũcta. Nec manũ tantum operi isti adhibuisti, sed ad reliqua etiam, diuinã & immortalẽ tuã curam & sollicitudinẽ rebus his impendens, adiecisti. Siquidem ad has etiam artes sapientis animi intelligentia & magnitudine, admodum es appositus. Et opus hoc omnino, non ea solũ quæ

Laus pietatis restitutæ, et doctrinæ Christianæ ab hæreticis opinionibus repurgatæ.

Reformatio Cleri.

Reformatio Ecclesiæ.

Ornamenta & donaria eiusdem. παρασκεύασος ἱλαρός.

Instauratio sacri sanctæ Sophiæ templi Constantinopoli. τὸ τῆς τοῦ θεοῦ λόγου σοφίας θεῖον ὄντως αὐλαῖον ἵδρυμα.

à ſeculo cõdito extitere, uerũetiam decantatiſsimũ illum Semiramidis bitumine A cõpactum murũ, longè ſuperauit. Verùm enimuerò priſcũ quoq; diuini huius delubri cõditorem, ex ære in ſtatuã pulcherrimã arte fictorũ diffuſum, atq; in columna aurigationẽ ſiue gubernationem exequentẽ, unà cum galea ſuperba & habitu magnifico dextraq; graue quiddã & terribile minanti, equo etiã ingenti naribus & fremitu uim planè ſpirante, iuba quoq; per aurã ludente, & iuxta Homericum equũ, in ſublimi campo laſciuiente: aut etiã, iuxta Pegaſum illum, uolandi opinionem præbente, à temporũ inordinata circumuolutione & motu ratione parũ nitenti, longa & continua aeris iniuria ita perculſum, ut quę cõtinere uiſus fuerat, crucem uidelicet & orbem, quib. ſtatuarius terrã omnem & mare ipſum per crucem ei ſubiectũ eſſe indicauerat, ea ceſſatione ignaua è manu eius exciderint: & hunc inquã artificio quodã incredibili, perinde atq; quodã ſtimulo & flagello, aureo ſceptro excitans, ut fortiter curſum ſuũ urgeret, & unà cum ſole, immobili motu, in ſempiternũ perequitaret, procuraſti. Sed ſi exactè oratione per ſequi pergã, quibus nam templis temporũ iniuria ruinã minantibus, aliſq; publicis operibus, atq; in primis urbis ipſius mœnibus, quę circumcirca eam, inue ſtigantium modo, cingũt, & ex ſenili ſitu ad pubeſcentem iuuentã reuocant, muris adamantinis robur firmũ adieceris, tempus me id memorantẽ deſtituet. Cæterùm ueritatem uerbis meis aſtruere poſſunt, utraq; ſacra Apoſtolorũ templa, & DEI genitricis ædes cum cœleſti pulchritudine certãs, quã Byzantij Blachernas uocant, & propè urbis ipſius fana omnia, ſub te & per te ad immenſam magnitudinem & formã excitata, & tantũ nõ clara uoce ſincerũ deſiderium, fidem, & amorem erga DEVM tuum, præconũ more, deprædicantia, temporibusq; futuris deprædicatura. In quibus omnib. meritò admirationi ſit animi tui magnitudo, tantæq; pecuniæ impenſa: præſertim quũ in tanta munificentia tua liberalitas ipſa ſe non proferat & uenditet. Quũ nanq; tua ipſe opera, ita ut quodlibet illorum excellentiſsimũ eſſet, extruere poſſes, maluiſti tamen honeſtum factum tuũ, ei qui omnia cernit, intimoſq; cordiũ receſſus perſpicit, cõſecrans, in aliorũ operibus reſtaurandis magnificã liberalitatem declarare: ſubnaſcentẽ inde paulatim faſtũ & tumorem, ut equidem puto, ſapientiſsimè ſupprimens. Etenim ſi quis per partes ſuas ſingillatim quæ in eiuſmodi ſtructuris perfeciſti opera in unum cumulum cõgerat, omnes longè poſt te relinquas, qui munificentiam ſuam in eis oſtenderũt. Quòd ſi ſpecimen aliquod magnanimitatis tuæ ſit indicandũ, in conſpectũ omnium proferatur (oratione enim præſtantiam & impenſam immenſam explicare nõ eſt) regia ea, quam pro eo atq; fieri maximè potuit, ædificaſti, ut ſcilicet illa & loci ipſius ſitu & ſolida firmitate, nec non exacta pulchritudine, ita ut cõuenit, conſpicua ſit, dignum mehercules mente & lingua, dicã quoq; manu & prudentia tua, opus. Adhęc & quod quatuor colũnis fundaſti & tanq; fulcris firmaſti ſolarium, inſigne prorſus ſpectaculum, ut ex ſuperiore eo loco, tanq; ſublimioris cuiuſdam naturæ quiſpiam proſpiciens, nos reſpicias: DEVM quoq; hac in parte imitatus, pro miſericordia & bonitate ſua hominib. ſe immiſcentem. Nam quid magis cõueniebat, te, qui magnus principũ aliorum Princeps es, cq; regiam hanc domũ extruere, quam tu quidem nõ tibi magis cq; nobis omnibus prorſus excitaſti, opus minimè ſilentio dignũ: imò quod ſilentium potius propter admirationis excellentiã mandauerit, & pulchritudinis fulgore cq celerrimè loca omnia peruaſerit: magnitudine quidem illud ſupra multa, forma aũt & firmitate ferè ſupra omnia eſt, ingenti & multa luce abundantiaq; ſplẽdoris coruſcans, portarumq; & propylæorũ ſeu ueſtibulorũ amœnitate & gratia, quandocũq; accedentibus, obuiãs ſimul, & eos benignè excipiẽs, & ambulationibus

Inſtauratio ſtatuæ equeſtris Cõſtantini Magni, altera manu globũ cum infixo crucis ſignocõtinentis. Quod ſymbolum eſt, orbis terrarum per crucẽ deuicti.

Aliorum templorum & publicorum Conſtãtinopoli operum reparatio.

Palatium Imperiale ibidem ab Emanuele conſtructum.

ὑπαίθριον ὄροφον.

A nibus intus atq; xyſtis, quos colũnæ quædã Gigantibus ſimiles decenter & pulchrè inter ſe ordine diſtãtes, diſtinguũt, longè lateq; ſpaciari, atq; oculos paſcere permittẽs. Porrò marmoris gratiã & fulgorẽ, quod etiã in uillos, ut ita dicã, conformatũ eſt, & zonas ſeu cincturas, quas totũ opus præ ſe fert, ei ſimul intextas, quomodo quiſpiã dicat? Prętereo uerò, quod ſolo inſtratũ eſt, & quod pars murorũ omnis quaſi quoddã peplũ uariè diſtinctũ cõplectit. Quòd derepentè uidens, mare quoddã eſſe dicas, lenib. ubiq; intumeſcẽs fluctibus, & ſenſim quodãmodo horreſcens: uſqueadeò, ut cõfeſtim ueſtẽ ſubducas, ne fimbria eius humore inficiat. Eam porrò ſtructuræ partẽ quæ ſupra caput eſt, cœlo ipſi propter latè & copioſè diffuſum aurũ, nec nõ æthereo alicui tractui, igne multo relucenti atq; coruſcanti cõpares. Verùm quomodo tantũ et tam lõgi tẽporis & multi laboris opus uerbis tam breuiter explicet, quod neq; oratio ulla, neq; oculus, imò neq; mens aliqua, quæ quidẽ in eiuſmodi reb. ſit exercitata, ſatis cõplectat? Mihi certè unũ illud dicere ſuffecerit: quãuis multæ & ferè innumerabiles regiæ aulæ ſuperioribus temporib. ſanè cq ambitioſè & magnificè ſint cõſtructę, hãc tamen ipſam inter oẽs temporũ omniũ, calculis, ut ita dicã, omnib. primas ferre magnitudine, pulchritudine, firmitateq; ædificationis, & cõuenienti rationiq; reſpondenti modo: magnifica uerò atq; ſuperba coagmẽtatione, lapillorumq; incruſtatione, atq; eorundem uarijs formis, & reb. ferè omnibus, quib. ædificiũ tantũ exornari æquũ eſt, naturã quoq; ipſam ſuperare. Sed de operib. tuis hactenus. Et quũ tãtus princeps ſis, Imperator optime, atq; eò glorię peruenerís, cuĩ nã rectè cõferri poſsis? Ego quidẽ Plutarchũ quoq; illũ, quiuirorũ clarorũ collationibus magnus fuit, arbitror, ſi adhuc ſuperſtes eſſet, operæ preciũ fe facturũ eſſe exiſtimaturũ fuiſſe, ſi ſtudio ſuo, in quod per uitã omnẽ libẽter incubuit, ſuperſediſſet,

B eo cq idoneũ, quem tecũ cõponeret atq; cõferret, nõ inueniret. Verùm Adamo illi & Noe & Abrahamo, prætereа Ioſepho & Iob, Moſæ, Ioſuæ, Sãſoni, Samueli, Dauidi, & Solomoni, & qui eius generis fuere alijs: inſuper Cyro illi, Dario, Alexãdro, aut alijs quibuſdã, Iulijs etiã fortaſſe & Auguſtis & Cæſaribus cõparari poſſes. Sed ſatis cõſtat, te huius quidẽ Imperiũ in oẽs, aliorũ aũt bonã ſpem, atq; in Deũ amorẽ, cæterorũ uerò moderationẽ, & in reb. duris conſtantiã: alterius porrò fortitudinẽ, æquanimitatẽ, manſuetudinẽ, & modeſtiã: alterius item ſapientiæ uim: prorſus uerò omniũ, eam quæ Imperatori, Principi, populiq; & reipub. adminiſtratori cõpetit, uirtutẽ habere: ita ut ueluti quædã noua, atq;, ut ita dicã, inimitabilis mixtura Imperium tuũ ſit conſtitutũ: cq uidelicet hos quidẽ longè prætereris, cũ his aũt certes: à quib. aũt nõ multũ abſis, dicere non habeo. Atq;, ut breuiter dicã, quidquid in quolibet iſtorũ præcipuũ atq; præclarũ, uel DEI munere datũ, uel præſtãtis naturæ beneficio cõparatũ fuit, id tu quaſi quędam bona atq; ſedula apis magno ſtudio collectũ atq; comportatũ, admirando quodã modo miſcuiſti atq; temperaſti: & propterea imperatorio cubito oẽs es ſupergreſſus, Imperio tuo perinde atq; nõ imitabili archetypo, primarioq; quodam exemplari omnib. exhibito. Quapropter & illud facilè dicere auſim, te quic quid eſt rerũ bonarũ atq; honeſtarũ, partim quidẽ imitatũ per æmulationẽ eſſe, partim uerò ingenij & naturæ præſtãtia ſuperaſſe: quæ aũt hucuſq; à quopiã inuẽtæ nõ fuiſsẽt, eas & inueniſſe, & in lucẽ produxiſſe: &, quoad eius fieri potuit, cernere uolentib. oſtendiſſe: proindeq;, quod per uirtutes & præclaras res oẽs, ad ſummũ quoq; peruaſeris, oẽs longè uiciſſe. Itaq; longiorẽ etiam tibi uitã, qui bona omnia, pro eo atq; decuit, omnino in unum collegeris, obtigiſſe exiſtimo: ut ex temporis diuturnitate, ad incrementũ glorię hoc tibi accederet, quod, quũ apud nos certiorẽ ſtabiliorẽq; ſedẽ & ſtationẽ optimè fixeris, ſedula imitatione

Summa Imperatoris laus, qui ſingulas optimorum quorumq; Principum uirtutes, ipſe uniuerſim omnes ſit conſequutus.

βασιλεὺς πᾶσι καθύπερθε πᾶσι γλίγνεται.

Imperator lonigenus.

laudum uirtutũq; tuarũ, quæ inimitabiles ferè sunt, assequi eas nõ potuerimus. A Nam ueluti quidã arcanorũ sacrorũ princeps es, & magister uirtutũ omnium optimus, perinde atq; eam ob causam DEVS, natura administra & duce, splendidè atq; magnificè te, ut nõ solum publica Imperij columna, uerumetiam omnium humanorũ bonorũ diuinitùs exhibita statua & imago esses, proposuerit. Sed enim omnib. eis, quos diximus, omissis: ubi te uni solũ modo cõparauero, orationis cursum sistã, qui me semper propter meũ erga te amorẽ & desideriũ latenter transuersum agit, & sensim extra modũ producit. Propterea q; animo semper id quod prætermissum est, præstantius esse eo quòd dicendũ elegimus, uideꝝ. Adeò magnitudine sua æqualia sunt omnia, neq; pro se quodq; aliud alij de uictoria partibusq; primis cedere cõstituit. Itaq; ex ingenti copia ad dicendi inopiã recido, et mihi abundãs exuberantia in insignẽ indigentiã cedit. Plus etiã negotij mihi, quid omittendum sit, q; eis qui laudes tuas mecũ persequendas statuerunt, quid dicendũ sit, facessit. Vnus sanè quidẽ, ut ita dicã, mihi pro omnib. sufficiet, cum quo etiã fortasse, pro ea quæ tibi cũ illo intercedit cognatione & similitudine, libenter te conferri patiere. An uerò is alius sit q; Constantinus ille, magnũ apud omnes momentũ & nomen? Constantinus, cuius memoriã ueluti spiritũ quendam inesse omnib. oportet, qui in necessitate summa tam magnificè & tam fortiter opẽ nobis tulit. Cõstantinus, artibus Imperatorijs magnus, prudentia incõparabilis: ardore aũt erga DEVM, magnisq; rebus gestis, & certaminibus pro uera pietate susceptis, supra omnes, quemadmodũ sol super astra alia relucens. An tu uerò, Princeps optime, nõ certa illius es imago? Non speculum mediusfidius ita primariũ imaginis exẽplar reddit, sicuti tu diuinũ animæ illius specimen exprimens, atq; illũ admodũ referens, refulges, nõ aliter q; germanus filius patrẽ suũ repræsentat. Atq; equidẽ, quãmuis audaciã meã te improbaturũ B sciã, qui maximè fugere & cauere talia soles, dicere illud tamen audacter sanè nõ dubitem: (quod te rogo ut patiare, & rationem mecum cõsideres, qui te filium Dei per gratiã & Christum Domini, præter cæteros, maximè esse sciam) imaginem te illius per omnia similem esse, qui uerè piam illius formã & uim characteremq; animalis siue Imperatoriæ eius subsistentiæ apertè obtineas. Id uerò sic cõsideremus. Accepit ille, patrijs moribus relictis, à DEO Imperiale sceptrũ: & diuina potentia maximè fretus, sceleſtos & pernicioſos tyrãnos, in cœlo uictorię tropæo uiso, deuicit. Tu quoq; ad eundẽ modũ, summa rerũ susceptа, & uictrici armatura nõ semel, sed cõtinuè inspecta, atq; in manibus gestata, seu potius in corde tuo, ut per quã solam & uiuas & spires & moueare, circumlata, itidem ut ille, fortiter aduersarios superasti, quicũq; opponere se tibi sunt ausi, inuictoq; Marte de eis triũphũ egisti. Quis nanq; te aspicere saltẽ sustinuit, forti manu DEI & excelso brachio suffultũ & cõfirmatũ? Excitauit ille & extruxit DEO urbẽ Imperialẽ, eandemq; ad formã & magnitudinẽ ingentẽ extulit, nõ solũ necessarijs rebus abundè, uerũetiam superfluis magnificè exornãs, nec nõ tropæa de prædonibus, qui multo tẽpore ei incubauerãt latronibus, nouãq; eã et iuuenescentẽ reddidisti, mœnib. solidis circumcirca ea uallata, alijsq; eius ædificijs perpulchrè & ambitioſè extructis, quæ lęta ubiq; lætè sese oculis omniũ ingerũt & cõsurgunt: effeciſtiq; adeò, ut suo, ita ut appellaꝝ, respondeat nomini, qui alter scilicet cõditor eius es & deus tutelaris. Ille fidei dogma cõfirmauit, & linguas malè sentientiũ cõfudit, iniustitiã in sublime loquẽtes: & perinde atq; alter quidã Abrahã, trecẽtis decẽ & octo uernaculis cõtractis, præ se egit Arianos furentes, persequẽs eos atq; cõfringẽs, germanũq; & natiuũ ius filio, decreto suo & authoritate stabiliuit. Nõ creaturã, sicuti

Cõparatur Imperator Constantino Magno, & cũ eodem cõfertur.

Cõciliogenerali Nicæno trecenti et decem octo interfuere patres.

A sicuti homines desipientes opinati sunt, sed ὁμοούσιον, hoc est, consubstantialẽ patri eum esse: nec nõ imaginẽ, sed eam illi per omnia similem, & characterẽ seu figuram subsistẽtiæ paternæ statuẽs, & patrẽ reuera principij expertẽ patrem, id ipsum scilicet uerè existentẽ faciens, & cõgruentem, ita ut æquũ est, dignitatẽ ei tribuens. Tu uerò quid? An non eundem cum illo cursum de cõnaturali spiritu tenuisti? Nanq; cõcilio coacto nõ equidem uernaculorũ quorundam, sed ecclesię primogenitorũ nostratium, ueluti quidam nouus Abrahã, beatam rursus hospitio excepisti TRINITATEM, & phalanges eorum qui è lingua laborarũt, disturbans, processionem unde ea prouenial liquidò declarasti: ex solo uidelicet PATRE, unde etiam existentiam suam inexcogitabili modo, uerũtamen ut genitus habet FILIVS. Proinde & illud cũ fiducia dicere ausim, quod illi antea de filio per gratiã datũ est, id tibi postea de spiritu inspiratũ esse: ita ut in hac quoq; parte, quantũ permissum est, æquã laudem habeatis, in æqualibus & eisdem rebus mirificè æqualem atq; eundem cõsequuti honorem, insigni nimirũ erga diuinum numen studio & desiderio, nec non rerum actarũ magnitudine. Itaq; nihil me ab instituta ueritatis ratione discessurũ puto, si illi quidem hoc tribuero, fundamentum quodammodo eum rectorũ Ecclesiæ dogmatũ & esse & perhiberi: te uerò cuidam pulcherrimo fastigio & claui atq; sigillo integro comparẽ: & utrunq; ingens istud ueræ pietatis momentũ ex patrum præscripto conseruare, atq; id nõ in plerasq; terræ partes, sed loca ubiq; omnia propagare, & tanq; buccina promulgare dicam. Quandoquidem ille utramq; CHRISTI generationẽ, tu uerò postremũ testamentũ sigillo consignas tuo. Enimuerò an tu quidem in rebus quas diximus ex æquo cum illo certas: morum aũt consuetudine, clementia, magnanimitate, misericordia, humanitate, præterea syncera & simulationis B ignara in DEVM religione, atq; DEI ministros pietate: insuper actionũ magnificentia, operumq; ambitioso splendore: deniq;, quod maximũ est, flagranti erga DEVM amore, adeò sanè, ut omnem, sicuti in prouerbio est, propterea mouerit funem, orationibus, legibus, & exemplis propositis, ut religionis cultus incrementa sua caperet, & res nostræ quàm rectissimè ordinarentur, aliqua ex parte illo inferior secundas fers? Id uerò tantũ abest, ut nisi quod medium interceſsit tempus, interuallum quoddam feciſſet, nihil prorsus impedimenti obstaret, quo minus alter in altero situs esset, & alter ab altero, atq; adeò per alterum, in publico obambulans, propter indiscretam similitudinem ita cognosceretur, ut per eam similitudinẽ, dum uterq; alter ipse uestrũm prorsus esse à quolibet iudicaretur, uter nã esset, non satis cõstaret, quemadmodũ aeris & aquæ inter se cõmistæ partes. Quin & illud, atq; audacter quidem, non tamẽ præter modum dicetur, eisdem te cum illo gloriæ & ornamentorum, item status simul & ordinis, apostolicæq; planè uocationis, unà cum diutino illo, & quod successionẽ nesciat, regno & Imperio, præmijs & honoribus sanè quàm splendidè DEVM dignatum esse. Sed enim num rectè & dignè satis oratio Imperatorẽ meũ depinxit? An etiam, id quod diligentes & laudati pictores faciũt, colores insuper alios adijcere opus est? At quænam uerba tantã & animi & corporis pulchritudinem describent? Ego quidem fieri id posse nõ puto, etiamsi simul omnes in locũ eundem conueniant, Plato ille cum magnifica & mente & lingua, & Demosthenes cum ea quę orationi eius subsidet ui & grauitate: & Thucydides, & Aristides, quorum alter cum pondere uerba proferre, alter ea elocutione, quam imitari non sit, dicere nouit: utrique sanè, & propè soli, ad summum facta uerbis exequare periti. Sed neq; Apelles & Lysippus, qui optima colorum temperatura artem pingendi magnopere extulerunt, & propè animatas proposuerunt tabulas: nec sanè Phidias

Imperatoris istius ductu, in Concilio Episcopi Orientales spiritũ sanctũ ex solo patre, contra Occidentales, procedere statuerunt. Sed non lõge pòst, filio eius Ioanne Paleologo Imperatore authore, in Florentina Synodo 1439. Græci in Latinorum sententiã pedibus discessere, ita ut spiritum sanctum ex patre et filio procedere profiterentur. Quum persuasum eis esset, Latinos Deum patrem unicam filij & spiritus sancti causã crederet duo uerò principia, duas ue causas in consubstãtiali Trinitate execrari.

Amplificantur rhetoricè Principis istius laudes.

Phidias aut Myron, & ipſi artifices egregij, qui ære & ſaxis mores & ingenia uirorum indicare, & in ſculpturis operibuſq; ſuis, ſubſidentes ipſis imaginibus eorum quorũ formas adumbrarunt, uirtutes ſimul ſatis bene exprimere potuerũt. Verum & iſti omnes, ſiquidem adeſſent, orationibus atq; imaginibus & ſtatuis ſuis, pulchritudinẽ & magnificentiam eam rerum omnium, quæ extrà ſaltem in Imperatore meo coruſcant, deſcribere aut adumbrare omnino, quamuis nouos uerborum atq; artis & flores & colores adhiberẽt, non poſſent. Niſi quis in materiam immortalem & uiuam, radicesq; ſempiternas & pondus ſtabile atq; immotum habentẽ, pulchrè effigiem corporis tui imprimere norit: & Thraciũ fortè Atho, aut aliud quiddã, quod à cœleſti ſublimitate ſecundum in terris ſit, Olympum uidelicet, aut Caucaſum, aut Parnaſſum, qui conuenientem ac congruam latitudinem, & ſublimitatem, accommodata quoq; membra & articulos artifici præbere poſsit, in euidentem ſpeciem tuam conformans, ita ſimulachrum uerè tuum, quod tam pulchrum & magnificũ eſt, exhibeat. Id quod hactenus fieri nullo modo potuit. Aurum porrò & argentum, adhæc æs & ebur, ligna præterea, tincturæ & lapilli, ut exiguæ quædam & uenales effigies, quę furtis ſunt obnoxiæ, & tempore intereunt & corrumpuntur, quo'nam modo tibi, quod debetur & conuenit, præſtent? Itaq; hoc ipſum, quod à nemine diuinũ & animæ & formæ ſpecimen tuum dignè, & pro eo atque decet, depingi aut delineari queat, in ſummam tibi laudem & gloriam cedat: & ſit perinde atq; in tabula inſcriptio, effigies, colũna, atqueadeò Imperij tui ſtatua inimitabilis. Ad omnia hæc unum illud breuiter addam, quod ſi tibi nihil rerum aliarũ adeſſet, quas quidem benignitate & dono DEI habes innumerabiles, ipſum ſanè ueræ pietatis ærariũ atq; domicilium, quod, quæcunq; aliquis mente concipere poſsit, bona prorſus continet omnia, nouum hoc tabernaculum, alteram Sion, nouũ ſanctuarium DEI, alteram & eam duplicẽ arcam, pulcherrimum totius orbis oculum, ſeu potius cor eius, rerũ omnium opportuniſsimã, atq; (ut ſimpliciter dicã) quicquid eſt in terris optimum omne, magnam hanc & Imperialem urbem Conſtantinopolim dico: quòd eam per te habemus, & quòd eò peruenerit, ut certò Eccleſiæ decorẽ ſuum nitoremq; reſtitueres, uijs omnibus quę ad errorem ferunt conciſis: ſola ea ſatis tibi eſſe poſſent ad præclarum decus & ingentem gloriam unà cum æuo ipſo, & quàm quiſquam uel excogitare uel eloqui poſsit longius duraturam, atque ad immenſam quandam, quæ non pudefiat, ſpei erga DEVM ſimul & libertatis fiduciã. Hæc ego de rebus hiſce quæ philoſopher & dicam, habeo: qui ſub tanto principe & præſide & curatore dego, beatam & felicẽ Imperatorio modo meditante atq; exercente philoſophiam, & res Chriſtianas in proſpero ſtatu & ſucceſſu adminiſtrante, quemadmodum inquit Ariſtonus. Cæterum, Imperatorum omnium humaniſsime, ſuſcipe orationẽ hanc noſtram, unũ quiddam ex eis quæ apud te ſunt rebus præclaris: atq; id quidem breuiter admodum & tenuiter, ueram ſcilicet pietatẽ proſequentem. Non enim inſtituti noſtri eſt, ſingillatim res omnes tuas cõmemorare, quæ dudum à multis uel iam celebratæ ſunt, uel adhuc celebrabũtur, & futuris ſeculis cõmemorabũtur. Et quidẽ quę ab alijs prætermiſſa ſunt, alij inuenere: * & omnia ab omnib. & præterita & dicta ſunt. Poſtea quã enim permulti ſe ad res tuas cõmemorandas, perinde atq; in altũ mare demiſerũt, hic quidẽ multa, ille aũt plurima, quidam nõnulla, atq; alius alia uariè recenſuerunt. Nemini quidẽ omnium tanta inceſsit audacia, ut ad omnia deſcribenda ſe conferret: quod id fieri omnino non poſſe rectè ab omnibus iudicatum ſit. Quemadmodum & nos partẽ quandam perhumani Imperij tui, egregium in Eccleſiã CHRISTI ſtudiũ & pietatẽ tuam, nobis dicendã propoſuimus:

quippe

A

B

Laus urbis Cõſtantinopolitanæ.

Eam per Emanuelem Chriſtiani retinuerunt.

Eccleſiæ reformatio cõmendatur.

Pietas & religio Imperatoris, præcipuè inter uirtutes eius reliquas effertur laudibus.

παύτα ἢ ἰωὰ παραλέλεπται τοῖς πᾶσι, ἰωὰ λέγεται.

A quippe qui Eccleſiaſticæ hiſtoriæ librum recẽs a nobis conſcriptũ, dedicandum tibi ſtatuerimus. Cui enim alij eum cõſecraremus? Quũ nãq; uiſum nobis eſſet, hiſtoriam eam omnẽ in unũ conferre codicẽ, prioremq;, & eam ſimul quę omiſſa eſt, in ordinẽ unum diſponere, à multis & uarijs ſcriptoribus in operibus pluribus ſparſim quodãmodo tractatã, calculo & iudicio tuo optimo eam exhibendam duximus. Ac ſi quidẽ ſententia tua cõprobata fuerit, rectè ſe res habebit. Sin minus, perinde atq; nunq; extiterit, meo ipſius & omniũ ferè iudicio cẽſebitur. Progreditur aũt mihi opus hoc, pro eo atq; fieri potuit, initio ſumpto à deſcẽſu è cœlis atq; *intranſitiuo è paterno ſinu motu & trãſitu anteſeculariset FILII et VERBI ęterni, principioq; carẽtis DEI ET PATRIS DOMINI ET DEI ET SERVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI, in plures diuiſum tomos. Procedit autem ad eum qui cõueniebat locũ, ſatis longè ante noſtra tempora reſiſtẽs atq; ſuſpenſum, facili atq; æquali maximè ductu, quali ſcilicet eloquutione dictione & compoſitione ſcripta eiuſmodi potiſsimũ cõponi decet. Quapropter admitte quæſo benignè ad te hiſtoriã hanc: quam, ſicuti dictũ eſt, ad calculum tuum produximus, ac potius uenerãdo & Imperiali uertici tuo, cũ timore, ueluti quandam coronã imponimus: nõ equidem in pratis aliquibus fluxis & cẽ celerrimè defloreſcentibus, neq; ex floribus marceſcentibus decerptã, neq; etiã ex pellucidis lapidibus fulgore quodam & auri ſplendore ſuaue quiddam & gratũ relucentibus, conſertam atq; cõpoſitam: quæ res celeriter hinc & inde uolutæ transferunẽ, & nunc quidẽ hunc, nũc uerò illũ perinde atq; in ſomnis ad breue tempus deliniũt atq; demulcent: ſed ex æterno paradiſo quodã & floribus immortalibus collectam, qui neq; tempore, neq; ſanè ſenio ullo intereãt & euaneſcant, uerùm diuino quodãmodo & ſpirituali odore picti atq; imbuti ſint, & aliquid de ſtillante

B rore montis Hermon delibauerint. Hanc coronã, pro eo atq; fieri potuit, contextã, ſummæ ſublimitati tuæ adaptamus: quam, ut puto, ingens etiam æuũ, maxima tua certamina & labores ueritũ, conſeruabit immarceſcibilem. Etiamſi aliquando lingua quæpiã impotens, atq; caſtigatio & mẽs cõtumelioſa, ut ſcriptura inquit, in cœlum gloriæ tuæ blaſphemare, atq; tela in aerem mittere, & uerba umbra quadam, quod in Tragœdia eſt, tollere atq; erigere cœperit, quod quidem minus aliquẽ unquam auſurũ eſſe puto: ſed ubi uiderit te ea eſſe coronatũ et exornatũ, os eius obturabitur, & in iuſtitiã in ſublime loqui ipſe ſtatim redargutus ſuperſedebit, captusq; oculis prodibit, ut qui intẽdere eos in eiuſmodi ornamentum tuũ, & quę inde cum gratia prominet & lucẽ et uim nequeat. Varios illa ſanè & omnigenos florũ coruſcantes & aureos habet colores, quam aliquis aptiſsimè agri hortum herbarũ omniũ feracem dixerit. Potiſsimũ uerò illis miri ficè abundat, qui pullulantes candeſcũt, & qui purpurea ſpecie florẽt, quũq; nitore ad nigredinẽ magis uergentes, quàm maximè relucẽt. Sunt uerò ij ex quib. corona tibi cẽ pulcherrimè cõtexta atq; conſerta eſt, Hierarcharũ ſtola, uitæ ſanctitate ſupra ſolem ipſum coruſcans, & Martyrũ uera & uenerãda purpura, ſanguine eorum prolixè tincta atq; rigata: inſuper lucis cõciliatrix nigreſcens & diuinitùs contexta ueſtis, illis admodum congruens, qui ad uitam angelicã cõtendunt atq; aſpirãt. Ex quibus CHRISTI Eccleſia, aureum prorſus uirtutibus circũ amicta ornatũ, ueluti quædam ſponſa, rem omniũ pulcherrimã uniuerſitatis huius exhibet atq; repreſentat Regi & Imperatori. Eorũ labores & certamina liber iſte cõmemorat: per quẽ tibi ut illis honore & dignitate æquali, & hanc ex eis cõſertã coronã imponimus, qui reb. omnib. optimus es, & natura ſimul atq; anima regius & imperialis. Hũc tibi nũcupamus atq; dedicamus, quũ quidẽ antea corona glorię magnopere ſis exornatus: quã hic etiãnũ quaſi quendã futuræ illius

Opus hoc Imperatori diiudicandũ offertur.

Quæ tempora complectatur hæc hiſtoria.

* *ἀφιερῶσθαι λογίοις.*

Dedicatur Eccleſiaſtica hiſtoria Imperatori Emanuelꝰ, et ueluti corona capiti eius imponitur.

Flores eius coronæ, & operis præſentis materia: Epiſcopi, Martyres, Monachi.

illius & ſempiternæ arrabonem,& ueluti procœmium, hanc inquam precioſiſsimam Imperij coronam, mirificarum uirtutum, certaminum, atq; laborum tuorum, perinde atq; brabiũ, coronarũ largitor CHRISTVS tibi,qui pulcherrima tropæa,& ſplendidam, tuo ipſius reſpondens nomini, uictoriæ mercedem tuliſti atque ſtatuiſti,donauit. Ergo age tu,qui ſolus natura, ſicut ille dixit,omnia, quæcq; diuinæ,quæcq; externæ ſunt doctrinæ, præcipuè uerò propter eximiũ & ſedulum in res quaſcq; pulcherrimas ſtudium tuum,quæ in diſciplinis ſunt arcana magis & ſublimiora,noſti,utere ingenio tuo,& materiam adhibe igni incomparabilis tuæ eruditionis & iudicij: ſeu potius ad amuſsim tuam accommoda & explora lucubrationem iſtam. Et,quod antea uerba facere incipiens, rectè dixi, id nũc quoq; à me dicetur: Nullum fore tam præfractum & audacem,ut ſcilicet poſt cenſuram tuam,uel digitũ,ſcripto huic adhibere audeat. Improbas uerò & inuidas linguas ueneno parricidæ ſerpentis conſumi & interire permitte. Quis nanq;, rogo, in te rebus omnibus incomparabilem, quòd male diceret, habuit? O diuina uindicta,& tonitrua & fulmina cœlitùs cadentia. De quo,propter diuinam & magnificam mentem, actionumq; magnitudinem & pondus,neq; encomium laudemq; condignam & decentem inuenire licet, quum quidem plurimi plurima dixerint, multumq; diu operæ & ſtudij in rebus tuis poſuerint: qui ſanè omnes inferiores eis eſſe ſunt deprehẽſi, cœlum attingere conantes, aut ſuã ipſorum umbram comprehendere contendentes: quę quo magis ei impendeãt, eo cedat magis, & diffugiat. Quid ais? Reprehenderé ne & carpere conſtituiſti eum,qui ex ſeipſo prorſus natiuam obtinet gloriam & dignitatem,& quem honor & amplitudo maximè ſatellitio quodam ſtipantes illuſtrant atq; exornant: ad quem neque ille qui apud Græcos pro deo cultus eſt conuiciorum inuentor atque autor Momus, nõ modò non propius accedere,ſed ne reſpicere quidem prorſus audeat. Quin potius Momus deinceps nullus extat, ut qui interierit atque diffluxerit,in hoc ſolo ne tantillũ quidem quod perſtringeret habens. Cæterùm ego quidem iſta. Tuum autem fuerit Princeps optime,ut conſideres atque perpendas ſeorſim omnia,& æquũ conſtantemq; iudicij tui calculum mihi adhibeas. Dei enim planè tua fuerit ſententia. Qui uerò me ipſum in certamen maximum cõiecerim,nunc demum fugientia me perſequi, & à tergo fluentium aquarum ire,comperio. Quæ res ueniam profectò meretur. In qua nimirum,ut equidem puto,quilibet fallatur, qui ſcilicet ſe in certamen tantum demittere conetur: unde tamen, propter res propè incomprehenſibiles atque inexpugnabiles, euadere nõ poſsit. Ipſe uerò Rex regnum & Dominus dominantiũ CHRISTVS,qui ſanguine ſuo Eccleſiam ſuã ſacrauit,& firmiter conſtruxit,& te illi uirum iuxta cor ſuum auxiliatorem & defenſorem germanũ purpura decoratum conſtituit,pium Imperium tuũ in infinitos æui annos cuſtodiat: atque id in ſtabili & immota lætitia, inter omnes qui circumcirca ſunt, donec prorſus cuncti ſub pedibus poſiti conterantur, inimicos,in maius excreſcẽs ſeruet, maioremq; aliam ſuper aliam gloriam ſubminiſtrans confirmet: atque adeò te,liberos & genus omne,ipſamq; hanc urbem ,cuius es tutor & conditor, in perpetuum florere faciat, ut tandem bonis omnibus abundè accumulati, in decantatas illas aureas Ennas Romani conſcendamus. Poſt longum uerò tempus, prouectumq; demum & molle,quod ad infinitũ propè pertingat, ſenium,illo quoque , quod ſucceſsionem neſcit,ſempiterno regno & imperio te dignetur: atque in illa primogenitorum Eccleſia in eundem thronũ,& numerum,cum fidei principe Imperatore referat, diutinorum pro Chriſti Eccleſia & grege ſuſceptorum laborum,ita ut decet,honores & fructus condignos percepturum.

A

B

Nικήτης, hoc eſt, uictor, Imperator iſte, ſicuti & reliqui Romani Principes, appellatus eſt.

Precatio ad Deum pro Imperatore.

PRIMI

PRIMI TOMI CAPITA.

I. *Procœmium authoris, quo conſilio ad opus præſens conſcribendum animum adiecerit, præterea breuiter totius uoluminis argumentum perſtringit.*

II. *De uetuſtate Chriſtianæ religionis, & de diuinitate atq; æternitate filij: & ut ante legem, & poſt legem latam, ſanctis & pijs patribus myſterium de diuinitate CHRISTVS perſpectum fuerit.*

III. *Quam ob cauſam non citius Seruator CHRISTI, ſed in poſtrema temporum ætate, hominem aſſumpſerit, & de perpetuo & ſempiterno eius regno.*

IIII. *Quod nomina DEI, eiuſdemq; hominis VERBI, CHRISTVS ſcilicet & IESVS, longè antea ab ipſo uſq; Moſe ſymbolicè & ſub certis indicijs in honore & precio fuerint: propterea & ſacerdotes ipſi, & reges, & prophetæ, Chriſti, per adumbrationem quandam ſunt dicti.*

V. *Quòd CHRISTI doctrina, & uita ex præſcripto Euangelij Chriſtiana, cum ipſo hominum genere extiterit, & quòd ea antiquitùs in ſanctis & DEO dilectis hominibus efficax fuerit: quod ipſum & Abraham declarauit, fide iuſtificatus ante circumciſionem.*

VI. *Hiſtoria breuis ſuccincte res Hebraicas exponens, uſq; ad Herodem aduenam, ſeu alienigenam, qui Iudæorum regnum obtinuit, quæ hiſtoria prophetiam illam declarat: Non deerit princeps ex iuda, & dux ex fœmore eius, donec ueniat cui repoſitum eſt, & ipſe erit expectatio gentium.*

VII. *De ſancto Ioachimo & Anna, & de natiuitate atq; educatione ſanctiſſimæ DEI genitricis in templo, & ut deſponſata Ioſepho fuerit.*

VIII. *De annuncitatione ſanctiſſimæ DEI genitricis: de ſancta Elizabeth, eiusq; uteri geſtatione: & de conturbatione ſponſi Ioſeph, propter diuinam & ſupernaturalem IESV conceptionem.*

IX. *De genere Antipatri & Herodis, & de Hyrcano & Ariſtobulo pontificibus: & ut à Cæſare Auguſto Herodes Iudæorum rex creatus, propterea quòd aduena eſſet, tribus Iudæorum ab Eſdra conſcriptas igni combuſſerit, atq; Pontificatum uenalem emere uolentibus propoſuerit.*

X. *De ea quæ ab Auguſto Cæſare, Cyrenio præſide, facta eſt deſcriptione: & quæ de Cyrenio Ioſephus ſcribat, item de Iuda Galilæo.*

XI. *Epiſtola Iulij Africani hiſtorici ad Ariſtidem, de ea quæ apparet eſſe in genealogia CHRISTI diſſonantia, apud Mathæum & Lucam Euangeliſtas.*

XII. *De admiranda & diuina natiuitate DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI: item de eiuſdem circumciſione, & obuiatione, quæ ei honoris cauſa in templo facta eſt. Item commemoratio de Simeone, qui eum ulnis ſuis excepit.*

XIII. *De ſtella, quæ præter omnem opinionem in Oriente ad natiuitatem CHRISTI apparuit, & de muneratoribus Magis, & de Herodis dolo.*

XIIII. *De fuga Seruatoris in Aegyptum, & cæde infantum, quam Herodes in Bethleem fecit: de antecurſore Ioanne, & de doctrina Seruatoris in templo, quum duodecim eſſet annorum.*

XV. *Ut Herodes primus immiſſa diuinitùs plaga uiolenter mortuus ſit: hiſtoria ex decimoſeptimo libro Antiquitatum Ioſephi excerpta.*

XVI. *De Tetrarchia filiorum Herodis: & ut Archelao, ex propria Hieroſolymorum Tetrarchia à Cæſare deiecto, Pontius Pilatus duodecimo anno Imperij Tiberij ſucceſſor in illius Tetrarchia factus ſit.*

XVII. *De obitu Auguſti Cæſaris, & quæ ſub eo acciderint, & de Tiberio qui ei ſucceſsit: rerumq; ſub Tiberio actarum ex parte quadam commemoratio.*

XVIII. *De præconio & doctrina Ioannis baptiſtæ, & de baptiſmo CHRISTI, inſuper & de teſtificatione Ioannis.*

XIX. *Ut Ioannes Herodem in faciem arguerit propter Herodiadem: & ut is in conuiuio capite truncatus, ad inferos, prædicaturus ibi, proceſſerit.*

XX. *De turpiſsima filiæ Herodiadis morte, & Herodis obitu, & quæ de eo Ioſephus commemoret: & ut idem Baptiſtam magnis ornet laudibus.*

XXI. *De tentatione Seruatoris, & de electione duodecim & item septuaginta discipulorum, & de Euangelij prædicatione.*

XXII. *Quis finis sit præceptorum Euangelicæ doctrinæ, quæ parabolarum uis, quòd scilicet per opera & contemplationem ad diuinam & perfectam ducamur charitatem, DEO similes facti, & cohæredes CHRISTI.*

XXIII. *Quænam opera in Euangelio descripta, CHRISTVM perfectum hominem, quæ item perfectum DEVM esse declarent.*

XXIIII. *Breuis commemoratio admirandorum & supernaturalium miraculorum Domini nostri IESV CHRISTI, in quatuor Euangelijs expressorum, quæ quidem miracula certissimum diuinitatis eius perhibent testimonium.*

XXV. *De diuina transformatione Seruatoris, & de mirifico miraculo in amico Lazaro exhibito.*

XXVI. *Parabolarum omnium Seruatoris commemoratio.*

XXVII. *Ut triginta tribus annis expletis, Seruator Bethaniam uenerit: & de muliere meretrice, & de palmarum ramis, item de exarescente ficu.*

XXVIII. *De mystica cœna, de diuino lauatore, & de CHRISTI precatione.*

XXIX. *De Anna & Caipha Pontificibus, & de tempore doctrinæ Seruatoris.*

XXX. *De proditione Iudæ, de diuinis cruciatibus CHRISTI IESV, & salutari cruce eiusdem.*

XXXI. *Ex diuinis passionibus quænam CHRISTO ut DEO, eidemq; homini: & quæ ut DEO ascribere conueniat: & de CHRISTI, quoad animam, descensu ad inferos: quando & quomodo eos quoq; qui apud inferos uincti fuerant, solutos liberauerit.*

XXXII. *Demonstratio clara, ex eis quæ acciderunt supernaturalibus miraculis, quòd Dominus ex mortuis resurrexerit.*

XXXIII. *De sanctis mulieribus unguentum ferentibus, quoties ad uiuificum CHRISTI sepulchrum accesserint.*

XXXIIII. *Quoties & quibus, ex Apostolis, apparuerit: ut primùm scilicet Lucæ & Cleopæ, deinde uesperi undecim discipulis clausis ianuis uidendum se præbuerit: & ut post dies octo, ab Apostolo Thoma sit contrectatus.*

XXXV. *Ut posthac ad mare Tiberiadis Petro, Thomæ & Nathanaeli apparuerit, in captura piscium: ubi etiam cibum cum eis cæpit.*

XXXVI. *Ut postremò in Galilæa sit uisus: & quum in montem Oliuarum conscendisset, receptus in cœlum, ad dextram DEI consederit.*

XXXVII *Qua ratione triduana Domini fuerit resurrectio, qua item quadragesimo post die in cœlos ascenderit.*

XXXVIII. *Quali ratione quinquagesima quidem post resurrectionem, decima autem post ascensionem die, paracletus, diuinus uidelicet Spiritus, substantialiter apud Apostolos sit uersatus.*

XXXIX. *Quod & ipse Iosephus Seruatoris nostri IESV CHRISTI in decimooctauo libro Historiarum suarum mentionem fecerit, & quibus de eo uerbis sit usus.*

XL. *De diuina oris corporisq; figura & forma Seruatoris nostri IESV CHRISTI.*

ECCLESIASTICAE Historiæ Nicephori Callisti Xanthopuli, Tomus I.

CAPUT I.

A

NICEPHORVS Callisti filius Ecclesiasticam historiam composuit, initio ab ipsa statim Seruatoris nostri IESV CHRISTI apparitione in carne sumpto: opus id præclarum, & lectoribus gratum fore ratus. Quòdsi enim non in paruis humilibusq; rebus habetur, quin potius summa laude & ueneratione dignum ducitur, si quis historiam prophanã pulchro ordine colligens proponat, fructumq; & utilitatem eius studij in medium proferat, eam cognoscere uolentibus: multò profectò laudabilius censeri debet, res gestas sacras in publica monumẽta, quæ omnibus cognoscere liceat, referre, doctrinamq; facilem & salubrẽ publicitùs profuturam constituere. Equidem maximã deberi gratiã eis existimo, qui historias & res cõmunes priuato suo labore sibi cõscribẽdas sumunt. Illi siquidem, quod in eis est utile & admirandum, non apud se tanq; priuatas opes retinent, sed publicæ utilitati, edendis eis, inseruire malunt, administros prorsus se diuinæ prouidentiæ exhibẽtes, qui in uno scilicet opere uarij generis res gestas perinde atq; in publico ærario reponentes, perscribant. Facilè quippe cuiuis est, ex huiusmodi publico monumento exempla capere, atq; ex aliorũ erratis actiones suas probè cõstituere, & ad uariam rerum mutationem non uariare opinionibus, sed po-

Vtilitas cùm prophanæ, tum sacræ historiæ.

B tius, quoad eius fieri queat, eorum qui rebus rectè sunt usi, facta imitari & uirtutem. Porrò si in consultationibus seniorum consilia excellunt, & experientiæ usum propter temporis diuturnitatem præstare necesse est: quodq; dicitur, quicquid uetustate commendetur, uenerabile id esse oportet: historiam omnino, ut quæ & diuturnitate temporis, & plurimarum rerum usu ualet, plurimi faciendam esse constat: in primis uero sacram, ingentem nimirum fructum atq; utilitatem omnibus simul & Ecclesijs & negotijs suppeditantem. Nanq;, ita ut æquum est, omne genus uiciorum ea ipsa traducens & damnans; quàm longissimè reijcit, malosq; & impios iustis cõuicijs execratur: & magnos laudatosq; uiros, qui in rebus religionis nostræ maximis, excellenti uirtute & pietate plurimum studij posuerunt, uerbis amplissimis, laudumq; præconijs, quasi quibusdam coronis exornans, admirandos imitandosq; alijs efficit. Quibus quoq; rebus posteritatem ipsam pulcherimè excitat, & sanctissimis operibus & factis, decenti que & recta de diuino numine opinione, eorum uirorum laudem æmulando consectari cohortatur. Quapropter & nos iudicio nostro eos qui sacra historia scribenda, ad publicam utilitatem tantum contulerunt studij, comprobantes, æmulatione ad eandem materiam tractandam prouecti sumus, non nos quidem egregia uirtutis nostræ facta ostentantes, neq; eloquentiam orationis ui & ubertate freti iactitantes: sed animum, quantum quidem fieri potuit, ad eos qui ante nos res Ecclesiasticas scripserunt conuertentes, institutum quidem & propositũ eorum in primis cõplectendum duximus: sed nõ itidem scripta eorundem omnia

Cõsilium, quo ad historiã Ecclesiasticã scribẽdam, author est adductus.

Iudicium eiusdem de prioribus sacræ historiæ scriptoribus.

ad publicã utilitatem facere iudicauimus. Quidam enim ex eis sanę doctrinæ nõ adhærentes, multis in rebus non satis idonei dictorũ suorũ testes esse uident, unde factum, ꝙ quamplurimi etiam ea quæ ab illis uerè sunt dicta, propter insanas eorum opiniones, in dubiũ uocãt. Nonnulli aũt, quũ semel à uerbo fidei discessissent, & ad aduersas ei partes defecissent, etiamsi postea eos æqua & decentia sapere cõtigerit, aduersandi tamẽ eis, à quib. aliquãdo dissenserant, studio, permulta in scriptis suis prætermittẽtes, non prorsus cõstantẽ & solidã obtinuere apud lectores fidem, quantũuis uiribus eloquentiæ & scribendi acumine excellentes, atqꝫ egregio erga CHRISTVM desiderio & ardore, inter nostri nominis homines, primas ferre contendentes. Etenim Eusebius Pãphili statim à CHRISTI tẽporibus usqꝫ ad Constantini Magni tẽpora, quæ in Ecclesijs acta sunt, prosequitur, ex Philone, Iosepho, Clemente ῥωματεῖ, (hoc est, cõtexore) Egesippo, Hippolyto, Papia, & alijs ordine Ecclesiasticis scriptoribus, historiam mutuatus. In qua historia cacoethes hæreseos eius apparet: quãuis quibusdam rectè sentire uideatur, ex eo id asseuerãtibus, ꝙ & ipse primę Synodo interfuerit, & τῷ ὁμοουσίῳ (hoc est, consubstantiali) cõsenserit, quodꝫ cõuicijs reprehendẽs incesserit eos, qui FILIVM DEI creaturã esse opinãtur. Mercurius porrò Sozomenus, qui & Salaminius dicitur, item qui Cyri episcopus fuit sapiens Theodoritus, quiꝫ idẽ tertiam impugnauit Synodũ: item DEO inuisus Philostorgius: prętera cognomine quidẽ, sed animo minus καθαρὸς, id est, purus Socrates, finẽ illius, initiũ suorum facientes operũ, usqꝫ ad tempora Theodosij iunioris historiã produxerunt, materia eadem, nescio quo consilio, oẽs sibi proposita. Qui quidem in rebus quibusdam uariè inter se dissentiũt, & Episcoporum inter ipsos cõtentiones, pro eo atqꝫ cuiqꝫ uisum est, cõmemorant. Omnes etiã isti uarias quasdam & nouas res, ab alijs minimè dictas, historijs suis inseruerunt. Deinceps uerò, Theodorus lector Byzantius, & Basilius Cilix, & qui prætor prouinciã gessit Euagrius, superiorum ante ipsos tẽporum res prætergressi, & tempora sua stylo prosequuti, eorum quos modò diximus historijs, suas coniunxerũt, operis difficultatẽ reformidantes: nonnulli etiam è uita inter scribẽdum excedentes, institutũ opus minimè cõpleuerunt. Ipse quidẽ Euagrius illustri dignitate prædituꝰ, historiã usqꝫ ad Iustini ætatẽ deducit, maxima ex parte res prophanas tractans: quarũ argumenta & materiam ex Eustathio Syro, Sozimo, Prisco, Ioanne, Procopio Cæsariẽsi, Agathia, qui illis temporibus ordine insignes fuere oratores, & prætereà ex alijs non pœnitendis historicis, decerpsit. Cæterùm oẽs isti multa nõ satis idonea & commoda importunè recensent: non pauca uerò, quæ necessariò scribenda erãt, prætermittunt: siue id cõsultò affectibus ducti fecerũt, seu quòd nõ omnia attingere potuerũt, timore quodã & indignitate rerũ perculsi: quodꝫ fortasse eis nõ perinde stylo indulgere de rebus rectè constitutis licuit, atqꝫ nũc, quum Ecclesia amplissimè dicendi & scribendi libertate utitur, quã sanè libertatẽ in nostro hoc opere in primis usurpabimus. Enimuerò Eusebius trecentos & aliquot prætereà annos est cõplexus. Socrates aũt & Theodoritus centũ ferè & quadraginta, à primo scilicet Constantini Magni anno, quum is Cæsar est renunciatus, usqꝫ ad decimũ septimũ Theodosij iunioris annũ. Deinceps porrò & ipse Euagrius tempus prosequitur annorũ circiter centũ & quadraginta: ut historia à CHRISTO nato omnis, quã ij quos nominauimus historici conscripserunt, simul & seorsim non minus temporis, quàm sexingentorum annorũ complectatur. Eorum autẽ quę postea subsequuta sunt tẽporũ res Ecclesiasticas, ad hanc usqꝫ ætatẽ, quum nec pauciores nec minores quàm illæ essent, nemini uni qui historiã scribere potuerunt, in mentẽ uenit, unius operis uolumine his cum illis cõiunctis, cõplecti atque

Libertas in historia scribenda.

Hinc satis patet, plures à Nicephoro, q̃ hoc XVIII. *Ecclesiasticæ historiæ libros esse cõpositos.*

atqꝫ comprehẽdere: nescio socordia'ne & imbecillitate ingenij rem tantam omittenti, an à magnitudine & difficultate argumenti abhorrenti: Quippe temporũ simul rerumqꝫ historijs carptim & obiter in multos uariosqꝫ scriptores & uolumina cõiectis, ardua & difficilis earũ est cognitio & memoria, alijs scilicet alio loco rebus multifariã & sparsim descriptis. Ego uerò labore & tempore multo, affectione & sententia cuiusqꝫ inquisita, faciendum mihi putaui, ut argumentũ & materiam omnẽ, unã historiam Catholicæ Ecclesiæ mihi proponerẽ, &, DEO bene iuuante, eam in unũ opus redigerẽ. Et primùm ea quæ ab ijs scriptoribus, qui ante nos fuerũt, tradita sunt, stylo, quantũ fieri potterit, nostro persequi conabimur. at si quid superfluũ, & uetustate iam præsentibus temporibus & ipsi materiæ inutile uisum fuerit, id prætermittemus: quæ uerò sententiæ & doctrinæ necessariæ sunt, eas suo loco collocabimus. Prætereà quæ deesse iudicabimus, scriptis illorum addemus: & quæcunqꝫ cognitione digna eorũ quisqꝫ, alijs omittẽtibus, annotauit, operi nostro intexemus. Dabimus etiam operam, ut dissentiẽtes illorum opiniones ad cõsuetudinẽ ecclesiæ, quę temporũ prescriptione inualuit, dirigamus atqꝫ accõmodemus. Quicquid in sincerũ adulterinumqꝫ fuerit, repudiabimus, & sermone simplici & aperto rectã sanamqꝫ fidei doctrinã cum legitima libertate profitebimur. Deinceps & ea quæ consequentibus prętérita omissa'qꝫ sunt temporibus, adijcere studebimus, non ita longè ante ætatis nostræ tẽpus historiæ finẽ impositurí. Ea uerò, ut equidẽ puto, plurimũ lectoribus prodesse poterit: minimum certè molestiæ uersare eã uolentib. afferet. Cuiuis enim ex ea tanqꝫ ex fonte uberiore, ingentẽ utilitatẽ haurire licebit. Satis enim cõstat, quũ plures sint Ecclesiasticorũ historicorũ sparsim scripti libri, nõ facile esse eos cõparare & consequi, ei qui sacrã historiam omnẽ perlegere & cognoscere uelit.

Præscriptio cõsuetudinis Ecclesiæ Catholicæ.

Cõmoditas historiæ istius legendæ.

Prętereà uarietas styli & elocutionis, tum etiã librorum multitudo, efficiũt, ut ardua admodũ & difficilis legentib. eueniat rerum cognitio. Opus uerò perpetuũ, unoqꝫ scripturę contextu cõpositum, res certas undequaqꝫ narrationibus diluci dis cõmemorans, facilem omnib. & promptã exhibet lectionẽ: & propter eundẽ elocutionis tenorem, cõsequentem quoqꝫ rerũ ipsarum cognitionẽ, tanqꝫ quandam catenã omni ex parte ordine suo coaptatã, mirabiliterqꝫ inter se contextã, & ueluti procurrentẽ. Deniqꝫ tantũ nostram hanc historiam alijs præstare puto, quantũ parti totũ prestat, & interpolato continuũ opus. Quicquid aũt est tam utilis libri, id non ita facilè, sed multo sanè cum labore, quum adhuc à pueris ad augustum ipsius DEI VERBI SAPIENTIAE templũ essemus, & plurima ex eis quæ ibi sunt, uoluminibus & commentarijs peteremus, collegimus. Quam uerò aliam ipsi AETERNAE SAPIENTIAE referremus gratiã, quæ maxima in nos prolixè contulit beneficia, & nos amœnitate delicijsqꝫ suis perfruí est passa, domiciliũ ibi & mansionẽ multo tempore nobis prębens, & pietatẽ quasi cuiusdã obstetricis & nutricis præstans, atqꝫ ad id nos ætatis & profectus deducens: quàm ut res eius, fortasse aũt dicendum Catholicæ Ecclesiæ, omnes, quantũ fieri possit, uno uolumine comprehenderemus, & id publicè omnibus in communẽ usum utendum collocaremus? elocutionis pondus, uerborum'que ornamenta minus consectantes, sed oratione pura, res apertas, ut ab initio in Ecclesijs sunt gestæ, cuiuis exponere conantes. Quod ut facere possemus, quantum eruditionis nostræ tenuitas permisit, cum cura & fide, quę de rebus ueterum temporum in monumenta sunt relata, perquisiuimus. Verùm enimuerò quum ea nobis sit proposita scribendi materia, ut dilucidior res omnis fiat, de toto opere præmittendum aliquid duximus. Sciendum itaque, totum hoc uolumẽ nobis in decem & octo tomos esse diuisum.

Quos authores sequatur, et quid tractet in libris hisce author.

Quantũ opus hoc alijs eiusdem generis historijs præstet.

Volumen istud Nicephorus Cõstantinopoli ad templum Sophiæ, ubi bibliotheca insignis, & Monachorum Asceterium fuit, cõposuit.

Argumentum & materia XVIII. *librorũ istorum.*

I. Horũ primus res gestas SERVATORIS NOSTRI CHRISTI IESV cõple- A
ἀμεταβάτως ctetur, ut scilicet ille à proprio throno † intransitiuè excitus, propter incomparabilis bonitatis affectionem & misericordiam, assumpta ex Maria Virgine carne, & terreno uitæ cursu quàm optimè confecto, per salutarem passionem atque naturam omnem superantem resurrectionem, ad paternum rursus ascenderit solium, reconciliatione nostra suo ipsius patri perfecta atq; absoluta.

II. Secundus ea quæ ad SPIRITVM SANCTVM pertinet, cõprehendet. Quas ille scilicet res per sacros Apostolos peregerit, quibusq; illi rebus gestis qualem finem uitæ quisq; eorum cæperit, sacrosancta nobis scripta relinquentes. Quæ ea sint scripta, & quæ in eis uera, sincera & testamentaria.

III. Tertius primos Apostolorum successores exponet, ubi & quomodo salutaris doctrina per orbẽ uniuersum peragrarit, quas calamitates & clades Hierosolyma propter cædem SERVATORIS CHRISTI IESV pertulerint: quos rursus tanq; hæredes ministerij sui, quæ item literarum monumenta Apostolorũ successores post se relinquentes, martyrio pro CHRISTI nomine sint coronati. Et quę iam tum primùm emerserint aduersus salutarem doctrinam hæreses.

IIII. Quarti tomi argumentũ erit: Qui nam falsæ & adulterinæ doctrinę extiterint duces, quosq; contra eos Ecclesiasticos scriptores & doctores, quæ omnia bene disponit & dirigit diuina Prouidentia excitarit, Apostolicis donis excellentes uiros, simulq; & uita & doctrina illorum euertentes insanas opiniones. Qui isti fuerint, & quæ tum de quæstione celebrandi Paschatis sint dissidia exorta.

V. Quinti materia erit, sub Seuero & Decio Imperatoribus Ecclesiarũ persequutio. Præterea qui multum sapiẽtia ualuit ipse Origenes, quæ eius uita fuerit, quæ scripta. Tum qui in Oriente & in Occidente sanctissimi martyres sacrosanctum pro CHRISTO certamen fortiter pertulerint. Item de Cypriano Africæ episco B
po. Item de Dionysio, qui Alexandrinæ præfuit ecclesiæ. Item de Christianis, qui in persequutione sub Decio pietatem abiurarunt, historiam texet.

VI. Sextus commemorabit hæreses uarias, quarum authores fuere; impius Manes, impurus Nouatus, Apollinaris, & Samosatenus Paulus. Describet etiam res Dionysij Alexandriæ episcopi. Et qui magnarũ urbium usq; ad Ecclesiarum oppugnationem permanserint Episcopi. Ostendet quoque, qui tum temporis Ecclesiastici scriptores, & aliter in diuina sapientia clari uiri floruerint.

VII. Septimus contentionem & rixas nostrorum expediet Episcoporũ, unde illi à diuina ad tempus excidentes gratia, in magna incidertunt pericula. Deinde de exitialibus tyrannis, Diocletiano & Maximiano, Maxentio, & Maximino, & Lycinio, quàm crudeliter illi in gregem Christianum sæuierint, tractabit. Postremò, quomodo magnus & Apostolis ipsis par Constantinus, diuina ope ab ijs uictoriam reportans, pacem Ecclesijs conciliarit: & primus Christianorum Imperator creatus, magnificè cognominem sibi urbem construxerit.

VIII. Octauum tomũ sibi uendicabit idẽ ipse Apostolis nõ inferior Constantinus: & res quæ eo imperãte Ecclesijs acciderunt. Res item impij Arij: & primam quę Nicææ est celebrata, Synodum. Et quemadmodum res Christianæ incrementũ cæperint. Item de angelica Monachorum uita, unde initium sumpserit, & quos habuerit authores. Item quæ Ariani contra ueræ pietatis sectatores, & maximè aduersus magnum Athanasium moliti sint & fecerint. Præterea de beata Helena, & pijs eiusdẽ DEO q; gratis operibus: & ut finita uita, unà cum filio Cõstantino, in cognomine ei urbe sit sepulta, idem narrabit.

IX. Nonus res filiorum sacrosancti Constantini, & in primis ea quę Ecclesijs sub Constantio euenerũt, persequetur. Item qui uiri tum & in recta & in peruersa doctrina

doctrina florentes fuerint. Item qui eo tempore Monastica uita per Palæstinam & Aegyptum excelluerint. Item de diuersis Synodis, & uarijs professionis fidei expositionibus & formulis tractabit.

X. Decimus porrò complectetur res DEO inuisi Iuliani, ut ille à recta pietate desciscens, & ad Græcorũ idololatriam deficiens, uarijs subinde modis persequutionem contra nos cõcitarit: & ut bello Persis illato, malus malè perierit. Aliqua etiam is tomus ex parte res pijssimi Imperatoris Iouiniani, comprehendet, quo modo scilicet magno animo rectam doctrinam propagans, uitam finierit.

XI. Porrò qui hunc consequetur undecimus tomus, copiosè testabitur, quæ Ecclesiæ sub Valentiniano & impio Valente pertulerint. Item de magnis Ecclesiæ orthodoxæ luminaribus, & qui ex aduerso eisdem extiterint oppugnatores, ostendet. Præterea ut ordo Monasticus in immensum creuerit. Item quæ gentes Christianismum susceperint: postremò, ut Valens incendio perierit.

XII. Duodecimo tomo describentur Gratiani & Valentiniani iunioris, & ex Hispania oriundi Maximi Theodosij res. Item secundum uniuersale sanctum Concilium: & ut pietas Christiana in maius sit prouecta, tẽplis ubiq; quæ idolis consecrata fuerant euersis. Insuper de eius temporis grauibus hæresiarchis: & sanctis etiam pijsq; in ecclesia nostris hominibus.

XIII. Tredecimus tempora Arcadij & Honorij prolixè exponet. Prætercaq; res aurea lingua præstantis uiri, Chrysostomi scilicet. Et quæ insuper ea ætate Ecclesiæ contigerint, accuratè prosequetur.

XIIII. In quartodecimo tomo argumentũ nobis Theodosius iunior, & omnium admiratione digna fœmina Pulcheria suppeditabit. Et acta concilij tertij Ephesi coacti cõmemorabit. Et præterea episcoporum successionem, qui maximis quibusq; ecclesijs præfuerunt. Cõmemorabit etiã Eutyches & Dioscorus heretici. Itẽ Eudocia & Pulcheria, reginę seu Imperatrices. Denicq; q ea tẽpestate in Palæstina & alibi DEO placentẽ uitã, monasticẽ scilicet, optimè sunt professi & sequuti.

XV. Hunc qui sequetur decimus quintus, hæc complectetur. Celeberrimi Imperatoris Martiani & Leonis magni res, & quartæ Synodi acta, omnia ea abundè exponens: & insuper, quæ Antiochiæ & Alexandrię in seditione euenere. Item quæ circa adiectionem tersancti hymni sunt facta.

XVI. In decimosexto erũt res Zenonis & Basilisci, huiusq; circulares literæ. Et quæ tempore Anastasij Dicori Ecclesiæ euenerunt. Deinde res quoq; Seueri, Petri Gnaphei, Petri Mongi, Timothei, Hæluri, & aliorũ insuper hereticorũ. Et item quę denuò per seditionẽ de quarta sancta Synodo sunt acta, accuratè proponet.

XVII. Decimus septimus ex reb. Iustini primi, & successoris eius maximi Iustiniani, & actis quintæ sanctæ Synodi constabit. His adijcientur Belisarij res gestæ. item Iustini iunioris res. Et qui eodem tempore uita angelica clari fuere, Monachi.

XVIII. Decimus & octauus tomus clarè explicabit, quę sub Tiberio & Mauritio Imperatoribus in ecclesijs sunt acta. item res Hormisdæ, Chosroę & Chagani, Persarum: & ut Mauritius pœnas DEO persoluens, gladio perierit. Deinde quędã commemorabuntur de singularibus quibusdam dissidijs & hæresibus, scilicet Monophysitis, Tritheitis, Agnoetis, & Theopaschitis. item de Iacobitis, & Armenijs, & præterea quæ in ijs ipsis hæresibus fuere dissidia. Postremò cẽ turpiter Phocas, qui Mauritio succedens crudeliter tyrannidem gessit, sit iugulatus.

Et hæc quidẽ accuratius clariusq; toti operi præmittere uoluimus, eo cõsilio, ut animis lectorũ propositũ argumentum eo perspectius esset. Ne cui aũt historiã nostrã deprauare facile esset (cõsueruẽt enim multi aliena scripta ex arbitrio suo, prout eis est uisum, digerere atq; disponere) primas siue capitales literas to-

Primæ decem & octo tomorum istorũ literæ, hoc est, εἰσαγωγικὰ, cõpositæ, nomen authoris in singulo exemplaris primi, Nicephori, continent.

morum, qui quidẽ tomi annorũ suorũ numerum quisq; expressum cõtinent, ita A posuimus, ut certioris fidei gratia nomẽ & cognomen nostrũ referant atq; cõplectant. Quamobrẽ peto, si quæ à nobis per totũ hoc opus rectè sunt exposita, ut ea extra inuidiam sint collocata, quæ optimis quibusq; rebus præcipuè immine re consueuit. Sin uerò in aliquibus ignorantia lapsi sumus, ea ut ab alijs, qui & doctrinæ & eloquentiæ, atq; etiam experientiæ uirtute pollent, corrigantur. In iuuenili enim ætate opus hoc conscribere aggressi sumus, idemq; nondum sextũ & trigesimũ annum egressi perfecimus. Quandoquidem autem abundè omnia ea quæ opus esse putauimus, hucusq; prefati sumus, agedum diuini numinis ductu rem ipsam, unde maximè conuenit, ordiamur: *in primis historiæ nobis firmamentum, ipsam scilicet ueritatem, consectandam proponentes.*

Scopus historico propositus est ueritas.

CAPUT II.

Christianismus à conditi mundi initijs extitit.

REs Christianorũ à prima sua origine repetere, qui sint, unde, & quomodo tanta cœperint incrementa, eoq; magnitudinis & gloriæ peruenerint, intẽpestiuum, atq; adeò superuacuũ esse puto, ut in præsentia de eis perquiratur. Quum sacra oracula & acta, innumerabilesq; aliæ ex ordine res, apertè satis & accuratè declarent, longissimè antè, & ab initio, cumq; ipsis conditi mundi principijs, dogma nostrũ unà esse iactum & fundatũ, seu potius ultra tempora & secula omnia id extitisse: siquidem ad authorem & ducẽ professionis & fidei nostræ DEVM VERBVM DOMINVM NOSTRVM IESVM CHRISTVM respicere oporteat. Quandoquidem enim duplex considerandum uenit mysterium, & alterũ quidem tanq; quoddam caput contemplamur, quod scilicet ad æternã, principio carentẽ, secula q; omnia præcedentem generationẽ refertur: alterũ autem quasi posterius quiddam, ut ita dicã, & ultimum spectamus, quod nimirum ad inferiorẽ hanc & postremis temporibus ex uirgine incarnationẽ factam, terrenamq; conuersationẽ & uitam pertinet: prius illud exponere, & accuratius oratione persequi, minimè omnium conuenit. De eo enim si quis disserere instituat, quũ oratio talis extra propositum opus sit, tũ plus operæ & negotij, quàm opus ipsum, & ea de quib. tractare decreuerimus, exhibeat. Siquidem, quum neq; tempus, neq; seculum ei mysterio incesserit, & proinde neq; adesse illi, neq; contemplari & eloqui id quod supra intelligentiam nostrã est, concessum sit, quicquid id est, tuto silentij præmio permittemus: ac potius ingenijs nostris, ne in talibus rebus curiositatẽ nimium exerceant, imperabimus, utpote sensu, ratione, & acumine mentis nostræ longè superioribus. Nobis uerò satis fuerit, sola è diuinis scripturis adducere testimonia: ut, In principio »» erat VERBVM, & VERBVM erat apud DEVM, & DEVS erat VERBVM. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil, quod factũ est. Et insuper scire, quòd DEVS semper existens, principioq; carens, & secula præcedens: ita ut ipsi soli cognitum est, ante ipsa secula gignit suum ipsius FILIVM, uerum DEVM VERBVM, supra omnis intelligentiæ & deprehensionis captum, & supra mentis sensum & cogitationẽ, cognitionemq; omnem: simulq; sanctissimum suum profert SPIRITVM, non ut genitum quidem illum, sed procedentem, DEVM & ipsum perfectum atque ὁμοούσιον, hoc est, consubstantialem illis, & eiusdem planè uirtutis & potestatis. Et quòd tres isti unum sunt, una natura & substantia & potestas, cum quibus & per quos simul & angelicas potestates & mundum hunc uniuersum produxit & condidit, quum is antea non extiterit: & præterea id quod in uisum cadit conspicitur q; omne, quod q; anima agitatur, & quod anima caret. Atque hæc quidem de superno CHRISTI, persuasionis & fidei nostrę

Duplex Christi natiuitas, diuina & humana.

ὁ λόγος παρὸν γαν ὧν πλέον αὖ ἐργάσηται ὧν οὔπω λέγειν πρόθετο, παρὰ κρί.

Ineffabilis sanctissimæ Trinitatis Theologia.

A strę principis, genere, ipsius q; sublimi dignitate & natura, nobis dicta sufficiant. Quæ enim tantis explicandis idonea suppeditet oratio? pro eo atq; diuinum id quoq; ostẽdit oraculum: Generationem uerò eius, inquiẽs, quis enarabit? Neq; enim quisq; PATREM, pro eo atq; decet, satis cognouerit, prẽter quã Filius: neq; rursum FILIVM, prætereà quã qui illum genuit PATER. Ad quem, ut est apud uetẽrem Mosen, loquens Pater in creatione uniuersi huius: Faciamus, inquit, hominem ad imaginẽ nostrã, & similitudinẽ. Hunc ipsum sanè, quicunq; uirtute & in DEVM pietate alijs præstare primis temporibus dicti sunt, ut Abraham & Moses, & insuper quicũq; ante & post eos iusti morũ mutatione fuerũt Prophetæ, & alij DEO placiti & grati homines, mentis oculis sincerè & clarè contemplati, prolixè cognouerũt, & tanq; germano DEI FILIO præstantissimũ pietatis honorẽ tribuerunt. Ille porrò persuasionẽ fidemq; eiusmodi remunerans, & Patris & sui cognitionẽ perfectiorẽ absolutioremq; illis adauxit. Est quippe uetus oraculare uerbũ, neminem eorũ qui antiquitùs Deo placuerunt, sine fide in CHRISTVM finẽ uitæ consequutũ esse. Siquidem per coniecturã id colligere licet, ex multifariã uisionibus, quas aliàs alijs accumulauit, pro eo atq; eas quisq; ferre potuit. Atq; equidẽ in hominis specie ipsi Abrahæ frequentius, progenitisq; ex eo apparuisse credit, quandoq; per se ipsum, quandoq; per administros suos angelos, oraculis eos admonẽs, & docẽs de rebus optimis. Quod quidẽ cuiuis uel inde facile est existimare & credere. Angelũ enim, Dominũ, uel etiã DEVM appellare, consuetudo scripturæ non est: sed ita simpliciter, nudo scilicet nomine, angelũ: illum uerò semper insignibus & excellentibus extollit & celebrat nominibus, DEVMq; & Dominũ apertè & clarè uocat. Itaq; VERBVM, quod colimus, æternũ, & seculis temporibusq; uniuersis antiquius fuisse, & ueteribus olim, etsi non omnibus, quibusdã tamẽ, in mysterio apparuisse, paucis hisce dictũ esse satis sit.

Christus filius Dei omnib. ab orbe condito pijs hominibus cognitus.

Idẽ sanctis patrib. apparuit.

CAPUT III.

B MInimè uerò mirari oportet, nõ dudum antea, ita ut nũc, omnib. hominibus & gentib. CHRISTVM innotuisse. Doctrina enim CHRISTI omniũ consummatissima atq; perfectissima, omniq; sapientiæ & uirtutis genere absolutissima, nõ apta, opportuna, & congruens omnino ueterũ hominum uitæ & moribus fuit. Quandoquidem à primis statim initijs, qui incorruptibilem senijq; expertem & beatã uitã acceperat, primus uidelicet homo, & generis nostri author, minimum dati præcepti memor, immortalẽ fatali commutauit uita. Qui uerò ex eo sunt progeniti, longè deteriores, uno atq; altero excepto, agrestẽ quandam, ferã & propè beluinã omnes, appetitionũ suarum impetu ducti, egerunt uitã. Non itaq; illi urbes condidere, nõ artibus aut doctrinis scientijsq; ingenia excoluere, longè etiam à legibus diuinisq; cultibus & iustificationibus abfuere. Virtus porrò & philosophia ne de nomine quidem apud eos notæ fuere: sed perinde atq; quidam Nomades, palantes in solis locis uixere, & insita sibi à natura rationis semina corrumpentes, ac uitiositatẽ malitiamq; omnem * ex liberi arbitrij sententia refingentes, quicquid esset pessimum, timore deposito peregere: usq; adeò, ut quandoq; quidẽ ad mutuas cędes & homicidia inter se armati consurgerent, aliquãdo uerò DEO bellũ inferre inciperẽt, superq; terrã munitiones & muros cõstruere aduersus cœlum, & caput ad id illidere, ac in tantũ denicq; inexpugnabilem uim & potentiã in se prouocare atq; excitare auderent, ut ad cohercendam eorũ simul & præfractam temeritatẽ, & inane inutilęq; cœptum, tanq; pernicioſam nocentis herbæ syluã per uniuersam terrã effusam, DEVS nunc immensis aquarum diluuijs uindicare, nunc horrendis ignis imbribus

Quare primis hominib. filius Dei Christus Iesus, non ita clarè, ut nobis, innotuerit.

Parentum nostrorũ primorum lapsus.

Primæ ætatis hominum rudi tas & malicia.

** ἐξ αὐτεξουσίου προαιρέσεως*

bribus & immanibus fulminum ictibus compescere, & uiolentum malignitatis A
eorum impetū opprimere aggrederetur, & præterea fame simul & peste, & uarijs bellorum generibus, ad indecentem & importunā malorum molitionē tollendam uteretur, tantamq́ animorum (ut ita dicam) luem, impunè omnia depascentem, grauiterq́ inualescentem, efficacioribus repurgaret remedijs & pœnis.
Posteaquā igitur tanta malignitas, uitiorumq́ omnium grauedo, perinde atque damnosa quædam ebrietas, per omnes ferè est grassata, caliginemq́ eorum animis offudit, ipsum omniū optimū DEI VERBVM magnitudine bonitatis propriæ coactum, nunc per naturæ legem, nunc per angelorū aduentum & præsentiam, quandoque etiam per se ipsum mysticis quibusdam & arcanis apparitionibus, paucis quibusdam qui antiquitùs pietate & amore DEI clari exiterunt uiris, alicubi se exhibuit, hominis forma assumpta: quòd aliter id ipsis aspicere concessum non esset. Quum porrò satis ad eum modum per diuinos illos uiros inmultos homines pietatis cultusq́ DEI coniecisset semina, & gens tali cultui dedita paulatim in dies magis magisq́ in unū coalesceret corpus, & quasi germen quoddam radice sua, Abrahamo niti cognosceretur, ci genti quæ & antiquitùs, & non ita pridem uita & moribus ritè exculta esset, legem per Mosen, perinde atq́ quēdam ducem & manuductorem, ad præstantiorē pietatem, DEIq́ cultū, tradidit: symbola & signa, figurasq́ & imagines sabbati & circumcisionis, & alia quędam elementa seu principia diuinorum consiliorum & contemplationū, mysticasq́ præterea cæremonias, non apertas illas & claras, sed obscuras, tenues & umbratiles illis ostendens, & præbens. At ubi deinceps lege ubiq́ diuulgata, ex dura illa & agresti uita homines paulatim ad humanitatē sunt exculti, & ad philosophandum animū adiecerunt, inuicemq́ amicitias colere, & consuetudinem inter se habere cœperunt (pædagogo & doctore lege quasi regula utentes, seq́ erudientes) atque in primis firmior stabiliorq́ DEI patris noticia quod eos B
radices egit, aptiq́ iam & idonei tanq́ ad semina maiora DEI cognitionis suscipienda fuerunt: tum idem illūd rursum, quod antea uirtutis semina seuerat, DEI VERBVM principij expers, seculaq́ precedens, quandoquidem aliter fieri non potuit, ut hominū genus tandem prorsus ab infusa ei liberaretur execratione & pernicie, & ad immortalem illam atq́ beatam reduceretur uitam, postremis temporibus, Romanorū Imperio orbem obtinente, natura & cōditione nostra accepta, nulla re à nostra (fatalibus duntaxat peccati inquinamentis exceptis) differente, ea & fecit & perpessum est, quæ æquū erat DEVM facere corpore, in hac uita, pergrè uersantē. In qua ille natiuitatē mirificā, opinionēq́ omnem excellentem, conuersationemq́ insolitā, & doctrinam nouā, omnisq́ naturæ miraculo superiorem mortē & sepulturā & resurrectionem rediuiuā exhibuit. Quæ omnia singillatim uaticinijs prophetarū prædicta fuerāt, & promulgata. Quemadmodum & regnū eius in fine seculi diuinus Daniel spiritu liberiore & puriore perspexit, & hisce uerbis humano more uisionē eam descripsit: Spectabā, inquiens,
» donec throni ponerentur, & antiquus dierū consedit. Et cōmemorans res ipse
» suas, infert rursus: Iudiciū consedit, & libri aperti sunt. Et deinceps: Spectabam,
» inquit, & ecce cum nubibus cœli tanq́ filius hominis ueniēs, & usq́ ad antiquū
» dierum peruenit, & in conspectum eius adductus est, & ipsi traditus est principatus & robur & regnum, & omnes populi tribus & linguæ seruient ipsi. Potestas eius potestas sempiterna, quæ non præteribit, & regnum eius non corrumpetur. In quem uerò alium hæc quadrent, quàm prorsus in SERVATOREM nostrum CHRISTVM, hominis filium, propter postremam ipsius per assumptam carnem humanitatem, per oracullum propheticum nominatum?

Verbum & filius Dei subinde caliginosam hominum malitiā discussit.

Lex Iudæis, Abrahæ posteris, per Mosen data.

Verbum & filius Dei homo factus.

Oeconomia Christi in mundo.

Regnum Christi sempiternū.

Quare Christus dicatur Filius hominis.

Reliquum

CAPUT IIII.

A RElíquum est, ut demonstremus, ipsum æternum principio carentem DEVM, VERBVM, non solum antiquitùs pijs, DEOq́ charis hominibus cognitum, suoq́ tempore apud nos corporaliter, tanquam *peregrinum, uersatum fuisse: uerumetiam diuinas eius appellationes, IESV scilicet, & CHRISTI, non nobis solis, sed & ueteribus prophetis in maximo habitas esse honore. Primùm siquidem magnus ille DEI spectator Moses, quum imagines & symbola signaq́ quædam arcana & noua, iuxta typum & figuras quæ ei in monte diuinum ostenderat oraculum, institueret, Pontificem DEI fratrem suum Aaronem promulgauit, excellentemq́ ei honorem, præeminentiam & gloriam tribuens, CHRISTVM & unctum Domini pronunciauit: & nomen id illi accommodauit, arcanè per mysterium celebrans & cohonestans appellationem eam, illudq́ diuinando adumbrans, diuinum quiddam & excellens esse, *ducem & principem. Porrò IESV quoq́ cognominationem ipse primus diuino afflatus spiritu, quum nunquam antea hoc nomen auditum fuisset, filio Nauæ soli sapienter indidit: ueluti præcipuum, & regio diademate præstantiorem perfectioremq́ honorem illi habens, quem per symbola cognouerat, post obitum suum imperium in omnes susceptarum esse. Imaginem enim Iesus Nauæ filius, SERVATORIS nostri ferebat: qui unus post Mosen atq́ consummationem symbolici umbratilisq́ cultus illius, regnum scilicet ueræ & illustris pietatis, manifestò suscepit. Moses itaq́, ut dixi, distinctis SERVATORIS nostri appellationibus, quas summo honore & gloria extulit & condecorauit, pontificì quidem, CHRISTI: successori uerò suo duci, IESV nomen magnificētissimè, non sine arcano & ingenti mysterio, tribuit. Quin & alij post illum prophetæ, B
apertè & significanter admodum, Seruatorem CHRISTVM nominarunt. Spíritus enim, inquit Hieremias, ante faciem nostram: CHRISTVS Dominus comprehensus est in corruptionibus eorum. Et Dauid: Astiterunt, ait, reges terræ, & principes conuenerunt in unū, aduersus Dominū, & aduersus CHRISTVM eius. Quibus uerbis deinceps illa infert: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Hoc ipsum porrò CHRISTI ueneratione dignum nomen, non solum eos qui sacerdotio cohonestati essent, factício exornauit oleo, idq́ per symbolum: sed & reges ipsos. Diuino enim hosce inungentes spiritu, quibus id fuerat commissum, Christos per imaginem & faciebant, & ungebant. Quandoquidem & regibus omnino typi quidam & figuræ inerant, ueri regni & potestatis SERVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI in omnes. Cæterū & prophetas quosdam Christos esse, diuini spiritus instinctu percepimus. Etenim ij omnes, ad unicum Pontificem omnium, & creaturæ omnis regē, solūq́ prophetarum Prophetam, SERVATOREM CHRISTVM, respectum suum habuerunt. Id illud clarissimè ostendit, quòd nulli omnium Pontificum, Regum, & Prophetarū, qui symbolicè huius nomine uncti honoratiq́ sunt, tanta diuinæ uirtutis uis fuit & potestas, quantam scilicet Dominus noster IESVS, & ipsa uerè CHRISTVS, natiuā & propriam eam habens, ostendit atq́ exhibuit. Sed nulli etiam ex omnibus hoc contigit, ut eos qui se illis ut subditos subiecerunt, imaginario & umbratili nomine Christianos cognominarent: quum illi tamen ad ingentem gloriam & honorē processissent. Iam nec alij cuipiam tantus etiam post obitū attributus est cultus, & ueneratiōis honor, ut pro eius nomine ipsam quoq́ uitā aliqui nō grauatè uilem habuerint, amiserintque. Insuper neq́ circa quenq́ à mundo cōdito, tantus motus & cōcussio habitabilis terræ, quantus circa eū, fuit. Enimuerò fieri neutiq́ posse, ut uis & uirtus typi atq́ imaginis

** ἐπεδήμησεν*

Christi nomen ueteribus Hebræis cognitū, & in magno habitum honore.

** ἡγεμονεύσει*

Idem nomen Iesu.

Iosue typū Seruatoris nostri gessit.

Seruatoris nostri apertè Christus à prophetis dictus.

“
“
“
“

Sacerdotes olim, & reges Christi.

Prophetæ etiā quidam.

Seruatoris nostri Christi Iesu, supra reliquos omnes, præstantia.

Soli nos à uero Christo, Christiani dicti.

tantum

tantum perficiat, quantum nimirum ueritatis ipsius repræsentatio & exhibitio, A
ea quæ in SERVATORE nostro est perspecta potestas, manifestissimè compro-
Seruator noster ueriſſimus & ipſiſſimus est Christus, in quo nihil imaginarium aut fucatum reperitur.
bat & declarat. Qui quidem quum nihil eorum quæ magnifica & prestabilia ha
bentur, à quopiam accepisset: sed neq; genus fortasse ex sacerdotum ordine du-
xisset, neq; opibus aliquibus ad regnum euectus esset: neq; pro propheta, ut ue
teres illi, se gessisset, neq; dignitate aliqua à Iudæis auctus esset, quamuis per se i-
psum reuera omnia à PATRE, & non per symbola aut figuras haberet: CHRI
STVS tamen præ omnibus illis maximè est renunciatus, atq; declaratus: & cum
orbe habitabili uniuersoc, ognomẽ simul suum, simul & ueneranda & sancta in-
stituta mores q; suos communicauit: non umbras, typos & imagines, ut antea fa-
ctum fuerat, rerum pulcherrimarum, sed manifestas ipsas & ueras uirtutes exhi-
bens, uitam q; quandam sublimem & cœlestem, una cum ueritatis dogmatibus,
eis ipsis qui sacris eius initiati essent, relinquens, ipsissimus scilicet & uerissimus
CHHISTVS, perfectissimum DEI VERBVM, qui non factitio perinde atq; reli-
qui, sed diuino naturaliter unctus esset spiritu. Cuius rei certissimam fidem facit
» illud Esaiæ uerbum: Spiritus Domini super me, propterea quòd unxit me: &
» quæ sequuntur. Rursus illud diuini Dauidis: Propterea unxit te DEVS, DEVS
» tuus, oleo exultationis, præ consortibus tuis. Vbi id etiam, quod longissimè
eis præstet, qui quondam imaginariè uncti fuerant, satis subindicat & describit.
» Idem Dauid alibi quoq; : Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Mel-
Christus sacerdos secundum ritum Melchisedech.
» chisedech. Qui introducitur, non factitio oleo ad sacrorum ministerium un-
ctus, neq; quicquam ad Hebræorum sacerdotium pertinens: quæ in Catologũ
& generis concatenatam continuationem solenniter perscribantur. Quapro-
pter secundum ipsius ordinem, non autem iuxta aliorum qui symbola, typos & B
figuras acceperant, ritum, CHRISTVS & Pontisex, recepto iureiurando, SER-
VATOR noster est promulgatus. Vnde illum neq; corporaliter unctum, neque
ex sacerdotali tribu natum, qui attentè & diligenter historias legendo obserua-
Christi sacerdotium sempiternum.
rit, inueniet, quippe qui ab ipso DEO & patre, ante secula condita, sempiternum
ab æterno & in æternùm sacerdotium, tanquam munus quoddam & honorem
præcipuum obtineat. Illud quoq; non minus est incorporeæ diuinitus que adue
nientis unctionis signum & indicium, quòd hunc ex omnibus unum, per omnẽ
Christianorum in Christũ fides uiuidissima.
terram, Barbari simul & Græci, CHRISTVM nominant. Et qui iam inde à tem-
poribus eius, ad hunc usque diem, in eum credunt, ut uerum DEVM & Regem,
unicum q; Pontificem DEI & Prophetam, eũ colũt & uenerantur: qui q; (†quod
τὸν λόγον in marg.
oratione & rationem omnem excellit) nomine eius censentur, persuasum illud
habent, ut non labijs tantum & uerborum strepitu illum, sed omni prorsus ani-
mi affectione & uirtute colant: usq; eò, ut de facili consilium capiant & statuãt,
& ipsam propter eum ponere animam & uitam.

CAPVT V.

SVb hæc, doctrinam SERVATORIS nostri nõ nouam ac recentem,
posterioribus ue temporibus à quopiam, qui minimum multis præ-
stet, institutam: sed potius, quantum dicere possum, à prima homi-
num origine, lege naturæ, antiquitùs à pijs DEI q; amantibus & iustis
uiris, rectissimè tractatam: disciplinæq; eius morem, unà cum pietatis & religio
nis dogmatibus, tempore, generi humano æqualem cognitum, & nõ nuper ad-
modum inuentum atq; excogitatum esse, æquũ est uisum astruere. Et quod nos
quidem recentes omnino, nouo nomine, ut Christiani uocemur, heri quodam-
modo & nudius tertius aucti simus, satis cõstat. Cęterùm quòd in ipsa SERVA-
TORIS

A TORIS apparitione, quæ clara & illustris prorsus coaluit gens, nõ exigua illa & *Christianorũ nomen & Ecclesiæ, ab ipsa Christi apparitione extitit: sed professio eorum, à mundo condito celebrata est.*
infimum locum obtinens, neq; in uno aliquo orbis angulo collocata, sed quæ fe-
rè uniuersam peruaserit terrã: ob eam q; causam quùm pietate in DEVM excel-
lens, tum ope diuina inuicta futura est & incolumis, ad eius specimen, cuius no-
mine gloriatur, eiusdem q; mores & instituta, longè etiam antea confirmata sit,
quoad eius fieri poterit, ostendere conabor. Id quod prophetæ etiam cuidam,
ut, quod omnino futurum esset, diuino spiritu illustratus uideret, et quasi mente
Christiano rum ortus.
consternatus prædiceret, contigit: Quis audiuit talia, & quis sic uidit? Sic partu
rijt terra die uno, & si gens progenita est nixu uno. Deinde futuram quoq; in-
dicat appellationem: Seruientibus autem mihi, inquiens, uidetur nomen nouũ, "
quod benedicetur in terra. Genus equidem Hebræorũ ueneratione dignum "
est prorsus, uetustate nimirum insigne & præstans. In eo genere raros quidem *Veteres sine nomine quidẽ, sed reipsa Christiani.*
illos, sed tamen in DEVM amore, iustitia, & ceteris & uirtutibus excellẽtes uiros
fuisse, publicis scriptorum monumentis est testatum, & ante & post uniuersale
orbis diluuiũ. Inter eos Seth, & Enos, & alij, ipse Noe cum liberis nepotibus q;
& posteris suis, atq; horum unus etiam Abraham fuit, quem progenitorẽ suum
Hebræi gloriabundi iactant: cum q; ijs unà, qui cognatione genus illius attin-
gunt, & amplum iustitiæ, religionis, & pietatis in DEVM testimoñium reporta-
runt. Quod si quis ab ipso Abraham, & posterioribus ab eo temporibus, ra-
tione inita ad primum usq; hominem recurrat, quamuis non nominis ipsius ap-
pellatione, sed tamen re omnes ipsa, de quibus testatum aliquid sit, Christianos
In quibus rebcõsistat Christiani hominis professio.
inueniet. Quicquid enim cõplectitur Christiani nomen, ut scilicet obtineas fi-
dei & doctrinæ CHRISTI cognitionẽ, ut sobrietate temperantia & iustitia pol-
leas, ut sanctiorem uitam uirtutem q; uirilis & magni animi perpetuo tenore cõ-
B stanter cõtinues, interritus q; & impauidus in professione pietatis in DEVM per
omnia persistas: id omne non minus atque nos, illi quoq; præstare studuerunt.
Non enim illis admodum curæ fuit uel circumcisio, uel sabbatorum festorum q;
dierum cæremonia, uel etiam alimentorum & ciborum obseruatio & delectus,
Ritus & cæremoniæ ueteris testamenti symbola et umbræ rerum aliarũ fuere.
aliarum q; rerum discrimen, quæ Moses primus ut symbola & imagines insti-
tuens, posteris suis per manus tradidit: et ne nobis quidem obseruandi ea neces-
sitas imposita est. Certò aũt & liquidò illis constitit, ipsum CHRISTVM DEVM
Veteres Christum cognouerunt.
uisum esse ab Abrahamo, eundem responsa dedisse Isaac, colloquutum esse cum
Iacob: cum Mose autem, & qui post eum fuerunt Prophetis, sermonem contu-
lisse: pro eo atq; id sacræ indicãt scripturæ. Quam ob causam & illos omnes ob-
scura quadam & tenui nominis sui appellatione dignatus est. Iuxta illud oracu-
lare uerbum: Noli tangere Christos meos. Et item aliud: Et in prophetis meis "
ne malignemini. Vt iam summatim dicere & colligere liceat, quam antiquitùs "
Abrahæ ostendimus fuisse erga DEVM pietatem & religionem, eam non aliam *Eadem fuit Abrahæ fides, cũ ea quam Christus ipse docuit.*
fuisse ab ea quam nuper per doctrinam ipse suam CHRISTVS in omnes ubique
uulgauit gentes. Neq; huic rationi quidquam illud obest, quòd is longo post
Iustificatio Abrahæ.
tempore circumcisionem acceperit. Ante hãc enim ipsam fide iustificatum eum "
fuisse, testimonio scripturæ comprobatum est. Quod per illud astruitur: Credi "
dit autem Abraham DEO, & imputatũ est ei ad iustitiam. Porrò eidem etiam- "
num incircũcisò, oraculo diuino (fuit aũt id ipsum DEI VERBVM CHRISTVS)
de eis qui eodem quo ipse modo in futurũ iustificari deberent, talibus est renun *Sicuti Abrahã, ita & Christiani iustificantur.*
ciatum uerbis: Et benedicentur in te omnes tribus terræ. Quod sanè ipsum in
nobis consummatum esse, satis constat. Sicut enim ille fide, quam apparenti sibi
VERBO DEO habuit, iustificatus, pristina uita patria q; religione relicta, ac pro *Iustificationis formula in Abraham.*
fessione pietatis omni, in unicum rerum omnium gubernatorem & Dominum

DEVM collata, non Mosaicæ illum legis cæremonijs, sed uirtutis factis coluit: iti A dem & in præsentia, eundem ipsum pietatis erga DEVM ritum, per habitabilem terram omnem, apud solos Christianos in usu esse, manifestò satis apparet. Vt iam nihil obstet, quin colligere inde & cõcludere possimus, unam eandemq; & nunc esse, & olim fuisse uitam, & nobis Christianis, & qui antiquitùs ex præscripto DEI uixerunt omnibus: neq; nouum aut peregrinum esse institutum nostrum, sed (siquidem liberius dicendum est) primũ hunc esse & solum uerumq; DEI cultum, qui per CHRISTVM est: qui cultus olim quidem tenuiter & obscurè sit exhibitus, nunc uerò tanq; quædam fax lucidior orbi uniuerso illuxerit.

Christiana pietas & religio omnium antiquissima.

CAPVT VI.

HÆc quum ita se habeant, necessarioq; sic sint præmissa, deinceps ab apparitione SERVATORIS secundum carnem, tanquam auspicata & felici uiæ duce, adiutorem atq; authorem ipsum principio carens DEI VERBVM, initio eius quæ de eo suscepta est, orationis prefician tes, ne scilicet à ueritate aberremus, historiã ordiemur. Paulo uerò altius res ipsa repetenda. Gens Iudæorũ, ut dictum est, priusquam diuina prouidentia Mo ses dux ei prefectus esset, libera quodammodo & sui iuris fuit: & progenitorem iactans iustum Abrahã, tenui cognitione numinis alijs antecelluit populis. Hæc postquam in Aegyptũ uenit, per Iosephum, in seruitute ibi fuit annos quadringentos. Inde autem illam eduxit Moses: qui miraculis & prodigijs edendis, in tantum supra ipsius naturę captum pollebat, ut etiam colloquio DEI frueretur, ab eoq; rerũ agendarum consilia & rationes peteret. Præfuit ergo genti ille, ac rex ipse & idem sacrorum Antistes ius populo dixit. Rerum tamen sacrarum curam Aaron sortitus est, communicata cum eo per Mosen tali functione, qui Aa B ronis frater fuit. Post hunc autem successor eius Iesus Nauæ filius, rerum administrationem suscepit. Deinde rem Iudaicam principes rexerunt, Iudices dicti: qui numero duodecim fuerũt, per successionem ordine in defunctorum locum surrogati. Postea talem rerum administrationem ægrè ferentes Iudæi, regem sibi creari depoposcerũt. Et Saul primus eis à propheta Samuele rex unctus est, idq; DEO per oraculum iubente. Huic Dauid successit. Dauidi filius Solomon. Deinde ordine alij reges, uiginti quatuor numero: qui quidẽ rebus Iudaicis annos quadringentos quadraginta octo præfuerunt. Postea quum Babylonius Nabuchodonosor bellicam contra eos expeditionem sumpsisset, unà cum urbe templum est euersum, & populus Babylonem captiuus ductus ad annos septuaginta. Quum eq̃idem Chaldæi siue Babylonij antea idem quod Iudæi perpessi fuissent à Medis, bello illis illato, qui ad trecẽtos usq; annos ferè regnum eorum tenuerunt. Medorum uerò regem ultimũ, cui Astyagis nomen erat, Cyrus Persa bello oppresit, imperiumq; à Medis ad Persas transtulit. Cæterùm & ij non minus quàm ducentis uiginti annis imperio potiti, usq; ad Darium Arsamũ, ab Alexandro Macedone eo sunt exuti. Qui regno in Monarchiæ formã redacto, post duodecimum rerum suarũ gestarum annum, uita excedens, amicis suis Macedonibus, quorum pars Ptolemæi cognominabantur, regnum reliquit. Ii per successionem tredecim numero, Persarum res obtinuerunt annos ducentos nonaginta tres. Arsaces porrò Parthus Ptolemæo ultimo, qui etiam Dionysius dicebatur, Celopatræ patri, in qua postrema Macedonum apud Aegyptios defecit regnum, bellum intulit, Parthisq; Persarum imperium tradidit. Nec ita multo post Macedonum ditio in Romanorum peruenit potestatẽ: & inde Parthorum reges nomen quoq; Arsacidarum habuere. Porrò qui ab Arsace progeniti regnum

Iudaicarum rerum synopsis, & commemoratio breuis.

Captiuitas Iudæorum Babylonica.

Regnum Assyriorũ, Medorum, Persarum.

Iustinus lib. 13. de Perdicca loquens: Inter principes, inquit, prouincias diuidit, simul ut remoueret æmulos, & munus imperij beneficij sui faceret. Primo Ptolemæo Aegyptus, & Africæ, Arabiæq; pars sorte uenit, &c: Chronici scriptores Medo-

Darij istius Arsam filium alij dicũt. Iustin. lib. 10.

Macedonũ Chronographi, Ptolemæos in Aegypto regnasse tradũt an. 296

Parthorũ.

A regnum obtinuere, usq; ad Artabanum peruenerũt, rerum administratione annis ducentis septuaginta retenta. Post Artabanum uerò, Chosroæ genus Persis imperauit. Artaxerxes enim pater Chosroæ, Magus, dolo Artabanum aggressus occidit: primusq; inter Persas cidarim sumpsit, unde & apud ipsos celebre Magorum nomen fuit. Alexander autem Mammææ filius Romanum administrauit imperium, quum Parthus adhuc Persis rex præesset. Enimuerò Iudæi à Dario primo, seu (ut alij tradunt) à Cyro, post annos septuaginta, captiuitate soluta, libertate donati, urbem simul suam & templum, quæ Dauid & Solomon construxerant, restaurarunt: & patrijs sacris, ritibus, atque cæremonijs operati sunt, non regia (ut antehac) potestate & administratione, sed paucorũ optimatium gubernatione utentes. Sacerdotes enim res eorum rexerũt. Et ad aliquod usq; tempus satis feliciter atq; ordinè res eorum gerebantur. Postea uerò inter potentiores Iudæorum seditio incidit, quo tempore Antiochus Epiphanes de cuncta Syria aduersus Ptolemæum sextum bello decertabat. Causa uerò seditionis erat, quòd nemo optimatium æquali & eiusdem sortis homini subijci aut parêre uoluerit. Et Onias quidem Pontifex, Tobiæ liberis urbe expulsis, superior erat. Illi uerò Antiochum Epiphanem aduersus urbem duxere, iamprídem sua sponte consilia ea animo agitantem, & tanquam cupiditatem parturientem, ut urbe eorum potiretur. Ducibusq; illis urbem cæpit, prædam multam egit, templo quoque DEI spoliato: & religionem omnem cum uictimis & cæremonijs sustulit, ad annos tres cũ dimidio. Præterierant tum anni trecenti quinquaginta quinque, ex quo populus Babylone redierat. Sedenim Onias ad Ptolemæum profugit, qui tum ab Antiocho diſsidebat, & in Heliopolitarũ agro urbem aliam & templum condit, structura omni ad eam quæ Hierosolymis erat, conformata. Antiochus porrò ex luxuria & intemperantia maiorem in modum arrogans, Iudæis persuadet, ut patrios ritus despiciant, sues ad aras pro uictimis immolent, infantes incircumcisos relinquant, deniq; ut cultum legis omnem tanquam rem nihili despuant, mandat. Bacchides autem quidam, impietatis eius administer erat, uir qui ad summam insaniam nihil feciſſet reliqui. Hunc Mathias Assamonæi filius (fuit is ex sacerdotibus unus, ex uico cui nomen erat Modeim ortus) armatis secum quinq; filijs occidit: & per metum, loca superiora capit. Vnde postea manu armatorum contracta descendit, prælioq; cõmisso Antiochum uincit, fœdissimeq; urbe expellit. Is popularibus suis, ut princeps, non inuitis præest: breuiq; moritur, Iudæ maximo natu filio rerum administratione relicta. Iudas porrò Antiochum timens (minimè enim illum quieturũ putabat) militem ex popularibus cõscribit: & primus legatis Romam missis, cum Romanis ducibus pacem fœdusq; pacisci tur. Idem pro insigni pietate sua templum simul repurgat, & uasa noua ad sacrificiorum usum procurat. Interea Antiochus moritur, & filius eius (Antiochi ei quoq; nomẽ fuit) cum maximo exercitu contra Iudæos progreditur, prælioq; commisso retrocedit, & partẽ copiarum ad obsidionem urbis relinquit. Ibi Iudæ in prælijs omnib. uirtus in primis enituit. qui quum fortiter dimicans, multos ex hostibus ferro cęcidisset: tandem ipse quoque cæditur, cumq; eo frater Ioannes. Eius sedenim potestas ad Ionatham, fratrem quoq; eius, peruenit: qui magis etiam confirmata cum Romanis amicitia & societate, fœdus insuper cum Antiochi filio init: apud quem quum pro hospitij atq; amicitiæ iure uersaretur, à tutore eius Triphone necatur. Simon porrò frater in locũ eius succedit: & rem strenuè gerens, Antiocho se belli societate coniungit, contra Triphonem, qui ei bellum intulerat, ducenti. Cæterùm quum Antiocho in Triphone opprimendo egregiam nauasset operã, postea

Chosroæ genus.

Notabilis seditionis causa, apud Iudæos.

1. Esræ 6.

1. Mach. 1.

Exemplũ uiolati iuris hospitij Antiochus Sedetes. Item uiolatæ societatis belli.

Libertas Iudæorum ex captiuitate Babylonica.

Oligarchia & Aristocratia.

Fuit is Ptolemæus Euergetes secundus.

Bella ciuilia Iudæorum.

Idolum etiam templo impositum. Ioseph. libro 12. cap. 6.

Antiochi fœdissima apud Iudæos tyrannis.

Hic Matathias in libro Machab. dicitur.

1. Mach. 8.

Antiochus Eupator.

Antiochus Soter. Triphõ, interfecto Antiocho, regnũ Syriæ inuaserat. Iustin. lib. 36. Ioseph. libro 3. cap. 10.

rum Imperium durasse notant annis 265. uel, ut alij uolunt, 292. Persarũ annis 231.

Ioseph. lib. 13. cap. 11.

stea illum minimè amicum sibi esse cognouit. Ille enim Cendebæo duce misso,& A terram Iudæam uastare, & Simonem captum ad se adducere iussit. Sedenim Simon Cendebæum cum exercitu plurimorũ milium aduenientẽ, prælio & conflictu omni fortissimè uincit, populares{que} suos à ui & impetu Macedonum liberat, post annos centũ septuaginta * : & pontifex creat. Sed breui postea & ipse Simon à genero Ptolemæo in cõuiuio interimitur. Ptolemæus sanè uxorẽ quoq; eius,& duos filios, in uincula conijcit: & percussores, qui Ioannẽ tertium filium (erat huic quoq; Hyrcani nomen) necarent, disponit. Sed ille Hierosolyma profugiens, structas sibi cædis insidias effugit: & paterno per successionẽ pontificatu accepto, gratijs{que} per sacrificia DEO actis, quanta potest celeritate cõtra Ptolemæum progreditur, auxilium matri & fratribus laturus. At illos Ptolemæus, ut Hyrcano ægrè faceret, occidit. Porrò Antiochus iunior indignatione simul & recordatione earũ rerum quæ à Simone Hyrcani patre perpessus fuerat, commotus, aduersus Hierosolyma exercitũ iterum ducit. Hyrcanus aũt, Dauidis recluso sepulchro, obsidionem urbis trecentis redemit talentis. Post hæc, quum prosperis uteretur rebus, & longè late{que} ditionem suam propagaret, Aristobulo & Antigono filijs eius cum eo rem militarẽ administrantibus, inuidia populariũ quàm maxima contra eum est exorta: qui tamen apertè contra eum fusce-
pto bello, occubuere. Sed enim Hyrcanus, qui & Ioannes dictus, satis feliciter peracta uita, quinq; relictis filijs,& optimè repub. annis triginta tribus gesta, uitam finit. Eius deinde maximus natu filius Aristobulus, administrationem rerum cõfestim in regni formam redigit,& primus sibi diadema imponit, post annos quadringentos septuaginta & unum, & menses tres, ab eo tempore, quum populus seruitute Babylonica liberatus, in patriam suã redijt. Atq; hic quidem matrem fame enecat: mox quoq; fratrem, quem maximè dilexerat, Antigonũ. B quomodo aũt ea cædes peracta sit, Iosepho eam cõmemorandam relinquimus. Sedenim quum non ultra unum annũ rebus præfuisset, moritur. Cuius uxor fratres eius ex custodia & uinculis emittit:& alterũ, qui ætate grandior uidebatur, Alexandrum nomine, regem constituit: qui mox alterũ, regnum affectantẽ, trucidat: tertium uerò, qui ocioſam sibi delegerat uitam, priuatũ agere patitur. Alexander iste, cum Cleopatræ filio Ptolemæo, cognomento Lathuro, prælio congressus, fortiter uictoriam reportauit: & Ptolemæus à matre Cleopatra pulsus, in Aegyptum profugit. Alexander aũt, quum populares grauibus affecisset iniurijs, adeò ut octingentos in crucẽ egerit, quartana febri confectus, uitã finiens, coniugi Salinę, quæ etiã Alexandra dicta est, regnũ reliquit. Eodem tempore & Damasceni Aretam Parthum contra Ptolemæum ducunt, & Cœlesyriæ regem constituunt: qui uictoria contra Iudæos potitus, inde ex pactis conuentis retrocesit. Salinæ duo erant filij, quos Alexandro progenuerat. Ex ijs ætate prouectiorẽ, cui Hyrcani nomen inditũ erat, desidem, & ad res gerẽdas minimè idoneum, pontificatu cohonestat: alterum uerò Aristobulum, propter animi & corporis uigorem, priuatũ esse iubet. Qui deinde, quũ mater Alexandra grauiter ægrotaret, occasione ea arrepta: & eorũ manu, quorũ sibi studia conciliauerat, coacta: magna{que} pecuniæ ui parata, regem se ipsum renunciauit. Et Alexandra, priusquam rem pro arbitrio suo cõposuisset, è uita migrauit. Et cõflictu inter fratres cõmisso, ab Hyrcano ad Aristobulũ multitudo defecit. Ita Hyrcanus uel inuitus fratri regno cedit,& priuatã sibi uitam degendam sumit. His ita gestis, quum multis alijs, tum maximè Antipatro, qui Herodis pater erat, metus incessit. Inimicitias enim contra Aristobulũ gerebat, Hyrcano cẽ maximè amicus. Et ex Idumæis genus trahens, opibus & splendore apud eam gentẽ facilè princeps

Ex quo scilicet illi apud Aegyptios regnare cœperunt, & Syros.

Exemplũ crudelissimum hospitij et affinitatis uiolatæ.

In festo taberna culorũ Antiochus Hyrcano in holocaustũ taurum dono dedit. Ioſ.

Hyrcanus Idumæam subegit, & Iudaicis legibus ei uiuere permisit. Idem Ioseph.

Hic etiam primus apud Hebræos peregrinum militẽ alere cœpit.

Alexander iste propter crudelitatem, Trucida cognominatus est. Ioseph.

Sub Alexãdra Pharisæi rempubl. Iudæorũ administrarũt. Idem.

Antipater Herodis pater.

Aristobulus parricida.

Lib. 13. cap. 28.

A ceps erat. Is itaq; Hyrcano author fuit, ut ad Aretã Syriæ regẽ se conferret,& auxilia ab eo ad regnũ recuperandũ peteret. Et Aretas quidem Hyrcano subsidiũ ferens, regnũ & ipsam urbem illi restituisset, nisi Pompeius aduersus Tigranẽ in Armenia bellũ gerẽs, id prohibuisset. Ad quẽ Antipater & Hyrcanus profecti, ei persuadent, ut Aristobolum contemnat, & se Hyrcano, qui iniuria esset affectus, cõiungat. Ita Aristobolus unà cum uxore & liberis uincitur, Hyrcanus aũt in regnũ restituitur: quũ quidem Pompeius urbẽ ipsam deuastasset,& res sacras arcanas{que} in templo omnes explorasset, uectigal{que} Romanis pendendũ Iudæis imposuisset. Pompeius uerò Aristobulum, & Alexandrũ filium eius, Romã secum ducens, profectus est: Scauro administratione Cœlesyriæ permissa. Eidem Pompeio, idoneus & utilis usus est Antipater Romanorũ exercitui, bellum cõtra Arabes gerẽti,& inopia rerũ necessariarũ laborãti, quòd is per Hyrcanũ cõmeatũ in castra subueheret. Interea Aristobuli filius Alexãder à Pompeio profugit:& satis magna collecta manu, negotiũ periculum{que} facessit Hyrcano. Sed à Gabinio captus, postea quietus fuit. Enimuerò Gabinius Hyrcano cura tẽpli demandata, reliquã rerum administrationẽ ditioni optimatium cõmisit,& gentem uniuersam in quinq; conuentus distribuit: Iudæi{que} unius tandẽ dominatione liberati, deinde optimatium gubernatione ritè regebãtur. nec multo postea, intercedente tẽpore,& Aristobulus Roma profugus, exercitu ex eis qui nouandis rebus studerent collecto, graui pugna cum Hyrcano decertauit: sed Romanis Hyrcano opem ferentibus, à Gabinio, qui tum pro cõsule exercitui præerat, Aristobulus & uictus & captus, & unà cum filio Antigono Romã rursus abductus est. Hyrcanus aũt,& Antipater, Gabinio, qui tum * ad Aegyptum quæ ad Euphratẽ est, castra habebat, pecunias, frumentũ, arma, et auxiliares copias summittere nõ intermittebant. Deinde Crassus quidem Gabinio, huic aũt successit B Cassius. Hic authore & suasore Antipatro, quicũq; essent factionis Aristobuli, atq; inter hos Pitholaum, interficit. Antipater uerò ex Arabia uxorẽ ducit, Cyprim nomine, ex qua quatuor filiorũ fuit pater, quorũ nomina erant: Phasaelus, Herodes rex, Iosephus,& Pheroras. Sedenim potentissimos quosq; muneribus sibi concilians, potissimũ per coniugem suã, Aretæ Arabum regi se familiariter insinuauit. Et Aristobulum timens, liberos suos illi, depositi instar, cõmisit. Cæsar porrò, quũ Pompeius Roma † ad Ionium profugeret, Aristobulum libertate donatũ, in Syriã dimisit. Sed effugere non potuit, quin ueneno necaret à Pompeianis: cuius cadauer in Melita repositũ, ab Antonio postea paterno illatũ est monumento. Filius quoq; eius Alexander à Scipione, Pompeij iussu, securi percussus est. Huius filiam, filium{que} Antigonum, Philippion Ptolemæi filius suscepit:& puellę amore captus, matrimonio sibi eam iunxit, ea{que} illi mortis causa extitit. Pater namq; huius Ptolemæus, cõsuetudine cõiugali cum Alexandra congressus, propter illius amorẽ filium necauit. Et deinceps, propter coniugiũ eius, fratribus eiusdem curatoris affectionẽ & officium benignè exhibuit. Verùm enimuerò, quũ Cæsar Pompeio deuicto, bellũ in Syria & cõtra Mithridatis filiũ gereret, Antipater ei auxiliũ tulit: in quo bello ille utraq; re eximius, hoc est, & consilio & manu promptus usus est. Itaq; & ipse, & Hyrcanus, à Cæsare Romana ciuitate est donatus, quin & Pontificatũ Cæsar Hyrcano cõfirmauit, & Antipatrum totius Iudææ procuratorem constituit: eo modo utrumq;, ob auxilium operam{que} sibi nauatã, remunerans. Antipater sanè Herodem filiũ, quindecimũ agentẽ annum, ducẽ Galilææ illicò declarat: Phasaelum aũt urbi Hierosolymitanæ * immittit. Herodes ergo, ab initio statim, indolis & naturæ suæ industriam ostendẽs, Ezechiam prædonũ ducẽ interficit. At Iulio Cęsare à Cassio & Bruto

Ioseph. Arabũ regem dicit, de bell. Iudaic. libro 1. cap. 12.

Ioseph. lib. 14. cap. 9.

Paulo pòst, M. Crassus eundo ad bellum Parthicum, pecunias, quas Pompeius non tetigerat, è templo abstulit. Ioseph. libro 14. cap. 14.

Sed is infeliciter aduersus Parthos pugnauit. Perijt in eo prælio filius eius, et ipse cũ uniuerso ferè exercitu. Plutarchus in Crasso, & Pompeio.

Cassius Syriæ prætor, Parthos Syria expulit. Eutrop. lib. 6.

Suscepit prætexta ex ea filiã Salomem.

Egesipp. lib. 1.

Ptolemæi incestæ nuptiæ, et parricidium.

Antipater Iudææ procurator.

Muros urbis Hierosolymitanæ is refecit.

Hanc nonnulli inferiorem Syriam uocãt. Romanorũ primo Gn. Pompeius Iudæos domuit, tẽplũq; iure uictoriæ ingressus est. Inde uulgatum, nulla intus deum effigie, uacuã sedẽ, et inania arcana. Tacit. lib. 21.

Tanquã præfectum.

interempto, in Syriã Cassius uenit, copias militares, quę tum ad Apamæã erant, A recepturus. Cui tributũ in earum regionũ urbibus colligenti, non minima lucri pars Herodes fuit. Et quum Malichus quidam Antipatrũ Herodis patrẽ ueneno sustulisset, ipse quoq; ab Herode filio occisus est. Vt uerò Cassius quoque ab Antonio & Augusto Cæsare cæsus est, & Augustus quidem Italiã obtinuit, Antonius aũt Asiam recepit, uenerunt Hierosolymis ad Antonium legati, Herodem & fratrẽ eius accusantes, q̃ scilicet nomine tãtum regis Hyrcano relicto, ipsi per uim, rerũ in Iudęa potirentur. Herodes porrò sibi metuens, pecunia Antonium aggressus, expugnat, adiuuante Hyrcano: cuius ex filia neptẽ Mariamnem Aristobulo progenitam, post obitũ uxoris, quam ex Arabia duxerat, Herodes matrimonio sibi iunctã habebat. Multis ita Herodẽ, fratresq; eius accusantibus, ita querelis eorũ animum Antonius attendit, ut in quatuor ditiones uniuersum paternũ regnum diuisum, fratrib. traderet. Cæterùm Aristobuli filius Antigonus, qui apud Philippionẽ Minæum fuit, postquã ille è uiuis excesit, & Lysanias in patrium successit regnũ, persuadet Pacoro & Pharnabazo (Parthi fuerunt) sub mille talentorũ sponsione, ut se in patriam reducant, Hyrcanum aũt pessundent. Atq; hic quidem, nulla interposita mora, in Iudæã irruptionem facit: illi uerò breui Hyrcano & Phasaelo captis, Antigono rerũ omnium administrationem tradunt. Herodes autẽ fuga sibi consulens, & Romã ad Cæsarem profugiens, seruatur: atq; ibi Antonij testimonio cõmendatus Senatui & Cæsari, rex Hierosolymorũ à Cæsare designatur. Itaq; ut Roma reuersus, exercitũ ab Antonio (circa Syriam is erat) accepit, uarijs certaminibus cum Antigono congressus, sæpius repellitur. Postea aũt Sosio adducto, & multa cæde facta, ui magna Hierosolyma capit. Et sacri templi rebus à direptione conseruatis, Antigonum uinctum Sosio tradit, illumq; hic statim ad Antoniũ ducit. Herodes porrò rursum suspectam habens & metuens Antigoni generis nobilitatẽ, ne scilicet ille Romã profectus, iura sua apud Senatũ exponeret, & Romani se quidem ut priuatum & aduenã reijcerent: illi uerò, aut saltem filijs eius regnum redderent: persuadet, corrumpitq; pecunia Antonium, ut Antigonũ occidat. Sic ille confestim securi percutitur. Hyrcanus uerò & ipse à Parthis redemptus, ad Herodem confugit: & ille quidem eum in precio primùm habuit, suspectum uerò postea sibi interemit. Post quam uerò fratrem quoq; Mariamnæ coniugis suæ, quem Pontificem arte quadam, per speciem tutelæ & curæ, creauerat, ætatis tempore in solio lauantem & natantem suffocauit: unus ipse dominus & rex cunctæ Iudææ factus est. Primùm equidem Antonius illi regnum authoritate sua confirmauit. Simulatq; uerò ille Cleopatræ desiderio & amore captus est, & Cæsar Augustus ad Actium prælio commisso eum fortissimè deuicit, atq; is in Syriam peruenit, ac paulo pòst Antonius & Cleopatra uiuere desierunt: ipse quoque Augustus Herodi diadema imposuit, regemq; totius Iudææ promulgãs, quum plures ei alias adiecit regiones, tum Arabiæ etiam procurationem commisit. Sedenim ut serenas secundasq; eius res fortuna indignans, acerbis domi casibus uindicarit, utq; ab uxore aduersa pati cœperit, ciuiũ, familiarium, cognatorũq; suorum sanguine pollutus, nunc dicendi locus non est. Atq; hæc sic exposui, ut prophetiam dilucidam claramq; producerem, quæ dicit: Non deficiet princeps ex Iuda, nec dux ex fœmore eius, donec ueniat is cui repositum est, & ipse est expectatio gentium. Vt namq;, qui à Iuda generis coniunctionem traxere, Principes defecerint, & ut Herodes ex Idumæis aduena Hebræis rex præfuerit, satis est declaratum, quum scilicet finẽ exitumq; suum prophetia est consequuta: sicuti paulo pòst longius progressi, apertioris cognitionis gratia exponemus.

Quum

Antipatri mors.

Alij Mariamnem Alexãdri filiam fuisse dicunt.

Tetrarchiæ Iudææ.

Antigonus regnum Iudææ Parthorũ auxilio recuperat.

Lysanias Ptolemæi Mnæi, qui ad Libanũ habitauit, filius.

Herodes primus ex aduenis Iudææ rex.

Antonius hunc securi percussit, Ioseph.

Ioseph. lib. 14. cap. ult.

Herodi ab Augusto Cæsare regnum Iudææ confirmatum.

Herodes Mariamnem uxoram, et amicos necessarios suos occidit. Ioseph. lib. 15. capite 6.

Quam ob causam hucusque res Iudaicæ sint expositæ.

Prophetia de Messiæ natiuitate ex aduentu, impleta.

A Quum enim Augustus Romam reuersus, Romanorum imperium in unius redegisset potestatem, quadragesimum secundum eo Imperij annum agente, & quum per uniuersum Imperium edictum promulgatum esset, ut in sua quisque urbe recenseretur atque describeretur: tum etiam SALVATOR NOSTER IESVS CHRISTVS natus est, idq; eo qui opinionem fidemq; omnem superat modo. Quæ uerò genitrix, & qui partus ipsius fuerit modus: inde iam, quàm fieri poterit breuissimè, dicam.

CAPVT VII.

POsteaquam enim perfici atq; exhiberi debuit ingẽs illud naturamq; omnem longè superans mysteriũ, opus fuit prorsus instruere & præparare uas, quod eum qui incomprehensibilis est comprehenderet. Inuenta itaq; est beata uirgo Maria, dignum Deumq; decẽs VERBI domicilium, etiam ante natiuitatem DEO consecrata, atq; ex membris senilibus & longè à naturæ feruore alienis, tanquam quidam diuinitus datus fructus producta. Ioachim & Anna parentum erant nomina. Ambo accuratiore, iuxta prescriptum legis, uita præstantes & clari, nec non primis quibusq; & splendidissimis nobilissimisq; genere connumerati. Vitam autem ad senectutem, sine prole edita, produxerant. Erat enim ad liberorũ procreationem Anna aluo infœcunda. Et quum ob sterilitatis causam non haberet cõmunes cum matronis & matribus à lege tributos honores, exemplo matris Samuelis ipsa quoq; fit supplex DEO, & in templo sedulò uersatur: ne scilicet à benedictionibus legis excluderetur, sed ut ei matri esse liceret, orans: ac quod paritura esset, ipsi DEO dicaturam

B se esse uouens. Sedenim diuino nutu, ad eam quam petierat gratiam, Anna confirmata atq; roborata, postquã puella è maternis prodijt locis, Mariam eam statim nominauit, ænigmate latenter à DEO acceptam gratiam declarans. Vt uerò infans à lacte materno iam abhorruit, & mammã attingere noluit, promissionem mater adimplet: & in templũ ascendens, iuxta uotum, eam DEO consecrat, tertium iam tum ætatis agentẽ annum. Et sacerdotes quidem tum eam tanquã sanctius quoddam donariũ susceperе, & puellam in sacrario fouendam esse duxere, ad antiqui illius Samuelis similitudinem. Itaq; illa, ut res diuina, intacta, & sacrosancta, in templi sanctiore loco & adytis ipsis uiuebat. Postquam autem adoleuit, consilium sacerdotes agitarunt, quid de ea statuerẽt, ne in sacrum eius corpus admittere quicquam uiderentur. Sacrilegium namq; prorsus se cõmissuros putabant, si uiro eam coniungerent: atq; in seruitutem coniugalis legis redigerent, quæ semel DEO dicata esset. E diuerso autẽ puellam eo ætatis flore, in sacratiore templo uersari, nec permissum lege putabãt, nec rem satis honestam & decoram esse uidebant. Sæpe itaq; & multũ re deliberata, diuinitùs eis per inspirationem ostenditur, ut eam alicui, qui ad templum sedulò esset, sponsæ nomine committerent. Eum uerò talem esse debere, cui rectè uirginitatis custodia demandaretur. Porrò non alius ipso Iosepho uisus est esse magis idoneus, ad solorum sponsalium coniunctionem contrahendam: quippe qui propinquitate generis eam contingeret, (eiusdem enim tribus erant) insuper uerò & senio & honestate morum iampridem bonæ fidei existimationem consecutus esset.

Parentes Deigenitricis uirginis Mariæ.

Maria uirgo nascitur.

In templũ præsentatur.

Sub sponsalium nomine, Iosepho committitur.

CAPVT VIII.

TAq; in Nazareth cum Iosepho domicilium illa habens, ab Archangelo Gabriele lætũ accipit nuncium: Aue, dicente, gratia plena, Dominus tecũ. & simul cum ea ipsa uoce † intransibiliter æternũ & antesæculare VERBVM DEI descendit, & conditionẽ naturãq; nostram,

Maria uerbũ Dei humanitus concipit, quare nos hoc uocemus.

inenarrabili naturamq; superante modo subit, supra mentis intelligentiæq; no- A
strę captũ, massę & fermento humano mixtũ atq; temperatũ. Et angelus qui-
dem salutatione legationeq; functus, ab ea discessit. Ipsa uerò festinabũda ad o-
ram montanã concessit, simul & fœtũ præter opinionẽ sibi ab angelo denuncia-
tum considerans, & id quod de se accidisset cognoscere festinãs: præterea, ut co
gnatam suã Elizabeth salutaret & alloqueret, quæ & ipsa, præter ætatẽ, in sextũ
iam mensem, Ioannẽ in utero grauida gestabat. Putabat deniq; illã, quòd pro-
uectioris esset ætatis, noui quicq; sibi dicturam, annunciaturamq; esse, de noua
fœtus sui conceptione. Adit itaq; eam, & salutat. Infans aũt sextum iam implens
mẽsem, suauiter subsilit & exultat: famulusq; in utero cõclusus Domino, qui &
ipse in utero gestabatur, debitum adorationis honorẽ sanctius dicat: & ore ma-
terno, quasi mutuo sumpto, supra naturæ captũ uaticinat, matrem eam Domini
uocans, simulq; inter mulieres benedictam: nec minus uentris fructũ, qui ab ea
gestabatur, ad quem scilicet nihil uirilis seminis esset collatũ, benedictum. Inde
porrò, & ipsa, id quod proposuerat, quęsiueratq; consecuta, diuino subseruiens
spiritui, inani gloria & arrogantia q̃ longissimè semota, quùm se ipsam beatam
prædicat, tum id quod futurũ esset, apertissimè prænunciat. Quum aũt in mori-
bus esset, ut uirgines, quĩ partus grauidæ mulieri & iam parturienti immineret,
secederẽt: tertium cum ea uersata mensem, quod iam ex immẽsa illa cõsternatio-
nis atq; admirationis addubitatione magis magisq; aliquid remitteret, domum
suam reuertitur. Interim ei uenter tumescere, & Ioseph de ea, quod minus de-
ceret, suspicari, mysteriũ ignorans: quinetiam occultã ab ea discessionẽ medita-
ri, q̃ uir iustus esset, & rem actam eliminare atq; uulgare nollet. Sed confestim
talia cogitanti, cum læto nuncio assistens Angelus, dubitationẽ eam seni soluit.
Oportebat enim clarissimo gratiæ receptaculo & uasi, nihil reprehensionis, in- B
dignitatis, & iniuriæ inferri: quod nimirũ uel ipsius solis radijs sit splendidius &
illustrius. Porrò & filium Dauid illum Angelus uocat, per insinuationẽ decla-
rans, unde exoptatus expectatusq; ille proditurus esset. Ipsam quoq; sponsam
coniugem nominat, quasi diceret: Caue, te cogitatio deliberatione ulla contur-
bet, ut uereare, ne DEVM offendas, tanquam adulteram uxorem domi cohabi-
tantem habens. Tantum enim à piaculo & macula omni abest, ut etiam longè su
pra naturam sit ista in utero fœtus gestatio. Ne igitur dubites, aut timeas ipsam
recipere, quam tu (quantum in te est) repudiasti & extrusisti. Quin gaudio exi-
lire te magis decet, & animum lætitia & uoluptate, quæ naturam excellit, adim-
plere. Quod enim, inquit, in ea editum est, ex spiritu sancto est.

Elisabethã cognatã uisitat.

Elisabeth eam excipit.

Vaticinatio Mariæ.

Maria domũ reuertitur.

Ioseph ũ à Maria sponsa discedere meditantem, Angelus in officio retinet.

Quur angelus Mariã Ioseph coniugem appellarit.

CAPUT IX.

Prophetia de aductu Messiæ in Christo adimpleta.

NVnc sanè necessariũ mihi esse uidetur, ita ut pollicitus sum, ut ostendam, ad finem exitumq; suum prophetiam illam peruenisse: Non de- « ficiet princeps ex Iuda, nec dux ex fœmore eius, donec ueniat cui re- « positum est, & ipsum esse expectationem gentium. Quæ prophe-
tia, de Saluatore nostro hoc liquidissimè profert. Tunc enim ille aduenit, quum
Iudæorum duces in Romanorum potestatem redacti, defecerunt, & sceptro Im
perioq; eorum paruerunt. Sub iugum enim seruitutis ab illis missi, tributum il-
lis soluerunt, & unà cum aduentu CHRISTI prima illa descriptio & census est
actus. Oportebat enim in descensu Regis cœlorum in terram, etiam terræ Prin-
cipes suum ministerium & munus ei præstare. Verùm enimuerò nihil ob-
stat, quo minus denuò per compendium historiam percurramus: ut & ea quæ
præmissa sunt, certius clariusq; intelligantur. A temporibus Mosæ, & quæ illum

A illum præcessere, ut antea dixi, à suis principibus, qui ex tribu Iudæ genus duce-
rent, gens Iudęorum olim regio more regebatur, donec Augustus unus solusq;
Imperator est renũciatus: sub quo primus Herodes, aduena & alienigena, à Ro
manis demandatum sibi Iudæorum regnum accepit. Fuit is paterno genere, ut
Iosephus opinatur, Idumæus: materno autẽ, Arabs. Antipater enim, huius pa-
ter, ex Arabia uxorem Cyprim duxit: quæ eum quatuor filiorum patrem fecit,
quorum unus Herodes fuit. Vt autem Africano uidetur, qui & ipse magnã est
in scribendis historijs laudem consequutus: Antipater (sic ipse scribit) Herodis
pater, filius Herodis cuiusdam Ascalonitæ fuit, sacerdotis cuiusdã serui, cui in
templo Apollinis sacrorum cura demandata fuerat. Huius filium Antipatrum
adhuc tenerum, prædones Idumæi captum apud se retinuerũt. Redimere enim
pater eum, propter pecuniæ inopiam, non potuit. Itaq; quòd apud eos est edu-
catus, pro Idumæo habitus est. Postea uerò in Hyrcani Iudææ Pontificis ami-
citiam peruenit, & in certaminibus illius aduersus fratrem Aristobulum cõmo-
dus compertus est, regnumq; eius admodum à fratre accisum, in libertatem asse
ruit. Deinde autem Romanis in rebus omnibus se utilem & industrium, quum
aduersus Aegyptios & Arabes bello occupati essent, præbuit. Et postquam Ari
stobulus quidem à Pompeio turpiter uinctus, Romam missus, & Iudæorum na
tio seruitute oppressa est: beneficio fortunæ huic contigit, ut procurator Palæ-
stinæ fieret. Et quum deinceps Hyrcanus quoq; à Parthis captus, in quo ultima
dignitatis Pontificiæ constitit successio: & Antipater Herodis pater, qui inde
magis magisq; creuerat, Malichi cuiusdam dolo necatus esset: is ipse Herodes,
magnam uim pecuniæ Romanis ducibus largitus, eorumq; se imperata facturũ
pollicitus, regnum ab eis traditum accepit. Quum enim Cæsar Augustus, cum
B ingenti exercitu, procellæ & fulminis instar, impetum in Aegyptum faceret, eo
consilio, ut Cleopatram, ad quam postremam Macedonica Ptolemæorũ ab Ale
xandro potestas & ditio pertigit, & ipsum Antonium illecebris eius detentum,
debellaret & caperet: Herodes iste se ei coniunxit, paratus quæcunq; illi place-
rent, præbere & suppeditare: frumentũ, arma, & pecuniæ numerũ ingentem, &
quæcunq; præterea posset præstare auxilia. Ibi Aegyptus & Cleopatra in pote-
statẽ Cęsaris & Romanorũ uenit, duodecimo anno postquã Augustus Imperiũ
susceperit. Huic sanè Herodi, quum Romã uenisset, & Augustus referre ei aliquã
pro præstitis sibi officijs gratiã uellet, de Romani Senatus cõsilio & uolũtate, dia
dema impositi, & regẽ Iudęę creauit. qui Hierosolymis potitus, q̃ sciret Iudęos
generis obscuritatem, quòd scilicet aduena esset, & præterea crudelitatẽ naturæ
eius, ingeniũq; ferox q̃ maximè auersari & odisse: quosdã ex ciuib. urbe exegit,
quosdã per iniuriã malè tractauit, nõnullos etiã ferro necauit, templũ denique spo
liauit, & urbẽ uastauit ac diripuit. [a] Ad hęc tãta facinora illud quoq; flagitiosis-
simè addidit: Publicas enim tribuũ descriptiones omnes, quæ ab ipso usq; Esdra
duranerãt, furore percitus flãmis cõsumpsit. Illud pessimũ omnino secutus con-
siliũ, ut qui eo nomine arroganter superbirẽt, de cætero ignorarent, unde quisq;
genus traheret, qui indigenæ, quiue inquilini, (quos γειώρας, hoc est, aduenas e-
tiam, & alienigenas uocãt) essent. Qui quùm stultè admodũ & sordidè de rebus
huiusmodi iudicauit, tũ Pontificis quoq; magnificentiorẽ uestẽ ipse primus ar-
cæ inclusit, signoq; annuli muniuit: quibus cũq; etiã uilissimis nũdinari uolenti-
bus, hoc pacto Pontificatũ uenalẽ, annuis redditibus & pensionibus, præteritis
spretisq; qui generis uetustate celebres essent, proponẽs. Idẽq; & de Põtificia ue
ste, et de sacerdotijs ipsis, filiũ quoq; eius Archelaũ, quicq; post illũ à Romanis Iu
dæorum obtinuerũt Imperium, fecisse, Iosephus tradit. Hæc porrò, ne quisquã
putet

Repetitur breuiter Antipatri & Herodis res.

Crudelitas Herodis in ciues suos.

Idem, ut ob scuritatem nataliũ suorũ tegeret, descriptiones tribuũ et genealogias Iudæorum cõbussit.

Põtificatũ item & sacerdotia Iudæorum uenalia habuit.

a Herodes templum, post captiuitatem Babylonicã à Zorobabel et Esra ædificatum, studiosius diruit. Et maximis sũptibus, summaq; magnificentia, aliud sũcundũ formam primi illius, quod Solomon extruxerat, denuò condidit. Ioseph. lib. 15. ca. 11. de Bell. Iudaic. libro 1. cap. 27.

Idem Simonem socerum suum sacerdotio priuauit, & Matthiã Theophili filium Põtificem designauit. Idẽ lib. 17. cap. 5.

Christo nato Danielis Hebdomades impletæ sunt.

putet tanctp̃ per digressionẽ, obiter & extra propositũ à me dicta esse. Sunt enim etiam propter alterius Prophetiæ, quæ apparitione & aduentu Saluatoris impleta est, declarationem, & propter ueram temporum obseruationem adducta. Hebdomades enim, quæ apud Danielem sunt, eo tempore CHRISTO Imperiũ obtinente, numerum suum compleuerunt: in quibus, simulatcp̃ finitæ essent, clarissimè Iudæorum unctionem sublatum iri, spectator DEI prædicit propheta: id quod aduentu CHRISTI in terram est factum, atcp̃ completum.

Iudæorum unctio abolita.

A

CAPUT X.

Variant in annotatione anni huius nativitatis Christi Chronographi, & temporũ obseruatores. Nam quidam etiã Christum natũ esse asserunt, anno à mundo condito 3944. non nulli 3962.

AGebatur tum annus à mundo condito quatermillesimus quingentesimusquintus, ab Augusti Imperio quadragesimus secũdus, & à Macedonicæ ditionis solutione uigesimus octauus: quum Saluator noster, sub eo qui tum agebat censu, † Cyrenio Syriæ præsidente, in Bethlehem natus est. Ita ut etiam per prophetiam est prædictum. Exijt itaque edictum census & descriptionis: inuitosp̃ etiam, in serena illa tranquillitate pacis, quæ * ex unius Imperio obuenerat, patriã quemcp̃ suam petere, ibicp̃ censeri atcp̃ describi coegit. Cum alijs porrò & Ioseph, unà cũ Maria, admiratione inter mulieres omnes dignissima, ad ciuitatem suam Bethlehem, intra Iudææ fines sitam, (quippe qui ex Dauide genus traheret) est profectus: eam quam tum incolebat, Nazareth scilicet, relinquẽs. Erat ea illi aliena, sed ibi tum domicilium habebat: quòd Iudææ regio, proximis continuis bellis, nunc in huius, nunc in illius potestatem transisset. Edictum autem Cæsaris, in suam ciuitatem ipsum Iosephum

† Cyrenitũ alij Cyrinũ nominant. Fortasse autẽ Cẽsorinus fuit. C. enim Martius Cẽsorinus cum C. Asinio Gallo consulatum gessit, An. ab urb. cõdit. 746 Paulo ante uerò, anno 742. Coss. fuere M. Valer. Messala & P. Sulpitius Quirinus, quem multi Cyrenitũ hunc fuisse putant.

» coegerat, ne quid de uaticinãte prophetia illa intercideret: Et tu Bethlehem, ter
» ra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda. [a] Census & descriptionis
» huius, quæ grauis admodum Iudæorum genti fuit, & ipse ueritatis consectator Iosephus in decimo octauo historiarum suarum libro meminit, hisce uerbis: Cy
» renius, uir Senatorius, gestis ordine alijs magistratibus, quùm alia omnis gene
» ris dignitate clarus fuit, tum ad consulatum etiam peruenit. Is cum paucis in Sy
» ria erat, à Cesare eò missus, ut ius diceret, iustitiamcp̃ populo admministraret, &
» præterea censum ibi ageret. Et post pauca deinceps: Iudas Gaulanites, ex op
» pido Gamala oriundus, Saddoco Pharisæo partibus suis adiuncto, ad seditionẽ
» & defectionem plebem sollicitabat, censumcp̃ nihil aliud quàm meram prorsus
» seruitutem afferre prædicabat, populumcp̃ ad libertatem asserendam cohorta
» batur. In secundo quocp̃ belli Iudaici libro, ita inquit: Vir quidam Gallilæus,
» Iudas nomine, populares ad defectionem sollicitauit, maledictis probrosè illos
» insectans, si Romanis tributũ pendere perseuerarent, & secundum Deum mor
» tales ferrent dominos. Cui Lucas in sacris Actis consona quocp̃ scribit: Post
» hunc, inquiens, extitit Iudas Gallilæus, in diebus descriptionis, & per defectio
» nem auertit populum multum. Perijt autem ipse, & omnes quicunctp̃ ab eo per
» suasi fuerant, dispersi sunt.

Seditiosi quidam & rebelles cõtra hũc conspirarũt, & malè perierunt.

a Census uniuersalis sub Augusto, in orbe actus.

CAPUT XI.

Concordãtur Matthæus & Lucas Euãgelistæ, de uariãte genealogia Christi.

QVandoquidem autem diui Euangelistæ Matthæus & Lucas, genealogiam CHRISTI uariè prodiderunt, & nõ pauci, qui talibus rebus persequendis magni clariq̃ habiti sunt, de ea dissonantia integros libros cõposuerũt: ego prætermissis alijs, Africano historico utar authore, qui aliorũ opiniones, utpote quæ ad ueritatẽ nõ pertingãt, reprehendens atcp̃ refellẽs, quã ipse à uetustioribus acceptã, in Epistolis de Euãgeliorũ dissonantia, ad Aristidẽ exposuit, inde trãslatã uerbis ipsius in opus hoc inserã sententiã.

Nomina

A Nomina eiusdem gentis & familiæ in Israel numerabantur, censebanturcp̃ uel natura, uel lege. Et natura quidẽ, legitimis & naturalibus liberis, patribus suis succedentibus: lege autem, alio sobolem, sub nomine fratris sine liberis defuncti, crearet. Quoniam enim nondum satis manifesta data fuerat spes resurrectionis, futuram promissionem mortali quadã imitabantur resuscitatione, ne nomen mortui prorsus intercideret. Et quum ex eis qui in genealogiam eam relati sunt, quidam ut legitimi & naturales germanicp̃ filij patribus successerint, quidam uerò ex alijs quidem procreati, aliorum autem nomine, quasi per adoptionem scilicet censi sint, utrorumcp̃ facta est mẽtio: & eorum uidelicet qui genuissent, & eorum qui quasi genuissent. Sic necp̃ hoc, neque illud Euangelium, uel à naturę, uel à legis necessitudine atque coniunctione, genus deducens & numerãs, falsi quicquam habet. Implicata enim inter se sunt genera, & quòd à Salomone, & quod à Nathan descendit, repræsentatione eorum qui liberos non creassent, secundisq̃ nuptijs ac resuscitatione seminum: ut rectè ijdem quandoque huius & illius filij fuisse existimati sint, quum quidem ij uiderentur esse, illi autem essent patres: & utraque generis commemoratio ueritate nixa, ad ipsum Iosephum, multipliciter quidem illa & uariè, sed tamen certò deducatur. Porrò ut clarius manifestiusq̃ sit, quod modò dictum est, mutationem ipsam generis exponam. A' Dauide per Solomonẽ progeniem dinumerando, tertius à fine, iuxta Matthæum, reperitur Matthan, qui Iacob genuit, patrem Iosephi. A' Nathan autem, Dauidis filio, iuxta Lucam, itidem tertius à fine est Melchi: cuius filius Eli, ipsius Iosephi pater est. Quum itaque quasi scopus nobis sit propositus Ioseph, ostendendum uenit, quomodo utercp̃ ipsius pater dicatur: ipse uidelicet Iacob à Solomone, & Eli à Nathan, genus ducentes. Simulcp̃ quomodo primùm duo isti Iacob & Eli
B fratres, & ante hos, eorum patres Matthan & Melchi, seorsim alter post alterũ, eandem ducendo uxorẽ, uterinos procreauerint fratres: lege uidelicet non prohibente, mulierem, uel per repudium, uel per prioris mariti obitum uiduam, alij nubere. Itacp̃ ex Estha (hoc enim nomẽ mulieris fuisse traditur) primus Matthan à Solomone originem trahens, Iacob generat: Matthan aũt mortuo, Melchi ad ipsum Nathan genus referens, uiduam relictam, ipse quidem eiusdem tribus, sed non eiusdem generis, sicuti antea dixi, uxorem duxit, & ex ea filium Heli suscepit. Hoc modo, diuersorum duorum generum, Iacob & Heli extitisse, eosdemcp̃ uterinos reperiemus fuisse fratres. Quorum fratrum alter, alterius, Heli scilicet, qui nulla creata prole decesserat, uxore ducta, tertium ex ea suscepit Iosephum filium: iuxta naturã quidem & rationem sibi ipsi, propterea cp̃ scriptũ est, Iacob autem genuit Ioseph: iuxta legem autem, ipsi Heli, ei enim frater Iacob semen suscitauit. Quapropter & ea quæ de eo texitur genealogia, irrita non est. Quam genealogiam Matthæus Euangelista dinumerans, Iacob autem, inquit, genuit Ioseph: Lucas uerò, Qui erat, ut putabatur, (nã & hoc addit) Ioseph, qui fuit Heli, qui Melchi. De generatione enim ea quæ ex consuetudine & præscripto legis est, significantius quicquam dicere non potuit. Et uerbum, Genuit, in hac parandorũ quasi per adoptionem liberorũ ratione, per omnia ad finem usq̃ subticuit, relatione generis usq̃ ad ipsum Adã, qui fuit DEI, per recensionem facta. Posthæc Herodis genus ordine Africanus prosequutus, à propinquis & cognatis CHRISTI ea quæ sequunt̃ accepta, ad hunc modũ exponit. Quum Hebraicarũ familiarũ genealogiæ in scripta relatæ, in archiuis & publico tabulario, atcp̃ in his etiã eorũ qui ad proselytos et aduenas, usq̃ ad Achior Amanitẽ, & ipsam Rhut Moabitidẽ, quęcp̃ ad eos qui ex Aegypto pmiscuè prognati prodierũt, referebant̃, asseruarent̃: Herodes, cp nihil ad eũ Israelitarũ genus pertineret, &

Herodes Iudæorũ, proselytorum, &c. genealogias Vulcano consecrauit.

ret,& quod obſcuritatis ſuæ ſibi conſcius eſſet,ea ipſa genealogiarũ monimenta combuſsit. tum demum ſe nobilem genere & illuſtrem uulgo fore putãs,ſi neq; alius quiſquam ex publico ſcripto genus ſuum ad ipſos Patriarchas aut proſelytos,ipſoſq; etiam alienigenas promiſcuos, qui γειώραι uocabantur, referre poſſet. Pauci ſanè diligentes homines,priuatos ſibi ipſis genealogiarum commentarios,aut nomina ipſa memoria tenentes,aut ea ab exemplaribus petentes,ſtudio eo delectati,condiderunt: per quos nobilitatis memoria eſt conſeruata. In eos commentarios inciderunt, de quibus diximus, δεσπόσυνοι, ſeu δεσπότυνοι, hoc eſt,Dominici, ſeu Domicelli & heriles cognominati, propter eam quæ illis cum SERVATORE interceſsit generis coniunctionem: qui ex Nazaris & Chobaba Iudææ uicis,frequentius reliquam terrã uiſentes, eiuſmodi genealogiam etiam ex diurnarum rerum libris,quoad poterãt, uulgarunt. Cæterùm,ſiue ita, ſeu aliter ſe res habeat,dilucidiorem expoſitionem alius quiſquam non inuenerit:ut mihi quidem,& unicuiq; qui æquo candidoq; ingenio præditus ſit, uidetur.Eam uerò ipſi quoq; probate,quamuis nullo certo teſtimonio ſit confirmata: quòd ſcilicet certius aut uerius quicquam afferri nequeat.Ipſum ſanè quidem diuinum ſacrumq; Euangelium,omni ex patrte uerum eſt. Sed illa quoq; in fine eius,quam diximus,epiſtolæ,addit:Matthan à Solomone proueniens,genuit Iacob.Matthan mortuo,Melchi à Nathan ortum ducens,ex coniuge eius procreauit Heli. Vterini itaq; ſunt fratres,Heli & Iacob.Heli, abſq; ſobole ſuſcepta, defuncto, Iacob ei ſemen reſuſcitauit: & ipſum Ioſephum ſibi ipſi quidem iuxta naturam,ipſi autẽ Heli iuxta legem,genuit.Sic amborum Ioſeph filius fuit. Hæc quidem ſic Africanus. Certò autem colligere quoq; licet, Mariam ipſam,ex eadem,quæ Ioſephi fuit, fuiſſe tribu. Quandoquidẽ ex præſcripto legis Moſaicæ, tribum alia tribu commiſcere prohibitum eſt. Vt nanque hæreditates & ſucceſſiones bonorum à tribu in tribum non transferrentur, ex eadem gente et familia nuptiarum coniunctiones contrahi debere,legislator decreuit.

Matthæi et Lucæ de genealogia Christi concordantia.

Maria & Ioſeph eiusdẽ tribus fuere.

CAPUT XII.

ERùm enimuerò,edicto cogente, quũ Ioſeph ſimul cum ſponſa Maria pondus uentris,naturam ipſam ſupergreſſum,leuiter admodum ferente,in patriam ſuam,ut ibi cenſeretur,iret,neq; dum ad domum peruenisſent,in agrum quendam diuerterũt, qui ager Salomæ erat. Vigeſimus autem & quintus tum menſis Decembris erat dies, quum ibi ineffabile pietatis & amoris erga genus humanum tuæ, VERBVM DEI, maximumq; inenarrabilis partus perficitur myſterium. Tugurium humile,& præſepe,ad iumenta excipienda conſtructum, cœli & terræ Regi genito hoſpitium præparatum fuerat. Hunc ibi faſciæ circumuoluunt: & quòd honoratior in diuerſorio locus non eſſet,in præſepi omnium altor reponitur. Neceſſe enim erat, quamplurimis ad cenſum & deſcriptionẽ confluentibus,multam poſterius aduenientibus locorum relinqui penuriam. Itaq; hoſpitij inopia ad eum modum laborantem opificem rerum omnium DEVM VERBVM, in animantium præſepe excepit. Ibi paſtores, greges ſuos noctu cuſtodientes,præſentia angelica circumfulſit:& quum in timorem eos ſpectaculum id conieciſſet, timorem eum rurſum illi cò poſuerunt, Angelo propius ad eos accedente, & futuram orbi lætitiam, per eum qui genitus eſſet, indicante. Cuius ſermonem fides ſtatim uera atq; diuina eſt cõſequuta. Namq; unà cum illo innumerabilis cœleſtium uirtutum ac poteſtatum multitudo,circum tuguriolum uolitans, laudem omnium ſummam Domino cõcinebant: Gloria, dicẽtes,in excelſis DEO,et in terra pax,in hominibus bona

Mirificã Saluatoris noſtri natiuitas.

Ea paſtoribus renunciatur.

Angelorum hymnus.

bona uoluntas. Hoc modo,quũ duplex eſſet, DEVS idemq; homo VERBVM, humilimè ſimul & magnificentiſsimè primordia primi ipſius in terram per natiuitatem deſcenſus exhibuit:atq; ut certò ſuam cum Iudæis cognationem confirmaret,hominis more Moſaicæ legi, ita ut decebat, debitum ſuum tribuit ritum. Et die octauo,Dominico ſcilicet,circumciditur in Bethlehem,in domo Ioſephi, & ibi nomen IESVS accipit(ſalutẽ porrò id ſignificat)pro eo atq;, antequam conceptus eſſet,id nomen diuinus per oraculum præſcripſerat Gabriel. Deinde & purificationis expectat tempus. Poſtquã uerò ſtatus, decẽnario numero quater reuoluto,aderat dies,ut maſculus,& qui primus omnino & ſolus uuluã aduenſſet,in Hieroſolymitanũ à parentibus deportatur templũ:ut ibi, iuxta receptum morem,ſacrificium offerret,par turturũ,aut pullos duos columbarum:ſobrietatem ſcilicet,temperantiam & ſimplicitatem in omnibus ſubindicãs.Ibi ſanè aderat,qui ſpiritu ferebatur Simeon,& grandæua Anna: eumq;, qui in curru Cherubin uehitur,ſenilibus Simeon excipit manibus. Ambo uerò quum infantem paruulum uiderent in materno ſinu ſubſilientẽ, magnum Iſraelis in eo perſpiciebant DEVM.Et poſtquã de eo quæ debebant prædicaſſent, & id quod futurum erat,quamuis ſub inuolucro,apertiſsimè tamen,oſtendiſſent,ut ſcilicet in multorum poſitus eſſet ruinam ſimul & reſurrectionem, & in ſignum cui cõtradiceretur:denicq; ut uirginalem animam,propter eum, doloris gladius olim pertranſiturus eſſet: carnis uinculis deinde ſunt ſoluti. Hunc Simeonem, fama eſt, ex eis fuiſſe unum,qui uirtute,dignitate, uitæq; ſanctitate excelluerunt. qui quũ aliquando illi prophetæ Eſaiæ oraculo legens incumberet, quod ait: Ecce uirgo uterum geſtabit,& cõcipiet filium: & de diuini eius reſponſi fide ambigeret, Angelum ita fluctuanti ei aſtitiſſe ferunt,cum oraculo eiuſmodi: Nõ illum prius uitæ huius uinculis ſolutum iri,quàm id,de quo credendo addubitaſſet,pro foribus primo quoq; tempore appropinquans,& oculis ipſe ſuis conſpectum,teſtimonio ſuo confirmaret. Quam ob cauſam ad tantum ſenium prouectus, quum CHRISTVM DOMINI oculis ſuis conſpexiſſet,eundemq; in ulnis geſtaſſet,carnis mole protinus ſolutus atq; liberatus eſt.

Circumciſio Christi.

Oblatio eius in templo.

Oraculo diuino Simeon cerrioratus eſt, ſe Chriſtum Domini uiſurum eſſe.

CAPUT XIII.

DEinde parentes,puero IESV recepto, domũ in Nazareth ſunt reuerſi.Congruebat enim, quum per quadraginta dies Bethlehemitæ ſcilicet,munus ſuum,in cenſu & deſcriptione,eo loco ritè obijſſent, ut ad domicilium ſuũ in Nazareth redirent: propter eam, quæ tum ibi eis erat,ſubſtantiam & poſſeſsionẽ. Vtrobiq; enim habitabant, quòd utroq; loco prouentum aliquem,ut conijcere licet, haberent. Porrò duobus elapſis annis, poſt ſpontaneã illam ſeminiſq; expertẽ cõceptionem, uteriq; geſtationẽ,quum in domicilio Bethlehemitico uirgo DEI mater eſſet, ſeu potius (ut alij tradunt) duobus ante diuinã natiuitatem annis,patria relicta ſe in uiã Magi dedere:atque itinere peracto,quum etiamnũ in præſepi faſciijſq; iaceret CHRISTVS, & ſimul in caſa illa diuerſorij uerſaretur DEIgenitrix,in Bethlehem aduenere: quod quidem certius eſt.Sapientes autem ij,nobilitateq; generis & opibus inſignes fuere. Stellam quippe in regione ſua conſpexerant,non ex illis unam, quę à primordio rerum,firmamento cœli affixæ ſunt: neq; ex eis,quæ prodigio & quaſi ænigmate regum ſucceſsiones prænunciant,& dolia,barbatæ,trabes, iacula, & cometæ ſeu crinitæ, pro formarũ uarietate nominantur: quarum ſanè omnium ortus ab exhalationibus,quæ ſupra aerẽ, circum æthereã cœleſtemq; amplitudinẽ effuſæ accenduntur,ſubſtantiam capit,(ut quidem illi,qui eiuſmodi rebus inquirendis

In Bethlehem ſimul et in Nazareth Ioſephum & Mariam poſſeſsiunculam habuiſſe coniectura eſt.

Magi orientales Chriſtũ uenerantur.

laudem sibi & gloriã cõpararunt, tradunt.) Nõ itaq; stellã eius generis illi uiderant, sed nouã planè & insolitã, ad terrã uergentẽ, & plurimũ relucentem, persimilemq; adeò reliqs cœli astris: neq; alijs, q̃ qui siderib. cognoscendis operã dedissent, cõspicuam & apparentem. Et illa quidem nõ breui, sed duos ante annos, q̃ CHRISTVS natus esset, exorta apparuit, ne quis duobus post natiuitatem annis editam putet. Sed enim Magi, cùm nouo isto apparentis stellæ spectaculo in ambiguam cõsiderationem coniecti essent, & de ea diu multũq; inquirendo deliberarent: haberentq; simul ueterem illũ Balaam, qui de ea, quod futurũ erat, numine afflatus cecinerat: & fortasse etiam ab eis, quos in ueneratione atq; admiratione habuere, sacerdotibus, paulatim per doctrinam, ad mysteria eius quæ ratione omnem excellit, DEI VERBI natiuitatis, deducti essent: maximè uerò DEVS ipse animos eorũ ad hoc excitaret, proindeq; summi omniũ regis CHRISTI nati prouidentia, stellam, perinde atq; animatã quandam intelligentiæq; participẽ uim, ex Perside Iudæam uersus moueri intelligerent: tanq; uiæ duce usi præcedente ea, omnib. posthabitis rebus, ponè sunt sequuti. Et iam prope Iudæã, ipsamq; adeò Hierusalẽ erant, quũ uię dux stella, quò (ut equidem puto) natiuitas ea, quę opinionẽ fidemq; omnẽ superat, fama increbesceret, manifestaq; fieret, derepentè disparet. Quũ ergo ambigui illi de natiuitate recẽs nati regis inquirerẽt (Ab Oriente enim, dicentes, uenimus, ut cõgruentem illi cultũ & adorationẽ piè persoluamus) cũcta urbs tumultu impleẽt: maximè uerò, qui tum regnũ ibi obtinebat, Herodes conturbaẽ. Metuebat enim regno, & plurimũ, ne id ei abrogaret, sollicitus erat. Itaq; Iudæorũ sacerdotes ad se cõuocat, accuratiusq; singula percunctaẽ: & potissimũ, ubi'nam CHRISTVM apud ipsos nasciturũ, prophetę uaticinati essent, inquirit. Hic illi Bethlehem Iudęę indicant, & prophetam Michæam testem laudant, ut uerbis suis fidem astruerent. Celebrat aũt, laudibusq; Bethlehem ille effert, progressurũ inde Israelis ducem diuino instinctu prædicens. Tũ Herodes secretis colloquijs sollicitè & diligenter tempus perqrit, ex quo noua illa illuxisset stella: occulteq; & latẽter cũ Magis sermone cõmunicato, ire quidem illos, & eũ qui natus esset inquirere: quũq; inuenissent, ad se reuerti iubet: ut quàm magnifico illos uiatico adiutos domũ suam remitteret, tũ ipse quoq; profectus iustũ recens genito regi honorem præstaret. Illi igitur insidiosis Herodis uerbis decepti, Hierosolymis exeũt, & rursum in stellam uiæ ducem incidũt: quę ab Oriente eis præcedens, in Iudæa euntibus euanuerat. Admodũ sanè læti, atq; incredibili uoluptate repleti, rursum ductũ illius sequunt. Postquam aũt stella supra domunculam constitit, & quasi loco firmius affixa, immota permansit, ubi scilicet & mater ipsa & diuinissimus eius filius erant: ibi latẽre quod quærebant, rectè existimantes, lõgius progredi supersedent. Vt aũt in domũ sunt ingressi, matrem & puerũ conspexerũt, in obscura, humili, & paupere casa uiuentes, & in rebus omnibus ad summam parsimoniam & frugalitatem nihil reliqui facientes. At puer ipse, præter ætatem quasi exultans, & intelligens exceptionem officiũq;, quod per dextrarũ porrectionem fiebat, adorationemq; Magorum, & munera item eorũ agnoscendo admittebat, quę munera DEVM ipsum & regem esse declarabant. hunc siquidem aurum, illum aũt thus indicabat: myrrha porrò mortem, mea causa susceptam, adũbrabat. Sed enim quũ eum, pro eo atq; æquũ fuerat, adoratione prosequuti essent, dextreq; admodũ & auspicato salutassent, & ut filiũ DEI & rerũ omnium regẽ honorassent: in ipso diuersorio sibi pernoctandum esse statuerũt, tãq; familiarẽ cum eo cõsuetudinem studiosè ambientes, & eximiũ quiddã ipsis (sicuti decebat) cõciliare studentes. Sed enim ea ipsa nocte Angelus, qui dux uiæ eorum fuerat, illos oraculo admonuit, ut Herodis inuidi congressum

Quomodo in cognitionẽ nati Christi, Magi peruenerint.

Quid Magorũ manera in Christo Seruatore designauerint.

A sum fugerent. Ita factum, ut per aliam uiam in suam reuerterentur regionem. uidelicet, ut quàm celerrimè in Persarum regionem doctores & nuncij tantæ rei uenirent: & præterea, ut tyranni inhiberetur furor: simulq; ut ipse conatum se esse, quæ perfici non possent, intelligeret.

CAPVT XIIII.

IN ipsa quoq; Magorũ abitione, Ioseph in somnis oraculo diuino admonitus est, ut citra moram & cunctationẽ, matre et puero receptis, quò tyranni cędem euitaret, celeriter in Aegyptum profugeret: ibiq; tam diu moraret, donec, qui pueri animæ insidiaret, ipse animã exhalaret. Et Ioseph quidẽ id facit, triennijq; apud Aegyptios exiliũ tolerat. Nec multo pòst, Herodes turpiter uitã finit. & Ioseph rursum diuino responso cõmonitus, unà cũ matre, & supra naturæ captũ genito filio, in suam reuertitur patriã. Enimuerò Herodes, quũ uoto suo excidisset, cœptumq; ei cõsilium minus succesisset, quùm uindictę in Magos cupiditate, a' quib. sibi illusum esse putabat, incẽsus, tum periculo regni amittendi cõcitatus, cõtra infantes, qui nihil ei iniuriç intulissent, indignationẽ iramq; omnẽ euomit, & aduersus naturã omnẽ insurgit. Bethlehemiticos enim pueros uniuersos, qui bimuli teneriores ue essent, edicto interficiendos sancit: in cõmuni & uniuersali innocentiũ cæde, simul occisurũ se esse eum, cui per æmulationẽ insidias struebat, existimãs: & lugere eiularéq; omnes alios (prò hominẽ ab omni misericordię humanitatisq; sensu alienũ) uolens, ut ipse modò metu omni leuaretur. Obseruauerat is certo stellæ exortum, quod eam biennio ante à se in Perside uisam Magi dixissent: atq; inde coniectura accepta, extra sensum affectionemq; omnẽ positus, infantes cõtrucidauit. Quod profecto quispiã, ne aduersus inanima quidẽ cõmiserit. Quippe tenellos flores cõspiciens, per cõmiserationem ab eis excindendis se abstineret: neq; carpere (ut ita dixerim) pergeret, quę cõprehendi non possent. Porro eam infantiũ cædem, Hieremias etiã multis antea temporib. uidit & prædixit, Rachaelem inducens deplorantem liberos suos, minimeq; cõsolationẽ ullã, propter immanitatem facinoris Tragici, admittentem. DEVS aũt, quum inhibere facile posset, ineffabili tamen ratione & consilio, per bonitatem suã, id permisit. Et SERVATOR quidem, ita ut dictum est, in Aegypto exulabat. Filius aũt Zachariæ Ioannes, in cuius natiuitate patris uox soluta est, quum prius ab illo Ioãnis nomen in tabula fuisset exaratũ, alterũ cũ dimidio annũ agebat: & unà cum matre Elizabetha in spelunca quadam ad regionem mõtanã, saluus conseruabaẽ, fortasse Herodis sanguinariã effugiens manũ. Atq; inde in solis locis libenter uersari solitus, angeloq; duce usus, in remotiores syluarum recessus recesit. Ibi † tenerioribus arborum frondiumq; summitatibus pro cibo, cameli pilis pro tegumento, pelliceaq; insuper zona utebatur: quoad usq; inde progressus, Israeli se exhibuit, clara efficaciq; uoce pœnitentiam prædicans, & per baptismũ homines quasi manu ducens ad CHRISTVM. IESVS aũt crescebat sapientia & gratia, atq; ita quidẽ, ut paulatim magis magisq; uirtutes eæ eluceserent, nõ tamen incrementũ aliquod caperent. Quum autem duodecimũ iam ageret annũ, ascendit simul cum matre & Iosepho Hierosolyma, festũ ibi Paschæ celebraturus. Quod ubi peractũ est, illi quidem reuerti, IESVS aũt latenter in templo manere: & quòd præcesisse eum in comitatu putarent, domũ ipsi ire. Sic eis ille totũ triduũ inuisus fuit. Postea aũt se eis, admodum fatigatis & dolentibus, exhibuit in templo sedens, & cum doctoribus legis disputans. Quibus ille, quùm propter quæstiones, quas nouas inueniebat, tum quòd obscura & abdita loca scripturæ declararet, admirationi fuit. Ad eum porrò quũ mater, ex affectu eo quo unicè eum prosequebaẽ, diceret: Cur hoc sic, fili, fecisti,

Exilium pueri Christi in Aegypto.

Reditus eiusdẽ ab exilio.

Herodis infanticidium.

Herodes Phariseos, quia finem regni sui ad esse prædixerunt, neci dedit, omnẽq; uxoris suæ cognationem ferro sustulit. Ioseph. lib. 17. capite 3. Vbi Innocentiũ quoq; cædẽ perstringere uidetur. Pheroram fratrẽ idẽ ueneno necauit.

Augustus Cæsar, quũ audisset, inter pueros, quos in Syria Herodes rex Iudæorum intra bimatum iussit interfici, filium quoque eius occisum, ait: Melius est Herodis esse porcum, quàm filiũ. Macrobi. lib. 2. Saturn. cap. 4.

Ioannes baptista à primis statim annis uitæ solitariæ in eremo assuetit.

Syluestris eiusdem uita.

† ἀπὸ τῶν ἀγγέλων, quæ in Euangelio dicuntur ἀγγελεῖς, quo nomine etiam locustæ appellantur.

Christus XII annos natus, in templo Hierosolymitano cũ doctoribus legis disputat.

cisti, ut tantum parentibus dolorem conciliares? sic enim illa simul eius qui pu- A
tabat esse, patris meminit: ille natiuum germanumq; patrē sensim demonstrans,
Oportere se (respōdit) uerbis operibusq; patris uacare & incumbere, atq; in il-
lis potius quàm alijs locis uersari. nihil quippe illius in terris templo esse præstan
tius. Sic ille tum abijt, perfectam expectans ætatem: parentibus, quæ decebat, tri
buens, & competentem illis subiectionem exhibens, uirtutibusq; diuinis omni-
bus operibusq; mirificè pollens: nihil tamen quæ opinionē fidemq; superarent,
edens miraculorum, donec trigesimum expleret annum. Et de his quidem satis.

Parentibus debitum honorē exhibet.

CAPUT XV.

Herodis regis quatuor filij, eorūq; Tetrarchiæ.

Herodes iste etiam Antipas dictus.

Herodes præter uxores alias, Mariamnen ex fratre neptim, & alteram neptum filiam Simonis Pontificis Samaritē, in matrimonio habuit.

Salome Herodis regis sor or, Mariamnæ filios Alexandrum & Aristobulum, parricidij apud fratrē accusauit: quos ille primùm in uincula conie-ctos, deinde in-nocētes laqueo necari iussit.

IN Herodes uerò furoris sui percipiēs fructus, in toto corpore diuinitùs
prouenientibus plagis affligitur, et malus malè perit. Huius regnum
postea in quatuor diuisum est tetrarchias. Quatuor enim reliquit fi-
lios. Et Archelaus quidē Iudææ princeps cōstitutus est, Herodi Gal-
lilææ attributa. Philippus porrò Ituræā & Trachonitidem regionē consequutus
est: quarto uerò, Lysaniæ scilicet, Abilene obtigit. Quomodo aūt post iniustissi-
mam illā cædem, diuina uindicta Herodem hunc, bellum DEO mouentē sit ulta,
quasi procœmiū (quod dicitur) futurorū malorū exhibēs, operæpreciū est cōme-
morare. Atq; equidē domesticas eius calamitates, & qui ei ex uxore, liberis, eisq;
qui genere ei propinqui fuerunt, accidere casus sanguinarios, cædesq; nefarias,
quæ omnes omniū Tragœdiarū actiones longè post se relinquant, quū eas lucu
lenter ueritatis amator Iosephus in Iudaica temporū suorum historia cōmemo-
rarit, in præsentia exponere tempestiuū & commodum non est. Vt uerò impius
ille susceptо aduersus DEVM bello, diuino mulctatus flagello, ex hominibus ex- B
cesserit, æquū omnino est ex eiusdem historici cognoscere uerbis: qui in decimo
septimo Antiquitatū libro, ultimū uitæ eius actum ita prosequitur. Herodi autē «
morbus etiā atq; etiam adaugebatur, uindictam atq; suppliciū pro flagitijs scele- «
ribusq; eius ab eo sumente DEO. Lētus ei inerat ignis, non tam magnā contre- «
ctantibus ostendens inflammationē, q̄ intrinsecus sæuā efficiens uexationē. Ab «
hoc malo † grauis sumendi cibi proueniebat cupiditas, quē quidem non licebat »
illi nō subministrare. Accedebat intestinorū exulceratio, potissimūq; coli acres «
& acerbi dolores. Item inflammatio humida, & quasi pellucens in pedibus. Nec «
absimilis in imo uentre extabat excruciatio. Præterea & pudendorum putredo, «
uermes procreans. Item spiritus ardua & difficilis intensio, multū molestiæ acer «
bitatisq; afferens, grauitate & dolore respirationis, frequentiaq; anhelitus. Insu- «
per rigor & distensio membrorū omnium, cum uehementia & ui intolerabili. «
Itaq;, qui numine afflantur, diuini, quiq; prædicere talia pro sapiētia habēt, DEVM «
pœnam à rege, ob plurima eius impia facta, sumere renunciabant. Hæc quidem
eo quo diximus loco annotat Iosephus. Sedenim in secundo quoq; libro belli Iu «
daici, persimilia ad hunc modum scribit. Corpus eius omne morbus cōplexus, «
uarijs admodum doloribus distinebat. Febris id affligebat nō admodum uehe- «
mens, pruritus exttinsecus obtinebat intolerabilis. Erāt coli cōtinui dolores, in «
pedibus tumores tanq̄ hydropis extabant: accedebat imi uentriculi incensio, & «
membri pudendi putredo uermes generans. Ad hæc & directa arduaq; & diffi «
cilis grauisq; spiratio: conuulsionesq; membrorū omnium, adeò ut diuini pœ- «
nam scelerū tot morbos esse dicerent. Ille porrò cum tot tantisq; conflictans ma- «
lis, nihilominus uitam retinere conabatur: incolumitatemq; sperans, curationē «
ualetudinis meditabatur. Itaque Iordane transmisso, aquis calidis ad Callirhoen, «
quæ in Asphaltiten lacum influunt, & propter dulcedinem potioni commodæ
sunt,

Herodis regis quatuor filij, eorūq; Tetrarchiæ.

Herodes iste etiam Antipas dictus.

Herodes præter uxores alias, Mariamnen ex fratre neptim, & alteram neptum filiam Simonis Pontificis Samaritē, in matrimonio habuit.

Salome Herodis regis sor or, Mariamnæ filios Alexandrum & Aristobulum, parricidij apud fratrē accusauit: quos ille primùm in uincula conie-ctos, deinde in-nocētes laqueo necari iussit.

a Plagæ et morbi diuinitùs Herodi immissi.

† ἐπιθυμία ἐδεωδῆ τοῦ ἐδίεσθαι θεοῦ τι,

A sunt, utebat. Ibi quū medicis uisum esset corpus eius calido oleo fouere, in labrū «
demissum: oculos loco suo spōte motos atq; solutos, amisit. Quum aūt frustra so «
luto corpore inde reuerteret, tumultusq; à famulis moueretur, plagā huiusmo- «
di agnouit: & deinceps salute desperata, militibus quinquagenas uiritim dra- «
chmas numerari, & ingentē pecuniā ducibus atq; amicis dari iussit. Ipse porrò in «
reditu Hierichontē peruenit, insania iam correptus, & tantū nō morti ipsi quiq; «
minitās. Hic prioribus suis sceleribus infandū adijcit flagitiū. Conuocatos enim «
ex quoq; totius Iudææ uico insignes præcipuosq; uiros, in locum qui Hippodro «
mus dicitur, recludi iubet. Tū Salome sorore & Alexa uiro eius accitis: Scio, in- «
quit, Iudæos propter mortē meā festos per lętitiā acturos dies. Ego aūt per alio «
rū luctū cōploran, & splendidas habere exequias possum, si uos iussis meis & di- «
ctis audientes esse uoletis. Viros hosce qui in custodiā sunt coniecti, simulatq; ex- «
pirauero, circūfusis militibus, celerrimè cōtrucidate, ut cuncta Iudæa cunctæq; «
familiæ in funere meo lachryment. Et post pauca uerba idem Historicus ait: «
Rursum uerò quū † inedia tussisq; cōuulsiua distineretur, dolorū impatiens, fata- «
lem mortē præuenire statuit: acceptoq; malo, cultrū quoq; popposcit, consueue- «
rat enim eo per resectionem purgato, uesci. Deinde circumspiciens, ne quis, qui «
eum inhiberet, adesset, dextram iustulit, tanquam sibi ipsi eam allaturus. Insu- «
per idem Iosephus memoriæ mandauit, quum paulo ante mortem natiuum ger
manumq; filium iam tertium, quòd anteà duos per sedem sustulerat, necari iussis-
set, eum confestim uitam cum magno dolore & cruciatu finijsse.

Herodes moriturus, plurimos egregios eosq; innocētes uiros post mortē suam cædi iubet, quasi inferias.

† εὐθλάσις τροφῆς Idē sibi manu afferre uoluit.

Herodis obitus.

Fuit is Antipater, quē ei adhuc priuato Dosis coniunx genuerat.

CAPUT XVI.

B IN Icigitur Herodis obitus fuit, iustā pœnam ab eo sumentibus ijs, quas
SERVATORI tetenderat, insidijs, per quas & in Bethlehē nouū in-
nocentiū infantū examen crudelissimè concidit. Huic aūt Archelaus
succesit filius, quod ipse etiam Euāgelista dicit, quū inquit: Audiens
» autem Ioseph, q̄ Archelaus pro Herode patre ipsius regnaret, &c. Quòd enim
nuper admodum ille mortē obijsset, nondum in plures ditiones regnū fuerat di-
uisum. Consentit uerò cum his etiam quē antea nominauimus scriptor, ex testa-
mento Herodis patris & iudicio Augusti Cęsaris, inquiens, Iudæorū regnū Ar-
τριτημόριά τε ἐπεσφέρεται τῆς πατρῴας ἀρχῆς. chelaum cōsequutū esse: fratres aūt eius † quadrantē quemq; paterni regni obti-
» nuisse. Atq; illi suas quidem quisq; administrarunt tetrarchias. Archelaus autem
» nono exacto anno, regno pulsus, Pontium Pilatū in tetrarchia sua succesſorē ha-
» buit, duodecimū imperante Tiberio annū: ut idipsum idem scriptor subindicat:
» Duodecimo Tiberij anno, inquiens, procurator Iudææ constitutus est Pilatus,
» Tiberio q̄ maximè amicus atq; familiaris: totosq; annos decem procurationem
» eam, ad ipsum propè Tiberij obitū obtinuit. Vt inde facile sit colligere, figmētū
esse, quæ de actis monumentisq; Pilati contra Seruatorem nostrum editis sunt
iactata: utpote quum ea longo tempore posteriora reperiantur, tempusq; ipsum
ante alia præcipuè mendaciū redarguat. Siquidem ea ipsa acta & monumenta,
salūtarem passionem & necem, quæ temerario ausu CHRISTO est illata, in sep-
timū imperantis Tiberij annum referunt: quo tempore nondum Pilatus Iudææ
præfuit, ut Iosephus ipse scribit: duodecimo scilicet demum anno eum Iudææ
præfectum esse, aperte astruens. Ac de his hæc sic dicta sint.

Archelaus Herodis filius, Iudææ rex, Glaphiram Archelai Cappadocū regis filiā, Alexandri fratris sui relictā uiduam, cōtra leges uxorem duxit.

Archelai exilium Viennæ Galliæ, ubi etiam mortuus est.

Pilati Iudææ Præses.

Acta, quæ sub nomine Pilati aduersus Christum olim circūferebantur, fictitia.

CAPUT XVII.

CAesar autem Augustus quàm plurimis præclarè feliciterq; gestis re-
bus clarus, primusq; ipse Monarcha renunciatus, prouectiore iam
ætate ad oraculum Pythij Apollonis uenit: & sacrificio omnium ma-
ximo quod Hecatombe dicitur, dæmoni oblato, quæsiuit, quis nam

Quur oraculũ Delphicum, Christo nato, prorsus conticuit.

post eum Romanum administraturus esset imperium? At quum nullum edere- A
tur responsum, alterum quoque adiecit sacrificium, denuoq; rogauit: Quid ita o-
raculum pluribus uerbis uti solitum, nunc tandem obticuisset? Tum illud, parua
interposita mora, ad hunc modum respondit: * *

„ *Me puer Hebræus, diuos DEVS ipse gubernans,*
„ *Cedere sede iubet, tristemq; redire sub Orcum:*
„ *Aris ergo dehinc tacitus abscedito nostris.*

Tali responso accepto, Cæsar Romam est reuersus, atque ibi in Capitolio aram
Ara ab Augusto, Christo in Capitolio collocata. maximam extruxit, cum eiusmodi latina inscriptione: ARA PRIMOGENITI
DEI. Hoc imperante, Athenienses seditionem rebellionemq; primùm sunt moliti.
Exemplum seditionis & rebellionis unde cæpe. Cæterùm quum breui pœnas excitati tumultus dedissent, à cœpto destiterunt. Is
quoque Romanorum ciuium censu acto, numerum inijt: inuenitq; myriades tre-
decim, bis mille & triginta septem. Sed enim quum quadraginta tres, siue, ut alijs
placet, quadraginta septẽ unus ipse Imperator fuisset, & supra septuaginta quin-
Augusti mors. Eclipsis solis, & fames sub Augusto. que annos uitæ totius cursum produxisset, morbo tandem oppressus, inter ho-
mines esse desijt. Quo tempore solis traditur fuisse deliquium: & fames præterea
maxima, ut scilicet denarijs multis unus frumenti compararetur medimnus.
Vbi porrò ille ita uitam finijt, Tiberius priuignus eius Romanum susce pit Im-
Terræ motus sub Tiberio. Existimatur is esse, qui in passione Christi accidit. Plin. lib. 2. cap. 84. Cornel. Tacit. libro 2. Tiberij Cæsaris res. perium. Sub quo quatuordecim minoris Asiæ urbes terræmotu concidisse, me-
moriæ proditum est: quarum nomina sunt, Ephesus, Magnesia, Sardis, Mosthe-
ne, Hierocesarea, Philadelphia, Tmolus, Timus, Myrina, Cyme, Apollonia, Hyr
cania, Dia, Cibyra. Tiberius porrò maximis copijs contra Persas progressus,
legationibus eorum cessit, bellum soluit, & tributum eos pendere coegit. Ac il-
li quidem imperata fecere. Ipse autem ab expeditione ea reuertens, Antiochiam
diuertit: quam splendidius magnificentiusq; exornare constituens, muro firmo B
& inexpugnabili cinxit, porticus extruxit, columnis æreis, statuis, alijsq; ædifi-
cijs uarijs exornauit. Templa quoque Ioui, Dionysio, Castoriq; & Polluci ædi-
ficauit. Plurimaq; præterea alia illum opera ibi perfecisse ferunt. Opus quoque
eius est Iudææ celebris urbs Tiberias, & quæ in Thracia est Tiberia. Expulsis
Notabile Tiberij & prudens consilium. autem qui Cæsaraeæ Cappadocum post Archelaum tyrannidem exercebant, ue-
ctigalem eam Romanis fecit. Porrò ad urbium rectores ac magistratus scrip-
sit, si quid fortè eum contra leges mandare contingeret, eos id approbare & exe-
qui, utpote per insciti am commissum, nõ debere. Morem quoque illum habuit,
ut non facilè aut celeriter magistratus & præfecturas mutaret, aut administratio
nem eis abrogaret, qui rerumpublicarum gubernationem sortiti essent. Eiusq;
Consilium scitum, non temerè mutãdos esse publicorum munerum administratores. rei quibusdam causam inquirentibus, respondit: Natura esse omnes, qui rerum
administrationi præsint, pecuniæ cupidos, plurimumq; studij ad rem magis ma-
gisq; augendam eos collocare. Cæterùm si diutius in magistratu uersentur, segni
ores ad quæstum faciendum fieri: itidem ut muscas, quæ si longius corporum ul
ceribus insideant, minus graues aut molestæ fiunt, quippe sanie ulcerum ad sa-
tietatem usque refertæ: & eum qui ulceribus scateat, durius acceptũ afflictumq;
iri, si saturis iam repulsis, famelicas alias ad uulnera admittere uelit. Is quoque,
ut dixi, Pontium Pilatum, pro Archelao filio Herodis, ducem, non regem, in Iu-
dæam misit, duodecimo Imperij sui anno.

** Ῥᾷς ἐβρεῖον πέλεταί με, θεὸς μακαρέσσιν ἀνάσσων,
τήνδε δόμον προλιπεῖν τε, λιὰς αὖθις ἐλεύσσειν,
λοιπὸν ἄπιθι σεῦιο ἐν βωμῶν ἡμετέρων.
Suida, in dictione Ἀύγουστος.

Verùm

CAPUT XVIII.

A Verùm enimuerò, quintũ decimũ annum Tiberio imperante, tertium
uerò Pilato Iudææ præsidente, tribusq; tetrarchis, uidelicet Herode *Ioannis baptistæ prædicatio.*
iuniore, Philippo, & Lysania, Archelai quidẽ fratribus, Herodis aũt
filijs, ditiones suas regentibus: nec non Anna & Caipha pontificatũ
per uices suas administrantibus: iuxta diuinitùs afflatum Euangelistam, uerbum
Domini super Ioannẽ Zachariæ filium, qui trigesimũ iam annum, & paulo lon-
gius in solitudine uixerat, factum, ut in Iudæa baptismum pœnitentiæ prædica-
ret, ei iniunxit. Et præsto erat Ioannes: homo quidem ille aspectu primo uisus,
cæterũ mente ipsa & animo diuinus prorsus atq; magnificẽtissimus, &, ut quis-
piam dicat, Angelus corpore assumpto, uni sincerè omninoq; uacans DEO, mo-
ribus puris, & ab omni mundana uanitate alienissimus. Non possessio illi, nõ ali
menta aliqua erant: cæterùm innocentia sanctitasq; uitæ, & mens nullis obno-
xia affectionibus, animusq; simplicitate ornatissimus. Nec ille hominem quen-
quam aut comitatum secum ducendo trahebat: at circumcirca omni omniũ uir-
tutum genere, perinde atq; satellitio plurimo conspicuus rex, circumdatus erat.
Stabat itaq; ille ad omnes diuinum planè os aperiens, competentem unicuique,
eamq; diuinitùs inspiratam doctrinam proponens,

Melleq; depromens dulcem magis ore loquelam.

Siquidem diuitibus & opulẽtis, eleemosynam & misericordiam commendabat: *Doctrinæ diui Ioannis summa.*
Principibus uiris & magistratibus, æquas iustitiæ proponebat leges: publica-
nis, tributorumq; exactoribus, ne cuipiam graues essent & molesti, ne'ue quid-
quã præter cõstitutũ peterent, lenitatẽ subijciebat, & clementiã: stipendia aũt fa-
cientes, militiamq; sectantes, ne proximos suos cõcuterent, artéue & dolo malo
B per sycophantiã circũuenirent, sed ut quisq; eorũ stipẽdio suo cõtentus esset, co-
hortabat. Iuuenes porrò moderationẽ affectionũ, & continentiã perturbationũ
docebat: senibus, omnibusq; alijs mẽte acri ualẽtibus, prudentiã deprædicabat,
& ad uberiorẽ eos DEI cognitionẽ adducebat. Postremò apertè, ne id quenquã
latêret, declarãs cõfirmabat, se præmissũ esse ei qui iã ꝓpè adesset, SERVATORI
CHRISTO, ad occupãdas quãprimũ, expediẽdasq; uias illius, pœnitẽtiq; discipli
na, & aquæ baptismo. Illũ aũt ipsum iamiã affuturũ, qui igne & spiritu sancto ba-
ptizaturus, atq; triticũ, & eos qui inutilẽ & infructuosam atq; adeò palearẽ uitã
egissẽt, discreturus esset. Ad hũc modũ præuia VERBI uox, ad se accedẽtes, Ior- *Baptismum Ioannis.*
danis fluuij undis, præcedente peccatorũ cõfessione, immittebat, præcidaneisq;
expiationib. per aquã purgabat: & aduenientẽ illi reponebat, certoq; reseruabat.
Quũ & expectatus ipse IESVS ex Gallilæa progressus, tanq; unus è uulgo adue- *Quare Christus à Ioanne baptisatus.*
nit, baptismũ subiturus: fortasse quidẽ, ut cõtactu suo undã sacraret & benedice-
ret: reuera aũt, simul & baptistã ipsum diuinũ attingentẽ uerticẽ sanctificaret, &
aquã fide subituris spiritũ suũ cõmunicaret: fidẽq; faceret, mãdatũ à DEO esse ba-
ptismi Ioãnis ministeriũ dudũ ad iustitiã, id admittentib. & recipientibus, datũ. *Peccata quæ nõ detulit, nos abluendo sustulit.*
Itaq; quùm manu eius tingit & baptizat, q; terra genitus esset: tũ undis abluit ille,
q; natura inuiolatus, solusq; mũdus & purus est, nimirũ me à peccato repurgãs. *Spiritus sanctus in specie colũbæ super Christum baptisatũ descendit.*
Sedenim huius tantæ & tã sublimis, quæq; naturã ipsam superet, summissionis
& humilitatis, maximũ illũ naturãq; itidẽ supergredientẽ retulit honorẽ, ꝙ ei ex
undis prodeũti portæ cœli aperiũt, & spiritus sanctus colũbæ specie super ipsum
descẽdit, perpetuoq; in ipso corporaliter manet. Factũ id, quũ propter uolucris *Exemplũ exaltatæ humilitatis, & honoratæ submissionis*
ipsius puritatẽ, tum ꝙ ea olim diluuij finẽ læto prædixit nũcio. Traxit quippe il-
la tum quoq; secũ, in eũ qui testimonio eõprobabat è cœlo fulminis sono patris
uocẽ, clarè & disertè, filium hũc dilectũ & unigenitũ, uoluntatemq; suã in hoc u-

no beneplacituḿq; omne & benedictionẽ esse, promulgantem. Hic igitur Ioannes, maior omnibus ipsissimæ ueritatis testimonio confirmatus, baptismi ministerio, ita uti decuerat, quàm optimè defunctus, sponso CHRISTO sponsam Ecclesiam decentissimè amplissimé́q; desponsauit, agnũ DEI CHRISTVM uoce clarissima mundi totius peccatum corpore suo, quod affectionibus deteriori bus omnibus careret, tollentem: non tantùm Andreæ & Petro, omnibusq; quitum cum eo cõuersabantur, sed & toti mundo, & omnibus deinde generationibus hominũ designauit: filium illũ DEI, & DEVM VERBVM, cœlitùs propter salutẽ omnium demissum, datoreḿq; spiritus, & adoptionis filiorũ DEI principium & fontẽ, omnibus illi credentibus, spectator ipse DEI annuncians. Et amicum quidem se eius, pro excellenti illius in genus humanũ caritate est professus: sed ita tamen, ut œconomiæ & administrationis eius rationum ne infimam quidem & minimam, propter naturalem tenuitatem, disquisitionẽ inuenire posset. Id ille ore claro & diserto omnibus deprædicauit, & persuadere est conatus.

Præclarè Ioannes munere suo functus.

CAPVT XIX.

VAndoquidem uerò decebat, quemadmodum *ijs qui in corporibus* uersantes uiuunt, corporalem CHRISTI præsentiam prædicauerat, quo eis opus munuśq; tale omni ex parte perfectũ constaret: ut ad inferos quoq; mearet, & ibi etiã animabus cõclusis, iamiam per fidem aduenientẽ salutem & liberationẽ annunciaret: ea ipsa de causa Herodem manifestè in faciem reprehendit, qui propria reiecta coniuge, (filia hæc erat Arabũ regis Aretæ) amoribuśq; eius nuncio remisso, uanam & effœtã erga Herodiaden affectionem rebus omnibus anteponebat. Hanc ille, quũ uxorem esse sciret fratris Philippi, contra legis constitutionẽ (semen enim habebat ex fratre) & quidem eo adhuc superstite, ut Iosepho uidetur, duxerat. De illis enim hoc solis facere permittitur, qui nõ procreatis liberis excedunt è uita: id́q; prouidentia consilióq; eo factum, ut fratribus semen resuscitaretur. Itaq; Ioannes delictum id arguere nõ cessabat. Ille uerò quãuis antea eum libenter audiuisset, quod admiratione simul & ueneratione dignum uirum esse, compertum haberet: tamen uehementioribus Herodiadis amoribus, quibus erat captus, sermones cohortationeśq; eius posthabens, in custodiã hominem demisit. Is porrò, quum se breui uita excessurũ uideret, duos ex discipulis suis ad IESVM mittit, opinionem eorũ quam de se habebãt abolituru. Maiorem enim multò CHRISTO Ioannem esse putabant. CHRISTVS uerò nihil ad interrogata respondẽs: miracula eos, quæ uirtute ipse sua ederet, Ioanni renunciare iubet. Et quum iam illi in ueriore opinione confirmati essent, uolens CHRISTVS & alijs circumstantibus ueritatem indicare, Ioannẽ laudibus uehit, maximã illi tribuens dignitatẽ, & maiorem omnibus qui ex muliere geniti essent, præstantioreḿq; propheta esse declarat. Deinde assentationis suspicionem auferens, minorẽ quidem se, iuxta eorum opinionem, maiorem uerò rursus illo in regno cœlorum uocat. Posthæc conuiuium Herodes natali suo die parat. In hoc, quùm largior cõpotatio, tum omnis generis deliciæ affuere: quibus & incestæ illius puella est superinducta, infractos & indecentes corporis motus & saltationes, quum quidem & uirgo esse existimaretur, & regis filia, in tot uirorum conspectu exhibens: rem modestis & pudicis oculis non tantum ingratam prorsus, sed effugio etiam dignam. Sed arbor ex fructu cognoscitur. Tantę aũt impudicæ saltationis fuere illecebræ, ut, quamuis illa non posceret, Herodes tamen (prò regiam illam munificentiam) cum ea regnum diuisum cõmunicare uoluerit, irritandaḿq; eam ad id duxerit. At illa, uiperæ

Ioannes incestum Herodis adulterium reprehendit.

Testimonium Christi de Ioanne.

Conuiuium in natali die Herodis magnificum.

Saltatio puellæ meretricia.

A uiperæ soboles, à matre edocta, rem longè maiorem, regniśq; omnibus præstantiorem, Ioannis caput, precium omne superans, petit. Ille autem, quasi iurisiurandi religione obstrictus: re autem ipsa acri Herodiadis, cui satisfactum uolebat, amore distentus, è uestigio ferro caput Ioannis amputat: & id etiamnum cruore tabido & puluere respersum, & lanci impositum, in conuiuium omni luxuriæ genere diffluens, inferri iubet: spectaculum conuiuis quidem ipsis inamœnum & triste, matri uerò puellæ gratum & iucundum. Admodum enim optauerat, quæsiuerat́q; caput id, quod ei, quas concupiuerat, rebus ex sententia & libidine sua uti inhibebat, ita resectũ spectare: & linguam zelo & æmulatione sancta tanquam cote acutiorem factam, postremò mutam despicere. Atq; sic ille quidem est occisus: caput́q; eius longè præstantissimum, mollioris saltationis prę̃mium, Mænadi illi & furibundæ, tańq; munus honorificentius datum. At ipsa Ioannis reprehensionem quodammodo etiam post capitis resectionem uerita, coniũgeréq; id rursus reliquo corpori timens, apud se, remotis arbitris, in abstrusiore regiæ loco sepeliendum duxit: truncum autem ipsum abijcere quopiam iusit. Eum porrò solum discipuli eius furtim sublatum, cum solenni ueneratione in celebri quodam sepeliere loco. Enimuerò IESVS quum ea quæ Ioanni accidissent, audiuisset, magnum de eo concœpit mœrorem: & nauigio conscenso, in locis desertis uersatus est, solitariæ uitæ tranquillitate eum dolorem solans. Ioannes igitur præter res alias, quibus pulcherrimis pollebat, martyrio quoq; pro CHRISTI nomine cohonestatus, cœlorum, quibus dignus erat, consequutus est domicilium: triginta & duobus annis, & mensibus insuper sex, munere in terris suo explendo peractis.

Indignissima Ioannis cædes.

En quomodo perit iustus, quasi non esset Deo dilectus.

Sepultura Ioannis.

Christus in solitudinem secedit.

CAPVT XX.

B TVribunda sedenim, & adultera, incestaq; adeò illa, quæ quidem Herodis habebatur, reuera autem Philippi erat coniunx, uita longius acta, quum prius filiam & saltatricem acerbo fato sublatã uidisset, deinde ipsa quoq; decessit: futuri seculi iudicio & supplicio reseruata, meras ibi quàm citissimè diuinæ iræ feces, intolerabiliśq; indignationis DOMINI calicem haustura. Filiæ autem eius (dignum enim est, qui memoriæ cõmendetur) talis fuit obitus. Eundũ ei quópiam brumali tempore erat, & fluuius traijciendus: qui quum glacie constrictus coagmentatuśq; esset, pedes eum transibat. Glacie autem rupta (id́q; non sine DEI numine) demergitur illa statim capite tenus: & inferioribus corporis partibus lasciuiens, molliúśq; se mouens saltat, non in terra, sed in undis: caput uerò frigore & glacie concretũ, deinde etiam conuulneratum, & à reliquo corpore, non ferro, sed glaciei crustis resectũ, in glacie ipsa saltationẽ letalem exhibet: spectaculóq; eo omnibus præbito, sceleſtum hoc caput, in memoriã ea quæ fecerat, spectantibus reuocat. Herodem porrò ipsum, nõ multo pòst, uindicta diuina, quamuis tardior lentioŕq; ut plurimũ esse solita, itidem prosequitur: tam immanẽ, ut equidem puto, nefarij sceleris impuritatem præcipuè ægrè ferens. Quòd enim Herodes alieno prorsus, propter uehementem acreḿq; adulteræ amorẽ, ab uxore erat animo, domo eam exegit. Hæc uerò tantã cõtumeliam nõ ferẽs, ad patrẽ suũ se cõtulit, (Aretã aũt Arabũ regem hunc fuisse, suprà memínimus) & illi tam proteruũ despectũ, aliá́q; omnia ad mínimũ usq; recensens, uindictã tam indigne mulieríq; nõ ferendæ rei petijt. Ille uerò nõ minus suã q̃ filiæ contumeliã eam esse iudicans, contractis copijs suis omnibus, bellũ Herodi infert; exercitũ eius cõcidit, regionẽ omnẽ igni uastat, hominũ uim magnã capit & abducit; omnibuśq; reb. ex sententia cõfectis, in regnũ suũ redit.

Herodiadis mors.

Filiæ itidẽ eius saltatricis obitus perquàm acerbus.

Quibus rebus peccamus, eisdem plerunq; pœnas damus.

Aretas Arabũ rex cõtumeliã filiæ suæ ab Herode per repudium illatam, bello uindicat. Ioseph. lib. 18.

Atq;

Atq; hæc quidem nõ solum sacrorũ Euangeliorum liber, uerùm etiam ueritatis amans Iosephus, testimonio suo cõfirmat, Herodiadis mentionẽ faciens: ut scilicet Herodes uiuo adhuc fratre, cõiugem illius, opera sua ab eo abalienatam, sibi ipsi coniunxerit, in matrimoniumq; & domũ duxerit: eam aũt quæ ei legibus nupta fuerat, Aretæ regis Arabiæ Petrææ filiam repudiauerit. Et ut propter adulteram Ioanne cæso, bellum Aretæ, tanq; filia eius armorũ causam præbuisset, intulerit: in quo bello uniuersas Herodis copias contrucidatas esse commemorat. Atq; id ita accidisse addit, propter Ioannis temerariam & nefandã cædem. Ioannem porrò iustissimũ fuisse testatur, & baptismi mentionem facit: de rebus eius per omnia Euangelio cõsona scribens. Refert quoq;, propter Herodiadem regno Herodem excidisse: cum qua exilio quoq; sit mulctatus. Exulasse autem eos Viennæ: quæ urbs Gallijs finitima, occidentem uersus est sita. In decimooctauo

Herodes exilio mulctatus. Ioseph. lib. 19. cap. 7.

Iosephi de Ioanne Baptista testimonium.

» Antiquitatũ sanè libro, hisce uerbis de Ioanne memorat. Quibusdam Iudæis Herodis exercitus per iustam uindictam à DEO concisus esse uisus est, ut pœnas is » penderet Ioanni, qui Baptista cognominatus est. Occidit enim hũc Herodes ut » uirum bonũ, qui Iudæos uirtute exercenda, iustitia colenda, pietateq; in DEVM » præstanda, ad baptismũ conuenire iubebat. Tum demũ enim gratũ acceptumq; » DEO docebat eorum fore baptismũ, si non tantum peccata quædam per confes- » sionem deprecarent, uerumetiam mũdiciei & puritati corporis, anima simul iu- » stitiæ cultu repurgata, alijsq; uirtutibus omnibus studerẽt. Valde enim oratio- » ne eius permouebantur. Herodes sedenim eloquentiam uiri, quòd hominibus » persuadendis efficax esset, suspectam habens: & rem in defectionem euasuram ti- » mens (omnia enim de cõsilio Ioannis Iudæi facturi esse uidebãtur) multo melius » esse duxit, antequam quicquam ab eo nouatum esset, hominem præoccupare, & » è medio tollere, quàm ut rerum mutatione facta, tum primũ in ipso tumultu & » periculo pœnitentia duceretur. Itaq; ille, propter huiusmodi Herodis suspicio- » nem, in custodiam Macheruntem conijcitur, atq; ibi cæditur. Hæc Iosephus.

CAPUT XXI.

Apud inferos etiam Ioannes aduentum Saluatoris prædicauit.

TAtq; Ioannes etiã ijs qui apud inferos erant, præcursor aduenit, præsentiam ibi quoq; CHRISTI annuncians. IESVS aũt diuino spiritu solus in solitudinem agitur: atq; ibi ocio pietatis uacans, ieiunus prorsus dies noctesq; quadraginta continuas perstitit, oratione mentisq; agitatione atq; contemplatione refocillatus atq; confirmatus. Quum autem naturæ cõgruenti affectione afficeretur, fameq; percelleretur, sua sponte oppugnã-

Tentatio Christi in deserto.

dum se tentatori permisit. Qui diuinam aggressus mentem & intelligentiam, mentis quoq; & intelligentiæ prætextum, experiri tentareq; eam uolens, attulit. Atq; cum tribus, eisq; potentissimis congressus affectibus, primùm quidem, Si filius (inquit) DEI es, ita ut suspicor, iube in panes uerti lapides istos. Deinde uerò in pinnaculum templi ductum, ut se deijciat præcipit, nihilq; periculi ei rei subesse subijcit: confestim congruentem quoq; prophetiam adducens. Adhæc, inanis quoq; gloriæ cupiditate eum capere studet, & cuncta ei regna ostendit, daturumq; se illi ea pollicetur, si procidens se adoraret: periculum scilicet faciens, exhibendæ declarandæq; diuinitatis. Posteaquam autem in rebus omnibus tentatori oracula scripturæ objiciens restitit, Sathanam à se repulit: & non modò, quas modò diximus, concertationum, sed etiam omnium aliarum incursionum oppugnationumq; illius uictor descendit, humana conditione superior omnium uirtutum perfectionũq; diuini spiritus applausu cõprobatus: atq; Angelici satellitij, pro eo atque decebat, ministerio cohonestatus, solitudinem relinquit,

Victoriã è tentatione reportanti, Angeli ministrant.

& ad

A & ad Iudææ atq; Galilææ ciuitates accedit, omnemq; Israelis gentem uisitans, ad pœnitentiã & resipiscentiã omnes cohortat: appropinquare iam, atq; adeò præsto esse regnum cœlorũ, læto prædicans nuncio. Atq; inde initio Euangelij facto, & quasi quibusdam communis naturæ sacris primitijs primordijsq; iactis, DEVS VERBVM, non longè ab eius cõcionis tempore, duodecim sacros deligit discipulos: quos Apostolos etiã, præcipuo quodam honore prosequens, nominat. Horum Andreas primus, utpote à præcursore in disciplinam cooptatus, à quo etiam de rebus CHRISTI accuratè edoctus fuerat: & cũ hoc Petrus frater: patrem, nauigiũ, & quicquid præterea habuerant reliquũ, abijcientes, se ei coniungunt. Deinde Iacobus & Ioannes, Zebedæo progeniti, quos etiã filios tonitrus cognominauit: itidem ut illi facientes, patremq; & nauigium relinquentes, eum sequuntur. Philippus quoq; à Bethzaida, uicinã Andreæ & Petro domũ habens, hosce cõsequutus, discipulus esse iubetur. Deinceps Thomas, qui & Didymus dictus est: septimusq; Bartholomæus, eum comitantur. item Matthæus, ex publicanis: & Simon Cananæus. His accedit Alphæi filius Iacobus: & Iudas, Iacobi germanus, qui frater Domini cognominatus est: uterque autem sponsi, Iosephi scilicet, filij fuere. Vltimus porrò & duodecimus Iudas fuit, qui & Iscariotes dictus est. Insuper uerò alios quoq; legit septuaginta: quos & ipsos in ciuitatem & regionem omnem binos ante faciem suã, quò postea ipse iturus fuerat, dimittit. Hisce duodecim & septuaginta DOMINVS in societatem arctiorem accitis atq; delectis, fidelibus utebatur ministris, Euangelijq; cooperarijs: sensimq; cum eis arcana, ineffabilia, deificaq; prorsus cõmunicabat sacra, magis magisq; eos ad perfectionẽ producens, ac non aliter atq; proprijs filijs eis utens, omnem ciuitatem atq; regionem perambulabat. Et primùm quidem ad eam quæ pecu-

Duodecim Apostolorũ electio.

Septuaginta item discipulorum uocatio.

Prædicatio uerorumq;.

B liaris ei esse uidebatur, Israelis accesit gentem. Aequum quippe erat, bene atque benignè facere incipientẽ, primùm apud familiares suos benignitatis iacere fundamenta: ac sic deinceps eos quoq; qui remotiores essent, in effusam atq; superfluentem recipere gratiam.

CAPUT XXII.

BEneficentia porrò eius in sermonibus & factis omnib. egregiè est spectata. Siquidem sapientissimũ VERBVM DEI sermonibus perfectæ sapientiæ & sanæ intelligentiæ, nec non naturã superantibus spiritus uitæ legib. discipulos suos certo & accuratè exercebat: ut eos ad cõtemplationem & cognitionẽ DEI, præterea ad actiones DEO placitas, imitationemq; diuinam adduceret, paulatim eis uirtutis colores adumbrans: factis uerò prodigiorũ & miraculorũ immensium magnitudinẽ cognitionis diuinæ confirmans, ut crederẽt, fideq; certa assentirentur à se prædicatæ ueritati, persuadebat. Atq; per fidem & spẽ perfectionis conceptã eos producens, ac per utramq; conseruãs atq; protegens, ad præcipuã & summã uirtutem, amorem scilicet DEI, pro uehebat. Enimuerò ad eum modum familiaribus auditoribus spectatoribusq; suis edoctis, factisq; et doctrinis per fidẽ, ut par erat, cõfirmatis, corroboratisq;, in orbem eos uniuersum mittit, animãq; rectam omnem per doctrinã eorũ erudit, sibi ipsi familiariter adiungit, &, quoad eius fieri potest, deificat, † iustitiaq; dignam efficit. Accuratiorem sanè exactioremq; Euangelicæ doctrinæ orationẽ, & magnificã miraculorũ CHRISTI, et singillatim quoq; exponentem cõmemorationem, quaternio discipulorũ eorũdemq; Euãgelistarũ CHRISTI repræsentat. Aequũ uerò mihi uidet, hæc deinuo persequi: & nõ illa quidem, quasi præsentis sint instituti aut ppositi, ut fusius, sed summatim tãtũ perstringant, peropus esse duco: itidẽ ut in arte & disciplina omni necesse est, finẽ & utilitatẽ eius cognoscere,

Disciplina Christi, qua discipulos suos erudijt.

Doctrina fidei, spei, charitatis.

Hoc est, iustitiæ idoneam.

Synopsis doctrinæ Euangelicæ.

siqui-

siquidem non ocioſè & quaſi aliud agens quiſpiã doctrinæ ei incumbere uelit. Si A cuti igiẽ in alijs, ita in hoc quoq; ſtudio, eos qui ex præſcripto Euangelij uitam ſibi agendã conſtituerunt, finẽ eius in primis, uidelicet quæ nam utilitas eos qui per id ad perfectionem conſequendã aſpirãt, cõſequatur, ſcire cõuenit. Itaq; quẽ admodũ doctori omni ille finis propoſitus eſt, ut diſcipulũ, quoad eius fieri poteſt, diſciplinę cõmunicatione ſibi reddat perſimilẽ: itidẽ præceptori CHRISTO IESV, qui reuera ſummè bonus eſt, cõſtitutũ ſcilicet eſt, quantũ humana permittit cõditio & fragilitas, unũquemq; per Euangelium ad ſe accedentẽ ſibi ipſi conformare, atq; ita cõformatos filios ſuo exhibere patri, & hæredes quidẽ DEI, cohæredes uerò per eam adoptionẽ quæ gratia obtigit, ipſius unigeniti & primogeniti IESV CHRISTI cõſtituere. Quapropter ad hunc tam magnum & miriſi cum Euangelij finem, & tã inſignis adoptionis honorem ſpectantes, unũquodq; ſeorſim præceptum eius ad animũ adducere, & penitius perſpicere debemus. Horũ ſiquidem aliqua rationalem animę partem repurgãt, longeq; ignorantiã inſciãq; omnem exigentia, quicquid eſt in rationis noſtræ cogitationibus uanitatis, abijciũt atq; repellũt: & pro eis cognitionem DEI amantem, DEOq; gratam, prudentiãq; cũ ratione recta inducũt. Quędã uerò ferociores animi affectus ordinãt atq; cõſtituunt: in cõpoſitos enim, inobedientes & rebelles, quaſi catenis cõſtringũt, iraq; & uociferationem uehementiorem atq; deformiorem omnem, præterea blaſphemiã & maledictionem uel diminuentia, uel prorſus eximentia tollũt: morem uerò mitem & manſuetũ, animũq; æquũ & fortem, ritè atq; ordine omnia exequentem, ſubſtituunt. Nonnulla aũt, cũ cura & diligentia ſeruata, partem animæ cupiditati obnoxiã erudientia, cõponunt: ſtuprũ, omnemq; aliã impuritatem & immundiciem, & (ut uno uerbo ſimpliciter dicam) omnem cordis malã affectionem atq; perturbationem abolent & extinguũt: puritatem uerò, ſobrietatem, temperantiã, pudorem, omniq; appetitu malo carentem cõſtantiã, deniq; innocentiã & mũdiciem, atq; omni carnis ſimul & ſpiritus cõtaminatione & inq; namento uacuam caſtitatem introducũt. Omnia deniq;, aliud aliũ ſenſum, pæda gogorũ more, erudiunt atq; inſtruũt, & linguam rectè formant atq; frenant. Omnia etiam ea præcepta, per ſpiritũ efficaciam ſuam cõſequuta, riteq; & cũ iudicio in animo concepta, alacres & uiuidos exequutores eorũ efficiũt, bonos ſcilicet & iuſtos, placidos ſimul & æquos, item miſericordes & DEI amantes: &, ut ſummatim dicam, iniuſtitiã & iniquitatem quamq; nos omnino ex corde eijcere, atq; eas auerſari: iuſtitiam uerò omnem & uirtutem, iuxta ꝓportionem cõformationis & ſimilitudinis ad Doctorem ipſum, exercere & meditari docent: ut deinde quũ iam ad diſpoſitionem affectionemq; cordis, atq; adeò ad boni habitũ pertigerint, & ea quantũ fieri poteſt obſeruarint, nõ amplius peccare poſſint: quippe ad perfectionẽ, quã uis humana capit, cõpoſiti atq; deducti, perinde ſcilicet atq; ipſe qui eis præijt rerũ optimarũ magiſter & præceptor. Cæterùm ad eum modũ per effectricem cognitionem præceptorũ ad perfectionem perductis, procliuis facilisq; fit, per effectricem eam uim, ad cõtemplatricem ſublimitatem tranſitus. Si quis em̃ præcepta rectè exequendo, per timorem Domini, implet, eũ ille ſimul diuina dulcedine & caritate dignaꝫ. Ita is demũ effectricis operum uirtutis, tanq; præmiũ, iuxta profectus proportionem, reuelationis diuinorũ myſteriorũ percipit fructus. Et quas res ne audire quidem poteſt, quũ ab effectrice uirtute ocioſus abeſt: eas, per opera aditũ ſibi faciens, clarè & euidenter contemplaꝫ. Et quę intelligendo non aſſequitur per interpretationem expoſita, ab operum effectrice remotus, ea effectricem perſequens ipſe q; optimè interpretaꝫ, cõpoſq; fit rerum arcanarũ & ineffabiliũ omnino per contemplationem: ac diuinarũ rerum altitu-

Finis & ſcopus doctrinæ Chriſti.

Vt nos ſcilicet filios & hæredes Dei, & cohæredes Chriſti efficiat.

Præcepta Euangelica conformãt animæ noſtræ partim rõnales,

Partim rõ ꝓpter ꝓpter.

Partim rõ ꝓpter ꝓpter.

Eadem præcepta, pro ſe quodq; ſenſus & partes hominis omnes, ſpiritus efficacia, ſingillatim eruãunt.

Ad habitũ deducta efficiũt, ut homo non peccet.

Per uirtutem actiuã, ad contemplatiuã eſt tranſitus.

A altitudinem aggreſſus, eas inquirit, ſapiẽtiæq; profundo liberè atq; ſine periculo innatat. Itaq; is parabolas & ænigmata ad ædificationem diſcentium eodẽ proponit ſpiritu, & quaſi gradus & aſcẽſus in corde ſibi per mẽtis acumen cõſtruit: res obſcuras, abſtruſas, & abditas ſapientiæ DEI, ſanctè ſimul & myſticè cõtemplans. Sed enim præcepta & parabolę Euangeliorum, quatenus ea breuiter dici poſſunt, in his quæ perſtrinximus ſunt ſitæ. Effectores namq; operũ atq; cõtemplatores, uerosq; philoſophos, qui Apoſtolicã planè uitam degendã eligãt, imò fratres etiam & participes CHRISTI, eos qui iuxta ea præcepta ad perfectionẽ pertingunt, efficiunt. Porrò fieri efficiq; non poteſt, ut hominis natura & tenuitas proprio cõcita motu & ui natiua, uel ad perfectionem effectricis uirtutis pertingat, uel ad altitudinẽ contemplationum aſpiret: niſi quis in intimo corde ſuo Saluatorem Dominũ, ut DEVM perfectũ, atq; eadem cum patre potentia & uirtute, eundemq; hominem perfectũ, tanquã quoddam firmiſsimũ fundamentũ ieceritatq; eo adiutore utens, ſedulò oret, ut ei ſimul & operũ effectio, & arcanorum contemplatio rectè ſuccedat. Quod ſanè tum quidem ipſe per ſeipſum Dominus IESVS ſuis oſtendit ſectatoribus: deinceps uerò & omnes omnium hominum nationes, per ſacra Euangelia docuit, uidelicet DEVM ſe & ſimul hominem perfectum eſſe clarè & diſertè aſtruens. Id nos quoq; in primis conſiderantes, DEVM ipſum & Dominum, eundemq; hominem perfectum profiteri oportet, & per præcepta eius probè inſtructos, ad diuinam illam contendere & anhelare perfectionem.

Fundamentum ueræ pietatis, actiuæq; ſimul & contemplatiuæ uirtutis eſt, ut Chriſtũ Saluatorẽ, uerum Deũ, cumq; uerũ hominem credas, & profiteare.

CAPUT XXIII.

B VErùm enimuerò, quòd perfectus natura homo Dominus ſit, citra tamen naturæ inquinationẽ & ſordes, apertè aſtruit nouẽ illa menſiũ, qua in utero geſtatus eſt, fœtura, natiuitas eius, educatio, baptiſmus, tentationes, fames, ſitis, labores, fatigationes, lachrymę, angores, ſomnus, tædium, & quæcunq; ſunt hominũ naturales & irreprehenſibiles affectiones: adhæc alapæ, colaphi, flagra, cõtumeliæ, irriſiones, ſputus, ſannæ, ludibria, & reliqua eiuſmodi: præterea crux, claui, acetum, fel, lancea: poſtrema denique mors, funus, & ſepultura. Atq; hæc quidem à diſcipulis tum, ad confirmandam carnis eius fidem, ſunt ſpectata: poſteris aũt ex ordine omnib. ea ſacrorum Euãgeliorum ſcripta exhibent atq; repræſentat. Itaq; hæc omnia Seruatorem uerũ eſſe hominem, ſatis indicant. Quod uerò idem perfectus ſit DEVS, extra confuſionem & contaminationẽ omnem, (ut qui ad ſubſiſtentiam ſuam diuinã, humanam inſeparabili modo naturam ſuſceperit, peculiaresq; eius naturæ conditiones ſibi proprias reddiderit, neq; dedecere ſe quicunq; illi ſunt naturales & irreprehenſibiles affectus putauerit) manifeſtò declarat, primùm expers ſeminis è uirgine natiuitas, & qui circa eam auditi ſunt, cœleſtis & angelicæ militiæ, Gloriam canentis, magnifici hymni: ſtella itineris Magorũ dux, horumq; ſecretò res magnas inſinuans muneratio & adoratio: præterea circa baptiſmũ eximia Ioannis teſtificatio: eaq; longè ſublimior, quæ cœlis apertis prorupit, paterna uox: & qui inde in columbæ ſpecie ſuper ipſum deſcendit ſpiritus, uocem eam in eũ qui baptizabatur peculiariter trahens, filium dilectum cœlitùs intonans: & alia multa, quæ ſingillatim recenſere præſentis operæ non eſt. Satis porrò ea quæ dicta ſunt, diuinitatis eius fidem fecerint illis, qui perſpicere eam & intelligere ſolidè poſſint. Cæterùm, ut craſſus quoque iſte & tenebris obſitus mundus illuſtraretur, & homines in caligine uerſantes immenſam incredibilis & pluſquam infiniti diuini in genus humanum amoris lucem cõſpicerent, diuitiasq; bonitatis eius

Indicia certa humanitatis in Chriſto.

Impurato ore expuẽt uenenatos ſputus.

Indicia apertæ diuinitatis in eodem.

Miraculis Christus fidem diuinitatis suæ confirmauit.

cognoscerent, prodigijs & miraculis longè maximis edendis, fidem hominum luculentius adaugens & confirmans, magis atq; magis per ea † DEVS IDEM q; HOMO VERBVM diuinitatem suam comprobauit. A

ὁ θεοφόρωπος λόγος.

CAPVT XXIIII.

Euãgelistæ nõ omnia Christi miracula scriptis suis sunt complexi.

IT singula quidẽ seorsim miracula, quibus diuinitas eius est declarata, in præsentia oratione cõplecti & explicare, tantũ abest ut nostræ, qui & temporib. & moribus longissimè ab eorũ absumus contemplatione, sit facultatis: ut ne ipsi quidem diuini Euangelistæ, quæq; singillatim, quæ uiderunt, referre potuerint: perinde atq; radiorũ solis, & fluctuũ sibi ipsis cõfertim ingruentiũ, rationẽ & numerũ inire omnino non est. Illis siquidem celeberrima quæq;, ut quæ fidem maximè apud auditores habitura essent, cõmemorare satis fuit: maximã eorũ partem, q; non facile in uulgus probabilia essent, mundóue, & qui huius studijs tenentur, crassiorq; mente sunt, ut crederentur, persuaderi possent, persequi supersedẽtibus. Huc enim referri illud arbitror: Si omnia singillatim perscribant, ne ipsum quidẽ mundum recepturũ esse, qui scribendi essent, libros. Proinde & nos eorũ quæ ad præsentem narrationẽ sunt accommodata, cõpendiosè exponendorũ delectu habito, ad reliqua instituti nostri ordine persequenda progrediemur. Quænam igitur sunt, quæ certã plenamq; diuinitatis IESV faciunt fidẽ? Aqua in uinũ solo uerbo uersa: febris uerbo itidẽ propulsatæ, quâ apud Petri socrũ, quâ apud Regij hominis puerum, curatio: leprosorum uoluntate sola purgatio: claudorum item mandato solo sanatio: multorum etiam à natiuitate cęcorũ illuminatio: surdorũ, eorũdemq; uel difficulter uel omnino nõ loquentiũ, linguæ simul & auditus articulata & clara expeditio: membra quę longiore temporis spacio soluta fuerãt, ad officium suum reducta, quùm in eo qui à quatuor baiulis ex tecto per tegulas funibus demissus fuerat, B tum in eo quoq; qui ad probaticã Solomonis triginta & octo annos æger decubuerat: aridarũ manuũ laxata uincula: eorum qui in terrã corporis inclinatione uergerent, directa restitutio: plurimorũ dæmonũ præsidia & castra uno impetu in fugam uersa: lunatici morbi expiatio: fluxus sanguinis occulto fimbriæ uestis contactu consistẽs: Centurionis puer expectato & iam imminente periculo liberatus: Iairi filia à morte reducta: multifariam uariorumq; malorũ spirituum propulsatio & eiectio, atq; unà cũ grege porcorũ in undis submersio. Iam quinq; panibus, duobusq; piscibus quinquies mille uiri ad satietatẽ usq; refecti, horũq; reliquię duodecim cophini: ac septẽ rursum panibus quater mille pasti alij, & sportæ septẽ, quæ insigni superfuerũt miraculo: in mari nõ alia cẽ in solido pauimento deambulatio, nec ipsius ea tantũ, uerumetiam Petri Apostolorum principis, ipsius IESV cohortatione susceptа: uehementis increpatio procellæ, quæ mare pacauit, atq; ex tempestate sæua ad malaciã & tranquillitatẽ summã reduxit: hydropici uenter nutu contractus, atq; ad statũ suũ reductus: ciuitas quoq; Naim, quæ elatum uiduæ filium rediuiuum conspexit: atq;, ut semel dicam, uarij & omnis generis corporum languoris & imbecillitatis auxilium præsens, & curatio.

CAPVT XXV.

Potißima Seruatoris nostri miracula.

SEdenim diuinorũ miraculorum omniũ ad fidẽ diuinitatis eius faciendam potissimũ, maximũ, & euidentissimũ est, in montẽ cum discipulis ascensus ille, & corporis ad diuinæ similem formã mutatio: cuius spectatores ut tenuibus admodum uestigijs fierẽt, præcipui ex discipulis, honore tanto digni reputati, obtinuerũt, Petrus, & Zebedæi filij. Orante enim eo, instar solis, multoq; etiã clarius, facies eius reluxit, ac uestes perinde atque lux resplenduerunt. Ex imo aũt inferorũ recessu legis administer Moses apparens,

A parens, & simul Helias ex occultis latebris existens, præsto fuere. Vterq; porrò cum eo colloquuti sunt de migratione eius per crucẽ, quã breui peracturus fuerat in Hierusalẽ. Cæterùm, qui per tam sublimis miraculi conspectũ arcanis illius sacris initiati essent, magnitudine eius cõsternati, tum id quidẽ silentio texere, supra naturæ captũ id arbitrantes esse. Quum aũt postea eo maius uidissent prodigium, ipsam scilicet ex mortuis resurrectionẽ eius: tum demũ & hoc unà cũ alijs, manifestioris certioriscq; fidei faciendæ & cõfirmandæ gratia, omnibus promulgarunt. Præcellit porrò & illud, quod in amico Lazaro, ex uico Bethania orto, Marthæ & Mariæ, quæ ei inseruiebãt, fratre præstitit. Eo iamiam morituro, ad IESVM germanæ nunciũ mittunt, qui ei id significet, opẽq; eius imploret. At ille, gloriæ id sibi fore sciens, cũ discipulis familiarius colloquitur, ac paulo pòst Lazarũ obdormiuisse, lætaricq; se eis dixit eorũ causa, quòd ibi tum non affuerit. Vt uerò defunctus ille quartũ iam diẽ in sepulchro clausus iacuit, præsto adest SERVATOR: & quũ sorores multa miserabiliter cum lachrymis proloquutæ essent, ad monumentũ tandem accedit, & lapidẽ auferre iubet. Ille aũt neruis in cõpage & cõnexione corporis diffluentibus iã putrescebat, grauiterq; olebat. SERVATOR porrò, quũ orationi incubuisset, atq; acrius infremuisset, inuocato cœlitùs paterno auxilio, Lazare ueni foras, inclamat. Itaq; defunctus, perinde atq; uiuẽs, & amico semper assistẽs, cõsequitur: & sepulcralibus fascijs ligatus, celeberrimũ omnib. spectaculũ prodit, uinculisq; eis solutus domum uadit. Multitudine aũt tumultuante, ac Pontificibus & ipsius & Lazari occidendi cõsiliũ rationẽq; quærẽtibus, Hierosolymis relictis, inde secedit: & finitimũ, qui Ephrem dicitur, incolit locũ. Ac noua quidem & supra naturam omnẽ posita miracula, sic se habent.

Resurrectio ipsius Christi à mortuis.

Lazari resuscitatio.

CAPVT XXVI.

B ORtasse aũt non intempestiuũ fuerit, oratione breui, & ea quę ille per parabolas loquutus est, quoad eius fieri potest, clarioris intelligentiæ causa referre. Itaq; prima apud Matthæum parabola est, semẽ, pro eo atq; decebat, in terram cadens, partim trigecuplum, partim sexagecuplum, atq; etiã centuplum germinans. Secunda, ager zizania superinsita habens: cui ob id, ut parcerẽt, dignũ uisum est. Sequitur sinapis granũ, in altam arborem excrescens. Et farinæ fermentũ, tribus satis exceptum. Item magno comparatus ager, propter defossum ibi auri thesaurũ. Preciosa item illa margarita, quam lucri causa mercator emit. Præterea omne genus piscium, sagena piscatoris cõclusum. Postea centũ ille ouium grex: & ouis una, quæ longius inde aberrans, bono pastori seruata est. Decem millium debitor talentorum. Operarũ mercede conductio, in inæquali æqualitate ad æquitatẽ deducens, quod uidebatur ini quum. Duo filij, qui à patre uocati, & in uineã suam missi, * ordine inuerso opus faciũt. His succedunt pessimi agricolæ, qui herili filio necem crearunt. Insuper rex magnificas filio nuptias struens, & cũ conuiuis ex tempore conquisitis cõuiuium celebrans. Item quinæ & prudentium & fatuarum uirginum lampades, uel ardentes, uel extinctę. Paterfamiliàs prudenter seruis suis talenta diuidens. Et pastor prudenter oues ad dextrã & sinistram segregans. Et has quidem Matthæus habet. Marco uerò, quatuor tantũ ex his referre, in mentẽ uenit. Inæqualem scilicet reditum duplicis seminis: & eos qui patrem familiàs suadendo orant, ut zizania euellere permittat: Sinapis arborem, & uineæ hæredem pessimè à seruis cæsum. Lucas porrò plurimas congerit: & inter reliquas, has quoq; exponit. Primùm, de eo qui domum super petram firmiter construit, & non in arena fundamenta iacit. De eo qui à domino per grandioris debiti remissionem magno affectus est beneficio, unde eo plus atq; uehementius eum amare debuerit. De-

Parabolæ Salutatoris apud Matthæum.

εἰσπεμφόμενοι

Apud Marcũ.

Apud Lucã.

inde uiator, qui in prædones incidit, & à Samaritano curaturam obtinuit. Ad A
hęc, is qui intempesta nocte accedit, & importunitate, quod petit, impetrat. Item
pater puero cogenti, non res malas, ut lapidem, aut scorpionem, tribuens. Præte
rea spiritus maligni domum scopis purgatam inueniens, & in eam cum alijs se-
ptem immigrãs, prioribusq; deteriora faciens. Obserua mihi & seruũ, qui ex nu
ptijs dominum redeuntem expectat. Nec minus & ficum, quæ tertium iam an-
num stercorationem admiserat: quòd autem fructum non tulerit, ab agricola ex-
cisa sit. Alteram item ficum sterilitatis ergò exarescentem. Insuper mulierem sco
pis domum purgantem, & ob drachmæ inuentionem uicinas uocantem, maio-
remq; in modum gaudentem. Est prætera luxu perditus filius, commiserãtem
patrem complexus, adoptionemq; paternam præter spem & opinionem conse-
quutus. Dispensator item bonæ laudataeq; iniquitatis, qui singulari prouidaq;
solertia, aliam gratiam sibi ex debitis pecunijs parauit. Pauper quoq; Lazarus,
ulceribus scatens: immisericorsq; rursus dives, in media camini flamma aquæ ro
rem petens. Insuper publicanus, pectus summisso atq; humili animo plangens,
& cœlum suspiciens: Pharisęus è diuerso, uano tumore sublatus, humi decidens.
Minarum distributio in decem seruos facta. Atq; in his quidem parabolæ con-
sistunt. Cum quibus ille & alia quædam per obscuram insinuationem implicuit,
uetus & nouum testamentum significãs, & simul futuri regni absolutam perfe-
ctionem, simul incrementum doctrinæ & prædicationis optimè per ea adum-
brans: tantisper dum imperfecti etiamnum, necdum absolutioribus sacris satis
initiati essent discipuli.

CAPUT XXVII.

Descẽsus Chri sti ad inferos.

Summa prædi cationis Euan gelicæ.

In domo Simo nis Leprosi Christus à Ma ria unguẽto in ungitur.

Simon is Laza ri pater.

A tribus mu lieribus Chri stus unctus est. Vnde nonnulli doctores, tres Marias faciũt.

Triumphalis Christi in ur bem Hieroso lymitanam in gressus.

DEinceps, quũ triennalis temporis filij DEI in terris, doctrina sua pro- B
mulganda, conuersatio finem suum haberet, oporteretq; ipsum pro-
eo atq; à mundi constitutione præfinitũ constitutumq;, atq; oraculis
sanctarum scripturarũ prædictum fuerat, uitam suam pro mundi ui-
ta & salute ponere, nec non per mortem ad inferos descendere, ut dignos ido-
neosq;, qui uidelicet constanter in fide perseuerassent, in uitam, ipsumq; adeò pa
radisum, tanquam princeps & author uitæ æternæ reduceret: quumq; eius rei
gratia summum DEI VERBVM iam perfecisset omnia, ac discipulis suis læto si-
gnificasset nuncio, appropinquare regnum cœlorum: à Satana quoque captis li-
bertatem, eisq; quorũ animi tenebris obfuscati atq; incredulitate deprauati es-
sent, ingens lumen affuturum annunciasset, ad prædicandum annum Domini ac «
ceptum, & diem retributionis, consolationem uerò lugentibus in Sion: receptis «
secũ, quos sacris mysterijsq; suis imbuerat, accedit ad Bethaniam uicum, qui Hie-
rosolymis ad stadia maximè quindecim abest. Ibi eum Simon leprosus hospitio
excipit, quem apocryphi libri patrem Lazari fuisse apertè tradunt. Apud hunc,
quum cibum caperet, conuiuam simul, quem non ita pridem in uitam restituis-
set, Lazarũ habuit. Ibi quoq; Lazari soror Maria humaniter excepto IESV, tan-
quam DEO, propter rediuiuam restitutionem fratris, unguento precioso caput
imbuit. Quemadmodum scilicet & alia antehac circiter medium prædicationis
tempus: atq; iterum alia mulier quæ uitam meretricio quæstu tolerauerat, paulo
ante passionem extra Hierosolyma unguento ingentis ponderis & precij, pedes
IESV lauit, sepulturæ adumbrans & repræsentans mysterium. Quę sanè mulier,
quibus multos in perditionis attraxerat lubricitatem, capillis, tanquam spõgijs,
pedes eius exterfit unguentumq; lachrymis miscens, graui peccatorum est cate-
na liberata. Deinde, ut competentem debitumq; finem scripturæ de eo proditę
haberent,

A haberent, pullo subiugalis iumenti, qui thronis Cherubin uehitur, insidens, pa-
tentibus portis Hierosolyma ingreditur. Ibi multitudo * honorem eum qui ex *εἰσόδιον τι-μὴν ἑορτι-ὸν.*
itinere aduenientibus debetur, deproperans, quasi cuidã præstanti, hominemq;
superanti, reueraq; Domino & Regi, carmina publicitùs canit. Puerorũ præte-
rea tenerorũ cateruæ circa eum cõgregantur, diuinos pæanas & uictoriæ carmi-
na accinentes: atq; ex his alij uestimenta humi sternũt, alij olearum & palmarum
ramos frangentes, partim pedibus eius subijciunt, partim manibus quatientes,
magnificis ei applaudunt apprecationibus, perinde atq; triumphatori & uicto-
ri cuiquã: Osanna, dicentes, filio Dauid: Benedictus qui uenit in nomine Domi- «
ni, DEVS Dominus & apparuit nobis. Atq; ita uociferabant longius eum pro- «
ducentes, donec cum laude & gloria in templũ est ingressus. Vnde ille * rerum *ἐκκαθήλασε*
sacrarũ nundinatores, sanctarumq; cæremoniarũ & mysteriorũ deprauatores, *Eijcit è tẽplo*
flagello, cum libertate plurima ac potestate maxima, ad inuidiã usq;, & furibun- *Hierosolymis*
dam illam eorũ insaniã expellens, sceleratos & impios euertit. Iræ deinde cedẽs *ementes et uen*
(iam enim in cædem eius ruebant, tanq; mundum ipsum post eum euntẽ conspi- *dẽtes Christus.*
cati) Hierosolymis SERVATOR precationis ergò egreditur. Postea uerò, inter
posita aliqua temporis mora, eò reuertens (manè tum erat) quum fames ei inces-
sisset, quod scilicet propriũ humanæ conditionis erat, ad quandã diuertit ficum: *Ficus instructa ost ad uocem Christi are scens.*
cui quum nullus ineset fructus, ultima statim ei per execrationẽ imprecatur, ut-
pote quę author primũ & dux trãsgressionis fuerit. [a] Atq; illa humore protinus
omni prorsus exarescente, arida omnibus exhibetur. Quod sanè in eo spectatissi- *a De pomo fa ci primi paren tes nostri gu starunt.*
mum omnib. modis diuinitatis opus fuit. Etenim, sicuti naturalis simul & homi-
nis & itidem DEI uoluntas, ita simul & hominis & DEI efficacia atq; actio, in ipso
eodem conspiciebatur. Vtraq; namq; natura, quæ propria ei essent, simul & uo- *Idem Christus Deus et homo, utriusq; natu ræ efficacia si mul ex coniũ ctini, ex diuini tatis miracula edidit, ex humanitatis imbe cillitatem exhi buit.*
B lebat & efficiebat, cum alterius naturæ scilicet communicatione. Necq enim seor-
sim & absq; cõmunicatione, utraq; natura natiua & propria munia faciebat: ue-
rùm & diuinitas cum humanitate, et rursum humanitas cum ipsa diuinitate, quæ
cuiusq; essent officij, supra naturę captũ efficiebant, Siquidem, quemadmodum
propria diuinæ sublimitatis munera filio hominis cõmunicata: itidem rursum
naturales hominis imbecillitates DEO VERBO manifestè, per quandam quasi re-
munerationẽ redditæ sunt, propter eam quæ per subsistentiã est, unionem. For-
tasse aũt ficus ista exarescens, inuolucro quodam synagogæ ludæorũ sterilitatẽ,
ferendorumq; fructuũ inopiam expressit. Et profectò omnis anima rationalis
incredulitati & diffidẽtiæ in CHRISTVM obnoxia, etiamsi legibus literæ tanq;
folijs admodum florere existimetur, tamen si lege fidei in CHRISTVM, qua illa
maximè nutritur & fouetur, excidat, longè à benedictione DEI disita, exarescit. *Ficus ista exa rescens & in fructuosa, Sy nagogæ floren tis quidem, sed sterilis, typus est.*

CAPUT XXVIII.

Ioannis Euan gelistæ domus Hierosolymis.

SVb hæc cœna paratur in domo, ut aiũt, Ioannis Euangelistæ: quam
ille, possessione sua (non exigua aũt ea fuit) in Gallilæa Caiphæ, eius
temporis Iudææ pontifici uendita, (cuius gratia etiam illi notus exti-
tit, sicuti ipse alicubi sacro suo testimonio astruit) in locis circũ Sion
montem sitis cõparauerat. Ibi igitur discipuli apud hominem certũ, priusquam
Azymorum instaret dies, ita ut illis mandatum præscriptumq; fuerat, legis pa-
scha instruunt. Verùm enimuerò, quum peropus esset, parasceues die ad uespe-
ram, ut lex præcipit, agnũ immolari: nihilominus tamen eò uerũ agnum, qui iam
iam pro nobis pascha immolandus erat in cruce, præueniri, & typũ imaginemq;
legalis paschatis cõplere, circiter quintæ diei uesperam oportebat. Opinio sanè
obtinet, quùm multis alijs, tum Chrysostomo præcipuè cõprobata, irrationalẽ
tum agnum primùm, ita ut par erat, CHRISTVM cum discipulis omnino edisse: *Extrema Pa schalis Christi cœna.*

Verus agnus Paschæ.

In ea cœna pri mùm legale pa scha editur.

Pedes discipulorum lauantur.

Deinde quum ad mysticã arcanamq́ illam cœnam cõsedisset, parua interposita mora cõsurrexisse, uestimenta (utpote quæ eum fortasse grauarẽt, & in ministerio obeundo impedirent) statim deposuisse, linteum sibi circumcinxisse, atq́ ita prõptè & alacriter discipulorũ pedes lauisse: ut simul & nouã summissionis atq́ humilitatis ostenderet sublimationem, & per symbolum atq́ signũ ipsis propriè cõpetere mentis corporisq́ expiationẽ & purgationem declararet. Insuper uerò illud eis innuens, pedes eorũ ad profectionẽ in gentes, aptos atq́ idoneos esse. Adhęc, obscurè etiam, diuinorũ pedum, pacem læta prædicatione annuncian-

Lotionis eius mysterium.

Pascha uerum in Eucharistia exhibetur.

cò ξύμμω εφτιν, hoc sic ut ab homine Græco dictum.

tium, pulchritudinem insinuans. Quum uerò rursum discubuisset, mysticum tradidisse sacrificium horrendorũ simul & uiuificorũ nostrorum mysteriorũ panem † fermentato, & uino ex uite expresso. Eúq́ quum per gratiarum actionem & sanctificationem benedixisset, discipulis dedisse. & quum uerè corpus & sanguinẽ suum esse, quasi fide sua interposita, confirmasset: accipere & participare eos illa, quippe * nulla re à diuina carne sua discrepantia, iussisse: atq́ id, ad eundẽ modum, in futurũ deinceps fidelibus faciendum, ad sinceram euidentemq́ sui memoriam, per manus tradidisse. Itaq́ quum quibus oportuit cœlestibus mysticisq́ sermonibus conuiuas sodalesq́ suos instituisset, nouasq́ & arcanas res proloquutus esset, aduẽtũq́ Spiritus, qui à Patre procedit, secretiore ac sanctiore modo eis spopondisset, nouũ deniq́ postremò omniũ testamentum exposuisset, in

Τὸ μυστικὸν τῶν ὠτῶν θεῖα καὶ ἀσαρκὸς διαφέροντα.

Christus in horto ad Gethsemani prædiũ orat.

Getsemani agrum oraturus una cum illis egreditur. Atq́ ibi humanã imbecillitatem declarans, precatione, siquidem Patri ita uisum esset, ut ab eo mortis poculum abiret, deprecatur. Discipuli sanè grauedine somni pressi, segnes admodum esse, & quomodocunq́, ubi sors tulit, concidentes, quisq́ obdormire. Ipse uerò magister eos reprehendens obiurgare, & præcipuè Petrum, alijs feruentiorem acrioremq́, & qui constanter se in periculis perstiturum esse fuisset pollicitus. B

CAPUT XXIX.

Intra quod tẽpus Saluator doctrinæ suæ cursum peregerit.

SCire autem conuenit, diuinã scripturam innuere, SERVATOREM ipsum omnẽ doctrinæ suæ cursum sub Anna & Caipha pontificibus absoluisse: quandoquidem intra istorũ Pontificatus rerumq́ administrationis annos, totum IESV doctrinæ tempus ad finem suum peruenit. Initium enim docendi Annæ pontificatu fecit, & munus id usq́ ad Caiphæ administrationem consummauit. Tempus aũt doctrinæ SERVATORIS

De quadriennij istius obseruatione Nicephorus Euseb. lib. 1. cap. 10. est imitatus. Verùm ea cũ 28. cap. huius libri, & cum Luc. 3. non cõuenit. Et Valerius Gratus ante annos ferè decẽ, priusquã Pilatus Roma in Iudæã præses missus est, prouinciæ eius præfectus fuit. Quid uerò eodem tempore Hierosolymis

omne non totum expleuit quadriennium. Quum enim constitutiones legis paulatim solutæ interirent, præter alia etiam is qui ex maiorum successione per sanctioris uitæ mõres excellebat DEI cultus, sacrumq́ ministerium collapsum intercidit. A' ducibus enim & præsidibus, qui temporib. quisq́ suis Roma mittebantur, aliàs alij ministerium sacrum pecunia comparantes, non uno longius anno in eo perseuerabant. [a] Quod autem id uerum sit, teste Iosepho utar, qui post Annam quatuor per successionem pontifices usq́ ad Caipham fuisse, in Antiquitatibus suis hisce uerbis prodit: Valerius Gratus Anano pontificatu abrogato, Ismaelum pontificem creat, † Phabi filium. Sed & huic quum paulo pòst dignitatem eam ademisset, Eleazarum Anani pontificis filium pontificem designat. Anno porrò exacto, & isto quoq́ à pontificatu reiecto, Simoni Camithi filio sacram administrationem tradit. Verùm & huic honorem eum obtinenti, non annuo longius tempus fuit: cui Iosephus, qui & Caiphas dictus est, successit. Ex his igitur consequitur, non prorsus quadriennij integri SERVATORIS nostri doctrinæ fuisse tempus, quum quatuor annis quatuor pontifices, ab Anna usq́ ad Caiphæ ordinem & creationem, annuo functi sint ministerio. Caipham uerò

[a] Cæsaris procuratores pro sua libidine & auaritia sacerdotium cõferebãt. Eutrop. li. 1. cap. 12. † Alij legũt Iabi fil. Ioseph. libro 18. capite 7.

A ipsum Pontificem eius anni, in quẽ salutifera incidit passio, fuisse, scripta Euangelica attestantur. Vnde & hæc illi, de tempore CHRISTI doctrinæ, quæ modo proposita est, consona esse obseruatio, liquidò ostenditur.

CAPUT XXX.

Gratus faceret, quum ibi earũ obtineret administrationem Pilatus? De alio itaque tempore Iosephi uerba ista sunt accipienda. Et authorè ipsi in cap. 18. atq́; præcipuè Luc. cap. 3. hoc in re fides habenda. Hoc etiam declarat cap. 4. libri 2. infrà.

AB hoc ipso Caipha, & improbo scribarũ cõsilio corruptus Iudas Iscariotes, & quasi morbo auaritiæ correptus, qui dicendorum tacendorumq́ ac rerum præterea omnium cum reliquis discipulis particeps à SERVATORE factus fuerat, quum alienũ seipsum & expertẽ diuinæ gratiæ, per excellentẽ malignitatem suã reddidisset, post lotionẽ ipsam, atq́ arcanorũ sacrorum initiationẽ, uitalemq́ ipsum panem, uiuus etiamdum in potestatem inimici captus peruenit, cui se antea quoq́ uoluntatis animiq́ destinatione dediderat. Itaq́ ab apostolorum choro seiunctus, quæ cum scribis & phariſæis inierat pacta conuenta, adimplet. Cohorte enim cum tribuno & multitudine ea quæ rapinis & latrocinijs gaudet, adducta, quibus quidem laternæ & faces accensæ & fustes in manibus erant, osculo Dominum prodit, & abit. At ille captus, ut ouis innocens ad mortem fertur. Neq́ enim contentionẽ ullam subindicans, neq́ percussorũ impetum ægreferẽs, placido quietoq́ animo trahentes sequebatur. Nec id ille tantũ præstitit: sed & feruidiorẽ discipulis alijs Petrum, qui gladium strinxerat, obiurgat, ferrum in loculos suos reponere iubet: tum aũt Pontificis serui, cui Malchi nomen erat, resectam aurem restituit: non inopia aut imbecillitate hæc se pati, quippe cui legiones quamplurimæ auxiliares, si uellet, præstò essent, sed arbitrio alterius ea permittere: & superari in præsentia, ut quæ in scripturis essent constituta, legitimũ debitumq́ caperent finem, testatus. Sic itaq́ abductus ad Annam primùm: deinde & ad Caipham, qui eius anni Pontificatum sortitus fuerat, ducitur. Atq́ ibi iureiurando obstringitur, ut profiteretẽ an ipse sit expectatus ille CHRISTVS. Vt aũt quod uerum erat, Pontifex audiuit, (non grauatè enim CHRISTVS se DEI filium esse profitebatur) confestim uestem discindit, impium atq́ blasphemum uocat, dignumq́ morte præiudicat. His à Pontifice dictis, in caput ei plagæ impinguntur, facies cõspuitur, atq́ per noctem totam omni ludibrij genere per uinũ & temulentiam importunorũ hominum, probrisq́ & contumelijs afficitur. Porrò aũt quum illuxit, manibus eum uinctis ad Pilatum ducunt. Et iam dies erat, præsesq́ pro tribunali consederat. Ibi Iudæi tanq́ rabie agitati, eum circumsistunt, cõuicijsq́ proscindunt: ille contrà silentio & placabilitate eorum obturat & refellit accusationem. Pilatus uerò tam acerbum, ab omniq́ humanitate alienum latratum eorum audiens, quænam eius causa esset, rogat. SERVATOR autem eum responso nõ dignatur. Interim clamor, ad crucem eum condemnandum esse, minaci horribiliq́ uoce deposcentium, exaudiebatur. Ille aũt, quùm à coniuge sua Procle per internunciũ, ne quid aduersi cõtra hominẽ iustũ decerneret, admonitus, tum sua ipse cõscientia perculsus, absoluere eum cõtendit: nihil enim capitalis afferebatur criminis. Sedenim ad Herodẽ, qui tum Hierosolymis diuersabaẽ, eum mittit: ut ille anquireret, si quid capitali supplicio dignũ cõmisisset. Vt uerò ne ille quidẽ quicq́ inuenit, apud Pilatũ rursus sistitur. Tum illi crimẽ ei capitis intendunt, tanq́ regẽ seipsum constituerit: & Pilatũ ad absoluendũ propensum, cõtra Cæsaris amicitiã facturũ, si eum dimitteret, dicunt. Quod ubi Pilatus audiuit, metuẽs ne malã à Tiberio iniret gratiã, proindeq́ præfecturæ dignitate excideret: atque honorẽ retinendi, hominibusq́ placendi studio uictus, flagellũ de collo eius suspẽdit, & sanguinarijs carnificibus flagellandũ permittit. Et iam rursus in prætorio SALVATOR erat: multitudoq́ & uilissimi quiq́ ex plebe, impunitatẽ sibi quodcũq́

Iudas Iscariotes Christum prodit.

CHRISTVS capitur.

αὐτεβάλλειν ὁ τὰ A' Caipha dãnatur.

B

πάγοι νοεῖται. res.

Apud Pilatum sistitur.

Ad Herodem mittitur.

Damnatur ad flagra.

uellent aduersus eum faciendi, sumpserant. Ibi ex impuris illis quidam uestimenta ei detrahunt, atq; chlamydem coccineã in morem purpuræ circũmdant. Præterea corona spinea caput eius tanq; regis coronant, & arundinem sceptri loco in manibus reponũt: nonnulli genibus flexis adorationẽ gestu ei offerunt, Aue rex Iudæorum, cum risu cõtumelioso ingerentes. Aliqui arundine caput pulsantes, plausum addunt. Erant qui colaphis maxillas eius cædentes, irrisionemq; naso per sannas suspenso iungentes, quærerẽt, Vaticinare CHRISTE, quis est qui te percusit? Postea suis ipsum uestibus rursum indutũ, crucem in humeros tollere iubent, & extra portam producunt. Posteaquam aũt ad Caluariæ locum est uentum, ibi crux cõpingitur, SERVATOR in eam fustollitur, clauis affigitur, & à prætereuntibus plurimis cõuicijs exagitatur. Vt uerò maleficus etiam existimaretur esse, duos latrones ad partem utranq; eodem supplicij genere torquent. Titulus porrò supra caput eius positus, cõdemnationis causam triplici literarũ genere indicabat. Ex prædonibus uerò alter, ipsum qui sic condemnatus esset, DEVM professus, paradisum rapit, eumq; per uim ingreditur: alter aũt, ut blasphemus despicitur. Cæterùm quũ omnia iam consummata essent, Sitio, inquit, illi porrò ad malitiam celeres, acetum felle mixtum confestim afferunt: quibus olim in locis aridis siti pressis, petra fontem prouolens, aquam sumministrauerat. Et fel præbent, qui mel antiquitùs suxerant. Postremò, quum uoce magna conclamasset, & in manus Patri spiritum cõmendans deposuisset, uitam finit. Et corpus mortuũ aliquandiu ita pendebat: quum ex militibus quidam, Iudæorum gẽti gratificaturus, latus eius lancea perforat: ex quo uulnere sanguis & aqua, præter opinionem omnem, profluxit. Quum uerò metu homicidarum omnes profugissent, sola ibi aderat mater, & quem diligebat discipulus, qui omnia quæ uel ante uel post mortem eius gesta essent, oculis ipsi suis spectarunt: sanguinemq; & aquam è latere eius, quasi adhuc uiuentis, recens profluentem, religiosè simul & honorificè admodum uasculo exceperũt. Deinde & DEI para mater, discipuli mater dicitur: cui à se multum amato filius eam commendans, ut pietatem quã parentibus debent liberi, ei præstaret, iniunxerat.

Irridetur.

Ad supplicium crucis ducitur. Crucifigitur.

Inter sceleratos reputatur.

Tertullianus in Apologetico, cap. 21. de Passione et morte Christi: Postremò, inquit, oblatũ Pontio Pilato, Syriam tunc ex parte Romana procuranti, uiolẽtiis suffragiorũ in crucẽ Iesum dedi sibi extorserunt. Prædixerat & ipse ita facturos. Parũ hoc, si nõ & prophetæ retrò etiã. Tamen suffixus, multa mortis illius propria ostendit insignia. Nam spiritum cum uerbo sponte dimisit, præuento carnificis officio. Eodem momento dies, medium orbẽ signãte sole, subducta est. Deliquiũ utiq; putauerunt, qui id quoq; super Christo prædicatum non scierunt. Et tamẽ eum mundi casum relatũ in archiuis uestris habetis, &c.

Felle & aceto potatur.

Moritur. Latus eius perforatur

CAPUT XXXI.

ENimuerò affectiones & perpessiones, quas diximus, CHRISTO nõ ut puro homini, sed ut DEO, eidemq; homini, iuxta carnem accidêre. At quæcunq; supra humanæ naturæ conditionem, & ante mortem, & post depositionẽ de cruce, sepulturãq; ipsam magnificè, ut DEVM decet, in eo euenere, citra controuersiam, certò & euidenter ipsius declarant diuinitatem. Quæ nam uerò ea sunt? Tenebræ densæ, & propè contrectabiles, à sexta usq; ad horam nonam. Sol non ordine aut ratione naturæ, sed quòd creatori compateretur, per deliquium extinctus, & rursum relucẽs: terræmotus immanis, petræ ruptæ, templi uelum scissum, monumenta aperta, & mortui è sepulcris exilientes: multisq; sibi notis, qui scilicet digni atq; idonei uisi fuerant, manifestò apparentes: nec non resurrectionem eius, qui eos excitauerat, certissimè comprobantes. Ipse enim iustitiæ sol CHRISTVS, anima sola per mortem à corpore segregata, apud inferos iustorum animis præstò fuit: & dux itineris ad paradisum ferentis prẽijt, lucis princeps uiaeq; ductor eis perinde atque latroni factus. Eadem namque die, ac potius eadem hora ab inferis rediit: ut quidem quũ alij nõnulli, tum is cui aurea lingua nomen indidit, in primis hæc accurratius certiusq; exposuere. Nec enim rationi consonum erat, animam eius apud inferos retineri, qui nihil prorsus à primi parentis maledictione & exitio secum attulisset.

Diuina prodigia in passione Christi exhibita.

Descensus eius ad inferos.

Subitò

A Subitò uerò, &, ut ita dicam, fulgetri celeritate, dignos atq; idoneos, luce summè coruscantis DEI tatis illustrans, ac immensa potentia ex caliginosis illis soleq; carentibus latebris reducens: & principibus ibi tenebrarum, ducibusq; malorum, diuinæ potestatis splendore, & angelicarũ cohortium militia quasi obtritis, nullo tempore, & labore nullo, atque (ut semel dicam) eo qui solum DEVM decet modo, in momento uno, ad sacra immensaq; luce relucentia paradisi tabernacula traduxit: eaq; tabernacula, perinde atq; quosdam arrabones & primitias earũ quæ in cœlis aliquando, post communem scilicet illam resurrectionem omnium condignis atq; idoneis paratæ sunt, mansionum, sempiternorumq; hereditorum, ita ut par erat, eis donauit. Et quemadmodum nuda anima nudis apud inferos animabus, eo quo dictum est modo, SALVTOR uespertina parasceues diei hora præsens affuit, resurrectionemq; quodammodo subindicauit: sic rursum tertia post die, quum profundum etiamnum una sabbatorum esset diluculum, ac sol quidem tum circa paradisum in Edem oriretur, altioraq; & sublimiora montium iuga attingeret: circa nostrum autem horizontem septima, ut sic dicam, aut etiam octaua obtineret hora nocturna, † cum uitæ principe, DEO simili animato, & purè intellectuali corpore, ex sepulchro prodiens, ita ut antea prænunciauerat, resurrexit.

Piarum animarum in Paradisum reductio.

Paradisus, sanctarum animarum ante resurrectionem cõmunem sedes.

Resurrectio Christi.

μετὰ προσφατὸν ἀὼτοῦ καὶ θεοπρεπῆ ἐμψυχωσιν καὶ νοερὸν σώματος

CAPUT XXXII.

ATq; equidem DEVS ipse, idemq; homo, non in angulo aut occulto quopiam loco, non etiam obscuro uel tempore uel modo, est defunctus: sed in ligno sublimè sublatus, gentibus simul & Iudæis spectantibus, & quidem in loco atq; die celebri & insigni festi Paschæ, † uitã finijt. Nec minus sepulcrum magnificum illi fuit: hominis quippe opulenti, et nouum, nuperq; adeò in lapide excisum. Quale & funus, ipsa que sepultura fuit. Aloe siquidem & myrrha admodum commistæ, corpus mortuum sindone & linteis exceptum complectebantur: atq; arctissimè continentes, usq; adeò cõstringebant, ut omnia ea corpus unum esse existimarentur: quòd quouis glutine ea quæ diximus aromata, cuicunq; iungantur rei, arctius potentiusq; eam constringere possint. Et quẽadmodum mors & sepultura CHRISTI irrefragabilem in conspicuo peractæ loco fidem sunt consequutæ: itidem sanè consequens erat, decebatq; resurrectionem eius, ad fidem faciendam, certum quiddam absolutumq; habere, ut omnibus modis firmã indubitatamq; dignis & idoneis persuasionem credulitatemq; astrueret. Itaq; qui substantiam nostrã, excepto peccato, susceperat, uiuificas & salutares perpessiones in conspectu omnium sustinuit, ita ut recẽ suimus. Cæterùm uitalẽ triduanamq; ex mortuis resurrectionem suam, non omnibus prophanis simul & sacris eodem modo perspiciendam permisit: quòd nec æquum, nec sublimis, diuini, & iusti iudicij DEI esse creditum sit, impuris ingratisq; oculis talia committere, & peruersitati cordis * in periculum & experientiam rursum sanctum Israelis tradere, ut in ancipiti dubiaq; consistentes opinione, quemadmodum etiam antea, & in cogitationibus uariantibus non rectum adhibentes iudicium, eum reprobarent atque repudiarent. Illis uerò qui mentem rectam & cor quàm maximè purum obtinerent, claram, & ab omni ancipiti dubitatione alienam, resurrectionem suam exhibuit, fideq; certa comprobauit: primùm quidem à matre & reliquis conspectus mulieribus, deinde à delectis discipulis, aliàs alijs, per dies quadraginta uisus, ac uerbis nouis atque insolitis, simulq; signis & prodigijs naturã superantibus, omnẽ illis (quantum fieri potuit) soluens atq; adimens resurrectionis ambiguitatem. Non his autem solis, sed alijs quoq; miraculis sepulcrum consequutis, fidem resurrectionis suæ confirmauit.

τῶν τελουτῶν ἐσωμάτου

Mors Christi illustris.

Sepultura itẽ magnifica.

Certum resurrectionis eius indicium.

Quur resurrectio Saluatoris non perinde ut mors eius, aperta & manifesta fuerit. εἰς πεῖραν

Quibus post resurrectionẽ apparuerit.

Quæ

Signa euidentissima Christi resurrectionis.

Quæ uerò ea sint, agedum dicamus. Primùm, sigillũ sepulcro impressum, quod intactum permansit: & custodia militaris illa, & genere alienigena, quæ in propinquo sigillum id obseruabat. Præterea ingens ille lapis ad os sepulcri appositus, qui inde defluens, ac potius manu & robore angeli deuolutus (quod sanè in his omnib. opinionem omnẽ excellit) ne ipse quidem uel minimũ signum suum corrupit. Traditum enim nobis est ab antiquis, Iudæos lapidẽ eum qui in salutiferum illud sepulcrum pro operculo positus fuerat, ad summum monumenti labrum, petramq; infernè illi se coniungentem, ferramentis quibusdã fabrili lapici darum arte perforasse, ferrumq; ingens à fabro ex propinquo acceptum, per utrumq; foramen immisisse, & in circi siue annuli formã circumegisse: atq; ita firmiter capitibus cõmissis, omni ex parte quasi uinculum circumduxisse, ut lapis, qualicunq; modo, loco suo reuelli, aut saltẽ ratione aliqua moueri (nisi arte quapiam & ui adhibita, necessariò aut ferrum cõfringeretur, aut petra perrumperetur) nõ potuerit. Atq; ad hunc modum cum magna cura, atq; etiã signo appresso, quum sepulcrũ firmissimè communissent, custodia insuper cõpetenti adhibita, eos abijsse. Quapropter, quum nihil prorsus de signis illis motum mutatum

ἀλοφυρτὶ

uíe esset, & lapis † absq; fragore & sonitu inde defluxisset, qui quidem magnus fuisse perhibetur, ita ut unguenta afferentibus mulieribus, & discipulis ipsis accedentibus, locum is, ubi corpus depositum fuerat, magnitudine sua apertè indica-

ἐπιδεῖξιν

rit: quis nõ euidentem hanc & irrefragabilem resurrectionis † probationem atq; demonstrationẽ agnoscat? Et talia quidem sunt hęc resurrectionis SERVATORIS indicia apertissima. Sindonis uerò & linteorum, ipsiusq; adeò, si placet, in capite sudarij, rursum qualia? Hæc etenim myrrhæ, & aloæ, & item uiuifico corpori illi compacta, & quasi unum corpus, unguentorum ui atq; efficacia, facta, haudquaq; corpus furtim auferri permisere, iuxta Iudæorum insanã dementiã, B Quomodo enim corpus ipsum nudantes, hæc fures sic detraxissent? quũ sepulcralia lintea intacta, & decenter, perinde atq; ei circumdata fuerãt, suo quæq; loco reperta sint? Et sudarium non temerè, sed in uno, capitis scilicet loco, ritè circumuolutum iacuerit? Certum itaq; est ac persuasum omnibus, qui intelligere

Corpus Christi post resurrectionem diutinum.

cognitionemq; assequi & rectè sapere uolunt, Dominum non solum die tertio cum corpore surrexisse, sed etiã cum corpore tenui ac leui: nec amplius mortali & corruptibili & crasso, ut antea, sed prorsus incorruptibili & immortali, atque (ut semel dicam) spirituali magis & diuiniore, quodq; simul DEVS esset, (nam sic dicere ausim) captum sensus omnis excellente, uestituq; & alimento, quo non indigeret, superiore, ita ut & clausas fores naturaliter pertransiret: quãuis mirifica ratione summissionis atq; conformationis, eis quos sibi in arctiorem consuetudinem acciuerat, conspectus sit, & latus fissurasq; clauorum contrectari siuerit, cibumq; cæperit, ac pisces & mel gustauerit, non ille quidem quòd esuriret, sed ut fidem resurrectionis nouæ faceret, & phãtasmatis opinionem aboleret, ineffabili quodam modo præter naturam alimento à diuinitatis igne consumpto.

CAPUT XXXIII.

Sanctarũ mulierũ de resurrectione testimonia.

NEcq; uerò minus ad uerã certãq; resurrectionẽ cõfirmandã faciũt, mulierũ unguenta ferentiũ testimonia. Nã & hæc fidẽ apud DEVM merentur. In CHRISTO nãq; IESV neq; masculus, neq; fœmina, neq; seruus, neq; liber: sed unus, in dignis atq; idoneis, atq; adeò in omnibus, Dominus: una fides, unus sanctus spiritus, q efficit atq; operatur, p arbitrio & uolũtate sua, omnia. Itaq; quẽadmodũ recti integriq; homines, per quos & mũdus uniuersus euãgelica fagena captus est: & secũdũ hos alij, secũdas in fide ueritatisq; cognitione ferẽtes, q prę cæteris propter fidẽ egregiã susciperent digni uisi sunt: sic &

A sic & mulieres plurimæ credẽtes, & necessaria ei ministrantes, à CHRISTO sunt admissæ. In quibus omnib. celeberrima est Maria Magdalis orta, quæ quidem antea septẽ spiritibus afflata atq; detenta, eisq; ab IESV liberata, de cætero conuersandum uiuendumq; sibi cũ curatore suo putauerat. Quapropter cum genitrice DEI, & Salome, & alia Maria, sponsi Iosephi filia, ex Cleophæ fratris eius, qui sine liberis procreatis decesserat, coniuge procreata, atq; eum alijs familiarẽ consuetudinẽ habens, obsequi & ministrare CHRISTO & discipulis eius nõ intermiserat. Magdalenã porrò istam Chananææ illius filiã esse quidam prodiderũt. Cum eis aũt, quas diximus, alia rursum Maria erat, Iudæ Iosephi filij, uniusex duodecim cõiunx: quã etiam minoris Iacobi & Iosæ matrem memorant. Item Ioanna filiorũ Zebedæi, Iacobi & Ioãnis mater. Has q; matri IESV, nec minus ipsimet SERVATORI omnibus officijs præstãdis fideles essent, aliæ plures ex Gallilæa sequebant, ad uestimentorũ usum reliquumq; ministeriũ percõmodæ. Hæ igitur desiderio magistri flagrantes, metu aũt persequutorum sese cohibentes, in sabbato quietæ esse, ut decebat, cogebant. Vespere aũt sabbatorũ, hoc est, post sabbata omnia, (cõsueuere aũt Iudæi ipsos dies septem sabbata uocare) post totius uidelicet hebdomadis peractũ circuitũ, & post mediæ noctis horas unius sabbatorũ, ipsa nimirum illucescente Dominica: Maria Magdalena, & alia Maria (DEI uerò genitricem hanc esse, sacri nobis prodidere libri) ut reliquis feruidiores, uehementioreq; affectæ dolore, unguenta quædã ritè præparata habentes aduenìebant, de Iudæorum cõsuetudine IESVM uncturæ, atq; ex matutino tempore cõploraturæ, lachrymisq; adeò animorũ mœrorem exatiaturæ. Ecce aũt lapidem conspiciunt longè à foribus deuolutũ, angelumq; ei insidentẽ, lucis fulgore oculos perstringentẽ: bonoq; animo eas esse, atq; è uestigio redeuntes,

B mystis discipulisq; cum lætitia resurrectionẽ renunciari iubentem. Reuertentibus itaq; illis obuius fit CHRISTVS, saluere eos iubens: Petroq; & discipulis dicere, ut primo quoq; tempore in Gallilæam, desideratũ ipsum uisuri, irent. Atq; illæ quidem stupore multo perculsæ, ita abiere. Prima hæc post resurrectionem duabus Marijs apparitio atq; exhibitio facta, quã Matthæus & Marcus deprædicãt. Illæ igitur, ut dicere cœpi, abiere, timore à seipsis dissidentes, neq; quidquam eorum quæ uidissent nunciantes. Magdalena certè quidem, sicuti Ioannes scribit, desiderio tabescens, ad monumentũ rediit, iterumq; lapidem sublatũ uidens (somnũ enim seu uisionẽ sibi uidisse uisa fuerat) cõfestim cucurrit, Petro & Ioanni, qui reliquis acriores calidioresq; erant Apostolis, sublatum quidem è monumento esse IESVM, se aũt, ubi locorũ esset, ignorare, annunciatura. Illi porrò solicitiatq; anxij cõfestim ad sepulcrũ accurrere, atq; intus ritè locoq; suo sepulcralia lintea cõposita cernere, & uerborũ quæ is qui resurrexerat proloquutus fuerat, meminisse, resurrectionemq; ipsi fidẽ habere, cæterùm propter metum rursum seipsos cohibere: Maria aũt stans ad monumentũ flere, & dubitans ambigere, ubi nam corpus esset. Tum ibi humana specie angeli duo, alter quidem ad capitis locum, alter aũt inferiore parte, sedentes, quæ nam luctus fletusq; eius causa esset eam rogant. Quibus illa respondet: non adesse eo loco Dominum, seq; ubi nam positus esset, nescire. His dictis à tergo ei præsto adest SERVATOR. Angeli aũt eo uiso ilico consurgũt. Illa porrò angelorũ assurgentium statu exterrita, cõuertitur, IESVMq; astantẽ uidet, cæterùm hortulanũ eum esse existimans, (in horto enim monumentum erat) ad interrogationẽ eius modicæ fidei profert uocem: Si tu, inquiens, illum inde sublatum quópiam deportasti, dic sodes ubi locorum sit, & ego illum tollam. Sed enim Dominus amentiam incredulitatemq; eius una appellatione corrigit & emẽdat. Ibi illa statim cõsuetã dulcẽq; agnoscẽs uocem, ex læ-

Nomenclatura earum. Maria Magdalena.

Ea Chananæa illius filia habita est.

Maria Iudæ Apostoli coniunx.

Vespere autem Sabbati, &c. quomodo accipiendum.

Duæ Mariæ Christum unctura ad monumentũ eunt.

Hæ angelum ibi conspiciunt.

Eisdem apparet Christus.

Maria Magdalena demùm ad sepulcrum currit.

Petrus item, et Ioannes.

Mariæ Magdalenæ angeli duo apparent.

Apparet ei ipse Dominus.

ex lætitiæ abundantia, magiſtrum eum uocat, & myſterio fidem adhibens, uitales pedes ſubitò contingere parat. Eamq́; ille, quòd tam craſſa etiamnũ mente eſſet, ne ſe tangeret, donec ad Patrem reuerteretur, inhibet. Tũ enim eos, qui ſpiritu adhærere adiungiq́; ei poſſent, poteſtate ea frui debere, dixit. Itaq́; Magdalena ter ad ſepulcrum uenit, & bis CHRISTVM uidit: primùm, cum ipſa DEI genitrice, ut diuus cõmemorat Matthæus: ſecundò aũt & tertiò, ſola, ut quidem diuinus ſcribit Ioannes. Iam uerò & quartò aducnit. erant aũt cum ipſa, Maria Iacobi, Ioanna, Salome, & aliæ plures, quæ à Gallilæa uenerant, ſole recens admodũ orto. Quibus, iuxta diuum Lucã, coruſcantibus ſtolis præſtantes, humana ſpecie angeli dicũt, Viuentem nihil habere cũ mortuis per curioſitatem negotij. Reſurrexiſſe enim, & nõ adeſſe eum in monumento, teſtificanť: uerbaq́; eius in memoriã reuocare, atq́; diſcipulis abeuntes eadem indicare iubent. Ita demũ illæ cum feruidiſſima Magdalena reuerſæ, undecim illis, præterea q́; alijs omnibus, quæ uiderant, renunciant. At illi mulierculariũ uerba pro nugis habentes, animũ ad credendum inducere non potuerunt. Et iam fama uiribus magis magisq́; ſumptis, paſſim unà cum die IESVM ex mortuis reſurrexiſſe, increbreſcebat: quum Pontifices, & qui in Concilio alicuius eſſent nominis & exiſtimationis, conſilium texunt: & argento dato milites corrumpunt, ut perſuadere omnibus conarentur, quum ipſi ſomno profundiore cõſopiti eſſent, diſcipulos corpus defuncti magiſtri rapuiſſe. quod ad hunc uſq́; diem, apud eos Euangeliſta falſò iactari dicit.

Quoties Maria Magdalena ad ſepulcrum Chriſti uenerit.

Mulieres diſcipulis reſurrectionem Chriſti renũciant.

Milites ſepulchri cuſtodes pecunia corrupti, corpus Chriſti furtò ſublatum eſſe mentiuntur.

CAPUT XXXIIII.

De apparitione Chriſti poſt reſurrectionẽ, et miraculis eiuſdem.

DEinceps, quoties diſcipulis apparuerit, quibusq́; ſignis & miraculis, eis perculſis cognitus ſit, ne ipſis quidẽ, qui ſuis ipſorum oculis ea ſpectarunt, in publica monumenta referri oportere uiſum eſt, ſublimi DEVMq́; decente terrore ſimul & admiratione, facilis cõpendiariq́; orationis occaſionem illis præbente: quippe quib, illud ſtudio fuerit, ut ea tantũ exponerent, quæ ad fidem nõ ſatis idoneis parumq́; credulis hominibus faciendam ſufficerẽt, plurima aũt ſecuritati ſilentij cõmitterẽt. Diebus enim, diuinus inquit Lucas, quadraginta ex interuallis ſe illis exhibens, & quidem non ſine miraculis & prodigijs, quæ regni DEI eſſent, læto recenſuit nuncio. Primùm itaq́; ſicuti antea dictũ eſt, mulieribus, utpote fidè feruentioribus, ac deſiderio cordis magis flagrãtibus, cõſpectus eſt. Deinde Simoni Petro, & ipſi ſingularem ardorem erga magiſtrũ obtinenti, in primisq́; linguæ lubrico lapſo, atq́; maiorem in modum ſupra alios rerũ ſuarũ ſatagenti. Ac eadem ipſa, tertia quidẽ illa, ſed prima reſurrectionis die à Luca & Cleopa, iter carpentibus, quũ ueſpere ad cœnam cum eis conſediſſet, per panis nimirũ fractionem, cognitus eſt: qui, quum è cõſpectu eorũ euanuiſſet, ipſi cœna relicta, nullaq́; mora interpoſita, eò ipſo tempore cum feſtinatione Hieroſolyma reuerſi ſunt: atq́; in cœnaculũ, ubi & cœna peracta fuerat, & tum diſcipuli metu percuſſorum confertim conuenerant, quàm primum aſcenderunt. Ibi eis apparitio CHRISTI Simoni Petro exhibita, aliaq́; de ipſa Magdalena, de lapide, & de angelis, præſtantiſsimis ueſtimentis coruſcantibus, magna cũ uoluptate renũciata ſunt. Et ipſi uiciſsim, quod illis in itinere euenijſſet, & ut eum panem frangentem cognouiſſent, cõmemorarunt. Sedenim nõ exigua quoq́; tũ ibi excitata eſt turba ab eis, qui inter ſe ancipites adhuc erãt. Cæterum illis ita ambigentibus, propter earũ rerum quæ dicebanť nouitatem, circa eius ipſius diei ſerũ, ueſpera increbreſcente, quũ fores firmiter clauſæ manerent, (metuebãt enim, ne quis clàm ingrederetur) derepentè in ipſorũ addubitantiũ medio cõſiſtẽs Dominus, ſerenã trãquillitatẽ animis eorũ immittit: ac turba ſedata, pacem

Apparuit mulieribus:

Petro:

Lucæ & Cleopæ.

Ipſis undecim diſcipulis.

A pacem eis more ſuo apprecatur, manus quoq́; & pedes præterea & diuinum latus contrectandum permittens, fluctuantem eorum de reſurrectione opinionẽ diſſoluit, & plenam illis certamq́; facit fidem, ut firmiter conſtanterq́; crederẽt, ſe eum ipſum, qui clauis nuper admodum transfixus fuerat, non ſpiritum eſſe. Quomodo enim ſpiritus carne & oſsibus uteretur, ſicuti illi illum habere uiderẽt, aut quomodo attactum admitteret, qui prorſus incontrectabilis eſſet? Itaq́; ego, inquit, ſum, non prorſus omniq́; ex parte mutatus. Atq́; equidem primus nunc primitias Paracleti uobis in faciem ſpirans, Accipite, dico, Spiritum ſanctũ, per quem poteſtatem etiam tribuo ſoluendi ligandiq́; quicunq́; peccauerint homines. Conuenit autem uos ſcire, id quod ſæpenumero uobis à me eſt dictum, ſic omnia oportuiſſe fieri: CHRISTVMq́; ex præſcripto literæ, pati, & ad gloriam ſuam reuerti. Vt autem non oculis modò ipſis, auditúq́; et tactu, uerùm etiam guſtatu, fidei confirmationem habeatis, quòd ſcilicet non ſpectrum, ſed ego ipſe ſim, qui in ligno quidem mortuus, & in ſepulchro clauſus fuerim, inde autem diuina ui & potentia euaſerim: ſi quid uobis in promptu eſt cibi, proferatur. Atq́; illi partem piſcis aſsi, & mel fauo ſuo mixtum, ei apponunt. Itaque in conſpectu omnium, manibus, quæ propoſita erant, carpens, edit: & præterea potum deguſtat, ex mortuis corporis reſurrectionem confirmãs. Et talem quidem SERVATORIS apparitionem & exhibitionem apud diſcipulos, diui Lucas & Ioannes optimè in Euangelijs ſuis promulgarunt. Ea autem quæ porrò ſequuntur, tonitrus filius intonuit. Thomas nanq́;, cui & Didymi cognomen erat, ueſpertino ſpectaculo CHRISTI non aderat. Quapropter quum reliqui diſcipuli cum gaudio aduenienti ei apparitionẽ annunciarent, moleſtè eum ſermonem ferebat: atque iniuria ſe affici putans, animo propter fluctuantem opinionis ambiguitatẽ

B in partes uarias diuidebatur: nõ modò ut annunciantibus nõ crederet, uerùm etiam illum reſurrexiſſe negaret. Quî enim id, homo quũ eſſet, faceret? Quin & obnixè contra aſſeuerantes cõtendebat, ſe non crediturũ, niſi manibus ipſe ſuis clauorum fiſſuras attingens, manumq́; intra latus immittens, rem ipſam per contrectationem certò deprehenderet. Poſtquam autem deinceps octaua aduenit dies, foribus modo ſuo ritè occluſis, ſectatoribus CHRISTI omnibus ſimul ibi metu congregatis, (aderat autem cum eis & Thomas) rurſum Ieſus ſine ſtrepitu omni adeſt, tacitéq́; ſpirituali, & ut uno uerbo dicam, diuino corpore illo, nullo obſtante impedimento, in medio eorum aſtans, conſuetam ſibi uocem profert. Deinde & Thomæ dubiam ambiguitatẽ adimens, & per illum apud alios omnes certa firmaq́; iaciens reſurrectionis fundamẽta, manus ſimul & pedes ipſumq́; latus oſtentat, accurateq́; & diligenter pertractare iubet clauorũ ueſtigia, & quæ ſatis alta erat, lateris fiſſuram. Itaq́; in tantum illius fides ea contrectatione eſt confirmata, ut uoce magna & Dominum & DEVM ipſum profiteretur.

Eiſdem ſpiritum ſanctum afflat. Poteſtas ligandi & ſoluẽdi.

Chriſtus in cõſpectu diſcipulorum ſuorum edit.

Thomas Didymus incredulus.

CAPUT XXXV.

POſtea rurſum Petro, Thomę, & Nathanaeli, Zebedęi liberis, & duobus præterea alijs, in Tiberiadis mari capiendis piſcibus occupatis, cernitur. Nox uerò tota illis abierat, quum admodum laboraſſent, nihil autem prorſus eius quod ſperaſſent conſequuti eſſent. Cæterum unà cum diluculo IESV appetente, & uerriculũ ad dextram immittere laxare q́; iubente, tanta uis piſcium extrahitur, ut ſagenam ipſam pertrahere non poſſent. Piſcium igitur immenſa opinionemq́; excedente captura, quis nam eſſet, qui in littore aſtabat, cognoſcitur. Et Petrus cõtinuò natat. (circiter enim ducentos cubitos à terra aberant) Ardenti nanq́; deſiderio cõcitus ille, quum linteolo quod

h ei

Apparuit item diſcipulis quibuſdam piſcantibus.

Plurimorum & maximorũ piſcium captura per miraculum.

Denuò Chriſtus Apoſtolis cõgregatis apparuit.

Thomæ ſe contrectandã præbuit.

ei tum subitò tempus suppeditauerat, lumbos circumcirca cinxisset, undis innatans, suauissimeq; subinde aquã spiritu attrahens atq; remittẽs, ad CHRISTVM cõtendit. Reliqui uerò naui piscatoria remigãtes, ad littus appellũt. E naui itaq; digressi, desideratum illum suauiter salutant, et amplectũtur. Et ecce, in solo prunas & piscem cum pane positum cernunt, sanctorũ scilicet angelorũ, ut puto, manibus ientaculum præparatum. Iubentur præterea & ex recens captis piscibus aliquid afferre ad epulas. At illi conscenso nauigio, rete pertrahunt piscibus confertum, & numero & magnitudine præstantibus. ad centum enim quinquaginta & tres erant. Mirandum autem erat, quum tot & tanti illi essent, uerriculum ruptum prorsus non esse, adeò ut eo ipso prodigio, certò illis Dominum eum esse, constaret. Quapropter magna inter se affecti sunt uoluptate atq; lætitia: et ille cum eis ex eo quod propositum fuerat, communicauit cibum. Enimuero, quum admirandũ illud † ientaculum finem suum haberet, non semel, sed iterum ac tertiò Dominus Simonem interrogauit, an se plus alijs diligeret: non ille quidem rescire hoc uolẽs, (quomodo enim id ei opus esset, qui manifesta compertaq;, etiam quæ nondũ facta essent, haberet?) sed ut per triplicem expressam professionem triplici mederet negationi. Vt autem ille celerrimè amorem est professus, hactenus audiuit se * legitimũ uerumq; officium præstiturũ esse, quatenus re ipsa & ópere rationales oues pasceret. Id uerò tum demũ fore, si animam quoq;, sicuti ipse, pro illis ponere uellet. futurũ enim, ut ipse ouibus præfectus, itidẽ per crucem DEVM glorificaret. Id nanq; innuit uerbũ illud, iuniorẽ ipsum quidẽ, quocunq; uoluisset, iuisse: senem aũt alij manus ad uinciendũ præbiturũ, uiamq; ad mortẽ ferentẽ, quã natura, uitã quàm lõgissimè producere cupiens, abhorreret, iturũ. Intellexit ille quæ dicta fuerant, & discipulũ eum † qui super pectus Domini recubuerat, ponè sequentem uidit. Itaq; & de fine obituq; eius quæsiuit. Cæterùm Dominus, eo quòd temerè et frustra arcana inscrutabilis iudicij DEI inquirere & inuestigare uellet, acrius obiurgato: Si eum, inquit, uolo in præsenti uita cum corpore manere, donec ueniã, (casum Hierosolymorũ, aut secundũ aduentum suum scilicet innuens) quid id ad te? Tu, quemadmodũ tibi constitutũ est, itidem ut ego, ad crucis mortem te para. De Ioanne uerò, aut aliquo aliorũ, non tibi, sed mihi curæ erit. Atq; inde fama increbuit, discipulũ illum mortẽ non uisurum. Quam quidem multorũ opinionem tanquã importunã, minusq; ueram ipse corrigens, Non dixi ei, inquit IESVS, quòd moriturus non sit: moriturus est enim eo, quo DEI genitrix, modo: confestim uerò reuiuiscet ac resurget, incorruptibili scilicet corpore alterum magistri expectaturus aduentum.

Cibus diuinitùs præparatus.

Ioannis apostoli, & Mariæ Deigenitricis decessus.

CAPVT XXXVI.

Postremùm se discipulis Christus exhibuit.

DEinde iuxta sublimem Matthæũ, ab eis cõspicit in Gallilææ mõte, & ibi à patre potestatẽ summã cœli & terræ sibi, iuxta humanitatẽ scilicet, traditã esse confirmat: eosq; cohortatus, proficisci ad gentes omnes iubet, arcanis sacris initiaturos: baptizaturosq; in nomẽ patris et filij & spiritus sancti, credentes, præceptaq; seruaturos omnia. se quoq; uersaturum cum eis per dies omnes, ad cõsummationem usq; seculi præsentis, pollicet. Postea per Bethaniã eos in mõtem oleurũ ducit, & promissionẽ spiritus promittit, in Hierusalem uidelicet sedentibus, expectãtibusq;, donec cœlitùs diuinorũ † omnis generis armorũ spirituali apparatu instruerent. Et quũ præcipua mãdata et munera functionis Apostolicæ cõcionãs exposuisset, benedictionemq; eis, pro eo atq; decebat, largitus esset, spectantibus eis, lucidissima nube circũdatus, in cœlos sublatus est; & cum ea, quam receperat, accessione DEIficata, reuersus ad dextram

Christus de amore erga se Petri certior fieri uult.

Quid sibi uelit triplex interrogatio.

** τὸ γνήσιον*

Mors sua Petro prædicta.

ἀναγράφον

Petrus de Ioannis quoque obitu curiosè inquirit.

πλὴν ἐνυπάρχον παγκοπίαν.

Ascensio Christi in cœlum.

A ad dextram patris consedit. Ne autem ea res mœrorem eis crearet, (quòd nõ iniquum esset, eos magistro orbatos, immenso corripi dolore) & hoc ipsum pastori bono curæ fuit. Angelos enim duos demisit, qui reditum eius in cœlos indicarent, admirandaq; & ineffabili eos implerent lætitia, sic illum cum illustri magnificentia rediturum annunciantes. Itaque adoratione peracta, libentes domum redeunt, & in cœnaculo illo Paracleti expectant aduentum. Precatio autem eorum erat exercitium, ut diuus Lucas testatur. Catalogo namq; undecim
» discipulorum recensito, deinceps addit: Et omnes isti unanimes constanter ora-
» tioni & precationi incumbebant, unà cum mulieribus, & ipsa Maria matre IE-
» SV, cum'que ipsius fratribus, tantisper dum paracletum decimo ab ascensione, quinquagesimo autem à triduana resurrectione die, substantialiter descendentem acciperent.

Vt quidẽ cõiectura colligere licet, post dies duos Hierosolyma sunt reuersi in Sabbato. Huius enim gratia & Sabbati habebant utiã, ut diuus Lucas dixit. Est autem Sabbati iter, passus bis mille, quantum ui delicet castra à tabernaculo testimonij abe rant: quemadmodũ diuinus cõstitutiõ Moses. Sancta porrò et diuina ascẽsio die quinto est facta.

CAPVT XXXVII.

ERùm enimuerò, fortasse quispiam eorum qui discendi studio nullũ refugiunt laborem, & eiusmodi rebus inquirendis delectantur, dixerit, quam ob causam tertio quidẽ die Domini resurrectio, reditus autem in cœlum quadragesimo peracta sit: decimo porrò deinde, à sancta autem resurrectione quinquagesimo, Spiritus diuinus, ita ut promissus fuerat, missus in Apostolos descẽderit. Arbitror enim nihil temerè & casu aliquo, sine singulari quapiam consideratione, à SERVATORE VERBO, cum ratione & ordine decenti, ut par est, exequenti omnia, factum esse: nisi quòd propter cognitionis incõprehensibilis difficultatem, humanæ mentis ea superant captum. Mihi quidem nonnihil super intelligentiã ipsam & noticiam audenti, Vniuersitatis huius Dominus resurrectionẽ suam propterea in diem tertium contulisse
B uidetur, quum tres præcipui ordines siue ætates hominũ uitæ, ex quo patria nostra eiecti sumus, numerentẽ, eorum nimirum qui ante legem datam, deinde qui sub lege ipsa, postremò qui post eos extitere (qui etiam uitæ, quæ per gratiã est, participes sunt) quod is qui pro salute omniũ mortem obeundã susceperat, restituere triduanam mundo uastitatem & direptionem debuerit, unicuiq; parti earum ætatum quasi signo impresso, libertate à corruptione & pernicie, accommodata conuenientiq; proportione descensus ad inferos, seu potius corporalis in sepulchro mansionis mortificationisq; suæ, cõfirmans. Quod si cui placeat, generis humani † in principia elementaq; sua resolutionẽ, eiusdemq; restitutionẽ, ad causam Dominicæ resurrectionis referre: & propterea quòd ea à perfectrice rerum cunctarum Trinitate effecta sit, tribus, à Domino omnium, diebus mortem esse abolitam, affirmare: ab eo quoque nostra non dissentiet contemplatrix consideratio. Lazarus siquidem, mundanæ corruptionis elementarisq; resolutionis & regenerationis typus & exemplar, in fatalem ac morti etiamnum obnoxium restituitur ordinem, quem in elementaribus eodem numero principijs ipse Christus constituerat. Quadragesimo autem die ad cœlos paternumq; reuertitur thronum Dominus: quòd & lex rerum futurarum exemplar & figura, ijs qui ex corruptione progeniti essent, per hunc numerũ, quasi sacrum ductorem, aditũ & ingressum ad sacra adyta permittit. Eam scilicet ob causam etiam nunc primogenitus ex mortuis factus CHRISTVS, immortalitatemq; creaturæ suæ per restitutionem asserens, ad supercœleste nullaq; manu factum, nec non † omnium sacrorum sacratissimum ipsius sanctum sanctorum, splendidè ac magnificè contendens recipitur.

Quatriduana Lazari mors quid designet.

Quo mysterio quadragesimo à resurrectione die Christus cœlos ascẽderit.

ἀνάστασιν.

ἀναστοιχείωσιν. ἀνάστασιν.

πάντων ἱερῶν ἱερώτερον αὐτὸ ἅγιον τῶν ἁγίων.

CAPVT XXXVIII.

Consideratio pia, quur quinquagesimo à resurrectione die Spiritum sanctũ Christus Apostolis miserit.
ἐπανόδους. ἀναγωγίας.

CActerùm quinquagesimam diem reperio, nõ solum quòd ipsa sacra, A
è radice sacra ortum ducat, ex illa nimirum die, sua ipsius circulari in
se ipsam reuolutione emergẽs, qua die, ab omnibus quecunq; uoluis-
set operibus, seu † in peregrinatione sua, seu in mũdi cõstitutione ef-
fectis, creator ipse conquieuit: uerumetiam, quòd typum & imaginem impleuit
perpetuæ illius omnisq; ueſperæ expertis remissionis diei. Quapropter etiã eis
qui iuxta ueterem literam uiuebant, tanquam per umbram exhibita, libertatem
rerum omnium concedebat, circulari annorum cursu in numero isto consisten-
te: eisq; rebus, quæ tum agebantur, indicantibus, post septimanũ hunc fatis ac
seruituti obnoxiæ uitæ nostræ circuitum, aduenturã esse diem illam, qua in anti
quum nos statum recipi, pristinamq; & cœlestem libertatem restitui oporteret.
Quum itaq; & nunc Spiritus sancti aduentus ita comparatus sit, ut nouum no-
bis uitæ modum præscriberet, & ad illam ipsam diem, ex obscura & caliginosa
Quid ita decimo ab ascensione die Spiritus sanctus aduenerit.
διατί τῇ δεκάτῃ τῆς ἀναβάσεως τρίτῃ.
τρίτη ἐξόδου λόγος.
præsentis uitæ nocte, nos excitaret: ideo in hac ipsa aduenit ille die. Decima au-
tem ea est post ascensionẽ dies, quod, sicuti septenaria in seipsam per circuitum
reuersa, quinquagesimã remissionis diem profert: itidẽ & tertia in seipsam reuo-
luta, hanc ipsam nobis sacrã substãtialis Spiritus aduẽtus diem creat. Erat quip-
pe hoc sic consequens & cõsentaneũ, nõ tantum † propter diuinam rerum omni
um principis trinitatem, uerumetiam quòd ingens hoc resuscitationis & restitu
tionis mundi opus † quod tertium in trinitate est VERBVM: arcana admodum,
ut paulo antè memorauimus, ratione peregit. Dictum præterea à nonnullis est, B
decima ab ascensione die, Spiritum, alium quippe paracletum, propterea uenis-
se, quòd reuertente cum DEI ficata humanitatis accessione DEO VERBO, ex
nouenaria principum angelorũ classe, ordo quilibet seorsim accedens, accessioni
ei DEIficatæ unà cũ Diuino VERBO, debitam sacrarit atque præstiterit adora-
Oeconomia restitutionis generis humani.
tionẽ: quippe quæ res recõciliationẽ generis nostri, sapientissimè optimeq; ad-
ministrarit, et postea iuxta promissionem, diuinum missum esse Paracletum. Ad
hunc quidem modũ nobis hæc dicere in mentem uenit. nihil etenim temerè, aut
citra singularem insignis considerationẽ contemplationem, VERBVM fecit atq;
impleuit. Si quid uerò est alterius arcani mysterij, abditarum secretarumq; re-
rum IESV amplitudine dignum, id illi uiderint, quibus profundam altitudinem
rerum ineffabilium diuinitusq; peractarum, acrioribus contemplationis oculis
prospicere est concessum.

CAPVT XXXIX.

Luculentissimũ Iosephi historici de Saluatore nostro testimonium.
ATq; equidem, quæ de CHRISTO, in sacrorum Euangeliorũ librum
relata sunt, ut ea quàm breuissimè exponi potuerũt, ad hunc sese ha-
bent modum. Reliquum nunc esse puto, Iosephum quoq; ueritatis
amantem apud Hebræos historicum, in medium producere, & quæ
is in decimo octauo Antiquitatũ libro de Seruatore nostro IESV CHRISTO scri
pta reliquerit, primo huic historiarum libro, tanquam coronidem apponere.
Quum enim de præcursore Ioanne, ea quæ paulo antè recensuimus, exposuis-
» set, deinde de CHRISTO uerbis hisce ita scribit: Extitit eo tempore IESVS, uir
» sapiens, siquidem uirum eum dicere fas est. Erat enim operum, opinionem fi-
» demq; omnẽ excedentiũ, effector: & hominũ eorũ qui libenter ueritatem com-
» plecterentur, magister. Multos enim simul & ex Iudæis, & ex Græcorum super
» stitione, in disciplinã suam asciuit. CHRISTVS is fuit. Et quum eum principum
» apud nos uirorum delatione, Pilatus crucis supplicio affecisset, non tamen, qui
ante

A ante eum erant complexi, consectari supersederũt. Apparuit quippe illis tertio “
post die superstes ac rediuiuus. Quandoquidem diuini prophetę & hoc & alia, “
de eo admiranda, uaticinati fuerant. Et ad hodiernum usq; diem, quæ ab eo est “
cognominata, Christianorum gens non defecit. Hæc Iosephus.

CAPVT XL.

Effigies & statura Christi.
σύνοφρυωμος. ἐπίρρινος.
σύστροφος.
POrrò effigies formæ Domini nostri IESV CHRISTI, sicuti à ueteri-
bus accepimus, talis propemodum, quatenus eum crassius uerbis
comprehendere licet, fuit. Egregio is uiuidoq; uultu fuit. Corporis
statura ad palmos prorsus septem. Cæsariem habuit subflauam, ac
non admodum densam, leniter quodammodo ad crispos declinantem: supercilia
nigra, non perinde inflexa. Ex oculis subflaueſcentibus mirifica prominebat
gratia. Acres ij erant, & nasus longior. Barbæ capillus flauus, nec admodũ de-
missus. Capitis porrò capillos tulit prolixiores. Nouacula enim in caput eius
non ascendit, neq; manus aliqua hominis, præterquàm matris, in tenera dunta-
xat ætate eius. Collum fuit sensim decliue, ita ut non arduo & extento nimium
corporis statu esset. Porrò frumenti referens colorem, non rotundam aut acu-
tam habuit faciem, sed qualis matris eius erat, paulum deorsum uersum uergen
tem, ac modicè rubicundam: grauitatem atq; prudentiam cum lenitate coniun-
ctam, placabilitatemq; iracundiæ expertem, præ se ferentem. Persimilis denicq;
per omnia fuit diuinæ & immaculatæ suæ genitrici. Ac hæc quidem hactenus.
Primi huius Historiarum.
Complectitur autem primus hic historiarum Liber, annos triginta tres: initio
sumpto à quadragesimo secundo Augusti Cæsaris iam feneſcentis Imperij an-
no, quo Dominus noster IESVS CHRISTVS cum carne, ex sancta processit
B uirgine: fine autem in decimum octauum Tiberij Cæsaris imperantis annũ de-
sinente. Qui quidem à mundo condito, quater millesimus quingente-
simus trigesimus octauus, à natiuitate autem DOMI-
NI trigesimus tertius fuit.

Nicephorus, atq; alij itidem authores, passionem Christi Iesu Saluatoris nostri, in decimumoctauum imperantis Tiberij annum referunt: quo anno Consules fuere Fur. Camill. Aruntius Scribonianus, & Cn Domitius Aenobarbus. At Lactantius Instit. diuinar. lib. 4. Tiberij, inquit, anno quindecimo, id est, duobus Geminis Consulibus ante diem septimum Cal. Aprilium, Iudæi Christum cruci affixerunt. Eorum consulum integra nomnia fuerunt, C. Rubellius Geminus, & C. Fusius Geminus. Lactantius Tertulliani sententiam est secutus, cuius hæc uerba sunt in lib. aduersus Iudæos: Tiberij quintodecimo anno Imperij passus est Christus, annos habens quasi 30. quum pateretur, &c. Quæ passio perfecta est sub Tiberio Cæsare, Coss. Rubellio Gemino, & Rufino Gemino, mense Martio, temporibus Paschæ, die octauo Cal. April. die prima Azymorum: quo agnum ut occiderent ad uesperam, à Mose fuerat præceptum.

SECVNDI TOMI CAPITA.

I. *Vt post ascensionẽ Domini, Matthias pro Iuda in numerũ duodecim Apostolorũ sit cooptatus.*

II. *De Spiritus sancti ipsa die Pentecostes subito aduentu, & de miraculis per Apostolos editis. De fidelium unanimitate & uita, & de septem diaconorum seu ministrorum electione.*

III. *De electione Iacobi fratris Domini. Et expositio de genere Iosephi, sponsi Mariæ, & Ioannis Baptistæ, nec non sanctissimæ Deigenitricis: ex scriptis Clementis collectoris, Euodij, & Hippolyti, qui Apostolorum successores fuerunt, decerpta.*

IIII. *De Pontificibus Hebræis, qui ab ipso Aaron, ad Iacobum primum Hierosolymitanum episcopum, & captiuitatem Hierosolymorum usq; ordine successerunt.*

V. *De Stephano primo martyre, & Paulo organo electo.*

VI. *De Philippo uno ex septem diaconis, & de Simone Mago. Item de Eunucho Candaces reginæ Aethiopum. Item de miraculis diui Petri. Præterea de Cornelio Centurione, & eis qui ex Ethnicis animum applicuerint Christo. Et ut Antiochiæ Barnabas & Paulus primi, fideles ipsos Christianos cognominauerint.*

VII. *Ea quæ ab Augaro, in ciuitate Edessa, per Apostolum Thaddæum sunt acta: & de imagine Seruatoris Christi, nulla manu interueniente, picta.*

VIII. *Vt Tiberius Cæsar, rebus Seruatoris Christi ex literis Pilati cognitis, sit permotus: & quæ de eo Tertullianus memoriæ commendarit.*

IX. *Vt Caius Tiberio successerit, & de Philonis ad eum legatione, & quæ de Caio Philon & Iosephus memorent, & ut inde Romanorum in Iudæos furor & rabies coorta sit.*

X. *Quæ mala Iudæis conciliauerit atq; intulerit Pilatus, & ut is illata sibi ipsi manu interierit.*

XI. *De Imperio Claudij Cæsaris, qui Caio successit: & de fame, quæ sub ipso inualuit, & de Theuda impostore.*

XII. *Martyrium Iacobi apostoli, filij Zebedæi: eiusdemq; fratris Ioannis Theologi.*

XIII. *Vt Agrippa, qui et Herodes dictus est, persequutione in Apostolos cœpta, diuinam statim uindictam sit expertus.*

XIIII. *De Simone Mago, eiusq; hæresi, & ut ei restiterit in primis Romæ diuus Apostolus Petrus.*

XV. *De Euangelio Marci, & ut in Aegypto et Alexandria ab eo primùm Monachorum uita sit instituta.*

XVI. *Qualia sapientissimus Philon memoriæ prodiderit de eis, qui primũ in Aegypto Christi philosophiam professi sint & exercuerint.*

XVII. *De Philonis scriptis, & de moribus eiusdem.*

XVIII. *De Iosephi ueritatis consectatoris libris, & quales eius quoque mores fuerint.*

XIX. *Vt Paulus gentes ad professionem fidei Christianæ perduxerit: & de quæstione mota de lege Mosaica à Gentibus seruanda. & quid Hierosolymis congregati Apostoli de ea, per Epistolam decreuerint.*

XX. *De sacrosancti præconis Pauli in Macedonia rebus gestis: & de Dionysio Areopagita, libriscq; eiusdem.*

XXI. *Vt ipsa Deigenitrix naturæ lege mortua, ad cœlestia tabernacula corporaliter sit translata.*

XXII. *Ex Dionysio Areopagita, ut diui Apostoli, cum ipsius filio, ad producendum Deigenitricis funus, ex ultimis terræ finibus uniuersi conuenerint. & de Iudæo, cui manus exarescens decidit, quòd loculos seu pheretrum Diuæ Virginis impiè & irreuerenter contrectarit.*

XXIII. *Qualia etiam Iuuenalis Hierosolymitanus de sacrosancta assumptione purissimæ Deigenitricis memoret: & de eiusdem forma, moribusq;.*

XXIIII. *Vt diuus Paulus ex Oriente in Occidentem transierit: & inde rursus in Orientem migrarit, diuinum & Angelicum annuncians sermonem. & ut Epheso mari in Syriam uadens, Hierosolyma peruenerit.*

Vt idem

XXV. *Vt idem Paulus Ephesi sub præside Hieronymo, ad beluas damnatus, cum eisdem depugnauerit, & diuinò auxilio uictor euaserit.*

XXVI. *De seditione Hierosolymis sub Claudio orta, & de impudenti audacia sacerdotum sub Nerone & Felice: & de prædonibus sicarijs, nec non pseudopropheta Aegyptio.*

XXVII. *De Petri apostoli miraculis, & item Simonis Magi præstigijs: & ut utrunque Nero Roma expulerit.*

XXVIII. *Vt Paulus Hierosolymis quum esset, sese tempori & loco prudenter accommodarit, in eo quòd ibi iuxta ueterem legis ritum uixit. & ut graui catena uinctus à tribuno concionabundus, quæ ei acciderint, disseruerit. Item ut Cæsaream ad præsidẽ Felicem sit deductus, in custodiamq; coniectus.*

XXIX. *Vt Paulus cum eis qui Hierosolymis uenerant, se defendens disputarit. De Felice et Drusilla: item de Festo, qui Felici successit, apud quem liberè causa dicta, appellauit Cæsarem.*

XXX. *De Agrippa & Berenice: & de concione, quam apud eos Paulus habuit.*

XXXI. *De traiectione Pauli in Italiam, & de naufragio eiusdem.*

XXXII. *Vt in insula Melita manum Pauli uipera morsu uiolarit. de Publio, aliisq; Pauli miraculis.*

XXXIII. *Vt inde Paulus naui Alexandrina, per Syracusas Romam uenerit: & cum primarijs ibi Iudæis sermones disputando contulerit. Et ut apud Neronem se steterit, & tum quidem absolutus fuerit: bienniumq; Romæ permanens, regnum CHRISTI, citra impedimentum, cum multa libertate prædicarit.*

XXXIIII. *Vt postea Roma excedens, rursus ad prædicandi munus ierit: et denuò Romam uenerit, martyriumq; subierit. & de diuinis eius Epistolis.*

XXXV. *De peregrinationibus Petri apostoli. & de sacro Clemente, & genere eius: & ut ipse quoq; postea Romam uenerit.*

XXXVI. *De miraculis Apostolorum Romæ editis. De interitu Antichristi Simonis: & ut Petrus & Paulus Romæ martyrij certamen absoluerint.*

XXXVII. *De crudelitate & turpidine Neronis: qualia quidã ex Ecclesiasticis scriptoribus nostris de eo, deq; sacro obitu sanctorũ Apostolorũ memoriæ prodiderint: et de diuina eorũ ultus facieiq; figura.*

XXXVIII *Quomodo frater Domini Iacobus certamen pro Christo peregerit.*

XXXIX. *De Andrea & Bartholomæo, sacrosanctis Apostolis, quomodo martyrio pro CHRISTO sint cohonestati.*

XL. *De Thoma, Iacobo Alphæi, Simone Zelote, Iuda, qui & Lebbæus est dictus: et de Matthia, qui in locum proditoris est subrogatus.*

XLI. *De sancto Apostolo & Euangelista Matthæo.*

XLII. *De sancto Apostolo & Euangelista Ioanne, & de diuina eius assumptione.*

XLIII. *De sanctis Apostolis & Euangelistis Marco & Luca, qui ex numero septuaginta discipulorum fuerunt.*

XLIIII. *Qui sint duodecim Christi discipuli & Apostoli, & qui ex eis matrimonium contraxerint.*

XLV. *Qui ex Apostolis testamentarios siue Canonicos reliquerint libros. & de sacrosanctis quatuor Euangelijs, ex quibus causis sint scripta, atq; de eorum ordine. Item de Apostolorum actis, Catholicisq; & alijs sanctorum Apostolorum Epistolis.*

XLVI. *De Testamentarijs libris quibusdam in dubium uocatis, ut postea robur & authoritatem obtinuerint. Item de spurijs & adulterinis, omninoq; reprobandis scriptis.*

ECCLESIASTICAE Historiæ Nicephori Callisti Xanthopuli, Tomus II.

CAPUT I.

περὶ θεολογίας.

PRIMO libro, quæ opus fuit, de VERBI diuinitate, & doctrinæ Christianæ antiquissima origine, quod uidelicet institutum expræscripto Euangelij uiuendi, unà cum ipso mundo extitit: à ueteribus DEO dilectis hominibus, quasi per umbram frequentatũ: præterea quod appellationes SERVATORIS nostri in magnum antiquitùs fuerint honorem, & quomodo Iudæorum regnum iam inde ab initio ad Herodem usq; sit deductum: tum autem de apparitione & præsentia SERVATORIS CHRISTI in terris, simul'que de uita & institutis eius: insuper de Apostolorum electione, de baptismo, diuina passione, resurrectione, & reditu eius in cœlos, denique de restitutione mundi exposuimus. Deinceps ea quæ post ascensionem SERVATORIS acta sint, breuiter percurremus, rebus Apostolorum gestis suauiter immorantes, ubi'nam & quomodo salutiferum VERBVM per habitabilem orbẽ increbuerit, quaslibet etiam uniuscuiusq; eorũ per spiritũ effectiones & opera, & quem quisq; uitæ finem habuerit, quas ue ex gentibus constituerit Ecclesias, postremò quibus functionis suæ illi reliquerint successiones. Eaq; partim ex diuinis literis colligemus, partim ex alijs historicis, ut sese quisq; locus dabit, afferemus. Itaq; sacri & diuini Apostoli, quũ ex mõte Oliueti in domum Ioannis Euangelistæ ad Sion sitam, (ubi quoq; DEI genitrix à uirgine eodemq; discipulo seruata usq; ad uitalem obitum eius, ut antiquitùs fama obtinet, uixit) reuersi essent, orationiq; & precationi uacarent, paulo pòst, quum eò centum & uiginti conuenissent homines, Petrus, concione habita, primus duodenarium Apostolicæ electionis numerum supplendum esse arbitratur: & ex septuaginta illis, qui & sermone & opere illustres essent, duos producit, ut ex eis alter pro Iuda, qui suum ipse prodiderat Magistrum, locum ministerij sortiretur. Iustus & Matthias delecti isti erant. Quum autem sortes missæ essent, adhibita congruenti oratione, ut, qui idoneus VERBI ministerio esset, cœlesti suffragio & indicio declararetur, sors in Matthiam peruenit. Ita sacratus ille numerus suppletur, Matthiasq; impositione manuũ duodecim Apostolis adscribitur.

Quæ primo libro sint dicta.

Quæ hoc libro dicenda sint.

Matthias in locum Iudæ proditoris surrogatur.

CAPUT II.

ET iam decima, ab ascensione, quinquagesima autem, ab resurrectione aderat dies, omnesq; unà in cœnaculo congregati erant. Quum derepentè tertia diei hora sonitus ingens, tanquam uento subito & uehementi flante, exauditur, totamq; is complet domum: & linguæ igneæ pari cum discipulis numero dispertitæ, in uniuscuiusque uertice considere uidentur. Itaque illi sanctissimò Spiritu pleni, uarijs linguis gloriam DEI loquuntur, diuinitatemq; IESV eis qui confluebant, deprædicant. Accurrebat enim

Ipso die Pentecostes Apostoli spiritum sanctum accipiunt.

A nim, inquit, multitudo ad fulminis sonitum, & circum domũ eam currebat, uarietatem audiens linguarũ. Aderant quippe tum ibi propter diei celebritatem, ex omni propè orbe, Parthi, Medi, & Elamitæ, Syri simul & Arabes, Romani & Iudæi, Phryges & Cappadoces, &c. Et illi usqueadeò miraculo eo sunt consternati, quòd quidam loquentes intelligerent, quidam uerò minus, ut ebrietatem quoque eis probrosè obijcerent, & uario multiplicíq; percunctantium colloquio conuiciarentur. Ad quos diuus Petrus, diuino aperto ore, causam uarietatis linguarũ indicans, non uinũ id, sed Spiritum sanctum esse dicebat, qui † per spectatorem DEI Iohel promissus esset: Extremis uidelicet diebus, eum à DEO super carnem omnem effusum iri. Oraculumq; id allegans, firmissimis sermonibus SERVATORIS res gestas confirmabat: omnesq; cohortabatur, ut per pœnitentiam resipiscerent, in salutifero IESV nomine baptizarentur, & spiritum acciperent. Ipsis enim, liberisq; eorum, et quos præterea Dominus uocasset, promissionem peculiarem esse, confirmabat: Et confestim ad tria millia hominum ad diuinum accedunt baptismum, qui etiam inde per communionem in doctrina simul & oratione, atque etiam mensæ participatione cum Apostolis perseuerant. Et quum multa miracula per diuos apostolos ederentur, timor animum omnem occupabat. Multi porrò facultates suas uendentes, ad Apostolorum pedes ponunt: & quæ ad necessarium usum essent, duntaxat capiunt. Communia quippe omnia erant omnium, & uno uiuebant in loco: neque cuiquam dicere licebat, se quicquam habere proprij. Quod sanè quum Ananias & Saphira audendum sibi putarent, ut qui diuino mentiti essent Spiritui, repentina morte tolluntur. In templo quoque conueniebant, laudibus DEVM uehentes, & cibum cordis simplicitate communem habentes. Quamplurimi autem ad diuinum ad-
B mittebantur lauacrum, & diuina uis atque uirtus Apostolos consequebatur. nihil prorsus erat malorum, quod non præsentia & attactu illorum celerrimè diffugeret. Itaque pro foribus & sub dio in plateis deponebantur, qui diuturnis confecti erant morbis: ut saltem umbræ Petri participes facti, ab ea qua premebantur ægritudine liberarentur. In quibus ille quoque fuit, qui à natiuitate sua claudus, ad templum decumbebat, attactu enim Apostolicarum manuum, artubus recuperatis exilire est uisus. Inde uerò cõtra eos inuidia exoritur, quæ nomen IESV profundo silentio premendum hortabatur. Illis autem id haudquaquam tolerandum fuit. Quum ergo multa cum libertate VERBVM publicitùs prædicarent, in publicam conijciuntur custodiam. Cæterùm per angelos inde educti, & templum ingressi, idem quod antea facere pergunt. Deinde ab Anna et Caipha concilium cogitur. & qui facile apud eos princeps erat Gamaliel, non prohibendũ Apostolorum opus esse suadebat: hortaturq;, coalescere & obtinere id necessariò oportere, si ita DEO uisum esset: etiamq; atque etiam uidendum eis esse dicens, † ne bellum contra DEVM susciperent. Theudam quoque quendam, & Iudam Gallilæum in medium afferebat, qui censui & descriptioni primæ, multitudinis manu coacta, restitisset, &, quòd contra uoluntatem DEI conatu suo uenisset, perijsset. Tum illi Apostolos plagis mulctandos curant: & absolutis, nequid posthac in nomine IESV uel dicerent, uel facerent præcipiunt. Sedenim quum ingens magis magisq; ad fidem confluueret multitudo, indignatio in ea & murmur Græcorum exoritur, quòd uiduæ eorum despicerentur. Ita Stephanus, & cum eo sex uiri, diuini participes spiritus, precatione et manuum impositione ad ministerium publicum delecti ordinantur.

Ipsi uerò Apostoli soli sibi uerbo uacandum esse statuunt.

Concio Petri ad multitudinem. Ἀπὸ θεόνευστα

Ad concionẽ tria millia hominũ ad Christum conuersa.

Cœnobium Christianorũ.

Ananiæ & Saphiræ horrendum fatum.

Miracula per Apostolos edita.

Christianorũ persecutio.

Gamaliel uerus & sincerus cõsiliarius. καὶ θεοσεβὴς.

Rebellio contra censum & descriptionem uindicata.

Septem diaconorum ordinatio.

CAPUT

CAPVT III.

Iacobus frater Domini, primus Hierosolymis Episcopus eligitur.

SAnè quidem & Iacobum, qui frater Domini dicebatur, quòd sponsi Ioseph filius is, & mater IESV sponsa Ioseph esset, propter excellentem eius uirtutẽ & prẽcipua alia ornamẽta, Iustũ ab omnibus cognominatũ, primum Hierosolymitanæ ecclesiæ Episcopũ creant. Testatur hoc Clemens cõtextor in sexto Dispositionũ libro, ad hunc modũ scribens: Petrus & Iacobus & Ioannes, quos Dominus præcipuo dignatus fuerat honore, post ascensionem eius, gloriam non affectarunt: sed Iacobum Iustum episcopum Hierosolymorũ legerũt. In septimo aũt eiusdem argumẽti libro hęc quoque de eo commemorat: Iacobo Iusto, & Ioanni, & Petro post resurrectionem Dominus cognitionẽ & scientiã tradidit. Hanc illi reliquis Apostolis, atq; ij rursum alijs septuaginta, quorũ unus quoq; Barnabas fuit, tradiderunt. Duo autẽ

Iacobi duo.

fuere Iacobi: alter Iustus, qui ex templi pinnaculo deiectus, & à fullone fuste ad necem usq; cæsus est: alter autem, qui capite est ab Herode plexus. Iusti porrò istius & Paulus mentionem facit, scribens: Alium autem ex Apostolis quenquã nõ uidi, præter Iacobũ fratrẽ Domini. Porrò diuinus Euodius, qui & ipse Apo-

φῶς

stolorũ successor fuit, in cõmentarijs suis, præcipuè autẽ in Epistola quam † Lumen inscripsit, hæc quoq; posuit. CHRISTVS, inquiens, manibus ipse suis Petrũ tantummodo baptizauit. Petrus porrò Andreã, & filios Zebedæi. Ii deinceps reliquos Apostolos. Septuaginta autem illos Petrus & Ioannes Theologus dictus, baptizarunt. Adijcit is præterea illa. A' baptismo usq; ad passionem CHRISTI intercessisse annos tres: à passione uerò, resurrectione, & ascensione eius in cœlos, usq; ad lapidationẽ Stephani, annos septẽ: à Stephani deinde martyrio, usq;dum Paulum lux circumfudit, menses sex. Inde usq; ad sanctæ DEI genitricis decessum annos tres. Cæterũ tẽpus omne à natiuitate CHRISTI, usq; ad DEI genitricis migrationem, annos fuisse dicit quadraginta quatuor. Totius autem

Virginis matris ætas, et uitæ totius anni.

uitæ eius, annos quinquaginta nouem. Siquidem trimula quũ esset, in templũ est presentata, & ibi in sanctis sanctorũ traduxit annos undecim. Deinde uerò sacerdotũ manibus Iosepho ad custodiã est tradita: apud quẽ quũ menses peregisset quatuor, ab angelo Gabriel lætũ illũ accepit nunciũ. Perperit aũt Mundi ipsius Lucẽ, annũ agẽs quindecimũ, XXV die mensis Decembris. Deinceps annos peregit triginta tres, quos etiã æternũ & anteseculare VERBVM & filius eius in terris exegit. Post crucis aũt suppliciũ illud, in domo Ioannis annos impleuit undecim: ut ætatis eius anni simul collecti, sint quinquaginta et nouem. In ea ipsa Ioannis domo primũ Paschæ mysticũ conuiuium Dominus cum discipulis instituit. Inde hymno dicto in montem Oliuarum exierunt, ad uillam Getsemani. Ibidem propter metum Iudæorum discipuli claudebantur. Ibidem etiam foribus clausis, quum resurrexisset, ab ipsis est uisus: quũ in faciem quoq; eorũ insp irauit, & Spiritum eis sanctum dedit. Ibi octauo pòst die Thomæ fides est confirmata: eò spiritus sanctus specie linguarum, ipsa Pentecoste aduenit. Ibidem Iacobum Iustum primum Hierosolymorum episcopũ Apostoli suffragijs suis designarunt, & Stephanum cum reliquis sex Diaconis legerunt. Hanc porrò domum Ioannes fertur comparasse post mortem patris sui Zebedęi, qui quidem † propriguis rector fuisse perhibetur, celebris inter Gallilææ incolas uir. Decedens autem in Gallilæa, filijs ambobus Iacobo & Ioanni hæreditatem reliquit. Ioannes igitur partẽ suã, quæ ex hæreditate ei cesserat, Caiphæ eius anni Pontifici uendiderat. Quapropter per uenditionis eius addictionẽ, notus quoq; ei erat: sicuti ipse in Euangelio suo dicit. Alienata autem ad eum modum, quæ ei obuenerat in Gallilęa, possessione, aliam domũ Hierosolymis ad sanctam (ita enim dicta erat) Sion, sibi

Domus Ioannis Euangelistæ Hierosolymis ad montẽ Sion fuit.

ἰδιοκτήμονος

Ex Euodio quædam, ad historiam Euangelicã illustrãdã pertinentia.

A sibi cõparauit, in qua deinde purissima mater CHRISTI, ad extremũ usq; diem suum uitam peregit. Consimiliter uerò & frater Iacobus fecit, nam & is bonis suis in Gallilæa alienatis, Hierosolymis fuit, atq; ibi salutare VERBVM duodecim tribubus Israel prædicauit. Non importunum equidem, ut puto, fuerit, præsenti inserere historię, quę diuinus Hippolytus † Portuensis Romę episcopus, de Iacobo fratre Domini memoriæ mandata reliquit: Ioseph, inquiẽs, faber ex uxore sua Salome (quæ quidẽ filia fuit Aggæi, fratris Zachariæ prophetæ, eiusdemq; Ioannis baptistæ patris: Zacharias uerò & Aggæus filij erant Barachiæ sacerdotis) quatuor suscepit filios, Iacobum, Simonem, Iudam, & Iosen: & item filias duas, Esther & Thamar. ita ut Salome ipsa, & Ioannes baptista, duorum fratrum liberi fuerint. Etenim Aggæus filius quidem est Barachiæ, patruus autem Ioannis. Similiter & Zacharias frater quidem Aggæi, patruus autem Salomæ, Iosephi coniugis. Salomen porrò dico, nõ illam in Bethleem obstetricem (illa enim Bethleemitica, consobrina Elizabethæ erat, & item sanctæ uirginis Mariæ, ut hoc sacrum Lucæ Euangelium indicat) Siquidem tres fuere sorores Bethleemiticæ, filiæ Matthan sacerdotis, & Mariæ coniugis eius, sub Cleopatræ & Casopa-

πέμπτος ἀπὸ πρωτοβυτέρας ῥώμης ἐπίσκοπος.

Ex Hippolyto Portuensi episcopo, de Iosephi sponsi Mariæ ex priore coniuge sua Salome liberis.

ris Persæ regno, ante Herodis Antipatri filij regnum. Primæ Mariæ, secundæ Sobæ, tertiæ Annæ nomen erat. Nupsit prima in Bethleem Maria, & peperit Salomen obstetricem. Nupsit quoque secunda itidẽ in Bethleem Sobæ, & genuit Elizabetham. Nupsit postremò & tertia Anna in terra Gallilæa, & protulit Mariam DEI genitricem, ex qua nobis exortus est CHRISTVS, ipsa ueritas. Ita ut Salome ista obstetrix, & Elizabeth, & DEI mater, trium sororum reperiantur filiæ. Proinde Ioannes baptista, & IESVS uerus DEVS noster, cõsobrini esse dicuntur. Iosephi uerò filius CHRISTVS esse dicitur, quòd filiorum eius frater esset,

De cognatione beatæ Mariæ uirginis.

B propter conseruationem familiarem & cognationem Aggæi, fratris Zachariæ sacerdotis. Atq; hæc quidem Hippolytus.

Maria uirgo diuæ Elisabethæ consobrina.

Christus item Saluator & Ioannes baptista consobrini fuit.

CAPVT IIII.

EGo uerò etiam, qui Pontifices, ab ipso Aaron incipiens, ad Iacobum istum fratrem Domini, & ad captam usq; urbem fuerint, historiæ huic attexam. Iacob ipsius tertius filius fuit Leui, huius autẽ Caath, huius rursum Abraham alter, ex quo Moses & Aaron geniti sunt. Et Moses quidem dux profectionis populi Israel ex Aegypto fuit. Aaron autẽ primus Pontifex à fratre Mose est unctus. Primus itaq; Aaron, secundus Eleazar, tertius Phineas, quartus Eliezer, quintus Bochchi, sextus Ozi, septimus Eli, octauus Achitob: sub quo uates Samuel, simul propheta & sacerdos et iudex populi fuit. Nonus Abimelech, quem unà cum sacerdotibus, Saul, propter Dauidem benignè ab eo acceptum, occidit. Decimus Abiathar, qui unus ex cæsis illis sacerdotib. saluus superfuit. Vndecimus Sadoc, sub quo templum à Solomone constructum est. huic successit Achimaas, illi rursum tredecimus Azarias. Hunc sequutus Ioram: illũ Iodas, qui annos centũ & triginta uixit, & Godoliam Dauidis genus extinguere uolentẽ interemit. Huic ordine successerũt Axioram, Phadæus, Sudęus, Iculus, & uigesimus Ioathamus. hũc sequutus Vrias, qui tẽporibus Achaz & Ezechiæ sacris præfuit. illum Neri, Ioas, Selam, Chelcias, qui sub pio Iosia pontificatum administrauit. Post hunc fuit Sareas: deinde Iosedec, sub quo populus à Nabuchodonosor captiuus est abductus. postea Iesus Iosedec filius, sub quo Iudæi è captiuitate à Cyro liberi dimissi sunt. is unà cum Zoroba-

Amram is dicitur Exod. 6. Num. 3.

Catalogus Põtificũ Iudaicorum, & Hierosolymitanorũ, usq; ad Iacobũ fratrem Domini, initio ab Aarone sumpto.

† Hũc alij Iudam uocant.

bel Iudæorũ gẽti præfuit. Huic successit Ioachim, sub quo Esdras leges recognouit. hunc sequutus triceſimus Eliaseph. Illi † Ioachaz, in quẽ res ipsius Esther & Mardochæi inciderũt. Deinde fuerunt[a] Ioannes, Iadæus, quo tempore templũ in Ga-

[a] Post Ioannẽ istũ, alij Iudã summũ sacerdotem ponunt. qui Iesum fratrem suum germanũ, Hierosolymis in templo interfecerit.

in Garizim ædificatū est, Onias, [a] Simon, Eleazar: sub quo sacra Biblia de Ptolemæi secūdi consilio à septuaginta duobus interpretib. in Græcū sunt translata sermonē. Manasses, * Onias, Simon. Quadragesimus numero Onias, [b] Iesus, & Onias alius: quo tempore populus ab Antiocho Epiphane grauiter est afflictus. Alcimus, quem quū non esset ex tribu sacerdotali penitus, Antiochus, Onia cæso, pōtificem cōstituit. Post hunc fuit Onias, Oniæ filius, qui in Aegyptū profugiens, templum ibi Hierosolymitano simile in Heliopolitarū agro extruxit. Post hunc quadragesimus quartus ex Asamonæi filijs, Iudas Machabæus: cui ordine successerunt, Ionathas frater, rursus Simon frater: Ioannes, qui et Hyrcanus dictus: Aristobulus, qui primus diadema sibi imposuit: Iannæas, cui etiā Alexandri nomē fuit. Quinquagesimus porrò fuit Hyrcanus, sub quo Pompeius Romanus dux urbe uastata, sacra quoq; tēpli donaria diripuit. Quinquagesimus primus Antigonus, [c] qui Parthos propter Hyrcani inimicitias aduersus templum adduxit, & ab Herode pontificatu deiectus est. Quinquagesimus secūdus Anaelus ab Herode, quū nō esset sacerdotalis generis, pontifex creatus est. Quinquagesimus tertius Aristobulus, quē Herodes, Anaelo reiecto, substituit: idemq; rursus Aristobulo dolo cæso, Anaelū restituit. Anaelo Iesus [d] Phabi filius successit, deinde Simon Herodis † socer Pontifex fit: post hunc Matthias, deinde Iosephus, cui Iozarus successit. Sexagesimus porrò fuit Eleazarus, sub quo Herodes pessimè periit. Ei uerò ordine successerūt, Iesus Seq filius, Ananus Caiphę socer, [e] Ismaelus filius Phabi, Eleazarus Anani filius, Simon Camythi filius. Sexagesimus septimus fuit Caiphas, qui etiā Iosephus dictus est, sub quo, p nobis salutiferā mortē Dominus obijt. [f] Post hunc Ionathas Anani filius, Theophilus eius frater, Simon Boethi filius, deinde Ionathas Anani filius, post hunc frater eius Matthias, mox Elinæus: rursum Iosephus Camæ filius: quē insequutus est Ananus Anani filius, qui Iacobū fratrē Domini, primū Hierosolymorū Episcopū interemit. Huic quoq;, magna dicēdi libertate usus Paulus, Percussurus est te DEVS, dixit, paries dealbate. Ei porrò successit Gamalielis filius Iesus, huic Matthias Theophili filius: sub quo, octauo Claudij Cæsaris anno, bellum contra Romanos susceptū, initium habuit. Postremus omnium Phinæus fuit, sub quo urbs, templū, & gens cūcta à Tito capta, omnesq; & templi & legis res prorsus extinctæ corruerunt. Atq; hæc quidem sic se habent. Nos uerò ad Apostolicarum rerum historiam ex diuerticulo redeamus.

A

* *Apud alios Onias iste non recenſetur, ſed Manaſſæ Simon ſubſtituitur.*

b. Hic etiam Iaſon dictus. Huic Antiochus ſacerdotium abſtulit, & id Oniæ, qui & Menelaus dictus, cō ceſſit. Vnde ſeditio mota, propter Iaſonem & Menelaū fratres.

c. Pacorus Parthorum rex Iudæis bellum in dixit: Antigonus à Parthis, uictis et captis Faſcelo et Hyrcano, rex conſtituitur. Faſelus ſibi mortē conſciuit, Antigonus Hyrcano aures præſcidit. Ege ſipp. lib. 1. Ioſeph. lib. 14. cap. 24.

e Iſmaelē Iabi filiū, Valerius Gratus Anano amoto pontificem creauit, ut ſuprà lib. 2. cap. 29.

f Sed nō Pontificatus huius tempore. Nam hic in annum à Chriſti natiuitate 22. incidit. Anno porrò Chriſti 33. idem Caiphas Pontifex fuit, quū Chriſtus pro nobis, etc.

Perſecutio Eccleſiæ Hieroſolymitanæ.

Ioſeph. lib. 11. cap. 8.

a Hic Iuſtus appellatus.

Alchimus à Lyſia ſummus ſacerdos conſtitutus.

d Alij habent, Sabetis fil.

† Leuitę ex.

Ananū Cyrenium ſum mū Pontifi cem conſtituit. Ioſep. li. 18. ca. 5.

Pro Anano in Euang. legitur Annas, & in Act. apoſt. Ananias.

Initiū belli Iudaici, & finis.

CAPUT V.

STephano plurima Spiritus gratia erat, multaq; is prodigia edebat. & quū eloquētia multum ualeret, cōcionariq; nō cessaret, omnibus SERVATORIS & Domini cultū suadens, furore Iudæi accenduntur. A quib. ingenti ui lapidū obrutus, primus ipse pro CHRISTO mortuus, στέφανον, hoc est coronam accepit. Cæterùm quum adhuc spiraret, diuina illustratus gloria, cœlos apertos, & SERVATOREM ad dextram DEI stantem, secq; confirmantē uidit. Itaq; ipse anima tota, ad desideratū illum anhelans, pro percussoribus suis, ne eorum peccata DEVS in rationē aliquam computaret, orans, ita ad DEVM migrauit. Maxima uerò inde & prima à Iudæis Ecclesiæ Hierosolymitanæ coorta est persequutio. Porrò discipuli omnes, extra duodecim illos, per Iudæam & Samariam dispersi sunt. Quidam etiam eorum ad Phœnicen, & Cyprum, & Antiochiā usq; peruenere, nondū illi gentibus ipsis fidei VERBVM cōmunicare ausi, solisq; tantum Iudæis id annūciantes. Tum Paulus quoque Tarso ciuitate ortus, quum in lege patria (pharisæus enim erat) accuratè

Stephani martyriū.

A curate & diligenter à præceptore Gamaliele eruditus esset, æmulatione legis flagrans, eamq; Apostolico marte admodum concuti uidens, multum detrimenti Ecclesijs afferebat. Ac primùm quidem cædis Stephani suasor fuerat, eorumq; uestes, qui lapides in illum iecerāt, seruauerat. Deinde in domos fidelium impetū, tanquā agrestis quæpiam & immanis fera, faciens, uiros simul & fœminas uinctas trahebat, & in carcerem conijciebat. Sed is postea, serius aliquanto, ingentes admodum minas spirās, epistolasq; à sacerdotibus, impunè ei fore quidquid aduersi, arbitrio suo, in Ecclesiā Damascenam cōtulisset, petens: Electionis uas, non ex hominibus, neq; per homines, sed per reuelationem IESV CHRISTI & DEI patris, qui illum ex mortuis suscitauit, maximusq; Apostolus designatur. Quum quidē cœlesti lumine oculi eius perstricti atque extincti, & uoce cœlitùs ab instituto suo retractus esset, Saul Saul, dicēte, quid me persequeris? Hic, quū ei Ananias per arcanā reuelationē manus imposuisset, uisum recipit: & in animo suo longè etiam magis illustratus, confestim, q̄ antea contra nos ferociter spirabat, tam acriter pro nobis stare incipit, ita ut celerrimè omnibus qui cum eo sermonem sererent, astrueret, atq; ex scripturis probaret, CHRISTVM uerum esse DEVM. In tantam aūt apud populares suos, qui in perplexibili oratione summā & ineuitabilē defensionē collocabant, peruenit inuidiā, ut per dolū occultè cædem ei struerēt, eaq; de causa ad portas ciuitatis Damasci in insidijs excubarent. Sed enim discipuli techna ea cognita, è muro eum in sporta demiserūt. Qui quū Hierosolyma peruenisset, periculumq;, ut ei cū discipulis conuenire liceret, fecisset, fraudulenter eum illi agere credentes, auersabanē, neq; persuaderi poterant, eadē eum cum ipsis sentire. Certò quippe sciebāt, quàm aduersus illis fuerit, qui ueluti ignem prorsus cōtra Ecclesias spirarit. Ac nisi Barnabas, clarus in septuaB ginta illorum ascripto ordine uir, oratione sua, uera esse, quæ ille præ se ferret, cōfirmasset, & quæ illum facientem uidisset, testificatus esset, re infecta abijsset. Itaq; Barnabæ suasu admittitur: qui deinde, eadem quæ alij faciēs, Hierosolymis disputabat, argumentisq; CHRISTVM uerū DEI filium esse cōfirmabat. Cæterùm quum Græci ei aduersarentur, cædemq; homini molirentur, discipulorum prouidentia Cæsaream deducitur. Inde porrò Tarsum mittitur, CHRISTI Ecclesiam adaugens, & aliquos illi credentes semper adijciens. Sed de his postea.

Saulus Christianorum per sequutor primarius.

Idem uas electionis.

Cōuersio Pauli.

Insidiæ Iudæorum Damascenorum aduersus Paulum.

Eas Paulus è muro demissus effugit.

Idem ab Eccle sia Hierosolymitana suscipitur.

CAPUT VI.

PErsequutione in primis contra Stephanum excitata, Philippus ex his unus, qui cum Stephano ad diaconatum erant electi, per dispersionem eam in Samaria erat, edendorum miraculorum ui oppidò quàm pollens. Siquidem tantum ab ea uirtute ualuit, ut & Simoni, arti suę nuncium remittere persuaserit, qui magicis præstigijs longo tempore populum seduxerat. Vsque adeò enim imposturis & incantamentis homines cæperat, & tam celebrem ea ætate magica arte famam consequutus fuerat, ut Simonem illi magnam uirtutem Dei esse arbitrarentur. Is igitur Simon talis quum esset, mirificis tamen Philippi rebus, quas supra opinionem fidemq; hominum edebat consternatus, baptismum unà cum reliqua Samaria subit, & uerbotenus professionem & fidem in CHRISTVM egregiè simulat: id quod & alij, qui abominandam eius sectam erant complexi, faciebant, fraude & dolo authoris sui uenenum pestiferum in ipsis ocultatum, quoad possent, eis qui id suscipiebant, communicantes. qui tamen postea, quū malitia peruersitasq; eorum deprehensa esset, meritò sunt reiecti. Quemadmodū & Simon iste à diuo Petro, qui impositione manuum Spiritum contribuebat, manifestò deprehensus est, gratiam eam uenalem esse arbi-

Philippus diaconus Simonē Magum cōuincit in Samaria.

Simon baptiſatur, & fidem Chriſtianā ſe colere egregiè fingit.

Simonis iſtius hæreſis, quam hypocritæ omnes et ſimulatores conſectā tur.

Simonis hypocriſis à Petro deprehenſa.

trari: eoq́ nomine, ut nulli rei homo reprobatus atq́ repulsus est. Itaq́ ille æmu- A
latione percitus, contra Apostolos eorumq́ doctrinã se armauit. Porrò, quum
Candaces Aethiopum reginæ Eunuchus à Philippo ad Christianismũ perducitur.
diuina prædicatio instar incendij per omnem iam serperet terrã, Candaces Aethiopum reginæ (patrio quippe more gens ea à muliere regebatur) satrapa, diuina dispositione, primitiæ ex gentibus in CHRISTVM credentibus fit. Quum enim in Philippum iter exuisione facientem incidisset, & per unicum Esaiæ prophetæ oraculum, arcanis sacrorum nostrorum mysterijs ab eo initiatus & baptizatus fuisset, in patriam ipse suam reuersus, primus in Aethiopa hominibus DEI SERVATORISq́ nostri cognitionem læto attulit nuncio. Per quem prophetia illa reipsa est adimpleta: Aethiopia prior porriget manus DEO. Atq́ in ijs quidem res Pauli, quas paulo antè perstrinximus, consistebant. Petrus autem Lyddam & Assaronem ueniens, Aeneam triginta octo annos lecto affixum, uerbo solo sanat ac restituit. Ioppæ autem quum esset, eumq́ inopes & uiduæ circumstantes, pro defuncta Tabitha, uestes aliasq́ res, quas eis Dorcas, pro eo atque debebat, dederat, ostendentes supplicarent: dicto citius illam quidem resuscitat, multitudinem autem eam omnem sacro initiat lauacro. Deinde Cæsarææ centurioni Cornelio officium suum præstat, quum linteum illud à quatuor partibus supernè demissum uidisset. Ita Cornelio, & qui cum eo erant, per doctrinam initiatis omnibus, gratia Spiritus sancti superuenit, & linguarum uarietate gratia ea manifestò apparet, quibus ad eum modum mirificè peractis, diuinum deinde illi per aquam cõsequuntur lauacrũ. Enimuerò Petro reuertenti, qui Hierosolymis ex circumcisione erant, gratiam ipsam non satis intelligentes, maximopere succensebant, quòd salem diuinum arcanaq́ mysteria, uiris præputio obductis communicasset. Qui sanè rem eam edocti statim conquieuere, animis eorum B admiratione consternatis, quòd DEVS etiam gentibus pœnitentiam concesserit ad uitam. Qui uero passim dispersi erant in Phœnicia, & Cypro, & Antiochia, fidem solis Iudæis prædicabant. Cyprij tamen quidam, & Cyrenæi, Antiochiæ, diuina eis opitulante manu, multitudinem ingentem numeroq́ superiorem, ad fidem adduxerant. Quod quum Ecclesiæ Hierosolymitanæ innotuisset, Barnabam Antiochiã mittere properat, qui sanè diuina refertus gratia, Tarsensi conquisito Paulo, cum eo Antiochiam proficiscitur. Atq́ ibi anno toto docentes, innumerabilem ad CHRISTVM pertrahunt multitudinem. Ibiq́ue primùm discipulos Christianos uocari debere sanciunt. Sedenim Agabus, unus ex his qui cum eis erant prophetis, famem futuram prædicit. Paulus porrò & Barnabas fratrum ministerio subseruituri, propter famem ingruentem, passim in loca omnia mittuntur.

Diuini Petri res.

Gentes quoq́ ad cõmunionẽ Euangelij & pœnitentiã receptæ.

Fideles primùm Antiochiæ Christiani nominari cœpti.

Prædictio famis futuræ.

CAPVT VII.

NEcessarium quoque, ut sciatur, illud est, quòd SERVATORIS nostri diuinitas, & operum supra fidem & opinionem omnium effectrix uirtus, per terram uniuersam decantata: multos quoq́ ex longinquissimis regionibus, sanationis incurabilium morborum spe permouerit. Vnde toparcha Augarus ditionem suam ultra Euphratem cum laude administrans, eo quòd incurabili torqueretur morbo, quum nomen IESV celebre per terram increbrescens audisset (testificabatur nimirum famæ & res ipsa) supplex ei per epistolam fit, liberationem à morbo eo rogans. Ille uerò ad eum quidem uenire supersedit, per epistolam tamen manibus suis scriptam ei respondit: Oportere se, commemorans, quum quæ ei à Patre imperata essent perfeciſſet, ad eum reuerti. Profectione uerò ea confecta, ex sectatoribus suis unum

Augarus Edessenorum princeps, morbo incurabili detẽtus, ad Christum scripsit. Christi ad eũ responsum.

A unum Taddæum nomine, ad illum missurum, qui quùm morbum illum sanaturus, tum uitæ sibi suisq́ melioris administer futurus esset. Itaq́ post resurrectionem à mortuis, & ascensionẽ in cœlos, Thomas ex duodecim unus, diuino quodam motu, Taddæum, qui ex septuaginta illis esse cognitus est, ad Edessam, præconem & Euangelistam mittit, ut per eum quæ CHRISTVS promiserat, omnia exitum suum consequerentur. Atq́ ibi Taddæus quum esset, Tobiæ cuiusdam hospitio exceptus, omnem curabat ualetudinẽ. Quod ubi audiuisset Augarus, quæ ei à IESV per epistolam scripta fuerant, in memoriam reuocans, statim illũ accersit: cuius quum faciem conspexisset, & ad splendorem inde emicantis lucis obstupuisset, in cõspectu primariorum circa eum uirorum procidens, adorationis reuerentiã Taddæo præstat: diligenterq́, an eius qui epistolam ad se misisset IESV, discipulus esset, inquirit. Tum ille, eius se esse dicit: propterea q́ uenire, ut † fidei fide digna præstaret. Quòd si in priore perseueraret sententia & fide, maiora eum uisurum, & optata cordis eius ad debitũ finem suum peruentura. Augarus uerò: Ea est, inquit, fides & persuasio mea, ut etiam nõ dubitarem, exercitu coacto, contra eos qui illum in crucem egerunt, bellum suscipere: nisi à Romanis, * quibus colla ipsi submittimus, metus & periculum immineret. Taddæus uerò: Dominus noster IESVS, inquit, manu et auxilio humano non indiget, qui uoluntate Patris sui completa, ad ipsum est reuersus. Augarus rursum: Sed ego, ait, ipsi patriq́ eius, quæ fidei sunt, rependerem. Si hoc ita est, infert Taddæus: En tibi in nomine IESV CHRISTI manum meam impono. Simulq́ cum attactu, & B morbus profugiens euanescit: & ipse breui momento, qualis ante morbum fuerat, agnoscitur. Ac non ipse modò, uerumetiam Audus filius eius pedum morbo laborans, multiq́ præterea alij ciuitatis eius, uarijs conflictantes morbis, oratione simul & attactu, celeriter grauamine omni liberantur. Post hæc conuocata ad concionem ciuitate omni, Apostolus obitam salutis nostræ SERVATORI CHRISTO † functionem omnem exponit, perfectioribus eos sacris imbuit, ad sacrum admittit lauacrum, sacerdotes, quos opus erat, creat: alia omnia ritè et ordine constituit, urbemq́ omnem DEO consecrat. Quum uerò ab Augaro ad Apostolum deinde pecuniæ mitterentur, accipere eas renuit. Si enim, inquiens, nostra reliquimus, quomodo accipiemus aliena? Porrò Augari epistola ad CHRISTVM, quam per Ananiam expeditum & celerem cursorem misit, * quoad crassiore modo concipi potuit, uerbis suis hanc complexa est sententiam. Quum de
" te curationibusq́ tuis audirẽ, te sine remedijs & herbis, solo uerbo, cæcis uisum,
" claudis pedes suos, leprosis corpus mundum, & qui diuturnis premuntur morbis congruentem ualetudinem, et quidem gratuitò præbere, aliaq́ multa uiribus
" nostris maiora efficere opera, in mentem mihi uenit, alterum te duorum istorũ
" esse arbitrari: uel DEVM, qui cœlis relictis ad nos feceſſeris: uel saltem DEI filiũ,
" res tantas supra fidem & opinionem omnem gerentem. Itaq́ te hoc scripto oro,
" ut ne molestum tibi sit, ad me uenire, meq́, qui me iamdudum affligit, inueterato
" morbo liberare. Persuasum porrò habeo, quum Iudæi iniquo erga te sint animo,
" non optima eos de te capere consilia. Mihi uerò oppidum est modicum quidem
" illud, nec admodum celebre, utriq́ tamen nostrũm percommodũ. Postquam autem Augarus scripto suo persuadere ei quod uoluisset non potuit, desperato IESV, propter responsum acceptum, aduentu, quid caperet consilij incertus, eo tamen quo in CHRISTVM tenebatur desiderio perculsus, pictorem eximium ad eum misit, eiq́ ut diligenter & accuratè faciem eius in pictura effingeret, imaginemq́ pro desiderato illo sibi afferret, imperauit. Et ille quidem uenit, atq́ in loco sublimiore stãs, pingere CHRISTI uultum, ut decebat, conabatur. Quum

Taddæus unus è septuaginta, iuxta Christi promissum, à Thoma Edessam mittitur, ibiq́ Augarum & filium eius Audũ sanat, et sacris Christianorum initiat.

τῆς πίστεως αὐτοῦ λόγου.

* *ἐπείπερ τὸν ἀνωκέντων πλανεύτων.* Est hoc summissionis Orientalium populorum Græcorũ, & Ruthenorum.

οἰκονομίαν

Ciuitas Edessenorũ per Taddæum Christianismum suscipit.

ὡς οὐ τύπῳ κατελαβεῖν.

Epistola Augari toparchæ ad Christum.

Augarus pictorem ad Christum, qui eius formam depingat, mittit.

Christus imaginem suam in lineum textum impressam, picturam scilicet αὐτομάτου, ad illū remittit.

uerò cœptum opus non succederet (diuinus quippe splendor & gratia in uultu eius coruscans impedimento erat) re ea cognita SALVATOR textum lineum petit, in eo'que prius loto faciem suam exprimit, & ad Augarum mittit. Dicitur quoque Persarum rex, manu ingenióque promptum pictorem misisse, & per hunc, feruenti fidei desiderio, simul & ipsius CHRISTI, & quæ eum diuino modo genuit, matris, quàm celerrimè imaginem depictam accepisse. Atcp hæc quidem ex tabularijs & archiuis ciuitatis Edessæ, quæ tum regia administrabatur potestate, sunt desumpta. Fuerant enim in publica librorum monumenta relata. Et libri de Augari rebus conscripti, hæc quocp complectebãtur, ex Syrorum lingua translata. Quæ à me etiam rectè hoc loco opinor esse exposita.

Ad Persarum quocp regẽ Christi & matris eius effigies perlata.

CAPUT VIII.

ETiam ubique terrarum mirifico VERBO disseminato, sermonibus omnium resurrectio, ascensio, & alia diuinam potentiam testantia miracula publicè ferebantur. Consuetudo autem iam inde à plurimis annis obtinebat, ut qui præfecturas aut prouincias sortiti essent, res nouas, quæ sub eis accidissent singulas, summum Imperium habenti Cæsari significarent, ut illum nihil prorsus rerum omnium latêret. Itaque de resurrectione ex mortuis, alijs'que prodigijs IESV CHRISTI, Tiberio Cæsari scribens Pilatus: quùm res eius plerasque, tum, quòd ex mortuis rediuiuus, sibicp ipsi superstes, DEVS iam à multis, & quidem præcipuus inter alios DEVS esse crederetur, renunciauit. Quam rem Tiberius ad Senatum Romanum retulit. Senatus autem, non esse deliberandum de ea censuit, sub illo quidem prætextu, quòd ille non prius, ueteri more, ipsius Senatus sententia, in Deos esset relatus: re autem ipsa, quòd diuinæ doctrinæ disciplina humano prorsus non indigeret auxilio. Sedenim etiamsi Senatus ad eum modum uerbum de SERVATORE reiecisset, Cæsar tamen in sententia sua perstitit, salutari'que prædicationi impedimento non fuit. Scriptum hoc nobis reliquit Tertullianus, uir insignis, accuratacp legum & actorum Romanorum peritia clarus, in ea quæ ab ipso latina quidem lingua scripta, in græcam uerò translata est, pro Christianis Apologia, in qua hæc quoque commemorat, ita scribens: Vt de origine aliquid retractemus eiusmodi legum, uetus erat decretum, ne quis Deus ab Imperatore consecraretur, nisi à Senatu comprobaretur. Tiberius ergo, cuius tempore nomen Christianum in seculum introiuit, annunciatam sibi ex Palæstina ueritatem dogmatis istius (ibi enim prima initia sumpserat) ad Senatum retulit, cum prærogatiua suffragij sui. Senatus, quia ipse non probauerat, respuit. Cæsar in sententia mansit, comminatus mortem Christianorum accusatoribus. Cœlesti nimirum prouidentia, per ordinationem atque dispositionem competentem, hoc illi suppeditante, ut nullo obstante impedimento, Euangelij Verbum per terras passim omnes cursum suum teneret. Sic scilicet ui & efficacia cœlesti salutare VERBVM, quasi quoddam solis lumen, uniuersum habitabilem orbem prorsus illustrauit. Confestim namque, iuxta diuinarum scripturarum præscriptum, in omnem terram exiuit sonus diuinorum Euangelistarum, & Apostolorum eius, & in fines orbis uerba eorũ. Proinde per urbes & uicos omnes, copiosissimæ messis instar, frequentissimæ numerosissimæcp passim Ecclesiæ sunt constitutæ: & qui maiorum suorum successione, ueteris'que erroris & idolorum superstitionis cõtagione, animis suis erant infecti, diuina CHRISTI ui atque uirtute intercedente, per sectatorum discipulorumcp eius doctrinam, simul & miracula, tanquam à grauibus molestiscp dominis liberati, uinculiscp durissimis soluti, omnem

Tiberius Cæsar per Pont. Pilatum de rebus Iesu Christi certior factus, cumetiam contra Senatus Rom. sententiam, in deos retulit.

Tertulliani testimonium.

Promulgatio Euangelij libera per uniuersum orbẽ.

A nem illam diabolicorum deorum multitudinem conspuerunt, unumcp & solum DEVM esse confitentes, qui omnia condidisset, eum ipsum ueræ pietatis legibus, diuinocp & sobrio cultu, per SERVATOREM nostrum generi humano illato, coluerunt.

CAPUT IX.

IBerius autem annis uiginti duobus cum dimidio, Imperio administrato, Caio moriens id relinquit. Hic confestim Agrippæ diadema te impositio, regem eum Iudææ creat. Philippi quoque & Lysaniæ tetrarchias eidem tum attribuit. neque ita multo pòst Herodis quoque regnum, qui Ioannem occiderat, addit: Herode ipso unà cum Herodiade uxore, plurimis de causis, ut & Iosepho uidetur, perpetuo in occidente exilio mulctato. Ea ætate & Philo floruit, uir non tantum apud nostros, uerumetiam apud prosanos philosophos celebris. Genere is Iudæus fuit, inter ciues & magistratus Alexandrinos clarus. Quantus ille quidem in patrijs disciplinis fuerit, quanto'ue in eas labore incubuerit, ipsa res declarat. Quantus uerò etiam in liberalibus externæ philosophiæ artibus, quid attinet dicere? Platonis namque & Pythagoræ institutum summopere æmulatus, omnes sui temporis philosophos longè superasse dicitur. Hic res Iudaicas sub Caio quinque libris est complexus, in quibus etiam uæsanam eius dementiam, & quæ ille contumelioſissimè improbissimécp in Imperio suo egerit, & quas sub eo Iudæi pertulerint calamitates, persequitur. Illorum nimirum gratia orator quoque Romam uenit, ubi quum apud [b] Caium pro Iudæis patrijscp eorum legibus & moribus orationem haberet, risum inde, & præterea nihil retulit. Parùm uerò abfuit etiam, quin de uita quoque ibi periclitaretur, quemadmodum eius in decimoctauo historiarum libro circa finem Iosephus meminit. Seditione, inquit, Alexandriæ inter Iudæos ibi incolentes & Græcos orta, terni ab utracp factione oratores lecti, apud Caium aderant. Vnus horum Appion fuit. [c] Is quum multa acerbè in Iudæos dixisset, tum illud quoque adiecit, quòd Cæsaris negligerent atque despicerent honores. Quum enim alij populi omnes, qui sub Romano essent Imperio, aras & templa Caio construerent, rebuscp alijs omnibus, ut Deum, uenerarentur: solis Iudæis absurdum uideri, statuis eum honorare, aut per nomen eius iurare. Hæc aliacp multa quum Appion dixisset, quibus Caium, ut par erat, elatum iri sperabat, Philo princeps legationis Iudæorum, magna gloria uir, & philosophiæ non imperitus, Alexandri Alabarchi frater, per defensionem obiecta disertè refellit. Explosit autem eum Caius, abire à se statim iubens. Atcp ille ira percitus, uidebatur graue quiddam in eos decreturus esse. Philo porrò contumelioſe reiectus, exijt, & ad eos qui secum erant Iudæos, *Fidendum esse, inquit, animumcp sumendum. Caium enim iratum quidem eis esse, reipsa autem DEVM aduersus illum iam adiutorem adesse, & liberatorem. Hæc quidem Iosephus. Sed & ipse Philo singillatim quæ in legatione illa acciderũt, cõmemorat: ex quibus equidem alia prætermittam, & illa tantum oratione persequar, per quæ perspicuum fiat, quæcunc̃p non multo pòst Iudæis accidere, [d] propter piacularem temeritatem, quam in CHRISTO necando exhibuerunt, accidisse. Itaque ille primum refert, [e] Seianum quendam, qui plurimùm apud Imperatorem authoritate ualuit, illud in primis studuisse, ut funditùs tota gens Iudæorum deleretur. Deinde Iudææ præsidem Pilatum, sub quo piaculum illud in CHRISTVM est commissum, stante adhuc Hierosolymis templo, nouum quiddam atque insolens contra leges, sanctiones, mores'cp eorum fecisse, eos'cp per id in ma

Ioſephi ea de re testimonium

C. Caligulæ Imperiũ. Agrippam Caius Cæsar è uinculis liberatũ, regẽ tetrarchiæ Philippi & Lysaniæ fecit. Ioseph. lib. 18. cap. 15. de bell. Iud. li. 2. cap. 5.

a Lib. 9. cap. 7.

χρὴ θαῤῥεῖν μὴ ἐγὼ μὲν ἐντεῦθεν ὠργισμένην, ἔργῳ δ' ἤδη τὸν θεὸν ὄντα παρεσκευάκοτα.

Seianus Iudæis infensus.

b Fuit is Romæ apud Caiũ pro Iudæis Alexãdrinis orator: sed parum ab eo est humaniter acceptus. Initio Caligula se populare ostendit, animosc̃; et studia hominum in se incendit. Deinde uerò luxu, incõtinentia, atrocitate, auaritia, & ui tijs omnibus, monstrum exhibuit.

c Iudæi iussi à C. Cæsare effigiem eius in tẽplo locare, arma potius sumpsere. quẽ motum Cæsaris mors diremit. Tacit. lib. 12.

d Propter innocẽtissimam Christi cædẽ maximas quasque Iudæi pertulere clades.

e Perstringuntur calamitates Iudæorum, quas sub Tiberio & Caio pertulerũt, ex tremi excidij urbis Hierosolymitanæ procœmio.

Tumultus Iudæorũ ingens propter Cæsaris statuas in templum à Pilato inductas. Ioseph. de bell. Iud. lib. 2. cap. 3. Egesip. li. 2. cap. 5. De hoc in cap. seq.

gnam conturbationem & motum coniecisse. Post Tiberium autem idem morat, Caium Imperio suscepto, quùm plurimis ludæorum gentem contumeliis iniuriisq; affecisse, tum maximis etiam detrimentis atque cladibus afflixisse. Quę ut omnes ex ipsius oratione intelligerent, commodius esse duxi, eam hic referre. Verba eius hæc sunt: Tanta morum Caij erga omnes, præcipuè uerò in ludæorum gentem, quibus grauissimè erat infensus, fuit peruersitas, ut in plerisque urbibus, ab Alexandria exorsus, oratoria eorum signis & statuis imaginis formæq; suæ complens, sibi ipsi arrogaret atque dicaret. Quæ enim ab aliis sacrata erant, concupiscens ipse ui occupabat. Templum autem sanctæ ciuitatis, quod sacrosanctum, inuiolatũ, † & à direptione omni liberum permanserat, in proprium mutaret & transformaret delubrum, Iouis id illustris, noui Dei, Caij nominari iubens.

« Caius tẽpla Iudæorum statuis suis imple uit.

ἀνέωγεν, ἐσυλίσατο δὲ οὐδέν.

CAPUT X.

ἐν ἑξηγητικῷ λόγῳ.

INnumerabiles insuper alias calamitates orationem omnem superantes Iudæis Alexandrinis accidisse, idem Philo, sub eo quem diximus Caio, in secũdo libro, cui titulus est De uirtutibus, * sermone assimulato commemorat, cui & Iosephus consentit: itidem à Pilati, & in SERVATOREM commissi piaculi temporibus, calamitates Iudæorum initium sumpsisse memorans. Qualia igitur & is in secundo Iudaici belli libro scribat, audire est operæprecium. Pilatus, inquit, à Tiberio procurator in Iudæam missus, noctu uelatas tectasq; Hierosolymam infert Cæsaris statuas: signa eæ uocantur. Qua rei nouitate interdiu maxima à Iudæis turba est excitata. Qui enim propius assistebant, ad conspectum earum consternati sunt, tanquam apertè legibus eorum proculcatis; quippe simulachrũ aliquod in ciuitate habere, illis religio erat. Hæc si quis Euangelicis addat uerbis, ueritatem ipsam inueniet. celeriter enim eos uindicta est consequuta, propter eam, quam apud Pilatum insolenter edidere uocem: non alium se, clamantes, habere regem, præterquam Cæsarem. Paulo pòst alia quoque calamitate pressos, idem Iosephus scribit: Post hæc, dicens, aliam quoque turbam conciuit Pilatus, sacro thesauro (cui nomen Corbona) in aquæductus constructionem consumpto, qui quidem ad trecenta dirigebantur stadia. Aegrè ferebat eam indignitatem multitudo, & præsente Hierosolymis Pilato, tribunal circumsistentes uociferabantur. Ille porrò, quòd Iudæorum præuidisset tumultum, turbæ eorum milites armatos, qui militaribus operti essent uestibus, immiscens, ferro quidem petere quenquam prohibuit, fustibus autem uociferantes pulsare præcepit; eius que rei causa signum, uti conuenerat, eis pro tribunali dedit. Quapropter Iudæi ad eum modum uerberibus cæsi, multi plagis sunt interempti, multi etiam à suis inter tumultum protriti interierunt. Multitudo porrò ipsa ad cladem eam exanimata conquieuit. Alias item innumerabiles, nouandis rebus, excitatas calamitates, idem Historicus persequitur, per quas astruit atque probat, quod à perpetrato in SALVATOREM piaculo, nunquam & in urbe ipsa, & in Iudæa omni, esse desierint seditiones, tumultus, pugnæ, aliorum que intolerabilium cladium aliæ super alias incursiones, donec postrema omnium urbis sub Vespasiano obsidio eos inuasit, ac prorsus extinxit. Atque eorum quæ Iudæi in CHRISTVM commiserunt, talem illi diuinitùs sunt experti uindictam, sensim eos carpentem. Verùm enimuerò & ipse SERVATORIS iudex Pilatus, quum sub Tiberio (quòd Maria Magdalena Romam adierat, & SERVATORIS res ibi retulerat) maximis affectus esse dicitur contumelijs, tum Caij tempori-

Sacer templi thesaurus à Pilato in aquæductuum ædificationem consumptus.

L. Vitellius Syriæ præfectus, Pilatum propter Iudæorũ accusationem

A temporibus postea extrema calamitate oppressus esse fertur: quemadmodum id tradunt, qui Græcorum Olympiadas, quæ que in eis acta sunt, composuere. Ad eas enim necessitatis angustias uarijs aduersis que casibus est redactus, ut manus ipse sibi attulerit, & sui ipsius uindex ipse factus sit: ultione diuina (ita enim conijcere oportet) breui eum consequente. Id quod & de Anna, & de Caipha, alijsq; item scribis & Pharisæis dicitur: qui & ipsi dignas uarias que dederunt pœnas, eius, quam CHRISTO intulerunt, iniquæ & iniustæ necis.

Pilatus ultione diuina manus ipse sibi attulit.

Romam ire iussit, & Marcellium Iudæis præfecit. Ioseph. lib. 18. cap. 11.

Reliqui etiam Christi Saluatoris persequutores malè disperierunt.

CAPUT XI.

DEinde nondum quatuor prorsus exactis annis, Caius, qui tum Imperium tenebat, furore correptus, & usque adeò est effœminatus, ut uestimentis, plicaturis, alijsq; ornamentis muliebribus uteretur. † quapropter in balnæis cæsus, Claudio successori Imperium reliquit, sub quo ingens illa fames fuisse scribitur, quam etiam Agabus prophetiæ dono clarus futuram prædixerat. Ea que de causa Barnabas quoque & Paulus ex Antiochia fratribus per ministerium suum uictum summittebant. Quo tempore etiam Adiabenorum gentis regina, Helena nomine, Iosepho teste, ingenti pecunia frumento in Aegypto comparato, indigentibus id transmittebat. Huius sanè Helenæ, cuius, quem modò diximus, historicus meminit, statuæ illustres in suburbanis Aeliæ locis longo pòst tempore sunt uisæ. Itidem Iosephus & Theudæ impostoris & malefici, de quo in actis quoque Apostolorum mentio fit, meminit, hisce uerbis: Quum Fadus Iudææ præesset, impostor quidam » Theudas nomine, persuadet ingenti hominum multitudini, ut facultatibus suis » secum receptis, ad Iordanem fluuium se consequerentur. dicebatur enim propheta esse. Is, quòd se iussu suo fluuium eum diuisurum, facileq; eis transitum » præbiturum esse polliceretur, multos seduxit. Cæterùm Fadus eos ea uesania non diu frui passus est. Turmam enim equitum in eos immisit, qui illos » ex improuiso oppressos, partim trucidant, partim captiuos abducunt. Ipse quidem Theudas uiuus in eorum peruenit potestatem, eius que necati caput Hierosolyma perlatum est.

De ea historici uariant.

Caij cædes.

ἔδον εἰ βασιλεύειν κἀνεφάνη.

Fames in Iudæa, &c. sub Claudio.

Helena Adiabenorum regina inopiæ patrum in Iudea subuenit.

De Theuda impostore seditioso, ex Iosepho.

Exemplũ uindicatæ seditionis & rebellionis.

CAPUT XII.

HInc deinceps historiæ idem Iosephus magnam illam famem addit, sicuti & Lucas in Actis, ea ipsa fame, Apostolorum ministerio exposito, illud deinde infert: Eo autem tẽpore, sub Claudio uidelicet, » Herodes rex (quem Agrippam Iosephus nominat, Lucas autem Herodem uocat, quòd fortasse binominis fuerit) manus in nonnullos ex Ecclesia, » ut eos affligeret, iniecit. Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis, gladio. De quo » Clemens quoq; σρωματεὺς, seu contextor, memoria quiddam dignũ in septimo Dispositionum libro, ex maiorum commemoratione acceptum scripsit: Quòd » is, qui illum ad martyrium ducebat, quum eum generose admodum, & magna » cum constantia ad supplicium ire uideret, se quoque Christianum esse profes» sus sit. Vterque igitur, inquit, simul abducti sunt. Atque inter eundum, noxam » sibi ille à Iacobo remitti rogauit. Iacobum porrò paululum deliberasse: mox q; » ad illum, Pax tibi, dixisse: osculum que ad uocem eam addidisse, & sic utrun » que capite truncatum esse. Herodes autem, ut sacra inquit Scriptura, quum gratam esse Iudæis Iacobi cædem uideret, Petrum itidem comprehensum,

Iacobi Apostoli martyrium.

Spiculator qui Iacobũ ad supplicium duxit, Christianus factus, et cum eo dem decollatus est.

Claudius Agrippæ regnũ cõfirmauit, omne Herodis imperiũ & Lysaniæ addens. Herodem Agrippæ fratrẽ Chalcidis regem cõstituit, Ioseph. lib. 19. cap. 4. de bell. Iud. lib. 2. ca. 4. Idem Herodes sacerdotiũ & templi administrationẽ à Claudio impetrauit. Ioseph. lib. 20. cap. 4. Eodem mortuo, regnũ eius Agrippæ iuniori Claudius tradidit. Ibid. cap. 9.

a Cap. 7. de bell. Iud. lib. 2. cap. 4.

grauíq; catena uinctum, in custodiam coniecit, eidemq; supplicium itidem capitale molitus est. Et perfecisset ille impiam illam cædem, nisi angelus noctu adueniens, uinculis illum liberasset, & in pristinum prædicandi uerbi ministerium reduxisset. Atque equidem res diuinæ dispositionis de Petro, sic se tum habuere. Cæterùm uindicta conatum Herodis in Apostolos nefarium persequutura, minimè cessabat: sed quæ aliàs ut plurimum tardior esse consueuit, tum præstò statim affuit.

A

Petrus per angelum è carcere liberatus.

CAPUT XIII.

QVum etenim post eum, qui dictus est, in Apostolos susceptum conatum, Cæsaream uenisset, celebri quodam die, splendida ornatus ueste, magna uocis contentione uehementius copiosiusq; pro tribunali ad populum uerba fecit. Ad cuius orationem quum plebs adclamasset, DEI uox, non hominis: confestim, ut sacræ literæ inquiunt, Angelus occulta plaga eum mulctauit: unde etiam à uermibus corrosus atq; cõsumptus, animam egit. Enimuerò præter alia, illud quoq; mirari mihi in mentem uenit, quòd Hebræorum historicus Iosephus, in uniuersum diuinæ scripturæ consona scribere uidetur. Qualia nanque de Herodis obitu in decimonono Antiquitatum libro [a] memoret, uerbis ipsius referre libet. Tertius, inquit, annus, ex quo totam Iudæam regebat, peractus fuerat, quum is Cæsaræę, quæ antea Stratonis turris uocata fuerat, esset, edebat ibi in honorem Cæsaris, pro cuius salute festos quosdã instituerat dies, spectacula. Confluebat tum ex ea prouincia, eorum qui magistratus & honores gerebant, ad eum multitudo. Porrò secundo spectaculorũ die, uestem ex argento miro artificio contextam induit, & in theatrum cum prima luce uenit. Ibi primis solarium radiorum ictibus argentum illustratum, mirandum in modum coruscabat, metuendũ atq; horrendum quiddam inspicientium oculis splendore suo inferens. Itaque assentatores hinc & inde, uocibus ne ipsi quidem bono futuris, acclamabant: Deum enim appellabant, & ut benenolus propitiusq; eis esset, rogabant: Si hucusq; eum ut hominem ueriti essent, de cæterò humana natura superiorem præstantioremq; professuros esse, pollicentes. Non increpuit eos rex, neque tam impiam assentationem est amolitus. Sed paulo pòst inflatum caput suum sustulit, & angelum funiculo cuidam insidentem conspexit. * Statim hunc ex malis illis esse, qui aliquando boni fuissent, cognouit. Itaque immensus illius pectus dolor, uentremq; cruciatus, cũ uehementia summa inuasit. & ad amicos conuersus: En ego, inquit, Deus uester, uitam relinquere cogor, Parcis ipsis derepentè ementitas in me uoces uestras coarguentibus: & qui modò à uobis immortalis sum dictus, nunc ad mortem abducor. Sed accipiendum uenit, quod Deo est uisum, fatum. Non obscuram tamen nos, sed felicioris splendidioris q; sortis exegimus uitam. Hæc ubi dixisset, dolores eum intensiores cruciabant. Quapropter magna celeritate in regiam est deportatus. Et fama apud omnes passim increbuit, paulo pòst eum omnino moriturum esse. Tum multitudo omnis unà cum coniugibus & liberis, sumptis patrio more saccis, locisq; omnibus fletu & luctu repletis, DEO pro salute regis supplicarunt. Et quum in sublimiore cubiculo is decumberet, & inde homines supinos procumbentes prospiceret, ne ipse quidem lachrymas cõtinere potuit, ac quinq; continuos dies uentris doloribus confectus, uitam finiuit: ætatis quinquagesimũ quartũ, regni septimũ agẽs annũ. Quatuor quidẽ ille sub [b] Caio regnauit annos, tetrarchia Philippi trib. annis administrata, Herodis aũt quarto anno recepta. Tres porrò reliquos annos sub Claudij imperio consumpsit.

Horrenda miseradeq; Herodis mors.

Iosephi testimonium.

Illustre exemplum perniciosæ impudentiũ adulatorũ assentationis.

Sub Herodis nomine Lucas Agrippæ senioris necem in Actis describere uidetur. Act. 12.

* Τοῦτον ἐνθὺς ἐνόησε πανῶν ἄγος, τὸν ποτὲ τῶν ἀγαθῶν γενόμενον.

Herodes angelum malum uidet.

b Claudius postea Agrippæ iuniori Philippi tetrarchiam Traconitidem concessit.

Dignus

A Dignus certè quidem est Iosephus iste admiratione, qui sic diuinis consona literis scribat.

CAPUT XIIII.

QVum ad eum modum persuasio & fides in SERVATOREM per omnem propagaretur terram, antiquus ille generis salutis q; nostræ hostis, arte quadam urbem eam, in qua tum summum esset imperium, prærípere atque occupare contendens, Simonem uico Gitthon ortum, qui antea Orientem peragrans, incantamentis eum atque impostoris compleuerat, eò mittit, ibíq; ille breui ciues (paucis exceptis) magica sua arte seducit. Eò autem impietatis peruenit, ut quùm Deus esse crederetur, tum statua magnifica in flumine Tiberi inter duos pontes honoraretur, cum inscriptione tali: Simoni Deo sancto. Atque inde Deus non tantum apud Samaritanos, uerùm in alijs quoque nationibus † princeps Deus colitur. Quin & Helena quædam comes eius, quæ Tyri Phœnicum, antehac in lupanari corpore prostituto quæstum fecerat, parem cum eo honorem consequuta, * principis intelligentiæ nomen obtinet. Hæc sic in defensione professionis nostræ ad Antoninum, philosophus idem que martyr Iustinus commemorat. Quibus similia quoque scribit in primo suo contra hæreses libro, Irenæus Lugdunensis episcopus. Vterque autem non longè post Apostolorum tempora uixit: de quibus suo loco, quæ par est, exponemus. Hæresum porrò omnium dux & princeps Simon iste habetur. Vnde in hodiernum usque diem, qui eius sunt sectæ & opinionis, sobrium & sincerum Christianæ philosophiæ institutum egregiè assimulantes, renunciasse quidem idolorum errori uidentur: nihilominus tamen eam retinere contendunt, simulachra & imagines Simonis & Helenæ i-
B stius erigentes, libationibus que & ceremonijs eos colere studentes. Horum res turpissimæ, stuporem & cõsternationem mentis hominibus afferunt. Quippe quæ tales sint, ut tantum absit ut stylo scriptis rectè mandari possint, ut propter obscœnæ fœditatis exuberantiam, nullum eas modestum & pudicum os eloquatur. Quicquid enim extare aut cogitatione concipi potest, quod turpitudine quauis sit impurius, id omne hæresis ista omnium sceleratissima atque nefandissima longè superauit, hominibus miseris, peccatis que oneratis mulierculis imponens. Tantum parentem, authorem, & ducem, aduersarium magnis CHRISTI discípulis, iam inde ab initio humanæ salutis insidiatrix uersuta illa uis obiecit. At diuina è diuerso gratia & inexpugnabilis uirtus, ministris ipsa suis sedulò assistens, tantorum malorum facem ubique incendium spargen-
5 tem, quàm celerrimè extinxit, sublimitatem omnem quæ se aduersus cognitionem DEI efferret, dissijciens atque pessundans. Quapropter nihil eorum quæ tum temporis succrescere cœperunt malorum, ad statum & uigorem suum peruenit. Veritatis enim ipsius lux, mirificè resplendens, coruscabat, & recens cœlitùs relucens ineluctabile uigebat uerbum, Apostolorum concionibus & institutis magis magisq; inualescens. Proinde & magus iste, gratiam miser uenalem esse existimans, primùm in Iudæa à diuo Petro, tanq; luce clariore, mentis oculos perstrictus, maxima eaq; maritima profectione suscepta, ex Oriente Occidentem uersus migrat, Romanamq; urbem præoccupat. Atque ibi quum cœptis suis maximè suprema inseruiret potestas, breui admodũ tempore usq; adeò res ex sententia succedunt, ut quùm sibi incantationibus & præstigijs totam conciliaret urbem: tum statua posita, ut dictũ est, diuini ei tanquã Deo exhiberentur cultus & honores. Sed enim non diu illi fraude ea uti concessum est, nam sub eodem Claudij Imperio, quæ omnia sapienter propter sum

Simon Magus Romã uenit.

Diuini honores ei ibi attributi.

* πρῶτος θεός.

Helena comes eius.

πρώτη ἔννοια.

Simon iste hæresum omnium author.

Hæresis eius spurcissima, & fœdissima, quæ Christi nomine tanquã obtentu & prætextu quodam ad flagitia & probra omnia tegenda abutitur.

Deus Simoni isti magnos Apostolos opposuit, & Petrũ præcipuè.

mum

Petrus Apostolorũ princeps. τὸν ἀφετῆς οὖτε καὶ πάλι θεμιότητος τὰ πρωτεῖα πατὰ πάντων τῶν ἀπεγόλων ἰσχυπότατα θεόθεν ἔνεγθεν.

mum in genus humanum amorem dirigit Prouidentia, quasi anteſignanum & A
inſuperabilem atque inuictũ fidei propugnatorem,* qui uirtutis ardoriſq; gratia primas inter Apoſtolos diuinitùs eſt conſequutus, Petrum, perinde atque contra feram agreſtem & pernicioſam, excitauit. Is non ſecus atque fortis & generoſus DEI dux, diuinis inſtructus armis, occidentalibus ex Oriente ſuper cœleſte perfert lumen, arcanum ſcilicet de CHRISTO myſterium, & regnum cœlorum læto promulgat nuncio. Atque ad hunc modum quum in Occidente Euangelica reluceret lucerna, ilicet Simon ipſe unà cum fraude & ſeductione ſua, confeſtim extinctus euanuit.

CAPUT XV.

Rogatu auditorum Petri, Marcus ſectator eius Euangelĩi ſcripſit, à Petro deinde comprobatũ.

TAntum autem in auditorũ animis pietatis reliquit lumen Petrus, ut auditis contenti eſſe, & in ijs quæ ſine ſcripto, de diuino uerbo addiciſſent, permanere nõ poſſent. Quam ob cauſam Marcũ, qui tum Apoſtolum conſectabatur, magna animorum contentione obtegantur, ut monumentum aliquod traditæ ſine ſcripto diſciplinæ, in literas relatum, eis relinqueret: neque prius inde diſcederet, quàm id quod rogatus eſſet, perfeciſſet. Quo cognito Apoſtolus, diuini inſtinctu ſpiritus, perquàm eſt tã eximia eorũ uirorum delectatus uoluntate & cupiditate: proindeq; ſcriptum id iudicio ſuo comprobauit, & ut in Eccleſijs legeretur conſtituit. Hanc quippe cauſam ſcripti à Marco Euangelij extitiſſe, Clemens in ſexto Diſpoſitionum tradit. Atq; his conſona Hierapolitanus commemorat Papias. Propterea'q; Petri, quod ſecundum Marcũ eſt dicitur Euangelium. Meminit porrò Marci in priore epiſtola ſua Petrus, quam Romæ agens cõpoſuiſſe fertur, in qua etiam figuratè Romã Babylonem nominat, ita inquiens: Salutat uos ea quæ in Babylone eſt, B
collecta, & Marcus filius meus. Quem Lucas quoq; in Actis Ioannem uocat. Dicunt præterea diuinum hunc Marcum, primum in Aegyptum & Alexandriam miſſum, Euangelium quod conſcripſit prædicaſſe, Eccleſias ordinaſſe, atq; ei quę ibi eſt Chriſtianorum monachorum ſolitariæ uitæ leges dediſſe. Tanta autem uirorum & mulierum à primo ſtatim initio confluxit multitudo, ut exercitij ſtudijq; eorum philoſophiam, inſtitutum, mores, uitam, rationemq; conuerſationis omnem, in ſcriptum retulerit, in utroq; philoſophiæ genere celeberrimus Philo; quem ad colloquium Petri, Romæ diuinum VERBVM concionantis, fama eſt peruenisſe.

Roma figuratè à Petro Babylon dicta.

Marcus idẽ in Actis, Ioannes.

Marcus, primus in Aegypto Euangelĩ prædicauit, et Monaſticen ibi inſtituit.

Philo cum Petro Romæ colloquitur.

CAPUT XVI.

NOn tantum uerò is quaſi numine afflatus, proſequitur inſtitutum eius temporis Apoſtolicorum ex Iudæis, ut uidetur, progenitorum uirorum: ſed id quoque iudicio ſuo comprobat, quamuis etiam tum plurimæ ueterum Iudæorum conſuetudines obtinerent. Aſſeuerat quoque uerbis diſertis, nihil ſe ueritate ducere prius aut antiquius, neque quidquam ex ſe ipſo rei ipſi addere conſtituiſſe. Quapropter ſcriptum id, canones & regulas, quę etiam'num in Eccleſia ſeruantur, liquidò continet. Inſcriptio autem libri eſt, & titulus,* De uita cõtemplatrice, ſiue † de ſupplicibus. Eos autem qui uitam eiuſcemodi amplexi eſſent, θεραπευτὰς, hoc eſt, cultores ſeu curatores uocat. uel quòd ita tum appellarentur, nondum Chriſtianorum nomine latè diffuſo: uel propter purum ſincerumq; DEI cultum: uel quòd tanquam medici, exercerent, curarent, atq; colerent eorum qui ad eos ueniſſent, animos, omni eos uitiorum perturbatione liberantes: uel aliam quamcunq; ob cauſam. neq; enim de eo contendere neceſſariũ eſt, Hos à principio, quum Chriſtiana philoſophia initiarentur,

Philo de Monachis Chriſtianis in Aegypto ſcripſit.

* περὶ βίων θεωρητικῶν.

† παρὰ ἱκε τῶν.

A initiarentur, dicit, rem familiarem facultatesq; ſuas relinquere ſolitos eſſe: ac deinde nuncio omnibus uitæ huius curis & ſollicitudinibus remiſſo, extra muros in ſemotis aliquibus agris & hortis, aut etiam mõtibus, uerſari atq; uiuere, diſſimiliumq; omniũ conſuetudinẽ tanquã pernicioſam auerſantes, uitam propheticam flagranti atq; feruenti fide meditari atq; æmulari. Non ſolum autem eo in loco, uerùm etiam alibi in orbe hoc genus fuiſſe ſcribit. Decebat quippe ſummi boni & Græciã & Barbariã participes fieri, in Aegypto tamen & maximè circa Alexandriã inſtitutũ hoc frequẽtari. In unaquaq; aũt ſolitaria, inquit, manſione ſacrã domũ reperias, quã σεμνεῖον, hoc eſt honeſtatis grauitatisq; locũ, & monaſterĩũ uocãt: in quo ſcilicet ab alijs ſeiũcti & ſolitarij, † honeſtæ ſanctæq; uitæ myſterijs imbuunt. Eò nihil inferẽ uel frumenti, uel potus, uel etiam alterius rei, ad neceſſariũ corporis uſum pertinẽtis. Sermones tantũ & leges, dictaq; propheta rum atq; hymnos diuinitùs inſpiratos ibi meditanẽ, atq; etiã alia, quib. doctrina & pietas augeſcens, * ſummũ cõſequiẽ bonũ. Interuallũ porrò temporis ab ipſo diluculo ad ueſperã uſq; in exercitio eos cõtinet. Sacris enim incũbentes literis, in patria ſedulò deſudant philoſophia. Ac quaſi fundamentũ primũ iacientes ipſam cõtinentiã, reliquas ei ſuperſtruũt uirtutes, neq; ante ſolis occaſum, alicui ex eis panẽ aut potũ ſumere licet. Virtutis enim ſtudiũ luce dignũ, ita ut par eſt: contrà aũt ad tenebras pertinere eas, quæ ad neceſſariũ corporis uſum ſumunt, curas iudicãt. Sunt aũt qui poſt tres aut plures dies demũ cibi reminiſcunt, quibus uidelicet maior doctrinæ ineſt cupiditas. Nonnulli etiã ita lætant, delicijsq; affluũt circa ſapientiæ epulas, plurimas ſuppeditantes doctrinas, ut duplicatũ etiam id tempus ſe abſtineant, & ſexto uix die de neceſſario alimento participare conſueuerint. Expoſitiones porrò ſacrorũ oraculorũ per allegorias arcanas oB cultasq; ſentẽtias, & anagogas ſiue cõtemplatrices & myſticas intelligẽtias inſtituũt. Studiũ ſiquidẽ, & quaſi lex philoſophorũ iſtorũ animanti perſimile eſt, cuius corpus dictũ literæ, anima aũt ſit abſtruſa in ea atq; inuiſibilis mens & intelligentia. Sunt quoq; apud eos & mulieres ſolitariæ, θεραπευτίδες, hoc eſt cultrices dictæ, quæ ſacrã hanc uitã & inſtitutũ ſectanẽ: quarũ pleræq; modeſta & ſobria ſenectute ornatæ, puritatẽ & uirginitatẽ nõ neceſsitate, ſed ſponte a animi deſtinatione colunt, nullamq; corporis uoluptatũ curam aut rationẽ habentes, nõ mortaliũ, ſed immortaliũ liberorũ gignendorũ cupiditatẽ obtinent, quales libe ros ſola ex ſeipſa DEI amans anima procreare poteſt. Verùm enimuerò quum duo ſint hominũ uitæ inſtituti genera: unius nimirũ, eiusq; inferioris coniugalis conſuetudinis: alterius aũt ſupermundanæ & angelicę, DEO uidelicet dilectę uirginitatis, ac ſolitariæ purioriſq; conuerſationis: ſi quis legitimum ac impollutum ſequatur matrimoniũ, longè ille quidem à reprehenſione abeſt, ſed paucio ra ei contingunt chariſmata & dona. Sobriè enim pudiceq; & is uiuere dicitur, & trigecuplum uirtutis fert fructum, difficulter certè quidem ſexagecuplũ. Cui uerò ſincerè Angelicam uitam degere ſit datum, etiamſi ea aſpera ſit & ardua, facile tamen ei fuerit ſexagecuplũ, atq; etiam centuplũ ferre fructum, certò ſcilicet ad perfectionem & ſummũ bonum collimanti. Scripta aũt ijs eſſe dicit ueterũ, qui authores & duces profeſsionis eorũ extitere, & multa monumenta ideæ & formæ eius quæ allegorijs delectat poſt ſe reliquerunt uirorũ: ijs illi quaſi archetypis, primiſq; exemplaribus utentes, morem modumq; eum imitantur. Ea porrò monumenta, diuina Apoſtolorũ Euangelia, & Pauli Epiſtolas eſſe puto, interpretationẽ antiquarũ ſcripturarũ rectam continentes. Non ſolum autem, inquit, contemplationi uacãt, ſed nouos etiã hymnos, carmina, & laudes in DEVM omni genere grauiorum numerorũ atq; rhythmorum componunt. Videbitur fortaſſe

Christianorũ non ſolum Monachorũ homĩum, inſtituta & mores.

Σεμνεῖα non ſolum Monachorum, ſed hominum Chriſtianorum omniũ oratoria.

† Τὰ τῶν σεμνῶν βίων μυσηρία μυουμένοι.

* τέλος θεωρητικόν.

Ieiunium.

Sacrarũ literarum ſtudium.

Antiquus Aſcetriarum ſtatus.

Collatio coniugalis & cœlibis uitæ.

Libri Chriſtianorum & Monachorum ſanctorum.

Non de ijs quæ in Christianis hominibus, canones hos Philo scripsit.

fortasse cuipiam, Philonem nõ hæc de Euangelicæ uitæ institutis dixisse, ut quæ A
alijs quoq; accommodari queant: sed is certum indubitatumq; esse sibi persuadeat, nostram illum depinxisse uiuendi consuetudinem. Quum ad hodiernum usq; diem, non apud alios quàm apud nostros homines, regulas tales uiuendiq; mores conseruari compertum sit: conuentus scilicet in unum, & seorsim quidem mulierum, seorsim etiam uirorum, frequentatas conuersationes, solitaq; & stata exercitia, quæ etiã nunc nos soli, & màximè unà cum inedia cibiq; abstinentia, cum precibus, & cum diuinorum oraculorum meditatione, & peruigilijs & orationibus, salutiferæ Passionis ferijs, atq; etiam ante eas ferias celebrare consueuimus. Addit insuper Philo & illud: Solere apud nos ita cãtari hymnos, ut quum unus certis conseruatis numeris, ritè atq; de cẽter præeat, reliqui tacitè illum audientes, hymnorũ tandẽ extremas partes concinant. Præterea temporibus suis illos humi in herba stipadio iacere solitos, uinũ prorsus, ut ipsius uerbis utar, nõ attigisse, neq; quidq; sanguinei gustasse refert. Potum quippe illis fuisse aquam tantũ, cibũ aũt cum pane salẽ & hysopũ. Adhæc morẽ quoq; Ecclesijs præsidentiũ magistratuũ describit: atq; in ijs, quũ cæterorũ ministrorũ munia, tũ summę omniũ Episcopalis dignitatis sublimitatẽ. Quod uerò hæc Philo de primis pietatis præconib. & traditis ab eis antiquitùs morib. scripserit, satis ei persuasum fuerit, qui diligẽter & accuratè, quã diximus, historiã eius uiri legere uoluerit.

Peruigilium Christianorũ in passionis Christi, &c. ferijs.

CAPUT XVII.

θεωρίαις

PHilo porrò ipse et uerbis est copiosus, & sententijs diffusus: exponendis autem per arcanã & mysticam interpretationem diuinis scripturis altus & sublimis, plurifariam sacrorum oraculorũ texens enarrationem. Ostendit id partim in cõmentarijs suis in Genesim, quibus B
titulum indidit, Sacrarũ legum allegoriæ: partim in distinctionibus, ambiguitatibus, & solutionibus earũ scripturarũ, quæ in quæstionẽ trahunt, summatim & per capita relatis. Sunt præterea aliæ quoq; eius seorsim editæ lucubrationes. De agricultura duæ. De ebrietate totidem. Alia item uariorum titulorũ scripta: quale est, Quas res mens sobria per orationẽ uel precetur, uel deprecet. Item de linguarũ confusione. De rebus expetẽdis & fugiendis. De natura & inuẽtione. De his quæ in disciplinis simul cõuenire debeãt, siue de Encyclopędia & disciplinarum orbe. Alius præterea liber, Quis sit rerũ diuinarũ hæres, uel de ea quę sit in æqualia aut inæqualia sectione. Item, de tribus uirtutibus. Item, de ijs quorum mutantur nomina, & quibus ex causis mutantur: in quo se quoq; scripsisse de testamento priore & posteriore testat. Composuit etiã librum de secessu & uita sapientis. Alium quoq; de Gigantibus, de rebus Mosæ: & quòd somnia diuinitùs accidãt, libros quinq;. Atq; hæc equidem sunt, quę in Genesim ab eo scripta, ad nos peruenerũt. In Exodũ uerò, quæstionũ solutionumq; quinq; libros eius esse cognouimus. Vnum de tabernaculo, unũ de Decalogo. De ijs quæ sub specie legum lata ad Decalogũ referũtur, libros quatuor. De sacrificijs animaliũ, & quę sint sacrificiorũ genera, librũ unũ. Item de propositis in lege præmijs, honoribus scilicet & pœnis. Inueniũtur etiam singuli eius libri: ut de Prouidẽtia, Contra Iudæos, * de Republica: Alexãder, siue de animantib. irrationalib. rationẽ habentibus. Item, seruos esse malos omnes. Et qui hunc cõsequit, Omnibus modis bonos liberos esse. Secundũ hos, † de uita cõtemplatrice, seu de supplicib. est cõpositus: unde ea transtulimus, quæ de Apostolis & primis Christianorum institutis & moribus, suprà diximus. Hebraicorũ quoq; nominũ in lege & prophetis interpretationes, eius esse perhibent. Itaq; Philo iste, Caio imperãte, quum Romam

Philonis lucubrationes.

περὶ φυγῆς καὶ εὑρέσεως

* ὁ πολιτικός † Suida, Philonis recẽsens lucubrationes, huic libro titulũ dat, περὶ τοῦ βιωτικοῦ τῶν χριστιανῶν.

A mam uenisset, libros de Caij amentia & uæcordia cõposuit, quos † per urbanitatem & ironiam, De uirtutibus inscripsit. Eos deinde Claudij temporibus quum in Senatu ibidem recitasset, tanta fuerunt in admiratione, ut digni iudicati sint, qui in bibliothecam Palatinam referrentur.

μετὰ ἄλλης καὶ εἰρωνείας.

CAPUT XVIII.

Iosephi lucubrationes.

EOdem porrò seculo, paulo pòst & Iosephus floruit, & ipse uir Iudæus genere, & ex sacerdotibus ortus. Tantum autẽ disciplinarũ doctrina excelluit, ut summam & patriæ et Grȩcæ linguæ peritiã sit consequutus. Multa is quoq; uolumina reliquit. Macchabæorũ certè libros, eius esse ferunt: potissimumq; eum qui inscriptus est, † Animũ rationem q; esse, quæ summũ in homine obtineat imperium. Antiquitates Iudaicas uiginti libris est complexus. Septem aũt de bello Iudaico Hierosolymorumq; euersione cõposuit, quos fama fert, Titum Cæsarem * manuũ suarũ annotatione comprobatos, publicari ubiq;, atq; etiam in Romana bibliotheca reponi iussisse. Edidit etiam alios duos de Antiquitate libros, in quibus Hebræos primos hominũ omnium extitisse, scriptaq; eorũ cæteris uetustiora esse ait. Præterea contra Appionem grammaticum, qui tum orationes aduersus Iudæos inuectiuas scripserat: & contra alios itidem, qui patria Iudæorũ gentis instituta & mores calumniari ausi fuerãt, refutationes. In quartũ refutationũ oratione prima numerũ testamentorũ seu canonicorũ ueteris, quod dicitur, instrumẽti librorũ iniens, * qui apud Hebræos maiorũ traditione recepti sint, & citra ambiguitatẽ atq; cõtrouersiam omnem pro legitimis ueriscq; habeantur, hisce uerbis docet: [a] Non multa uoluminum nobis sunt millia, dissonantiũ inter se atq; pugnantiũ. Sed uiginti tantum
» & duo libri, acta temporũ omniũ cõplectentes, qui quidẽ iustis de causis, diuino
» afflatu scripti esse creduntur. Horum quinq; sunt Mosæ, leges q; ipsas atque humani generis propagationem atq; successionẽ ad illius obitum usque continent,
» quod tempus nõ ita multũ à ter mille annis abest. [b] Deinceps uerò à Mosæ mor-
» te, usq; ad Artaxerxis, qui apud Persas Xerxi successit, regnum, qui post Mosen
» fuerũt, prophetæ, res tẽporibus eis gestas, sunt persequuti libris tredecim. Qui
» uerò sunt reliqui quatuor, hymnos & laudes in DEVM cõpositas, & præcepta
» hominũ uitæ habẽt. Ab Artaxerxe aũt ad nostrã usq; ætatẽ perscriptæ quidem
» sunt res uniuersę: sed nõ eam libri tales, quã illorũ qui eos præcesserũt apud nos
» meruerũt fidẽ: propterea quòd nõ tam certa atq; explorata prophetarum poste-
» riorũ sit successio. Satis porrò res ipsa declarat, qua religione nos libros nostros
» adire atq; uersare soleamus. [c] Quũ enim tot iam secula præterierint, nemo unq;
» inuentus est, qui uel addere quidquã, uel detrahere, uel mutare deniq; in sacro-
» sanctis oraculis ausus fuerit. Omnibus quippe, ab ipso ortu, Iudæis ingenitum
» est, diuinitùs proditã eam esse doctrinã credere, in eaq; constanter perseuerare,
» atq; adeò, si opus sit, pro ea etiam non grauatè ipsam adire & perferre mortem.

τὰ περὶ τοῦ ἀυτοπράτορος λογισμοῦ.

* ἰδίως γεγραφοτας.

Infrà lib. 3. cap. 11.

Ad finẽ aũt uigesimi Antiquitatũ libri indicat, quatuor se cõpositurum libros de DEO: quæ Iudæorũ de eo sint patriæ opiniones, De substãtia eius, Et de legibus: Quapropter apud eos quędã permissũ sit facere, quędã uerò sint prohibita. Alia insuper à se edita esse idẽ ipse in operib. suis asseuerat. Cæterùm in fine Antiquitatũ, in Iustinũ quendã ex Tiberiade, qui de eisdẽ, quibus ipse temporib. et rebus, minus uera scripsit, stylo inuehẽs, quũ alia permulta ei uitio dat, tũ hisce utit
» uerbis: Non equidẽ, inquit, itidẽ atq; tu, de mea solicitus sum historia. [d] Sed im-
» peratorib. ipsis scripta mea obtuli, quũ res ipsæ gestæ propemodũ adhuc cerne-
» rent. Conscius enim ipse sum mihi, me ueritatis cõsectandę precepta cõseruasse.
» Cuius quũ me testimoniũ consequuturũ sperarẽ, non me fefellit opinio. Quum

Vespasianus, Iotapata oppido subacto, Iosephũ cæpit. cum Romani ad Neronem mittere statuit. At ille imperium Rom. ipsi Vespasiano & Tito deberi post Neronẽ diuinans, eis persuasit, ut captiuũ se in castris secũ retinerent. Apud quos deinde Romæ in magno fuit honore. Statua etiam ei, propter historici stili nitorẽ, ibi publicitùs est posita. Suidas Iosephus de Canonicis ueteris testamenti libris.

b Euseb. lib. 3. cap. 10.

c Librorũ eorũ sinceritas.

d Iosephus ueritatem in primis est in historia scribenda cõsectatus.

» multis namq; aliis historiã meã legendã exhibui, ex quib. nõnulli in bellũ ipsum A
» etiã inciderũt, quemadmodũ Agrippa rex, & quidã cognati eius: tũ Imperator
» Titus, adeò per scriptorũ meorum monumẽta tantũmodo rerũ gestarum cogni
» tionẽ in homines uulgari uoluit, ut manus suæ annotatione historiã consignatã
» publicari præceperit. Rex præterea Agrippa sexaginta & duas scripsit epistolas,
» quibus fidei atq; ueritatis historiæ meæ perhibet testimonium. Ex quibus duas
Iosephi stylus. quoq; apponit. Tantopere aũt historico, rebus gestis ad imitationẽ Thucydidis scribendis, stylo enitet, ut neminẽ in ea laude primas ferre patiatur. Siquidem nouis subinde gaudẽs argumentis, cũ facilitate multa, nihil de artis uigore remittens, suauis admodũ & lætus incedit: & quàm mirifica eius est eloquutio, tum in
Collatio Philonis & Iosephi. concionibus gloriã & laudẽ meruit singularẽ. Philo certè quidẽ philosophiæ plurimũ operę nauasse, at Iosephus oratorum sacra magis coluisse uidetur. Et ille ad Platonẽ, hic ad Thucydidẽ respexit. Sed de Philone et Iosepho satis. Ad ordinem enim & contextum actorum Apostolicorum redire nos conuenit, ut per compendium summatim ea percurramus.

CAPUT XIX.

Acta Pauli & Barnabæ. POsteaquã Paulus & Barnabas ministeriũ fratrũ cõpleuere, & Hierosolyma reuertêre, à Spiritu sancto ambo designanẽ atq; deligũtur, ad quod uocati fuerãt opus. Ac per Seleuciã, in insulã Cyprum, ipsamq; Salaminẽ ueniũt, Iudæis Diuini VERBI Euangelium annunciantes: Ioanne, cui & Marci nomen fuit, eis inseruiente: qui deinde à Perga reuersus est Hierosolyma. Paphi aũt Helymas magus, qui idem Bariesus est, increpatione acriore Pauli oculos ad ęcitatẽ usq; perstringit. Et procõsul Sergius concionib.
Serg. Paulus Proconsul à Paulo ad Christum cõuersus. Pauli credit. Inde porrò Antiochiã Pisidiæ peruenit, et in Synagoga salutiferum
B uerbũ prędicat. Et iam ex gentib. ad fidei professionẽ accedũt nõ pauci. Opportuno aũt tempore oblato, Paulus rursum cõcionat. Ad quẽ quũ infinita conflueret turba, æmulatione maligna Iudæi accendunt, & Paulo aduersantes resistunt. Ille uerò ardoris & zeli melioris plenus, auersari quidẽ ipsos, & se ad gentes con-
Gentium ad fidem Euangelicam receptio. uertere dicit. Itaq; ingẽs coorta est lætitia, quæ ità recipiebant, gentiũ. Iudæi aũt techna quadã, multitudinẽ eorũ qui honores gerebãt, primariorũ uirorũ concitant, lapidibusq; Apostolos petere atq; persequi persuadẽt. Quare Apostoli inde Iconiũ, deinde Lystrã, mox Derben profugiũt. Postea reuertuntur Lystram, & Iconium, & Antiochiã. Peragrãt inde Pisidiam & Pamphiliam, & ex Perga deinceps Antiochiã maiorẽ perueniunt, atq; ibi fratribus gentiũ fidem exponunt. Postmodũ Iudæi quidã exoriuntur, ex præscripto legis Mosaicæ, eos qui ex gentibus ad fidei professionẽ accederẽt, primũ circumcidi, atq; ità demum in
Disceptatio, an fideles ex gentibus observandæ legis onere grauandi essent. CHRISTVM credere, totamq; Mosæ legem seruare debere, cõtendentes. Barnabas igitur & Paulus Hierosolyma petunt, quæstionẽ eam ad maiorum gentiũ Apostolos relaturi. Atq; ibi in conuentu multorũ, Petrus legis iugum deprecatur: & Iacobus cõcionans edicit, nõ esse faciendã molestiã eis qui ex gentibus fidẽ susciperent: sed per epistolã illis significandũ, ut se à cõtaminatione eorũ quæ idolis
Decisio eius. essent sacrificata, à fornicatione, & à suffocatis abstineant. Ita cum Paulo & Barnaba, Iudas, qui etiam Barsabas dictus est, et Silas, ad fratres Antiochenos legantur: eisdemq; quæ Apostoli Hierosolymis decreuissent, per epistolã insinuant. Necq; ita multo pòst, Antiochia illi rursum discedunt. Porrò Paulus & Barna-
παροξυσμὸς γενόμενος. Offensa inter Paulũ & Barnabam. bas † offensa & exacerbatione intercedente seiunguntur. & Barnabas quidem Marco assumpto in Cyprũ trajicit, Paulus aũt Sila sibi adiuncto Syriã petit: Lystrãq; & Derben peragrãs, Timotheũ quoq; suscipit, Græci quidẽ patris, fidelis aũt Iudęæ matris filiũ. Quem sanè propter Iudæos, consiliũ pro tẽpore capiẽs, & illorum

A illorũ se ingenijs accõmodans, quũ ipse circumcisionem abrogaret, nihilominus *ὁμονοίας χάριν.* tamen circumcidit. Omnes namq; ex Iudæis fideles, patrem eius Græcum hominem esse sciebant. Itaque illi ciuitates passim adeunt, & Apostolica decreta promulgãt. In Phrygia aũt & Galatia, atq; etiã in Mysia, quũ uerbum prædicassent, in animo habent prouinciã quoq; Bithyniã adire: sed quo minus id faciãt, Spiritus eis obsistit. Cæterùm Troade quũ essent, in somnis Paulo admonito, Macedoniã inde petũt. Et naui egressi, per Samothracen & Neapolim, in primã macedonicæ oræ ciuitatem Philippensiũ coloniã perueniũt. Inde porrò Thessalonicã, & finitimã ei Berrhœam, mox quoq; Athenas adeunt: ac deinceps occidentem uersus, Euangelium annunciantes, proficiscunt. Enimuerò epistola illa quæ Hierosolymis ad eos qui Antiochiæ in Syria & Cilicia, locisq; alijs omnibus ad fidem se ex gentibus cõtulissent, per Silam missa est, in hæc uerba est concepta:

Epistola Apostolorum & presbyterorũ Hierosolymis Antiochiam ad fideles ex gentibus data. Act. 15.

» Quandoquidem audiuimus, quòd quidam uenientes uos turbarint, dicentes,
» oportere uos circumcidi, legemq; seruare, quibus id non mandauimus: uisum est
» Spiritui sancto & nobis unanimiter congregatis, nihil uobis ultra imponere o-
» neris, præterquã hæc necessaria, ut uos abstineatis ab immolaticijs simulacrorũ,
» & sanguine, & fornicatione, & suffocato. A' quibus uos custodiẽtes, bene agetis:
» Valete. Misimus autem Iudã & Silam, primarios ex fratribus uiros, cum Barna-
» ba & Paulo, dilectis nobis fratribus, hominibus qui animas suas pro nomine
» Domini nostri IESV CHRISTI deuouerunt, ut uerbis hisce uos cõsolarẽtur.

CAPUT XX.

B POrrò quũ Philippis essent, purpuræ uenditrix è ciuitate Thyatirorum fœmina ad diuinum accedit lauacrũ. Et spiritus Pythonis, iussu Pauli ex puella profugit. Cuius dominis, quum spes quæstus eius, *Pythonis spiritus à Paulo ex puella pellitur Philippis.* quem ex ea capiebãt, esset præcisa, ilicet plagæ & uincula Apostolos arripiũt, & cataste pedes eorũ admodũ constringunt. Sedenim intempesta nocte preces ab eis fiũt, quas qui in eodem carcere uincti erãt, exaudiũt. Ac DEVS *Paulus in carcerem conijcitur.* quidem terram mouet & cõcutit: fores aũt, claustra, & uincula omnia soluuntur. Custos porrò carceris fores omnes apertas cõspiciens, ipse sibi attulisset manus, nisi eum uoce sua Paulus cohibuisset, omnes adhuc intus esse dicens. Ita custos lucerna arrepta, carcerem ingreditur, & quid sibi faciendũ sit, rogat. Tum illi ei *Custos carceris cum suis baptisatur, & in Christum credit.* VERBVM deprædicant, & ipse recentes eorũ uibices subcalida lauat aqua: proqua ab illis diuinũ sumit lauacrũ. Itaq; is cum suis omnibus lætus CHRISTO se-se dicat. Deinde illi bene manè magistratus primariorumq; uirorum iussu carcere emissi, per Amphipolim & Apolloniã, Thessalonicã perueniunt. Ibi Iudæi infideles tumultum in urbe mouent, & Iasoni, qui eos benignè hospitio exceperat, negocium facessunt. Nec minus & Berrhœæ similia eis accidũt. Sed Paulus à fratribus ad mare deductus, Athenas uenit. Eam urbem simulacrorum cultui deditam cernens, sermones & cum eis qui ex synagoga erant Iudæis, & cum philoso-
Acta Pauli Athenis. phis Epicureis simul & Stoicis cõfert. A' quib. tanquã † nugigerulus, inaniumq; uerborũ sator, & peregrinorũ deorũ annunciator, cõuicijs grauiter exagitat: & *ἀντιφιλοσόφων.* cõprehensus, in supremũ ibi iudiciũ, Areopagum, seu Martis uicum nominant, *Areopagitæ.* producit, atq; ad iudicũ subsellia sistit. Nouem ij erant, sapientia, uirtute, genere & opibus omnib. alijs præstãtiores habiti, et ad iudicũ munus obeundum, pro ut quisq; eorum uisus est optimus, ad tribunal lecti. In medio horũ consistens, superstitionẽ eorum, aræq; eius quæ apud eos IGNOTO DEO cõsecrata erat, an-
Summa cõcionis Pauli apud Areopagitas Athenis. nunciat: se'q; eius apostolũ & legatũ esse asserit, quem & Dominũ & creatorem cœli & terræ, q; scilicet per eum cõsistãt omnia, ipseq; nullius rei indigẽs, & nulli omniũ materiæ similis sit, laudat. Illa insup addẽs, nulla eũ alia re quàm pijs bo-

norũ operibus,& ueritatis cognitione coli:& peccata quidẽ, per ignorantiã huc A
usq; à nobis cõmissa eum dissimulare atq; remittere, de cætero aũt resipiscendũ,
& uerbis fidei cedendũ esse. Ac iudicandi quoq; eum potestatẽ propterea rece-
pisse dicit,ipsum scilicet IESVM CHRISTVM,qui diuinis prorsus factis & operi
bus DEVS perfectus,& idem perfectus(citra tamẽ peccatum)homo declaratus,
pro omnib.crucifixus sit,& à mortuis resurrexerit, omnibusq; spectantibus ad
suũ in cœlũ redierit patrẽ,rerũ nimirũ uniuersarũ DEVM. Quibusdã itaq;, quòd
resurrectionẽ ab eo audirent, res tota ludibriũ & fabula uideẽ. quidã aũt uerbis
Dionysius Areopagita. eius credentes,eum sectantur. In quibus & Dionysius Areopagita ille fuit,unus
ex sapientibus illis & delectis uiris. Tanta aũt ei fuit in CHRISTVM fides,ut non
modo dignus diuino lauacro esset, sed etiã ipsius Pauli manibus Athenien sium
Hierotheus. designareẽ episcopus, mirificis prorsus atq; diuinis charismatibus & donis pol-
lens. Vixit is etiã familiarius cum diuino uiro Hierotheo:quorum utriq; res sum
mas Paulus,ut eis,*in tertiũ usq; cœlum & paradisum ipsum raptus, initiatus fue*
rat,de Theologia,DEIq; VERBI ratione scilicet, nec non cœlesti hierarchia, re-
rumq; omniũ absolutissima dispositione atq; ordinatione, communicans tradi-
dit,quas res Dionysius postea etiam in scripta retulit. Qui porrò,uerbo pietatis
ueriq; cultus magnificè prædicando,magna usus est libertate,multosq; annos in
Dionysij martyrium. Et in eodẽ martyrio miraculũ insigne. partibus occidentalib.CHRISTVM glorificãs,ad multã peruenit senectutem,&
pro ipso martyrij corona est cohonestatus.Ferũt autem eum,caput suum, quod
gladio resectũ fuerat,in manibus gerentẽ, ad duo millia passuum tulisse: ibiq; id,
in quã inciderat,mulieri tanquã depositũ tradidisse. Quæ aũt ille scripta, sublimi
Dionysij Areopagitæ scripta rerũ diuinarũ cõtemplatione,sententijs,& eloquutione, admirãda prorsus & ex
† Qui Hierarchiam nominat,uno uerbo summatim rerum sacrarum omnium dispositionem ordinatam absolutamq; dicit. Et qui hierarchã uocat, numine afflatum,diuinumq; uirum, sacræ cognitionis peritum significat. Dionys. Areopag. cellentia, longeq; ab ijs quæ pro hominũ captu edita sunt, disita composuerit,
sic se habẽt. Primũ quidẽ opus de Diuinis nominibus cõscripsit, tredecim capiti B
bus:in quo ad centum quoq; alia capita sunt adiecta,diuinæ sapientiæ plena.Se-
cundus ab eo liber scriptus est, cui titulũ fecit, De cœlesti † hierarchia,capita ha-
bẽs quindecim. Tertius de Ecclesiastica hierarchia,capitũ septẽ, Quartus de ar-
cana seu mystica Theologia,quinq; capitũ.Reliquit etiã epistolas decem, quarũ
postrema Euangelistæ Ioanni,qui supra pectus Domini recubuit,est scripta.Ac
que hæc quidẽ eius scripta hodie quoq; circumferunt. Ipse aũt aliarũ quoq; lucu
brationũ suarũ mentionem facit, quales sunt, quæ ab eo Theologicæ dispositio-
nes sunt nominatæ. Item symbolica Theologia.præterea de Angelicis proprieta
tibus & ordinibus.Commentarius de Anima. De iusto & diuino iudicio. De di
uinis hymnis: Item de ijs quæ uel intelligentia uel sensu deprehenduntur. Com-
mentarij autem isti omnino uisi non sunt,neque nobis, neq; ijs qui ante nos fue-
runt,cogniti.Sed de Dionysio operibusq; eius hæc satis sint.

CAPVT XXI.

EO tempore, quum Claudius quintũ imperaret annũ, & immaculatã
DEI VERBI matrem mortẽ obire oporteret (quandoquidẽ & filius
eius, uerũ se hominẽ esse probans atq; cõfirmans, † ad grandiorẽ ex-
ἐπ' ἔσχατον λῶ oletæ senectutis ætatem nõ peruenit)unde sexagesimũ illa agens an-
num,nuncium à filio, per Angelum , de migratione & aduentu ad se eius, ita ut
antea quum ipse ad eam uenturus fuerat,accipit. Itaque migratione sua ad hunc
Migratio & ἀνάληψις Deigenitricis in cœlum. modum cognita,immensa repletur lætitia, (quid enim dulcius ei, quàm ut cum
filio & rege suo esset,contingeret?)lumen ad eam infertur,domus purgatur,ge-
nere propinqui, ut par erat, accersuntur, riteq; & ordine quæ ad transitionem
eam pertinent,præparantur:nuncium etiam illa, quem acceperat, ijs qui cum ea
erant,

A erant,exponit,& præterea uictoriæ mortis tropæum(erat autem palmæ ramus)
mõstrat.Et iam tempus instabat,quum in Sion super humiliore lecto reponitur.
& aderat Ioãnes,qui eam domi suæ fouerat:& præterea quidquid Hierosolymis
erat fœminarum celebriorum,quæ uel amoris necessitudine,uel generis propin
quitate ei coniunctæ essent. Tum uirgini discipulo & itidem alijs ipsa uirgo præ
cipit,ut duas eius tunicas uicinis uiduis, quę præter cæteras propensiore erga eã
amore atq; pietate fuissent, donent. Sub hæc uis lachrymarũ ingẽs ex oculis om- *Morti et funeri uirginis matris Apostoli Christi affuerunt.*
niũ profluit,orbitatẽ suã migratione illius cõplorantium. Deinde cœlitùs filius
eius,cum innumerabili angelorũ exercitu descendit, animã illius sanctã prorsus
& diuinam assumpturus:& tonitrus atq; nymbi sonitu confestim ex finibus om-
nibus suos cõgregat discipulos. Hæc quũ immaculata prorsus uirgo sciret, uni-
cuiq; quæ optaret,precatur,benedictione omnes dignatur,† & extremis illos uo *καὶ ἐξεπέμψατό σε λόγος πρὸς σεαυτόν.*
cibus cõpellat, Vale dicens: migrationemq; suam non luctu eos, sed gaudio po-
tius prosequi iubet: & quæ ad exequias sepulturamq; eius pertinerent, suauiter
& lætè exponit.Deinde Petrum ad se uenire iubet, mox reliquos etiam Aposto
los uocat,ardentes habentes faces:& mirificè exultãs,labiaq; aperiens,gratias fi
lio agit:atq; in lectũ rursum reposita,manus reuerẽter & grauiter,ita ut illã dece-
bat,eleuat, et uenerandum prorsus soleq; ipso purius corpus pulchrè cõponens
atq; cõfirmans (uidebat enim illũ angelorũ gloria circumcirca tanquã satellitio
stipatũ)cũ uoluptate et miraculo:Fiat mihi rursum secundũ uerbum tuũ,inquit.
atq; ita in charis illius manibus,perinde atq; obdormiens, beatã deponit animã.

CAPVT XXII.

B Aeterùm ne temerè uidear conuentus Apostolorum in dormitione *Testimonium Dionysij Areopagitæ.*
DEIgenitricis meminisse,necessariũ esse duxi,proferre ea quę Diony
sius Areopagita,in tertio capite ad Timotheũ Ephesium episcopum
scribit,quod caput tales habet inscriptiones:Quæ precationis sit uis,
de beato Hierotheo, & de religione atq; Theologica historia. Verba eius hæc
» sunt de Hierotheo:Congressus etiam est cum hierarchis diuino numine afflatis,
» quũ & ego & ipse, aliíq; multi ex sanctis fratribus nostris, ad spectaculũ † diuini *θεαρχικῶν τινὰ συναλλάξαι σώματος.*
» illius & salutiferi corporis cõueniissemus.Aderat ibi Iacobus quoq; frater Domi
» ni,* & itẽ Petrus theologorũ coryphęus & princeps.Deinde post id spectaculũ, *τινὰ τέκνον τῆς παρθενίας τινὰ παρεσβυτάτην τῶν θεολόγων μητέρα.*
» uisum est,ut hierarchæ omnes,pro se quisq; ut posset,hymno cantato, infinitipo
» tentẽ diuinæ uirtutis bonitatẽ cõcelebraret.Meministi tu satis, ut ibi secundum
» theologos ipsos,omnes alios sacros mystas lõgè superarit,totus à seipso secedẽs,
» totus mente extra seipsum degẽs, & prorsus cõuenientia eis quę canebat patiẽs,
» ita ut,à quib.audiebaẽ & cõspiciebaẽ,simul & cognoscereẽ & nõ cognoscereẽ:nu
» mine afflatus, & diuinus hymnorũ cantor iudicatus. Sed quid tibi de ijs, quæ tũ
» sancti illi uiri theologati sint,dicã? Quũ, nisi mei quoq; ipsius sim oblitus, memi-
» nerim,me multos hymnos & partes quasdã diuinitùs inspiratarũ illarũ laudũ, te
» canẽte,audireẽ? Hæc Dionysius. Apostoli autẽ,& qui præterea ibi aderant,uiri *Exequiæ Deigenitricis.*
egregij,lectum corona circumdantes,reuerenter illam exosculantur. Ad quam
deinde quàm plurima fiunt miracula.cæci namq;,præter spem expectationemq;
omnem,oculis suis solem cernunt,surdis auditus suus datur, claudi gressus reci-
piũt:& ut semel dicam, omne morbi genus attactu solo prorsus cedit & profu-
git.Deinde cereis ardentibus prælatis,& unguentis floribusq; sparsis, atq; An-
gelis cœlitùs pheretrum uel præeuntibus,uel stipantibus, uel etiam consequen-
tibus, diuinis patribus & Apostolis mirifica quædam carmina concinentibus,
intellectualis illa atque spiritualis arca, ex Sion in Getsemani, Apostolicis eam

gestãtibus manibus fertur. Cæterùm in hanc tantam lætitiam, molestũ & durũ quiddam incidit, quod silentio prætereundum non sit. Quum enim diuinum illud tabernaculum, ita ut dictum est, ad Getsemani portaretur, ubi DEI genitrix sepeliri se mandauerat: Iudæi inuidia tabescentes, quum occultare non possent, cum qui in mentibus eorum fouebatur, luoris affectum produnt. Inter quos alijs quidam confidentior, furibundusq; magis, (erat autem ex sacerdotum ordine) quum sacrum tabernaculum portaretur, impetu quodam præter rationem percitus, in id ferebatur, humi prosternere sacram illam arcam, atque pessundare in animo habens. Sed enim uindicta nequaquã morat. Namq; ab ulnis manus illius recisæ, ex pheretro dependẽt. At, quæ diuina natiuitate sua, lætitia habitabilem orbem omnẽ repleuerat, ne in obitu quidem cuipiam molestiæ aut ærumnæ alicuius causa futura erat. Porrò is cui hoc contigerat, quum malus quidem, sed tamen non prorsus desperatus & incurabilis esset, pœnitentiæ ritè prætendit remedium: & quoniam manus quas non habebat, protendere nequit, lachrymas profert, & simul cum ea resipiscentiæ disciplina, cura quoq; adest. Pheretrum enim consistit, & manus ad resectionẽ, unde deciderãt, accõmodatæ (Petri id iussu factũ) cõfestim pristinũ statũ suum recuperãt. Vbi aũt ad Getsemani peruentũ est, sepulturæ quidẽ illa, filium imitata, traditur: per illum autem ad diuina tabernacula, ad ipsum scilicet Paradisum, ubi & uitæ arbor consita est, ratione ea, quã qui hæc fecit, DEVS nouit, transfertur.

Ex Iudeis sacerdoti cuidam pheretrũ Dei genitricis impetuose inuadenti, manus decidunt, et ex pheretro dependent.

Manus eidem mox, per pœnitentiam resipiscenti, restituuntur.

Corpus diuæ virginis diuinitus in Paradisum translatũ.

CAPVT XXIII.

PRorsùs uitalis & salutiferi tabernaculi huius translationem, quum multi alij disertis uerbis clarè deprædicant, tum omnium maximè Iuuenalis Hierosolymorũ episcopus: magnus sanè diuinoq; afflatus numine uir, ex uetusta traditione, rẽ hanc sic gestam, scriptis suis cum fide confirmat. Dicit enim, totũ triduũ Apostolos ad monumẽtũ id, diuinorum hymnorũ carmina audiẽtes, perseuerasse. Accidit aũt rursum, ut Thomas ab eis abesset: uidelicet ut nota perspectaq; diuæ genitricis fieret assumptio, itidem ut antea filij eius, pro eo atq; decebat, post diem tertium resurrectio. Ingenti afficiebatur dolore, neq; quieto animo esse poterat Thomas, quippe qui tãti boni non fuisset particeps. Sacer aũt ille chorus, iniquũ esse iudicans, si ille quoq; diuinum uirginis matris corpus nõ spectaret atq; cõplecteretur, aperiri monumẽtum iubet. Quod quidẽ ubi ita est factũ, desideratũ illud corpus nõ comparuit. Sepulcralia tantũ lintea ritè cõposita loco suo manebant: itidem ut filij quoque eius in sepulcro relicta. Quæ & ipse, & qui cum eo aderant, cum ueneratione exosculati, incredibiliq; uoluptate, odorisq; suauitate repleti, sepulcrum quidẽ ad pristinum conformant modum: miraculum aũtem ipsum quasi per manus subinde posteris traditum, ad nos quoq; transmiserunt. Quod uerò diuinum hoc DEI genitricis tabernaculum resurrecturum fuerat, propheta quoq; Dauid prædixit: "Exurge, inquiens, Domine, tu & arca sanctificationis tuæ. Inde fama est, non ita pridem sanctissimæ uirginis quoq; † sacra primùm celebrari cœpta esse. Mores autem, formæq; & staturæ eius modus, talis, ut inquit Epiphanius, fuit. Erat in rebus omnibus honesta & grauis, pauca admodum eaq; necessaria loquens, ad audiendum facilis, & perquàm affabilis, honorem suum & uenerationem omnibus exhibens. Statura mediocri: quamuis sint, qui eam aliquantulum mediocrem longitudinem excessisse dicant. Decenti dicendi libertate aduersus homines omnes usa est, sine risu, sine perturbatione, & sine iracundia maximè. Colore fuit frumentum referente, capillo flauo, oculis acribus, subflauas, &

Confirmatur id authoritate Iuuenalis episcopi Hierosolymitani.

† Epiphan. lib.

Diuæ Deigenitricis mores.

Statura & forma.

A uas, & tanquã oleæ colore pupillas in eis habens. Supercilia ei erant inflexa, & decenter nigra: nasus longior, labia florida, & uerborum suauitate plena: facies non rorunda & acuta, sed aliquanto longior, manus simul & digiti longiores. Erat denique fastus omnis expers, simplex, minimeq; uultum fingens, nihil molliciei secum trahens, sed humilitatem præcellentem colens. uestimentis, quæ ipsa gestauit, coloris natiui contenta fuit: id quod etiamnum sanctum capitis eius uelamen ostendit. Et, ut paucis dicam, in rebus eius omnibus multa diuinitùs inerat gratia. Aetas autem eius sic se, ut antea dixi, habuit. Nunc ad Apostolica acta reuertamur.

μαφόριον.

CAPVT XXIIII.

PAulus Athenis discedens, Corinthum uenit. Ibi in Aquilam aulæorum textorem, & Priscillam coniugem eius, qui nuper admodũ Roma uenerant, incidit. Edicto enim Claudij, omnes ex Italia Iudæi eiecti erant. Cũ ijs Paulus diphtheras faciebat. Iudæi aũt Pauli doctrina audita, ei resistunt. Quapropter is ira percitus: Sanguis, inquit, uester super uos: à quo ipse purus, ad gentes proficiscar. Ibi quoq; Synagogæ princeps Crispus, unà cum coniuge & liberis, diuinũ suscipiunt baptismũ. Annum porrò integrum cum dimidio Corinthi Paulus fuit, & Gallio Achaiæ proconsul à tribunali Iudæos repellit. idemq;, quũ Sosthenes uerberaretur, pro nihilo eã rem habuit. Paulus uerò inde profectus, in Syriam nauigat. Ephesum aũt quum uenisset, manere quidẽ ibi tempore aliquo cogebat: festũ aũt diem proximũ Hierosolymis peragere cupiens, inde abijt, & mari Cæsaream Palæstinæ peruenit. Inde Hierosolyma profectus, mox Antiochiã Syriæ rursum tendit. Vnde deinde egressus, Galatiam & Phrygiam, ecclesias uisitans, peragrat. Apollos uerò quidã, patria Alexandrinus, eloB quentię ui pollẽs, argumẽtis demõstrationibusq; certis atq; firmis omnibus demonstrabat, CHRISTVM eum esse qui ab ipsis expectaretur. Hic Epheso profectus, Corinthũ appulit, atq; ibi magna cum libertate fidei uerbũ deprædicauit. Interea Paulus ex terra Syria Ephesum uenit: & qui ibi adhuc Spiritũ sanctũ esse nesciebant, eum manuũ illius impositione abũdè suscipiũt, peregrinisq; sermonibus & linguis loquunt. Biennio totũ in Asia Paulus peregit in cuiusdã schola, cui nomẽ Tyranno erat. Ibi omnes & Iudæos & Græcos ad VERBVM audiendum pertraxit. Fama porrò inauditorũ antea miraculorũ eius increbescebat, adeò ut sudaria quædã & semicinctia (tenues uidelicet fasciæ) quæ corpus eius attigissent, quùm morbos curarẽt, tum dæmonib. formidolosæ essent. Erant præterea Sceuæ cuiusdam sacerdotis filij septem, qui nomine Pauli dæmones adiurare & expellere audebãt: qui ita fugati, Paulũ se quidem scire, illos autem minimè nosse, dicunt: atq; cum impetu in illos insilientes, eos cõuulnerant. Quapropter res ea audita, omnibus timorem incutit. Mox etiam qui ex curiosis artibus uiuebant, libros suos uendentes, precium eorum ad quinq; myriades denariorum rediguntAct. Pauli. Aquila. Priscilla. Apollos. Miracula Pauli.. His porrò ita actis, in animo habebat Paulus per Macedoniam petere Achaiam, & inde reuerti Hierosolyma, deinde Romam etiam uidere. Quum autem adhuc in Asia esset, Timotheum & Erastum in occidentem misit. Ibi tum Demetrius faber argentarius, quòd aurei, quos faciebat, dij, Paulo illos despicere persuadente, negligerentur, tumultum non paruum Ephesi excitat: Actum esse de Dijs, periclitariq; etiam templum, quæ apud ipsos colebatur, Dianæ, quiritans. Vulgus itaq; furore & indignatione percitum, Magna, exclamat, Ephesiorum Diana: & impetu beluino quosdã ex Pauli sectatoribus cõprehendit. Ac nisi Alexander scriba cõsistens, sublata in altũ manu, suauibus multitudinẽ demul-

sisset uerbis, fortasse Paulum ipsum etiam interemissent. Qui Epheso discedēs, A in Macedoniam proficiscit, Ecclesias confirmans. Atq; inde in Græciā uenit. Cæterùm quum ibi à Iudæis ei struerentur insidiæ, rursum per Macedoniam reuertitur. Sequebantur eum Sopater, Aristarchus, & Timotheus. Tychicus autem & Trophimus Asiani, qui præcesserant, Troade eos expectabāt. Paulus porrò unà cum Luca (erant tum Azymorum dies) Philippis Troadem & ipse uenit. Ibi die Sabbatorum una, quum Paulus cōcionem longam haberet, & oratio in mediam noctem produceret, adolescens quidam Eutychus, qui in fenestra quadam sedebat, uerborum suauitate delibutus, & in somnū profundiorem delapsus, ex tertia cōtignatione decidit, & moritur. Ei uerò Paulus incumbens, bono animo esse, minimeq; eos tumultuari iubet, esse adhuc in homine animam dictitās. Ita iuuenis incolumis & saluus, multum eis qui congregati fuerant, præbuit lætitiæ & iucunditatis. Et colloquio ad aurorā usq; producto, inde abit, atq; Mitylenem, mox Samum uenit: & Trogyllij quum mansisset, inde Miletum adit, Hierosolymitanum iter urgens. Miletum porrò sacerdotes Ephesiorum ecclesiarumq; episcopos accersit, moremq; & uitam eis suam cōmemorat, ut uidelicet nihil eis earum rerum quæ profuturæ fuerant, indicare intermiserit, pœnitentiāq; & fidem in CHRISTVM priuatim & publicè testificatus docuerit. Proinde eos hortatur, ut & se & greges, in quibus eos Spiritus sanctus Episcopos cōstituisset, attentè curarent, ut uigilarent, sedulóq; cohortationum præceptorumq; suorum, quæ eos triennio toto docuisset, meminissent, & ut lupos Ecclesijs graues iamiam aduenturos cauerent. Multisq; præterea cōmodis atq; utilib. rebus expositis, cum multo planctu, uix tandē ab eis auellitur: & cum ingenti desiderio, ipse simul & † præbens & excipiens oscula, in nauem deducitur. Itaq; in insulam Co defertur. Deinde Rhodum, atq; inde per Patara in Phœnicem secundis uentis peruehi- B tur. Relictaq; ad siniſtram Cypro, rectà in Syriam nauigat. Tyrum porrò quum applicuisset, rursum naui Ptolemaiden, ac inde Cæsaream Palæstinæ uenit. Hic hospitio Euangelistæ Philippi, qui unus ex septem diaconis erat, excipit. ei quatuor filiæ fuere, quas DEVS oraculari & prophetico dono dignatus erat. Apud hunc quum plures dies maneret Paulus, eò etiam Agabus propheta ex Iudæa uenit, corrigijsq; zonæ Pauli, manus pedesq; uinciens suos, numine afflatus: Hæc, inquit, Spiritus sanctus prædicit: Ad hunc modū uirum hunc Iudęi in Hierusalē ligabūt, & in manus gentium tradent. Quapropter quū Paulū multi à profectione Hierosolymitana dehortantes destinerent, tantū abfuit ut ille persuaderet, ut non modò uinciri uellet, uerùm etiam mortem obire pro nomine IESV CHRISTI paratum se esse cōtenderet. Eis autem qui cum eo erant, ut uoluntas Domini fieret, inferentibus, dimissus ille Hierosolymam uenit.

Eutychū mortuum Troade, Paulus in uitā restituit.

Concio Pauli, quam Mileti ad Episcopos Ephesios habuit.

φιλᾶμ καὶ φιλάδελφος.

Philippi Euāgelistæ quatuor filiæ prophetisse.

Agabus propheta.

CAPVT XXV.

Paulus Ephesi in carcerem coniectus.

VErùm enimuerò qui profectiones Pauli descripserunt, quùm quamplurima alia eum simul & fecisse, & passum esse, tum hoc quoq; quum Ephesi esset, de eo memoriæ mandarūt. Quum enim ibi principē locum Hieronymus obtineret, multa cum libertate Paulus est cōciona tus. Quare Hieronymus illū bene quidē & disertè dicere, sed orationē eius non esse eorū temporū, testatus est. Plebs quidē certè, per insolentiā & furorē, Paulo cōpedibus iniectis, carceri eum includit, ut leonib. uorādus obiiceret. Ibi tū Eubula & Artemilla, clarorū Ephesi uirorū cōiuges, fidē edoctæ à Paulo (noctu enim ad eum ueniebant) diuini lauacri gratiā ab eo petūt. Itaq; uirtute diuina atque angelici satellitij ministerio, caliginem noctis, exuberantia splendoris illustrante, Paulus ferreis compedibus liberatus, illas diuino baptismo ad littus maris

Eubulam ibidem & Artemillā cum miraculo baptizat.

A maris initiat: & quum id nemo omnium, quibus custodiæ cura mandata fuerat, sensisset, ad uincula rursum sua, in quibus leonibus esca asseruabatur, redit. Sed enim ingenti magnitudine & robore intolerando, leo, contra ipsum immissus, in arenam quidem ille procurrit: sed mox ad pedes Pauli consedit. Et quum itidem aliæ immanes feræ immitterentur, ne tangere quidem ulla sacrum corpus ad orationem erectum atque compositum, sustinuit. His ita actis, derepentè fragore multo uehemens quædam supra naturæ ordinem grando decidens, multorum simul & uirorum & ferorum animalium comminuit capita, ipsiusq; etiam Hieronymi aurem amputat: qui deinde cum suis per Paulum DEO conciliatus, salutiferum susc ipit lauacrum. Leo autem ille profugus, in montes proximos euadit: & Paulus inde in Macedoniam & Græciam transmittit. mox rursum per Macedoniam uadens, Troadem & Miletum contendit. Atq; inde tandem Hierosolyma proficiscitur. Mirandum uerò non est, Lucam hanc Pauli cum beluis pugnam reliquis eius actis non inseruisse. Nam etiamsi ex Euangelistis solus Ioannes Lazari resuscitationem commemorat, minus tamen de fide ueritateq; eius ambigendum. Scimus enim, non omnes omnia scribere, credere, & nosse. Sed uti unicuiq; largitus est Dominus, & ut cuilibet diuidit & dispensat Spiritus, ita etiam intelligit, credit, & scribit spiritualiter ea quæ sunt Spiritus.

Θηριομαχία, hoc est pugna cum feris, Pauli. de qua 1. Cor. 15.

Lucas hanc Pauli cum beluis pugnam reliquis actis eius nō inseruit.

CAPVT XXVI.

Clades & calamitates Iudæorum graues & uariæ sub Claudio.

VUm ad eum modum Paulus ab Hierosolymis omnem circumcirca regionem ad Illyricum usque peragraret, Claudius Iudæos Roma exigit. Qui quum adhuc sceptra Romani Imperij gereret, ipsis Paschæ ferijs Hierosolymis tāta seditio & tumultus in plebe extitit, ut eorum tantum Iudæorum, qui ui ex templo exire uolentes, circa fores eius se inuicē premebāt & collidebāt, myriades tres proculcatæ inter se & enectę sint. [a] Quapropter festū id populo omni in ingentem est conuersum luctum, & ferè ad domos omnes doloris & planctus peruenit. Multa quoq; præterea Iudæi eo tempore experti perpessiq; sunt mala. Hisce porrò de rebus Iosephus quoq; scribens, ad hunc modū refert: Claudius aūt Agrippā Agrippæ filiū Iudæorū regē creat, & Felicē regioni omni Samariæ & Galilææ, & eius insuper quæ extrema seu trans Iordanē dicitur, procuratorē cōstituit. Qui Claudius Imperio tredecim annis & mensibus octo administrato, decedit, & Neronem filiū successorē relinquit. Neronis porrò tēporibus, [b] Fœlice Iudææ præsidēte, idem Iosephus in xx. Antiquitatū libro, de ciuili inter se sacerdotū factione atq; seditione, propemodū hisce uerbis cōmemorat: [c] Exoritur aūt & Pontificū seditio cōtra sacerdotes et primores plebis Hierosolymitanæ. Atq; quilibet temerariorum nouandarumq; rerum studiosorū hominū coacta manu, dux erat. Itaq; cōgressi inter se, quùm cōuicijs atq; maledictis alij alios proscindebant, tum lapidibus quoq; se inuicē petebant. Necq; qui hæc prohiberet, quisquam aderat. sed hæc omnia quasi in urbe, tutore magistratuq; omni carente, per uim impunè fiebant. Tanta porrò Pontificibus incessit impudētia & audacia, ut nō uererent seruos suos ex urbe in prædia & uillas, decimas eas quæ sacerdotibus debebantur, direptum mittere. Quapropter euenit, ut ex sacerdotibus nōnulli ad eam penuriā redigerentur, ut inedia in conspectu multorū morerentur: usq; adeò factiosorū uis & iniuria iuri & æquitati omni prævaluerat. Idem ipse historicus rursum eisdem temporibus exortum » prædonū quoddam genus refert, qui (ut ipse inquit) interdiu atq; in media ur- » be obuios interimebant. Potissimum enim diebus festis se mediæ plebi immi- » scentes, & sicas sub uestibus tectas habētes, aduersarios cōfodiebāt. Deinde eos quoque

a Seditio inter Iudæos & Samaritas exorta: unde latrocinia prouenerunt. Quadratus seditionis principes in crucē egit. Iosep. lib. 20. ca. 11 & 12. Tacit. lib. 12.

Hoc sic itidem reperitur apud Euseb. lib. 2. cap. 19. Initiū tantū tumultus eius allegatur. Seditio autem ipsa, sicuti à Iosepho cōmoratur, non adducitur.

b Felix Iudææ præfectus, Drusillam Agrippæ sororē, Aziazi Amasorū regis cōiugē, uxorē duxit. Iosephus eod. cap. 14. Antonius Felix Claudij libertus in Iudæa per omnē sæuitiam ac libidinem ius regium seruili ingenio exercuit: Drusillā Cleopatræ & Antonij neptē in matrimonium accepta. Tacit. lib. 12.

c Seditio Hierosolymitana inter Pontifices & sacerdotes sub Nerone.

Alius Hierosolymis sicariorum publicè et impunè grassantiū horrendus tumultus

quoq; qui ad cædem eam illos subornarant, per speciem ægrè eam indignitatem « ferentium, aggrediebantur. Itaq; factum, ut eo prætextu bonæ fidei habiti, de- «
Ionathas pontifex cæsus. prehendi non possent. Primùm equidem illi Ionathan pontificẽ trucidauere, & « post eum quotidie complures: & periculo ipse periculi timor grauior erat, quũ «
Aegyptius pseudopropheta perduellis opprimitur. pro se quisq;, sicuti in bello, in horas mortẽ expectaret. Deinde illa quoq; infert: « Maiore insuper calamitate Iudæos affecit propheta Aegyptius. Aduenies enim « in regionem eorum homo præstigiator, & qui prophetæ sibi fidem arrogaret, « ad trigínta millium, quos seduxerat, hominum multitudinem cogit. Eos ex soli- « tudine in montem qui Oliuarum est dictus, ducit. Ex eo loco in animo habebat « Hierosolyma ui capere: superatoq; Romanorum præsidio, tyrannidem sibi in po « pulo, satellitio eo, quod secum impetum in urbem facturum esset, fretus uendica « re. Sedenim conatum eius præuenit Felix. nam is Romanorum copias unà cum « Hierosolymitanę plebis auxiliis, cõtra eum ducit: & pugna commissa, Aegyptius « statim in fugam uertitur, & quàm plurimi in exercitu eius uel cæduntur, uel capi « untur. Hæc Iosephus in secundo de captiuitate Iudaica historiarum libro refert. « Huius autem Aegyptij & acta Apostolorũ mentionẽ faciũt, ubi Iudæorum mul « titudo seditionem contra Paulum excitat. Dicit enim ad eum tribunus: Non tu « Aegyptius ille es, qui paucis antè diebus tumultu per seditionem cõcitato, in so- « litudinem ad quatuor millia hominum sicariorum eduxit?

CAPUT XXVII.

Simon Magus Romæ præstigijs homines seducit. Canis pro foribus eius excubans, humana uoce loquitur.

NErone autem imperante, Simon Magus Romæ miracula per impo- sturas & præstigia edebat. Canem autem maximũ pro forib, catenis uinctũ habebat, per quẽ ad se uenire uolẽtes, si ei minus placuissent, arcebat. Aduenit porrò magnus ille Petrus ad Simonem uisendum; B qui canem eum efferatũ & horrendũ in se ferri uidens, quũ authorẽ eundẽ ante aduentũ suũ, mortis permultis fuisse, qui ingredi uoluissent, intellexisset, uincu- lis eũ soluit, atq; humana uoce annunciare hero suo, Petrũ CHRISTI seruũ adesse, iubet. Canis porrò quo iussus fuerat modo, nunciũ perfert. Ad eam rem, qui tum cum Simone erant, cõsternati obstupuerunt. Quibus ille: nihil id noui esse, se quoq; eadem facere posse dixit. Itaq; canẽ exire, & Apostolum ad se uocare iu-

Colloquiũ Petri cum Simone, Idem inter se miraculis cõtendis certant.

bet. Petrus accitus ingredit. Ibi in colloquio mutuo multa inter se uerba faciunt. Miraculis equidem & uarijs prodigiorum operibus Simon longè superat. Qua- propter multi ex illis ad CHRISTVM accedunt, atq; baptismum subeunt. Enim- uerò & Simon ipse, dæmonum ei inseruientiũ opera, multa admiranda faciebat. Nam ut statuæ mouerentur curabat, & in ædibus uasa atq; instrumenta dome- stica se sponte propria hinc inde transferebant, & ipse flammis circundatus non

Impostura & præstigiæ Simonis Magi, perinde atque Proteicuiusdam.

urebatur. Ferebatur quoque uolans in aere. Ex lapidibus, fuco hominibus obie- cto, panes faciebat. Draconis quoq; formam induebat, & in uarias animantium species mutabatur: duplici facie indutus cõspiciebatur, in aurum se totũ trans- formabat, fores uectibus & claustris probè cõmunitas & occlusas dicto aperie- bat, uincula ferrea disrumpebat, in conuiuijs omnifariam formarum simulacra exhibebat, ut plurimæ ante eum præcederent umbræ efficiebat, quas defuncto- rum dudum esse animas nugabatur. Nec ipse modò, ad quam uellet, transforma batur speciẽ: uerùm etiã alios quos uoluisset, in uariarũ animantium formas mu- tabat. Quosdam autem, quum planũ eum & scurrã esse coarguere & conuincere tentarent, amicitiæ prætextu simulato, bouem sacrificãs, ad epulas inuitabat, & inde multiformibus eisq; incurabilibus morbis & immanibus dæmonibus sub- ijciebat. Hæc atq; his similia, quum diuus quidem Petrus uerè ac reipsa, Simon autem

A autem falso & impostura rũ fuco facerent, Nero utrunq; euocat: & quùm, quod melius esset dispicere non posset, tum quidem, ut insolentiũ prodigiorũ effecto- res, ambos, tanquã errones & scurras, Roma expellit. Postea aũt animum ad im- postorem & impurũ Simonẽ, quippe & ipse impurus & impius, maximè cõfert.

Nero utrunq; Roma exigit.

CAPUT XXVIII.

Paulus Hierosolyma uenit.

IIsdem temporibus, Paulus unà cum discipulis suis, clitellis iumentis impositis, Cæsarea ascendit Hierosolyma: & die sequenti ad diuũ Ia- cobum Hierarchã & presbyteros ueniens, eos salutat, & quæ DEVS per ipsum apud Gentes effecisset, exponit. Illi porrò gloriã primùm DEO ferebãt: deinde Paulũ admonebãt, q; plurima esse Iudæorũ fidelium millia, qui legis zelo & æmulatione perciti, de eo certiores facti essent, quasi omnes do- ceret à lege deficere, circũcisionẽ abolere, & patrios mores negligere. proindeq; authores suasoresq; ei erãt, ut cõsilio † ad tempus accõmodato, purificaret, & ex legis præscripto caput raderet, ne scilicet legem abrogare uideret. Atq; ille qui- dem ita purificatus, templũ ingredit. Iudæi aũt Asiani eo cõspecto, ira uehemen- tiore ducti, manus ei inferunt, & alius aliũ cohortati, tanq; eum qui templũ pro- phanaret, inde extrahunt, & occidere moliunt. Cæterùm cohortis Tribunus, tu- multu eo ciuitatis audito, magna cum celeritate accurrit, & Paulũ ex percussorũ manibus raptũ, grauib. duabus catenis uinctũ, in castra ducit: & quòd eum Ae- gyptiũ illum esse, de quo paulò antè diximus, opinaret, idipsum inquirit. Ille autẽ Tarsensem se ex Cilicia esse dicit. Deinde quũ eum in gradus stetuisset, causam dicere iubet. Ibi Paulus stans, de rebus suis commemorat, quòd spectatũ scilicet satis esset, zelo se & æmulatione patriæ legis flagrantem, apud Gamalielem cære monias eius accurratè & diligenter didicisse: acceptisq; à senioríb. epistolis, Da-

Ὁμονοιαὶ καὶ ἀγάθοεργοι.

A Iudæis Asianis ibi in templo per tumultum capitur.

A tribuno in castra ducitur.

Causam apud Iudæos dicit.

B mascum, ut ibi in uincula, qui CHRISTVM prædicassent, conijceret, cõtendisse. Immensam uerò tum cœlitus lucẽ circũ se coruscasse, uocemq; inauditam antea ad se delatam esse: excæcatũ inde circuisse, uisum postea rursus ab Anania rece- pisse. Deniq; baptismo cõsignatũ, IESV CHRISTO nomẽ dedisse. Hęc omnia quũ referret, magis etiã magisq; tumultuari multitudo incipit: tollendum eum es se, necq; talẽ hominẽ uiuere debere, clamitãs. Tum tribunus Paulũ flagris cædit. At ille, quũ Romanũ se ciuẽ esse diceret, plagis liberatur. Deinde, cum prima lu- ce Tribunus, rem omnẽ certius cognoscere uolens, Pontifices & consiliũ euocat: atq; ibi, quum Paulus rursus concionaretur, ab Anania in os uerberatur. Quem Paulus Pontificẽ esse nesciens, quùm paricte m eum dealbatũ uocat, tum illegiti mum iniquumq; ei iudicium obijcit. deinde † cõsilio quodã pro tempore capto, Pharisæũ se nominat: & quòd mortuorum resurrectionem prædicet, propterea se in ius trahi dicit. Hoc modo, Pharisæorũ sibi, nihil eum criminis admisisse cre- dentiũ, cõciliat studia: & Tribunus ueritus, ne quid multitudo, quod minus de- ceret, faceret, eum abducit. Noctu uerò CHRISTVS Paulo assistens, forti ani- mo esse iubet: eumq; sicuti Hierosolymis, ita Romæ quoq; de se testificaturum esse dicit. Erant autem quidam qui iuramento confirmauerant, persuasuros se quidem sacerdotibus, ut Paulum è ciuitate producerent; ipsos uerò ad eum ne- candum paratos fore. Quod quum Paulus cognouisset, (nam id ad eum fororis eius filius detulerat) Tribuno significat. Ille porrò, Claudius scilicet Lysias (ita e- nim uocabatur) duobus centurionibus, ducentisq; hastatis, & septuagínta equi tibus, diuinum committit Apostolum, ut noctu iumentis uehentem, Cæsaream cum epistola ad Felicem ducerent. Et ille, quum eos qui Hierosolymis uenissent, excepisset, expectaturumq; se, qui eum accusarent, dixisset, in Herodis prætorio asseruari illum iubet.

ὠνείδισε τοῦτο.

Conspiratio quorundã Iudæorum in necem Pauli.

Paulus Cæsaream ad Felicem ducitur.

CAPUT

CAPVT XXIX.

Accusatur apud Felicem Paulus.

VInctę dies interceſſere, quum ſeniores Hieroſolymis eò ueniunt, Ananias pontifex, & orator quidam Tertullus nomine: qui quùm alia multa Paulo, accuſans, nugis ſuis & loquentiæ conuenientia obiecit: tum ut peſtiferũ & ſeditioſum hominem cõuicijs proſcindit, propha nantem ſanctum ſanctorũ, & templum ipſum. Inſuper etiam, magni & grauis cri minis loco adiecit, anteſignanũ hunc eſſe Nazarenorum ſectæ. Paulus uerò facile criminibus alijs oratione ſuaui confutatis, colere ſe DEVM, iuxta eam quam illi dixiſſent ſectã: neque ſe ijs quæ in lege aut prophetis ſint, dictis refragari: neque aliter quàm accuſatores conuiciatoresq; ſuos credere conſtituiſſe, annunciare etiam mortuorũ qui uel piè, uel impiè uixiſſent, reſurrectionem: qua de re potiſsimum in præſenti cauſa iudiciũ ſit, profitetur. Quibus auditis, Felix iudiciũ ad Ly ſiæ tribuni aduentum cõperendinat. Qui tribunus quamprimùm ueniſſet, cauſam ſe iterum auditurũ dicit. Paulũ autem in cuſtodiã mittit, neque quenquã ad eum adire, quęq; ei uſui eſſent, ſubminiſtrare uolentẽ, prohibet. Cæterùm paulo pòſt Felix unà cum Druſilla uxore accerſitũ Paulum, de ſalutifero Verbo concio nantem audit. Itaq; metu ex cõcione eius concepto, Felix paulatim eum abſolue bat. Profeſsionem uerò fidei ſuſcipere nolens, pecunias ſe ab eo accepturũ ſpera bat: eamq; ob cauſam frequenter cum eo accito, familiarius libentiusq; ſermones conferebat. Enimuerò biennio exacto, Portius Feſtus à Nerone ſucceſſor Felici mittit: qui quũ Cæſarea Hieroſolyma aſcẽderet, Ananias põtifex, ut Paulũ eò uo caret rogat, eo nimirũ conſilio, ut in itinere clam ferro ille à cõiuratis trucidaret. Feſtus petitionẽ eam reijciens, eos Cæſareã, ubi cõtrouerſia decideret, uenire iu bet. Eò quũ Feſtus & presbyteri ueniſſent, Paulus pro tribunali crimina ſibi ab eis obiecta, tanq; aranearũ telã ſoluit, nihil ſe uel in legem, uel in templũ admiſiſſe pulcherrimè demonſtrãs. Ac Feſtus quidẽ, ut Iudęis gratificaretur, Hieroſolyma Paulũ uenturũ eſſe dicit. Id uerò ille deprecat, ad Cæſaris tribunal ſe ſtaturũ atte ſtans. Nemini quippe fas eſſe, hominẽ ad Cæſarẽ prouocantẽ, Iudæis per gratiã donare. Ad hũc modũ quũ Paulus techna quadã Feſtũ cõſtrinxiſſet, ille re in cõ ſilium relata atq; deliberata, tandem: Cæſarem, inquit, appellaſti, ad Cæſarẽ ibis.

Portius Feſtus cauſam Pauli audit.

Paulus ſuſpectũ Feſti iudicium habens, Cæſarem appellat.

CAPVT XXX.

Agrippa rex eũ uxore Bernice Cæſareã ad Feſtũ uenit.

INterea Agrippa rex, unà cum Bernice cõiuge Cæſareã ad Feſtũ ue nit. Atq; ibi quũ plures dies moraret, Feſtus cauſam Pauli regi expo nit, ut ſcilicet is uinctus à Felice relictus fuerit, & ut presbyteri & pon tifices, officiũ iudicis aduerſus eum implorarint: ut denique pro tribu nali hominẽ accuſatorib. preſentib. ſtatuerit, atq; ibi nihil criminis in reo, quantũ ſuſpicari licuerit, cõpertũ ſit, præterq; ꝙ quæſtiones quædã de religione ipſorũ, et de quodã IESV defuncto, quẽ Paulus uiuere aſſereret, ab accuſatorib. ei obijce rent. Et quũ ipſe dubius anceps q; de iudicio hoc fuerit, Paulũ ad cognitiõnẽ Cæ ſaris prouocaſſe. Hic Agrippa: Peruelim, inquit, & ipſe uirum audire. & Feſtus: Cras audies, ait. Itaq; maximo cũ apparatu prima luce Agrippa cum Bernice freq̃s cõuocat auditoriũ. Et aderãt ibi etiã Feſti iuſſu, qcunq; in ea urbe fuere uiri clari. Itaq; Paulus uinctus adducit. Tũ ibi Feſtus ſermonẽ exorſus: Agrippa rex, et quicunq; in cõuentu hoc adeſtis, inquit, hic ille eſt, quẽ Iudæorũ multitudo, tu multu ingẽti cõcitato, ad me ueniẽs è uiuis tollendũ eſſe omnib. modis cõtendit. Ego uerò, quũ nihil eũ morte dignũ cõmiſiſſe animaduerterim, & ipſe iudicium Auguſti appellauerit, eò mittẽdũ eſſe duxi. Quũ uerò nihil certi, q̃d de eo ſcribã, habeã, ad iudiciũ tuũ eũ produxi, rex Agrippa: ut cauſa cognita, tandẽ habeã, q̃d de eo

A de eo Cæſari ſignificem. Admodũ enim abſurdum mihi uidetur, uinctũ quenq; mittere, & non ſimul cauſam uinculorum indicare uelle. Tum Agrippa ad Paulum: Permittitur tibi, inquit, de te ipſo quod uiſum eſt, dicere. Ibi Paulus conſue tudine fortaſſe quadam, manu extenta, uerba fecit. Et primùm arte quadam pru denter Agrippam, ut uirum iuſtum, conſuetudinumq; & quæſtionum Iudaica rum egregiè peritum, laudare non omiſit. Deinde felicem ſe eo nomine, quòd in talem auditorem cauſæ ſuæ incidiſſet, iudicauit. atq; huiuſmodi præfatione præ miſſa, res ſuas exponens: Ab ineunte ętate, inquit, accuratè & diligenter in patria Phariſæorum ſecta educatus & doctus ſum. Ac ne nunc quidem alia de cauſa ad tribunal ſto, quàm quòd mortuorum reſurrectionem futuram eſſe doceo, quam DEVS olim patribus promiſit. Quod quidem ad nomen IESV Nazareni perti net, zelum & defenſionem patriarum legum ſpirans, multa quæ non docuerunt admiſi, eaq; omnia apertè facere ſum uiſus. Teſtatur id uniuerſa Hieruſalem: per multi enim à me, qui poteſtatem eam à ſacerdotibus acceperã, in cuſtodias ſunt coniecti. Tantum autem in me furor is exuberauerat, ut etiam in longinquiores urbes ſim profectus, perſequens, omnisq; (quod dicitur) funè moto, euertere ſectam hanc contendens. Itaq; Damaſcum quum iter facerem, meridie ipſo lux ſole illuſtrior cœlitùs me circumfulſit. Cuius ſplendoris magnitudine oculos perſtrictus, & proinde caligine obſitus, in terram decidi. Ad hæc uox de cœlo audita, quę CHRISTVM perſequi uetabat, & mox ut exurgerem iubebat: eam ob cau ſam uiſionem mihi talem oblatam eſſe indicans, ut me teſtem produceret, earum, quas ſciret, quasq; paulo pòſt indicaturus eſſet, rerum: ut ſcilicet cęcorum aperi rem oculos, & homines à tenebris ad lucem, & à poteſtate atque imperio Sathanæ ad CHRISTVM conuerterem, remiſsionem peccatorum, hæreditatemq; in B ter ſanctificatos, per eam quæ in ipſum eſt, fidem & perſuaſionem recepturos. Viſioni porrò tali, quæ naturam omnem longè ſupergrederetur, non morem gerere, religio erat. Itaque Iudæis ſimul & Gentibus, ut per reſipiſcentiam & pœni tentiam ad DEVM conuertantur, dignaq; pœnitentiæ opera perficiant, annun cio, nihil prorſus extra prophetas & ipſum Moſen docens, nimirũ quòd CHRIS TVS, qui paſſus ſit, & primus ex mortuis reſurrexerit, lucem gentibus, uitamq; & ſalutem æternam proprio ſuo denunciet populo. Hæc quum Paulus cum diſerta facilitate diceret, Feſtus, utpote animalis quidam homo, qui non ſatis « ea quæ ſpiritus ſunt aſſequeretur, ſtultitiamq; adeò & inſaniam eſſe ſuſpicare tur, tanquam per multas literas mente captum, neque ſatis quæ diceret intelligentem, cum conuicio Paulum ridebat. Cui ille, non inſanire ſe, ſed ueritatis & ſobrietatis uerba loqui aſſeuerat. Quemadmodum id regi ipſi, ad quem hæc liberè diceret, probè cognitum eſſet: quem nihil earum rerum larêret, omnibus quæ prophetæ annunciarunt credentem. Ibi ad eum Agrippa perhumaniter: Modica ex parte, inquit, mihi, ut Chriſtianus fiam, perſuades. At ille: Mihi uerò in primis apud DEVM in optatis eſt, non ſolum modica, uerumetiam maxima ex parte, non te ſolum, uerumetiam qui orationem meam hodie audierunt omnes, tales fieri, qualis ego ſum: extra uincula duntaxat iſta, quibus obſtrictus ſum, catenarum.

Paulus apud Agrippam de rebus ſuis uerba facit.

Nero Agrippæ Galileæ partem donauit. Ciuitatem quoque Iuliadem cum uicis XIIII. conceſsit.

Ariſtobulo Herodis Chalcidis regis filio Armeniam minorem permiſit. Ioſeph. lib. 20. cap. 15.

Summa prædicationis Pauli næ.

CAPVT XXXI.

AGrippa autem, & qui cum eo erãt, ex conſeſſu ſtatim conſurgentes, & ſeorſim cõſiſtentes, Nihil (inquiũt) homo iſte, quod uinculis aut morte dignũ ſit, facit. Ad quod Agrippa adijcit, abſoluendum eum fuiſſe, niſi Cæſarem appellaſſet. Ea porrò de cauſa in Italiam ei naui-

gandum esse, decernit. Ita Iulio cuidam ex cohorte Augusta cõmittitur. Nacti au A
Paulus Romã nauigat. tem nauem Atramyttinam, in eam conscendunt. Porrò cùm Paulo erat Lucas, & Aristarchus ex Macedonia Thessalonicensis. Indè Sidonem sunt delati. mox progredientes, iuxta Cyprũ nauigãt: & deinceps Ciliciæ & Pamphilię marí trãsmisso, ad Myra Lyciæ appellunt. Ibi Alexandrina naui in Italiam tendente, inuenta, Iulius uinctos in eam imponit. Et ad Gnidum quum propius accessisset, præter Cretam, iuxta Salmonam uehitur. Dehinc ad oram, cui Boni portus nomen est, deferuntur: à quo non longè oppidum erat, Lasæa dictum. Et quum periculosa esset nauigatio, Paulus nauem tempestate ad iacturam usq; uectoresq;, de uita ipsa summè periclitaturos pręmonens, non transmittendum inde suadet. Sed centurio in eo gubernatorem nauis, magis quàm Paulum audiebat. Quapropter inde, quòd portus ad hyemandum non satis idoneus esset, discedunt: & Noto spirante, Asso superata, Cretam præteruehuntur. Mox uentus exoritur typhonicus & turbulentus, quem procellosum Eurum, seu Euroaquilonem uocant. Itaq; naui ab eo rapta, quum contrà niti non possent, tempestati aliquantum cedentes, feruntur. Et ad insulam quandam paruam, quæ Clauda dicitur, cursu directo, uix scapham consequuntur. Eaq; in nauim sublata, nauim ipsam quàm possunt firmissimè, contra incursiones & procellas fluctuum cingentes, instruunt & communiunt. Deinde ne in Syrtes, quæ dicuntur, inciderent ueriti, uelo laxato uehuntur. Et turbulentissima coorta hyeme & tempestate, tertio demùm die iacturam faciunt, & manibus ipsi suis omnia nauis armamenta in pelagus proiiciunt. Quum autem diebus pluribus neq; sol neq; astra in cœlo conspicerentur, immanisq; præterea immineret tẽpestas, omnis spes salutis præcidi tur. Eaq; de causa uectores cibi abstinentia & inedia longiore macerantur.

Atq; ibi Paulus: Decebat, inquit, uos mihi morem gerere, & è Creta non solue- B
re. Sic enim tempestatis huius iniuria & iactura careretis. Sed nunc quoq; quieto uos bonoq; esse iubeo animo. Præter nauim enim nulla uectorum intercidet anima. Hac enim ipsa nocte Angelus DEI, quem colo, mihi assistens, timorem me ab iicere iussit. Oportet enim, dicens, apud Cæsarem te sisti. Et quòd gratiosus apud Deum es, uectores simul omnes tibi ille donat. in insulam autem uos quandam eiici necesse est. Quartadecima deinde superuenit nox, & illi in Adriatico afflictantur mari: atq; altitudinem inquirentes undę, ad uiginti passus inueniũt. Et ne in aspera inciderent loca metuentes, quatuor è puppi anchoris proiectis, diem à DEO precibus optant. Tum demum nautæ scapham è naui in mare proiiciunt, & fugæ consilium capiunt. Centurio autem, Pauli suasu, funes scaphæ incidi iubet, eamq; uentis auferendam committit. Et priusquam illucesceret, Paulus omnes, ut cibum capiant, hortatur, ne capillum quidem unicum è capite eorum omnium decisurum pollicens. Ipseq; primus DEO quas decebat gratijs sacratis, cibum sumit: quòd itidem uectores reliqui, qui ducenti & septuaginta sex erant, faciunt. Vt autem dies illuxit, terram quidem dinoscere nequeunt: sinum uerò conspiciunt littus habentem. Subductis itaq; ancoris, gubernaculorumq; remissis iuncturis, & artemone aliquantulum sublato, spirantis uenti ui ad littus
Naufragium. tendunt. Et prora quidem integra permanet, puppis autem fluctuum uiolentia soluitur. Milites porrò illud consilij capiunt, ut uinctos omnes interimant, ne ex eis quisquam natando euadat. Centurio autem, propter Paulum, cædem eam inhibet: & pro se quemq;, ut posset, consulere sibi iubet.

CAPUT

CAPUT XXXII.

Paulus cum reliquis uectoribus in Melitẽ insulã enatat.

ET confestim omnes in littus euadunt. Insulæ nomen Melita erat: cuius incolæ barbari quidem illi, non parum tamen curæ & benignitatis naufragis exhibent. Itaq; propter imbrem copiosorem, & frigus uehementius, pyram illi ingentem accendunt, & circumcirca consident. Ibi quum Paulus multa sarmenta congesta pyræ imponeret, & uipera, quæ in dumis eis latebat, calore eo excitata proreperet, manum eius mordicus arripit. Quod ubi Barbari, ita scilicet feram eam ex manu illius dependere, conspiciunt, non bonum eum esse uirum, sed homicidam, & immanem quempiam, qui etiamsi sæuæ tempestatis uim euasisset, præsentem tamen à uenenoso serpente ictus, ne diutius uiueret, uindictam sentiret, suspicantur. Sedenim nihil inde periculi Paulo accidit. nam serpentem excussum in flammam conijcit. Illi uerò existimantes eum ueestigiò uel ex incensione arsurum, uel exanimatum pessumiturum, improba uenenati morsus contagione: ut aliter rem euenire uiderunt, * puppi, quod dicitur, ad exhibendum citatiorem cursum impulsa, longè diuersa de eo loqui incipiunt, diuinisq; eum prosequuntur honoribus. Agri & prædia insulæ eius, Publij, primum ibi tenentis locum, erant: qui per triduum ad summam hospitalitatem nihil faciens reliqui, benignè eis facit. Cæterùm copiosam is humanitatis eiusmodi reportat gratiam. uehementes enim febres, & dysenteria, quæ mala Publij patrem dudum uexauerant, attactu Pauli pelluntur. Alij præterea quàm plurimis afflicti morbis, dolore & cruciatu statim omni, pristinæ restituti ualetudini, leuantur. Vnde magnus Paulo honor prouenit, uectoribusq; quæ ad nauigandi usum pertinerent, abundè submi-
Miracula à Paulo in Melita edita. nistrantur.

* πρήμναν ἀνανεῦσαι, hoc est, puppim impellere, est sensim retrocedere, nauigio non inuerso. Qui enim se ita cedens recipit, puppim remigando impellit. id quod propterea facit, ne prorsum fugere, dum se paulatim subducit, uideatur, & ne tergum hostibus obuertat. Prouerbialiter autem est, sententiam pristinam sensim mutare. Suid.

πρήμναν πρασάγειν οἱ ἐκ τοῦ παροιμιώδους τὸ τὴν γνώμην ἠρέμα λέγοντες εἶναι.

CAPUT XXXIII.

IBi uerò etiam aliud nauigium Alexãdrinum, Castoribus, dijs falsis, quorũ imagines præ se ferebat, consecratũ hyemabat. Quemadmodum enim Christianam pietatem colentes nauium gubernatores, naues suas sanctis quibusdam dedicant, inscriptioneq; id testantur: itidem olim, pro eo atq; uolebant, falsò creditis dijs, picturis eas inscribebant. Hac igitur naui, tertio post mense, diuus Paulus conscensa, Syracusas, deinde Rhegium, atq; inde perendino die Puteolos perfertur. Ac postremò saluus Romam peruenit. Verumenimuerò fratres quidam, Pauli aduentu cognito, usq; ad Appij forum & Tres tabernas (quæ loca extra urbem Romam sunt sita) obuiam ei Paulus Romã peruenit. processerant. Romæ porrò Centurio cæteros quidem uinctos, quibus oportuit, tradit: Paulum uerò secum ipse retinet. Triduo pòst Paulus primoribus Iudæorum ad se uocatis, oratione confirmat, nulla in re patriam legem se præuaricatum esse: cæterùm quum uinctus in Romanorum manus esset traditus, illiq; causa cognita, se absoluendum iudicassent, populares autem sui uehementius eũ persequuti essent, necessariò se eò descendisse, ut Cæsarem appellaret: Non equidem, inquit, quòd gentem meam in quopiam accusem: sed potius, ut uos uiderẽ atq; alloquerer. Quam enim circumdatam mihi cernitis, propter ipsam Israelis spem gero catenam. Qui ipsi quoq; suspicionem amouentes, nihil se quidq; mali uel sermonibus uel literis de eo accepisse: paratosq; esse, res, de quibus dictu- Idem ibi apud Iudæos de doctrina Euangelica disserit. rus esset, audire, testantur: scire se, ubiq; sectæ Christianæ contradici, allegantes. Designatur ergo dies, & illi omnes adsunt. Tum ibi die integro Paulus de CHRISTO, atque eius regno orationem habet: atque ex lege & prophetis, ad lo-

cum quemcp congruentem afferens teſtificationem, probationes adducit. Illi A porrò partim quidem obſequuntur, paulatimcp ſermones eius complectuntur: partim uerò, ut dictis eius fidem haberent, non adducuntur. & ſic in diuerſas opiniones ſciſsi diſcedunt. Deinde Feſti literis Neroni redditis, Paulus ad tribunal eius ſiſtitur: & defenſionibus diſertis, admodumcp prudenter ad perſuadendum accommodatis, uariam illam & uerſutam feram, non ille quidem popularis ſuos perſtringens, ſed crimina tantum ſibi obiecta refellens, effugit. Ex eo tempore biennium Paulus Romæ permanſit, mercede operis ſui uiuēs: omnesque, ad ſe uenientes perhumaniter exceptos, duplici, in primis tamen diuina & cœleſti alimonia fouens. Atcp ad hunc modum cum magna ſimul & animi et linguæ libertate regnū DEI, & Dominum noſtrum IESVM CHRISVVM, nullo interueniente impedimento, prædicans, Euangelium omnibus annunciauit.

Idem priore Neronis iudicio abſolutus.

Euangeliū toto biennio Romæ prædicat.

CAPVT XXXIIII.

Secundo imperātis Neronis anno primùm Paulus Romā uenit. A quo etiam tum eſt abſolutus, intra quinquennīū illud, quo tolerabilis Tyrānus is fuiſſe dicitur.

HActenus ſacer & diuinus Apoſtolus & Euāgeliſta Lucas hiſtoriam actorum Apoſtolicorum ſcripſit. Deinceps porrò eccleſiaſticorū hiſtoricorum aperta ueſtigia ſequētes, reliquas hiſtoriæ noſtræ res, DEO cōfiſi, exponemus: & Spiritus ſancti inſtinctu, quæ ſuperſunt, adijcie mus. Ac tum quidem abſolutus a Nerone Apoſtolus, ad concionū miniſterium rurſum eſt profectus. Quum autem iterum in urbem Romanam ueniſſet, martyrio ibi uitam finijſſe creditur. Non mirum quippe erat, Neronem, quòd ab initio humanitate quadam præditus eſſet, facilé Pauli pro doctrina inſtitutæ defenſioni acquieſcere: poſtquam autem idem in impia atcp nefaria flagitia, tanquam in ſcopulos impegiſſet, ad alias aliorum, cædes quoque Apoſtolorum adijcere. Itacp tum primùm, ſicuti dictum eſt, dimiſſus, [a] priorem ad Timotheum ſcripſit epiſtolam, [b] quem Epiſcopum antea Epheſi conſtituerat. In hac tanquam † in forma adumbrata, rationem & uitam Hierarchicam copioſè exprimit, qualibus moribus eſſe conueniat eos, qui Chriſtianis ſacris præeſſe uolunt, ſpiritus afflatu ſcribens. Non ſolum autem Timotheo, & per illum Eccleſijs CHRISTI omnibus, [c] ſed etiam ſacro Tito aliam epiſtolam ſcripſit: quem antehac inſulæ Cretæ epiſcopum ordinatum, ibi reliquerat, ut ſi quid in Euangelica prædicatione ſua adhuc deeſſet, ille adimpleret. Ad Corinthios etiam, Epheſios, Galatas, Coloſſenſes, Philippenſes, Theſſalonicenſes, præterea ad Iudæos, & Romanos, omnesq adeò quos eum adire Spiritus ſancti uis & gratia iuſſerat, quosq per fidem in CHRISTVM Euangelicam magnificè regenerat, quæ præſens oratione ſua dilucidè docuerat, eadem per compendium abſens in memoriam reuocās, epiſtolas dedit. Ita uerò ea quoq quæ ſecretioris myſterij, magisque abſtruſa antea ſilentio præterierat, poſtea per ſacra ſcripta ſua, aut grandioris ſapientiæ uerbis accuratè & dilucidè declarauit: aut ſaltem (ut ita dicam) parabolarum more & ſpecie, tanquam per ænigmata adumbrauit: neque propter eos qui ad res diuinas audiendas idonei futuri erant, ea occultans: neque propter ineptos atcp indignos, dilucidè prorſus & apertè, ad contemptum euitandum, exponens. Quum autem denuò, ut dictum eſt, poſt longam uariamcp profectionem & curſum, Romam uenit, morte ibi pro CHRISTO eſt multatus: quo tempore quum adhuc uinctus eſſet, poſteriorem ad Timotheum compoſuit Epiſtolam: in qua, quùm priorem defenſionem ſuam oſtendit, tum eam quæ iam ſibi imminebat martyrij conſummationem declarat. In prima „ enim, inquit, defenſione mea nemo mihi affuit, ſed omnes me deſtituerunt, ne „ id illis imputetur. Dominus autem mihi præſtò fuit, & confortauit me, ut per „ me

Romam Paulus iterum uenit, & martyriū ibi ſubijt.

Tredecimo Imperij Neronis anno.

a Epiſtola prior ad Timotheum.

b Ἐν Λαοδικείᾳ Phrygiæ Pacatianæ metropoli.

† ἐν τύπῳ.

c Aliæ eiuſdem epiſtolæ.

Sed epiſtolæ tales non extāt. Aliter infrà li. 3. cap. 19.

Conſilium Pauli in Epiſtolis ſcribendis.

Epiſtola ad Timotheū poſterior.

A me prædicatio impleta perficeretur, eamcp omnes gentes audirent: & liberatus ſum ex ore leonis. Neronem ita, propter ſæuum & ferocem eius animum, deſignans. Et quum in ſpiritu ſciret, iamiam ipſius pro CHRISTO adeſſe mortem, ſimile quiddam infert: Et liberabit me Dominus ab omni opere malo, & conſeruabit in regnum ſuum cœleſte: martyrium impendens ſignificans. Id quod ſignificantius in eadem ipſa, diuino inſtinctu, prædicit Epiſtola. Ego enim iam, inquiens, delibor & offeror, tempusq reſolutionis meæ inſtat. Indicat porrò in hac poſteriore ultimacp ad Timotheum epiſtola, Lucam ſibi affuiſſe: in priore autem defenſione, ne eum quidem ipſum. Vnde colligi rectè poteſt, Apoſtolorum acta diuum Lucam uſque ad id ipſum tempus perſcripſiſſe, hiſtoriamcp omnem & acta eorum magnificè, tantiſper dum Paulo prius adfuit, proſequutum eſſe. Atque hæc quidem recenſui, illud oſtendere uolens, Paulum teſtimonium ſuum, quod Lucæ perhibet, non ad id quod ille de aduentu Pauli Romam in actis ſuis ſcripſit, ſed in poſterius * tempus referre. Toto enim ferè orbe peragrato, atque triginta & quinque annis Euangelico pro CHRISTO certamine peracto, quum poſtremò iterum Romæ eſſet, & in coryphæum præcipumcp Apoſtolorum Petrum incideret, una cum illo ibi immortalitatis coronam accepit.

Lucas acta ſua Apoſtolica ad priorem Pauli in urbē Rom. aduentū continuauit.

** Quo ſcilicet tempore poſteriorem ad Timotheum dedit epiſtolam. & uinculis à Nerone cōſtrictus fuit.*

CAPVT XXXV.

NOn minus etenim Petrus quoq orbe peragrato, & ijs qui ex circumciſione erant, omnibus, in Palæſtina & Syria & ubicp ferè terrarum prædicatione promulgata, quum ſub Neronis imperio Romam, propter deteſtandum illum Simonē, qui publicis inſcriptionibus DEVM B ſe uocare, prædicationemcp CHRISTI euertere eſt auſus, ueniſſet, factisq illum ſimul & ſermonum ui coarguiſſet: atcp Romanorū Eccleſiæ, primùm quidem Lino, deinde Anacleto, & poſt hos tertio, ad mortē uadens, ſapientiſſimo Clementi claues commiſiſſet, ad DEVM migrauit. Is porrò unà cum Simone, tanquā prodigiorum effector, à Nerone Roma pulſus, Hieroſolyma rurſum & Orientales ciuitates petijt: & orbem miraculis illuſtrans, in Fauſtinum & Fauſtinianum, ſiue Nicetam & Aquilam incidit, qui filij quidem clariſsimi uiri Fauſti Romani, Cæſarem genere attingentes, fratres autem Clementis erant. Hos quum ab Simonis præſtigijs prodigioſis abduxiſſet, ciuitates uiſebat, Simonis ſemina ubique radicitùs euellens. Deinde uerò etiam ſacrum Clementem ad ſe pertraxit, eumcp ſibi ad arcanas obſcurascp illius de anima & reſtitutione hominis, alijscp rebus ingentibus quæſtiones, per appoſitas ſolutiones ritè & præſenti animo reſpondens, atque inſuper miraculis multis, & ſecretioris ſapientiæ ui familiarius coniunxit. Multis uerò deinceps annis & Matthidiam, nobilem matrem eorum, quam in inſula quadam ex naufragio ærumnoſe uiuentem reperit: quippe quæ Roma Athenas liberorum ſuorum doctrinæ gratia unà cum illis nauigans, naufragium paſſa fuerit: quum illi quidem alius aliò diuina prouidentia incolumes euaſcre, ipſa uerò in inſulam eiecta, in ſeruitute uitam egit. Hanc diuus Petrus ibi inuentam, quum ad ſpectandas uiferas columnas diuertiſſet, eumcp (quos diximus) liberi illius tres ſequerentur, matremcp ſuam præter ſpem & expectationem omnem cognoſcerent, diuino regenerauit baptiſmo. Vt autem & pater eorum Fauſtus Roma ad uxorem & liberos quærendos profectus, Aegyptumcp, Syriam & Phœnicen peragrans, diuino quoque nutu in Petrum ſuoscp incidit, & itidem ut illi, ſacrum ſuſcepit lauacrum, unà cum illis Apoſtolum per orbem comitatus eſt. Ita illi

Petrus & Paulus Romæ martyrio coronati.

Primi Ro. Eccleſiæ Epiſcopi.

Diui Petri acta.

Clemēs Rom. epiſcopus.

Pater eius, & fratres.

Mater eiuſdē.

Diuus Clemēs eū duobus fratribus, & deinde parente utroq, comes & ſocius Petri, prædicādi in orbe Euangelij fuit.

clemens lib. 1. recognitio. uetusq; inſcriptio columnæ.

longo tempore ueri certiq; rerum eius gestarum præcones fuere, simulq; cum A
eo CHRISTVM prædicarunt. Petrus porrò ad eum modum per orbem habita-
Primi Episcopi ecclesiæ Rom. bilem passim uadens, ecclesias ubiq; constituit. Et Romanam quidem, quos su-
prà diximus, successoribus cõmisit: Lino uidelicet, Anacleto, & tertio sacro Cle-
menti. Ipse quidem Clemens se à Petro in obitu eius lectum dicere, & à Petro se-
cundum numerare uidetur. Alij autem quartum eum à Petro esse referũt, in qui-
Alexandrinæ. bus etiam est Eusebius Pamphili. Alexandrinæ autem Marcum præfecit: in cu-
ius sacro ministerio, Nerone octauum imperante annum, Anianus successit. Por-
Antiochenæ. rò Antiochenam primùm Euodio, deindè reuera * numine afflato DEVMq; fe-
rente Ignatio regendam tradidit: quem Ignatium tenellum etiamnum, tanquam
θεοδιδακτον ἀλλ' θεοφόρον simplicem & integrũ, manibus suis sublatũ CHRISTVS exhibuit: & simplicitatẽ
integritatemq; discipulis ostẽdere & cõmendare uolẽs, Nisi ei ipsi similes fierẽt,
nequaquam illos in regnum, quod tum prædicabatur, peruenturos esse dixit. Si-
Siculæ. culorum uerò ecclesiæ Pancratium: alijsq; regionibus, insulis, & urbibus Epis-
copos alios, qui ab eo sacram CHRISTI disciplinam accepissent, præposuit. Ad
hunc modum ipse in Palæstina, Syria, Phœnice, Ponto, Galatia, Cappadocia, Bi-
thynia, breuiter in totius Asiæ & Europæ oris, omnibusq; adeò qui in dispersio-
Postremis Neronis temporibus Petrus Romã peruenit. ne erant Iudæis & Græcis Euangelio CHRISTI uirtute & ui uerbi (signis & mi-
raculis accedentibus) promulgato, extremis Neronis temporibus Romam, ur-
bium omnium reginam, quum ibi quoque Paulus esset, peruenit.

CAPVT XXXVI.

SEdenim quum ibi mirificis amborum miraculis tãta ad Christianis-
mum conflueret multitudo, ut numerus eius iniri non posset: Nero, B
penes quem summa rerum erat, ad improba impiaq; delapsus flagi-
tia, ea re cognita, cõtra ipsam diuini cultus armatur pietatem: & per-
Persequutio Christianorũ sub Nerone. cussoribus dispositis, tot fideles ferro necat Romanos, ut etiam Senatus admodũ
iam propter paucitatem sui ordinis hominum imbecillis, alias super alias accu-
mulatas cædes ægrè ferret. Inde Simoni admodum Apostolos persequenti, adi-
Simon magus Romæ modis omnibus agit, ut Apostoli è medio tollantur. tus liber ad Senatũ & Neronem datus. Atq; is omnem (ut in prouerbio est) mo-
uet funẽ, ut illorum etiam nomina è medio tolleret, tanquã qui cædis tantæ mul-
titudinis authores fuissent. Itaq; Nero Apostolis infensus, planum Simonem ip-
se quoque planus est complexus. Quum igitur Petrus Simoni resistens, cum eo
sæpe conflictatus esset, tumorq; impietatis in malefico illo supra modum excre-
uisset, postremò quàm licentiosissimè in conspectu omnium Romæ ad Petrum,
Petri oratione Simon dæmonum ope in cœlos euolans, humi sternitur, & moritur. Tu uerò quid ais? inquit: proptereáne CHRISTVS tuus magnus est, quòd à ter
ra cœlos conscendit? quin & mihi id facere procliue est. Et confestim manibus
extensis, sursum uersum, dæmonibus eum, quibus se permiserat, ducentibus, fe-
rebatur. Petrus autem admodum anxius esse, & cum DEO in corde per preca-
cationem colloqui: & tandem spiritu plenus, potestates illas quæ nefarium ho-
minem in sublime attollebant, increpare, & ut ab eo discederent iubere. At il-
le statim præceps deorsum uersum fertur, & humi allisus, mortuusq; rumpi
tur. Ibi ex populo qui antea Simonem diuinos usurpantem honores laudibus
celebrauerant, subitò ita prostratum uidentes, laudesq; pristinas per palinò-
Populus Deum Petri & Pauli concelebrat. Simonium. diam recantantes, ingenti claraq; uoce, Vnus est magnus DEVS, acclamant,
quem Petrus & Paulus apertè & clarè prædicant. Locus sanè ipse, in quem
luctuosum hoc spectaculum incidit, ad hodiernum usque diem, Simonium
uocatur, etiamnum Simonis Antichristi perniciem & interitum declarans.
Et erant ibi nonnulli, qui eum reuicturum esse opinarentur, & ob id diutius

in

A in publico iacuit. Cæterùm ubi iam cadauer diffluere, maleq; olere cœpit, re de-
sperata, in occultis illum sepeliere locis. Nero autem certior factus à Petro &
Paulo Simonem peremptum esse, Petrum quidem pedibus sursum uersum sub
latis (nam id ita petierat: simul quòd se indignum reputaret, qui itidem ut Ma-
Martyriũ Petri & Pauli. gister suus, recto corporis statu pateretur: simul ut leuior expeditiorq; ei in cœ-
lum esset cursus) in crucem egit. Paulum uerò gladio feriens occidit, eodem tem-
pore, eodemq; die. Sepulti autem sunt in Ostiensi, quæ dicitur, uia, trigesimo &
septimo post salutiferam CHRISTI passionem anno. Ferunt autem Paulum
Neroni antea testatum esse, se illi tertio à cæde sua die uiuum repræsentaturum.
Quod ubi est factum, in cõsternationem illum coniecit. Et quum post mortem *Paulus tertio à morte sua die Neroni apparuit.*
Paulus, ita ut prædixerat, certò & uerè illi assistens, liberè CHRISTVM uerum
esse DEVM profiteretur, neque ueram salutem in alio quàm in IESV nomine esse
ostenderet: illum quidem dicunt conatum esse, minimè autem (quòd uisio ea re-
pentè euanuerit) comprehendere Paulum potuisse.

CAPVT XXXVII.

TDiui quidem Apostoli ita martyrij cursum perfecere. Nero autem,
quo magis Imperij eius creuere uires, eo deterior factus, ad nefan-
dissima quæq; scelera est prolapsus, armis etiam contra eam quæ
DEO præstatur pietatem sumptis. Illius uerò improbitatem, mo- *Perstringitur paucis flagitiosissima & probrosissima Neronis uita.*
rumq; importunitatem percurrere, nequaquam præsentis uidetur esse operæ.
Quicumque autem hominis peruersitatem, apertumq; furorem perspicere ue-
lit, is monumenta historiarum, quæ multa à multis de rebus eius cum fide & cu-
ra sunt composita, consulere poterit. Quum enim permultorum interitus au-
B thor extitisset, adeò se cædium piaculis contaminauit, nihil rerum omnium cum
ratione & modo faciens, ut postremò ne charissimis quidem capitibus parceret:
& citharæ musicisq; carminibus operam nauans, atque indecentibus prorsus, in
famibus & meretricijs motibus ludens, ridiculeq; prorsus in theatro publicè sal-
tans, neque quidquam omnium quæ DEO ingratæ inuisæq; sunt rerum intenta-
tum relinquens, primus ipse acerbissimus VERBI ueræ pietatis hostis extaret:
& denunciatis ei quæ contra illum structæ erant insidijs, matrem ipse suam, fra-
trem & coniugem ferro sustulerit: & innumerabiles præterea ex clarissimis Ro-
manæ urbis ciuibus, qui etiam genere sibi propinqui essent, uarijs supplicior ũ ge-
neribus perquàm crudeliter interemerit. Ad quæ omnia illud etiam addidit, ut
primus ipse Imperatorum omnium, impietatis eius quæ aduersus DEVM susce-
pta est, primitias tulerit. Itaque ad summam eius insaniam hoc fuit reliquum, ut *Obitus Neronis.*
mente per intemperias captus, manus tandem ipse sibi afferret: quatuordecim
annis, præter paucos admodum menses, Imperio cum ignominia & probro fun
mo administrato. Cuius etiam Tertullianus, Romanus scriptor, mentionem fa- *Primus is inter Rom. Imperatores Christianorum fuit persecutor.*
» cit hisce uerbis: Consulite commentarios uestros: illic reperietis primum Nero-
» nem in hanc sectam tum maximè Romanæ orientem, Cæsariano gladio feroci ſ-
» se. Sed tali dedicatore damnationis nostrę etiam gloriamur. Qui enim illum scit,
» intelligere potest, non nisi aliquod bonum à Nerone damnatum. Ad hunc mo-
» dũ primus iste DEI oppugnator renũciatus, ad cædem Apostolorũ est actus. Et
» Paulus quidem Romę capite plexus, Petrus autem crucifixus esse, eodem tempo
» re traduntur. Rem hanc confirmat Petri & Pauli hucusq; etiam obtinens in eo- *Eodem tempore Romæ Petrus & Paulus martyrium cõmmarunt.*
» dẽ ibi cœmiterio monumentũ. Atq; hęc quidem, quem paulo antè allegauimus,
Tertullianus. Sed non minus & alius scriptor Ecclesiasticus, Caius nomine, qui
Zephyrini Romani episcopi tempore uiuens, contra Proclum Cataphrygas hæ

resis dūcem scripsit, de locis ubi sacra tabernacula eorū Apostolorum reposita sunt, hæc refert. Ego uerò Apostolorū tropæa demonstrare possum. Si enim in Vaticanum aut Ostiensem uiam ire uelis, Apostolorum qui ecclesiam hanc fundarunt, tropæa inuenies. Quod autem eodem tempore ambo martyrium subiere, dudum Dionysius Corinthiorum episcopus ad Romanos scribens, ita astruit: Sed & uos per talem doctrinam & cohortationem, plantationem Romanæ & Corinthiæ Ecclesię à Petro & Paulo consitam, contēperastis. Ambo enim & Corinthi apud uos uerbum serentes, eadem docuerunt: & ísthic in Italia apud uos, quum eadem simul mulgassent, † eodē tempore martyrio sunt perfuncti. Cę terùm hæc propterea sunt adducta, ut certiore fide res Apostolicæ historiæ confirmarentur. Nō enim ignoro, esse quosdam qui dicūt, uno exacto anno, die eodem, martyrio Paulum quoque finem uitæ cæpisse. Staturam autem & corporis formam diui Apostoli, quantum per descriptionem simpliciorem assequi licet, talem habuere. Petrus equidem non crassa corporis statura fuit, sed quæ aliquanto esset erectior, facie subpallida & alba admodum: capilli & capitis & barbæ crispi & densi, sed non admodum prominentes fuere: oculi quasi sanguine respersi & nigri, supercilia prope euulsa: nasus autē longior ille quidem, nō tamē in acumen desinens, sed pressus, simusq; magis. Paulus autem corpore erat paruo & contracto, & quasi incuruo, atq; paululum inflexo, facie candida, annosq; plures præ se ferēte, & capite modico: oculis multa inerat gratia, supercilia deorsum uersum uergebant: nasus pulchrè inflexus, idemq; longior: barba densior, et satis promissa: eaq; non minus quàm capitis coma, canis etiam respersa erat. Ambo autem CHRISTI discípuli, quum inspicerentur, diuinum quiddam præ se ferebant: Spiritu sancto & diuina gratia ita referti, ut qui eos uiderent fideles, ex aspectu solo arcanam quandam & latentem conciperent gratiam, moresq; & uitam unà cum fide ritè conformarent, & in melius conuerterent. B

ἐμαρτύρησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἔτος.

Statura & forma diui Petri.

Item diui Pauli.

A

CAPVT XXXVIII.

Propositio dicendorum.

ἀνακεφαλαίωσις σύγγραμμα

SEd hæc, de primoribus CHRISTI discípulis sint satis. quorū martyriis expositis, quū adhunc locum peruenerimus, consequēs esse uidetur, & reliquorum decem, uitæ finem in secundo hoc Tomo perstringere: non quòd eodem tēpore beatū felicemq; exitū omnes sint consecuti, sed id fieri oportere duximus, ut & * cōpendiosa & dilucida nobis constet historia. Deinde qui eorum coniugium sint complexi, quisq; sincera ecclesiæ scripta reliquerint, memoraturi, finemq; ita secundo huic sacræ Historiæ uolumini impositurí: ut scilicet post primū, qui Christi res omnes continet, secundum hunc de duodecim Apostolorū actis absoluamus librū: quamuis longius nobis instituta excrescat historia. Sedenim post Petri & Pauli obitum, Iacobi, qui frater Domini est nominatus, & Ecclesiā Hierosolymitanam primus ab ipso SERVATORE CHRISTO, seu (ut quidā uolunt) ab ipsis postea Apostolis sibi commissam administrandā susceþit, Obliasq;, hoc est Iustus appellatus est, mortem exponam. Quod enim diuus Paulus Iudæorum dolum, per Festum, & prouocationem ad Cæsarem, effugisset: illi quæ in Paulum structæ non processerant, eas in Iacobum conuertunt insidias. Qualem autem is habuerit finem, Hegesippus, qui primę successionis Apostolorum temporibus uixit, in quinto Commentariorum suorum libro ad hunc modum recenset. Susćipit autem ecclesiam unà cum Apostolis administrandam, frater Domini Iacobus, qui ab omnibus Iustus cognominatus est, ab ipsius Domini ad nostra usque tempora. Plures equidem hoc nomine fuere Iacobi: sed iste ex ipso matris suæ utero sanctus

Martyriū Iacobi fratris Domini.

» sanctus fuit, uinum & siceram non bibit, neque de animante quopiam comedit,
» nouacula super caput eius non ascendit, oleo unctus non est, balneo quoq; mini
» mè usus. Huic uni in sancta sanctorum ingredi fas erat: neq; uestem laneā ullam,
» sed líneam tantum gestabat. Solus quandoque in templum ibat, ibíq; in genua
» procumbere, & pro remissione peccatorū populi orare comperiebatur. Genua
» quidem eius cameli instar per callum induruerant, propterea quòd semper ea in
» flecteret, orans ad DEVM. Quum itaque multi etiam ex principibus fidem am-
» plecterentur, tumultus concitatus est à Iudæis, scribis & pharisæis: qui eò periculi
» rem deuenisse dicebāt, ut populus omnis IESVM pro expectato illo CHRISTO
» haberet. Quare ad Iacobum cōuenientes, inquiūt: Cohortamur te, ut cohibeas
» populū, qui de IESV ipso seductus est, CHRISTVM eum esse existimans. Dissua
» de, quæsumus, ijs qui ad diem Paschæ huc uenere, opinionem & fidem de IESV.
» Tibi enim paremus omnes, & cum populo uniuerso testificamur te iustum esse,
» neq; personarum rationē habere. Persuade ergo multitudini, ne de IESV erret.
» Cunctus enim populus & omnes nos tibi obtemperamus. Consiste in tēpli pín-
» naculo, ut quum ex superiore loco omnibus sis cōspicuus, tum uerba tua ab om-
» ni exaudiātur multitudine. Propter festum enim Paschæ conuenerūt tribus om-
» nes, unà cū gentibus. Statuerūt ígitur, qui dicti sunt, scribæ & pharisæi, Iacobū
» in pinnaculū templi, & uociferati sunt dicentes: O Iuste, tibi omnes obtēperare
» debemus: & quandoquidem populus fide sua de IESV crucifixo seductus errat,
» annuncia nobis, * quod sit IESV ostiū. Ille uerò uoce magna respondit: Quid me
» de IESV filio hominis interrogatis? Ipse sedet in cœlis, ad dextrā magnę uirtutis
» & potestatis, uenturusq; est in nubibus cœli. Ibi, quum multis de certa indubita
» taq; fide satisfactū esset, gloriabātur læti de Iacobi testimonio, & dicebant, Osan-
» na filio Dauid. Scribæ autem ipsi & Pharisæi inter se dicebant: Malè fecimus, qui
» tantū IESV procurauimus testimoniū. Verū age ascendamus, & deijciamus eū,
» ut populus conterritus, non credat ei. Et simul exclamarūt dicentes: O ὸ, & Iu-
» stus ipse per errorem seductus est. Itaq; pinnaculum ascendentes, Iustū ipsum
» pessum dederunt. & alius ad alium dixit, Obruamus eum lapidibus: & incœpe-
» runt eum lapidare. Quum aūt lapidibus ictus nondum mortuus esset, sed con-
» uersus genua posuisset, dicens: Obsecro te Domine DEVS pater, remitte ipsis, ne
» sciunt enim quid faciunt: sic, inquam, quū lapides in eum iacere pergerent, unus
» ex sacerdotibus, filijs Rechab, de quibus testificatus est propheta Hieremias, ex
» clamans: Desistite (inquit) quid facitis? Iustus ipse pro uobis orat. Et fullonum
» quídam, ligno quo uestes complanabat arrepto, caput Iusti comminuit. atq; ille
» ita martyrio est defunctus, anno septimo Imperij Neronis: & sepultus est in lo-
» co quodam iuxta templum, monumentumq; eius adhuc ibí manet. Verus ís te
» stis Iudæis simul & Græcis fuit, IESVM esse CHRISTVM. Postea statim Iu-
» dæorum oppugnatio, urbisq; Hierosolymitanæ obsidio cœpit. Tam mirificus
» autem, iustitiaq; clarus fuit Iacobus, ut etiam prudentiores apud Iudæos uiri, in
» piaculum aduersus eum perpetratum, causam Iudaici belli ex professo refe-
» rant. Quemadmodum id ipse quoque Iosephus scriptis suis testatur, alicubi ita
» dicens: Iudæis autem hæc acciderunt, propter Iacobum Iustum, qui frater erat
» IESV, qui dictus fuit CHRISTVS, ultione diuina uindicandum. Eum, quum iu-
» stissimus esset, Iudæi interemerūt. Sed in uigesimo Antiquitatū, mortem eius
» hisce uerbis exponit: Cæsar Festi morte audita, Albinum in Iudæam præfectum
» mittit. Ananus autem iunior, quem Pontificatum inijsse díximus, moribus
» confidens, & audax admodum, ex secta Saducæorum erat, qui in iudicijs
» supra omnes alios Iudæos sæui sunt, & crudeles. Talís itaq; quum esset Ananus,

τὸν τῆ δίψει τοῦ ἰακώβ.

Quidam cædē Iacobi in tertium Neronis imperij annū referunt: secundum scilicet; postquam Paulus uinctus Romam est abductus.

Fuere, qui cædem eā causam Hierosolymitanæ expugnationis fuisse dixerint.

Albinus Iudææ præfectus.

opportunum

Ananus, siue Ananias, mortis Iacobi author.

opportunũ idoneũq; tempus se, Festo defuncto, quũ adhuc Albinus in itinere esset, nactũ esse existimãs, Iudicum consilium cogit: & fratre IESV, qui dicebatur CHRISTVS, Iacobo ei nomen erat, quibusdam q; alijs in iudicium productis, & actione legum præuaricatarum institutâ, ut lapidarentur effecit. Quicunq; autem in urbe æquiores legum q; peritiores uidebantur esse, grauiter id tulere. Et ad Regem clàm legatos misere oratum, ut ille ad Ananum, ne talia faceret, scriberet: eum quippe nec antea rectè fecisse asseuerantes. Nõnulli etiam Albino ob uiam processisse, Alexãdria iter facienti: eum q; docuere, non licuisse Anano, citra eius sententiam & uoluntatem, consilium iudicij faciendi gratia cogere. Albinus porrò uerbis eius persuasus, ad Ananũ animo cõmoto scripsit, pœnas q; se ab eo sumpturum minatus est. Quin & Agrippa rex, eam ob causam pontificatum ei, quem tres administrauerat menses, ademisse, eum q; Iesu Damnæi filio dedisse uidetur. Et Iacobi quidẽ res sic se habuere. Huius esse creditur prima inter Catholicas epistola, ad omnes Ecclesias: ut ipsius quoque Iudæ, magnificè cum libertate multa scripta, quamuis utriusque uetustiores mentionem nullam faciant.

Anano Pontificatus abrogatus. Iesum hũc filiũ Gamalielis fuisse, dixit suprà eodem cap. 4.

CAPVT XXXIX.

Andreæ Apostoli acta, & martyrium.

POst hunc & Andreas, coryphæi Petri frater, qui primùm Dominũ Ioannis iudicio cognouit, germanum q; suum ad eũdem adduxit: ritè uerò, & ut decebat prorsus, à prima uocatione usq; ad CHRISTI in cœlum ascensionem, uestigijs eius insistẽs, officio suo functus est. Et cœlitùs in specie ignearum linguarum Spiritus sancti gratia accepta, sorte quoque ei prouincia ea obtigit, ut ad Gentes mitteretur: in Cappadociam scilicet, Galatiam & Bithyniam. Quibus ille peragratis, ad eam quoq; accessit quæ Anthropophagorum dicitur, & ad Scytharum solitudines, ad utrumque Pontum Euxinum, oras q; septentrionales & australes, ad ipsum quoq; Byzantis solum. Vbi ecclesiæ à se primùm institutæ, primum episcopum diuum Stachyn præfecit. Deinceps Thraciam, Macedoniam, Thessaliam, & Achaiam peragrauit. In quibus prouincijs omnibus, longo tempore, sermonibus diuinis, signis q;, & prodigijs mirificis CHRISTVM glorificans, tandem à proconsule Aegæato in crucem quoq; est actus: illo ei crimine obiecto, quòd cõiugem eius Maximillã, fratrem q; Stratoclem, impietatem eius detestari docuisset, & ad CHRISTI fidem adduxisset.

Philippi & Bartholomæi.

Philippus autem, & Bartholomæus, Syriam & Asiam superiorem sortiti sunt. Atq; in eorum locorum ciuitatibus omnibus, fidei fundamentis iactis, templa construxerunt, sacerdotes q; & episcopos eis præfecerũt. Philippus etiam Asiæ urbibus peragratis, Hierapolim Phrygiæ peruenit, ciuitatem opulentam atq; celebrem, nomini q; ipsam suo respondentem. Adeò autem idolis addicta erat, ut etiam uiperam, impurã uenenosam q; feram, sacrario inclusam, tanquam Deum magnifico præcipuo q; cultu ueneraretur, sacrificijs q; quibusdam foueret, & tota illi mirificè addicta esset.

Mariãna Philippi soror.

Sedenim quum eò Apostolus peruenisset, unà cum sorore sua Mariamna, quæ eum, quum dudum uitam per uirginitatem sibi exigendam statuisset, comitabatur: statim idolorum cultus in ea regione extinctus, & insolentia incolentium ibi dæmonum est labefactata. Siquidem uiperinus ille Deus, quem diximus, ex domicilio suo erupit, & quasi ab ardente igne profugit. Ilicet, qui illum tanto studio coluerant, pudore affecti sese occultant. Cæterùm quum quamplurima à Philippo & Mariamna miracula ederentur, seditio in multitudine exoritur. Partim enim Bartholomæi & Philippi DEO adhærebãt (ex propinquo enim Bartholomæus Philippo

A Philippo à Domino auxilio missus fuerat) partim uerò dæmoniacę, per anticipationem concæptæ præsumptioni intenti permanebant: qui etiã coniuratione & coitione facta, cũ impetu prorsus in Apostolos irruunt, eisq; arreptis, Philippũ quidem tanq; uictimã quandam in columna capite suspendunt, Bartholomæũ aũt directum in lignum sub crucis forma agũt. Atq; illi talibus affecti supplicijs, ad preces conuertuntur. Cedebat autem statim locus, in multam altitudinẽ subsidens, simul q; multitudo demergebatur, atq; ita in summum tota urbs decidit periculum. Ibi, qui reliqui erant, sentientes perniciem & cladem eam uindictam esse eius, quæ in sacros CHRISTI ministros contumelioſe patrata fuerat iniuria, confestim omnes fidem CHRISTI suscipiunt: & Bartholomæus ab eis uinculis soluit, qui Philippo sanctè fortiter q; tũ martyrio defuncto, sepulturæ honore præstito, & urbe tota illustrata, CHRISTO q; dicata, aliquanto pòst tempore Vrbanopoli prouinciæ Ciliciæ in crucem rursus actus, ad unicè desideratum CHRISTVM migrauit.

Martyrium eorum Apostolorum.

CAPVT XXXX.

Diui Thomæ acta.

QVomodo autem Thomæ, qui & Didymus dictus est, uehementissimũ in CHRISTVM amorem prætereamus? qui Aethiopes & Indos sortitus, à professione ea abhorrens, sese subducebat: nigros q; & deformes earũ gentiũ uultus, prætereaq; caliginosas atq; intractabiles earum mentes auersans, iter ad eos suum differebat. Apertè igitur & clarè ei, is qui pulchritudine & forma præstat, assistit, eum q; ad ministeriũ suum capessendum cohortatur. Et ut certum securum q; redderet, cum eo se per uitam omnem
B futurum, auxilium q; in certaminibus laturum pollicetur. Quin etiam cuidam ex Æthiopibus, quibus ex mercatura lucris inseruiens est uita, eum uendit, atque ita ei aditum ad Aethiopes facit. Inde in noticiam Smindæi, regionis eius principis, regnum illi cœlorum studiosissimè parans, peruenit: & miraculis prodigijs q; maximis Parthos, Medos, Indos, ipsos q; Aethiopes in admirationem adducit. Adhæc, quicunque in extrema Orientis ora, & ad ultimum Oceanum colunt: insulam quoq; quam Taprobanen uocãt, gentem q; Brachmanum, prædicatione uerbi illustrat. Templis q; ubiq; maximis, alijs q; pro eo atque decebat rebus omnibus sanctè ordinatis, postremò lanceis latus confossus, ad eũ cuius ipse pertrectauerat latus, peruenit.

Martyrium eius.

Porrò Iacobus etiã Alphæi filius, & ipse ex duo decim illis unus, iuxta eius qui eum regebat spiritus sancti uoluntatem & ductũ, ab Apostolorum corpore seiunctus, Gazę primum, deinde Eleutheropoli, & in uicinis ibi eorundem populorum ciuitatibus uersans, maxima quæque miracula edit: & cœlestibus spiritus sancti sermonibus ab eo pacata quadam & inermi ui ad gentes delatis, testimonium regni CHRISTI maxima incrementa capit. Posthæc ad Aegyptios extremã q; eorum regionẽ perueniens, & CHRISTVM Seruatorem & DEVM esse annuncians, ad urbem tandem cui Ostracinę nomen est, adit. Atq; ibi quũ satis longo tempore uixisset, periculis q; & certaminibus plurimis conflictatus esset, tandem ad confirmandam eorum quos docuerat salutem, cruci ipse quoque à quibusdam, qui VERBO fidei aduersabantur, affigitur: ut & in ipso non ita multum imitatio mortis Magistri sui abesset.

Iacobi Alphæi res.

Cædes eiusdẽ.

Operæ precium etiam fuerit, Simonem Cana Gallilææ ortum, qui propter flagrantem in Magistrum suum ardorem, summam q; Euangelicæ rei per omnia curam, Zelotes cognominatus est, hic referre. Accepto enim is cœlitùs aduenientę sancto spiritu, Aegyptum, Cyrenem, & Aphricam, deinde Mauritaniam, & Libyam omnem, Euangelium deprædicans percurrit: eandem q; doctrinam etiam ad occiden-

Simonis Zelotæ res.

ad occidentalem Oceanum, insulasq; Britanicas perfert. Permultis uerò signorum & prodigiorum miraculis, diuinaq; doctrina CHRISTVM, ita ut debuit, celebrando, innumerabilibusq; insuper ærūnis & afflictionibus obuiã eundo, postremò & ipse incredibili quadã lætitia mortem per crucẽ subiens, ad Magistrũ suum transijt. Non minus & diuus Iudas, non Iscariotes ille, sed alter, cui duplex cognomen fuit, Thaddæi scilicet & Lebbæi, filius quidẽ Iosephi, frater aũt Iacobi, qui è pinnaculo tẽpli deiectus fuerat, Iudæam primũ & Gallilæam, Samariam & Idumæam, deinde Arabiæ ciuitates, nec non Syriæ & Mesopotamiæ regiones, sagena Euangelij cæpit. Postremò Edessam peruenit, Augari ciuitatem, ubi antea alter quoq; Thaddæus ex septuaginta illis unus CHRISTVM docuerat. Atq; quũ ibi, si quid adhuc ex alterius illius ministerio deesset, pulcherrimè expleuisset, CHRISTVMq;, simul & diuinis concionibus & operibus admirandis glorificasset, morte pacifica & quieta ad illum cõmigrauit. Matthias porrò, qui iacturã duodenarij Apostolorũ numeri sarserat, primam Æthiopiam adijt, atq; ibi à feris, infestis, immanibusq; gentibus multa pertulit. Quum uerò, quæ oportuit, & uerbis & factis diuino Euãgelio annunciando præstitisset, & CHRISTO magnam hominum multitudinem accumulasset, animo intrepido & forti martyrij coronam suscepit.

Martyrium eiusdem.

Iud.æ Thaddæi acta.

Mors eiusdem non uiolenta.

Matthiæ res.

Martyrium eiusdem.

CAPUT XXXXI.

Matthæi acta.

MAtthæus autem, ex publicanis assumptus, ignea lingua non minorem quàm primarij Apostoli gratiã cõsequutus, sacrorum Euangeliorum historiam primus Hebræis scripsit. Is quoq; sanctus Apostolus, profectionibus multis ex alia regione atq; gente in aliã subinde migrans, Euangelio prædicãdo perfectis, ad postremùm Spiritus sancti ductu ad Anthropophagorũ terrã, in ciuitatem cui nomen est Myrmenæ, peruenit: in qua Platone, sectatore suo, Episcopo declarato, ipse in quendam ciuitati proximũ collem conscendens, ut sibi gentis eius salus reuelaretur orat. Hoc ita agenti Apostolo, Dominus IESVS formosi pueri specie assistẽs, quùm pacem illi precatur, tum uirgam in manus ei dat. Eam, quum descendisset, in urbe ad ecclesiæ, quam ipse & Andreas construxisset, portam plantare iubet, in arborem magnam & excelsam ilico euasuram, fructũq; plurimum magnitudine simul & sapore alijs longè superiorem laturam: fontem præterea copiosum & pellucidum, cum leni susurro, ex radice eius erupturũ esse pollicitus. in quo quicunque Anthropophagi lauissent, eorum simul & uultus ad formam decentiorem compositum, & corda agresti feritate posita, ad placabilitatem & lenitatem conuersum, prorsumq; eos in melius mutatum iri. Descendenti igitur, ciuitatis eius Princeps unà cum coniuge & filio (Fuluianorum patri & filio, Fuluianæ autem matri nomina erant) obuius fit. Malignis autem illi excruciabãtur spiritibus. Quibus quum manus statim imposuisset, dæmones illi turbatores profugerunt. Pangit uerò & uirgam illam, & confestim ea in arborem excrescit: simulq; à radice undam, quùm aspectu amœnam, tum potioni commodam, scatentem profert. Hoc tam insigni miraculo multitudo consternata, quum eò confluueret: ille è superiore loco, patria eius gentis lingua, salutiferum eis annunciat Euangelium. Et statim ex intimo animi affectu, in eo ipso fonte, sacro lauantur baptismo: fructuq; itidem arboris illius gustato, omnium pulcherrima illa mutatione perfruuntur. Fuluianus uerò statim pœnitentia ductus, & quòd multitudinem ad Apostolum confluere uideret, æmulatione sinistra accensus, grauiter id ferre, manumq; militarem ad eum comprehendendum mittere. Quæ quum re in-

A re infectà rediret, ipsemet quamplurimis secum ductis, cõtra Apostolum it: atq; inter eundum plaga inuisibili ictus, uisum amittit. Ibi multis precibus Apostolo exorato, oculorum quidem uim pristinam recipit, cor autem eius induratum cæcumq; permanet. Nulla enim interposita mora, Apostolum clauis longis terræ affigi iubet, piciq; & bitumini ministri eius multa superaccumulantes sarmenta, materiamq; aliam facilè ignem corripientem injiciẽtes, ab inferiore parte eam accendũt. Cæterùm ea res præter spem & expectationem in roris euadit refrigeriũ. Quod ubi multitudo uidit, Matthæi DEO aggregatur. Princeps autem è diuerso præstigias esse, quæ Apostolo accidebãt, credens, & ira exardescens, quos ex argento & auro habebat factícios Deos (duodecim autem erant) efferri iubet: eisq; circum Matthæi pyrã dispositis, ut uidelicet eorum ope ignis officium suum faceret, incendere illam præcipit. Ita sarmenta quidẽ flammã corripiunt, incendiũ aũt aduersus Deos conuertitur, eosq; comminuit diffluentes. Vnde simulacrum tanquam serpentis ardentis prosilit: & à tergo Principis prorepens, cũ ingenti sibilo eum persequitur, ita ut non facile illi esset in regiã suam confugere. Quapropter desperatis rebus omnibus, ille denuò ad Apostolum conuertitur, eumq;, ut ab impetu consequẽtis eum serpentis liberetur, obsecrat. Apostolus autem, quòd hora iam instaret qua ad desideratum sibi CHRISTVM trãsiret, rebus omnibus postpositis, ignem increpat, atq; is repentè extinguitur, & serpens ille euanescit. Principi autem extremis, quæ oportuit, mandatis expositis, omnibusq; precatione confirmatis, in pace emittit spiritum, & ad CHRISTVM transit. Cuius quidem sacrum tabernaculum in aureo repositum lecto, splendidisq; inuolutũ uestibus, palatio Fuluianus infert. Idq; arcæ ferreæ, plum B bo insuper probè communitæ inclusum, demittere in mare iubet, hoc sic cogitans: Si is, qui illud ab igne conseruatum tutatus esset, ab undis quoque ut in ferrea urna positum supernataret, uindicaret, se dijs suis omnibus repudiatis, uni quem ille prædicasset DEO, per pietatis cultum seruiturum. Quum ergo ita in mare projiceretur, statimq; diuina id cœlitùs gubernante manu in littore rursum exponeretur: populus uniuersus urbe effusus, Platone episcopo præeunte, hymnis laudibusq; à Matthæo prædicatum concelebrat DEVM. Fuluianus uerò rebus omnibus posthabitis, sacrum suscipit baptismum, & Matthæi sibi nomen arrogat, occulto quodam arcanoq; Apostoli ductu. Simulq;, qui eius imperio subditi erant, omnes patriam superstitionem reijcientes, diuinũ complectuntur lauacrum. Deinde post annos tres, episcopus quoq; Plato ad sempiterna conscendit tabernacula. Porrò Fuluianus adhuc uiuente episcopo, alij regnum cõcessit: & ipse summissæ humilitatis habitu assumpto, quùm secretioribus Christianorum initiatus est sacris, tum presbyteri dignitatem à diuo suscepit Platone. Post cuius ex hac uita decessum, ab sancto Apostolo per nocturnam uisionẽ admonitus atq; consecratus, Episcopalem quoq; assumpsit honorem. Et quum ritè sacro ministrasset Euangelio, multosq; per fidem lucrifecisset DEO, uitam quoq; hanc meliore alia commutauit.

Martyrium Matthæi.

Miraculum in corpore eius defuncto.

CAPUT XXXXII.

Acta Diui Ioannis Apostoli et Euangelistæ.

SVperest nobis Ioannes dilectus ille, quiq; supra pectus Magistri recubuit, discipulus: cuius profectiões, in eisq; miracula diuinaq; opera edita, mirificosq; & arcanos de DEO sermones, sicuti & aliorum discipulorũ & Apostolorũ res gestas, singillatim exponere, præterquam quòd uirium nostrarum non est, ab instituto quòd in manibus habemus opere alienũ etiam esse arbitror. Sed enim historiarũ monumenta produnt, diuinissimum

nissimum hunc Euangelistam, post IESV in cœlum ascensum, cum matre DEI A
in ea quam ad Sion fuisse scripsimus, domo sua uixisse, usq; ad illius ad Dominum migrationem. Postea autem in Asia CHRISTVM per Euangelium promulgasse, ibiq; templum Dianæ solo æquasse. Cæterùm persequutionis sub Domitiano tempore exilio damnatum, & in insulam Patmum relegatum: decimoquarto Imperij illius anno, Spiritu sancto plenum, Euangeliũ ibi suum sublimẽ in modum intonuisse, sacramq; & diuinitus inspiratã Apocalypsim protulisse.

Qui deinde post Domitiani obitum Ephesum in Asiam reuersus, quæ ibi fuêre ecclesias rexit, templa constituens, clerum omnem docens, ecclesiarũq; sacros ministros instinctu Spiritus sancti ad perfectionem instituens. Et quum aliquã do in ciuitate quadam esset, adolescẽtemq; uultu quidem liberali et honesto, animo tamen & ingenio feruido conspexisset, Episcopum loci eius intuitus, Hunc (inquit) tanq; depositũ tibi cura & diligentia summa, sub CHRISTO atq; Ecclesia eius teste, commendo. Atq; ille quidem illum, nihil se in eo excolendo rerum omnium prætermissurũ pollicitus, suscepit. Ioannes aũt Ephesum rediit. Episcopus porrò ille adolescentem domi suæ fouebat, & ad cognitionis & doctrinæ lucem ducebat. Procedente autem deinceps tempore, attentiorem illam diligentiam & curam remittit, perinde atq; supremũ & perfectũ CHRISTI signaculum ei iam impressisset. Ille autem quum ante tempus potestati suæ permissus esset, atq; insuper ab æqualibus suis otio corruptis, præfractis, malisq; artibus imbutis, & disciplinæ omnis impatientibus corrũperetur, primùm propter illi cita intempestiuaq; conuiuia prædatum ab eis ducitur, ac mox iterum ac tertiò ad perpetranda maleficia inuitatur. Deinde uerò quo longius, eo quoq; magis sceleribus atq; flagitijs assuefactus, perinde atq; equus robustus frenis ruptis in barathrũ fertur. Et quum iam spe omni meliore excidisset, salutemq; ipse suam comploraſſet, latronum prædonũq; complectitur uitam, ipseq; adeò maleficorũ B
manipulo tanq; dux præest: & alios feritate, cædiũq; immanitate longè superãs, impetum subinde in uiatores ex improuiso factitat. Intercedunt anni aliquot, & Apostolus rursum ibi adest. Qui ad Episcopũ: Age, inquit, quod tibi, CHRISTO teste aduocato, credidi, mihi depositum redde. Ibi ille obstupescit, pecuniamq; à se, quàm non accepisset, per sycophantiam exigi putat. Fidem certè quidem Ioanni dicenti non habere, prorsus nõ licebat: neq; rursus ad ea credenda, quorum sibi cõscius non esset, induci poterat. Vt aũt adolescentem ille, animamq; eius flagitabat, altè admodum suspirio ducto illacrymans: Iamdudum, inquit, ille mortuus est. perditus enim, & modis omnibus pernicioſus homo erat: & ut caput tibi malorum eius indicem, prædo. nam Ecclesia relicta, & monte quodam occupato, prædonum ducit manum. Tum Apostolus ueste scissa, & capite suo cum eiulatu & planctu multo pulsato: Egregium sanè custodem, inquit, animæ fratris constitui. Sed equus mihi detur, & dux itineris aliquis adsit. Confestim itaque ex eo loco ab ecclesia ire pergit: & quum ad regionem designatam peruenisset, ab exploratoribus illius comprehenditur: neq; fugere cupiens, neq; quidq; deprecans. Quinimò ea de causa uenisse se dicit, secq; ad ducem eorum deduci petit. Ille porrò tum ita fortè, ut armatus erat, in uia stabat. Vt autẽ Ioannem paulatim ad se uenientẽ cognouit, quàm celerrimè potest retrocedit. Ioannes autem senectæ suæ, rerumq; aliarum omnium oblitus, illum consequitur, ingenti uoce clarè inclamans: Quid me fugis, iuuenis senem, patrem tuum fili, nudum atque inermem armatus? facessat metus: adhuc tibi uitæ spes est reliqua. Ego pro te CHRISTO rationem reddam: ac si opus fuerit, ipse pro tua animam meam statim proijciam. Consiste, mecq; à CHRI-

Exemplum notabile, quantũ uel ad impietatẽ intermissa, uel ad religionem sinceram obseruata disciplina ecclesiæ ualeat.

Ioãnes Episcopo certo iuuenẽ liberalis ingenij institutionem commendauit.

Iuuenis is à se ipso per Episcopi negligentiam degenerat, & dux tãdem prædonũ fit.

Reuocatur atque reducitur ad frugem bonã iuuenis perditus.

A STO missum tibi crede. Tum ille, his auditis, primùm consistit, oculis in terram demissis: deinde arma deponit, ac tremore multo correptus acerbissimè lamentatur: accedentemq; cõplectitur Apostolum, & lacrymis, quod potuit, noxam deprecatur, genibusq; flexis dextram ad sinum Apostoli extendit. Tum Ioannes, iureiurando addito, salutem, noxæq; remissionem illi à SERVATORE pollicetur: dextram eius per pœnitentiam iam expiatam deosculatur, eumq; in Ecclesiam reducit. Ibi frequentibus orationibus, ieiunijsq; continuis cum eo una cans, suauiq; uerborum Syrene tumorem animi illius tanq; incantatione curãs, non prius ex eo loco abijt, quàm ualentem illum & firmum prorsus Ecclesiæ restituit. Magnũ mediusfidius ille hoc Ecclesijs pœnitentiæ specimen, pulcherrimumq; regenerationis exemplum, atq; adeò tropæum resuscitationis atq; resti tutionis ante communem illam resurrectionem constituit. Quod sic Clemens ὁ στωματεὺς, seu cõtextor, in cõmentario eo qui inscriptus est, Qui diues saluus fiat, ad memoriam posteritatis scriptũ reliquit. Verũ enimuerò, quũ ad hunc locum peruenerimus, necessarium esse duxi, sacram quoque translationem diuistius Apostoli persequi. Quũ enim dudũ transitionẽ suã ad DEVM, diemq; & horam eius præuidisset, presbyteris ministrisq; ecclesiæ, & præterea quicunq; flagranti essent fide fratribus assumptis, extra Ephesiorũ urbem progreditur: et cum eis in uicinũ quendã tumulũ, quò frequenter ire precationi operã daturus solebat, conscendit: ibi uehementius orans, Ecclesias DEO cõmendat: mox sarcu lis quibusdã & ligonibus celeriter sepulchrum sibi fodi præcipit: deinde eos qui tum aderant, arcanis de DEO uerbis & præceptis optimis de fide, spe, & potissimum dilectione (quippe dilectus ipse) erudit. Et corda eorum confirmans, SALVATORI Verbo commendat. Postremoq; illis in Domino saluere et ualere iussis, ubi se crucis signo cõmunisset, in monumentũ descendit: operculumq; ei imponere, & id firmius communire, denique reuerti eos postea, sepulchrum aperire, diligenterq; perspicere mandat. Hoc modo quum ille, ut uestibus sepulchralibus amictus erat, in fossam descendisset, secq; ad obitum composuisset, statim eo qui iustis debetur, sopitur somno: quum quidem ad multam senectutem post passionem SERVATORIS CHRISTI sexagesimooctauo anno peruenisset. Oportet enim nos ipsi, ac potius CHRISTO, & sapienti credere Chrysostomo, ad testificandam mortem eius illud adducenti: Et non dixit ei IESVS, illum moriturum non esse: sed, Si illum uolo manere donec ueniam (Hierosolyma uidelicet euersurus: uixit enim ad id usq; tempus, atq; etiam aliquanto, ad Traiani scilicet ætatem, longius) quid ad te? Et Ioannes quidem ita diem suum obijt. DEI autem ineffabilis atq; inuestigabilis gloria, ea quam ipse solus nouit, hora illucescens, corpus eius terrenũ & corruptibile in immortale & incorruptibile (ô miraculum ingens) transmutauit, & in diuinum paradisum, itidem ut omnibus laudibus celebrandam DEI genitricem, quę per gratiam mater eius fuit, recepit. Decebat quippe & ipsum, qui matris loco incorruptam, semperq; uirginẽ habuisset, & dilectus in primis mirificè CHRISTO fuisset, fraterq; adeò immortalitatis promptuarij extitisset, paulatim quodammodo immortalitatis participem fieri. Porrò die sequenti, quibus id commissum fuerat, ita ut præceptum acceperant, ad monumentum uenerunt: operculoq; eius auulso, nihil ibi aliud quàm sepulcralia lintea repererunt. Atq; hæc quidem de Ioanne.

Eximium testi pisceniæ exẽplum.

Pœnitentiæ uera formula.

De migratione Ioannis Euangelistæ ex hac uita.

Exponitur locus ille, Si uolo eum manere donec ueniam. Ioan. xxi.

De diuorum Apostolorum Petri, Pauli, Ioannis, martyrijs Tertull. de Præscriptionibus hæreticorum: Felix, inquit, ecclesia, cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt: ubi Petrus passioni Dominicæ adæquatur, ubi Paulus Ioannis exitu coronatur: ubi apostolus Ioannes, postquam in oleum igneum demersus, nihilq; ibi passus, in insulam relegatur. Loquitur autem de ecclesia Romana.

CAPUT XXXXIII.

Acta sancti Marci Euangelistæ.

AEterùm Marcum quoq; & Lucam, etiamsi inter Septuaginta illos numerentur, adiungere tamẽ istis uisum est, quòd alter quidẽ Petri, alter autem Pauli fuerit discipulus, eosq; ut euangelistas, maximis duobus Euangelistis connumerare conuenit. Sedenim de Marco, eiusq; in Aegypto prædicatione, in hoc ipso libro antea à nobis satis est dictũ. Is enim Petri * ex sorore nepos, imperãte Tiberio, Aegypto & Libyæ Barbariæq; uniuersæ, CHRISTI uerbum euangelizans annunciauit, Euangelium suum dictante atq; cõprobante Petro scripsit, apud Cyrenæos & Pentapolitanos quàm plurima admiranda fecit, ecclesias constituxit: clerum & episcopos, atq; alia insuper quæ opus erant, ritè & ordine constituit. Et tandem Alexandriam est reuersus: ubi cum quibusdam fratribus, in loco cui Bucoli nomen erat, habitauit, liberè CHRISTVM deprædicans. Atque tum ibi cultores idolorum repentè impetum in eum faciunt, funibus pedes constringunt, atq; ita crudelem in modum per urbem raptant. Itaque corpus eius saxis allisum, admodum conscinditur, & sanguis ex eo abundè profluit. Deinde carceri uirum sanctum includunt. Ibi ei apparet Dominus, futuram illi gloriam renunciãs. Denuò autem ex carcere extractum, per plateas immanissimè trahunt. Atq; ad hunc modum raptatus, tandem spiritum DEO commendat: corporis ingentibus gratijs, animæ uirtutibus mirificè collucentibus atq; correspondentibus. Fuit autẽ is staturæ & * ætatis statæ, atq; semicanus. Lucas autẽ Antiochiæ, quæ in Cœlesyria est, ortus, medicus simul & pictor egregius, Thebis, quæ urbs septẽ habuit portas, ad Paulum uenit: atq; ibi nũcio errori patrio remisso, ad CHRISTVM accessit, pro corporum curatore animarum medicus factus. Euangelium is suum Paulo præeunte scripsit, atq; itidem Apostolorum acta. Cum Paulo autem Romæ quum fuisset, in Græciam est reuersus, plurimosq; ibi diuinæ doctrinæ & cognitionis luce illustrauit: & tandem à diuini uerbi contemptoribus * ex fructifera oleæ arbore suspensus, quòd aridi ligni unde crux fieret copia non esset, Deo spiritum commendauit: quum octuaginta, ut dicitur, annos natus esset. Vbi autem corpus eius inter alia complura monumẽta sepultum esset, fidelium oratione est indicatũ. Salubria enim DEVS collyria cœlitùs in monumentum eis demisit: ad indicium, ut opinor, curæ sanationisq; eius. Vnde etiam sepulchrum eius à fidelibus omnibus est cognitũ. Fertur is quoq; primus, CHRISTI, & quæ eum ita ut DEVM decebat genuit, matris, atq; item principũ Apostolorũ effigiẽ pingendi arte adũbrasse. Vnde in omnem deinde habitabilẽ orbẽ tam uenerandum & precioſum opus est illatum. Reliquias quidẽ certè eius, honore quouis dignas, Constantius, Constantini magni filius, per Artemium, maximum illum martyrem, Thebis, sicuti etiam qui primus ad Apostolatum est uocatus, Andreæ, Patris ex Achaia, & itidem Timothei apostoli ex Asiæ Epheso, in cognominem patrì suo urbem translatas, templo sanctis Apostolis sacro intulit. Verùm de diuinis CHRISTI discipulis hæc dicta sufficiant. In tertio enim deinde libro, de reliquis Apostolis, eorumq; successoribus, & quæ quisq; eorum reliquerit scripta, historiã texemus. In præsentia illa persequenda ueniunt, qui'nam fuerint CHRISTI Apostoli: qui ex ijs coniuges fuerint, qui rerum à CHRISTO gestarum monumenta ediderint, qui etiam epistolas: quæ item scripta, ut irrefragabilia & testamentaria, Ecclesia receperit: quæ etiam ut spuria & adulterina reiecerit.

Martyrium eiusdem.

Diui euangelistæ Lucæres.

Martyriũ eiusdem.

Lucas Christi, et matris eius, Petri quoq; et Pauli Apostolorum effigies depinxit.

Diuorum Lucæ, Andreæ et Timothei corpora, Constantinopolim perlata.

CAP.

CAPUT XLIIII.

ATque equidem duodecim fuerunt Apostoli: septuaginta aũt discipuli. Et præter hos, innumerabiles alij. Quãdoquidem uerò multi, qui fuerint Apostoli ignorant, faciendum putaui, ut sacra eorũ nomina scripto huic inferrem. Coryphæus itaq; & princeps chori eius, est Petrus. Secũdus, frater eius Andreas. Tertius, Iacobus, qui Zebedæi est dictus. Quartus, Ioannes frater eius, dilectus ille, & uirgo, qui supra pectus Magistri recubuit. Quintus, Philippus. Sextus, Bartholomæus. Thomas, septimus. deinde euangelista Matthæus, octauus. Nonus post hos, Iacobus Alphæi filius: non alter ille frater Domini. Decimus, Iudas, qui item Taddæus, atq; etiam Lebbæus est dictus: is filius quidem fuit Ioſephi sponsi, frater aũt Iacobi quẽ fratrem DEI dixere. Vndecimus horum, Simon Zelotes. Duodecimus, proditor Iudas: qui quũ inexplebili auaritiæ cupiditate crepuisset, Matthias duodenarium expleuit numerum. Et ij quidem sunt reuera CHRISTI discipuli. Paulus uerò, electionis uas, neq; inter duodecim, neq; inter septuaginta recẽsetur: sed in omnibus is est, & ante omnes, & cũ omnib. quippe qui cœlitùs uocatus sit, & supra omnes præcipuè diuino Euangelio propagando laborauerit. Ex his coniugium sunt amplexi, ut quidem Clemens contextor, in tertio libro eorũ commentariorum
„ quos στρωματεῖς inscripsit, tradit: in oppugnatores namq; coniugij acrius inue-
„ hens, sic uerbis hisce utitur * An isti tandem Apostolos quoq; reijcient? Petrus
„ siquidem & Philippus liberis creandis operam dederũt. Philippus porrò filias
„ etiam suas uiris in matrimonium locauit. Paulus quoq; non uereturin epistola
„ quadam * comparẽ suam salutatione compellare: quam quidem ille propterea
„ secum non circumduxit, ut facilius ei expeditiusq; esset VERBI ministerium.

Apostoli XII.

Qui'nam ex Apostolis coniuges fuerint.

τὴν αὐτῆς σύζυγον.

B De diuo sanè Petro, in septimo quoq; eorum quos diximus, libro: Beatus Pe-
„ trus, inquit, quum uxorem suam ad mortem abduci uideret, simul & ingenti est
„ uoluptate affectus, * propter uocationem eam, reditumq; in patriã eius. & pul-
„ chrè admodũ eam alloquutus atq; cohortatus est, ac de nomine quoq; ita com-
pellauit: Memineris, ♱ mea, Domini obsecro. Et talis quidem beatorũ hominũ coniugij fuit status: tam perfecta eorum qui sibi essent charissimi inter se, animorum affectio. Sed & Polycrates, ecclesiæ Ephesiorum episcopus, ad Victorẽ
„ Romanum episcopum scribens, Philippi, filiarumq; eius, atq; Ioannis Euange-
„ listæ meminit, hisce quodãmodo uerbis: Etenim in Asia magna professionis no-
„ stræ conquiescunt & dormiunt * initia, quæ restituẽtur atq; resuscitabuntur die
„ extremo aduentus CHRISTI, in quo cum gloria è cœlo ueniet, & sanctos om-
„ nes resuscitabit: Philippus uidelicet, ex duodecim Apostolis unus, qui Hierapo
„ li dormit: & duæ item filiæ eius, quæ uirgines cõsenuerant. Et alia præterea filia
„ eius, quę in spiritu sancto uitę cursum peregit, Ephesi quiescit. Itidemq; Ioannes
„ qui supra pectus Domini recubuit: quiq;, quòd sacrorũ antistes esset, * insigne
„ Episcopale gestauit, testis & doctor egregius, Ephesi dormit. Quin & Caius, cuius paulo antè meminimus, his similia ad Proclum quendam ita scribit: Post
„ hunc, prophetissæ quatuor, Philippi filiæ, Hieropoli in Asia fuere: ubi earum, patrisq; etiam est sepulchrũ. Mentionẽ itidem in actis Apostolicis diuus Lucas facit alterius Philippi, non Apostoli, filiarũ, ut prophetici illæ spiritus gratia fuerint condecoratæ, quum Cæsareæ Palæstinæ adhuc cum patre suo essent, in hæc
„ uerba scribens: Venimus Cæsareã, & ingressi in domum Philippi euangelistæ,
„ unius ex septẽ, apud eum mansimus. ei erant filiæ quatuor prophetantes. Multis aũt, eisq; magnis apud nos uiris, non uidetur Paulus coniugẽ habuisse: idq;

τῆς πληρώσεως χαίρειν, καὶ τῆς ἐπ' οἴκου ἀνακομιδῆς

σωζεῖσθαι

An diuus Paulus coniux fuerit.

ex uerbis eius, quibus uirginitatem & cœlibatum commendat, colligunt, quum A
» dicit: Peruellem equidem omnes esse, ut ego sum. Illud uerò, Salue mihi & tu
compar: non mulieri, sed uiro cuipiam, ita fortasse nominato, dictum putant.

CAPUT XLV.

De legitimis & Canonicis Apostolorum scriptis.

IVcusq; de duodecim Apostolorũ nominibus, & qui inter eos mariti fuere, diximus. De ijs uerò qui scripta post se reliquerunt, quæ legitima & testamentaria habentur, & de sacris quatuor Euangelijs, ac diuinis Apostolorũ actis, tum aũt de epistolis catholicis, simul et alijs, inuper & de ordine earum, atq; etiam quæ Ecclesia ut notha & illegitima repudiauerit, reliquum est ut scribamus. Ac primùm quidem de diuinis Euangelijs est dicendum. Itaq; de rebus SERVATORIS & Domini nostri, duos ex duodecim Apostolis tantum, historiam scripsisse scimus, Matthæum & Ioannem. Et ex septuaginta illis itidem duos, Marcum & Lucam. Omnes autẽ isti necessitate quadam ad scribendum adducti esse uidentur. Statim enim primus Matthæus publicanus, Hebræis salutifero VERBO prædicato, quãdoquidẽ aliò ad gentes ire maturabat, sermone patrio euangelium suum, quindecimo post CHRISTI ascensionẽ anno scripsit: atq; id eis relinquẽs, absentiam suam profectus scripto præsenti compensauit. Longo deinde intercedente tempore, Marcus & Lucas euangelia sua, iussu Petri & Pauli cõposuerunt. Ioannes aũt, qui prius sine scripto uerbũ depredicasset, post triginta sex à CHRISTI ascensione annos, postremus omniũ creditur ad scribendum descendisse, tali ei præbita causa & occasione. Trium priorum Euangelistarum libri passim iam publicati erãt. Qui quũ in Ioannis quoq; manus peruenissent, recipiendos eos esse censuit, fidem illis ueritatis attestatus: desiderari tamen in eis quædam dixit, quæ SALVATOR initio prædicationis gessisset. Etenim tres illi, res tantummodo CHRISTI uniusanni, à uinculis Ioannis exorsi, prosequuntur, id quod in principijs scriptorum suorum indicant. Siquidem Matthæus post expositum quadragesimale ieiunium, , & quæ id consequuta est tentationem, ab eo tempore scriptum suum texit. Au-
» diens enim, inquit, IESVS, quòd Ioannes traditus esset, reuersus est ex Iudæa in
» Gallilæam. Consimiliter & Marcus scripsit: Postquàm autem traditus esset Io-
, annes, uenit IESVS in Gallilæam. Itidem porrò & Lucas, priusquam res CHRI
STI narrare incipit, de Ioanne & Herode, quomodo is illum in carcerem coniecerit, cõmemorat: ac deinceps CHRISTI acta exponit. Proinde apostolus Ioannes, rogatus, tempus quod Ioannis uincula præcesserit, et res in eo à SERVATO
RE actas, in euangelium suum retulit, Atq; id ipse disertè & uariè ostendit, ali-
» quando quidem dicens: Hoc initium miraculorum suorum fecit IESVS. Non-
nunquam autem inter medias IESV res, Baptistæ tantum faciens mentionem,
, pluribusq; eas persequens, ut ibi, Quum ille adhuc baptizaret in Aenon ciuita-
» te prope Salim: & alibi item, quum illud infert, Nondum enim Ioannes coniec-
, tus erat in carcerem: hoc apertè confirmat. Satis igitur constat, Ioannem quidem res CHRISTI ante Baptistæ uincula ut plurimùm prosequutum esse: reliquos autem tres, quæ post id tempus ab eo sunt actę, scripsisse. Quapropter quibus ista accurata ratione obseruabuntur, minimè dissidere inter se Euangelistæ uidebuntur: si hic quidem priores CHRISTI res, quas illi præterierant, complectitur, illi autem posteriores commemorant. Ostendit id satis, quod Ioannes quidem SERVATORIS genealogiam carnalem præterijt, à Matthæo & Luca antehac expressam. Theologiam autem & diuinam generationem eius, tanquam illa longè præstantiorem, & sibi à Spiritu sancto reseruatam, ab initio

Euangelium Matthæi hebraicæ scriptũ.

Qua ratione Ioãnes ad euãgeliũ suũ scribendum sit adductus.

B

Euangelij

A Euangelij sui explicat. Fortasse autem & alias quasdam causas afferre quis possit, quare Ioannes Euangelium suum scribendi consilium cæperit. Quòd enim illi præcipuum illud resuscitati Lazari miraculum, maximum futuræ resurrectionis specimen omiserunt, necq; ueram illam Theologiam principioq; carẽtem generationem, tum autem necq; suprema morituri SALVATORIS mandata, testamenti instar obtinentia, attigerunt, satis causæ habuisse uidetur, quur ad illa tria euangelium suum adderet. Marcus aũt, qua adductus causa suum quoque scripserit, paulo antèin quindecimo libri huius capite retulimus. Quũ enim Petrus aduersus Simonẽ fortiter rem gereret, uastitatiq; illius obuiam iret, ac simul occidentali oræ lucem inferret, tantum concionum suarum in animos auditorum immisit desideriũ, ut uiua uoce contenti esse non possent. Quamobrem illi Marcũ, qui tum Apostolum comitabatur, rogarunt, ut conciones à Petro habitas, in monumentum scriptis relatas, ipsis relinqueret. Delectatus est Apostolus tam propenso illorum desiderio, & Marco euangelium dictauit, atq; ut id in Ecclesijs deinceps legeretur sanxit. Talem causam euangelij secundum Marcum recenset Clemens, in sexto Dispositionum libro: atq; itidẽ Hieropolitanus episcopus Papias. Lucas porrò in initio statim scripti sui consiliũ, quo ad scribendum peruenerit, exponit. Dicit enim, Plures quidẽ, de quibus ipse certò edoctus esset rebus, temerè scribere ausos fuisse: se autẽ dubijs ancipitibusq; libris reiectis, & sermonũ ueritatis certitudine percepta, quippe qui cum Paulo & cæteris Apostolis uixerit, illorumq; hisce de rebus colloquijs, conuictu, & familiari consuetudine sit adiutus, necessariò ad conscribendũ euangeliũ adductũ esse. Hæc germana sunt & natiua Apostolorũ euãgelia, iam inde ab initio promulgata, & quę indubitatæ certæq; fidei in Ecclesia habentur. Lucas uerò & actorum Apostoli
B corum composuit librũ, Pauli (ut aiunt) iussu. Atq; equidem duo ex duodecim, & duo item ex septuaginta discipulis & Apostolis, quatuor euangeliorũ scriptu ram absoluerũt. Porrò diuus Iacobus, frater Domini, duodecim tribubus unã Catholicã conscripsit epistolã: duas itidẽ Petrus, & tres diuinus Ioannes: unam aũt Iudas, Iacobi, fortasse aũt & Domini dicẽdus, frater. quas numero septẽ uniuersas, ut germanas atq; natiuas, dudũ Ecclesia recepit, & in numerum Noui testamenti uernaculorũ librorum quam maximè retulit: sicuti etiam quatuordecim diui Pauli epistolas, qui simul & uerborum & sentẽtiarum apparatu instructissimus, nihil sibi præterea scribẽdum esse duxit, quum quidem innumeros de rebus arcanis & ineffabilibus potuisset cõponere libros, quippe qui in tertium usq; cœlum raptus, & in paradisum diuinis uoluptatibus affluentem sublatus, maximas ibi, quæ dicere non est, res audiuerit. Deinde & Ioannis Apocalypsim nouimus Ecclesiæ postremùm traditam. Alia autem, præter hæc, omnia illegitima sunt, & adulterina. Ordo autem librorum simul, quum causam editionis authoresq; eorum exponerem, à me recensitus est.

Qua occasione Marcus Euangelium suũ scripserit.

Quo consilio suum quoque Lucas ediderit.

Acta Apostolorum à Luca ertiã compositã.

De epistolis Catholicis.

Item Paulinis.

Apocalypsis Ioannis.

CAPUT XLVI.

QVandoquidem uerò apud antiquos quidam, ex eis libris quos retulimus, Ecclesiæ certò traditos, obelisco quosdam confoderunt: de ea quoque re ubi pauca dixerimus, & quę Eusebius Pamphili tradiderit adduxerimus, secundo huic tomo finem imponemus. Ac de quatuor quidem quæ dicta sunt Euangelijs, nemo adhuc ad hunc usque diem controuersiam mouit, omnes que ea germana & natiua esse sunt professi. Idem quoque de Actorum libro dicendum. De quibus autem addubitatum sit, hæc sunt. Prima inter Catholicas Iacobi, fratris Domini: & septima Iudæ, fratris

De scriptis Canonicis nouitestamenti, quorũ authoritas in dubiũ est uocata.

eius: item posterior Petri epistola. De his enim anceps apud antiquos fuit opi- A
nio. Præterea ex tribus quæ dicuntur esse Ioannis, extra primam, reliquis duabus aliquandiu non integra data est authoritas. nam alterius Ioannis presbyteri esse creditæ sunt, qui Ephesi post Ioannem Ecclesiæ præfuerit: ut Papias Hierapolita dicit, duo monumenta Ephesi esse memorans, unius atq; alterius Ioannis: quorum unius, Presbyteri dicti, discipulum seipsum nominat. Recensens enim Apostolorum seniores, & duorum istorum meminit, ita inquiēs: Quod si quando quispiã, qui seniorum Apostolorũ sectator fuisset, aduenisset, illorũ requirebam uerba & semẽtias, quid scilicet Andreas dixisset, aut Petrus, aut Philippus, aut Iacobus: aut quid Ioannes, Matthæus, aut alius quisq; Domini discipulorũ: quæ item Aristion, aut Ioannes presbyter. Non enim libris tantũ me, quantũ uiua uoce adiuuari credebam. Eius igitur presbyteri ecclesiæ Ephesiorum secundam & tertiam epistolam, & Apocalypsim insuper, nonnulli esse * somniarunt, Pauli aũt epistolarum, præterq; quæ ad Hebræos est, omnes indubiæ, certæq; permanere authoritatis. Et Clemens Romanus, quum mentionẽ eius ipsius epistolæ facit, tum authoritatibus etiam locorũ quorundã qui in ea sunt, decenter utitur. Vnde satis apparet, nõ nouã eius esse editionẽ, rectéq; inter reliqua Pauli scripta censeri. Causa quidẽ, quod de eius authoritate sit addubitatũ, illa esse uidetur: quòd non itidem, ut in alijs suis epistolis fecit, diuus Paulus nomen ei suũ præfixerit. Id uerò factum, ne in ipso statim procœmio, tanquam ab eis desciuisset, eos perturbaret. Quapropter rectè nomẽ suum omisit, præsertim quũ sermone patrio ad Hebræos eam Apostolus scriberet. Quam deinde alij quidẽ à Luca Euangelista, alij uero à Clemente, quod uerisimilius est, uersam esse asserũt. Persimilis enim est epistolæ ad Hebræos stylus, per omnia, Clementis epistolę. Sententiæ præterea utriusq; non admodũ inter se differũt. Sedenim libri ij, tametsi B
controuersi ab antiquis sint habiti, postea tamen in omnibus quæ sub cœlo sunt Ecclesijs, authoritatẽ sacrosanctã & irrefragabilẽ obtinuerũt, & tanq; principia atq; elementa pietatis nostræ sempiterna permanserunt. Cæterùm illegitima & adulterina omnino scripta esse, scire debemus: Prædicationẽ, quæ dicitur, Petri, & quod secundũ eum est Euangeliũ: Actorũ item eius librũ, & quæ sub nomine eius circũfertur Apocalypsim. Accepimus uerò inter ambiguæ quoq; authoritatis scripta esse, actorũ Pauli librũ: & eum qui Pastoris habet titulũ, quẽ Hermę quidã ascribũt ei, cui in epistola ad Romanos Paulus salutẽ nũciari iubet. Nonnullis aũt is admodũ uidetur esse necessarius, eis præcipuè qui prima pietatis discunt rudimenta, multũ afferens maturi fructus & utilitatis. Non pauci quidem certè apud antiquos eo sunt usi. Inter adscititia etiam est Barnabæ, quæ circumfertur, epistola: & quæ dicuntur Apostolorum doctrinæ. Eodem quoq; loco habendum, secundum Hebræos Euangeliũ: quo in primis, qui in CHRISTVM ex Hebræis crediderũt, sunt delectati. Verũ enimuerò necessitas quædã nobis imposita erat, ut mentionem inferremus librorum eorum, qui uel ex professo per ueram constantemq; traditionem ab Ecclesia accepti, uel cõtrouersiæ quidẽ fuere authoritatis: plurimorũ tamen temporũ usu & præscriptione comprobati, in testamẽtariorum atq; canonicorum scriptorum numerum relati sunt: ut scilicet norimus, quæ legitimæ & propriæ sint Ecclesię scripturæ, & quę item ab ea quę falso nominatur scientia, in primariorum referuntur Apostolorum, Petri puta, & Thomæ, & Matthiæ, & fortasse aliorum etiam quempiam, Euangelia & acta Apostolorum cõplectentes. quales sunt, quæ Andreæ & Ioannis præferunt nomina: quarum nullus Apostolicorum successorum, aut Ecclesiasticorum deinceps scriptorum mentionem facit. Stylus quoq; earum longè ab eloquutione & more

Duo Ioannes.

ἐψευσάθησαν

De epistola ad Hebræos.

Hebraicè ea scripta.

Illegitima & adulterina scripta.

A more Apostolico abest. Et institutum etiam atq; sententia earum, expectationi ei quam titulus promittit, minimè respondet, & à recta ipsius ueritatis doctrina longissimè excidit. Vnde astruere licet, scripta talia à uiris dæmonum malorum intemperijs agitatis esse cõficta. Quam ob causam ea ut adsciticia & adulterina, attingenda non sunt, sed omnino potius detestãda, & modis omnibus quàm maximè fugienda: atq; alijs illis tantùm, ut diuinitùs inspiratis incumbendum, atq; simpliciter ita ut etiam scripta sunt credendum. Diuini siquidem Apostoli, sanctitate uitæ supra naturæ captũ conspicui, & omni genere uirtutis in animis suis exornati, quamuis alioqui ore rudi sermoneq; incompto, fiduciam tamẽ ex concessa eis cœlitùs ui & gratia spirãtes, Magistri sui doctrinam oratione ad persuadendum composita promulgare neq; sciuerunt, neq; adeò tentarunt. Sed Spiritus sancti res longè maximas efficiente uirtute, & miraculorũ operibus demonstrationum & probationum loco utentes, & artificiosæ uel loquutionis uel scriptionis rationem nullam habentes, cœlestem disciplinam annunciarunt. Idq; ita fecerunt, quòd se maiori cuidam, quàm quod hominũ assequeretur captus, ministerio inseruire scirent. Cæterũ de Clemente & DEIfero Ignatio, Polycarpo, & Iustino, alijsq; Apostolorum successoribus, & quæ scripta ij ecclesiæ reliquerint, in sequenti commemorabimus historia. Atq; equidẽ acta Apostolorum & obitus, quo ex duodecim illis quisq; ad DEVM trãsierit, scriptaq; eorũ germana & canonica, sic se, ut diximus, habent. Finem uerò iam secundo quoque tomo huic, qui necessariò in tantam à decimonono Tiberij, usq; ad quartumdecimum Neronis annũ, quo Apostolorũ principes Petrus & Paulus martyrij receperũt coronã, euasit magnitudinẽ, impono. Cõtinet aũt annos triginta septẽ: quũ quidem à mundo condito quater millesimus quingentesimus septuagesimus quin- B
tus, à CHRISTI autem natiuitate LXX omnino peractus esset annus.

Simplici & rudi sermone atque stylo in doctrinis & scriptis suis usi sunt Apostoli.

Quot annos liber hic complectatur.

Annus à natiuitate Christi Saluatoris 70. incidit in tempus Imperij Cæsarum Ser. Sulpit. Galbæ mensiũ 7. M. Syluij Othonis mens. 3. dier. 5. & A. Vitellij mens. 8. dier. 10.

TERTII TOMI CAPITA.

I. *Qui primi sanctorum Apostolorum fuerint successores.*

II. *De ijs qui post Apostolos Romæ, Alexandriæ, Antiochiæ, & Hierosolymis præfuerint ecclesiæ: aliisq; item uiris, Apostolicis pollentibus donis.*

III. *Quæ causa Romanis fuerit, Iudæis belli inferẽdi. Quanto tẽpore Iudæi post CHRISTVM bello impetiti non sint. Et ut fideles homines per reuelationẽ admoniti Hierosolyma reliquerint, & Pellam migrarint. Et quãto tempore alienigenæ ex Herode progeniti, apud Iudæos regnũ obtinuerint.*

IIII. *Ut ante bellũ Iudaicũ maxima septẽ prodigia diuinitùs cladem Hierosolymitanã portenderint.*

V. *Ut post Neronem Galba et Otho & Vitellius, & deinde Vespasianus Romanis imperarit: et particularis commemoratio calamitatum, quæ sub Vespasiano Hierosolymis acciderunt.*

VI. *Ex quinta historia Iosephi de captiuitate Iudaica expositio, ut fames Iudæos afflixerit.*

VII. *De muliere Iudæa, quæ suum sibi puerum deuoratuit in obsidione Hierosolymitana.*

VIII. *De uerbis CHRISTI, quibus Hierosolymis exitium prædixit: & de hlstoria Iosephi.*

IX. *Ut post Hierosolyma capta, Simeon Cleopæ filius Episcopus ibi creatus sit. De Domitiani crudelitate: & de cognatis SERVATORIS nostri secundum carnem.*

X. *Ex Egesippo, quòd ad id usq; tẽpus, qui familiæ & generis Dauid fuere, inquisiti sint, & occisi.*

XI. *Obitus Vespasiani, Titi, Domitiani, & Neruæ: & de imperatore Traiano.*

XII. *De Menandro, secundo à Simone Mago hæresiarcha.*

XIII. *De hæresi Ebionitarum.*

XIIII. *De Cerintho hæresiarcha.*

XV. *De hæresi Nicolaitarum, ut ea à Nicolao uno ex septem Diaconis orta extiterit.*

Ut Si-

XVI. *Ut Simeon Cleopæ martyrium subierit: & unde hæreses à principio in Ecclesiam* CHRISTI *inuaserint.*

XVII. *De persequutione sub Triano, & quale edictum is contra Christianos promulgauerit.*

XVIII. *Martyrium sancti Clementis Romani, & de libris eius.*

XIX. *Ut diuinus Ignatius ex Antiochia Romam delatus, propter* CHRISTVM *bestijs deuorandus obiectus sit: & de Epistolis eius.*

XX. *De Papia Hieropolita: & quæ ab eo, præter communem opinionem, memoriæ sint prodita.*

XXI. *De Quadrato & Aristide, Apostolicis planè uiris, qui pro defensione fidei nostræ Apologias scripserunt.*

XXII. *Quæ etiam sub Traiano Iudæis acciderint clades.*

XXIII. *De Traiani moribus & operibus, structurisq; eius, quas Antiochiæ fieri curauit: & de quinque martyribus fœminis.*

XXIIII. *De Imperio Aelij Adriani, & de suprema sub eo Iudæorum internecione.*

XXV. *Qui ea ætate maximis quibusq; ecclesijs Episcopali ministerio præfuerint.*

XXVI. *De Iustino philosopho, eodemq; martyre: & de Apologetico eiusdem, Antonio exhibito. Præterea de Egesippo & Melitone.*

XXVII. *Ut Adrianus edicto pro Christianis publicè proposito uetuerit, ne in nos indicta & non iudicata causa sæuiretur.*

XXVIII. *De successore Adriani Antonino, ut & ipse præfectis in Asia suis scripserit, & persequutionem Christianorum prohibuerit.*

XXIX. *De sancto Eustathio, qui & Placidas dictus fuit. Item de sancto Eleutherio, Illyrici episcopo.*

XXX. *Quædam de Polycarpo, Apostolico successore, memoriæ commendata.*

XXXI. *De successione eius temporis Imperatorum, rebusq; eorum gestis.*

XXXII. *Ue Iustinus philosophus religione Christiana, & scripto, & sine scripto, egregiè defensa, martyrio pro* CHRISTI *nomine sit exornatus.*

XXXIII. *De alijs martyribus, quorum ipse Iustinus in singulari quodam libello meminit.*

XXXIIII. *De alijs, qui in Asia martyrio fortiter sunt perfuncti.*

XXXV. *De martyrio Polycarpi, episcopi Smyrnæi.*

XXXVI. *De alijs martyribus, qui eodem ipso tempore unà cum Polycarpo, martyrio uitam finierunt.*

XXXVII. *De duobus Iudæis, altero qui per arenam, altero qui à pueris mirificè est baptizatus.*

ECCLE-

ECCLESIASTICAE Historiæ Nicephori Callisti Xanthopuli, Tomus III.

CAPUT I.

A RECTE equidē, ut puto, nobis secūdus tomus est absolutus, qui Apostolica acta & scripta, ita ut decuit, cōplexus, * secūdo loco primas præ reliquis tulit. In tertio aūt, qui nunc nobis in manibus est, primā illorum successionem exponemus: quomodo scilicet diuini VERBI prædicatio per uniuersum orbē increbuerit, & qui uiri maximis quibusq; ecclesijs præfuerint. Cō tinebit is quoque eam, quæ totam ubique Iudæorum gentem, metropolimq; eorum Hierosolyma sustulit, internecionē: nec non ecclesiasticos scriptores atq; doctores, qui post occidionē eam floruerunt, & qui ex illis certamine fortiter & generosè peracto martyrij tu lerunt coronam, quiue rursus falso nominatæ scientiæ præierunt duces. Itaq; diui Apostoli, sicuti diximus, per omnem dispersi terram, prouincias orbis ad Euangelium prædicandum sorte partiti sunt. Petrus quidem Hierosolymis primùm, deinde Galatiæ & Bithyniæ, nec nō Asiæ superiori, Cappadociæ, & Italiæ cunctæ uerbum prædicauit. Ioannes autem in Asia annis pluribus quum docuisset, diem tandem suum obijt. Andreæ porrò, quæ sunt ad Euxinum oræ, Scythia uniuersa, Byzantium, Macedonia, & Græciæ continens, prouinciæ fuere. Thomas uerò Parthis, Indis, & insulæ Taprobanæ Euangelium promulgauit. Aegyptum & Libyam alius, alius item extremas Oceani regiones & insu
B las Britannicas sortitus est. Quas prouincias propè omnes tanquam cœlestis quædam uolucris, Paulus orbem habitabilem circūcirca peragrans, peruolauit: & ab Hierosymis exorsus, usq; ad Illyricum summa cura & fide ueræ pietatis doctrinam disseminauit, firmissimaq; ecclesiæ fundamenta iecit. Horum autem * æmulatores adeò multi fuere, ut eos numerare facile nō sit, qui nimirum abunde satis & de VERBO & de Spiritu quum percæpissent, ut fundatas ab illis ipsi construerent ecclesias, idonei iudicati sunt, qui Domini pascerēt gregem, atq; in Apostolorum succederēt locū, accuratè probeq; ab illis ipsis Apostolis eruditi. Quapropter ij quoq; magno animo salutifera regni cœlorū semina passim seuerunt. Acri enim uehementiq; ueræ philosophiæ amore perciti, primùm iuxta salutare præceptū egenis substantiam facultatesq; suas distribuere: ac deinde pia quadam ambitione ducti, alijs quoque inobedientibus adhuc fidei uerbo gentibus, diuinorū oraculorū prodidere doctrinā. Atq; ubi in recens iactis fundamē tis, ecclesijsq; institutis, pastores ordinassent, aliò ipsi se cōtulere. Et gratia DEI miraculis uberrimè diffusa, nationes simul totas ad fidē pertrahebat. Longū aūt esset omnes, quicūq; primæ Apostolorū successionis tēpore per habitabilē orbem pastores ecclesiarū Apostolicā & Euangelicā susceptē functionē, singillatim recēsere. Satis aūt fuerit ex multis paucos referre, quos etiam monumēta Apostolicæ ecclesiæ indicauere. Primus equidē diuus Paulus, complurīū in Epistolis suis meminit, quos & cooperarios et cōmilitones uocat. Sed & Lucas non

εἰς δεύτερος τὸ δεύτερον τῶν ἄλλων πρὸ τῶν ἡμετέρων. *vos.*

Dicendorum propositio.

In quibus oris bis tercia partibus ex Apostolis quisq; Euāgeliū prædicauerit.

Successores Apostolorum. *διάδοχοι τῶν ἀποστόλων.*

paucos

paucos nominatim laudat: qualis Timotheus ille est, qui primus Ephesi sortitus est ecclesiam, sicuti & Titus Cretæ. qualis etiam Barnabas, & Lucas ipse, Marcus & Crescens, qui in Gallijs ecclesiã rexit. Præterea ex Areopagitis sapientissimus Dionysius, qui etiã Athenis metropolitanæ præfuit ecclesiæ. Linus item, & sacer Clemens, diuinus Ignatius, admirandus Apollos. Item septuaginta illi omnes, atq; etiam alij, quos oratione recensere facile non est.

CAPUT II.

Petri successores in Ecclesia Romana.

QVi uerò magnarum ecclesiarum præsides fuêre, ij sunt. Post Petrum Romæ primus episcopatum suscepit Linus, cuius Paulus in ea quam Roma ad Timotheum scripsit epistola, mentionem facit. Hic quum annis duodecim Episcopale administrasset ministeriũ, Vespasiano filioq; eius Tito imperantibus, Anacleto id reliquens, uita excessit. Secundo porrò imperij Titi anno, Anacleto, qui totidem annis magnificè Ecclesiam ibi gubernauerat, successit sapiens ille Clemens, illustri genere clarus, & ad Cæsarum gentem ortum suum referens: de quo paulo pòst plura. Hunc cooperariũ suum fuisse, ad Philippenses scribens testatur Paulus: Cum Clemẽte, inquiens, & reliquis cooperarijs meis, quorum nomina in libro uitæ conscripta sunt. In Alexandrina autem ecclesia, post diuum Marcum Euangelistã, Episcopatum primus obtinuit Anianus. Quarto autem Imperij Domitiani anno, quum uiginti duos annos ecclesiæ præfuisset, uita est defunctus. Post hunc Abilius sedẽ eam recepit: qui quum eam trecedim ritè gubernãs annis obtinuisset, Cerdoni eam successori reliquit. Antiochenam aũt, post Petrum & Lucam, primus Euodius gubernauit. Ab hoc secundus fuit Ignatius, is quum annos nouem Episcopatũ decẽter omnino ibi administrasset, Romæ tertio Traiani anno bestiarum dentibus est commolitus. Huius successoris, numero ab Apostolis tertij, nomen erat Heros. In Hierosolymitano uerò episcopatu, quẽ frater Domini Iacobus triginta annos tenuerat, post Hierosolymorum euersionem, Simeon Cleopæ filius, qui *patruelis SERVATORIS fuisse dicitur, illi successit. Tertius ibi ex ordine Iustus, eorũ qui ex Iudæis tum crediderãt unus, episcopus fuit. qui quidẽ Episcopi ad Traiani usq; tẽpora functionẽ suam perduxerunt, quũ adhuc in uiuis esset dilectus ille discipulus. Quo tẽpore & Polycarpus Smyrnæ in Asia floruit, ab eo ipso Ioanne episcopus creatus. Papias quoq; tum Hieropolita, in sua ipse patria Episcopatus magistratu est functus: uir quùm eloquẽtia clarus, tum sacrarum literarum quàm maximè peritus. Sed & Quadratus ea ætate prophetico dono, unà cum Philippi filiabus enituit: & alij præterea plures, Apostolica gratia illustres atq; conspicui, Apostolorumq; successionem sortiti. Cæterũ de Clemente, Ignatio, Polycarpo, & Papia, quæ par erit deinceps in hoc ipso libro narrabimus. In præsentia enim ea tantùm, quæ ad primam Apostolorum successionem pertinent, ostendere instituimus.

Successores Marci in Ecclesia Alexandrina.

Petri & Lucæ in Antiochena.

Iacobi fratris domini in Hierosolymitana.

εὐσέβιος.

Cleopam fratrem fuisse Iosephi sponsi uirginis matris, Egesippus contestatus est. Insc. ca. 9.

Polycarpus Smyrnæ episcopus.

Papias Hierapolitanus.

Quadratus propheta.

CAPUT III.

Clades Iudæorum sub Nerone, impendentis eorum excidij quasi proœmia.

NVnc uerò operæpreciũ est referre, quomodo Iudæorum aduersus Romanos motum sit bellum: quæ causæ simul & prodigia Hierosolymorum præcesserint euersionẽ: & quomodo tandem ea urbs perpetratæ in CHRISTVM impietatis, insanæq; uæcordiæ pœnas luens, sit euersa. Atq; equidẽ quæ sub imperio Neronis, & ante id Felice post Platum Iudææ prouinciam obtinente, Iudæis acciderint clades, quum Pontifices ciuilibus armis contra se inuicem & aduersus primores ciuitatis armarentur, & unusquisq;

A unusquisq; eorum ad res nouas spectans, ducẽ se ipsum constitueret, nemine id prorsus prohibente: quumq; summa esset & Antistitum impudentia, & rebellium sicariorum licentia: tum autem quum Pontifex Ionathas & multi insuper alij præclari uiri clàm occiderentur, deniq; quum pseudopropheta Aegyptius quamplurimis seductis triginta millia hominum perderet, & reliqua in perturbato ciuitatis statu, nemine uel imperandi uel parendi officium præstante, committerentur, in proximo exposuimus libro. Decimo sanè imperij Neronis anno maximum exortum esse bellum, magnamq; uniuersæ Iudæorum genti accidisse calamitatem, Iosephus commemorat[a]: & præter plurima alia detrimenta, circiter decem millia eorum qui honores magistratusq; apud Iudæos gesserunt, flagris concisos Hierosolymis, & tandem in crucem actos à Floro: grauem præterea tumultum contra Iudæos per omnem Syriam motum esse tradit, quum ex uniuersa gente plerisq; à ciuitatum incolis non aliter atq; ab hostibus tam crudeliter cæderentur, ut passim in ciuitatibus loca omnia conspicerentur iacentium insepultorum cadauerum plena, puerorum simul & senum, mulierum quoque, quarum ne pudendæ quidem partes contectæ fuissent. Et quamuis tota ea prouincia innumeris esset referta cladibus, omnem tamen casum atq; calamitatem longè superabat, quæ propter perpetrata cuiq; scelera, per minas denunciata fuerat euersio. Hæc quidem bellum præcesisse, Iosephus scribit. Sedenim quum Iudæi apertè Romanis rebellarent, Nero contra eos ira exarsit, & Vespasianum filiumq; eius Titum ex Achaia & Italia cum exercitu ualido & insolenti aduersus Hierosolyma, urbis eius obsidione illis mandata, misit. Vespasianus porrò ex plerisq;, quas à Iudæis retulit uictorijs, gloria parta, bellum id magis magisq; prosequutus est. & Iudæi non tantum contra Romanos, uerumetiam contra CHRISTVM ipsum arma sumpserant. Et quùm innumeras Romanis tenderunt insidias, tum Christianorũ cædibus sunt lætati. Id quod satis indicauit Stephanus ipse, Zebedæi filius Iacobus, eiq; cognominis ipsius Domini frater, atq; alij quamplurimi. Si qui uerò adhuc erant reliqui, persequutione eorum Iudæa sunt expulsi. † Quinimò plebs Hierosolymitanæ ecclesiæ uniuersa, arcanis quibusdam & diuinis responsis, quæ probatis quibusdam ibi uiris per secretam reuelationem reddita sunt, admonita, ante ipsum bellum ciuitate excesit, & in oppidum quoddam cui Pella nomen erat, ita ut iussa fuerat, commigrauit: ut scilicet à pijs diuinisq; uiris omnibus derelicta ipsa Hierosolymorũ ciuitas, tanquam cathedra & primaria metropolis, finitimaq; ei Iudæa, quòd contra CHRISTVM diuinosq; eius Apostolos mala quamplurima perpetrassent, diuinam excíperent uindictam, uniuersaq; eorum natio ex hominũ numero tolleretur. * Annis sedenim quadraginta post ascensionẽ SERVATORIS in cœlos, Iudæi aperto bello oppugnati non sunt: q; DEVS illis pœnitentiæ tempus præberet, eosq; ad resipiscendum uita, doctrina, admirandisq; operibus diuorum Apostolorũ inuitaret. Quum aũt minimè ut conuerterentur curarent, tanq; claustro quopiam & obijce sublato, diuinitùs ingruentem sibi internecionem, iusto iudicio DEI, in seipsos pertraxerunt. Enimuerò annos centum sub aduenis fuerũt regibus. Herodes enim primus annis triginta septem eorũ regnum tenuit, post hunc Archelaus filius eius annos nouem: cui frater eius Herodes succedens, is qui Baptistã gladio sustulerat, uiginti quatuor annos regnauit. Deinde Agrippa, qui & Herodes nominatus est, & Iacobũ interemit, annos septẽ: atq; huius successor filius eius fuit, Agrippa et ipse, iunior scilicet, appellatus: apud quem liberè pro se Paulus causam dixit. Viginti autem & tres annos is regnum administrauit, quoad usq; occidione Hierosolyma prorsus interiere.

[a] *Li. 20. ca. ult. de Bel. Iudaic. lib. 2. cap. 13. Seditio et intestinum bellum obortum in singulis ciuitatibus, loca omnia in Iudæa sanguine & cadaueribus impleuit. Ioseph. de Bell. Iud. libro 4. cap. 9. Egesip. lib. 4. cap. 6.*

Tacit. li. 12. de auaritia & crudelitate Cestij Flori Iudææ procuratoris.

Vespasiano Iudææ cura à Nerone commissa.

Rebellio Iudæorũ aduersus Romanos, & Deũ ipsum.

μείζονα ἢ τῶν ἐμοῦ γενομένων τοῖς ἀπὸ τοῦ κόσμου λαμβάνοντα κίνδυνον.

†Christiani diuinitùs admoniti Hierosolymis, ante eius excidiũ Pellam cõmigrarunt.

Divina ultio in Iudæos.

Longanimitas Dei frustrà Iudæos ad pœnitentiam inuitauit.

Quandiu sub aduenis regibus Iudæa fuerit.

Regum eorum catalogus.

**Regnũ ab Antonio Herodi datum, uictor Augustus auxit: & gentẽ Iudæorum coercitam, liberi Herodis quadripartitò rexere. Sub Tiberio quies, C. Cæsaris mors motum Iudaicum diremit. Claudius defunctis regibus, aut ad modicum redactis, Iudæã pro uinciam equitibus Rom. aut libertis permisit. Duravit tamen patientia Iudæis, usq; ad Cestium Florũ procuratorẽ: sub eo bellũ ortum. Tacit. libro 21.*

CAPVT IIII.

De bello Iudaico.

AEterùm ſigna mirifica apertis quibuſdam indicijs cladem iamiam aduenientem prædicebant, ut etiam Ioſephus ipſe in VI. Hiſtoriarum libro oſtendit. Miſerandam igitur plebem, inquit, ſeductores illi à DEO longè aberrantes, tum ſuadendo decipiebant, certis què & claris indicijs deſolationem & uaſtitiem futurã apertè indicantibus, nec animum adhibebant, nec fidem habebant: ſed tanquam fulmine afflati atque conſternati, qui neque oculos, neq; mentem haberent, prædictiones DEI contemnebant. Sed quæ nam tandem ea fuere ſigna? Stella equidem crinita gladio perſimilis, anno totò ſupra urbem lucere uiſa eſt. Die Azymorum quodam, Aprilis menſis nono, hora quoque noctis nona, lucis ſplendor aram & templum ipſum ita illuſtrauit, ut dies clara eſſe uideretur: atque is ſplendor ad dimidiam durauit horam. Porta urbis ad Orientem ſpectans, ex ſolido ære facta, quæ propter ponderis magnitudinem uix circa crepuſculum à uiginti clauſa erat uiris, ferreis ſuffulta uectibus, altiſsimis que in ſolo firmata palis, circiter horam noctis ſextam ſua ſponte uiſa eſt aperiri. Ante ſolis quoque occaſum in nubibus ſublimes currus & acies emicantes, urbes que obſidentes apparuere. Die etiam quodam apud illos feſto, Scenopegia uocant, quum ſacerdotes noctu more ſuo ad ſacrum miniſterium ſuum obeundum irent, fragorem & motum quendam ſenſiſſe, ac deinceps uocem ingentem audiſſe traduntur, quæ migrandum inde eſſe denunciaret. Quarto ante bellum anno uir quidam nomine Ieſus, agreſtis admodum, & infimæ ſortis homine (cui Anani nomen erat) prognatus, quum ingens pax & tranquillitas in urbe eſſet, derepentè in templum ingreſſus: Vox, inquit, ab Oriente, uox ab Occidente, uox à quatuor uentis, uox ſuper Hieroſolyma & ipſum templum, uox ſuper ſponſos & ſponſas, uox ſuper populum omnem. Die autem noctuq; hæc uociferans circuibat. Quapropter nonnulli tam ingrato ſermone eius commoti, comprehenſum eum plagis mactarunt. Ille uerò minimè mouebatur, neque quidquam de ſeipſo uerebatur, & uerba ea iam ſibi conſueta inclamare pergebat. Quinetiam ad Romanum præſidem adductus, quum itidem ibi uerberaretur, non aliud proloquutus eſt uerbum, neque etiam lachrymas emiſit: ſed miſerandum tantum in modum lamentans, ad plagam unamquamque, Væ uæ Hieroſolymis, exclamauit. Bos quoque Azymorum die feſto ad ſacrificium in medium adducta templum, ſpectantibus omnibus agnum edidit. Idem ipſe Ioſephus aliud quiddam magis admirandum refert. Oraculum uidelicet quoddam in ſacris templi monumentis inuentum eſſe, eo ipſo tempore * ex popularibus eorum quendam uniuerſo orbi imperaturum. Et Ioſephus quidem reſponſum id ad Veſpaſianum Imperatorem retulit. Sed ille Romanæ tantum urbis, non uniuerſi terrarum omnium orbis imperium obtinuit. Rectius itaque oraculum tale SERVATORI & Domino noſtro accommodetur, ad quem & illud Pſalmi reſponſum à Patre refertur: Poſtula à me, dicente, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſsionem tuam terminos terræ. Cuius etiam diſcipulorum uox in omnem exiuit terram, & ad terminos orbis uerba eorum. Atq; his ita præmiſsis, ad hiſtoriam ipſam deueniamus.

Portenta & prodigia excidium Hieroſolymitanũ deſignantia.

Euenerant prodigia, quæ neque hoſtibus neq; uotis piatre fas habet, gens ſuperſtitioni obnoxia, religionib. aduerſa. Viſæ per cœlum concurrere acies, rutilantia arma, & ſubito nubium igne colluxere templũ.

Expaſſæ repentè delubri fores. Et audita, maior humana, uox: Excedere deos. Simul ingẽs motus excedentium, quæ pauci in metũ trahebant. Tacit. ut ſuprà.

Oraculum in templo Hieroſolymitano de Chriſti imperio reperium.

* ἐγχώριός τις

Nero

Pluribus perſuaſio inerat, antiquis ſacerdotum literis contineri, eo ipſo tempore fore ut ualeſceret Oriens, profectiq; Iudæa rerum potirentur. Quæ ambages Veſpaſianum ac Titum prædixerant. Tacitus.

CAPVT V.

Galbæ, Ottonis, et Vitellij Imperium.

NEro quum quatuordecim annos imperaſſet, Galbæ, Ottoni & Vitellio turpiter Imperio relicto, uitam finiuit. atque ij etiam unius anni & menſium ſex tempore, cæſi diſperierunt: & Veſpaſiano, qui tum cõtra Hieroſolyma magna gloria uictor bellum gerebat, imperium reliquere. Vbi à militaribus copijs Imperator renunciatus, filio Tito bellum Iudaicum mandauit: ipſe autem, quanta potuit celeritate, Romam contendit. Porrò quanta in omnes Iudææ partes mala peruenerint, quibus ue cladibus ubiq; gens Iudæorum ſit conflictata, quàm uaria etiam mortis ſpecie, in primis uerò fame & ferro, multa millia omnis ætatis hominũ interierint, & quæ ſeorſim oppida obſeſſa fuerint: poſtremo q;, quum undequaque omnes ipſa Hieroſolyma tanquam in propugnaculum inexpugnabile confugiſſent, [a] quæ auditu quoque tolerabilia non ſunt, pertulerint. Item, qui belli totius fuerit apparatus, aut quæ ſeorſim cuiq; tum dura atq; acerba acciderint: deniq; ut deſolationis abominatio, pro eo atq; dudum à prophetis prædictum fuerat, in celeberrimo illo templo, quod quidem incendio fœdè uaſtatum eſt, ſteterit: ea omnia ex Ioſephi hiſtoria peti poſſunt. Illud certè quidem modis omnibus indicare cõuenit, eundem ipſum hiſtoricum alicubi referre, † ad ter centenas myriades hominũ multitudinem ex uniuerſa Iudæa, ipſis Paſchæ feriis Hieroſolyma confluxiſſe, atque eam ibi perinde atq; in cuſtodia & carcere circumcluſam & obſeſſam eſſe. [b] Aequum enim erat, eis ipſis diebus, quibus tanto ſtudio ad CHRISTI SERVATORIS benefactoris q; omnium cædem furibundè acti fuerant, uirum que ſanguinarium & homicidam ſummis illius beneficijs præpoſuerant, regnum quoque eius (Cæſari addicti) proteruè reicerant, propter eum quem in SERVATOREM euomuerant rabidum furorem, diuinam experiri uindictam, extremum q; ſubire exitium, atque ita condignam factis ſuis reportare gratiam & compenſationem. Atque equidem prætereundum etiam eſſe duxi, quas illi uel à ferro, uel ab alijs belli tormentis acceperint clades: & eas tantum perſequar calamitates, quas rerum omnium inopia & fame ſunt perpeſsi. Sic enim abundè ſatis, qui hiſtoriam hanc aliquando legent, omnib. oſtendam, non ita diu, * patratæ in SERVATOREM ueſanæ & proteruæ procacitatis, condignam cunctatam eſſe uindictam. Porrò calamitatem eam planè Tragicam, nobis in quinto libro Hiſtoriarum ſuarum Ioſephus clarè exponit, hiſce propemodum uerbis.

[a] *Hieroſolymorum urbẽ munitiſsimã fuiſſe, teſtatur Tacitus libro 2. Sed urbem arduam, ſitu, opera moleſq; firmauerant, etc. Alia intus mœnia regiæ circumiecta. Conſpicuoq; faſtigio turris, Antonia in honorem M. Antonij ab Herode appellata. Tẽplum in modũ arcis, proprijque muri, labore & opere ante alios. Ipſe porticus, quicis templũ ambiebatur, egregiũ propugnaculũ. Fons perennis aquæ, &c. Præuiderãt cõditores ex diuerſitate morũ crebra bella: inde cuncta, quãuis aduerſus longius obſidiũ. Et à Põpeio expugnatis metus atque uſus pleraque monſtrauerat. Atq; per auariti am Claudianorum temporum, empto iure muniendi, ſtruxere muros in pace tãquã ad bellum magna colluuie & cæterarum urbiũ clade aucti. Hæc Tac. ut ſuprà.*

Fames ſumma Hieroſolymis in obſidione.

Pulentioribus ſanè quidem, quòd in urbe manſerãt, exitio fuit. Non pauci enim ſub prætextu initi de fuga conſilij, propter opes ſuas trucidabantur: & unà cum fame ſeditioſorum creſcebat uæcordia. Et indies utriſque adaugebantur calamitates. In publico equidem nullum erat frumentum. Quare impetu in domos facto, eas ſcrutati, farra inquirebant. Quæ, ſiue inueniſſent, poſſeſſores tanquam ea pernegaſſent, uerberabant: ſeu non inueniſſent, nihilomnius tamen ueluti ea maiore cura & diligentia occultaſſent, torquebant. Indicium autem uel habere, uel non habere eos frumenta, corpora ipſa miſerorum faciebant, quæ quicunque adhuc robuſtiora habebant, abundare alimentis uidebantur: qui autem iam contabuiſſent, præteribantur. Ac præter rationem eſſe prædones iudicabant, ſi eos ferro necarent, qui primo quoquo tempore penuria eſſent interituri. Multi clàm poſſeſsiones ſuas modio

Simon, Ioannes, & Eleazarus, inteſtini belli duces, templum arcem & ciuitatem ſanguine & cæde ciuium repleruntIoſeph. lib. 6. Bell. Iudaic. ca. 5. Tacit. lib. 2. Pernicaciſsimus quiq; illuc perfugerat, eoq; ſeditioſius agebant. Idem.

[b] *Multitudinẽ obſeſſorũ omnis ætatis, uirilis ac mulebris ſexus, ſexcentena millia fuiſſe accepimus. Tacitus, ut ſuprà.*

* πᾶς εἰς σω τῆρα παρο ϖοίας.

dio uno, ſiquidem ditiores eſſent, tritici: ſin indigentiores, hordei permutabant. A
Deinde in abditiſsima quęq; ædium conclauia ſeſe abdentes, quidam propter fa
mem ſummam, frumentum ipſum inelaboratum edebant. Quidam uerò, prout
neceſsitas extrema timorq; cohortabantur, id in panis formam redigebant: ne-
que uſpiam menſa proponebatur, ſed ex igne ipſo extracta, adhuc incocta et cru
da frumenta rapiebant. Miſerandæ profectò tales fuere epulæ, & dignum la-
πλειστοῦ ἄξιον. chrymis prorſus ſpectaculum. Potentiores namq; abundabant, ſuperioraq; om
nia habebant: imbecilles autem & inopes lugebant, & lamentabantur. Fames
porrò quùm reliquas omnes antecellit grumnas, tum pudorẽ etiam tollit. Nam
quæ in rebus alijs obtinet uerecundia, ea in famis & inediæ miſeria proculcatur.
Siquidem mulieres ex uirorum, liberi ex patrum, & quod omnium luctuoſiſsi-
mum eſt, matres ex infantum ore cibum rapientes, extrahebant. Et quum dul-
ciſsima in manibus earum pignora marceſcerent, extremas tamen illis uitæ ſuſti
nendę reliquias auferebant. Ac ne ſic quidem cibum furtim capientes latêre po-
tuerunt. Paſsim enim ipſis, raptiſq; eorum cibis, ſeditioſi prædones imminebãt.
Vbicunque enim illi ædes clauſas conſpexiſſent, ſumpto inde indicio, cibum in-
tus capi exiſtimantes, ſtatim foribus perfractis, cum impetu in eas inſiliebant: &
tantum non ex ipſis faucibus miſerorum minutiſsima fruſta excutientes, redde-
re cogebant. Verberibus afficiebantur ſenes, epulas ſuas propugnantes: capil-
lis raptabantur mulieres, cibos quos habebant occultantes. Nulla caniciei, nul-
la teneræ ætatis erat commiſeratio: ſed puellos unà cum ciborum fruſtis, quos
in ore habebant, in ſublime ſublatos, ſolo allidebant. Si qui autem impreſsionẽ
atque impetum eorum præueniſſent, & id quod illi rapturi fuerãt deglutijſſent,
tum illi tanquam iniuria affecti, ferociores crudelioresq; fiebant, & grauiſsima
βρέφεσι ἐμφρήττουσι τοῦτ' ἔστι τῶν πολλοῖς ἀπόρως ad cibum inquirendum tormentorũ cruciatuumq; genera excogitabãt. * Mea- B
tus namq; pudendorum calamitoſis hominibus eruo immiſſo obturabant. Qui
buſdam in arcana ſedium loca (id quod auditu horrendum eſt) perticas acutas
per uim immittebant, ut uel panem unum, uel occultatę farinæ pugillum indica
rent. Carnifices aũt illi non omnes egebant: & iniuria uiolentiaq; eorũ, propter
ἄτοπον οὖν ὅμως ἦν τὸ μετ' ἀνάγκης. neceſsitatem, iuris æquitatiſque locum obtinuiſſent. Sed uæcordiam ſuam pa-
làm præ ſe ferentes, alimentum tanquam uiaticum ſibi rapinis in futurum tem-
pus parabant. Ac ſi qui noctu ex urbe clàm in Romanorum caſtra & munitio-
nes, ad olera herbasq; agreſtes colligendas prorepſiſſent, quum miſeri illi ſe, ho-
ſtium cuſtodias fallendo, euaſiſſe crederent, in latrones eos incidebant, qui eis
quod attuliſſent diripiebant: & quum ſæpe miſerrimi illi mortales, horrendo
DEI inuocato nomine, prædonibus ad pedes eorum prouoluti ſupplicarent, ut
minimam ſaltem partem pabuli, quod extremo adito periculo attuliſſent, eis
redderent, nihil prorſus recipiebant. Quin bene etiam ſecum agi putabant, ſi ad
eum modum diſpoliati, non contrucidarentur. His deinceps alia ſubiungit, di-
cens: Iudæis porrò & exitus ad fugam omnis præcluſus, & ſpes ſalutis prorſus
præciſa erat. Fames autem inualeſcens, paſsim' que per domos & familias popu-
lum depaſcens creſcebat. Domus mulierum & infantum cadaueribus plenæ e-
rant. In angiportubus paſsim ſenes mortui iacebant. Pueri autem & adoleſcen-
tes intumeſcentibus corporibus, tanquam idola & ſimulacra in foro circumeun
tes, ubicunq; quemque caſus occupaſſet, concidebant. Sepelire uerò genere ſibi
aut neceſsitudine alia coniunctos, imbecilli non poterant: ualentiores autẽ hor-
rebant, quùm propter cadauerum multitudinem, tum quòd ipſimet de uita ſua
incerti eſſent. Multi uerò etiam eis quos ſepeliebant, immoriebantur. Multi in
loculos ſuos & ſepulchra prius deſcendebant, quàm extrema adeſſet neceſsitas.

Neq;

A Neq; planctus ullus, neq; eiulatus in eiuſmodi cladibus erat: ſed fames affectio-
» nes tales præpediens † redarguebat, ſic eis oculis & ore hianti, * qui ægrè morie
» bantur, alios ſe in morte præuenientes inſpiciebant. In urbe altum erat ſilentiũ,
» & noctu plurima mortis imago: uerumtamen tantis ærumnis & cladibus præ-
» dones longè erant grauiores. Sepulchra enim effodientes, cadauera ſpoliabãt: et
» detractis illorum ueſtibus, cum riſu etiam progrediebãtur. Gladiorum acies in
» cadaueribus experiebantur: quoſdam etiam qui humi ſtrati iacebant, atq; etiam
» tum paululum ſpirabant, enſes periclitaturi cõfodiebant. Si qui uerò ſupplices,
» illos, ut ſibi præ famis intolerantia mortem inferrent, obſecrarent, eos contume-
» lioſè relictos præteribant. Et qui tam miſerè expirabant, ad templum ipſum con
» tinuè cum dolore, uiuos relinquentes ſeditioſos, reſpectabant. Ac primùm qui-
» dem publico ſumptu cadauera, propter intolerandum fœtorem, ſepeliebantur:
» quum uerò iam tumulandis eis libitinarij non ſufficerent, è muro in foſſas proij-
» ciebant. Quas Titus aliquando circumiens, quũ corporibus repletas, & redun-
» dantem ex diffluentibus illis mixtum tabo & ſanie cruorem cerneret, ſuſpirauit:
» & manibus ſublatis, DEVM eſt teſtatus, non ſe tantæ cladis authorem eſſe. Sub
hæc quædam alia in medio commemorans, illa deinde infert. Committere om-
» nino nequeo, quin quod animus iubet, proferam. Ita enim iudico: ſi Romani bel
» lo uindicare nefarios homines cunctati eſſent, urbẽ ipſam aut hiatu terræ, aut in-
» undatione interituram, aut certè Sodomæ fulmina experturam fuiſſe. Multo e-
» nim, quàm qui talia olim ſunt perpeſsi, tulit gentem deteriorem, & impiam ma-
» gis. Propter cuius uæcordiam, populus ſimul uniuerſus interijt. Rurſus in VI
» libro ad hunc modum ſcribit: Innumerabilis prorſus eorum multitudo fuit, qui
» fame in urbe perierant, quibus incredibiles dictu acciderunt erumnæ. In quali-
» bet enim domo, ubi umbra ſaltem aliqua ciborũ appareret, bellum gerebatur:
B & qui arctiſsima inter ſe amoris neceſsitudine erant coniuncti, manus conſere-
» bant, ſibi inuicem calamitoſas miſeræ uitæ reliquias eripientes. Cæterùm ne mo
» rientibus quidem, quòd nihil eſcarum haberent, fides habebatur. Nam prædo-
» nes, animas quoq; iam agentes excutiebant, ne quis eorum, cibi quidquam in ſi-
» nu habens, mortem aſsimularet. Illi porrò † præ inopia inſanientes, ſicuti rabidi
» hiantesq; canes, in ædes inſiliebant, & huc atq; illuc currentes ferebantur. Et fo-
» res, ebriorum hominum more, identidem impellentes, * propter impotentiam
» animi, una eademq; hora bis, quandoq; ter, in eaſdem irrumpebant ædes. Atq;
» quum iam neceſsitas eos fruges omnes conſumere coegiſſet, collectis etiam reb.
» eis quæ impuriſsimis quibuſq; animantibus ad cibum accommodę non ſunt, ue
» ſci ſuſtinuerunt. Siquidem ad poſtremum ne à cingulis quidem & calciamentis
» abſtinuere, & pelles ſcutis detractas macerarunt & comederunt. Nonnullis e-
» tiam ueteris fœni reiectamenta eſcę fuere. Et fuere qui collectas quiſquilias par-
» ui ponderis quatuor Atticis uendiderint.

† ἅλεγχε δ' ἀνασθενοῦντες

ὑπ' εὐδιείας λυομένους

ὑπ' ἀμηχανίας.

Titus Imperãtor cladem Iudæorũ ex animo miſeratus eſt.

Extrema Iudæorum impietas à Deo uindicata.

Ioſephi iudicium de Iudæorum exitio.

Fames ſæuiſsima, impuriſsimis rebus Iudæos ueſci coegit.

CAPUT VII.

» SEd quid ego famis inuerecũdam impotentiam in reb. inanimis perſe
» quor? ac non potius factum tale commemoro, quale neq; apud Grę
» cos, neq; apud barbaros unquã eſt animaduerſum, horrendum qui-
» dem dictu, horrendum uerò & auditu? Atq; equidem, ne prodi-
» gia quædam hominib. alijs recenſere uiderer, libens profectò tam calamitoſum
» facinus præterijſſem, niſi innumeros eius apud populares quoq; meos haberem
» teſtes. Et tenuem ſanè frigidamq; à patria mea inirem gratiam, ſi uerbis non pro
» ſequerer, quod illa reipſa perpeſſa eſt, malũ. Mulier quædam erat, quæ trans

Historia horrẽda de muliere Iudæa, quæ ſuum ipſa filiũ in ea famis anguſtia aßũ comedens conſumpſit.

Iordanē habitauerat, Maria nomine, Eleazaro patre nata, in uico cui nomen Bathechzor (significat id hyssopi domū) & genere & opibus clara. Hæc, quū Hierosolyma cum reliqua multitudine confugisset, ibidē est obsessa. Facultates eius alias tyranni rapuerant, quas * uasis collectis patria excedens secum in urbē tulerat. Si quid aūt ex rebus repositis preciosioribus ei fuerat reliqui, & si quā preterea habuerat annonam, id omne sanguinarij illi satellites, qui quotidie in domicilium eius impetum faciebant, abstulerant. Itaq; grauis indignatio mulierculæ incessit, & quum persæpe raptores conuicijs proscidisset, diriscp deuouisset, postremò in seipsam acerbius est commota. Quumcp non esset qui eam uel per iracundiam, uel per commiserationem interimeret, difficilioreq; ei aliquid frumenti alijs conquirendi labor fieret, (ægrè enim id iam ex omni parte inueniebatur) & fames per uiscera & medullas omnes magis grassaretur, famecp ipsa grauius etiam ira excandesceret, animi indignatione unà cum urgente necessitate in consilium assumpta, † contra ipsam naturam infesta fertur. Nam filio, qui adhuc lactens erat, arrepto, O' te infantem, inquit, bello, fame, & seditione intestina miserum, ad quam te spē reseruabo? Siquidem apud Romanos, si sub eis sit uiuendum, seruitus te manet: seruitutem autē ipsam præuenit fames. Quibus calamitatibus duriores etiā sunt, seditiosi isti prædones. Itaq; age, mihi matri tuæ esca, prædonibus uindex Erinnys, & * uitæ mortalium fabularum sermonumcp materia esto; quę una adhuc Iudeis restat calamitas. Vix hęc fuerat eloquuta, & filium necat, eiuscp ad ignem assi partem dimidiam edit, partem alteram occultam seruat. Nulla intercedit mora, & latrones illi adsunt, & nidorē infandum sentiunt. Quapropter ei, nisi quamprimùm quod parasset cibi proferret, cædem minantur. Illa autem partem se eis bonam reseruasse dicit: & reliquias simul filij affert. Illi porrò * horrore confestim & mentis consternatione occupati, ad conspectum talem obstupescunt. Atcp illa: Meus hic est, inquit, natiuus germanuscp filius: meum hoc opus: manducate. nam & ipsa iam manducaui: necp uel molliores fœmina, uel * misericordes magis matre ipsa sitis. Quod si uobis pietas obstat, meamcp propterea auersamini uictimam, maneāt apud me cibi eius, quo iam pasta sum, reliquiæ. Sic illi trementes abeunt, ad hoc unum facinus timidi: & ægrè de epulis eiusmodi matri ipsi cedunt. Repleta illico tota eo piaculo urbs: & ob oculos quisq; eo scelere sibi posito, tanquam à seipso patratum esset, exhorrescebat. Proinde ad mortem eo procliuius, qui fame premebantur, properabant: beatosq; eos uocabant, qui prius decessissent, quàm tantum audiuissent & uidissent malum. Deinde Iosephus numerū multitudinis eius quæ uel fame uel ferro occubuit, colligens,[a] centū myriadas hominū interijsse: factiosos aūt & prædones, qui ex clade fuerunt reliqui, à seipsis inter se post urbē euersam interemptos: quicunq; aūt ex iuuentute proceritate & forma corporis præstitissent, ad triumphū reseruatos: reliquam turbam eorū qui decimumseptimū excessissent annū, uinctam ad Aegypti opera missam: plurimos quoq; in prouincias, ut in theatris & spectaculis uel ferro necarent, uel bestijs obijcerent, distributos: qui uerò intra decimūseptimū annū fuissent, captos, & sub corona uenditos esse. Istorumcp tantū numerū, præter eos quos diximus, * ad nouē myriadas peruenisse dicit. Atcp hæc ita acta sunt, secundo Imperatoris Vespasiani anno.

ἀνάπαυσιν.

ἀνὰ τὰ φύσιν ἐγόμενα

De pertinacia obsessorū Hierosolymis Iudæorum, Tacitus: Arma, inquit, cūctis qui ferre possēt, et plus quàm pro numero audebant. Obstinatio uiris fœminisq; par. Ac si trāsferre sedes cogerētur, maior uitæ metus quàm mortis.

τῷ βίῳ μῦθος

a Euseb. lib. 3. cap. 7. μυριάδας ἑπτακοσίας ἐπὶ ταῖς χιλίαις, hoc est, undecies centena millia: alij tantū, centum myriades, hoc est, decies centenā millia habent, ut Iosephus ipse li. 7. cap. 26. & hic Nicephorus, qui Iosephum ex primario exemplari allegat.

CAPUT VIII.

HAec iniuriarum atcp contumeliarum SERVATORI illatarum præmia fuere, & authoramenta. Quod si quis historici eius narrationi, oracula SERVATORIS nostri IESV CHRISTI adiecerit, admiranda ei res uidebitur, Veram enim claramcp fuisse prædictionē, diuinamcp præco-

A præcognitionem, eorum quæ uirtute diuina prænunciata fuerāt, reperiet. Quæ enim futura erant, ea tanquam præsentia prævidit atque prædixit. Siquidem illachrymans aliquando, sicuti sacrorum Euangeliorum scripta testantur, ad Hierosolyma conuersus, hæc dixit: Si cognouisses & tu, in die hac, ea quæ ad pacem tuam sunt: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quoniam uenient dies in te, & circumducent tibi inimici tui uallum, & circumdabunt te, & comprimente undiquaque, & solo æquabunt te, & liberos tuos. Et alibi rursus, de populo: Erit enim, inquit, necessitas ingens in terra, & ira aduersus populum hunc: & cadent in ore gladij, & captiui ducentur ad gentes omnes, & Hierusalem conculcabitur à gentibus, donec impleantur tempora gentium. Et rursum: Quum uideritis circumdatam ab exercitu Hierusalem, tum scitote quòd appropinquauerit uastities & desolatio eius. Et iterum: Væ autem gestantibus uterum, & lactantibus, in diebus illis. Orate uerò, ne fuga uestra incidat in hyemem, neque in Sabbatum. Erit enim tum afflictio magna, qualis antea à mundo condito hucusque non fuit, neque postea futura est. Verùm enimuerò, quamuis hæc SERVATOR noster ita prædixerit, pluriesq; medio tempore amoris erga genus humanum sui bonitatem exhibuerit, & non breue pœnitentiæ tempus concesserit, ut meliora cōsilia & rationem rectiorem sequuti, per resipiscentiam uindictam procacis, qua illum affecere, contumeliæ effugerent: atque insuper Apostolicam uiuendi rationem et doctrinam magnificam cum admirandorum prodigiorum signis dederit, eamcp bonitatem ad quadraginta extēderit annos: internecionem deniq; eam populo antè, eis quæ diximus ostentis, portenderit: illi tamen longè etiam peiores facti, non tantū SERVATOREM cognoscere per

Clades & exitium urbis Hierosolymitanæ à Seruatore Christo certò prædicta.

Longanimitas Dei tot ac tantis annis uariè ad resipiscentiam allicens, nihil apud eos egit.

B contemptum noluerunt, uerumetiam de prima lege ipsa minus rectè senserunt, nihil prorsus ex iniquitate & peccato omni relinquentes, quin id nudo (quod dicitur) capite patrarent. Quapropter longanimitate DEI repudiata, † internecione omnes in profundum malitiæ & perditionis demissi sunt barathrum. Hęc omnia, qui uolet, facilè cognoscere poterit, si diligenter animum ad res quasque à Iosepho historico cum multa gratia & uenustate scriptas attenderit. Ego uerò in primis, omnia rectè disponentis atque administrantis DEI magnitudinem admiror, qui hominem ex infidelibus Iudæum ita excitauerit, eidemcp disertam suauemcp linguam concesserit, ut ille, ita ut oportuit, Iudaicam historiam quàm rectissimè memoriæ mandaret: uidelicet, ut ne quis cōtra testimonium eius uenire posset: & præterea, quòd quidem est maximum, ut ex hostibus etiam extaret aliquis, qui consona CHRISTI prædictionibus attestaretur. Quis autem Iosephus iste fuerit, quos libros scripserit, quo genere, quaue institutione fuerit, in proximo satis expositum libro. Et Iudæorum quidem res hunc habuere exitum. Nobis autem, ut ad reliquas quæ supersunt propositæ historiæ res reuertamur, tempus esse uidetur.

Iudæorum internecio & pantolethria.

παγώλεις τῇ ἀφανεῖ τῆς ναυίας βυθῷ περιπέμψασαν

Deus ipse Iosephū historicū, Iudæum infidelem, tanquam locupletē classicumq; testē ad ueritatē Euangelicā confirmandam produxit.

CAPUT IX.

IAcobus frater Domini, ita ut antea est dictum, martyrio pro ipso est functus. Quū uerò Hierosolyma sunt euersa, à mūdo cōdito quater millesimus quingētesimus nonus, ab ascensione Domini aūt quadragesimus agebat annus. Tū discipuli & Apostoli, qui adhuc in uita erant, idem sequuti consiliū, ex locis omnib. unà cū ijs qui genere iuxta carnē, CHRISTI propinqui essent (multi aūt adhuc supererāt) cōuenerunt, & quemnam Iacobo successorē apertè surrogarent, cū cura deliberarūt. Atcp equidē oēs in [b] Simeonē filiū Cleopæ, cuius etiā sacrū meminit Euāgeliū, oculos cōjciūt,

a Captus excisi, & solo æquata est Hierosolymorum urbs, anno Domini 73. Septēbris mensis die 8. Iosep. lib. 7. cap. 26. Titus, ad perdomandam Iudæam relictus, nouissima Hierosolymorum oppugnatione septem propugnatores totidem sagittarū cōfecit ictibus, capitaq; eā natali filiæ suæ, &c. Trāquill. in Tito.

b Simeon Cleopæ filius Hierosolymorum Episcopus eligitur.

Vespasianus ad cædem posteros Dauidis requiri iubet.

eiq; episcopalem sedem committunt, quem Simeonem Egesippus patruelẽ IESV fuisse memorat: Cleopas enim sponsi Ioseph frater fuit. Enimuerò Vespasianus Hierosolymis captis, ne quis ex tribu regia clàm profugeret, quicunque à Dauide genus deducerent, diligenter inquiri iussit. Vnde rursum non exigua persequutio aduersus Iudæos est coorta. Et ea calamitas lõgius processit. Nam & Domitianus Vespasiani filius, qui post Titũ Romanis imperauit, multos ex illustribus summoq; loco natis Romanis ciuibus, præter rationem omnem occidere, & bonis omnib. mulctare, & exilio dãnare est aggressus. Atq; is post Nero nem secundus DEO bellum mouit, persequutionemq; grauem aduersus CHRISTI fideles, quũ quidem Vespasianus pater eius nihil acerbius in nos statuisset, excitauit. Quo tempore & Apostolus Ioannes adhuc in terris uersans, propter pietatem cultumq; CHRISTI, ab eo in insulam Patmum circumscriptus esse memoratur, ubi ille sacram illam Euangelij sui detonuit uocem, & simul ipsam scripsit Apocalypsim. De qua Apocalypsi Irenæus Lugdunẽsis episcopus in V. aduersus hæreses libro, eo loco ubi de calculo nominis Antichristi, qui ibi fertur, tractat: hæc scribit, Si temporibus ijs palàm nomen illius promulgari deberet, « per hunc profectò, qui Apocalypsim ipsam & reuelationem uidit, dictum esset. « Non enim ante multa tempora, sed nostra propè ætate, circiter Domitiani impe « rij finem, reuelata est. Non modò autem professionis fideiq; nostræ homines, « sed multo etiam magis, qui alieno à nobis sunt animo, acerrimam illam sub Domitiano persequutionem, & eos qui tum maximè floruerunt homines, testificationemq; et martyrium eorum conscripserunt, satisq; certo & tempus ipsum indicarunt. Nam post plures alios, quintodecimo Imperatoris eius anno, Flauiam etiam Domicillam, † Flauij Clementis Romanorum consulum unius ex sorore neptim, propter eius de CHRISTO testificationem, in insulam quandam Pontiam relegatam esse commemorarunt.

Persequutio Christianorum sub Domitiano.

Primus Domitianus, Dominum se et Deũ appellari iussit: Dominus & Deus noster sic fieri iubet. Tranquill. Vxorem item suam, Augustã. Eutrop.

Ioannes Euãgelista ab eo in insulã Patmũ relegatus.

Irenæus de Apocalypsi Ioannis & calculo nominis Antichristi.

Etiam Ethnici autores de hac persequutione scripserunt.

Flauia Domicilla propter Christiũ in insulam sub Domitiano deportata. Eutrop. lib. 9. in fin.

B

† Flauij Clementis, qui patruelis Domitiani fuit, Tranquillus in Domitiano meminit: sicuti & persequutionis Christianorum, sub Iudaici fisci nomine: Præter cæteros, inquit, Iudaicus fiscus acerbissimè actus est, ad quem deferebantur, qui uelut professi Iudaicam intra urbem uiuerent iutam: uel dissimulata origine, imposita genti tributa non pependissent, &c.

CAPUT X.

* Domitianus agnatos Seruatoris repertos, propter inopiam contemptit & absoluit.

Inter Iudæos quoq; acerbitate tormentorũ & cruentissimæ quæstionis exquiri genus Dauid, atq; interfici præceptum est: quasi adhuc futurus esset ex semine Dauid, dũ Prophetis sanctis & inuidetur, & creditur, qui regnũ posit adipisci. Eutrop.

Posteri Dauidis ut interficiãtur, à Domitiano inquirũtur.

VT autem eos quoque qui ex Dauidis genere ortum habebant, interficere decreuit: traditum memoriæ est, ex hæreticis quosdam nepotes Iudæ, eo nomine quod genus ex Dauide ducerent, in ius traxisse. Fuerat autem Iudas frater Domini, secundum carnem: Iosephi quippe filius. Qua de re Egesippus ita scribit: Supererant adhuc generis & familiæ « Domini † nepotes ex filio Iudæ, qui frater Domini iuxta carnem dictus est. Eos, « quòd gentis Dauidis esse delati fuissent, Euocatus ad Domitianũ adduxit. Me « tuebat enim, ita ut antehac Herodes, aduentũ CHRISTI. Itaq; eos ille, essent'ne « familiæ Dauidis, * rogat. Quod quum essent professi, rursus ab eis, quæ eorum « essent opes & diuitiæ, quærit. Atq; ei illi respondent, non amplius eis esse quàm « nouem millium denariorum patrimonium commune, quod diuisum ex parte « dimidia ad quemq; eorum pertineret: neque id in pecunia numerata, sed in æstimatione & precio undequadraginta agri iugerum cõsistere. Vnde quùm tributum penderent, tum ipsi manibus suis opus facientes, sumptus tolerarent. Dein « de manus suas ostendunt, ut corporis duritia & callis continuò labore ductis, o « peras suas comprobarent. De regno aũt CHRISTI, quale id esset, ubi & quando habiturum esset initium, interrogati: Non mundanũ id, neq; terrenũ, sed cœleste & angelicum fore testantur, in seculi consummatione: quum aduenies ille « cum

A cum gloria uiuos & mortuos iudicaturus, & cuiq; iuxta studia & facta sua præ
» mium redditurus esset. Cæterùm re ita cõperta, Domitianus ipse illos non con
» demnat: sed tenuitate illorum contempta, simul & liberos eos dimittit, & edicto
» proposito persequutionem ecclesiarũ inhibet. Ita illi absoluti, ecclesijs, ut testes
» simul & agnati Domini, præfuerunt: & pace reddita, usque ad Traiani tempora
peruenerunt. Hæc Egesippus. Sed & Tertullianus Domitiani mẽtionem facit:
» Tentauerat inquiẽs, & Domitianus, portio Neronis de crudelitate, eadem quæ
» ille facere. Sed, ut opinor, aliquid habens rationis & prudentiæ, maturè destitit,
» reuocatis etiam ijs quos in exilium egerat.

CAPUT XI.

Pestilentia fœuissima sub Vespasiano.

IMperante autem Vespasiano, ingentem pestilentiam Romæ grassãtam esse dicunt, ita ut diebus plurimis quotidie supra decem hominum millia extinguerentur. Quo tempore fama etiam fert, Rhodios colossum æreum centum & uiginti septem pedum Ioui in urbe sua dedicasse. Romæ Capitolium, quod conflagrauerat, Vespasianus restituit: qui Imperio annis decem administrato, moriens filio Tito id reliquit. Sub hoc mõs Vesuuius ruptus, tantum euomuit incendij, ut regionem proximam ciuitatesq; uicinas prorsus sustulerit. Maximopere is contendebat Romam breui tempore beatam reddere, & felicem. Studium enim sapientiæ, liberalium'que artium discipli nam plurimùm amauit. Iosephum, ut uirum egregium & præclarum, in summum habuit honorem. Cuius etiam libros † manibus suis descriptos, in Romanam bibliothecam reposuit. Sedenim quum annos tres imperium tenuisset, & Bæstiuo tempore interdiu iter faciens, plurimum è naribus sanguinem emisisset, atque inde animo defectus fuisset, Domitianus frater eius imperandi cupiditate uictus, ueneno eum sustulit, atque adhuc spirantẽ in loculos funeri paratos imposuit. Hic porrò impiè, &, ut paucis dicam, improbè prorsus imperium administrans, & seipsum à Nerone ueræ pietatis studiosorum hominum persequutorem constituens, non paucos necauit: ut paulo antè diximus. Sub huius enim imperio & Timotheus, & Onesimus, & Dionysius Areopagita, cursum suum pro CHRISTO in martyrij stadio absoluerunt. Eius ætate Apollonius quoque Tyaneus uixit, quem historiæ produnt Roma Byzantium ueniisse, atq; ibi dæmoniacis quibusdam præstigijs atque incantationibus magnam uim serpentum & scorpionum fugasse, & præterea ferocissimos quosq; equos frenasse, aliaq; multa prodigiosa fecisse. Hunc, quòd Neruæ charus esset, Domitianus, quum prius totondisset, mox coniecit in custodiam. Sed quum Domitianus per quindecim annos imperium gessisset, à coniuratis occisus, Neruæ id inuitus reliquit. Itaq; Senatus actis eius abolitis, exules reuocauit, eis'que bona sua restituit. Tum quoque Ioannem apostolum ex Patmo, quò relegatus fuerat, Ephesum redijsse, atque ibi ecclesias rexisse ferunt. Sedenim & Nerua, quum anno uno & paulo diutius imperasset, defunctus Traianum habuit successorem: sub quo adhuc discipulus ille, qui supra pectus Domini recubuit, in Asia uixit. Testantur hoc Irenæus Lugdunensis episcopus, & Alexandrinus Clemens contextor, qui ambo fidei uerbum admodum promulgarunt. Horum alter in II. aduersus hæreses libro, hæc uerba facit: Et omnes presbyteri,
» qui cum Ioanne discipulo Domini in Asia sermones contulerunt, testes sunt,
» hæc à Ioanne tradita esse. Manfit enim cum eis usque ad Traiani tempora, & ue
» rus est certus'que testis earum quæ ab Apostolis traditæ sunt rerum. Clemens
» uerò, in capite eo cuius titulus est, Quis diues saluus fiat, tempore hoc disertè indicato,

Montis Vesuuij in Campania conflagratio, sub Tito.

Tranquillus scribit, Titum uelociss. nè notis excipere solitum, cum emanuensibus suis per iocum ludũq; certantẽ, imitari chirographa quæ cunq; uidisset: ac profiteri sæpe, se maximũ falsarium esse potuisse. Non mirum itaque fuerit, si libros ipse septem Iosephi de Bello Iudaico manu sua descripserit.

Deliciæ γράμματος χεῖρον.

Titi Vespasiani mors.

Crudele Domitiani imperium.

Cædes Christianorum.

Apollonius Tyaneus impostor.

Neruæ imperium.

Ioannes Apostolus ab exilio reuocatus. Imperium Traiani.

Neruæ pueros & puellas egenis parentibus natos, sumptu publico per Italiã alimentis iussit: Eutrop.

indicato,& hiſtoria,quam antea narrauimus de prædone per reſipiſcentiam ſer A
uato,expoſita,hæc quoq; infert ita ſcribens: Audi fabulam,non fabulam,ſed ora
tionem ueram de Ioanne apoſtolo nobis proditam,& memoria conſeruatam.
Poſteaquam enim tyranno (Domitianum autem prorſus dicit) defuncto,ex in
ſula Patmo Epheſum rediit:& quæ ſequuntur.

CAPUT XII.

Menander Simonis Magi, hæreſiq; eius diſcipulus, & ſucceſſor.

VB eodem Imperio, poſt Simonem illum Magum,inſignem diabo-
licæ operationis & efficaciæ armaturam exhibuit Menander, diſci-
pulus eius, Samaritanus itidem ut ille, impoſturis certè & carminũ
præſtigijs longè magiſtrum poſt ſe relinquens. Sibi ipſi enim SER-
VATORIS noſtri uendicabat honorem, ſéque è cœlo ſalutis hominum ergò de
miſſum eſſe nugabatur. Illud etiam docens: neminem unquam aliter ex certami-
ne cum mundi architectis angelis congreſſum, uictorem abiturum, quàm ſi di-
ſciplinam magicarum præſtigiarum ſuam omnem probè teneret, & quem ipſe
Baptiſmus Menandri. tradidiſſet baptiſmũ ſubiret. Quo baptiſmo ſi quem dignatus eſſet, eum exper-
tem ſenectutis, ſempiternam & immortalem uitam uicturum eſſe dicebat. Me-
minit huius,quem modo nominauimus Irenæus, & item ex philoſophis martyr
& teſtis optimus Iuſtinus,Simonis illius atque Menandri huius mentionem fa-
ciens,atque ita dicens:Menander quidam & ipſe Samaritanus, in uico Capara-
tenſi ortus,Simonis diſcipulus, non minus quàm ille dæmoniorum furore affla
tus,permultos Antiochiæ uiuens magica arte ſeduxit, qui etiam ſectatoribus
Diabolus per Simonis et Menandri hæreſim uehemẽtiſſimè Chriſtianiſmum oppugnauit. ſuis nunquam eos morituros eſſe perſuaſit. Extant etiamnũ illius diſcipuli non-
nulli,qui hoc idem profitentur. Verùm enimuerò diabolicæ planè hoc erat ſo-
lertiæ, per tales Magos, qui Chriſtianorum ſibi,prætextus gratia, nomen ſum-
pſiſſent, ingenti diuinæ pietatis myſterio magicarum præſtigiarum inurere ca- B
lumniam,atq; Eccleſiaſtica de animarum immortalitate & mortuorum reſurre
ctione dogmata traducere atq; euertere.

CAPUT XIII.

Ebionis hæreſis.

ATque illi quidem ita homines ſeducebant. Alij porrò, quum homi-
nes à profeſsione & fide in CHRISTVM filium DEI omnino abſtra-
here non poſſent,tenuiorem de eo opinionem induxerunt. Hebio-
næos hos, maiores nominarunt:dignos prorſus qui appellationem
eam obtinerent,directè & certò mentis eorum inopiam & mendicitatem decla-
rantem, ita enim apud Hebræos mendicus uocatur. Siquidem purum tantum
hominem CHRISTVM eſſe docuerunt, morum proficiente acceſsione iuſtifica-
tum:qui ex Maria genus primùm extiterit, et ex congreſſu Ioſephi initium ſum
pſerit: & præterea, quòd non facile quiſquam per ſolam fidem in CHRISTVM
ſaluus fieret, niſi etiam legis cæremonias ſeruaret, & eam uiuendi rationem ſe-
queretur. Hæreſi hac & ſecta in duas partes diſſecta, alteri quidem,quæ modò
Duplex Ebionitarum ſecta. diximus, ſenſerunt: alteri autẽ admiſerunt quidem illi, ex Spiritu ſancto & Ma-
ria uirgine CHRISTVM natum eſſe, eundem autem quòd antea ab æterno fue-
rit, VERBVM & ſapientiam principio carentis & æterni DEI eſſe pernegarunt.
Proindeq; et ij in eadem cum alteris illis uerſati ſunt impietate. Itidem enim ut
illi,legis cultũ & obſeruationẽ plurimùm cõplectebantur. Ilicet et Apoſtoli epi
ſtolas omnes,apoſtatam & deſertorem Paulum appellantes,reijciebant: & ſoli
quod ſecundum Hebræos erat, Euangelio adhærere perſeuerabant. Et quum
Sabbatum aliamq; eorum obſeruationem omnem ex æquo cum illis ſeruarent,
nihilo-

A nihilominus & nobiſcum Dominicos dies ad CHRISTI reſurrectionis memo-
riam colebant.

CAPUT XIIII.

Hæreſis Cerinthi.

ADem ætate & Cerinthum quendam alterius hæreſis ducem fuiſſe,
ſcriptor eccleſiaſticus Caius commemorat, ita dicens: Sed & Cerin-
thus per reuelationes uelut à magno Apoſtolo ſcriptas, uerborum
portenta nobis tanquam per angelos ei tradita mentitus inducit,
poſt reſurrectionem aſtruens terrenum futurum CHRISTI regnum:& carnem
tum primas obtinentem, denuò cupiditatibus & uoluptatibus in Hieruſalem
inſeruituram. Atque quum ſacrarum DEI ſcripturarum ſit hoſtis,ſeducere ho-
mines uolens, mille tamen annorum numerum nuptiarum celebritatibus deſti-
Regnum Chriſti in terris mille annorum poſt reſurrectionem. natum refert. Eius etiam Dionyſius Alexandrinus in II. Promiſsionum de
Ioannis Apocalypſi libro meminit: Cerinthum, dicens, qui & à ſe nominatam
Cerinthianam hæreſim inſtituit, condignum idoneumq; figmento ſuo nomen
ſibi uulgo arrogare uoluiſſe. Diſciplinæ quippe eius illam fuiſſe doctrinam: Ter
renum futurum DEI regnum: & quarum rerum ipſe, qui corporis ſui amans &
admodum carnalis eſſet, cupiditate tenebatur, uentris uidelicet,& earum quæ
ſub uentre ſunt partium uoluptatis & exuberantiæ,in eis tanquam in ſomnis ui-
tam peractum iri:hoc eſt, in epulis, compotationibus, coniugijs, & quibus hæc
plauſibiliora gratioſioraq; fore largius que prouentura putauit,diebus feſtis, ſa
crificijs,& uictimarum mactationibus. Hæc Dionyſius. Irenæus autem,quùm
alia etiam plura uertiginis plena deliramenta eius in primo contra hæreſes libro
B propoſuit,tum in tertio eiuſdem operis de eo memoria dignam hiſtoriam recen
Ioannes apoſtolus præſentiam & cõſpectum Cerinthi maximè fugit. ſet,quam per traditionem Polycarpi Smyrnæi epiſcopi ſe accepiſſe dicit. Quum
namque aliquando Ioannem apoſtolum balneo uti oporteret, atq; is futurum
cognoſceret eò quoq; Cerinthum ingreſſurum, quanta potuit celeritate inde re
fugit, ne ſub eodem quidem tecto unà cum illo manere iuſtum eſſe opinatus,
quod etiam ijs qui cum eo erant perſuaſit:Fugiamus,inquiens, ne balneum con
cidat, in quo ueritatis inimicus Cerinthus lauat.

CAPUT XV.

Nicolaitarum hæreſis.

PRæter has,quarta quoque à Simone breui tempore, quæ Nicolaita-
rum dicitur hæreſis, uiguit: cuius & Ioannes in Apocalypſi memi-
nit. Author eius fuit Nicolaus, eorum unus qui unà cum Stephano
ad pauperum curam & miniſterium in Actis Apoſtolicis ſunt dele-
cti. Is, ut Alexandrinus Clemens in tertio Contextionum libro ait, quũ formo
ſam haberet uxorem, eiq; poſt SERVATORIS aſſumptionem, ab apoſtolis
zelotypiæ crimen obiectum eſſet, in medium productam, quicunq; uellet, du-
cere eam iuſsit:eiq; facto congruens quoque adiecit dictum, * Abutendum eſſe
ὅτι παρὰ χρῆναι θεοῦ δεῖ τὴ σαρκί. carne,inquiens. Quo quidem ille uerbo, ut ego puto, non aliud,quàm carne ad
De uero abuſu carnis egregia doctrina & exemplum. illegitimas uoluptates non utendum,neque appetitui libidinum eius indulgen-
dum eſſe inſinuauit. Qui autem hæreſim eius complexi ſunt, factum ſimul di-
χωρὶς τινος βιωσαι ſ ctumq; eius † ſine iudicio ſequuti, impudenter fornicatione utuntur. Sedenim
Nicolaus, cum nulla alia muliere quàm coniuge ſua cõſueuit: & ex liberis quos
genuit,fœminæ quidem in uirginitate conſenuerunt, filium autẽ in incorrupto
cœlibatu quoq; permanſiſſe ſcimus. Quę quũ citra controuerſiam ita ſe habeãt,
ſatis apparet,quòd ille uxorem,propter quam zelotypus uiſus eſſet,in medium
ἀποβολὴν πολλὴν Apoſtolorũ produxit,id uelut * repudiationẽ affectionis carnalis fuiſſe: eumq; per

τῷ παραχρῆσθαι, &c.

*per abusum carnis, continentiam, & accuratam uoluptatũ compressionem do A
cuisse. Quippe qui iuxta SERVATORIS præceptum, duobus heris, uoluptati
scilicet & Domino, inseruire noluerit. Ferunt autem & Matthiam docentem
Matthiæ Apostoli præceptũ optimum. ita tradidisse: Expugnandam quidem esse carnẽ, aliterq; ea quàm ipsa fert uten-
dum, neq; ei quidquam ad uoluptatem indulgendum: animam autem per fidem
& cognitionem ueram alendam atq; augendam. Hæc de illis, qui à principio
ueram & sinceram fidei doctrinam adulterare quum conati essent, statim tamen
diffluxerunt, compendiosè diximus: suo loco etiam de reliquis dicturi.

CAPUT XVI.

Persequutio Christianorum sub Traiano.

NEro quidem primus persequi CHRISTVM est exorsus, Domitianus
secũdus, tertius Traianus: sub quo & priuatim & publicè, per urbes
uniuersis insurgentibus populis, antiquitùs traditum est, ingentem
contra nos concitatã fuisse persequutionem. Quo tempore Simeo-
nem quoq;, patruo IESV Cleopa, & Maria coniuge eius, quam & sororẽ (quip
pe ueluti *consponsam, atq; adeò filiam) DEI genitricis fuisse dicunt, nõ ex An-
na & Ioachimo, sed ex Salome & Iosepho editam, ut dictum est, progenitũ, mar-
Martyrium Simeonis Episcopi Hierosolymitani. tyrij cursum absoluisse constat: cui etiam post Iacobum Hierosolymitanæ eccle-
siæ sedes commissa fuerat. Simeon iste à quibusdam hæreticis, uelut unus poste-
rorum Dauidis (nam ad id usq; tempus inquirebantur) & regalis tribus Iudæ,
ipsiusq; adeò CHRISTI agnatus, delatus est: & propter eum, q; liberè pulchram
professionem profiteretur, grauis æmulatio & inuidia Principibus incessit. Hic
quum diebus pluribus dura uerbera, quæ ei Atticus per tormenta inferebat, for
titer pertulisset, pari cum CHRISTO supplicio est affectus. Namque in crucem B
Simeõ iste annos 120. uixit. sublatus, ad illum moriens transijt: quum quidem centum & uiginti peregisset
annos. Scribit sanè Egesippus, quum eo tempore Iudæi regiæ stirpis & tribus
inquirerentur, ipsius quoq; Simeonis accusatores, quòd uidelicet ex eis essent,
captos esse. Quòd si quis ueræ rationi atq; obseruationi insistat, rectè profectò
Simeonem hunc ex illis fuisse dicat, qui Dominum suis ipsorum oculis uiderint,
& auribus audierint. Apertum nimirũ indicium est, longæuitas ipsius: & quod
diuinorum Euangeliorum scriptura, Mariæ Cleopæ, ex quo hunc prognatum
esse suprà diximus, mentionem facit. Idem historicus & aliorum quorundam,
qui ab agnato SERVATORIS fratre uno, cui Iudæ nomẽ fuerit, progeniti sunt,
meminit, quos ad eam quoque ætatem uixisse dicit: post id, quod antè exposuit,
quorundam sub Domitiano pro fide in CHRSTVM peractum martyriũ. Scri-
,, bit autem ad hunc modum: Venerunt igitur & præfuerunt ecclesiæ omni, uelut
,, martyres & testes, † gentiles quoque Domini: & pace ecclesijs reddita, usque *οἱ ἀπὸ γέ-νους λαοῦ*
,, ad Traianum Cæsarem manserunt: donec etiam, quem diximus, Simeon Cleo-
,, pæ filius, Domini patruelis frater, per calumniam ab hæreticis eodem modo a-
,, pud Atticũ consularem delatus est. Qui dies multos tortus, ita martyriũ obijt,
,, ut omnes, atque ipse etiam Atticus, mirarentur. hominem centum & uiginti an-
,, nos natum, tantũ perferre tormenti. Et is tandem in crucem agi est iussus. Pau-
Ecclesia usque ad tẽpora Traiani, perinde atq; uirgo, ab hæreticis incorrupta fuit. lulùm autẽ historicus digressus, ubi ea quæ commemorata sunt, dixit, deinde «
& illa addit: quòd ad ea usq; tempora, Ecclesia pura & incorrupta permanserit «
uirgo, in locis obscuris & caliginosis adhuc, si qui tum extiterunt qui sanam do- «
ctrinam salutiferæ prædicationis corrumperè sunt conati, delitescentibus. Post-
quam autem sacer Apostolorum chorus diuerso mortis genere uitam finijt, ge-
ἑτεροδιδασκαλίαν λοιμὸν neratioq; eorum præterijt, qui auribus ipsi suis diuinam sapientiam audiuerant:
tum primùm impiorum seductorum, per *peregrinorum doctorum deceptio-
nem,

A nem, coitio & conspiratio initium cæpit. Qui deinde nullo iam ex Apostolis re-
» liquo nudo (ut dicitur) capite contra ueritatis prædicationem, falso nominatam *Hæreticorum origo.*
» cognitionem promulgare sunt ausi. Et hæc quidem Egesippus. Nos porrò reli-
» quum Traiani imperium historiæ huic subiungamus.

CAPUT XVII.

PErsequutio igitur tum ad summum peruenerat: adeò ut etiam Pli-
nius Secundus, inter prouinciæ rectores præcipuus, quòd tantã mar
tyrum esse uideret multitudinẽ, ad Imperatorem scribendum, & tur- *Plinius Iunior de Christianorum persequutione.*
bam tantam eorum qui pro fide cæsi essent, ei significandam duxerit.
Illo etiam addito, non quicquam sceleris contra leges Christianos committere,
præterquam quòd cum primo diluculo consurgentes, CHRISTVM tanquam
DEVM laudibus celebrent, à sceleratis omnibus flagitijs alieniss imi. Quibus
uerbis Traianus flexus, ei rescripsit: Christianorum quidem gentem non inqui- *Rescriptũ Traiani de eisdem.*
rendam esse, oblatos uerò puniri debere. Proinde uis & persequutio ea aliqua-
tenus quidem cohibita est: non tamen res Christianorum, ab insidijs eorum qui
illos affligere constituissent, tutæ prorsus fuere. Alicubi enim populus ipse, alicu
bi uerò & præsides locorum contra nos insurgebant. Et quamuis *publicè in *προφανῶς ἐπὶ θανάτῳ*
uniuersum persequutio mandata & promulgata non esset, seorsim tamen per
prouincias ea exercebatur, ut sic quoque quamplurimi fierent martyres. Hæc
Tertullianus in defensione sua, quam Romana conscripsit lingua, commemorat
hisce propè uerbis: Atqui inuenimus, inquisitionem quoque in nos prohibitam. «
Plinius enim Secundus, quum prouinciam regeret, damnatis quibusdam Chri- «
B stianis, quibusdam gradu pulsis, ipsa tandem multitudine perturbatus, & quid «
de cætero ageret nescius, consuluit tunc Traianum Imperatorem, allegans, præ- «
ter obstinationem non sacrificandi, nihil se scelerati de eis comperisse. Insinuans »
quoque & illud: Surgere atque conuenire summo mane Christianos, & CHRI- «
STVM tanquam DEVM carminibus laudare: & ad conseruandam eorum disci- «
plinam, homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam, & cætera scelera prohibe- «
re. Ad quę Traianus rescripsit, Christianos inquirendos non esse, oblatos autem «
puniendos.

CAPUT XVIII.

EO tempore adhuc Romæ Clemens enituit, & Ignatius ecclesiam An
tiochenam rexit. Papias autem Hierapoli scriptis edendis operam
dedit. Vixit etiam Pancratius, & Smyrnensium antistes Polycarpus,
quorum illi quidem Petri discipuli: Polycarpus autem, eius qui su-
pra pectus Domini recubuit, sectator fuit. Clemens porrò Romæ illustri lo- *Clementis Romani martyrium: † Alij habent, Faustini.*
co natus, genusq; suum ad Imperatores Romanos referens, † Fausti cuiusdam
& Matthidiæ filius, uarijs Græcorum disciplinis eruditus, atq; in omni genere
scientiarum summè exercitatus, Apostolorum principis familiaris fuit, sicuti an-
tea à me dictum est: à quo arcana CHRISTI sacra edoctus, Euangelium promul-
gauit. Quum autem imperata Traiani non faceret, in ciuitatem quandam obscu-
ram & desolatam *Chersoni uicinam est relegatus. Multisq; casibus propter *τῇ χερσῶνι συνοικισθέντα*
CHRISTI confessionem conflictatus, tandem ancora ferrea è collo eius suspen-
sa, in altum mare proijcitur. De quo, supra opinionem præsentis memorię quid-
dam accidit. Siquidem mari diebus septem ad tria millia passuum diuiso, multi- *Miraculũ ingens de corpore Clementis defuncti.*
eò eunt, & martyris corpus exosculantur, templo diuina uirtute excitato. Et
quum aliquando mare, ut assolet, diuisum esset, populusq; stata ibi sacra peregis-

set, atq; inde rursus reuerteretur: euenit, ut per parentum obliuionem illic puer A quidam relinqueretur. Atq; ubi mare in sese rediit, puer tenellus etiamnum undis est obrutus. Deinde quum rursum fluctus recessissent, parentes eò accessere, & puellum saluum & ualidum loculis sancti martyris assidentem repererunt. Quare cognita, intellexerunt, eum per inhabitantem ibi gratiam fotum, & citra nocumentum à feris marinis cõseruatum esse. Quapropter Apostolo, quem decuit atque oportuit, honore habito, cum puero suo domum sunt reuersi. De Clemente hoc antea quoq; diximus. Epistolam huius nomine editam, magnam & admirandam, Eusebius Pamphili attingit: quam Romanæ ecclesiæ nomine, Corinthijs, quum apud eos tum seditio esset, scripsit. eam & antiquitùs & suo tempore publicè in ecclesia lectam dicit, in qua multis sententijs epistolæ Pauli ad Hebræos utitur. Fuit & alia sub huius nomine epistola, priori illi longè impar: quam ueteres ignorasse, idem Eusebius scribit. qui porrò & exigua eius scripta, quæ Petri & Appionis esse, ait dialogum, reprobat: quæ nimirum sinceram certamq; Apostolicæ orthodoxiæ formam retinere negat. Ego uerò illi, si de eis, quæ nunc apud nos Clementina dicuntur, sentit, non assentior: ea enim Ecclesiæ recepta sunt. Si uerò præterea aliqua sint alia, nihil refragor. Hunc autem & Apostolicarum constitutionum, & sacrorum quoque canonum eius, authorem esse credimus. Cæterùm de epistola ad Hebræos anceps est opinio, hiccine an Lucas Euangelista eam transtulerit, à Paulo, cuius natiua & propria est, primùm dictatam.

Clementis Romani scripta.

De Epistola ad Hebræos.

CAPUT XIX.

Ignatij Antiocheni Episcopires.

Dui Clementis res sic se habuere. Ab omnibus autem celebratus Ignatius, secundus in Antiochena ecclesia Petri successor, quum Tra- B iani, qui tum Antiochiæ erat, non desineret reprehendere superstitionem, uinctus Romam ut ibi leonibus esca obijceretur, si fidem CHRISTI non abiuraret, missus est: & Asiam cum firma militum custodia uinctus peragrans, ecclesias que oppidatim adiens, sermonibus familiaribus & cohortationibus confirmabat. Et quoniam tum primũ hæreses paulatim liberius se proferre auderent, ut sibi ab eis cauerent, doctrinęq; Apostolicarum traditionum constanter insisterent, admonebat. Quod ut illis certius persuaderet, in literas cohortationes suas referendas esse duxit. Itaque Smyrnæ quum esset, ubi Polycarpus ecclesiam regebat, epistolam unam ad Ephesiorum ecclesiam dedit, Onesimi pastoris mentionem faciens. Aliam autem Magnesiæ ad Mæandrum sitæ scripsit, in qua Episcopi cuiusdam Damæ meminit. Aliam item ad ecclesiam quæ Trallis fuit, misit, cui tum Polybius præfuit. Quartam porrò ad Romanam scripsit ecclesiam, cum ampla exhortatione, ne quod martyrio eius obijcerent impedimentum: néue propter animorum imbecillitatem quidquam agerent, ut ipse concepta optataq; spe sua excideret. Operæprecium uerò est, uerba aliqua linguæ illius, ad fortitudinis & fidei eius magnitudinem declarandam, historiæ huic apponere. Scribit enim ad hunc modum: Ab ipsa Syria Romam usque, terra mariq; diu noctuq; cum bestijs mihi depugnandum est. cum decem uidelicet leopardis: hoc est, militari manipulo, qui beneficijs affecti longè etiam deteriores fiunt. Cæterùm iniurijs eorum magis etiam magisq; erudior. Veruntamen ea de causa iustificatus non sum. Quàm uelim mihi iam adesse, quæ in me destinatæ paratæq; sunt bestiæ, quas etiam ut quamprimum reperiam opto. Eas per assentationem & palpationem demulcebo, ut me quàm celerrimè deuorent. Atq; etiam si id facere nolent, ego eas uim illis inferens incitabo. Date mihi

Epistolæ eius.

Pectus mar tyrij cupidissimum.

A mihi quæso hanc ueniam. Quid mihi expediat, noui. Nunc enim demùm discere incipio, nihil optare aut desiderare rerum omnium & inuisibilium & uisibilium, ut ad IESVM CHRISTVM ueniam. Ignes, cruces, bestiarum cohortes, dissipationes ossium, membrorum concisiones, totius corporis commolitiones, & diaboli tormenta & supplicia in me prodeant, ut modò ad IESVM CHRISTVM perueniam. Atq; hæc Smyrnæ scripsit. Quum autem Troade esset, per literas cum Philadelphię ecclesia colloquutus est. Epistolam quoq; ad Smyrnæos dedit, & aliam item seorsim ad episcopum eorum Polycarpum, simul & ut uirum diuinum honorans, & uelut Apostolico pastori (quippe & ipse pastor bonus) gregem commendans: additis quoque precibus, ut curam illius habere, & quæ optima essent, eum docere uellet. In epistola ad Smyrnæos, uerbis quibusdam insignibus de CHRISTO utitur: quæ unde desumpserit, non satis scio. Ego uerò etiam post resurrectionem in carne, inquit, eum uidi, credoq; eum esse. Et quum ad Petrum & eos qui cum eo erant uenit, eisq; dixit, Accipite, contrectate, & uidete me non esse dæmonium incorporeum: statim eum tetigerunt, & crediderunt. Sed & ipse Irenæus martyrium eius nouit, & epistolarum eius Polycarpus mentionem facit. Irenæus de eo sic scribit: Quemadmodum nostrorum quidam dixit, propter professionem atque testificationem de DEO ad bestias condemnatus: Frumentum sum DEI, & per bestiarum dentes commolor, ut purus sinceruscq; inueniar panis. Polycarpus autem in epistola sua ad Philippenses, hisce uerbis, eius meminit: Obsecro igitur uos omnes, ut magistratibus obediatis, & omnem patientiam exerceatis, quam ad oculum uidistis, non solum in beatis uiris Ignatio & Rufo & Zosimo, sed etiam in alijs nostræ professionis hominibus, atque adeò in ipso Paulo, & reliquis Apostolis: illud persuasum habentes, quòd illi omnes non in uanum cucurrerint, sed in fide & iustitia: & quòd in debito destinatoq; eis loco sint apud Dominum, cui etiam compassi sunt. Non enim præsens complexi amauerunt seculum, sed eum qui pro nobis mortuus est, & qui propter nos à DEO est resuscitatus. De epistolis eius ita scribit: Scripsistis mihi & uos, & Ignatius, ut quũ quis in Syriã ierit, literas ad uos perferat. quod quidem curabo, opportunum nactus tempus. Et rursum: Epistolas Ignatij ab eo ad nos missas, & alias item, quas nobiscum habuimus, ita ut iussistis, ad uos misimus. Quæ quidem literis hisce nostris sunt adiunctæ, quibus multum adiuuari poteritis. Complectuntur enim fidem, & patientiam, & ædificationem omnem, quæ ad CHRISTVM nostrum refertur. Romæ porrò quum prius uaria tormenta pertulisset, neque quidquam de constanti decentiq; sua sententia remisisset, postremò in medio theatro duobus leonibus obiectus, martyrio est defunctus. & carnes quidem eius atque ossa teneriora bestiæ deuorarunt: quæcunque autem firmiora reliqua fuere, multo deinceps tempore Roma Antiochiam ab sodalibus sectatoribusq; eius sunt perlata. Hæc de ipso diuino Ignatio.

Præclarum exemplum τῆς ὑποταγῆς, hoc est, obediẽtiæ quæ magistratibus debetur.

Ignatij martyrium.

CAPUT XX.

PApias uerò Hierapolitanus, & ipse uita Apostolica clarus fuit, multaq; Ecclesiæ scripta reliquit: quorum quinque tantum, quæ Dominicorum sermonum expositionem inscripsit, circumferuntur. Eorum Irenæus quoque mentionem facit, ita inquiens: De ijs Papias, Ioannis quidem auditor, Polycarpi autem sodalis, uir priscus, scripto testatur, in quarto uoluminis sui libro. Quinque enim composuit. Papias porrò ipse, in præmio scriptorum suorum, se oculis suis Apostolos non uidisse, sed fidei professio-

Papiæ Hierapolymitani antistitis res.

De uerbis Domini.

nem ab eis qui illis noti atque familiares fuerint, addidicisse, hisce uerbis innuit: A
Non grauabor enim, inquit, quecũcp à presbyteris rectè didici, ac rectè memini, «
ueritatẽ eorũ interpretatione cõfirmans, tibi exponere. Minimè enim ijs sum, ut «
multi, delectatus, qui multa dicerẽt, sed qui uera docerẽt: necp qui aliena, sed qui «
à Domino, & ab eis quibus cum ipsa ueritate cõsuetudo fuit, de fide tradita præ «
cepta cõmemorarent. Quod si quando aliquis presbyterorum sectator aduenis- «
ret, eorum ipsorum requirebam sermones: quid scilicet Andreas, quid Petrus di «
xisset: quid Thomas, aut Philippus, aut Simon, aut Iacobus: aut quid Ioannes, «
aut Matthæus, aut quid alius quisquam Domini discipulorum: aut quid etiam «
Aristion, & Ioannes presbyter, & ipsi discipuli Domini dicant. Non enim tan- «
tum me libris adiuuari, quantum uiua & præsenti uoce, arbitratus sum. No- «
tandum porrò est, bis eum in scripto hoc Ioãnis nomine uti: primò quidem, ubi
Apostolorum nomenclaturam instituit, ut dilectum illum intelligere liceat: se-
cundò autem loco, Aristionem adijcit, & presbyterũ uocat. Cuius quidam igno-
τὸν ὁμώνυμον αὐτῷ. rantes † commune eum Apostolo nomẽ, posteriores duas Ioannis epistolas, &
Apocalypsim, Apostolo ipsi adscripserunt. Ephesi namcp presbyter quocp iste
uixit, ubi etiam nunc duo extare dicuntur monumenta, quæ eodem nomine Io-
annis feruntur. Quandoquidem autem idem Papias, alia quoque admiranda
quædam in libris suis refert, à præcessoribus suis per manus sibi tradita, agedum
Philippus Apostolus filias prophetantes quoq; habuit. de eis quocp pauca dicamus. Statim enim Philippum, cum qui Hierapoli fuit,
& filias prophetissas, ut antea dictum est, habuit, unum ex duodecim Apostolis,
non ex septem illis diaconis, quos in Actis recenset Lucas, fuisse memorat: & se
cum filiabus eius colloquutum esse ait, unde intellexerit ætate ea mortuũ quen-
dam resurrexisse. De Barsaba sanè quidem, qui Iustus cognominatus in Actis
dicitur, illud refert: quòd ueneno pestifero hausto, nihil senserit per Domini gra B
tiam detrimenti. Sed & alia plurima ex maiorum sine scripto traditione accepta, ut parabolas & doctrinas SERVATORIS quasdam, & item alia, fabulosè
Mille annorũ Christi in terris post resurrectionem extremã regnũ. quodammodo commemorat. Mille quocp annorum post mortuorum resurrectionem fore dicit CHRISTI regnum, corporaliter in hac terra producendum.
quod illum, ignorantem promissiones arcano quodam mysterio esse editas, ita
crassius accepisse credo: quippe qui mente acri non fuerit, id quod ex oratione
eius conijcere licet, multos tamen in eandem æmulationem, uetustatem uiri ad-
Qui opinionis & hæresis eius sunt, χιλιασταὶ, hoc est, millenarij dicũtur. miratos, pertraxit: sicuti Irenæus, & si quis præterea alius eiusdem cum illo est
sententiæ & opinionis, ostẽdit. Quin alias etiam se, ab eis qui dicti sunt, Aristio-
ne & presbytero Ioanne, traditiones habere dicit: ad quas studiosos reijciens,
quæ de Marco & Matthæo euangelistis tradit, necessariò hic persequenda esse
putaui. Ita enim scribit: Hoc quocp Ioannes presbyter dixit: Marcus, quòd Pe- «
tri esset interpres, quæ memoriæ commendauerat, certò & diligenter cõscripsit, «
non tamen seruato dictorum factorumcp CHRISTI ordine. Non enim audiuit, «
necp consectatus est Dominum: sed posterius, ut dixi, Petri discipulus fuit: qui «
quidem ex usu auditorum doctrinam suam promulgauit, non ordine sermones «
& oracula Domini commemorauit. Quapropter minimè hallucinatus est Mar- «
cus, sic pleraqp scribens; ut ea memoria fuerat consequutus. Vnum enim hoc sibi «
in scribendo proposuerat, ne quid eorũ quæ audisset, omitteret, ne'ue à ueritate «
aberraret. Matthæus uerò sermone Hebraico librum suum composuit: quem «
deinde, ut quisqp potuit, est interpretatus. Vtitur idem Papias testimonijs & «
authoritatibus ex priore Ioannis, & itidem ex priore Petri epistolis. Addit præ-
terea historiam aliam, de muliere, quæ multis criminibus apud Dominũ per ca-
lumniam sit delata. Et Papiæ quidem scripta ad hunc se habent modum.

Floruit

CAPUT XXI.

ALoruit autem eo tempore diuinus quocp Quadratus, cui nihil eorũ *Quadratus et Aristides, uiri Ecclesiastici.*
donorum, quæ Apostolicos decent successores, defuit. Itidem uerò
& Aristides, uir ætate ea ingenti fidei nostri æmulatione & ardore
flagrans. Ambo doctrina, feruore, & uitæ Christianæ moribus pa-
res: ambo etiam orationes ad Aelium Hadrianum, qui Traiano in imperio suc-
cessit, quibus Christianum dogma defendunt, cõposuerunt, quum improbi qui
dam homines ecclesias urgere atcp persequi aggrederentur. In quibus oratioñi-
bus uidere est, nõ exigua eorum uirorum splendidæ mentis Apostolicæcp & re-
ctæ doctrinæ indicia. Quadratus quidem certè priscam sinceritatem & fidem su
» am satis declarat ijs ipsis quæ sequuntur uerbis: SERVATORIS autem nostri o-
» pera semper præstò fuere. Ingens est enim eorum qui ab eo sanati sunt, multitu-
» do. Multi qui à mortuis resuscitati sunt, non solum quum curarentur & exusci-
» tarentur, sed postea etiam uiuentes continuè apparuerunt; & non tantum quum
» SALVATOR in terris uersaretur, uerùm post discessum quocp eius longo uixe-
» runt tempore, adeò ut nonnulli etiam ad nostram durauerint ætatem.

CAPUT XXII.

ACres quidem nostræ ita florebant, quotidianumcp incrementum ca *Christianæ sinus florens.*
piebant, radicibus Apostolicorum uirorum, qui tum multi in uita e-
rant, doctrinæ altè actis, & sanctorum martyrum sanguine ubertim
rigatis. Iudæorum autem natio frequentibus, alijscp super alias accu
mulatis cladibus admodum accidebatur. Decimus octauus imperij Traiani *Nouæ Iudæorum clades: sub Traiano apud Alexandriam & Cyrenen, atcp in Aegypto.*
B agebatur annus, quum Iudæorum rursus excitatus est motus: qui quod reliquum
eius populi fuit, sustulit. Quum etenim grauis & seditiosus eos afflasset spiritus,
qui iram uindictamcp uehementius commouit, tumultum aduersus ciues suos
Græcos in ciuitate Alexandrina, in Aegypto, & uicina ei Cyrene conciuerunt.
Quo deinde paulatim glisscente, qui proximè consequutus est, anno, maximum
cõflarunt bellum. * Tenebat tum cum imperio prouinciam Aegyptum Lupus. *Iudæi hic ducẽ habuerunt Andream. Lupus Aegypti præfectus.*
Et primùm quidem Iudæi superiores esse: Græci autem ex turpi & fœda fuga
congregati, ex improuiso Iudæos Alexandriæ adoriri, & partim ferro cædere,
partim captiuos abducere. Itacp qui Cyrenæ erant, subsidio tali amisso, cunctam
percurrunt Aegyptum, quam Lupus adhuc administrabat: & quam possunt,
impunè inferunt cladem. Ea re permotus Traianus, Martium Turbonem eò *Martius Turbo.*
cum ualido mittit exercitu, qui cũm Iudæis cominus congrederetur: & classem
maritimã, peditum equitumcp consequuntur auxilia. Martius porrò breui mul-
tis uarijscp certaminibus commissis, bellocp fortiter confecto, plurimas myria-
das Iudæorum, non Cyrenaicorum solum, uerùm Aegyptiorum quocp, qui re-
gi suo Lucæ (ita enim dicebatur) auxiliaria tulerant arma, cõtrucidat. Veritus
autem Traianus, ne illi quocp qui in Mesopotamia erant, pari modo populari- *Item in Mesopotamia.*
bus suis bellum inferrent: Lucio Quinto mandat, ut prouinciam suam Iudæis
oppressis repurget. Quapropter ille occultè copijs militaribus comparatis, illos
aggressus, tantam eorum ferro concîdit multitudinem, quanta non facile sub nu
merum cadere possit. Eamcp ob causam Lucium prouinciæ Iudææ præfecit Im- *Lucius Quintus Iudææ præfectus.*
perator: sicuti id quocp profani Annalium scriptores memoriæ prodidere.

* *In motu isto Iudæi cædibus contenti non fuerunt, sed humanis carnibus uesci cœperunt. Cyprij etiam ab eis ingenti clade, duce Iudæorum Artemione, sunt affecti. Iudæi conspiratione facta, passim ducentena & quadraginta millia hominum contrucidarunt.* Dion. Oros.

CAPUT XXIII.

TAm studiosus autem fuisse fertur Traianus iuris & iustitiæ, & tam ab improbitate alienus, ut aliquando ensem strictum præfecto urbi in conspectu omnium dederit, atque dixerit: Cape ferrum hoc, & si quidem rectè imperium gessero, pro me: sin aliter, contra me hoc u-

a Ego quidè ho me, si omnia utilitas ita p ferret, eius præfecti manū armasti. Traianus apud Plin. in Panegyrico. Traianus quoque ad amicos dixit: Talem se esse Imperatorem priuatis & ci uibus, qualem sibi ipse imperatorem priuatus optasset. Idem fiscū licuisse uocauit: quòd eo crescēte, reliqui artus tabescerēt.

A *Traiani principis æquitas.*

rem Dacos uicit, & de eis triumphauit. [b]sub eo quoque Persæ ad Antiochiam usque excurrerant: ei que urbi per pacis conditiones captæ, tributum simul & præsidium imposuerāt. Continuò suis auxilium fert Imperator: & quum ad fines eorum uenisset, † per notas illis scribens, clàm significat, ut præsidium quod ibi Persarum rex reliquisset, necarent: se ad auxilium eis ferendum, Persicum q; metum tollendum, præstò adesse. Illi, quod iussi fuerant, faciunt. Et ipse cum Persis prælio congressus, rege eorum cæso, clarissima q; reportata uictoria, quem uoluit eis regem dat. Et inde in eam urbem uictor ingressus, multis eam ædificijs exornat, multos etiam Christianos interimit. In quibus, & quinque uirgines fidem palàm profitentes comburit, & ossibus earum ad summum combustis, cineribus q; æri commistis, ahena quædam & alia uasa fieri curat, ea q; publico lauacro, quod ipse magnificentissimè construxerat, dicat. Verùm enimuerò quicunque eò lauatum ingrediebantur, quàm primum calidas attigissent aquas, caligine simul & uertigine correpti, cum impetu inde procurrebant & concidebant. Causa uerò eius mali cognita, Traianus ut alia ex ære puro uasa balneo parentur mandat: priora autem illa in fornacibus conflata, in quinque transformat statuas, eas q; uirginum combustarum forma & habitu pro balneo collocat.

b Decebalo eorum duci pacē dedit.

† ἐμ σπουδῇ φέρουσ ἐπιστολάς Traianus Antiochiā à Persis captam recuperauit.

Martyriū quinq; uirginum Antiochiæ. Miraculum de earum cēneribus.

CAPUT XXIIII.

Aelij Hadriani imperium.

NOnduiginti annis, & mensibus sex, Traianus imperium administra uit: & moriens, id Hadriano sororis suæ uiro reliquit. Publica is statim ciuitatibus remittit debita, & uectigalia multa Romanis donat. unde ei in urbe diuini decreti sunt honores. Nicæam & Nicomediā, quæ motu terræ multum detrimenti cæperant, firmo circundat muro. Leges quoque ad Draconis & Solonis Athenienſium legislatorum imitationem promulgat. Rebellasse etiam sub ipso Iudæos, & templum Hierosolymis restituere uoluisse, dicunt. Qua de causa Hadrianus * quinquaginta & octo myriadas eorum uno die interfecit: & quæcunq; ex uetustis ædificijs reliqua adhuc fuerant, diruit prorsus, [b] & solo ita æquauit, ut ne lapis quidem super lapide permaneret, & oraculum SERVATORIS ad exitum suum perductum, uerborum eius certitudinem corroboraret, ciuitatis q; totius pomerijs plurimùm cōtractis, denuò eam suo sub nomine excitauit: & appellatione sua ei impositā, Aeliam uocauit, atque in ipso templi àdyto statuam ipse suam collocauit. Quam si quis non ineptè abominationē desolationis nominet, in loco sancto, iuxta SERVATORIS dictum, stantem, minimè is iudicio meo errarit. Solis autem Græcis incolendam eam dedit. Idem Hadrianus templum etiam Cyzici extruxit, maximum & celeberrimum: & item urbem, eam quæ hodie quoq; nomen eius obtinet, Hadrianopolim. Quæ uerò & Aristo Pellæus de postrema Iudæorum obsidione literis prodiderit, commodum fuerit ex uerbis eius cognoscere: Porrò rebellione atque defectione Iudæorum longius rursum progressa, Rufus Iudææ præfectus, acceptis ab Imperatore militaribus copijs, & uecordia eorum, pro occasione bene gerendæ rei, subinde usus, infestis cōtra eos signis est progressus: & plurima passim millia uirorum simul & fœminarum, atque etiam puerorum concidit,

B

Extremū Hierosolymorū excidium, & gentis Iudæorum internecio sub Hadriano.

b Iul. Seuerus in Iudæā missus ab Hadriano, arces 50 diruit, & uicos 980 ferro & igni uastauit. Dion. Oros. libro 7. cap. 13. Aristō Pellæus historiarū scriptor.

** Hoc est, quinquies centena & octuaginta millia.*

Recidiua Hierosolyma Aeliadicta.

Hadrianopolis condita.

A dit, belli q; iure loca eorū direpta in potestatem suam redegit. Dux Iudæorum
» tum Barchochebas erat, quod nomen stellam significat: cæterà uir sanguinarius
» & prædator: ex nomine autem suo perditis mancipijs prodigiosè persuaserat,
» cœlitùs se lucem demissum esse, quæ afflictos atque oppressos illustraret. Quàm
» maximè autem bello flagrante, decimo octauo imperij Hadriani anno, ad Bit-
» theram ciuitatem munitissimam, nec ita longè à Hierosolymis sitam, quum diu-
» turnior obsidio instituta, rebelles que & rerum nouarum studiosi fame ac siti ad
» extremum exitium redacti essent, & qui eis tantæ uecordiæ author fuisset, dignas
» per uindictam dedisset pœnas, gens tota ex eo tempore, uicinam in circuitu Hie
» rosolymis regionem prorsus attingere prohibita est, id que sic constitutione &
» sanctione Hadriani factum: qui hoc sic iussit, ut illi ne aspicere quidem ex loco
» quopiam editiore patrium solum possent. Ad hunc modum urbs Hierosolymorum Iudaicum populum, antiquissimos suos colonos, internecione summa amisit, & postea ab aduenis culta atque inhabitata, ut Romana planè ciuitas, in Imperatoris Aelij Hadriani honorem Aelia est appellata. Ac sic quidem etiam sub hoc Iudæi extremum contra CHRISTVM per furorem perpetrati piaculi luêre supplicium. Nos autem rursum ad diuinorum uirorum descendamus successionem.

Barchochebas per Iuellis iste, Iustino philosopho & martyre teste apud Euseb. libro 4. cap. 8. Christianos solos, nisi Christū abnegassent, atque blasphemijs incesserent, ad grauissima supplicia trahi iussit. Habuit ætas quoq; nostra in Germania suum Barchochebā, flebile infigmbus superbum.

CAPUT XXV.

Romani Pontifices.

DVodecimo imperantis Traiani anno, quum Euarestus pontificatum Romæ octo annos gessisset, Alexander quintus à Paulo & Petro successor ecclesiam regendam suscepit. Qui tertio Hadriani imperij anno, decennio in Episcopali functione expleto, Xysto eam
B concessit. Duodecimo porrò Hadriani anno, quum Xystus decennium itidem ecclesiæ præfuisset, Telesphorus ei successit. Cæterùm & hoc undecimo pontificalis ministerij sui anno, uita per martyrium defuncto, ut Irenæus inquit, Hyginus prouinciam eius est sortitus: primo imperij Antonini, qui Pius est dictus, anno. Hygino porrò post quartum annum mortuo, Pius successit. Atque huic rursum Anicetus, uigesimo imperantis Pij anno. Anicetus autem undecim annis ecclesia Romana administrata, Soteri eam reliquit. Cui post annos octo Eleutherus est suffectus, duodecimus à Petro successor, quum decimumseptimum annum M. Antonius cum filio Romanum regeret imperium. In Alexandrina ecclesia primus, quartus ab Apostolis episcopus fuit. Ei, quum duodecim annos pontificale obijsset munus, Hadriano tertium imperante annum, Iustus est surrogatus. Circiter duodecimum autem eiusdem imperij annum, anno præterea uno & mensibus aliquot intercedentibus, ecclesiæ eius administrationem Eumenes est sortitus, quum quidem Iustus undecim ei præfuisset annis. Eumenes uerò tredecim annis episcopatum tenuit. Cui Marcus succedēs, decem annis curam pastoralem gessit, Marco Celadion suffectus, qui quatuordecim annis episcopatu functus, successorem habuit Agrippinum, nonum ecclesiæ eius ab Apostolis episcopum. Apud Antiochenos post Heronem, ecclesiam rexit Cornelius. Huic quinto Apostolicæ successionis gradu Eros successit: deinde sextus Theophilus, & post hunc septimus Maximinus. Hierosolymitanorum autem episcoporum tempora literis mandata non sunt, quos breuis admodum ævi fuisse constat. Quindecim ex ordine, ut quidem memoria sine scripto est proditum, Hebraici generis omnes, rectè q; officio suo functos, quòd CHRISTI doctrinā & professionē probè tenuerint. Quæ res effecit: ut ad episcopatum eum ab ecclesia Hierosolymitana, quæ ab Apostolorum tem

Pius annis 15. cathedram obtinuit.

M. Aelius Antoninus Philosophus, & L. Aelius Cōmodus Verus, Diui fratres, æquo iure imperiū administrarunt annis 11. M. Antoninus solus annis 4. cū Cōmodo filio itidē annis 4. Antiocheni episcopi.

Alexandrinæ ecclesiæ episcopi.

Hierosolymitani.

pore ex fidelibus Iudæis ferè tota constabat, & usque ad extremam obsidionem perdurabat, sint delecti. Eorum itaque episcoporum qui ex circumcisione Christianam professionem ritè sunt complexi, & mutuis Iudæorum seditionibus atque uesaniæ fuerunt reliqui, catalogum à primordio exponere conuenit. Primus itaque fuit Iacobus, frater Domini dictus: secundus, Simeon: tertius, Iustus: quartus, † Zachæus: quintus, Tobias: sextus, Beniamin: septimus, Ioannes: octauus, Matthias: nonus, Philippus: decimus, Seneca: undecimus, Iustus: * Lebes, duodecimus: Ephrem, tredecimus: quartusdecimus, Ioseph: & quindecimus, Iudas. Quibus post euersionem urbis, ex gentibus successit Marcus. Tot Hierosolymis ab ipsis usque Apostolis, ad eum quem diximus Iudam, ex circumcisione fuerunt episcopi. Tot itidem, ut exposuimus, aliarum maximarum ecclesiarum gubernatores.

† Alij Zachæum nominãt.

* Alij Leui uocant.

CAPUT XXVI.

MAc ipsa ætate Hadriani, Iustinus etiam ex philosophis martyr, inter præcipuos est habitus, germanus & sincerus ueræ philosophiæ amator, & in Græcorũ disciplinis egregiè exercitatus. Sed enim quis qualis ue fuerit, & quemadmodum à Græcorum erroribus ad germanã philosophiam transierit, commodissimum fuerit ex ipsius uerbis recognoscere. Quùm enim aduersus Græcos & gentiles pro Christianis orationes scripsit, quibus repugnare atque refragari illi non potuerunt: tum Romæ, ubi uitam degebat, Antonino Pio Imperatori & Senatui Romano pro nobis Apologiam exhibuit, ita eam inscribens: Tito Aelio Hadriano Imperatori, Antonino Pio Cæsari Augusto, & Verissimo filio Philosopho, & Lucio Philosophi Cæsaris natura, & Pij adoptione filio, amatori doctrinæ, sacroq; Senatui & populo Romano B uniuerso, pro eis qui ex omni hominum genere iniquissimè inuidia laborant & affliguntur: Iustinus † Priscus Bacchij filius, Flauia noua ciuitate Syriæ Palestinæ oriundus, orationem atq; deprecationem hanc obtuli. Et in eadem oratione se non temerè, sed iudicio ad Christianam professionem peruenisse, ita refert: Ego quidem, qui Platonicis delectarer disciplinis, quum Christianos calumnios se deferri audirem, uidereḿq; eos impauidos interritosq; esse ad mortẽ, & quæcunque horrenda mortalibus uidentur: considerauì ipse mecum, fieri omnino non posse, ut illi in flagitijs delicijsq; uiuerent. Quotus enim quisque, uoluptatis consectator & libidinosus, quiq; humanarum carnium dapibus delectetur, bono sibi mortem esse putet? ut per eam cupiditatibus delicijsq; suis priuetur: & non potius illud agat, ut semper hanc uitam uiuat, magistratusq; & leges fallat, nedum seipsum ad cædem offerat? In Apologia ea illud quoque scribit: Non absurdum uerò fuerit, Antinoi quoque hic meminisse, qui non ita pridem decesserit, quem omnes ueluti Deum per timorẽ colere sustinuerunt: quũ quidem omnes probè sciuerint, & quis fuerit, & unde prouenerit. Antinoi eius & Egesippus mentionẽ infert, qui & ipse eisdem temporibus florens, permultas Apostolicas traditiones in historijs suis, quarũ quinq; reliquit libros, recenset, simplici dicendi genere clarè doctrinã Apostolicam exponens. In quibus, quùm tempora quib. enituit ostendit, tum de ijs qui primùm idola & simulacra statuerint, memorat. ac deinceps ad hunc modum infert: Quibus cenotaphia, sepulcroruḿq; simulacra, & templa, ad hoc usque tempus construxerunt. Quorum unus etiam est Antinous, Hadriani Cæsaris seruus. Huius sunt ludi agonales, Antinoi dicti, & ætate nostra acti. Vrbem quippe cognominem ei Hadrianus condidit. Temporibus quoq; eis, pari cum ijs quos diximus, uitæ instituto, parí́q; in eccle siam

Iustini Philosophi & martyris res.

Apologiæ eius pro Christianis titulus.

Alij legũt, Prisci Bacchij filius.

Martyrũ constantia & fortitudine ad Christianismũ adductus est Iustinus.

Antinous eximiæ fórmæ puer, Hadriano in delicijs fuit. Et in Aegypto mortuo, princeps is urbem Antinoiã condidit. Templũ quoq;, statuas & sacerdotes instituit, stellam se eius uidisse asseuerãs. Dion.

Agones Antinoij.

A siam ardore, Sardianus episcopus Melíton fuit: quem satis patet, ea quoq; ætate floruisse. Indicat id defensio eius, quam pro Christiano dogmate ad Verũ scripsit, luculentam admodum & utilem, orationis urbanitate & persuadendi uirtute auditorem maximè mouens atq; afficiens.

Melito episcopus Sardianus, Apologiã quãdam pro Christianismo scripsit.

CAPUT XXVII.

MEmoriæ mandauit sapiẽtissimus Iustinus, Hadrianum pro Christianis literas à Graniano Serenio ad se scriptas accepisse: perinìquũ esse, quòd illi uociferationi populi donarẽtur, nullóq; iusto prætextu indicta causa necarẽtur. Quapropter rescriptum is ad Minutiũ Fundanum Asiæ proconsulem miserit, neminem de cætero occidí iubens, nisi legitima iustáq; præcessisset accusatio. Rescriptuḿq; id in librum suum de uerbo ad uerbum retulit, hæc præfatus: Possumus hoc à uobis ex rescripto maximi & illustrissimi Cęsaris Hadriani patris uestri, qui ita ut per supplicem libellã rogauimus, iudicia exerceri iussit, petere: id́q; non tam quòd ab Hadriano mandatum sit, quàm quod iustam esse petitionem nostram sciamus. Subiecimus autem epistolæ Hadriani exemplũ, ut hac quoq; parte, ueritate nos niti cognoscatis. Quæ epistola ex Romana in Græcam linguam translata, hanc complectitur sententiam. Hadrianus Cæsar Minutio Fundano: Literas à Serenio Graniano, uiro clarissimo, cui tu in prouincia successisti, accepimus. Inquirenda nobis res prorsus esse uidetur, ne homines innocentes opprimantur, neue calumniatoribus occasio grassandi præbeatur. Quòd si prouinciales tui, persequutiones aduersus Christianos suas, processu legitimo pro tribunali probare possunt, unam eam sequantur uiam, neq; solis petitionibus atq; uociferationibus utantur. In primis B enim conuenit, si qui ad accusandum accedere uelint, te causam legitimè cognoscere. Itaq; si quis eos detulerit, atq; probauerit contra leges quidquam commisse, tu pro delicti qualitate ita sententiam aduersus eos feres, ut mehercules, qui calumniæ causa crimen cuiquam intendisse compertus fuerit, pro maleficij gratiuitate, in eum modis omnibus animaduertas. Rescriptum Hadriani pro nobis editum, tale fuit:

Rescriptũ Hadriani Imperatoris pro Christianis.

CAPUT XXVIII.

POstquam uerò is uno & uiginti annis imperio administrato, naturæ debitum persoluit, Antoninus Pius ei successit: ad quem, & ad Senatum Romanum Iustinus apologiam suam Christianos defendens cõscripsit. A quo ille, & simul ab alijs quamplurimis fratribus, qui à prouincialibus in Asia conuicijs & iniurijs grauibus contumelioſissimè exagitabantur, permotus, literas publicè ad Asiæ populos dedit, quas itidem inserere historiæ nostræ est uisum. Imperator Cæsar Marcus Aurelius Antoninus Augustus, Armenicus, Pontifex maximus, Trib. potest. XV. Cos. III. Asiæ populis salutem. Equidem scio, diis quoq; ipsis curæ esse, ne tales homines lateãt. Multo enim magis illi uindicauerint eos qui sacrificare illis nolint, cũ uos, qui contra eos tumultu cõmouetis: opinionem quoq; eorũ quam de uobis concœperunt, ut atheos uos, nulloruḿq; prorsus deorum criminentur, confirmantes. Quibus præstabilius etiam uidetur, dum accusari arguí́q; uidentur, pro DEO suo mori potius, cũ in uita manere. Proindé́q; uictores euadũt, animas ipsi suas citius proiscientes, cũ ut à uobis persuasi, quod uos uultis, faciãt. De terræmotibus autem, qui uel fuere, uel adhuc fiunt, non importunũ fuerit, uos, qui ea de causa animos desponditis, admonere, ut scilicet res uestras cum rebus illorũ conferatis. Atq; illi

Rescriptũ Antonini Pij Imperat. pro eisdem.

Infideles, casus mundi fatales Christianis adscribere solebant.

illi quidem liberioribus maioribusq; ergo DEVM sunt animis: uos autem toto A
hoc tempore, quo causas eorum ignorare uidemini, Deos & res alias negligitis, "
& Christianos à cultu immortalis DEI quem illi uenerantur arcetis, & ad mor- "
tem usq; persequimini. Cæterùm de ijs antea quoq; multi prouinciarum recto- "
res diuo Patri nostro scripserunt. Quibus illi rescripsit, nihil molestiæ facessen- "
dum esse illis, præterquam si quid contra Imperium Romanũ moliti esse depre- "
henderentur. Quin & ad me multi de eis literas dederunt: quibus de Patris mei, "
quem mihi imitandum esse duxi, sententia rescripsi. Si uerò quispiam perseuera- "
uerit cuiquam Christianorum, quòd talis sit, negotium exhibere, delatus quidẽ "
crimine absoluetur, quamuis talis esse compertus sit: delator autem ipse pœnas "
dabit. Proposita est hæc epistola Ephesi, in conuentu publico Asiæ. Hæc sic & "
Antoninus pro Christianis rescripsit.

CAPUT XXIX.

Diui Eustathij martyrium.

ANtequam autẽ eiusmodi ederentur literæ, permulti dicuntur egregiè certamen pro CHRISTO pertulisse: quorum unus etiam fuit uictoria clarus martyr Eustathius. Is sub Traiano prætoriam gerens dignitatem, Placidas dicebatur, & genere & opibus illustris. Quum uerò plurimis eniteret ornamentis, postremò cœlesti quoque uocatione est cohonestatus. Etenim in solitudine quadam uenanti CHRISTVS cerui cornibus insidens apparuit, eumq; arcanæ sapientiæ consilio ad se pertraxit, & simul quæ ei euentura essent prædixit. Itaq; baptizatus cum tota domo sua, CHRISTO se dedidit. Verùm enimuerò occulta & arcana exploratione atque excussione, rebus B
omnibus statim est nudatus. Nam opibus honoribusq; omnibus proiectis, uxore etiam & liberis longo tempore caruit. Atq; ita ærumnis ferendis, ueluti alter quidam Iob factus: postea, quemadmodum & ille, SERVATORIS dispositione, unà cum uxore & filijs Agapio & Theopisto, ad pristinam restitutus est felicitatem & gloriam. Multis deinde uictorijs ab hostibus reportatis, quibus magno terrori erat, quum Romæ esset apud Hadrianum, qui de rebus multis eum est perconctatus, quòd dæmonibus sacrificare recusaret, in æreum taurum igne candentem unà cum coniuge & liberis coniectus, uitam ibi morte commutauit: quum quidem illis sic martyrio defunctis, ne pilum quidem ignis consumpserit,

Sãcti Eleutherij martyrium.

nec detrimentum aliud attulerit. Ea ipsa ætate præstanti uirtute iuuenis Eleutherius, in Illyrico erat. Romæ is quoq; ortus, matre Anthia, quam magnus ille Paulus ad professionem Christianam perduxisse fertur. Illa uerò filium quoque religionis eius hæredem fecit, & Aniceto Romano episcopo tradidit: à quo sacras literas edoctus, sacro cleri numero inseritur, & quintodecimo ætatis anno diaconi gradum consequitur: mox triennio pòst presbyter creatur, & deinde uiginti natus annos Illyrici episcopus deligitur, uita priore signis miraculisq; ingẽtibus edendis transacta. Vbi uerò quamplurimis ad CHRISTVM perductis, ab Hadriano accersitus, fidem CHRISTI constantissimè defendit, primùm in lectum ferreum ignitum reponitur, deinde in ahenum oleo & aruina feruenti plenum conijcitur, atq; mox in foco igne conferto collocatur. Quum autem his tormentis omnib. superior esset, in fornacẽ igne ad summũ calefactũ, qui † primum Ceraborem opificem eius, q; CHRISTI cõplexus esset fidem, exceperat, protenditur. Porrò Eleutherius ex custodia deinceps extractus, indomitisq; equis alligatus, huc atq; illuc trahitur: & ui diuina uinculis eius solutis, montẽ quendam conscendit, atq; ibi aliquandiu uersatur, cũ feris quas cicures reddebat habitans. Atq; quum DEI præcepta promulgasset, & quingentos ad diuinũ perduxisset lauacrum,

Is ante iustã ætatẽ clericus, diaconus, presbyter, & episcopus propter insignem uirtutẽ & pietatem creatus.

πρῶτον πρᾳότερα τὸν κατὰ σκευάσαντα ὑποδεξάμενον

A lauacrum, rursum in cõspectum Imperatoris pertractus, bestijs obijcitur: & quũ ab ijs quoque saluus conseruaretur, ex militibus duo impetum in eum faciũt, atque occidunt. Mater etiam filio uitam finienti circumfusa, itidem ut ille, martyrij coronam excipit.

Matris eius Anthiæ martyrium.

CAPUT XXX.

Polycarpus Romæ apud Aniceti fuit.

ADhuc Anicetus Romæ ecclesiam gubernabat, quum Polycarpus, Irenæo referente: propter quandam quæ de Paschate inciderat quæstionem, Romam uenit, atque ibi cum Aniceto familiariter est colloquutus. Sed & alia Irenæus de Polycarpo commemorat: quæ præsenti operi adiungere pium esse iudico. In tertio enim contra hæreses libro, hæc ita de
» eo refert. Polycarpus uerò non modò ab Apostolis institutus, cum multis eo- *Egregium de Polycarpo Irenæi testimonium.*
» rum uixit, qui Dominum ipsi uiderunt: sed etiam per Apostolos, Smyrnensi ec
» clesiæ in Asia episcopus ordinatus est. Quem & nos in prima nostra ætate uidi-
» mus. diutius enim uixit, & in multa senectute cum magna gloria magnificentissi-
» mè martyrio obito, è uita excesit, ea semper docens quę ab Apostolis didicerat,
» & quæ Ecclesia tradit, quæ uidelicet sola sunt uera. Testantur hoc ecclesiæ Asia-
» næ omnes, & qui ad hunc usque diem in Polycarpi successere locum, quòd fidei
» maioris certiorq; ueritatis testis fuerit, quàm Valentinus & Marcion, & item a-
» lij insanarum opinionum authores. qui quum Romam sub Aniceto peruenissent,
» multis ex eis qui dicti sunt hæreticis persuasit, ut ad ecclesiam DEI redirent, unã
» & solam hanc ueritatem, quam ecclesia tradiderit, se ab Apostolis accepisse præ-
» dicans. Extant adhuc qui ex eo audiuerint, Ioannem Domini discipulum Ephesi
» lauatum aliquando fuisse. Cæterùm quum in balneis Cerinthum uidisset, illo tum *Pijs Christianis cum hæreticis nihil est cõmercij.*
» inde profugisse, atque dixisse: Fugiamus obsecro, ne balneum, in quo Cerinthus
» ueritatis inimicus est, concidat. Ipse quoque Polycarpus, quum ei Marcion in
» conspectum ueniret, & diceret, Nosce nos: respondit, Nosco, inquiens, nosco
» primogenitum Sathanæ. Tanta apostoli & discipuli eorum religione fuerunt,
» ut ne uerba quidem communicarent cum quopiam eorum, qui ueritatem adul-
» terant atque deprauant. ut Paulus etiam dixit: Hæreticum hominem post unam
» atque alteram admonitionem deuita, sciens quòd subuersus est qui eiusmodi est,
» & delinquit, proprio iudicio suo condemnatus. Est autem & epistola Polycarpi
» longissima ad Philippẽses scripta, ex qua, qui uoluerint, quiq; salutis suæ curam
» gesserint, simul & specimen fidei illius, & doctrinam ueritatis discere poterunt.
Hęc de eo Irenæus. Multis autem testimonijs prioris epistolæ Petri Polycarpus, in ea ipsa quam modò diximus, epistola sua utitur.

CAPUT XXXI.

Antonini Pij acta quædam.

ANtoninus Pius uiginti tres imperauit annos: & imperium Romanũ decedens Marco Aelio filio, & ipsi Antonino dicto, & Lucio fratri eius reliquit. Pius porrò iste Alexandriq, Antiochiæ, & in multis alijs celebribus urbibus lauacra, aliaq; plurima publicitus ædificia, Romæ quoque magnum aquæductum construxit. Atque abrogata ueteri C. Iulij Cæsaris lege, qua Senatorio uiro de bonis suis testari non permiserat, nisi dimidiam eorum partem, qui pro tempore futurus esset, Principi relinqueret: omnibus, per constitutionem, liberã dedit potestatẽ de facultatibus suis, ita ut uellent, disponendi. Marcus aũt filius eius iustam illam legem tulit, qua parentibus liberi ab intestato succedunt. Idemq; sanxit, ut filio, qui in testamento præteritus, à parentibus * debitã gratiam non retulisset, quadrans paternæ hereditatis detur.

Lex de Senatoriũ testamẽtis.

ἀχαριστήσαντες

T. Aurel. Antoninus Pius, Hadriani genet, ab eodem in filium adoptatus fuit, & M. Antoninus gener, L. autẽ Annius Antoninus, nepos Antonini Pij fuit. M. Anto-

Non

ninus, qui & philosophus dictus, L. Annius Antoninũ Verum imperij socium sibi adsciuit. Et tum primum Rom. resp. sub duobus æquo iure imperantibus paruit, quũ antea singulos semper habuisset Augustos. Vtrũq; Hadriani iussu Antoninus Pius adoptauit.

Non diutius autem quàm undecim annis Lucius in imperio uixit, Antoninoq; philosopho id reliquit, qui & ipse octo propè annis imperauit: & quum unum & sexaginta circiter ætatis annos expleuisset, ad Vendobonam decessit. Iis imperantibus, multi & apud Græcos præclari exiterunt poetæ: oratores quoque & Medici, omnis denique Philosophiæ periti uiri. in quibus Hermogenes rhetor, & Aristides orator nobilis, Galenus, Oppianus poeta, Alexandrinus Apollonius, eiusq; filius Herodianus, Grammaticæ artis authores, atque item alij fuere, quos longum esset in præsentia enumerare. Illud scire cõuenit,[a] Marcum Antoninum filio suo institutionis Imperialis librum à se compositum reliquisse, omnis generis profanorum exemplorum & disciplinæ plenum. Non apud Græcos uerò tantum insignes tum, uerumetiam in professione nostra plurimi maximiq;, de quibus in sequenti agemus historia, floruere uiri.

a Magna hunc diligentia curaq; educauit, accitis undiq; uiris doctrina claris, maximaq; proposita mercede, ut mores pro se quisq; filij ingeniumq; excolerent. Herodianus.

A

L. Verus apoplexia interijt inter Altinũ & Concordiam, cum fratre in uehiculo sedens.

M. Philosophus in Pãnonijs obijt ad Vẽdobonam, quam nõnulli Viennam esse uolunt.

CAPUT XXXII.

IN tempore adhuc Iustinus, cuius paulo antè fecimus mẽtionem, enituit. & quũ, quos diximus, Principibus aliã etiã pro dogmate nostro defensionẽ obtulisset, & contra oppugnatores Græcos & Iudæos, in faciẽ eorũ, Christianæ professioni patrocinatus esset, atq; etiam hæreticorum uanam linguæ loquacitatem, nocentemq; mentis insaniam luculentis orationibus retudisset, fidem nostram firmis adamantinisq; propugnans rationibus, abundeq; ueritatem certitudinemq; eius demonstrans, corona martyrij seipsum exornauit. Cui Crescens quidem philosophus, uita morumq; æmulatione Cynicus, insidias struxit. Quum enim in multis sæpe colloquijs & disputationibus Crescẽtem, quòd pleraq; perperam faceret, falsoq; in professionem nostram criminans inueheretur, Iustinus cõuicisset, cum improbis quibusdam qui magistratus gerebant, atq; itidem cum alijs, ille conspiratione contra Iustinum facta, tormentis quamplurimis eum affecit, & postremò gladijs etiam confecit, ueræ prorsus sapientiæ sectatorem. Ita ille ad desideratũ sibi CHRISTVM transijt. Quæ autem passurus fuerat, ea antea quoque in ea, quam diximus, defensione diuinans prædixit, ad hunc modum scribens: Ego quidem insidias & fustuarium expecto à quopiã, qui alicuius sit nominis, uel ab ipso etiam Crescente insipiente, * arrogantiæ quippe magis quàm sapientiæ amante. Indignus namq; est, qui philosophus & sapientiæ amator dicatur: propterea quòd publicè de rebus quas ignorat, uidelicet quòd Christiani athei prorsusq; sine DEO & impij sint, asseuerat, ad gratiam & libidinem eorum qui ab eo sunt in errorem seducti, id faciens. Si enim doctrinam CHRISTI, quam non attigit, reprehẽdendo proscindit, improbissimus est: idiotis atq; indoctis hominibus multo deterior, qui sæpe de rebus quas ignorant, loqui, & falso testificari supersedent. Sin Christianam professionem didicit, aut amplitudinem eius non intellexit: aut certè intellexit, & ne Christianus esse suspectus fiat, nos criminatur. itaq; lõgè adhuc est impotunior, nihil ingenui & liberalis ingenij habens, utpote inepta & absurda opinione uir, timoriq; sordido obnoxius. Hæc Iustinus. Quod autem iuxta suam ipsius prædictionem à Crescente, qui author initæ contra eum cõiurationis fuit, sublatus sit, Tatianus satis testatur, uir egregius, qui primam ætatem Græcorum disciplinis docendis consumpsit, magnamq; in eis laudem est cõsequutus, quisq; non pauca memoria digna nobis etiam scripta reliquit. Is itaque in oratione sua ad Græcos ita scribit: Et Iustinus admiratione omnium dignissimus, rectè eos de quibus diximus, persimiles esse prædonibus exclamauit. Deinde alijs quibusdam, de philosophis, rebus expositis, infert: Itaque Crescens ab ineunte ætate in ma-

Iustini Philosophi martyrium

B

Idem martyrium suũ prædixit, et prædixit. αὐφιλοσόφως λυκὰ φιλομόμως

Vtinã hoc de idiotis sed culi nostri dicere liceret.

Crescens philosophus Cynicus Iustino mortis causa fuit.

A in magna uersatus urbe, † lasciuia quidẽ in pueros, omnes exuperabat. Auaritiæ autem ualde deditus erat. Qui uerò alijs mortis contemptum suadebat, ita eam ipse metuebat, ut Iustino mortem, ueluti magnum aliquod malum, concinnauerit: propterea quòd ille ueritatem prædicans, philosophos helluones atq; impostores esse coarguit. Atq; hæc quidem Iustino martyrij causa fuit. † μεθεπαγγέλτως.

CAPUT XXXIII.

IDem uerò in Apologia sua, aliorum quoq; ante se martyrum meminit. & argumento proposito percommodè subseruiens, illud etiam addit. Mulierculam rerum malarum usu temerariam, uiro itidem luxurioso iunctam fuisse. Vt autem ea mysticam CHRISTI professionem alicunde perdidicit, quùm ipsam moderatam cõtinentemq; uitam complexam esse, tum idem quoque marito suasisse: propterea quòd illi æternum illum ignem, quæ impudicis & uoluptuarijs paratus sit, indicaret, & subinde promissiones quoque æternorum bonorum proponeret. Sedenim quum multa sæpe dicendo, nihil apud eum efficeret, & ille in procaci petulantia sua permaneret, mulierem improbis moribus suis à se alienauit. Illa enim impium esse iudicans, cum tali deinceps uiro consueuisse, qui præter naturæ leges modis omnibus per libidines uarias uoluptatem consectaretur, secedere ab eo constituit. Vt uerò eam propinqui, pro authoritate sua, ab eo consilio sunt dehortati, spemq; ei fecerunt, uirum in melius mutatum aliquando iri, manere cum eo est coacta. Postquam uerò maritus Alexandriam profectus, longè etiam deterior factus esse dictus est: mulier uerita, si de cætero eodem cum illo lecto eademq; mensa uteretur, ne impietatis quoque eius fieret particeps, misso illi repudij libello, ab eo se
B iuncta est. Ille porrò quum coniugis suæ causa lætari debuisset, quę scilicet priori suæ uitæ nuncium remisisset, simulq; ebrietatem, lasciuiam, & (ut uno uerbo dicam) improbitatem omnem, ut amplius cum seruis alijsq; turpis quæstus gratia impudicis nõ congrederetur, nec in libidinum cœno uolutaretur, ualere iussisset, ipsi quoq; ut meliora sequeretur suasisset: tantum abest ut id fecerit, ut ab ipsa statim discessione, accusationis libellum, Christianam eam esse, Imperatori obtulerit. Mulier porrò citata, supplici quoq; libello Principi dato, petijt sibi permitti, ut rem familiarem suam primùm constituere, ac deinde accusationi ei respondere posset. Quod quum illa impetrasset, maritus accusatione abolita, illam quidem dimisit: ad Ptolemæum autem quendam, qui illam pietatis professionem docuisset, est conuersus. Eum dolo aggressus, ut in uincula conijceretur effecit. Centurioni enim cuidam sibi amico persuasit, ut Ptolemæum arreptum, hoc tantum interrogaret, an Christianus esset. Illum quippe ueritatis amantem, minimeq; fraudulentum aut mendacem, statim se Christianum essse professurum. Itaque in uincula ille coniectus, longo tempore à centurione est tortus. Postremò, ubi ad Vrbicium præfectum adductus, & ab eo interrogatus est, propterea quòd CHRISTI doctrinam consectatus, bene sibi esset conscius, diuinæ uirtutis doctrinam est professus. Qui enim neget, uel quia professionem damnet, id faciat: uel quia indignum se & alienum à re tanta esse sciat, non profiteatur. Neutrum autem ueri Christiani est. Vrbicius igitur propter eam professionem duci Ptolemæum iussit. Lucius autem quidam, & ipse Christianus, tum ibi astabat. qui improbato atque damnato iniquo Vrbicij iudicio, Quæ malùm ratio hæc est? inquit. Num quid infamis maleficij uir hic admisisse conuictus est? An, quod Christiani nomine tantum is gaudet & gloriatur, propterea ad puniendum eum commotus es? Non hoc decet Imperatorem Pium,

Mulier impudica marito ne quam contumelia, simulatq; Christiana est facta, & maritus ad frugem bonam perducere non potuit. improbitati iuxta & maritò ipsi nuncium remisit.

Ptolemæus mulieris eius catechistes, deferẽte marito, martyrio afficitur.

Christianus homo ueritatẽ loquitur, & Christianissimũ non tegit.

Ptolemæo martyri Lucius martyr adiungitur.

Spectatum in genere et Christianæ libertatis dicendi exẽplum.

p non

non Cæsaris filium Philosophum. Non ita, ut sacro Senatui cõuenit, iudicas Vr A bici. Et ille non aliud ad Lucium dixit, quàm eum quoq; talem sibi, qui hactenus latuisset, uideri. Idq; ille quum maximè asseuerasset, abduci eum simul præcepit. Cui se gratiam quoq; ille debere professus est: à malis quippe dominis se liberari, & ad DEVM patrem & regem optimum transire. Ad quos tertius alius itidem accessit, in quem supplicio quoq; est animaduersum. His ita commemoratis, Iustinus ea quæ suprà exposuimus, subijcit uerba: ego quidẽ insidias & fustuarium expecto, &c. Multa uerò is quoq; diuina probè instructus doctrina, edidit scripta, cœlesti sapientia supremáq; scientia referta. De quibus in eo qui sequitur Tomo, commodè dicemus.

Tertius quoq; superioribus duobus additur martyr.

CAPUT XXXIIII.

MVltos uerò & alios martyres in Asia fuisse constat, priusquã M. Aretius Antoninus Iustini aliorumq; Christianorum libellis permotus, epistola, quã paulo antè retulimus, ad Asiæ populos missa, persequutionem cohibuit: quo tempore in maximis Asiæ motibus & ingenti tumultu, Apostolorum sectator Polycarpus martyrio est defunctus: qui post Bucolum admirandorum operum effectorem, Smyrnæorum ecclesiæ præfuit. Martyrium uerò eius, in scripto hodie quoque circumfertur, quod in persona eius quam in Asia rexit ecclesiæ, ad ecclesias Ponti editum, extremum eius uitæ actum clarè exponit. Vnde aliqua nostro quoque operi inserere placuit. Verba eius hæc sunt: Ecclesia DEI quæ Smyrnæ est, ecclesiæ DEI apud Philomelium, omnibus'que ubique sanctæ Catholicæ ecclesiæ parœcijs, misericordia, pax, & charitas DEI patris, & Domini nostri IESV CHRISTI multiplicetur. Scripsimus uobis fratres de martyribus, & beato Polycarpo: qui ueluti signo suo fidei professioni impresso, per martyrium suum persequutionem cohibuit. Et initium scribendi faciunt ante Polycarpũ, de martyribus alijs, quorum egregia admirantur certamina, quibus illi spectatores ad admirationem extitere. Quidam eorum ita flagris ad interiores usq; uenas & arterias sunt cæsi, ut in abditis sinubus secreta corporis membra & ipsa uiscera conspicerentur. Quidã humi testis marinis alijsq; acutis spiculis cõstratis, super ea collocati, atq; hinc & inde raptati sunt. Et mox plurimis omnis generis pœnis, tormẽtis & cruciatibus afflicti, postremò bestijs sunt obiecti. In primis uerò martyrio enituisse dicũt Germanicum, qui diuina adiutus gratia, insitum corpori mortis metum superauit. Quum enim proconsul subducere eum ex reliquorum martyrum numero uellet, parcendum esse ætati florenti & formæ excellenti præ se ferens, nihil id moratus est adolescens, sed magna animi cupiditate bestiam in seipsum pertraxit, eam tantum non per uim irritans atq; concitans, ut scilicet q̃ celerrimè ab improbis impiorum hominum liberaretur moribus. Tam fortiter certè & pulchrè per mortem propter CHRISTVM martyrium suum absoluit, ut eum multitudo demiraretur, & ad uirtutem totius Christianorum gentis cum stupore conster naretur. Requirebatur autem Polycarpus.

Martyriũ sancti Polycarpi.

Scriptum ecclesiæ Smyrnæorum ad eccle sias Ponti.

Supplicia alio rum martyrũ.

Germanicus iuuenis et martyr generosissimus.

CAPUT XXXV.

QVod quum ille cognouisset, constantiam roburq; animi retinẽs, manere in ciuitate sua, & expectare eos qui illum abducturi erant, constituit. Sedenim presbyterorum ecclesiæ, quas multas prætendebãt, precibus uictus, in agrum quendam nõ longè ab urbe situm concessit: atq; in eo cũ paucis habitans, continuè ieiunijs & orationibus incumbebat, pacem

A pacem omnibus per orbem ecclesijs optans: id quod ei aliàs quoq; semper diu noctuq; facere in more erat. Ibi triduo antè quàm comprehenderet, noctu somnium, seu potius uisionem uidit; orante scilicet eo, culcitram, quam capiti suppo-
nere solebat, ignem derepentè concipere, omnemq; conflagrare. Quo uiso consternatus, è lecto surrexit, & rem eis qui secum erant exposuit: debere se certò per ignem, uita posita, ad CHRISTVM migrare, dicens. Magno autem studio inquirebatur: & qui cum eo erant, intima animi amoris'q; erga eum affectione expugnati, in alium eum abducunt agrum. Confestim uerò etiam qui eum persequebantur, ad mansionis eius locum adsunt. Et iam uespera erat, & ipsum superior ædium locus habebat: unde facile in domum aliam transire, & insidias persequutorum effugere poterat. Sed id facere noluit, uerbum illud usurpans: FIAT VOLVNTAS DOMINI. Itaque læto hilariq; prorsus uultu descendit, suauiq; sermone, ac composito blandoq; more & gestu, liberaliter illos ad cœnam inuitat. Illi porrò haud aliter quàm si amici essent, cibo copioso, somno deinde & quiete laxiore, ex itineris labore fessi, se recreant. Ipse autem sine timore omni, CHRISTI gratia plenus, orationi intentus erat: ita ut multi ex illis qui eum audiebant, stupentes mirarentur, pœnitentiaq; afficerentur, si authores ipsi fierent, ut tam uenerandus & pius senex occideretur. De quo, id quod diximus, scriptum hæc
» sic infert. Postquam tandem precationem finijt, in qua omnium qui aliquan-
» do secum uixissent, humilium & magnorum, clarorum & obscurorum homi-
» num, omniumq; adeò in orbe toto Catholicarum ecclesiarum fecit mentionem:
» quum iam proficiscendi adesset hora, asino eum impositum, in ciuitatem duxe-
» runt, quum quidem magnum esset Sabbatum. Processerunt autem ei statim ob-
» uiam, † Irenarcha Herodes, & pater huius Nicetes, qui in uehiculũ suum ei trã-
» lato assidentes, ita suadebant: Quid rogo mali est, si dicas, Domine Cæsar: & si sa-
B crifices, saluus'q; ita maneas? Ille autem primùm eis non respondit. Insistenti-
» bus autem amplius: Non sum, inquit, facturus quod suadetis. Tum illi, quòd
» ei quæ uellent non persuasissent, grauibus uirum incesserunt uerbis, & cum im-
» petu ex uehiculo deturbarunt, quo casu, in crure est grauiter læsus. Nihil
» autem rebus omnibus commotus, aut commutatus, in stadium suum est pro-
» gressus. & progredienti è cœlo uox intonuisse fertur: Fortis esto, & uiriliter age
» Polycarpe. Atque qui hanc edidit uocem, inuisibilis quidem ille fuit: sed plu-
» res ex hominibus nostris, qui tum ibi aderant, eam exaudierunt. Vt autem eò
» peruenit, an ipse Polycarpus esset, primùm à Proconsule est interrogatus. Qui
» eum etiam, quasi cum eo paciscens, cohortatus est, ut ætatis suæ haberet ratio-
» nem, per Cæsaris fortunas iuraret, ea quæ antea fecisset, per pœnitentiam abole
» ret: ac ingenti uoce exclamaret, Tolle atheos Deorumq; cõtemptores. Quum
» autem ad ea uerba non permoueretur, necessitatem ei imponere Proconsul per-
» rexit, ut fortunam & honorem Cæsaris, quem diminuisset, restitueret, & CHRI-
» STVM conuicijs incesseret. Quod si fecisset, statim eum liberatum iri promisit.
» Tum ad ea Polycarpus dixit: Octuaginta & sex annos ei inseruio, necq; ulla ab eo
» sum affectus iniuria. Quomodo ergo animum inducere possim, ut per blasphe-
» miam ei maledicã, qui me saluum fecit, Regem meum? Quod si dissimulas, me-
» quis sim, nosse, Christianum me esse scito: atq; si studio habes professionem no-
» stram cognoscere, da locum & tempus opportunum, eamq; addisce. Hic Pro-
» consul: Plebi hoc, inquit, persuade. Et rursus Polycarpus: Te equidem, ait,
μόλις. * uix uè neratione aliqua dignor. Præceptum enim habemus, magistratui & po-
» testatibus debitum exhibendi honorem, siquidem diuinæ pietatis cultui non ad
» uersetur. Cum plebe autem, quæ nulla ratione ducitur, quę mihi est communio?

ἰρήναρχος, Irenarcha, huius officiũ est, tranquillitatem publicam seruare, & uiatoribus securitatem præstare. L. munerũ. ff. de muner. & honor. Hi etiã delicta notoria, quæ ubiq; fierent, præsidibus denũciabant. Tales in Principum curijs Curiosi dicũtur. C. de curios. & statio nar.

Præceptũ uerũ θεοσεβείας & obedientiæ magistratibus debitæ.

Deinde Proconsul: nisi resipiscere uellet, bestiarum ei furentem impetum minatus est. Ad quem ille: Accerse, inquit, eas: nunquam enim resipiscentiam esse, mi hi satis probabitur, à melioribus ad deteriora transitum, sed eam quæ à perniciosis ad iusta & sancta opera fit, mutationem. Ibi rursum iudex igne eum terruit. Et ille: Qui mihi (inquit) ignem, qui hora una extinguitur, minabundus infers, prorsus ignorare uideris, eum qui in gehenna impietatis sectatoribus præparatus est ignem sempiternum. His atq; alijs quamplurimis hinc atq; inde prolatis dictis, fiducia statim uir sanctus repletur, usqueadeò ut iudex ipse stupescens, lætum illius uultum atq; impauidum animum admiraretur. Atq; ille præconem ter ad populum proclamare iussit, Polycarpum magna cum libertate se Christianum professeri. Tum cuncta multitudo Græcorum, & Iudæorum maximè, qui Smyrnam incolentes, in eiusmodi turbis admodum tumultuantibus subseruire consueuerant, uociferationibus confusis & obscuris acclamarunt: Pater Christianorum, qui Deos nostros abolet, quiq; nec sacrificia nec adorandi atq; colendi honorem eis præstare iubet, ad ignem condemnetur. Eamq; sententiam Philippum † Asiæ rectorem, ut ferre maturaret, rogarunt. Oportebat namq; uirum prophetici spiritus, uisione sua non excidere. Ac quum id ille annuens permisisset, dicto citius res ad exitum suum est perducta. Etenim è uestigio enim ex populo otiosa & inutilis turba, tumultuarijs actionibus gaudens, & præterea Iudæorum Smyrnensium gens, Christianorum inimicis quàm promptissimè extrema etiam quæq; subministrãs, ex propinquis officinis & balneis, ligna, sarmenta, aliamq; omnem quæ incendio idonea atq; accommoda est materiam, rapientes, congerunt atq; accendunt. Postquam flamma multum iam excreuisset, uestibus positis Polycarpus, calceamenta quoq; detrahere sibi tentat: quod quidem antea nõ fecerat, præpeditus scilicet atq; præuentus semper à suis. Optimo enim uiuendi instituto atq; disciplina, etiam ante caniciem à familiaribus cohonestatus atque cultus fuerat. Ne uerò corpus eius tum attingerẽt, quicunq; superfuere fidelium, corporis ea parte quam oportuit à seipso uelata ac tecta, in ignẽ est progressus: insignis alicuius arietis instar, sicuti uictima & holocaustum quoddam è magno grege DEO productus, talia fere ad uerbũ prius precatus: O DEVS & Domine omnipotens, dilecti & benedicti filij tui IESV CHRISTI pater, per quem cognitionem tui accepimus: DEVS angelorum atq; potestatum, uniuersæq; creaturæ, ac totius generis iustorum, qui in conspectu tuo uiuunt: Benedico te, qui dignatus me sis die hac & hora, ut reciperem partem in numero martyrum, de calice CHRISTI, in resurrectionem uitæ æternæ cum anima & corpore, in immortalitate & incorruptione Spiritus sancti. In quibus martyribus suscipi me optarim in conspectu tuo hodie, uelut hostiam pinguem & acceptam: quemadmodum præmanifestans atq; adimplens præparasti, DEVS uerax, & fallere nescius. Quapropter te de omnibus laudo & benedico, & glorifico per sempiternũ pontificem IESVM CHRISTVM, dilectum filium tuum, per quem tibi sit cum ipso in Spiritu sancto gloria, honor & laus in secula: Amen. Deinceps ea quæ sequuntur, epistola illa, quam diximus, infert: Vt ignem homines accenderunt, & ingens illuxit flamma, miraculum uisum est ab eis quibus id quidem uidere datum est: ex quibus aliqui seruati sunt, qui ea quæ accidissent, reliquis annunciarent. etenim ignis fornicis seu cameræ speciem præbuit, qui quasi uelum nauigij uento inflatum corpus omne circumdedit martyris. Præterea uerò & odor suauis, ceu thuris, alteriusue pretiosi aromatis flagrantis ad nos est perlatus. Ad extremum, quum homines uiderent ignem nullam habere uim in martyris carnem, præceperunt cuidam, ut ab exteriore parte cuspide uirum sanctum confoderet,

Vera pœnitentia.

τὸν δεσμοφύλακα, Rufinus uertit munerariũ.

Exemplum de mestica disciplinæ & honoris eius, qui senioribus debetur, &c.

Oratio Polycarpi extrema, rogum cõscensuri.

A deret, quo facto, tanta uis sanguinis effluxit, ut ignis uiolentiam omnem extingueret. Permultos sanè stupor admirantes inuasit, tantũ interesse inter prophanos & sanctos uiros: quorum unus hic fuerit, admiratione dignus, Apostolicus planè & propheticus uir. Ille porrò qui bonis semper insidiatur, quum tam celebre martyrium esse, & uirum eum ab ineunte ætate irreprehensibili uiuendi ratione uitam transegisse, & postremò uictoriæ coronam & brabium retulisse cerneret, quàm potuit maximo studio laborauit, ut sacro illius corpore nos excideremus. Quidam enim Niceten Herodis patrem, fratrem autem Darcæ subornarunt, ut præsidi persuaderet, ne ita martyris cadauer integrum relinqueret: periculum esse dicentes, ne crucifixo illo relicto, isti hunc tandem colere inciperẽt. Ita suggestione Iudæorum corpus igni traditur. Sectatores autẽ illius, collectis ossium reliquijs, auro quouis pretiosioribus, sibi eas, quo decuit atque oportuit loco, uelut thesaurum conseruarunt. Et ab eo tempore, cum exultatione memoria eius est celebrata. Et res quidem celeberrimi Polycarpi talem habuere finem, unà cum duodecim illis ex urbe Philadelphia martyribus, qui sacrum itidem strenuè compleuere certamen.

XII. Martyres Philadelpheni.

CAPUT XXXVI.

Metrodorus Marcionis fœtæ martyr.

Pionius, celeberrimus martyr.

Martyres, Carpus, Papylus, Agathonice.

FAdem hac ætate apud Smyrnæos & alia diuersa martyria fuisse, epistola sæpius allegata declarat: in quibus & Metrodorus quidã Marcionis errorem sequutus, presbyter autem esse iudicatus, uiuus combustus est. Præterea insignis ille martyr Pionius, cuius quidem uel priuatam professionem, uel publicam in medijs populis dicendi libertatem, & fidei defensionem, præterea tempore persequutionum hospitalem benignamq; eorum qui ad se confugerent exceptionem, & quum in carcere esset, pauidorum plenas consolationis cohortationes, tormenta etiam, clauorum fixuras, ignis cruciatus, omnisq; generis pœnas & excarnificationes, denique sempiterna memoria dignam mortem, qui cognoscere uelint, eos ad eam quæ sæpe dicta est testificationem remittimus. Non enim nobis uacat, cyatho uno certaminum sanctorũ martyrum mare metiri. Eodem ipso anno & Pergami Carpum episcopum, & Papylum diaconum, & mulierem Agathonicen, morte pulchra cum alijs quàm plurimis martyrio perfunctos esse, memoriæ proditum est.

CAPUT XXXVII.

Iudæus in locis aridis cũ Christianis iter faciens, propter extremam ualetudinis necessitatem, harena pro aqua baptisatus.

ADhuc autem M. Aurelio Antonino imperium administrante, quod tum accidit, non prætereundum est silentio. Iudæus enim quidam in solis aridisq; locis iter faciens, communiter cum uiatoribus Christianis psalmos canebat. Quum uerò morbo repentino ita affligeretur, ut crederetur moriturus, atq; ibi in locis illis permansurus esse, magna contentione uiatoribus suis obsecrando institit, ne eum ita præsidio omni destitutũ relinquerent, sed ut diuini lauacri participem facerent, ac deinde abirent. Vt autem illi, neq; qui præstare hoc posset, (sacerdote enim opus erat) neq; aquæ copiam adesse, quæ in baptismo perficiendo, & consuetudine antiqua, & lege certa & inuiolata requirerentur, causati sunt, & propterea in tantarum rerum penuria petitioni eius non annuerunt. Iudæus porrò in sententia sua permansit: & iureiurando eos, ut sibi satisfacerẽt, adegit. Illi itaq; detractis homini uestibus, arena quæ ibi erat, pro aqua usi, in nomine patris & filij & spiritus sancti, tertium arena in eum coniecta, baptizarunt. Per hanc tam insolitã & admirandam sacrorum mysteriorum initiationem, imbecillitate omni tanquam uinculo quodam

Idem post talẽ baptismũ conualuit.

In Iudæo quædam baptismus additus.

Nicephori ipsius ætate puer Iudæus per ludum à pueris Christianis cũ cæremoniarũ omnium obseruatione baptizatus.

Cæremoniæ circa baptismũ obseruari solitæ.

αὐτοῦ ἰδίωσεν.

Puer is denuò baptizatus.

is solutus, longè melius quàm illi ualidus iam prorsus iter fecit. Postquã autem A domum sunt reuersi, rem eam ad Dionysium Alexandriæ episcopũ retulerunt. Ille uerò admiratione stupens, ecclesiam de ea consuluit. Cui uisum est, aqua insuper ad eum modũ initiatum, iuxta ecclesiæ traditionem abluendum esse: ut ita, quod sacro ei deesset, sarciretur. Simile quiddam accidisse etiam sub Athanasio Magno, historiæ tradunt. Verùm æuo etiam nostro idem factum esse nouimus. Christianorum pueris Hebræus puer familiaris erat: & quùm eis ad marem colentibus natandi incessisset cupiditas, cõsequutus est eos Iudæus. Hunc perludum pueri nudum ad mare stantẽ baptizarunt, principiò statim non inuitum: posteaquam uerò & tertiam diuini numinis appellationẽ nominarunt, & simul tertiam mersionem peregerunt, extrema lineæ uestis textura discissa, & qui circa hæc frequentatur, imaginario amictu facto, in capite eius arcanam mysticãq; galeam adumbrarunt: deinde prò cereo dextrã ligno tenui armantes, quæ eius sacri & ritus sunt, mysteria omnia absoluerunt: postremò & circum uicinum templum psallentes obambularunt. Vt uerò etiam templum ingressi sunt, diuinam receperunt † remunerationem. Idem porrò ex æquo, qui ita baptismo initiatus erat, fecit. Quam rem per diligentem inquisitionem cognitam, qui ibi sacris præfuit, ad ecclesiam Constantinopolitanam renunciauit. Eò puer etiam est accitus: quum quidem Iudæi, ne id fieret, multa molirentur. Atq; ibi quoq; decretum, ut etiam in illo quod deesset, iuxta mysterij exequutionem compleretur. atq; id ita est factum. Qui puer, ubi ad iustam ætatem peruenit, in sacerdotij ordinem est allectus: & ędituus seu custos maximi templi factus, etiamnum ibi uiuit. Hoc loco finem quoq; tertio huic historiarum libro impono, qui annos continet centũ & duos: initium quippe sumpsit à Galbæ & Otthonis & Vitellij imperio: exi- B tum autem ad Marci Veri, filij Antonini primi, imperij finem habet: quum à mundo condito, quater mille sexingenti & septuaginta septem: à diuina autem Domini incarnatione & natiuitate, centum & septuaginta duo anni præterijssent.

Apud authores quosdã etiam M. Philosopho, Veri nomen tribuitur: quod L. Aelio siue Annio propriè cõpetit.

QVARTI TOMI CAPITA.

I. *Præfatio: de quibus rebus & antea dixerit, & deinceps in quarto hoc libro sit dicturus.*

II. *De hæresiarchis, qui eo tempore se in ecclesiam CHRISTI intulerunt, Saturnino & Basilide.*

III. *De Valentino, Cerdone, Marcione Pontico, & Marco.*

IIII. *De Tatiano & Seuero, & de hæresi Encratitarum.*

V. *Ut gratia DEI hæreticorum conatus sint discussi: quùm multa alia eis impedimenta obijciens, tum uiros doctos, eloquentes, & pios in ecclesia excitans. Item Catalogus Ecclesiasticorum eius temporis scriptorum.*

VI. *De libris, quos Iustinus inter martyres philosophus composuit.*

VII. *De Egesippo, & scriptis eius.*

VIII. *De Dionysio Corinthiorum episcopo, & epistolis eius.*

IX. *De Theophilo Antiochiæ episcopo, & de Modesto, eorumq; scriptis.*

X. *De Melitone Sardensi episcopo, & opusculis eius.*

XI. *De Apollinari Hieropolita: item de Musano & Bardesano Syro, & de scriptis eorum.*

XII. *De Caio, & Tertulliano: qui scripsit, quum diui Marci tempore in Germania exercitus siti laboraret, DEVM precibus nostrorum militum exoratum pluisse, hostesq; fulmine concidisse.*

XIII. *De Irenæo Lugdunensi episcopo, ut eius quoque ætate prædictiones & uaticinia diuinitùs, quæ propè fidem excellerent, sint edita.*

Vt Ire-

XIII. *Ut Irenæus scripturarum diuinitùs inspiratarum meminerit: & de Apocalypsi Ioannis, & de septuaginta interpretum translatione.*

XV. *Quæ idem de Catalogo Romanorum episcoporum scripserit, & ut DEO dilecti Viennenses martyres Irenæum Eleuthero Romano episcopo commendarint.*

XVI. *De sanctorum martyrũ in Gallia literis: & de maxima, qua ibi afflicti sunt, persequutione.*

XVII. *De Uetio, Sancto, Pothino, Alexandro, Bibliade, Blandina, & alijs: ut scilicet certamen pro CHRISTO sustinuerint, & deinceps infinuium sint abiecti.*

XVIII. *Qualis uisio Attalo martyri apparuerit, propter alium martyrem, qui duram nimis & sordidam uitã degebat: & ut CHRISTI martyres facile lapsis gratiam fecerint, ueniamq; concesserint.*

XIX. *Qui tum temporis in excelsis episcopalis dignitatis sedibus enituerint.*

XX. *Catalogus authorum & ducum falsò nominatæ scientiæ, qui postea extiterunt: & qui Ecclesiasticis iuris illis restiterint.*

XXI. *De Artemone & Theodoto sutore, qui docuerunt CHRISTVM purum fuisse hominem, & ut ij primi scripturas corrumpere incœperint. & de Anatolio confessore.*

XXII. *De hæresi Montani, quæ quidem hæresis Cataphrygas, hoc est, Phrygum, seu secundum Phryges, nominatur.*

XXIII. *De Apollinari Hieropolita, quæ is contra eam scripserit.*

XXIIII. *Quæ etiam Miltiades, uir Ecclesiasticus, aduersus hanc scripserit.*

XXV. *Quòd & Apollonius Romanus, contra eam ipsam hæresim pugnauerit.*

XXVI. *Hunc ipsum Apollonium Romæ martyrium pertulisse.*

XXVII. *Ut Serapion Antiochiæ episcopus Montanum reselleris, & de libris eius.*

XXVIII *Ut Marcionis hæresis & secta in multas sit dissecta partes, & quàm monstrosas opiniones ea pro tulerit.*

XXIX. *De Rhodone, quæ contra Marcionem conscripserit: & de alijs eiusdem opusculis.*

XXX. *De schismate & dissidio Romæ propter Blastum & Florinum exorto, & quæ ad eos Irenæus scripserit, & de alijs eiusdem libris.*

XXXI. *De Hippolyto Portuensi (seu potius Ostiensi) episcopo, & de scriptis eiusdem.*

XXXII. *De Pantæno Alexandrino philosopho, uiro Apostolico, & de diuino prorsus sacrarum literarum studio eius.*

XXXIII *De Clemente contextore, & operibus eius: & quæ de diuinis scripturis ille dixerit.*

XXXIIII *De Tertulliano & Caio, Ecclesiasticis scriptoribus.*

XXXV. *De alijs multis Ecclesiasticis scriptoribus, scilicet Iuda, Heraclito, Maximo, Candido, Appione, Sexto, Arabiano, & alijs.*

XXXVI *De dissensione, quæ tum de Paschate est exorta. De Synodis propterea coactis, & ut omnes ad concordiam sint redacti.*

XXXVII *De dissensione Asianorum propter Paschа: & quæ ea de re Polycrates Ephesius episcopus Victori Romano episcopo scripserit.*

XXXVIII *Ut Victor permotus fuerit, ciuitates Asiaticas, propter festum Paschæ, ab unitate Ecclesiastica segregare.*

XXXIX. *Ut pacis studiosissimus Irenæus ecclesijs tranquillitatem & concordiam restituerit, exempla successorum sanctorum Apostolorum commemorans.*

ECCLESIASTICAE Historiæ Nicephori Callisti Xanthopuli, Tomus IIII.

CAPUT I.

Verus & Antoninus hi, & præterea Diui fratres in iure ciuili dicũtur.

DPRIMA quidem Apostolorum successio in diuino Polycarpo, usque ad Antonini posterioris tempora, qui & Verus nominatus est, & Marci Veri frater & in Imperio consors fuit, durauit. Ac diui Apostoli simplici in docendo oratione usi, stupescendis miraculorũ factis orbem terræ, ita ut decuit, sibi subdidere, cœlesti ui atq; uirtute, & spiritus demonstrationibus omnia efficientes. Qui uerò eis succedere, aliquanto illis inferiores, uirtutem eorum assequuti non sunt: propè tamen uitæ splendore ad eos accedere, non ita simplicem, ut magistri eorũ, oratione consectantes. Et primus sanè Historiæ huius liber, sicuti par fuit, CHRISTI res omnes exposuit. Secundus, Apostolorum & discipulorum eius, quantum licuit, gesta prosequutus est. Tertius, primam illorum successionem compendiosè recensuit. In quarto hoc, qui nobis est in manibus, commemorabimus, qui post illos improbi & impostores, nostra abusi doctrina, gregi Christiano plurimum attulere detrimenti. Eis nimirum ueluti perniciosis animarum instrumentis & perditionis administris, honesti pietatisq; inimicus ille, quum se contra ecclesiam, aliud eius impugnandæ stratagema aggressus, armaret, est usus. Et quos è diuerso DEI prouidentia illis opposuerit uiros, qui contra impias illorum hæreses fortiter rem gerentes, uerbisq; ueritatis pugnantes, facilè cœpta eorum compressere: nominaq; eorum doctorum, & scripta, & cum qua quisq; hæresi sit congressus, quæue præterea memoratu digna Ecclesiæ reliquerint monumenta, apponam. Deinde illustria sanctorum Martyrum certamina exequar. Et quem finem, quæstio antiquitùs de festo Paschæ orta acceperit: præterea de aliis quibusdam uiris, Apostolicis dotibus claris, cõmemorabo. Et sic, DEO adiuuante, extremam quoq; huic libro imponam manum. Initium porrò inde sumendum.

Antea dictorũ breuis repetitio.

Dicendorũ in hoc libro propositio.

CAPUT II.

Quibus rebus in orbe propagata sit Euangelica doctrina.

AAm uerbum salutis per omnem peragrabat terram, orbemq; ipsum, quoad eius fieri potuit, occupabat. Et fidei doctrina altius in piorũ hominum cordibus radicibus actis, firmum habebat fundamentum, ex Apostolica uidelicet doctrina & uita, & quæ inde profluxerunt miraculis: tum aũt ex Apostolorũ successorũ sermonibus & libris, qui propter ueritatem eorũ inexpugnabilem refelli non potuere: insuper uerò ex generosorum etiã martyrũ certaminib. & luctis. † Persequutiones enim lætiorẽ quoq; & florentiorẽ reddidere ecclesiã. Cõmunis aũt pietatis & religionis nostræ aduersarius & hostis, quietus esse nõ potuit. Quũ enim cerneret, per oẽs passim regiones Ecclesias luminariũ instar clarè atq; splendidè, per eam quæ est in Seruatorẽ & Dominũ nostrũ IESVM CHRISTVM fidem, relucentes admodũ florere atq; uigere,

οἱ γοῦν ἀλιτηριωδεῖς καὶ φιλοχρόνιοι μᾶλλον τοῦ ἐπικινδύνου εἰσὶν ἀγῶνος.

B

A uigere, saluti hominum inimicissimus, quum iamdudum omnes expertus artes, externis persequutionibus funditùs eas esset extirpare conatus, ubi cœptum suum fortiter repulsus & martyrum sanguine propè suffocatus, frustra esse uidit, alia rem uia tentandam esse existimans, dolum talem excogitauit, ut uiri seducto res & impostores, Christianum sibi usurpantes nomen, simul & quos cæpissent fideles in foueam perditionis impellerent: & qui technas illorum ignorarent, eis sani & salutaris VERBI discendi studium & desiderium corrumperent & deprauarent. Primùm igitur contra nos excitauit Simonem: deinde Menandrum, Cerinthum, & Nicolaum, de quibus in superioribus diximus libris. Paruo deinde interuallo, temporibus eis quæ iam commemorauimus, monstra alia exhibuit. A' Menandro namq;, ambiguæ bicipitisq; contagionis uiperina uis exorta, duarum hæresum progenuit duces, Saturninum & Basilidem, quorum hunc Alexandria, illum Antiochia produxit: & alter in Aegypto, alter autem in Syria exosas DEO aperuere scholas. Irenæus Saturninum, eadem quæ Menandrum, ementitum esse dicit: Basilidem autem portentosas confinxisse fabulas, & arcanarum ineffabiliumq; rerum præ se ferentem scientiam, latentem earum sensum & inuentionem in infinitum extendisse. Et quum eo tempore quamplurimi Ecclesiastici uiri obuiam illis, à recta ratione petitis argumentis, euntes, Apostolica obtinerent decreta: fuere quoq; inter eos, qui in libris suis contra insidias talium hæresum † præseruatiua præcepta reliquerint. In quibus & Castor Agrippa, reprehensionem Basilidis importunitatis edidit: prestigiasq; eius & arcana proferẽs, in Euangelium uiginti & quatuor libros eum composuisse ait: Barcabãq; & Barcoph prophetas, * qui in rerum natura nunquam fuerint, ad barbarorum hominum terrorem sibi constituisse, Pythagoricũ silentium induxisse, & res † nullo in discrimine ponere docuisse: perinde atque tempore exigente, absq; exceptione omni præcisè fidem abiurare, & gustare quæ idolis sint mactata, liceret. Atq; equidem de Basilide Irenæus itidem agens, [a] pudendum errorem eius pulchrè in apertum produxit. Aequalem cuius idem fuisse refert Carpocratem, eorũ qui Gnostici appellantur [b], authorem & ducem: quem non puduit propalàm artem magicam exercere, quã pater eius Simon clàm & subdolè professus fuerat. [c] Gloriam is aucupabatur, & sese efferebat artibus curiosis, per eos quos ipse conficiebat amores, per somniorum uisiones, & per assessores dæmones. Docebat quoque, omnem eos oportere perpetrare turpitudinem, qui ad perfectionem arcanorum sacrorum suorum peruenire uellent: neq; fieri posse, ut quispiam eos effugeret, qui mundi principes apud eos appellarentur, nisi infandis fœditatibus omnibus satisfeciſſet.

Diabolus, quũ tyrannorũ crudelium persequutione Euangelium opprimere non posset, fraude & uersutia hæreticorum euertere id est aggressus.

Primi in ecclesia hæretici, cassi, ac potius Epicuri et impostores manifesti.

Saturninus & Basilides hæretici.

Saturninus etiam Christum phantasmate passum esse docuit, & resurrectionem negauit. Tertull. de hæret.

a Basilides, inter cætera deliramenta, Christũ non à Deo, qui creauit omnia, sed ab Abraxa, in phantasmate, nõ in substantia carnis missum: nec à Iudæis cruci affixum, sed Simonem eius uicem passum, et proinde crucifixum non adorandũ esse, blasphemauit. Tertullianus.

b De Gnosticis Irenæus libro 1. cap. 24. aduersus hæreses. Alij ex ipsis signãt cauteriantes suos discipulos in superioribus partibus extãtiæ dextræ auris, &c. Gnosticos se autem uocant, &c.

* ἀνυπαράκτους.

† ἀδιαφορεῖν.

Castor Agrippa aduersus Basilidem scripsit.

Carpocrates hæreticus impurus, impudens, et uoluptuarius

c Idem Carpocrates, unam dixit esse in superioribus uirtutem principalem, ex hac prolatos angelos: Christum non ex uirgine, sed ex semine Ioseph hominem genitum, uirtute & iustitia aliis præstantiorem: & solam eius animam in cœlum receptam. Tertullianus.

CAPUT III.

Valẽtinus hæreticus.

ATque ij sub Hadriani imperio extitere. Sub Pio autem Antonino, ecclesiæ Romanæ Hygino præsidente, idem Irenæus Valentinum & Cerdonẽ hæresum suarum authores fuisse scribit: qui Marcionis quoq; erroris duces extiterint, & Romæ utercq; domicilium inuisi Deo dogmatis cõstituerint. Scribit aũt ad hunc modum: Valentinus enim uenit Romam sub Hygino, inualuit autem temporibus Pij, duraũitq; usq; ad Anicetum. Cerdon

Valentinus, usq; ad triginta æonum fœtus, tanquam Aeoniæ scrofæ examen diuinitatis effudit: & Christum in substantia corporis nostri fuisse negauit. Tertull. Cerdon duo introduxit initia, id est, duos deos: unum bonum, & alterum sæuum, &c. Christum item uerum hominem, & uerè passum esse negauit. Idem.

Item Cerdon. Cerdon uerò, qui ante Marcionem fuit, & ipse sub Hygino, qui in urbe Roma A
nouus erat episcopus, in ecclesiam uenit, & pietatem profitens atq; resipiscens,
ita ibi mansit, ut aliquando occultè doceret, aliquando autem rursus se pœnite-
λαθροδιδα- re confiteretur: nonnunquam etiam coargueretur de his quæ perperam doce-
σκαλῶν ret, atque etiam à fratrum cœtu excluderetur. Hæc in tertio aduersus hæreses li-
bro. In primo autem, de Cerdone etiam ita refert: Cerdon uerò quidam, à se-
ctatoribus Simonis impietatis suæ occasionibus sumptis, Romam uenit sub Hy-
gino, nonum locum episcopalis successionis ab Apostolis sortito: ibiq; docuit,
eum qui à lege & prophetis prædicatus est DEVM, non esse patrem Domini no-
stri IESV CHRISTI, hunc quippe nosci, illum esse ignotum: & hunc quidem
Item Marcion Cerdonis discipulus. iustum, illum autem bonum esse. Cui Marcion succedens, doctrinam eam adau-
xit, sine pudore & uerecundia omni blasphemans. Valentini autem immensum
& profundum pelagus Irenæus facile emensus, intimis obscuræ & erroneæ po-
puliq; seductricis syluæ speluncis incubantem imposturarum serpentem, ubi du
dum abstrusus latuerat, extraxit, & nudum in apricum produxit locum. Quo
tempore Marcum etiam fuisse dicit, nequitiq; magicæ peritissimum. Quorum de-
Item Mar- cus. testanda sacra talibus ostendit uerbis: Etenim quidam eorum thalamum nuptia
lem construunt, & arcanum quoddam initiandi genus celebrant, adiectis non-
nullis super eis qui initiantur uotis & precationibus: & spirituales nuptias, quas
Spirituales eius nuptiæ. Eiusdem ba ptismus. faciunt, esse dicunt, ad similitudinem supernorum coniugiorum. Alij ad aquam
eos ducunt, & baptizantes hæc uerba addunt: In nomine ignoti patris omnium,
in ueritate matre omnium, & in eo qui descendit IESV. Sunt etiam qui Hebrai-
ca insuper afferunt nomina, ad eorum qui initiantur terrorem, & consternatio- B
nem maiorem.

CAPVT IIII.

Tatianus, Encratitarum hæresis author. Encratitæ alij dicuntur, quasi continentes. Exemplij scientiæ inflantis. POst Saturnini & Marcionis, Encratitarũ hæresim conflatam esse tra-
dunt: cuius princeps fuisse fertur Tatianus, qui discipulus Iustini
martyris fuisse perhibetur. Sed tantisper dum cum illo erat, nihil re-
rum huiusmodi protulit. Postquã uerò ille martyrio est defunctus,
tumore disciplinæ inflatus, tanquam alijs scientia superior, peculiarẽ cœpit pro-
mulgare doctrinam: itidem ut Valentinus, secula inuisibilia producens: & ea- αἰῶνες Va-
dem quæ Saturninus & Marcion de nuptijs, corruptione, & fornicatione, nugã lentini.
Primi hominis salus. do effutiens: à se ipso quoque causam nouam salutis Adæ est commentus. Cu-
ius successor Seuerus, hæresim illius magis etiam adaugẽs, causam arripuit, quur
Ii postea à Seuero Seueriani dicti. sectatoribus illius ad se pertractis, à suo ipse nomine Seuerianos eos uocaret. Le-
gem quidem, prophetas, & ipsa Euangelia ij quoq; recipiunt: proprijs quibus-
dam interpretationibus, prout eis est uisum, sacras scripturas accommodantes.
Apostolum autem Paulum maledictis & conuicijs proscindentes, Epistolarum
eius librum, & item Apostolorum acta prorsus reijciunt. Tatianus porrò iste
Concordantia quatuor Euangeliorũ διὰ τεσσάρων impositi, qui longo etiam durauit tempore. Ferunt eum quoque Alia eiusdẽ scripta.
Euangeliorum Tatiani. Quaternionem dicere Latinè possis. quædam Apostoli transtulisse atq; immutasse loca, ut scilicet in elaboratam elo-
quutionis expoliret simplicitatem. Magnam præterea librorum uim is reliquit:
in quibus maximè celebratur, quæ ad Græcos siue gentes scripta ab eo est ora-
tio. In ea, ueterum temporum memoriam ac priscos persequens, omnium
Veterum omnium antiquissimus Moses. antiquissimum fuisse Mosen ostendit: sicuti & me legere
memini. Hæc de secta Tatiani, seu mauis Seueri,
dicta sufficiant.

Adhunc

CAPVT V.

A DHunc modum temporibus illis hæreses suppullularunt: & per eas
uetus generis nostri hostis, hæreticos quidẽ miserabiliter in ius suũ
& perditionem pertraxit. Apud gentes autem, suis ipse portento sis
turpibusq; foeditatibus, maximam contra Christianum nomẽ, & sa-
lutiferi VERBI doctrinam, grauissimæ infamiæ calumniam induxit: ut qui non-
dum ad fidei nostræ professionem essent pertracti, impiam admodum de nobis
conciperent suspicionem, quasi nefandis libidinibus, matribus, sororibus q; no-
stris commisceremur, impuroq; prorsus scelerateq; uitæ genere contamina remur.
Diabolus per impuras, impudentes & impias hæreses, Christi animã admodũ apud infideles tradidit.

Sed non diu hæreticos tulit, qui salutis nostræ curam gerit DEVS. Na m adul-
terina ecclesiæ dogmata, quæ paulatim emicuerãt, breui sunt extincta, & à seipsis
inter se abolita, quum alij super alios nouis rebus studerent, atq; inter se cõflicta
rentur: non aliter quàm fluctuum commotiones insurgentes subinde, a tq; deci-
dentes, in uarias multiplicesq; abeunt formas, & postremò ut nihil eorum appa-
Ecclesia florens. reat cuanescunt. Contrà, ueritatis ipsius causa tum incrementa sua capiebat, ma-
gisq; indies augebatur, accessionem quandam & robur certum ex hæreticorum
insultu sumens. Semper enim sibi constabat Ecclesiæ catholicæ splendor & sta-
tus: & grauitas eius, modestia, libertas, diuinus uitæ morumq; disciplinæ ordo,
doctrinæq; sinceritas, apud Græcos simul & barbaros mirificè relucere cerneba
ἀνύποπτοι- σίαν. tur. Atq; illis ut † inobsequentibus tempore diffluentibus, simul etiam coorta in
doctrinam nostram inuidiosa calumnia diffluxit: solaq; quam nos profitemur fi
des & doctrina, sincerorumq; dogmatum philosophia, in graui simul & modera
to statu suo pulchrè atq; decenter perstitit, ut deinceps nemo facile per calumniã
contra eam infame quidquam & indecorum proferre auderet. Quam rem uete
Veteres eam sedulò retinuerunt. res, si qui aliquando aduersus ecclesiæ Catholicæ doctrinam insurgerent, in pri-
B mis studio habuerunt, propter impurorum & prophanorum hominum * uani-
συγκρω- σεις. loquentiã. Et hoc quidem sic ipsa gratia & prouidentia DEI multis, ita ut decuit,
modis efficiebat: nihilominus tamen illa alios quoq;, qui eiusmodi deliramenta
Deus etiã hæ- resum insuper oppugnatores excitauit. oppugnarent, in medium produxit, cum pernicioſis illis & conſceleratis pedem
collaturos, & non tantum editis libris, uerumetiam sine scripto firmissimis de-
monstrationum atq; rationum probationibus, impiarum hæresum mendacia de
bellaturos. In quibus post Clementem, Ignatium, & Polycarpum, primus Iusti
Catalogus primorum Ecclesiasticorum uirorum, qui monumenta scriptorũ post se reliquerunt. nus ex philosophis martyr fuit. de quo in proximo, qui hunc præcessit, libro dixi
mus. Post eũ Egesippus laudem multã obtinuit. Ab hoc tertius Dionysius, Co-
rinthiorũ episcopus. Quartus, Antiochenus Theophilus. Deinde Philippus, &
Modestus, Meliton, Apollinaris, & Musanus. Secundum hos duodecimum lo-
cum consequutus est Bardesanes Syrus. Qui sanè omnes plurima uariaq; reliqué
runt scriptorum monumenta: de quibus, quantum poterimus, in præsenti dice-
mus tomo. Sicuti in reliquis quoq; faciemus: nec memoriam illorum qui hosce
sunt subsequuti, intercidere patiemur. Faciemus etiã deinceps mentionem Pan-
tæni, & Alexandrini Clementis, q à uolumine suo cognominatus est στρωματεύς,
seu contextor: præterea Rhodonis & Miltiadæ, Apollonij & Serapionis, Irenæi
& Hippolyti, & cæterorum usq; ad ipsum doctissimum Origenem: qui oratio-
nis uirtute, doctrina, monumentisq; librorum plurimùm professioni Christianæ
contulerunt momenti. De Papia quidem, Quadrato, Aristide &
Castore antea diximus. Nunc de Iustini
libris agamus.

Permulta

CAPVT VI.

PErmulta is quidem edidit scripta: quæ autem ad nos peruenerunt, A
hæc sunt. Ad Antoninum Pium & liberos eius, Romanum'que Senatum, pro fide nostra, oratio. Altera quoque eiusdem argumenti, ad Marcum Verum Antonini successorem defensio. Oratio item alia ad Græcos scripta, in qua multa de natura dæmonum facit uerba: quæ sanè diu multumcp, & apud Græcos sapientes, & apud nostros agitata est quæstio. Liber rursus alius ad Græcos editus, cuius titulus est, * Confutatio. Item liber de monarchia DEI, cuius argumenta & locos non solum ex nostrorum, uerum etiam profanorum authorum libris decerpsit. Præterea liber qui inscribitur, Psaltes. Scholium de anima, in quo quæstionibus uarijs Philosophorum Græcorum expositis, opiniones quasdam apponit, aduersus quas rationes suas se aliquando producturum, sententiamcp suam alio commentario expositurum pollicetur. Liber contra Marcionem Ponticum compositus, in quo hæc quoque scribit: Marcion Ponticus hodie quoque sectatores suos docet, alium quendam cc
maiorem eo qui creauerit omnia, esse DEVM, qui etiam per omne genus homi- cc
num, dæmonum fretus auxilio, permultis persuasit, ut blasphema dicerent, & cc
pernegarent factorem totius huius uniuersi patrem esse CHRISTI, sed alium cc
quendam isto maiorem hunc creasse profiterentur. Atque omnes qui ab ijs pro- cc
uenerunt, quemadmodum diximus, Christiani uocantur: haud aliter quàm, cc
quum philosophis non sint communia dogmata, quod tamen Philosophiæ di- cc
citur, commune omnibus est nomen. Quibus uerbis postea illud addit: Est cc
autem nobis contra omnes hæreses uolumen compositum, quod uobis, si uole- cc
tis, legendum dabimus. Edidit quoque ad Iudæos dialogum, quem Ephesi cc
quum esset, Tryphoni, celebri apud Hebræos uiro, dicauit. In eo clarè profite- B
tur, diuina gratia se ad fidei nostræ professionem esse pertractum: proinde'que
quum multum studij in philosophorum disciplinis consumpsisset, animo se percupido ad ueritatis inquisitionem decurrisse. Dicit quoque multa Iudæos contra CHRISTI doctrinam insidiose molitos esse, huiusmodi ad Tryphonem uer
bis utens: Non modò autem non egistis, super eis quæ malè fecistis, pœniten- cc
tiam, sed uiros eximios delectos Hierosolymis in omnes orbis partes misistis, cc
qui Christianam sectam ut atheam & deos obolentem, impietatis'cp manifestæ cc
compertam esse dicerent: eacp omnia de nobis, quæ qui nos ignorant, loquun- cc
tur, recenserent. Qua propter non uobis tantum ipsis, uerùm alijs etiam prorsus cc
omnibus hominibus iniquitatis estis authores. Scribit præterea, ætate sua do- cc
nà prophetica in ecclesia DEI enituisse. Asserit etiam, Apocalypsim ex profes- e
so Ioannis esse. Redarguit denique Tryphonem acriter, quòd Iudæi multa pro-
phetarũ dicta, manifestè de CHRISTO uaticinantia, sustulerint. Aliæ quoque
plures eius extiterunt lucubrationes. Adeò autem scripta eius ueteribus in pre-
cio fuere, ut Irenæus in quarto aduersus hæreses libro, dicta quædam eius refe-
rat, dicens: Rectè uerò Iustinus in libro aduersus Marcionem inquit: Quin Do- cc
mino ipsi fidem non haberem, si alium quàm rerum conditorem DEVM pro- cc
mulgaret. Rursus in quinto eiusdem operis: Rectè Iustinus dixit, Quòd e
ante Domini aduentum non ausus fuerit Satanas blasphemare cc
Deum, quippe qui nondum condemnationem suam cc
sciret. Iustini scripta sic se habent. e

Eadem

Iustini Philosophi & martyris scripta.

ἔλεγχος

Iustinus de Marcione hæretico.

Marcionis hæresis.

Per diuinam gratiam Iustinus à Philosophia ad Christianismũ perductus.

Authore Iustino, Iudæi plurima contra Christianos sunt machinati.

Prophetica dona in ecclesia, Iustini tempore.

Iudæi è Bibliis dicta de Christo quædam sustulerunt.

Præclarè dicta Iustini.

Apocalysis Ioannis Apostoli est.

CAPVT VII.

EAdem ætate & Egesippus uiguit. Quinqs is libris integram & sim- *Egesippi scripta.*
plicem Euangelicę professionis reliquit doctrinam; in quibus satis
indicat, multos se conuenisse, quum Romam proficisceretur, epi-
scopos, à quibus unã eandemqs doctrinam acceperit. Mentionem
etiam facit Clementis ad Corinthios epistolæ, cuius loca quædam recenset.
Cõmemorat quoque, ut in episcopi eorum Primi colloquium peruenerit: at-
que inde Romam traiecerit, quum Episcopatum ibi Anicetus teneret. Cuius
diaconum Eleutherum memorat, qui Soteri successit, sicuti is Aniceto. In ur-
bibus porrò omnibus sanam se testatur inuenisse prædicationem, quemadmo-
dum scilicet lex, prophetæ, & Dominus ipse docuerit. Meminit itidem ini- *Egesippus de quibusdã primis hæresibus.* † ὠνομάσθη δέ τις.
tiorum hæresum quarundam, ita inquiens: Posteaquam Iacobus Iustus mar-
»» tyrio est defunctus, sicuti & Dominus, idem ob uerbum: in locum eius, pa-
»» trui eius Cleopæ filius Simeon est suffectus, quem omnes Domini fratrem †
»» patruelem secundum esse retulerunt. Propterea autem Ecclesiam uocaue- *Ecclesia adhuc incorrupta & uirgo.*
»» runt uirginem, quòd nondum esset inanibus & uanis corrupta doctrinis. Pri-
»» mus eam deprauare cœpit, quòd in petitione episcopatus repulsam tulisset,
»» Thebutes, unus è septem hæresibus, & † plebeius: à quibus & Simon, unde *οὐ τῷ λαῷ ὤν.*
»» Simoniani dicti: & Cleobius, unde Cleobiani: & Dositheos, unde Dosi- *Septem primæ hæreses.*
»» theani: et Gorthæus, unde Gorthæani: & Masbotheus, unde Masbotheni. Ab
»» ijs & Basilidiani, & Saturniniani. Hi pro se quisque, proprias seorsim indu-
»» xerunt opiniones. Ab ijs Pseudochristi, pseudoprophretæ, pseudapostoli,
B qui unitatem ecclesiæ diuiserunt, perniciosis sermonibus aduersus DEVM
»» & aduersus CHRISTVM eius. Scribit uerò de Iudæorum quoque hære- *Hæreses Iudaicæ.*
»» sibus, dicens: Fuerunt autem uariæ quoque in circumcisione inter filios Israel
»» aduersus tribum Iuda & CHRISTVM ipsum, sententiæ & sectæ: uidelicet
»» Hessæorum, Gallilæorum, Hemerobaptistarum, Masbotheorum, Samarita-
»» norum, Saducæorum, Pharisæorum. Scribit insuper alia plurima, quorum
partem antea suo quæque loco adducentes retulimus. Atque in ijs quædam ex *Euangelium Hebræum.*
Hebræo & Syriaco Euangelio, & de Hebraica lingua affert. Tum autem satis
indicat, à Iudæis se ad Christianismum peruenisse. Mentionẽ quoque aliarum *Egesippi et antiquorum de Prouerbijs Salomonis iudicium. Item de libris Apocryphis.*
rerum facit, ex Iudaica sine scripto traditione. Et uirtute omni refertam sapien-
tiam Prouerbia Solomonis uocat: non ipse uerò tantum, sed & Irenæus, &
plerique omnes qui uetustate sunt insignes. De ijs autem libris qui Apocry-
phi dicuntur, dicit, ætate sua ab hæreticis quibusdam, ea quæ sunt conficta, illis
esse clàm inserta.

CAPVT VIII.

AB hoc ad Dionysium Corinthium oratio conuertenda, qui ecclesiæ
eius loci præfuit: & non solum pio & sancto labore eis qui curę eius
fuerãt commissi, sed etiam qui in longinquis essent regionibus, plu-
rimùm profuit, omnibus seipsum facilem præbens, et epistolas Ca- *Dionysij Corinthij scripta.*
tholicas ad eos scribens: quarum una ad Lacedæmonios est, catechesim & in-
stitutionẽ orthodoxiæ rectioris'cp doctrinæ continens: cuius titulus est, De pa
ce & unitate. Secundã ad Athenienses dedit, qua eos ad sincerã fidẽ cõplecten-
dam excitat, cum legitima obiurgatione: quòd parum essent ad accuratũ Euan
gelicæ doctrinæ & uitæ institutum intenti, quippe qui prorsus ferè à professio
ne Christiana desciuerint, ex quo in eorũ temporum persequutione Publius

q episcopus

episcopus eorum è uita martyrio cõsignata excesſit, cui Quadratum ſucceſsiſ- A
ſe, eccleſia gubernanda, commemorans, ſtudio diligentiaq; eius cõuentus fide-
lium denuò agi cœpiſſe, & fidei igniculos rurſus excitatos eſſe, dicit. In ea epi-
ſtola quoq; indicat, Pauli cohortatione Dionyſium Areopagitam epiſcopatũ
eccleſiæ Athenienſium ſuſcepiſſe. Scripſit aliam quoque ad Nicomediæ eccle-
ſiam, in qua Marcionis hæreſim uehementer impugnans, eccleſiaſtico Canoni
inſiſtit atque innititur. Ad Gortynios etiam, & reliquas per Cretam eccleſias
alia circumfertur, in qua, quùm epiſcopum eorum Philippum, quòd eccleſiam
ſuam fortitudinis & uirtutis omnis laude florentem ritè gubernauit, commen-
dat: tum in fine eos hortatur, ut ſibi à fraude & peruerſitate hæreticorum ca-
ueant. Amaſtridi porrò & Ponticis eccleſijs ſcribens, Bacchilidæ, & Elpi-
ſti, qui eum ad ſcribendum ſint cohortati, & Palmæ epiſcopi mentionem in-
fert. In ea epiſtola, multas ſcripturarum ſolutiones & declarationes exponit:
Peccatores quicunq; pœnitentiam agentes in eccleſiã recipiendi. multa de caſtitate & coniugio refert. Iubet etiã omnes qui à quacunque hære-
ſi, delicto, & peccato, per pœnitentiam conuertantur, ad eccleſiam benignè
recipi. Has conſequitur, quæ ad Gnoſios eſt data epiſtola: in qua epiſco-
pum Pinytum admonet, † ne cœlibatus onus tanquam neceſſarium fratribus
imponat, ſed infirmitatis multorum rationẽ habeat. Ad quam ille reſcribens,
Dorotheum hypocrisin damnans. quùm uirum eum admiratur, laudat, et complectitur: tum ab eo maturiores fir
mioresq; petit literas, quibus illis meliorem ſolidioremq; cibum impertiat, ne
puerilibus innutriti alimentis, in lactis nutricatione conſeneſcant. Per quam
epiſtolam, non modò Pinytus orthodoxam rectamq; fidem, ſed & eloquen-
tiam, diuinamq; prudẽtiam & curam ſuam, quam de gregis ſui profectu & uti
litate geſsit, ſatis declarat. Sed ad Soterem quoque Romanæ urbis epiſcopum
Pinytus Epiſcopus Cnoſſius. epiſtolam dedit, ex qua perpauca hic inſerere placuit, de conſuetudine eccle- B
ſiarum, quę uſque ad perſequutionem durauit. Eam quum ipſe quoque appro
bet, ita refert: Iam inde ab initio hæc uobis eſt cõſuetudo, ut fratres omnes ua-
Vetus Romanæ Eccleſiæ cõſuetudo, Eccleſijs & afflictis Chriſtianis eleemoſynam mittendi. rio beneficiorum genere afficiatis: & eccleſijs multis, quæ paſsim ſunt in urbi- «
bus, ſubſidium mittatis: per quod iamdudum & egenorum penuriam recrea- «
tis, & fratres in metallis opus facientes alleuatis, moremq; Romanum à maiori «
bus acceptũ Romani retinetis. Quẽ non modò conſeruauit, ſed adauxit etiam, «
beatus epiſcopus ueſter Soter, quùm liberaliter munera ſanctis ſummittendo, «
tum fratres ad nos redeũtes, ut filios ſuos pater amantiſsimus, ſermonibus bea «
tis cohortando. In ea ipſa epiſtola, & Clementis ad Corinthios epiſtolæ me- «
Epiſtola Clemẽtis Romani, Corinthi in eccleſia lecta. minit, ſuperioribus temporibus more antiquo in eccleſia eam legi ſolitam ſi-
gnificans, inquit enim: Hodiernum tranſegimus Dominicum diem, quo epi «
ſtolam ueſtram legimus, quam etiã deinceps ſemper cohortationis inſtitutio- «
niſq; noſtrę gratia legemus: itidem ut alteram illam à Clemente ad nos ſcriptã. «
Epiſtolæ Dionyſij Corinthij adhuc uiuentis, ab emulis depraua-tis. Inſuper & de epiſtolis ipſe ſuis, tanquam callidè deprauatis, ita ſcripſit: Epi-
ſtolas enim fratrum rogatu ſcripſi, ſed eas diaboli apoſtoli zizanijs compleue- «
runt, quædam quidem expungentes, quædam autem inſerentes. Quibus «
Væ illud eſt repoſitum. Non mirãdum certè, ſi etiam Dominica ſcripta non- «
nulli corrumpere ſunt auſi: quando noſtris, etiam illis longè diſsimilibus, in- «
ſidias ſtruxerunt. Eſt etiam epiſtola eius ad Chryſophoram, fide-
lem ſororem: cui ille conuenientia ſcribens, rationali eam
exſatiauit alimento. Hæc de Dionyſio.

CAPUT

† Μὴ τὸ βαρὺ φορτίον τῆς ἀγνείας, ὡς ἐπαναγκες, ἐπιτιθέναι τοῖς ἀδελφοῖς, τῆς δὲ τῶν πολλῶν ἀδυναμίας κατασχεῖν δοκεῖ.

A

CAPUT IX.

THeophili autem Antiochiæ epiſcopi ad † Autolycum tres feruntur Inſtitutionum libri. Et aduerſus Hermogenis hæreſim liber, in quo multis utitur teſtimonijs ex Ioannis Apocalypſi. Extant eius quo que ſcripta alia, diuinis referta doctrinis. Cæterùm ea tempeſta- *Theophili Antiocheni ſcripta.* *† Alij habent Anatolium.*
te, quum hæretici zizaniorum more, in ſincera & pura ſemente Eccleſiæ, ualde
ſuccreſcerent, eccleſiarum per orbem Epiſcopi illos perinde atque ſylueſtres
feras propellendo arcebant, aliquando quidem ſcriptis ad fratres exhortatio-
nibus & præceptis, nonnunquam uerò etiam ſola uerborum ui in faciem hoſti
bus ad eos euertendos congreſsi: quandoque libris editis, denſis atque certis
confutationibus eos perſequentes. Ex quibus etiam unus eſt, de quo nunc agi-
mus, Theophilus, fortis ſanè propugnator: quem contra Marcionem ſtrenuè *Libri eius aduerſus Marcionem.*
rem geſsiſſe, erroremq; eius & fraudẽ in publicũ produxiſſe, ex libris eius qui
adhuc circumferũtur, ſatis apparet. Sed nõ is modò contra Ponticum Marcio
nem depugnauit: ſed & Philippus, quem paulo antè ex Dionyſij uerbis, epiſco *Item Philippi Gortynæ epiſcopi. Irenæi. Modeſti.*
pum Gortynæ fuiſſe didicimus, luculentum aduerſus eundem edidit librum.
ſicuti & Irenæus: & Modeſtus, qui præ cæteris maximè impoſturas eius & de-
prehendit, & redarguit. Quin & plures alij certamen contra eum ſuſceperunt:
quorum monumenta ad hoc uſq; tempus à ſtudioſis ſunt conſeruata.

CAPUT X.

B ISdem temporibus Melito quoq; Sardianus, & Apollinaris, Hiero-
politanæ eccleſiarum epiſcopi, eloquentia ſimul Apoſtolicaq; do-
ctrina in primis floruere: qui ambo ſeorſim apud Marcum Antoni-
num iuniorem, Chriſtianam defendẽtes religionem, orationem ha-
buere. Melito ſanè duos de Paſchate compoſuit libros, in quorum principio,
» quo tempore eos conſcripſerit, oſtendit hiſce uerbis: Sub Seruilio Paulo Aſiæ *Scripta Melitonis & Apollinaris.*
» Procõſule, quo tempore Sangaris martyrium obijt, quæſtio magna Laodiceę,
» de Paſchate, quod tẽpeſtiuè in eos incidit dies, eſt exorta, hæc quoq; à me ſunt
» perſcripta. Iſtorum librorum Clemens quoque Alexandrinus meminit, in
ſuo de Paſchate opere, quod ſe propter Melitonem compoſuiſſe teſtatur. Prę-
terea Melitonis liber circumfertur, de Politia & prophetis, item de eccleſia, a-
lius de die Dominico, alius de natura & figmento hominis inſcriptus. Item de
obedientia fidei: de ſenſibus, eorumq; ſedibus. Alius pręterea, de anima & cor-
pore. Rurſus, de lauacro & ueritate. De fide, & de natiuitate CHRISTI. Inſu-
per de prophetia, & de hoſpitalitate. Item is qui dicitur Clauis, de diabolo, de
Apocalypſi Ioannis, de incorporato DEO. Ad hos accedit liber Antonino ob-
» latus, in quo de rebus noſtris talia quædam memorat: Quod antea nunquam *Defenſio Melitonis pro Chriſtianis ad Antoninũ Imperatorem.*
» eſt factum, id nunc tandem fit, ut cultores DEI affligantur, et edictis propoſitis
» per Aſiam, proſcribantur. Impudentiſsimi enim ſycophantę, & qui alienis bo-
» nis animum per cupiditatem & auaritiam adiecere, occaſione ex principũ cõ-
» ſtitutionibus arrepta, diu noctuq; propalàm excutiunt & rapiunt eos, qui ni-
» hil admiſere mali. Ac ſiquidem hæc iuſſu tuo fierent, probarentur ſanè. Iuſtus
» enim princeps nihil iniuſti ſtatuerit unquam: & nos æquo libenti'que animo
» cædium eiuſmodi ferremus honorẽ. Et te illud modò rogaremus, ut ipſe prius
» rem diſpiceres, authores'que tantæ pertinaciæ inquireres, atque ex æquo &
» bono decerneres, ſupplicio'ne & morte, an ſalute & quiete ſint digni. Sin au-
» tem te quoque ſciente conſtitutio & ſanctio hæc eſt promulgata, ut nouo pror

ſus more, igne & laceratione in corpora ciuium fœuiatur, quod antea ne ad- A
uerſus barbaros quidem hoſtes facere decuit: multo magis obſecrandus nobis «
es, ne nos in tam aperta & publica uiolentia & direptione deſpicias. Poſthęc «
Chriſtiana religiõe promulgata, Romanũ imperium ad ſummum floreſcit ſub Auguſto principe peruenit. etiam illa refert: Philoſophia noſtra antea quidem inter barbaros uiguit. Et «
quum in Romani imperij prouincijs, ex maioribus tuis, Auguſto Cæſare re- «
rum potiente, effloreſceret, admodum Imperio tuo commodauit. Ex eo nam- «
que tempore in immenſum res Romana creuit, cuius tu ſucceſſor optatus fa- «
ctus, diutiſsimè imperium adminiſtrabis, ſi unà cum filio tuo, philoſophiam «
iſtam, quæ cum Imperio quaſi ſimul nutrita, & cum Auguſto incremenra ſua «
cœpit, conſeruaueris. Ea quippe & à maioribus tuis, præ cæteris religionibus, «
eſt habita in precio. Profeſsionem porrò noſtram Reipublicæ bono eſſe, illud «
in primis indicat, quòd uigorem ſuum habere cœperit uigente maximè Impe- «
rio: & quòd in Auguſti rerum adminiſtrationem nihil aduerſi inciderit, ſed è «
Nero & Domitianus Chriſtianorũ perſequutores. diuerſo proſpera omnia & præclara ex arbitrio et uoto omniũ ſucceſſerint. Soli «
reperti ſunt Nero & Domitianus, qui ab inuidis & malè conciliatis quibuſ- «
dam hominibus perſuaſi, profeſsionem noſtram calumniæ expoſitam eſſe uo- «
luerunt. A' quibus, more iniquiſsimo, per illos impudentis ſycophantiæ pro- «
fluxit mendacium. Sed enim pij parentes tui, imperitiam illorum correxerunt, «
multis ſæpe reſcriptis eos obiurgantes, qui de nobis præter leges & æquita- «
tem, quidquam ſtatuere aut tentare fuiſſent auſi. Inter quos auus tuus Hadria- «
nus, quùm ad alios plures, tum ad Fundanum Aſiæ proconſulem, ea de re ſcri- «
pſit. Pater quoque tuus, tecum Imperij res adminiſtrans, in edicto eo quod ad «
ciuitates, nominatim uerò ad Lariſſæos, & Theſſalonicẽſes, & Græcos omnes, «
ne quid rerum nouarum fieret, dedit, de nobis ſcripſit. Te uerò amplius etiam, «
qui de religione noſtra eandem quam illi, immò uerò humanitati & philoſo- B «
phiæ accommodatiorem obtines ſententiam, facturum eſſe perſuaſum habe- «
mus, quæ petimus, omnia. Hæc ille in oratione ad Antoninum. In eis autem, «
quas ſcripſit, Eclogis & ſcripturarum compendijs, ſtatim à principio, One- «
ſiphoro cuidam eo opere inſcripto, ueteris inſtrumenti extra controuerſiam «
poſitos libros recenſet. Eum autem uirum laudibus uehit, quòd & fide proba- «
ta fuerit, & multum ſtudij in ſcripturis addiſcendis poſuerit. Hieroſolyma «
autem ſe ea gratia profectum eſſe aſſerit, ut certa ibi de libris eis comperiret. «
Melito de Canonicis ueteris teſtamenti libris. Itaque numerum & nomenclaturam eorum proferens: Quinque, inquit, ſunt «
Moſæ libri, Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium: Ieſus Na «
uæ, Iudicum, Ruth, Regum quatuor, Paralipomenon duo, Pſalmorum Daui- «
dis liber: Solomonis prouerbia, ſiue ſapientia: Eccleſiaſtes, Canticum cantico- «
rum, Iob: Prophetarum, Eſaiæ, Hieremiæ, & duodecim prophetarum liber: «
Daniel, Ezechiel, Eſras. Deinde infert: Ex quibus Eclogas ſelectasq; ſenten- «
tias & doctrinas collegi, in ſex libros digeſtas. Hæc de Melitone.

CAPUT XI.

Apollinaris libri. Hæreſis Cataphrygas. Montanus hæreticus. Muſani Eccleſiaſtici doctoris ſcripta.

APollinaris autem, quùm multa alia, tum hæc quoque feruntur. Ad Antoninum pro fide oratio. Quinque libelli, in quibus cum Græcis ſeu Gentilibus agit. De ueritate liber unus & alter. Ad Iudæos item libri duo, & quæ præterea contra Phrygum hæreſim compoſuit: quæ non longè poſt res nouas in eccleſiam induxit, tum primùm autem pullulare cœpit, ex quo Montanus cum pſeudoprophetiſsis ſuis à uera fidei uia declinauit. De Apollinari Hieropolitano tantum. Muſani autem, cuius antea meminimus, pulcherrimus extat Dehortatorius liber, ad quoſdam fratres ab

A tres ab eo compoſitus, qui præter rationem ad ſectam Encratitarum deflexe- *Encratitarũ, hoc eſt, continentium hæreſis, prohibentium nubere, iubentium abſtinere à cibis, etc. 1. Timo. 4.*
rant: quæ eis quoque temporibus exorta, nouam pernicioſamq; hæreſim &
opinionem in orbem intulit. Ducem eius & authorem fuiſſe, hiſtoria noſtra an-
tea Tatianum, Iuſtini Martyris auditorem, propagatorem autem Seuerum, in-
» dicauit. De Encratitis Irenæus quoque ita ſcribit: A' Saturnino & Marcione
» Encratitæ nominati, cœlibatum docuerunt, ſimul & primam DEI creationem
» reijcientes, & tacitè cum qui ad hominum propagationem maſculum & fœmi-
» nam creaſſet, accuſantes. Iidem quoque abſtinendum eſſe ab eis quæ ipſi anima-
» ta dicunt, inſtituerunt: † malam referentes gratiam, qui cuncta creauit, DEO. *ἀλλοτρίους τοὺς θεοῦ.*
Pernegant etiam primi hominis ſalutem. Hæc quoque de Muſano. Ea ipſa *Primi hominis ſalus.*
tempeſtate, quum Phrygum aliorumq; etiam hæreſes in Meſopotamia exun- *Bardeſanis Syri ſcripta Eccleſiaſtica.*
darent, Bardeſanes Syrus, quùm linguarum aliarum, tum Syri ſermonis peri-
tiſsimus, præterea uerò hæreticis refellendis exercitatiſsimus, aduerſus Mar-
cionem & alios quoſdam, quinque uariantium inter ſe dogmatum authores,
ſtrenuè cum eis congreſſus, Dialogos, & inſuper alia plurima ſcripta, ſermone
ſuo uernaculo edidit: quæ, quòd fortiter fidei uerbum propugnarent, plures
eius auditores in Græcam tranſtulere linguam. In ijs liber eſt, quem ad Anto-
ninum de fato conſcripſit, ſatisin eo Patrem VERBI exprimens. Sed & alia opu- *Hic ex Valentini, cuius diſcipulus fuit, errore, per contagionem non nihil ægritudinis contraxit.*
ſcula eum, occaſione ex perſequutione accepta, edidiſſe ferunt. Atque hic qui-
dem Valẽtini primùm ſectator fuit: quem quum improbaſſet, fabuloſasq; eius
doctrinas & opiniones ſatis refelliſſet, ipſe quidem ſibi ad perfectionem & fi-
nem rectæ fidei peruenisse eſt uiſus: non omnino tamen ueteris opinionis fug,
quæ in habitum abierat, ſordes abſterſit.

CAPUT XII.

a Caius ſcriptor Eccleſiaſticus. b Tertullianus. c Magiſtrum eum appellare ſolitus. d Milites Chriſtiani ſub M. Antonino merentes, pluuia in ſumma ſiccitate, & uictoriam in ultima propè deſperatione, à Deo precatione ſua impetrarũt. ex uictoria Antoninus Marcomannicũ bellũ cõfecit, et Pannonias Marcomannis, Sarmatis, Vandalis, ſimul & Quadis extinctis, in berauit. Oroſ. li. 7. ca. 15. Iul. Capitolinus, Eutropius.

BEd & alij plures Chriſtiano planè animo pro fide noſtra decerta-
runt, & aduerſus hæreſes depugnarunt: eccleſiæ que ſtatu & mo-
ribus receptis, alijs que quæ uel ſcriptis uel ſine ſcriptis à maiori-
bus acceperiſſent, in literas relatis, libros plurimos poſteritati reli-
querunt. Quibus[a] Caius & Tertullianus meritò ſunt annumerandi, qui plu-
rima certè & pulcherrima ediderunt ſcripta: quæ ſingillatim recenſere, præ-
ſentis inſtituti non eſt. [b]Tertullianus porrò iſte presbyter fuit, patre centu-
rione natus: cuius lectione Cyprianus plurimùm eſt delectatus. [c]Et, quòd eſo
quentia admodum polleret, multos ſub Seuero Imperatore compoſuit li-
bros. Sed poſtea propter cleri Romani inuidiam, ad Montani eſt delapſus
dogma. Et libros aliquot aduerſus eccleſiam, Montani opinionem defen-
dens, edidit. Scripſit etiam de continentia, de perſequutione, de ieiunio,
de monogamia, de ectaſi libros ſex: contra Apollonium ſeptem, & plures
alios. Quibus Apologiam pro fide ad Senatum Romanum addidit, in qua
commemorat: [d] Quum Marcus Antoninus bellum contra Germanos & Sar-
matas gereret, aciem que aduerſus hoſtes ſtrueret, exercitum eius omnem,
propter ſitim grauem & diuturnam, ad rerum omnium inopiam & deſpera-
tionem peruenisse, ac legionem noſtram in genua more noſtro procubuiſſe,
precantem, atque DEI opem implorantem: eamq; rem ut nouam & inſo
litam, hoſtibus terrorem ingentem incuſiſſe. Atque illis ad eum modum o-
rantibus, aliud inſuper maius, præter opinionem & expectationem, accidiſſe.
Quùm enim frequentibus fulminum ictibus hoſtes pulſos: tum qui ea ſunt
ſubſequuti, multa denſorum imbrium ui, exercitum iamiam ſiti & aquæ pe-
nuria interiturum, recreatum & reſtitutum eſſe. Tam efficaces ſcilicet noſtro-

rum fuisse preces. Hanc rem profani etiam historici tradidere, qui de Romanis A
imperatoribus scripserunt: non illi quidem precibus nostrorum miracula tanta adscribẽtes, (quomodo enim id facerent, qui alienis prorsus à nobis sunt animis?) sed qui partium nostrarum sunt, aut nobis fauent, nulla deprauati affectione, † simpliciter & uerè hominibus id factum nostris tribuunt. Ex quibus Apollinaris memoriæ mandauit, Imperatorem statuisse, ut legio ea quæ ex Christianis constaret militibus, * prærogatiua quadam principem in exercitu obtineret locum, aliísque semper præiret copiis, cui idem etiam Imperator nomen † Ceraunoboli, hoc est, fulminatricis imposuit. Sed & Tertullianus λεγεωνοβόλος
satis idoneus & locuples eius rei fuerit testis, qui scribit: Marci prudentissimi « Imperatoris etiam tum literas extitisse, quibus illam Germanicam sitim, quum « iamiam aquarum penuria exercitus periturus esset, Christianorum militum « precationibus impetrato imbri discussam contestatur. Eundemque Imperato « rem capitis quoque pœnam constituisse dicit Christianorum accusatoribus. « Ac deinceps subiungit: Quàm igitur sunt iniqui iudices isti, qui in nos solos in- « quirunt, impij, iniusti, crudeles? quos Vespasianus † seruari nõ iusserit, quam- « uis Iudæorum uictor? Quos Traianus ex parte frustratus sit, uetando inquiri « Christianos? Quos neq; Hadrianus, quanquam curiositatum omnium explo- « rator, neque qui appellatus est Pius, prosequendos sanxerit? Caius autem sub « Zephyrino, aduersus Proclum Montani studiosum, dialogo cõposito, in quo « temerariam eius audaciam taxat, quòd nouam induxerit prophetiam, maxi- « mam est consequutus laudem & gloriam.

Ἀπλῶς καὶ οὐκ ἐπιτηδείως πρόσωπον. Vtiam legionẽ Christiani nominis id impetrasse, Dion author est. Suidas rẽ omnem in Iulianum quendam mysten coniecisse uidetur.

ἐν ἐφόλκαις: Seruari hic dictum, sicut apud Terentium, Me infensus seruat. Cuius scriptum.

CAPVT XIII.

CAeterùm Irenæus Lugdunensis ciuitatis, quam Rhodanus præter B
fluit, episcopus, Pothini, qui nonagintà annos natus cum reliquis in Gallia martyribus, de quibus paulo pòst agemus, uitam finijt, successor in tenera sua ætate Polycarpi auditor fuit, & multa uariaque memoria digna reliquit monumenta. Sed quinque eius extant libri, quibus titulum fecit, Confutatio & euersio falsò nominatæ scientiæ. In secundo porrò libro disertè astruit, adhuc suo tempore in ecclesijs plurima extitisse diuinæ & admirandæ uirtutis indicia. Ita enim inquit: Tantum abest ut exuscitandorum mortuorum dono, per orationem, quemadmodum ipse Dominus & « Apostoli fecerunt, careant, ut persæpe, necessitate interueniente, inter fratres, « ecclesia eius loci omni orante, & ieiunio accedente uberiore, spiritus in cor- « pus defuncti reuersus, homoque precibus sanctorum donatus sit. Et rur- « sum: Quod si per phantasiam tantum, & quasi fuco obiecto, hæc Dominum « fecisse dicent, ad prophetica illis scripta deductis, ostendemus, omnia ista ita « de eo prædicta, proindeque etiam certò facta esse, ipsumque solum FILIVM « esse DEI. Quapropter in eius quoque nomine ueri germanique eius discipuli, accepta ab eo gratia, alijs hominibus benignè facere, sicuti ab eo quisque donum est consequutus, perseuerant. Nam quidam dæmones profligant: alii « qui futura prænunciant, uisiones que & responsa habent prophetica. Nonnulli ægrotis

Irenæus Polycarpi discipulus. Eiusdem libri.

Tempore Irenæi in ecclesia adhuc uirtutes diuinæ & miracula uigere.

* Diui fratres tanti Christianæ legionis beneficij memores, per rescriptum etiam Christianam religionem confirmarunt, Christianos accusari uetuerunt, & eiusdem conditionis cum cæteris esse in honoribus adipiscendis constituerunt. Constitutio eorum perstringitur l. generaliter. §. fin. ff. de decuri. Eis, qui iudaicam superstitionem (Christianam professionem intellige) sequuntur, Diui Verus & Antoninus, honores adipisci permiserunt: sed & necessitatem eis imposuerunt, qui superstitionem eorum non lædërent, Vlp.

Alij ægrotis subueniunt, & manuum impositione eos restituunt. Iam uerò, sicuti
» diximus, mortui etiam resuscitati sunt, qui satis diu inter nos fuerunt superstiti-
» tes. Quid enim dicam? quum numerum donorum DEI inire non sit, quæ
» per orbem terrarum omnem ecclesia à DEO accepta, in nomine IESV CHRI-
» STI, sub Pontio Pilato crucifixi, quotidie populis benefaciendo exhibet &
» præstat? neque quempiam defraudans, neque argentum emungens. Sicuti e-
» nim gratuitò à DEO accepit, ita etiã gratuitò ea dispensat. Similia quoque alio loco profert: Sicuti multos audimus fratres in ecclesia prophetica dona habentes, uarijs per Spiritum linguis loqui, hominumque occulta in lucem, utilitatis eorum gratia, proferre, & mysteria arcana que DEI consilia declarare. Hæc hactenus.

CAPVT XIIII.

EAcit is etiam sacræ scripturæ mentionem, & testamẽtariorum eius librorum, primo loco quatuor Euãgelia recẽsens, ita ferè sicuti nos in fine secundi Tomi exposuimus. In quinto autem argumẽti eius quod dictum est libro, Ioannis quoque Apocalypsis, epistolæq; eius, & item Petri epistolæ meminit. De Apocalypsi uerò & hæc scribit: Hæc
» sic habent, atque in omnibus emẽdatis & antiquis exemplaribus numerus iste
» inuenitur. Testificantur hoc etiam illi qui Ioannem de facie uiderunt: uerbaq;
» insuper ipsa declarant numerum nominis bestiæ, iuxta Græcorum calculum,
» per eas quæ in ea sunt literas esse expressum. Et rursum: Nos equidem non
» periclitabimur de nomine Antichristi quidquam certò asseuerare & confirma
» re. Quod si enim hac ætate nomen eius propalàm prædicatum oporteret, per
» eum id indicatum fuisset, qui Apocalypsim & reuelationem ipsam uidit. Nõ i-
» ta dudum namque is uisus est, nostra propè ætate, circiter Domitiani imperij
B finem. Mentionem etiam Irenæus facit Sapientiæ Solomonis. Recipit quo-
que eum qui dicitur Pastoris librum, cuius illo utitur testimonio & authori-
» tate: Rectè igitur scriptura dicit: Crede in primis unum esse DEVM, qui om-
» nia creauit & perfecit. Meminit item Presbyteri cuiusdam, Apostolicæ uitæ uiri, cuius nomen non exprimit. Ego autem Ioannem alterum esse puto, qui Ephesi fuit, Presbyter ita cognominatus: cuius etiam enarrationes & dicta memorabilia multa scriptis suis inserit. Meminit præterea Clementis, & Iustini, eorumque loca quædam allegat. Quæ is autem de Septuaginta interpretum translatione diuinitus inspiratarũ scripturarum scribat, æquum uidetur ipsius uerbis referre. Itaque DEVS homo factus est, & ipse DOMINVS
» saluauit nos, uirginis signo exhibito, & non, sicuti quidam dicũt, perperã transalma.
» ferre scripturam ausi. [a] Ecce adolescentula uterum gestabit & pariet filium: ita
» ut Theodotion Ephesius, & Aquila Ponticus, Iudæi proselyti ambo uerterũt:
» quos cõsectati Ebionitæ, ex Iosepho eum prognatũ esse dicunt. Et paulo pòst
» inquit: Priusquã Romani imperiũ in Iudæos haberent, & Macedones adhuc
» Asiam obtinerẽt, [b] Ptolemæus Lagi bibliothecã, quam Alexandriæ magnificè
» instruxerat, ingenti studio omnis generis bonorum librorum copia exornare
» contendens, à Hierosolymitanis petijt, ut sibi habere liceret in Græcã linguam
» eorũ scripturas translatas. Tum illi, quòd Macedonibus adhuc subiecti essent,
» ex senioribus suis, scripturarum sacrarum & utriusque sermonis peritissimos
» septuaginta uiros ad eum miserunt, DEO hoc sic disponẽte. Ptolemæus autem,
» de quolibet eorum [c] seorsim periculum facere uolens: simulq; timens ne ex con
» uentione, per uersionem suam, scripturarum ueritatem celarent & supprime-

Canonici nouẽ testamenti libri.

De Apocalypsi Ioannis.

De reuelatione Antichristi.

Sapientia Solomonis.

Authoritas ex Pastore.

a De loco illo Esaiæ, Ecce uirgo cõcipiet, et pariet filiũ. Esa. 7.

b De Septuagintà interpretibus historia.

c Hieron. in præfatione in Pentateuchũ. Vna basilica interpretes LXX cõgregatos cõtulisse scribit, nõ prophetasse: Aristeæ & Iosephi sequutus authoritatem.

rent, seiunctos eos, eundem librum omnes uertere iussit. Id'que in omnibus A
uoluminibus fecit. Deinde quum illi apud Ptolemæum conuenirent, & uer-
siones suas inter se conferrent, simul & DEVS est glorificatus, & scripturæ eo
modo ad notitiam & cognitionem hominum peruenerunt. Euenit enim, ut
omnes omnium translationes à principio ad finem usque, eisdem loquutioni-
bus & uerbis sint conceptæ: adeò, ut hodie quoque gentes omnes persuasum
habeant, de consilio DEI ipsius uersas esse scripturas. Neque mirandum est,
DEVM hoc ita ordinasse, qui etiam scripturis in populi captiuitate sub Nabu-
Esdras, Mosæ & aliorum libros sacros restituit. chodonosor amissis, quum post annos septuaginta Iudæi in terram suam, Ar-
taxerxis Persarum regis temporibus, reuersi essent, Esdræ sacerdoti è tribu Le
ui inspirauit, ut omnes qui interciderant prophetarum libros denuò compone
ret, & leges Mosaicas populo restitueret. Atque hæc quidem de diuinis scri-
pturis dixit, capite quintodecimo. In tertio autem aduersus Hæreses libro, per
catalogũ episcopos Romanos recenset, usq; ad Eleutherum, qui Soteri succes-
sit. Eleutherum porrò duodecimum per successionem ab Apostolis facit. Enu
merat autem eos, sicuti nos quoque prius in nomenclatura corũ recensuimus.

Vbi uerò de Clemente pluribus agit, seditionis etiam Corinthiæ, & epistо-
læ Clementis meminit. Perlongam enim, inquit, ecclesiæ Corinthi epistolam
Clemens et Telesphorus Ro. Episcopi martyres. ecclesia Romana scripsit, ad pacem & concordiã dissidentes reducens, fidem'q;
eorum, & quam ab initio ab Apostolis accepisset traditionem renouans. Vnũ
porrò, post Clementem, ex Romanis episcopis Telesphorum, magna gloria
martyriũ subijsse inquit. & postremò infert: Nunc autem duodecimo loco ab
Apostolis episcopatus sortẽ ordine & doctrina sua obtinet Eleutherus, & A-
postolorum in ecclesia traditio & ueritatis prædicatio ad nos quoq; peruenit.

Quo autem ardore erga fidem diuinam' que professionem fuerit Irenæus,
abundè testatur epistola, quam Viennenses & Lugdunẽses martyres, quũ ad-
huc in carcere inclusi affligerentur, ad Eleutherũ Romæ episcopum, et Irenẽũ,
qui tum presbyteri dignitate fulgebat, commendantes dederunt. Commenda
Commendatoriæ literæ Viẽnensium martyrum ad Ro. Episcopũ pro Irenæo. tio ea sic habet: Saluere te, rebus' que omnibus semper lætari optamus, pater
Eleuthere. Literas hasce nostras ut ad te perferret, fratri & participi nostro Ire
næo persuasimus. Quem rogamus, ut tibi commendatum habeas, egregium
scilicet testamenti CHRISTI æmulatorem. Quod si sciremus, ex loco & hono-
re aliquo iustitiæ laudem cuiquam parari, ut presbyterum ecclesiæ, qui ipse est,
eum in primis tibi commendaremus. Fit & aliorum Irenæi pulchrorum ope-
rum mentio, ut sunt quædam ad Blastum, & Florinum, & Marcianum scripta:
& disputationum liber. Et item qui ab eo inscriptus est De scientia, ad Græ-
cos, admodum necessarius liber. Et ea quæ de Paschate ab eo sunt dicta: de qui
bus postea loco suo dicemus. Hæc de diuino Irenæo.

CAPVT XVI.

a De martyribus sanctis, qui in Gallia fortissimè pro Christo mortẽ cruciatibus magnis obiere. Alij hæc martyria in tempora diuorum fratrũ Veri & Antonini, oriẽte bello Marcomãnico, ad quod se ambo imperatores parabant, referunt.

QVandoquidem aũt Irenæi & Viennensiũ a Gallicanorum'q; martyrum fecimus mentionem, æquum uisum est, de constantia fortitu
dine'q; eorum pauca referre. Decimus septimus agebatur Imperij
Antonini Pij annus, quum in omnibus terræ partibus turbulento
persequutionis Christianæ spirante uento, populis' que per uniuersum orbem
præcipiti audacia aduersus nos insurgentibus, plurima martyrum millia pro-
pter CHRISTVM mortem obiere: sicuti hoc facile est ex ijs quæ apud certas
gentes sunt facta, coniectura assequi. Testantur id quoque scripta ea, in quæ
tam egregia illorum æternáque memoria digna certamina sunt relata. Verum-
enimuerò

A enimuerò alius quisquam, historia scribenda, ad memoriam posteritatis, stylo
indulgens, transmittat uictorias & triumphos ab hostibus deuictis reporta-
tos, Imperatorias ducum artes, consilio'q; simul & manu res prudenter & fortи-
ter gestas, ac strenuorum militum pro coniugibus liberis & patria ipsa certa-
mina obita, sanguinem'q; pro salute eorum multis prælijs abundè profusum.
Oratio autem nostra de moribus & institutis uitæ & religionis Christianæ
suscepta, impressiones aduersus ueritatem factas, & pacatissima egregiarum a-
nimarum prælia, admirandam'q; & omnem naturæ captum superantem forti-
tudinem & uirtutem eorum qui magis pro pietate ueró'que DEI cultu, quàm
pro charissimis sibi capitibus rem strenuè gesserunt, tropæa' que & uictorias
aduersus inuisibiles hostes partas, coronas' que triumphales persequetur: at-
que ea omnia ueluti in columna, non ærea illa, aut marmorea, sed adamantina
prorsus insculpet, ad memoriam posteritatis omnis sempiternam. Eximium
porrò ea tempestate martyrij tanquam stadium Gallia prouincia erat: in qua
præter cæteras duæ sunt metropolitanæ urbes, Lugdunum, & Vienna, quas
reliqua eorum locorum regione emensa, fluuius Rhodanus perstringit. Mar-
tyriorum autem eorum commentarium, urbium earum ecclesiæ illustres, eccle
sijs quæ in Asia & Phrygia fuere, misere, tali præfatione usæ. Qui Viennæ
» & Lugudini in Gallijs habitant, serui CHRISTI, in Asia & Phrygia eandem *Scriptum ecclesiarum Gallicanarum ad ecclesias Asiæ et Phrygiæ, de earum martyrijs.*
» nobiscum redemptionis fidem & spem habentibus fratribus, Pax, & gratia, &
» gloria à DEO PATRE & DOMINO IESV CHRISTO, DOMINO NOSTRO.
Deinde præfationi eiusmodi, alijs quibusdam uerbis additis, tale scribendi ini-
» tium faciunt. Afflictionum ærumnarum' que nostrarum magnitudinem, &
» tantam gentium aduersus sanctos iram, atque eas quas beati martyres sustinue
» runt calamitates, ad plenum perscribere, neque nostræ est facultatis, neque id
B à quoquam fieri posse putamus. Omnibus enim suis copijs in nos irruit aduer *Diabolus persequutionis piorum hominum author.*
» sarius: & in initio statim ipso apparuit, nihil fore terrori nobis præsentiam
» eius. Expertus est genus omne persequutionis & afflictionis, assuefaciens at-
» que exercens suos aduersus DEI ministros. siquidem non ædibus tantum,
» balneis, & foro nobis, sed publico quoque prorsus, necubi nostrûm quisquam
» appareat, interdixerunt. Verùm contra eos pro nobis gratia DEI depugnans,
» infirmos quidem confirmauit, stabiles autem eis opposuit columnas: eos ui-
» delicet homines, qui per tolerantiam omnem, mali illius impetum in seipsos
» pertraherent: qui' que conferre pedem, omne contumeliæ & supplicij genus
» sustinere, & quæ plurima essent, perpauca & exigua esse ducere possent, & i-
» ta ad CHRISTVM uenire festinarent: rebus ipsis ostendentes, indignas es-
» se passiones temporis huius, ad futuram gloriam. Primùm quippe confertim
» uniuersi, quæ eis à multitudine inferrentur, pertulere, contumeliosas inclama-
» tiones, uerbera, uolutationes, rapinas', lapidationes, & carceres: omnia deni-
» que alia, quæ ferocienti multitudini contra inimicos & hostes facere in men-
» tem uenire solent.

CAPVT XVII.

» DEinde scriptum id exequitur, sanctos ad tribunum abductos, atque
» ibi interrogatos, in carcerem coniectos esse. Atq; inter eos Vetium *Vetius Epagathus egregius iuuenis.*
» quendam Epagathum, quùm ætatis flore uigentẽ, tum fide omni'q;
» bonorum operum genere pollentem, tantam multitudinẽ abduci e-
» grè tulisse, & se ad defensionẽ eorum obtulisse, atq; ob tam pulchram profes sio
» nem cum alijs simul abreptum esse. Decem uerò periculi magnitudine uictos,
martyrio

Decem Christiani à martyrio abhorruerunt.

martyrio renunciasse: & sanctis timorem ingentem reliquisse, admodũ metuen A
tibus propter dubium futuri casus exitum, ne scilicet de eo quoq; periclitaren
tur, ut CHRISTO excíderent. Eorum tamen numerum alios paulatim exple
uisse. Optimòs quosque ex utraque ecclesia delectos, & cum martyribus ipsis,
ex gentibus seruos unà comprehensos, eosq; flagrorum ui & necessitate coa
ctos, contra nos ementitos esse, Thyestis cœnas & Oedipi concubitus, aliaq;
item plurima uulgasse, quæ neque auditu neque dictu credibilia essent, neque
etiam unquam post homines natos, quòd facta essent, fidem obtinuissent. Qua
rum rerum infamia uulgò iactata, omnes (inquit) contra nos sunt efferati. Et
qui hactenus propter familiarem consuetudinem & humanitatem moderatio
res fuerant, grauem in nos fremebundi acceperunt animum. Quapropter cru
ciatus orationis uim omnem superantes sancti martyres pertulerunt, satana
summo studio contendente, ut ab eis quoque blasphemiæ quidquam proferretur. Præcipuè autem multitudinis ipsius & militum & Præsidis furor incu
buit in Sanctum, ecclesiæ Viennensis diaconum: in Maturum, recens quidem
illum illuminatum, sed generosum & fortem decertatorem: in Attalum Per
gamenum genere, columen & firmamentum Gallicorum CHRISTI fidelium:
& in Blandillam, quæ seruo quidem serua fuerat, ingenium autem & animum
habuit perquàm liberalem. In ea nimirum exhibuit atque repræsentauit CHRI
STVS, quæ apud homines uilia, ingrata, nullius q; adeò precij habeantur, ea a
pud se in maximum esse honorem, propter egregiam in se piorum animo
rum affectionem & amorem. Quum enim omnes metuerent, heráque etiam
eius carnalis * maximopere de ea esset anxia & solicita, (aderat namque & ip
sa, fortiter certamini pro CHRISTO incumbens) ne illa naturæ imbecillitate, B
uel solam liberiorem professionem nõ perferret, tanto eam animi robore con
fortatam esse tradunt, ut tortores, qui sibi inter se succedentes à matutino tem
pore ad uesperam usque uirgis & fustibus eam cecidérant, animos desponderent, uictosq; se profiterentur, quid rerum deinceps de ea agerent dubij. Ob
stupescentes etenim, mirabantur spiritum prorsus in ea remanere, cuius cor
pus circunquaq; conscissum & apertum esset. At illa, perinde atque ab ineunte
ætate certaminibus esset exercitata, perdurabat: laxamentumq; ei, & (ut ita di
cam) † indolentia plagarum & cruciatuum erat, quòd subinde [a] Christianam † κθναλ-
γησία
se esse proclamaret. [b] Sanctus uerò & ipse tanta animi præsentia, & tam gene
rose & fortiter se carnificibus opposuit, plurimamq; eorum seuitiam & pœnis
incutiendis feritatem adeò superauit, ut ab illis interrogatus, non gentem su
am, non patriam, non nomen, non aliud quicquam, sed unicum hoc in certa
mine & lucta tormentorum omni, Christianum se esse diceret: quum quidem
illi se ex eo, propter tam graues ac intolerabiles cruciatus, degenerem aliquam
nobis que infaustam atque ominosam uocem audituros sperarent. Itaque con
tentione illa cruciatuum summorum inferendorum fracta, ad postremum ære
as squamans candentes mollissimis & tenerrimis quibusque martyris mem
bris asperserunt, & agglutinarunt. Atque ita ex illis quidem sic adustis, nidor
& aruina profluebat: ipse uerò constans & immotus permanebat, fideq; stabi
lis, & aqua uitæ ex cœlesti fonte promananti consparsus atq; recreatus, magis
magisq; cõfortabatur. * Ac corpus totũ inter se membris congruens, martyr
erat: unum totum uulnus, una totum cruenta uibex, contractum prorsus, & ab
humana specie, exteriore sua parte, alienissimũ. In quo ipsemet CHRISTVS pa
tiens, gloriam & laudem ingentem perficiebat, & aduersarium proculcabat.
Apertum quippe reliquis omnibus exhibuit exemplum, nihil ibi esse terribile
& me-

Admiranda Blandillæ per ferendis omnis generis tormẽtis tolerantia.

Serui infideles, ut de Christianis fœdissima quæq; flagitia cõfiterentur, torti.

Quomodo Christiani ab infantia ex odium illud conicti.

Præcipij martyres: Sanctus diaconus, Maturus, Attalus, Blandilla.

* ἀγωνιῶντες a Maximopere pij sanctiq; homines Christiani nomine sunt gloriati, & delectati.

b Mirifica etiã ipsius Sancti patientia.

* τὸ δὲ σωμάτιον ἦν σύμπαν μάρτυς ἓν τῶν συμβεβηκότων. quod etiam sic uerti potest: Ac corpusculum ipsum crudelitatẽ tantã tolerabat: uel, Eadem uerũ quæ acciderant, testis erat. Christus ipse in sanctis martyribus, ut membris suis, patitur.

A & metuendum, ubi adsit DEI PATRIS dilectio: nihil ærumnosum atq; dolen
„ dum, ubi CHRISTI gloria. Aduersarij sanè quidem incredibili animorum tu
„ more & incensione laborantes, ita demum se superiores fore sunt opinati, si ex
„ interuallo deinceps eadem inferrent tormenta. Martyres enim ipsos uel crucia
„ tibus tãtis uictos in impietatem eorum concessuros, uel supplicijs immanibus
„ immortuos, grauem reliquis allaturos esse timorem & terrorem existimarunt.
„ Quod ubi facere sunt aggressi, adeò sunt spe sua frustrati, ut ille corpore tor
„ mentis doloribusq; omnibus releuato, confestim restitutus, usum membrorũ
„ formamq; integram ita receperit, ut quæ ei iterum sunt illatæ pœnæ, nõ excru
„ ciatio, sed sanatio atq; restitutio esse uiderentur, cœlitùs uidelicet ei allato au
„ xilio. Cæterùm Bibliadem etiam quandam produxerunt, eamq; flagris cru
„ delem in modum conscindentes, persuadere illi conabantur, ut sacra nostra de
„ testandum piaculum esse diceret. Illa autem ueluti è somno excitata, longè ali
„ ud, diuersumq; magis quàm ipsi expectantes uolebant, professa est, illud insu
„ per adijciens: Quomodo uerò homines isti infantes uorent, qui etiam ab ani
„ mantium ratione carentium sanguine abstineant? Actalia quum & patere
„ tur & diceret generoso admodum animo, ordini martyrum est allecta. Enim
„ uerò postquam quæsitores isti & carnifices, uirtute CHRISTI ad hunc mo
„ dum infirmiores esse comperti, atq; martyrum impressione & tolerantia pro
„ stráti sunt, ut in carcere eos affligerent, consilium cœperunt. Ita illi tetra hor
„ rentium tenebrarum caligine & pedore excruciantur, & pedum distractio ad
„ quintum usque fidicularum foramen extenditur. Quapropter multi in uincu
„ lis sunt suffocati: multi ægrè uiuentes, spiritum cum dolore traxerunt, omni
„ prorsus humano destituti auxilio. Fuerunt etiam, qui simulatque in carcerem
„ sunt coniecti, quòd grauem eius squalorem non ferrent, decessere, CHRI
„ STO IESV uarijs Martyres modis glorificante. Pothinus autem Lugdunen
„ sis ecclesiæ episcopus, uir imbecillus, ut qui nonaginta supergressus esset an
„ nos, & naturali quidem infirmitate ægrè corpori uitalem auram suppeditaret,
„ spiritu autem propter obeundi martyrij desiderium esset ualidissimus, ad tri
„ bunal est pertractus, corpore tenui & soluto, perinde atque uasculo quopiam
„ animam uix retinens. Atq; ibi consistens, quum pulchram professus esset pro
„ fessionem, à tribuno, quis nam esset Christianorũ DEVS, interrogatus: Quum
„ Christianus, inquit, fueris, scies. Quapropter uiolentius quoque statim acce
„ ptus, plagas tulit. Qui enim propius ei astabãt, manibus pedibusq; in eum in
„ silientes, summa contumelia canos eius afficerunt: qui uerò longius remoti fue
„ rant, quecunq; locus subministrabat tela, in eum coniecerunt. Omnes quidem
„ certè flagitium se & piaculũ committere existimarunt, si quid insolentiæ perui
„ cacis & petulantiæ proteruæ in eum intermitterẽt: eoq; modo se deos suos uin
„ dicare putauerunt. Deinde, quum ægrè iam spiraret, in carcerem est demis
„ sus, ubi biduo pòst spiritum Deo decedens commendauit. † Porrò qui CHRI
„ STVM abnegauerant, ut malefici in martyrum custodiam coniecti, quòd uide
„ rent illos quidem iucũdius relucere, ac lætius florere, hilaresq; gloria & gratia
„ abundantes, nec non suauitatẽ odoris CHRISTI redolentes, unguento scilicet
„ quodam, sicuti nonnullis usum est, ita delibutos, ut uincula eorum quasi com
„ ptorum sponsorum ornatum decentem prę se ferrent: seipsos autem deformes,
„ ac malè olentes, probrisq; obsitos, uindicemq; intra se & carnificem conscien
„ tiam in animis gerentes, qui uidelicet ut illiberales, parumq; uiriles, homicidij
„ sibi ipsis crimen impingentes, omnium præstantissimum nomen reiecissent: ex
„ martyrum conspectu confirmabantur, seq; ab eis recipi rogabant. Atque illi

eos

Corpus Sancti bus à tortoribus fœdissimè excarnificati, formæ q; diuinitus restitutum.

Bibliadis genẽ rositas.

Martyres in carcere squalore & pedore excruciati.

Pothini episcopi martyriũ. ὁ τῆς Λεκανοπόλεως τῆς ἐπισκοπῆς οὐ λαγοδοκῶν πεπεισμένος. Euseb. lib. 5. cap. 1. Nonagenarius martyr.

† Christi negatores fide Christiana abiurata, tanquã malefici in carcerem cõiecti, quum martyrum optatam fortem admirãtur, tum uicem ipsi suam miserantur. Conscientia carnifex.

Non grauatè isti à Martyribus in gratiam & consortium recepti.

eos non grauatè, nullam prorsus suspicionem reliquam facientes, susceperunt. A Ex eo tempore martyria uariè sunt diuisa, atque distincta. Ex multiformibus nanq; & uersicoloribus floribus coronam illi texentes, CHRISTO eam obtulerunt, & maximū illud immortalitatis præmium receperūt. Maturus quidem, & Sanctus, Blandilla & Attalus, in publicum producti, & in amphiteatro bestijs obiecti, eosdem sunt angores experti: plurimisq; tormētis superatis, tandē in sedili ferreo, cui ignis esset suppositus, sunt collocati, ubi ex corporibus eorū adustis nidor ingens redditus, carnifices compleuit. Qui tantum ex constantia martyrum concepere dolorem, ut patientiam illorū tanquam furijs agitati exuperare contenderent. Ac Sanctus quidem & Maturus certamine tanto obito, eo die cursum suum absoluerunt, & gladio cæsi, ueluti uictimæ DEO sunt obla-

Sanctus et Maturus in Domino obdormiunt.

ti. Blandilla autem in stipite distenta, bestijs esca est proposita: faciemq; suppli-

Blandillæ agon.

cij eius qui pro ea est crucifixus referens, magnum cōcertatoribus suis præbuit desideriū, in sorore sua habitum & formam exoptati illius inspiciētibus. Quare illud quoque exhibebat, ac ueluti persuadebat, qui pro CHRISTI gloria patiatur, eum passionibus participem esse uiuentis DEI. Sedenim quum bestiæ eam non attingerent, ad alium reseruata est agonem, ut simul & multis uarijsq; colluctationibus deuicto perplexo illo serpente, certum constantis fortitudinis exemplum fratribus fieret, uilis ipsa & imbecillis, & inuictū habens propu-

Attali certamen.

gnatorem CHRISTVM, diuersisq; aduersariū certaminibus debellans, immortalitatis coronam reportaret. Secundum hanc, Attalus in theatrum ducebatur, cui tabella præferebatur, cū inscriptione huiusmodi: Hic est Attalus Christianus. Erat autem is ex clarorū uirorum ordine, firmā sanamq; obtinens conscientiam, atq; in certaminibus pro CHRISTO susceptis probè exercitatus, & constans ueritatis testis. Quo producto, quum petulantius plebs tumultuare-

Negatores Christi ab Ecclesia matre resipiscentes suscipiuntur.

tur, Præses eum, ut ciuem Romanū, in custodia asseruari iussit, donec Cæsaris de eo atq; alijs explorasset sententiam. Interea qui antea negatione mortui fuerant, spiritum uitæ resipiscentia receperunt: & quos extinctos eiecerat, eos reuiuiscentes mater est cōplexa. Ii dulciore doctrina accepta, ab eo qui nō ult mor-

Ex Martyribus Ro. cines gladio iugulati, alij bestijs obiecti.

tem peccatoris, uirtutem & robur ad perpetiēdum assumpserunt. Nam allato à Cæsare rescripto, quicunq; ex Christianis Romani essent, gladio sunt cæsi: cæteri bestijs sunt obiecti, aut alijs grauibus supplicijs affecti. Primi autem omnium, qui antea pœnitentia usi fuerant, inquirebantur. Spes quippe quæsitoribus erat, eos denuò captum iri. Verùm illi partim martyrum aggregati sunt ordini, partim perditionē sequuti: illi nimirum, qui indigni parumq; firmi fuerāt,

Nonnulli denuò Christum abiurarunt.

Alexāder medicus Martyr.

& de religione nostra minus rectè senserant. Martyrū catalogo ascriptus etiā est Alexāder, artis medicæ peritus, & in Gallijs omnibus notus. erat enim multa dicendi libertate præditus, & Apostolicæ gratiæ nō expers. Et tribunali assistens, ac nutu martyres cohortās, deprehensus & ipse est ueluti certamina parturire. Itaq; iudici delatus, & capitis damnatus, unà cum Attalo bestiarum feritati est obiectus. Sed quū nihil aduersi ab eis sensissent, pluribus defuncti certaminibus, postremò & ipsi ut uictimæ sunt cæsi: Alexander quidem, nihil pro

Attali cædes.

loquutus: Attalus autem, quum in ferreo sedili ureretur, nidorq; ab eo prodiret, illud tantum Romana lingua præfatus, En hoc ipsum est humana uesci carne, quod uos facitis: nos uerò neq; homines uoramus, neq; præterea mali quid quam facimus. Interrogatus etiam, quod DEI esset nomen? respondit, DEVS nomen nō habet, ut homo. Post hos omnes, ultimo gladiatorū die, cum Pontico puero quindecim propè annos nato, generosa Blādilla est producta. Ii per simulachra deorum iurare iussi, nō paruere. Quapropter multitudinis animis aduersus

A aduersus eos efferatis, permultis sunt excruciati tormentis. Et puer quidem supplicijs tantis cedens, reddidit spiritum. Blandilla uerò postrema, ueluti mater generosa, excita, quę liberos uictores ad regem suū præmisisset, festinabat et ipsa per mortem exultans, ueluti ad nuptiale conuiuium: & non ad bestiarū, quibus obijcienda erat, lacerationem. Itaq; post flagra, post bestias, post ahenum, ad ultimū reticulo inclusa, tauro agresti & feroci est obiecta: & quum diu multumq; à belua ea esset iactata, tandem & ipsa est magnificentissimè iugulata. Cuius tantam demirati fortitudinē, immanissimi illi persequutores, haud unquam apud eos uisam esse mulierem tot & tanta supplicia perpeti, testati sunt. His ita peractis, denuò contumelioſa iniquissimorum hominum iniuria sæuire in martyrum corpora cœpit. Quòd namque ab illis essent superati, id in maiorem euasit iram. Proinde & eos qui in carcere mortem obierant, & eos qui uarijs & exquisitis supplicijs excruciati fuerant, ne quis eorum sepulturæ honorem sortiretur, canum nocturnis simul & diurnis tradiderunt custodijs. Præterea quæ à bestia rum feritate & ignis uiolentia superfuerant reliquias, comminutas illas & in car bones redactas, capita quoque & resectamenta eorum per dies plures asseruanda diligentius militaris manus excubijs mandarunt. Ac impij milites partim dentibus in eos stridebant, ut per furorem defunctorum quoq; reliquijs insultarent: partim in ludibrium cadauera uertebant. Si qui uerò uiderentur esse alijs æquiores, probrosè, ubi DEVS eorum esset, quidue illis religio eorum, cui animas ipsi suas posthabuissent, prodesset, requirebāt. Grex autem fideliū in magno fuit mœrore & luctu, quòd humare martyrum cadauera non liceret. Neq; enim ad hoc eis nox profuit, neq; auro ea redimere potuerunt: nedum precibus ullus locus esset apud eos, quibus id maximum lucrum est uisum, si illa sepultura carerent. Sub hæc scriptum, quod diximus, infert: Itaq; corpora sanctorum illorum omni genere ludibrij & probri traducta, & sex diebus sub dio iacta B ta, postea autem combusta atq; in cineres redacta, ab iniquis hominibus in Rhodanum fluuium ibi præterlabentem sunt sparsa, ut nihil prorsus eorum in terris amplius esset reliquum. Et hoc sic fecerunt, perinde atque DEVM deuincere, aut regenerationem eorum præpedire possent: ut ne quam (sicuti illi dicebant) resurrectionis spem habeant, qua ipsi adducti, peregrinam nobis & nouam inducunt religionem, & dura acerbaq; omnia despiciunt, prompti prorsus & parati cum gaudio adire mortem. Videamus nunc, an sint resurrecturi, & si potest eis opem ferre Deus eorum, & è manibus nostris eos eripere. Atq; hæc quidem commentarius ille refert. Facili autem coniectura & ratione conuenienti colligere licet, quæ in reliquis etiam prouincijs sint acta, quantaue tum martyrū extiterit ubique multitudo.

Item Pontici pueri.

Item Blādillæ.

Tortores ipsi à Martyribus uicti.

Cadauera sanctorum martyrū ludibriose tractata.

Sepulturæ honor martyribus denegatur.

Corpora eorū in cineres redacta, et in amnem Rhodanū dissecta.

Ea crudelitate tyranni Christianos à spe resurrectionis absterrere sunt conati.

CAPUT XVIII.

Alcibiades martyr duriorem cōsectans uitam, ab Attalo martyre in carcere admonitus, de seueritate ea remittens, uiborū delectum reiecit, & exemplum mundum.

IN commentario eo aliud quidda̅ memoratu dignum traditur, quod ad multorum utilitatem, si historiæ huic inseruissem, minimè id inuidiosum mihi fore duxi. Alcibiades quidam martyrum choro adscriptus, squalidam planè & duram agebat uitam, & solo pane & aqua uictitans, à cæteris cibis omnibus abstinebat. Quem morem quum in carcere quoq; seruare pergeret, Attalo, qui & ipse post primum obitum certamen eò coniectus fuerat, res ea est reuelata. Is porrò illum admonuit, non rectè facere, qui creaturis DEI non uteretur, & multis exemplum scandali atque offendiculi fieret. Proinde Alcibiades posthac nullo discrimine, omne genus cibi, citra satietatem tamen, cæpit: & gratias DEO egit, qui quod ei defuisset, ita expleuisset. Mi-

nimè namq; ab eis aberat gratia DEI, sed Spiritus sanctus erat cũ eis, omnia cõ- A
fulens atq; dirigens in melius. De eorundẽ martyrũ æquitate atq; humanitate,
scriptura ea quã diximus, talia memorat: In tantũ uidelicet æmulatores fuisse IE
SV CHRISTI, ut quũ in tanta essent gloria, sæpiusq; martyrij agonem obirent,
CHRISTIq; adeò stigmata circumferrent, neq; seipsi martyres uocarẽt, neq; no-
bis permitterẽt, ut eos nomine eocõpellaremus. Quòd si quis nostrũm uel in epi
stolis, uel in sermonibus, martyres eos nominasset, acrius id reprehẽdebant: per-
libenter martyrij appellationem cedentes CHRISTO, uero & fideli martyri atq;
testi, eidemq; primogenito ex mortuis, & duci authoriq; uitæ DEO. Addit præ-
terea illud, qp etiã defunctorum memoriam celebrarint: illos scilicet esse marty-
res, quos CHRISTVS ad se traxisset: se autẽ uiles esse, et nullius rei homines, dicen-
tes. Orationes quoq; pro se fieri petierunt, ut & ipsis certamine cum laude de-
fungi liceret. Qui quum libertate multa freti, rebus ipsis martyrij uirtutem præ-
starent, nomen tamen ipsum sunt deprecati: timore DEI sub potenti manu eius
humiliati, à qua satis deinde sunt exaltati. Et ipsi quidẽ defenderunt omnes, accu
sarunt aũt neminẽ. Soluerũt itidem omnes, ligarũt neminẽ: atq; pro eis qui eos
summis effecissent malis, sunt precati, ita ut id antea fecerat Stephanus. Dein-
ceps scriptũ id hisce de eis uirtur uerbis: Maximũ illis bellum contra aduersariũ
fuit, per charitatis sinceritatẽ, ut belua illa strangulata, quos prius sibi deuoralle
uidebatur, uiuos redderet. Non enim gloriati sunt super delinquẽtium casu: sed
quibus ipsi abundarũt gratijs, & donis, de eisdẽ indigentib. cõmunicarũt. Et ma
terna prorsus habentes uiscera, multas pro eis ad patrẽ profuderunt lachrymas.
Vitam petierunt, & dedit eis, quam proximis suis impertierũt. Et omnes uicto
res ad DEVM transierũt. Pacem semper cõplectentes, & pacẽ nobis cõmendan-
tes, in pace ad DEVM peruenerũt. Non laborẽ aut dolorẽ matri, neq; seditionẽ
aut bellũ fratribus: sed gaudiũ, pacem, concordiã & charitatẽ relinquentes. Hæc B
addidi, tum ꝓpter sincerã piamq; sanctorũ illorũ uirorũ erga lapsos affectionẽ:
tum propter inhumanũ immiserícordemq; eorũ animũ, qui postea superbè &
crudeliter membris CHRISTI insultarũt, nullamq; eorũ per cõpassionis uirtutẽ
habuerunt rationem. Qui sanè etiamsi tum quidq; aut officiose fecerunt, aut re-
ctè statuerũt, nõ cõtinuò tamẽ sibi placeãt, uel supercilia erigãt. Cæterùm quum
iam tum primùm apud Phryges Montanus, & Alcibiades, & Theodotus, pro
phetarũ opinionẽ passim fama obtinuisset (quod enim ea quoq; tempestate ua
ria dona DEI in multis florerẽt Ecclesijs, multis illi uisi sunt charismatũ eorũ par-
ticipes esse, proindeq; ꝓphetię fidẽ meruere) et sententię plurimorũ de eis uaria
rent, qui in Gallia fuere fratres, piũ rectumq; de eis iudiciũ suum, inscriptũ, quod
sæpe diximus, retulerũt, eidemq; quasdã eorũ qui cõmemorati sunt martyrũ e-
pistolas inseruerunt, quas illi ex uinculis & carcere ad fratres in Asia & Phrygia
de nonnullis Ecclesiasticis quæstionibus dederunt. Atq; hęc quidem hactenus.

Admirãda sanctorum martyrum summissio & humilitas, nomẽ martyrũ repudiatũ.

Christus uerus & fidelis martyr.

Memoria defunctorum Martyrum.

1. Petri 5.

Absolutæ & perfectæ Christianæ professionis exoscu-landa exẽplaq; utinã præstarent nostri æui Euangelici homines.

O sanctissima & Christianissima præstantissimarũ animarum pectora.

Aduersus eos qui sanctitatis sibi gloriã arrogãtes, superbè lapsos auersantur, & ab

Ecclesia arcẽt. Gallicani martyres ex ipso carcere iudicium de Montano & prophetia eius suum, in Asiam & Phrygiam per scripserunt.

CAPUT XIX.

ANtoninus autem Veri frater, septẽ annis & quatuor mensibus Ro-
mano administrato imperio, Commodo id reliquit. Cuius decimo
anno, Eleutherus Soteris successor Romæ episcopatum tenuit. Cui
deinde, quũ tredecim præfuisset annos, Victor est surrogatus. Hic
ecclesiam ibi decem gubernauit annis: & successorem Zephyrinum habuit, no-
no imperij Seueri anno. Zephyrino, qui decem & octo annis ecclesiã Romanam
rexit, Callistus est suffectus: qui eam quinq; annis administratam, Vrbano suc-
cessori reliquit. In Alexandrina ecclesia Agrippinus duodecim annos episcopa-
tum gessit.

M. Antonium 19. annis imperasse, scribit Eusseb. lib. 5. cap. 9.

Episcopi Romani. Eusseb. lib. 5. cap. ult.

Alexandrini.

A tum gessit. Ei Iulianus successit: qui decem annis munere sacro obeundo exple
tis, Demetrium successorem recepit. Apud Antiochenos post Maximinũ, qui
undecim annis ecclesiæ gubernator fuit, Serapiõ episcopus creatus est, octauus
ab Apostolis successor. Qui satis diu cũ laude ecclesiæ præfuit, & eam Asclepia
di regendã reliquit. Eisdem temporibus Hierosolymis, in sancta Sion, adhuc
admirãdus ille Narcissus sacrosancto fungebatur munere, quindecimũ obtinẽs
successionis locũ, à secunda, quæ sub Hadriano facta est, eius urbis euersione: ex
quo, post eos qui ex circumcisione ibi fuerunt, episcopos, Marcũ primũ ex gen-
tibus regendæ ecclesiæ prę fectũ esse, antea diximus. Cui Cassianus, sicuti succes-
siones eius ecclesiæ tradũt, est suffectus. Huic autẽ Publius, Publio Maximus,
Maximo † Iulianus, cui ordine successerũt: Caius, Symmachus, Caius alter, Iulia
nus item alter, Capito, Valens, Dolichianus, & ab Apostolorũ successione tri-
gesimus Narcissus. Cæsareæ porrò Palestinæ episcopale munus tum habuit
Theophilus. In Græcia aũt, Corinthi Bacchylus episcopus fuit, Ephesi uerò Po
lycrates, & alibi alij, ut par erat, quamplurimi, Commodo, ac deinde Seuero Ro,
imperium administrantibus. De ijs nunc satis.

Antiocheni.

Hierosolymitani ab urbe iterum euersa ex gentibus lecti.

Eusseb. lib. 5. cap. 12.

† Alij iuliũ habent.

Episcopus Corinth. item Ephesius.

Anno Commodi 1. Eusseb. lib. 5. cap. 9.

In persecutione sub Seuero, Narcissus episcopus Hierosolymitanus annos aliquot in solis locis latuit. Quo tempore interim ei ordine substituti sunt, Dius, Germanio, Gordius, ut infr. libro quinto cap. 10. scribitur, ubi alia huius secessus affertur causa. Alij authores in hoc catalogo Symmachum & Caium alterũ nõ recensent. Eaq; ratione Narcissus, quũ è solitudine reuersus Episcopatũ recepit, à Marco quindecimus, ab Apostolis trigesimus fuerit Hierosolymis episcopus.

CAPUT XX.

BHæreticis aũt, quas diximus, diuinorũ, quos retulimus, uirorũ uir-
tute & doctrina prorsus euulsis, zizaniorũ fator alias insuper semi-
nare nõ cessauit. Sed & priorũ illarũ multi adhuc restabãt surculi, pu
ræ agrorũ CHRISTI sationi officiẽtes, multæ etiã derepentè tum pri
mum initiũ sumẽtes producebant. Omnes tamẽ à Simone & Saturnino, atq; ab
absurda & importuna scientia Cerinthi ortũ traxerũt. Artemon & Montanus
tum primũ pullulabãt, & tanquã serpentes rubetæ interitũ spirantes, uenenato
rum reptiliũ more, per Phrygiã in Asia prouoluebant. Marcionis autẽ secta dis-
secta atq; diuisa erat. Quidã etiam Romæ uigebant, ut Florinus & Blastus, qui-
& ipsi nouas opiniones de uero ueritatis uerbo induxerunt. Et Florinus qui-
dem, quòd in petitione presbyterij repulsam tulerat: Blastus autem, nõ ob dissi-
milem quoq; causam. Quilibet uerò eorũ officina seorsim cõtra uerã pietatẽ in-
stituta, permultos ex ecclesia in errorẽ suũ pertraxit. Sedenim contra Artemo-
nem, eiusq; successorẽ Theodotũ Byzantium coriariũ, qui illius errorẽ multum
prouexit, beatus Victor depugnauit. Redarguit quoq; importunitatẽ eorũ li-
ber, qui paruus Labyrinthus dicitur, quem nonnulli ab Origene cõpositum es-
se autumant: sed eos stylus & eloquutionis forma reuellit. Montano porrò tan-
quam inexpugnabile propugnaculũ DEVS obiecit Hieropolitanæ ecclesiæ anti
stitem Apollinarẽ, uirum eximiũ, qui ad diuinæ doctrinæ cognitionẽ profanas
etiam disciplinas adiecerat. Aduersus hunc quoq; scripserunt Miltiades, Apol-
lonius, Serapion Antiochenæ ecclesiæ episcopus, & alij complures: sicuti & con
tra Proclum, eiusdem hæreseos antesignanum, Caius, quem antea quoq; nomi-
nauimus. Marcionis autem opinioni, eiusq; diuisioni, sapientissimus restitit
Rhodon. Ad Florinum autem, & Blastum, qui Romæ schismatis & dissidij du-
ces fuere, sæpe nobis nominatus Irenęus cohortationes scripsit: ut nuncio uanis
atque inanibus sermonibus & concertationibus remisso, Apostolicis inhære-
rent traditionibus. Enimuero rectè me facturum esse puto, si pernicioforum
eorum hominum illegitima & adulterina dogmata exposuero, & quantum li-
cebit eis præclaros illos uiros opposuero, qui ualidis atq; inuictis diuinorum o-
raculorum argumentis, superfluas & inutiles illorum nugas & deliramenta for-
titer confutarunt.

Primi hæresum authores.

Artemon & Montanus hæretici in Phrygia.

Marcion. Florinus, & Blastus. Victor, Ro. Episcopus, Artemonem & Theodotũ refutauit.

Paruus Labyrinthus.

Mõtanũ Apollinaris impugnauit, & alij.

Proclum Canauium.

Marcionis secta Rhodon. Florinum & Blastum Irenæus.

CAPUT XXI.

Hæresis & deliramenta Artemonis.

ARtemon igitur, qui et Artemas dictus est, eadē quę nos, de DEO uni-
uersitatis huius sensit, cōditorem eum esse rerum omniū dicens. Do-
minum aūt nostrū IESVM CHRISTVM asseruit merū esse hominē,
ex uirgine natū, & uirtute prophetis præstantiorē. Atq; eadem hæc
Apostolus quoq; prædicasse asseuerauit, perperàm exponens atq; deprauās di-
uinarū literarū sensum. Successores aūt eorū diuinitatem tribuisse CHRISTO,
Theodoti Byzantij sutoris. quum antea DEVS nō fuerit, dixit. Coriarius uerò quidā Byzantius, Theodotus
nomine, discipulus eius, alterius sectæ princeps extitit, & multo adhuc peiora
est cōmentus. Præclarā aūt rem se facere existimauit, quòd authoritatem diuini-
tùs inspiratis literis abrogauit, & eas quas ipsemet recepit, corrupit. His Victor
episcopus Romanus, ueluti doctrinā fidei adulterantib. generosè restitit, coria-
riumq; ab ecclesia proscripsit. Qui paruū Labyrinthū cōposuit scriptor, hos re-
darguit, asserētes se eiusmodi doctrinā ab Apostolis & successorib. eius accepis-
se, ueritatemq; usq; ad Victoris tempora, qui decimus tertius à Petro Romanæ
Aduersus hos ex paruo Labyrintho refutatio. urbis episcopus fuit, obtinuisse, & à successore eius Zephyrino corruptā fuisse.
Verba eius sic habēt. Et fortasse id quod illi docebāt, ueri simile fuisset, nisi eis re-
fragarent primùm diuinæ scripturæ, deinde fratrū quorundā Victoris tempo-
re presbyterorū libri, quos illi & ad gentes & aduersus hæreses pro ueritate scri-
Hæretici isti successores Apostolorū primum Christo diuinitatē tribuisse, & scripturas Apostolicas deprauasse, nugati sunt. pserūt: Iustini inq; & Miltiadis, Tatiani, Clementis, & aliorū cōpluriū, in quib.
omnib. diuinitas CHRISTO tribuit. nam Irenæi, Melitonis, & reliquorū, quis i-
gnorat scripta CHRISTVM Deū eundemq; hominē deprædicare? Psalmi etiā et
carmina quæcunq; iā inde à principio à fidelib. sunt cōposita, Verbū Dei CHRI-
STVM laudib. celebrātia, deitatem ei tribuūt. Quomodo igitur ecclesiastico do
gmate à tot annis deprædicato defendi potest, usq; ad Victoris tēpora doctrinā
hanc, ut ipsi dicūt, in ecclesijs obtinuisse? Quomodo etiā nō erubescūt, hæc con-
tra Victorē emētiētes? quū certò sciāt, Theodotū coriariū, qui post Artemonē,
pater & princeps huius diuinitatē negantis defectionis fuit, & CHRISTVM pri-
mus purū hominē esse dixit, à Victore esse à cōmunione repulsum? Si enim Vi-
ctor eadē quæ illi sensisset, (sicuti illorū docet blasphemia) quomodo is Theodo-
tum hęresis eius inuentorē reiecisset? Adhęc, illa adijcit: Scripturas quidē sacras
absq; timore & pudore omni adulterarūt, antiquos fidei canones abrogarunt,
CHRISTVM ignorarūt. Nec illi quid diuinæ literę dicāt quęrūt, sed Euclidē for-
tasse & Galenū adorāt. Et paulo post: Propter eam causam scilicet diuinis lite-
ris manus iniecerūt, emendare se & castigare eas dicentes: et subdola improbita
te simplicē sacrarū scripturarū uim & sententiā deprauarūt, sapientiores se ipso
spiritu sancto iactantes. Memoriæ etiā prodidit, nō uno cōsensu hoc eos fecisse.
Aliter enim Theodotū, aliter Asclepiodotū, aliter quoq; Hermophilū, Apollo-
nidē rursum aliter scripsisse. Quemlibet etiā illorū castigationē propriorū scri-
ptorū edidisse: idq; uariantiū & dissidentiū inter se exemplariū discordantiā in-
dicare. Quosdā etiā istorū refert, nō deprauasse scripturas, sed lege et prophetis
prorsus abnegatis et abolitis, per iniquā et impiā planè doctrinā, sub † gratiæ ob προφάσει
Theodotiani isti Natali, egregio Christi confessori, pecunia expugnato persuaserunt, ut eorum hæresi præesset. tētu, ad extremū perditionis delapsos. Idem scriptor, qui librū eū aduersus eos χάριτος
edidit, de eis quiddā etiā cōmemorat, quod huic operi inserere est uisum. Nata-
lem enim quendā, ex generosis et intrepidis cōfessoribus unū, dicit ab Asclepio-
doto, & Theodoto alio quodā argentario, qui Theodoti illius, post Artemonē
sectæ eius ducis, discipuli fuere, deceptū persuasumq; esse, ut mercede condicta,
(factū id ppter confessionis eius laudē et celebritatem) sodalitati eorū præesset,
eosq;

A eosq; illi centū & quinquaginta † denarios diurnos daturos pollicitos esse. Ita- ναῦν ἐκ τῆς ἐκ-
que quū in eorū hæresi esset, in somnis ei aliquoties CHRISTVS, uerus animarū κλησίας, Niceph. κυνικὰς λυκὰς, hoc est, menstruos, Euseb. lib. 5. cap. ult.
medicus assistens, ut se à tali errore & seductione alienaret, hominē est cohorta-
tus. Minimè enim illū, cp passionū suarū testis & martyr fuisset, ab ecclesia segre-
gatū perire uoluit. Illo quoq; adiecto, nō illum pro istorū opinionibus, sed pro
Euāgelicis dogmatibus, strenuè decertasse. Minus tamē ille uisioni obsequutus
est, honore eo, quē se, quòd deceptis atq; seductis homínib. præiret, habere cre-
didit, captus: & fortasse lucri quoq; splēdore, ut homo, inescatus. Itaq; noctu rur-
sus ei SALVATOR insistens, graues per Angelos flagris intulit plagas. Tum de- Natalis in somnis ea de causa uapulat, & à Christo semel atq; iterū ad pœnitentiā inuitatur.
mum ille experientia edoctus, quantum malū sit, † se DEO opponere: sacco sum τὸ κύριον σεμνὸν θεῦ. Insigne respiscentiæ eius exemplum. βραμβεύων.
pto, & cinere cōsperso, quàm celerrimè cū ipso diluculo ad ecclesiam confugit,
& ad Zephyrini ecclesiæ Romanæ præsidis pedes prouolutus, orationē atq; de-
precationem pro se ad DEVM generis humani amatorem fieri rogauit: publicè
in media plebe uibices, quas acceperat, plagarum ostentās. Eum uerò ita eiulan-
tem & quiritantem miseratus ille, manu porrecta ad pœnitētiam facile quidem
recepit, ægrè tamen ad communionem admisit.

CAPUT XXII.

MOntanus aūt, uico quodā cui nomē est Ardaba ortus, hæresim quæ Hæresis Montani Cataphrygas. dicit Cataphrygas inuenit: & ambitione honoris atq; dignitatis per-
citus, & arrogantia cupiditatecp primatus transuersim actus (ô ab-
surdā & importunā blasphemiā) Paracletū se & diuinū spiritū nomi-
nauit. Mulierculas duas, coniuges suas, Priscillā & Maximillā, prophetissas suas Priscilla et Maximilla prophetisse. uocauit, earūq; scripta propheticos libros esse dixit. Maligno aūt spiritu ple-
nus, sicuti et duæ illæ mulieres, noua quædā & insolentia dicere cœpit: insania a-
B pertè, et dęmonū intemperijs actus. Cæterùm ut adulterinus ille spiritus fidē si-
bi pararet, quędā per illos, † coniecturis ductus, prędicebat et diuinabat, seducēs προφητεύειν. Montani diuinatio. pleroscque, et à recta uia auertēs, promissionūq; tumenti magnitudine inflās: bea-
tosq; eos pronunciās, qui de se quāuis absurdè, magnificè tamen sentirēt. Nō ad-
modū tamē multi ex Phrygibus fuere, qui ab eo erāt seducti. Vniuersalē porrò
et quę sub cœlo est ecclesiā omnē, omni pudore abiecto, impudētissimus ille dę-
mon calumnijs proscindere nō cessauit. Ea hæresi passim uulgata, qui in Asia fue- Hæresis eius excommunicata.
re fideles, sæpe multis in locis regionis eius cōuentus egere, recēs exortā peregri-
namq; inquirentes doctrinā: & tandē sectā eam, ut impiā et execrandā, damnatā
è Catholica ecclesia eiecerūt, atq; à cōmunione propulerunt. Idē Montanus no- Montani nouā ieiunia. Coniugiorum solutio.
uorū quoq; ieiuniorū, præter ecclesiæ cōsuetudinem, author fuit: & de soluēdis
dirimēdisq; cōiugijs legē tulit. De diuina aūt Trinitate, et mundi creatione eadē
nobiscū docuit. Nonnulli tamē ex sectatorib. eius postea, tres diuinitatis subsi-
stentias unū esse sunt opinati: eundē esse patrē, & filiū, et spiritū sanctū, dicentes.
unde etiā Sabellium ex Libya, principia hęresis suæ sumpsisse ferunt. Porrò qui Sabellij Libyci hæresis ortus.
Montani disciplinā secuti sunt, Montanistæ ab eo dicunt. Vocatur quoq; Cata-
phrygas, seu secundū Phryges hæresis, ab ipsa gente scilicet. Appellātur etiā Pe-
puziani, à uico quodā, quem ille Hierusalem uocare solitus est. Priscillæ uerò &
Maximillæ prophetiā, fidē & uenerationē sacrosancto præferūt Euangelio. De
quibusdam sanè eorum mysterijs nonnulli non pauca uulgarunt, quæ illi non
agnoscunt, sycophanticè ea aduersus se excogitata esse affirmantes.

CAPUT XXIII.

VCulenter sanè, id quod antea retulimus, contra hanc sectam scri- Apollinaris Montanistarū refutator.
psit Apollinaris Hieropolita, qui statim in principio scripturæ suæ,
se aduersus eam argumentis quoq; & confutationibus sine scripto
depugnasse ostendit. Librum autem eum ad Abericum quendam

ſcripſit, talem exorſus præfationem: Chariſsime Aberci Marcelle, Mandato à A
te, ut aliquid aduerſus Alcibiadis, fortaſſe autem dicendum, Montani hære- «
ſim, componerem, aliquandiu deliberabundus & hæſitans me continui: non «
Veteres timidè, uereciidè, & piè de rebus diuinis ſcripſerunt. equidem, quòd minus mendacium redarguere, ueritatiq; patrocinari poſſem: «
ſed quòd ueritus ſim, & cauerim, ne cui uiderer ſcripto & lucubratione mea «
aliquid ad Euangelij & noui Teſtamenti libros addere: quibus certè, qui ſibi ex «
præſcripto Euangelij uitam degendam conſtituit, neque adijcit neque adimit «
quicquam. Quum autem nuper Ancyram Galatiæ, & in eccleſiam eius loci, «
quæ nouæ iſtius, non ut ipſi dicunt, Prophetiæ, ſed potius, uti oſtendetur, «
pſeudoprophetiæ nomine eſt decantata, ueniſſem, pro uirili mea, Domini gra- «
tia ſuppeditante, de eis ipſis, & quæ ab eis obijcebantur omnibus, diebus «
pluribus eccleſiæ, omnia diſputans diſſerui. Quod quidem, aduerſarijs repu- «
gnantibus, eccleſiæ pergratum accidit. Oſtendit præterea, quod rogatu «
quorundam, dialogum & diſputationem tum ibi habitam in ſcriptum retule-
Zoticus Oſtrenus presbyter, et Iulianus Apamenus, ſpiritum Maximillæ cohibere ſunt aggreſſi, Euſeb. lib. 5. cap. 16. rit, Zotici cuiuſdam Oſtreni presbyteri mentionem faciens. Deinde poſt bre-
uem digreſsionem, res Montani, qui fuerit, unde prodierit, & quæ delirans
nugatus ſit, exponit: ad eum ferè modum, ſicuti nos de eo paulo antè ſcripſi-
mus. Atque hæc quidem, fraudem ſeductionemq; eius arguens, in primo libro
diſſerit. In ſecundo autem, de obitu eius ita refert: Quandoquidem uerò † pro «
pheticidas nos uocant, quòd immenſas prophetiarum eorum ambages non re- «
cipimus (eos ſe namque iactant eſſe, quos populo miſſurum ſe Dominus promi «
ſit) reſpondeant nobis per immortalem DEVM: Eſt'ne quiſpiam, ó uiri boni, «
ex omnibus ijs qui à Montano, eius'que uxoribus prouenientes docere cœpe- B
runt, qui perſequutionem à Iudæis paſſus, & à legis tranſgreſſoribus occiſus ſit? «
Sed neq; quiſquam eorum comprehenſus, aut pro lege ipſa crucifixus, neq; in «
Iudæorum ſynagogis flagellis cæſus eſt. Aliam autem mortem obijſſe Monta «
Interitus Montani, Maximillæ, & Theodoti. nus & Maximilla dicuntur. A' ſpiritu namq; ueſano uterque agitatus, ſeipſum «
ſeorſim ſuſpendit, eoq; modo ad inſtar Iudę proditoris uitam finijt. Sicuti etiam «
primus prophetiarum eorum defenſor, admirãdus ille Theodotus, quum ſe ſe «
ductionis ſpiritui commendaſſet, poteſtatiq; eius permiſiſſet, iactatus atq; ſubla «
tus in cœlum, ac rurſum delapſus peſsimè periit. In eodem libro aſtruit, diui «
nos quoſdam uiros periculum feciſſe, ut Maximillæ ſpiritum malignum redar-
guerent, uanitatisq; conuincerent: ſed ab alijs impeditos eſſe, qui dæmoni ei ſub
ſeruierunt. Progrediens deinceps, ex ipſo tempore prophetias eiuſdem falſas
Maximillæ prophetiæ falſæ. fuiſſe oſtendit. Tredecimum, dicens, præterijſſe annum, nihilq; earum rerum
quæ ipſa diuinauerat, accidiſſe. Neq; enim uel in uniuerſo orbe, uel in regione
aliqua bellum fuit: ſed & Chriſtianis ex miſericordia & gratia DEI, pax & tran
Montaniſtæ plures ſe martyres habere iactitarunt. quillitas data. In tertio porrò libro, gloriantes eos, quòd plures apud ſe ſint
martyres, idq; certum eſſe indicium prophetici, ſicuti ab eis dicitur, ſpiritus refel
lit. Hocuerò ipſum longè omniũ, inquit, eſt falſiſsimum. Siquidẽ & aliarũ hære- «
ſum nõnullæ quamplurimos habent martyres, nõ ideo tamen pedibus in illorũ «
Catholici martyres coniungi cum hæreticis martyrib. noluere. imus ſententiã. Ac primi ſtatim à Marcionis ſecta Marcioniſtæ dicti, plurimos «
habere martyres feruntur: uerumtamen CHRISTVM ipſum, iuxta ueritatẽ non «
profitentur. Et paulo poſt: Proinde quum Chriſtiani ex eccleſia, ad martyrium «
& profeſsionem uerę fidei & pietatis, unà cum eis martyribus qui Phrygũ hære- «
† περὶ ἀμε- ſis dicti ſunt, uocantur, ſeorſim, nec aſſentientes eis, neq; cum eis cõmunicantes, «
ναίας μαρτυρίας ἐσπ. moriuntur, propterea quòd nolint in Montani muliercularumq; eius ſpiritus «
Niceph. ἀπὸ ἀμαθείας, Euſeb. lib. 5. cap. 16. ſententiã concedere. Id autem uerũ eſſe, quod noſtro quoq; æuo Apamææ, quæ «
ad Mæandrũ fluuiũ ſita eſt, accidit, exemplũ declarat, in Caio & Alexandro ab «
Eumenia martyribus, qui de recta fidei ſententia & opinione decertarunt.

Idem

A

CAPUT XXIIII.

IDem ſcriptum Miltiadis ſcriptoris quoq; meminit, qui & ipſe cõtra
candem hæreſim doctè ſcripſerit, dicta quædam eius ad hunc propè *Euſeb. lib. 5. cap. 17.*
» modum citans. Hęc, quum in cõmentario quodã Miltiadis fratris, in
» quo aſſerit et probat, prophetas nõ in ecſtaſi et cõſternatione loqui *Prophetæ in ecſtaſi non diuinant, iuxta Miltiadem.*
» oportere, inueniſſem, in epitomen & cõpendiũ redegi. Progrediẽs deinde ora-
tione ſua, noui Teſtamẽti prophetas enumerat, in quib. etiam Ammiã quandã, *Prophetæ noui teſtamenti.*
» & Quadratũ recenſet. Talem aũt prophetã ex omnib. eis qui uel in ueteri, uel in *τῶν πνευμα-*
» nouo Teſtamẽto, † ſpiritu ſunt acti, nullũ indicare poterũt: neq; uel Agabũ, uel *τοφορηθέν-*
» Iudã, uel Silam, neq; etiam Philippi filias, aut Philadelphenſem Ammiã, aut Qua *των.*
» dratũ, aut quoſdam alios quicq; ad ſe pertinere gloriabunt. Paulo poſt deinde:
» Ac ſiquidẽ poſt Quadratũ & Ammiã, ſicuti iactitãt, Montani mulieres donum
» propheticũ acceperũt, qui'nam alij poſt Mõtanũ et eius uxores per ſucceſsionẽ
» id acceperint oſtendant. Oportere enim chariſma propheticum in omni eccle-
» ſia eſſe, uſq; ad ſupremũ CHRISTI aduentũ, Apoſtolus arbitratus eſt. Sed quẽ
» nobis indicẽt, nõ habent. Decimus quartus namq; iam agit annus, ex quo Maxi
» milla mortua eſt. Hæc quidẽ is ſcriptor. Miltiades aũt iſte, alia etiam nobis ſtu- *Miltiadis ſcripta.*
» dij diligentiæq; ſuæ de rebus ſacris reliquit monumenta. Vnum ſiquidẽ librum *Apologia eiuſdem pro Chriſtianis.*
ad Græcos, alterum uerò ad Iudæos perquàm eruditè cõpoſuit: ſed & tertiũ ſcri
pſit ad principes, defenſionẽ pro ea quam complexus eſt philoſophia inſtituẽs.

CAPUT XXV.

B

VErùm enimuerò et Apollonius, ſcriptor eccleſiaſticus, orationib, edi *Apollonius cõtra Montanũ.*
tis hęreſim Cataphrygas tum uigentẽ oppugnauit, quùm falſas eorũ
prophetias ad uerbũ refellẽs, tum uitam & mores authorũ eius erro-
» ris traducens, quæ ſequunt, uerbis: Hic ille eſt, qui matrimonia diri-
» mere docuit; hiq; qui ieiunia legibus latis ſanxit: hic qui Pepuzã & Tymiũ, paruã
» Phrygię oppida, ubi quos undequaq; ad ſe pertraxiſſet homines cõtrahere et cõ
» gregare uoluit, Hieruſalẽ nominauit: hic qui cruſcatores et pecuniarũ exactores
» inſtituit: qui ſub prætextu & nomine oblationis, auaricię ſordes & munerum e-
» mũctiones, arte quadã inuenit: qui ſalaria uerbũ eius prędicantib. numerauit, ut
» per uentris curã doctrina eius inualeſceret atq; cõfirmaret. Atq; hæc de Monta
no. deinceps, quę etiã de prophetiſsis eius dicat, audi: Oſtendimus igit has ipſas *Orditur uirtutib. ſuis prophetiſſæ Montani.*
» primarias prophetiſſas, exquò ſpiritu ſunt repletæ, à uiris ſuis profugiſſe, qui er-
» go fit, ut tam impudẽter Priſcã uirginẽ appellãtes, mentiant? Deinde hæc quoq;
» addit: Nõ tibi uidet ſcriptura omnis phibere, ne Prophetę munera & pecunias
» accipiãt? Quũ itaq; egregiã iſtã prophetiſſam aurũ, argentũ, & ueſtẽ precioſam
» accipere uiderim, quomodo eã nõ deteſter & abominer? Et paulo poſt, de qui- *Theomiſon Mõtaniſta falſo ſe confeſſorẽ Chriſti iactitauit.*
» buſdã cõfeſſoribus, eorũ hæc dicit: Præterea Theomiſon inexplebilis auaritiæ uir,
» qui q̃d † profeſsionis ſigillũ perferre nõ potuit, magna pecuniæ ui uincula ſua re
» demit: quo ille nomine, quũ ſummiſsius ſe gerere deberet, glorioſius pro marty-
» re uenditauit. Auſus is etiam eſt ad imitationẽ Apoſtoli, Catholicã ad uniuerſos *ὁμολογίας συ-*
» cõſcribere epiſtolãt: in qua, ſi dijs placet, eos docet, qui melius cq; ipſe de fide ſunt *μείου, hoc eſt martyrium.*
» perſuaſi, & uaniloquẽtię uerba defendit, ſimulq; blaſphema et impia in Dominũ
» & Apoſtolos ſanctamq; eccleſiam uerba effundit. Sub hæc quendã apud eos *Similiter & Alexander.*
martyrẽ Alexandrũ redarguit, q ut prędo captus, & † domini appellatione ſolu- *τὸ κυρίου ὀνὸ-*
tus atq; dimiſſus, familiariter eiſdẽ in gdib. cum prophetiſſa uixit, eiq; pecuniam *ματος.*
» ingentẽ quæſiuit. Cuius, inquit, prędas & latrocinia, aliaq; audacia facinora, pro
» pter quę eſt excruciatus, nõ opus eſt nos cõmemorare, quũ ea in acta publica re- *ὁ ὀνειδόβολιστὴς*
» lata, † Curia habeat, Itaq; iſtorũ quis cui noxã remittet? utrũ prophetiſſa marty-

ri latrocinia, an martyr prophetisse auariciæ lucra? Rursum de prophetis, quorum nomine ipsi sibi gloriantes placent, hæc infert. Quòd si negant prophetas « suos munera capere, illud cõfiteant, si cõuicti fuerint eos dona recepisse, non esse « prophetas: & innumerabilibus id exemplis probabimus. Perne cessariũ aũt est, « omnes prophetæ fructus explorare & excutere. Dic rogo mihi, num propheta « cerussa fucat? propheta stibio linit? propheta formã excolit? propheta tabulis & « talis ludit? propheta fœnerat, & lucro studet? Ad hæc, idem Apollonius in o- « pere suo illud indicat, quòd quadragesimo post anno scriptum id condiderit, ex quo Montanus assimulatã & dæmoniacã prophetiã instituit. Memoriæ quo- *Zoticus Ostrenus exorcista.* que prodidit, Zoticũ Ostrenum, cuius antea quoq; mentionem fecimus, quum iam Maximilla prophetare apud Pepuzã incœpisset, dæmoniũ id cõuincere instituisse. Prohibitũ tamen ab eis esse, qui sectæ illius addicti fuere. Meminit quo- *Thraseæ martyr.* que Thraseæ cuiusdam martyris. Præterea ex ueterũ traditione se accepisse scripsit, CHRISTVM Apostolis præcepisse, ut ne ante duodecimũ annum Hieroso- *Apostoli post Ascensionem Christi, ex. annis Hierosolymis manere.* lymis discederent. Vtitur quoq; in multis locis testimoniis ex Apocalypsi Ioan- *Ioannes apostolus mortuum resuscitauit.* nis petitis, quem etiam mortuũ exuscitasse Ephesi dicit. Scribit insuper alia quædam, fraudem & errorem eiusmodi hæresis explanans.

CAPUT XXVI.

Apollonius Romæ martyrio desunctus sub Cõmodo.

IDem hic Apollonius, in omni genere doctrinæ & sapientiæ clarus, Romæ martyrij perfecit cursum. Nam sub Commodo per uniuersum orbem pax & tranquillitas religioni nostræ data est, & salutiferum uerbum omnem animã ex omni genere hominũ ad uerum DEI B cultum perduxit: & Romæ totæ domus & familiæ simul ad fidem sincerã peruenerunt. Quomodo autem id ferret is, qui pulchris sanctisq; rebus semper insidiatur? Quapropter quùm multa alia contra nos fraudulenter excogitauit, tum sceleſtum quendam, [a] ad suam ipsius fraudem propensum instigauit, ut Apollo- *Perennius præfectus multos nobilium interfecit. Lãprid. Heroãian.* nium ad tribunal protraheret, accusationemq; cõtra eum institueret. Is porrò delator, quòd non legitimè actionem intendisset, Perennio sententiam ferente, cruribus eius fractis, debitas luit pœnas: ex cõsuetudine quadam, quæ contra eos Romæ inualuit, qui res tales ad iudices deferrent. [b] Ipse autem martyr, quum in Senatu Romano, iudice ita statuente, rationem professionis fidei suæ oratione luculenta reddidisset, de sententia Senatus capitali affectus supplicio, è uita migrauit. Qui uerò certius accuratiusq; res eius cognoscere uelit, eum ad martyrium eius, quod in literas relatum est, reijcimus.

[a] Secundi huius nomen fuit: Hieron. de uiris illust. qui Apollonium Senatorem urbis Ro. fuisse scribit.

[b] Supplicium delatorum: quod utinã apud nostros etiã principes seruaretur.

CAPUT XXVII.

Serapion Antiochenus.

SCriptorum uerò quæ Apollinaris cõtra hæresim Cataphrygas cõposuit, etiam Serapion, quem Antiochiæ ad Orontem Maximini in episcopatu successorẽ fuisse indicauimus, meminit, in epistola quadam ad Caricõnem & Pontium ita scribẽs: Vt uerò intelligatis, quæ « in toto orbe est fraternitatem, detestari efficaciã ordinis & sectæ eius, quæ nouæ « prophetiæ dicitur, literas beatissimi Claudij Apollinaris Hieropolitani in Asia « episcopi ad uos misi. In eadem Serapionis epistola & annotationes, siue subscriptiones pluriũ episcoporum recensentur, quorum quidam ita ferè manu sua ei « subscripsit: Aurelius Cyrenius martyr, opto uos ualere. Quidam hoc modo: Ae- « lius Publius Iulius, Debelti coloniæ Thraciæ episcopus: Viuit DEVS, qui in cœ- « lis est, quod beatus Sotas, qui est Anchiali, dæmoniũ Priscillæ eijcere uoluit: sed « hypocritæ id non permisere. Et alij complures Episcopi calculo & sententia « sua literas eas comprobantes, suis ipsorum manibus eis subscripserunt. Et Montani quidem atq; Cataphrygas hæresis, sic se habuit.

Euseb. Caricũ habet, lib. 5. cap. 19. Item Ponticum. Alij etiam Carinum habent.

Sotas exorcista.

Marcion

CAPUT XXVIII.

AMarcion autem Ponticus, cuius antea quoq; meminimus, Cerdonis impietatem adauxit, et quatuor substantias ingenitas uerborũ portentis cõfinxit. Ex quib. unũ quidem bonũ, eũdemq; incognitum appellat, & Patrem CHRISTI dicit: secundum uerò iustum & condito- *Marcionis hæresis.* rem, prauũ tamen nominat. Præterea materiam malam dicit, & ab alio malo perfectam atq; absolutã. Et cõditorem malo superiorem, materiã accepisse, & cõdidisse omnia: & quidem ex purissimo quoq; cœlũ & alia excolãtem fecisse refert, ex crassiore autem parte paradisum, atq; ex gleba eius Adam: cui ex propria substantia animam indiderit, unde † perpetua illa pugna inter corpus et animam ex- *Λιπαμάχη.* tet. Meliorem uerò etiam serpentem creatore ipso fingit, ipsumq; adeò serpentẽ honore etiã prosequitur. Blasphemijs & impijs uerbis inuehit in Patriarchas & Prophetas. Ex Euangelijs solum id quod secundũ Lucã est, reiecta tamen Genealogia, recipit. Nouem tantũ Apostoli epistolas probat, atq; in ijs resecat loca q̃ plurima. Vetus Testamentũ & Prophetas abijcit omnino, ueluti ab alieno editos DEO. CHRISTVM phantasia tantũ & specie hominem fuisse nugat. Tollit etiã è uita resurrectionem. Idem, Caim & Sodomitas salutem cõsequutos esse scribit, quòd ad CHRISTVM apud inferos accesserint. Abel autẽ, Enoch, Noe, Patriarchas, Prophetas, & reliquos iustos, quòd ad illũ nõ uenerint, apud inferos manere. Sed & alia quãplurima, cõtra DEVM, per insaniam mentis elatrauit: quæ silentio commendanda duximus. Sectatores autem eius in multas diuisi *Apelles Marcionista.* sunt sectas. Apelles enim quidã, illius quatuor ingenitis, alium addidit igneũ: & libro à se cõposito, Philumenæ prophetia, nomẽ indidit. CHRISTO autem cor- *ἐν τῇ τῶν παρ-* B pus tribuit non humanum, sed † ex eius qui apud eos est mundi substantia. *εισκτῶν νόσμα βύβλῳ.*

CAPUT XXIX.

COntra hos, eorumq; uarias sectas, Rhodõ Asianus genere, Tatiani, *Rhodon aduersus Marcionistas.* de quo antea dictũ est, auditor, librũ cõposuit: quùm impietatẽ eorũ » refellẽs, tũ authores eorũ dissectionis accuratè recensens. Propterea, » inquit, discordes inter se sunt, q̃ sententiã † quæ cõsistere atq; existe- *ἀσυμφώνως γνώ-* » re nequaq; potest, tuentẽ atq; defendũt. Ex cohorte enim eorũ p̃gressus Apelles, *μας αὐτῶν ὁμολογοῦντα.* » uita ipsa & senio ueneratione quandã cõsecutus, unũ principiũ profitetur. Prophe- » tias aũt ab aduersario p̃uenire spiritu dicit, dictis atq; respõsis uirginis à dæmo- » nio agitatę, cui nomen Philumena fuit, persuasus. Alij aũt, sicut & ipse Marcion, *Philumena Pythonissa Apellis. Apellis secta & opinio.* » duo principia inducũt: ex quib. sunt Potimus & Basiliscus: Ponticũ illũ Lupum » secuti, qui nudis uerbis, ac sine omni demõstratione atq; probatione, duo prin- » cipia cõstituit: Synerus uerò tria posuit. Scribit itidẽ Rhodon, se cũ Apelle con- » gressum atq; colloquutũ esse. Apellẽ namq; prouecta iam ætate, quũ se Catholi- » cis Christianis immiscuisset, multa perperã dixisse. Atq; etiam asseruisse, omnes » homines in crucifixũ [a] credentes saluos fieri, si modo bonis operib. explorati pro- *a Euseb. lib. 5. cap. 13. ἀποπ-* » batiq; sint. Deinde omnẽ eius opinionẽ recẽsens, ita infert. Quum aũt ei dicerẽ, *νόντας, hoc est* » Vnde hãc habes demõstrationẽ, seu finitionẽ? aut quomodo unũ principiũ esse *sperantes.* » asserere potes? Dic nobis. Tum ille: Prohetiæ, inquit, quæ nihil prorsus uerè *Idem Apelles dixit, Prorsus opus non esse rationem fidei inquirere, sed in sua quemq; persuasione perseuerare debere. Id. ibidem.* » dicãt, seipsas refellũt, quippe dissidentes inter se falsæ, et sibi ipsis aduersæ. Quo- » modo aũt unum sit principiũ, nescire se, ac tantũmodo sic moueri & adduci, di- » xit. Deinceps iuramẽto eum, ut uerũ diceret, adegi. Et ille iuratus, uera se dice- » re, inquit: ignorare aũt, quomodo sit unus ingenitus DEVS: sed tamẽ se ita crede- » re. Itaq; eum risi, & reieci, q̃ pro doctore se gereret, et doctrinã suã confirmare et » defendere nõ posset. Rhodon iste, in libro quem ad Callistionem scripsit, Romę

Tatiani

Tatiani se discipulum fuisse significat. A quo opus editum esse commemorat, in A quo tectos & obscuros diuinarũ literarum locos se illustraturũ expositurumq; pollicitus sit. Ipsc̃q; Rhodon, proprio quodam scripto, se problematũ & propositionum illius solutiones explanaturum promittit. Feruntur etiam uarij eius libri in Hexaemeron. Apelles autem, quem diximus, multa etiam contra Mosaicã legem composuit, plurimum studij ad eam euertendam collocans. Hæc Rhodon aduersus diuisionem Marcionis opinionis conscripsit.

CAPUT XXX.

Irenæi ad Florinũ & Blastũ scripta. Cautio Irenæi ne scripta eius à notarijs deprauentur.

Aeterũ aduersus Florinũ & Blastum, Romæ rei ecclesiasticæ hostes iudicatos, qui casu quodã à petitione presbyterij excidentes, zelotypia quadã & æmulandi studio, Marcionis errori inuoluti, & ecclesiasticas sanctiones deprauare conati sunt, Irenæus adhuc superstes duas scripsit epistolas: & alterã ad Blastũ, de schismate & disidio: alteram ad Florinum, de Monarchia, siue DEVM nõ esse authorem malorũ, inscripsit, q̃ is propugnator eius erroris fuisse sit uisus. Qui deinde propter uariantẽ sententiæ instabilitatem, etiã in Valentini hæresim protractus, causam Irenæo præbuit, ut is aliud componeret opus, cuius titulus est, de Ogdoade, seu octonario: in quo opere se primã apostolorũ successionẽ attigisse ostẽdit. Ad finẽ uerò eius libri, annotationem sanè q̃ scitã adiecit, quã hoc loco referre nõ intempestiuũ esse iudicaui. Verba eius hæc sunt: Adiuro te, qui hunc librũ descripsisti, per Dominũ nostrum IESVM CHRISTVM, & per gloriosum aduentũ eius, quo uenturus est iudicare uiuos & mortuos, ut cõferas q̃ transcripsisti, & castiges ad exemplar unde descripsisti, accuratè: et iuramentũ hoc, ut itidẽ describas, & exẽplo tuo apponas. Non ociose sanè hoc sic adiecimus, ut scilicet exemplũ propositũ habeamus, qua cura B & prouidẽtia sacri illi & boni uiri cauerint, ne ueterũ scripta deprauarentur. In epistola uerò ad Florinũ, cõuersationis suæ cũ Polycarpo meminit, ad hunc scribens modũ: Hæc dogmata, Florine, ut parcè & modestè dicã, nõ sunt sanæ sententiæ. Hæc dogmata dissona et diuersa sunt ab ecclesia, quæ eis obsequentes in maximã cõijciunt impietatẽ. Hæc dogmata, ne illi quidẽ, qui ab ecclesia sunt excluſi hæretici, unc̃q; promulgare sunt ausi. Hęc dogmata, qui ante nos fuere, quic̃q; cũ Apostolis cõuersati sunt presbyteri, tibi nõ tradidere. Vidi enim te, quũ puer adhuc in inferiore Asia apud Polycarpũ essem, splendidũ habere locũ in Imperiali aula, et famã laudemq; apud eũ aucupantẽ. Melius namq; eas res, c̃q; quæ proximè ac ciderũt, memoria teneo: † q̃ res, quas à pueris didicimus, cũ anima coalescentes, eidẽ prorsus uniuntur. Itaq; dicere possum, locum in quo considẽs beatus Polycarpus disseruit, progressus quoq; & ingressus eius, uitæ modũ, & corporis formã, orationes etiã quas ad multitudinẽ habuit: præterea familiarẽ cõsuetudinẽ, sicuti ipse narrauit, quę ei cũ Ioãne & reliquis qui Dominũ oculis suis uidere, intercesserit: quomodo etiã dicta eorũ, et itẽ Domini ipsius, quę illi ex eo audierãt, recitarit: itẽ, quę de uirtutib. & doctrinis eius dixerit: ut denic̃q; Polycarpus omnia à spectatorib. ipsis uitæ VERBI accepta, & scripturis cõsonantia memoriter referre solitus sit. Hęc tũ per eã quę mihi cõcessa est DEI misericordiã, diligẽter & studiose audiui, memoriæ mandãs, nõ in carta, sed in corde meo: quę etiamnum semper per gratiã DEI sincerè in intimo uerso atq; reuoluo animo. Et profectò affirmare et testari possum in cõspectu DEI, q̃ si quid tale audiuisset beatus ille et Apostolicus presbyter, exclamãs, et aures obturãs, frequẽtiusq; usurpatũ illud sibi uerbũ uociferans, dixisset: O bone DEVS, in quę tempora me cõseruasti, ut hæc sustineã? ex eo etiã pfugisset loco, ubi uel sedens, uel stans huiusmodi audiuisset sermonem.

Irenæus auditor Polycarpi. εἰ γὰρ ἐν τοῖς ἄνω μαθήσεις, συναύξουσι τῇ ψυχῇ σύνεσιν αὐτῆς.

Antiquitùs sancti uiri hæreticorum impias uoces audire non sustinuerunt.

A sermonem. Sed & ex epistolis eius quas uel ad uicinas ecclesias, eas confirmans, uel ad fratres quosdam, eos instruens & docens, dedit, puritas doctrinæ eius colligi potest. Hæc de ijs qui Romæ ecclesiam oppugnarunt, ab ea segregati.

CAPUT XXXI.

ὁ τῆς Πορτωσῆς ἐπίσκοπος ἐκάλουν.

Hippolyti Portuensis episcopi scripta.

EMporibus Seueri Hippolytus etiam † portus Romani, Ostiæ uidelicet episcopus, floruit. qui quùm alia plurima scripta prudẽter & doctè edidit, tum de Paschate librum cõposuit, in quo descriptione temporum & ueluti Fastorum inita, & Canone annorum sedecim de Paschate proposito, rationem temporum usq; ad primum annum Alexandri deducit. Catalogus librorũ eius sic habet. Liber in Hexaemeron, & alter post Hexaemeron, refutatorius contra Marcionem: in Canticum canticorum, in partes Ezechielis, de Paschate, Opus contra hæreses omnes longè utilissimum, de aduentu Antichristi, de resurrectione, & alia plurima: in Zachariam, de Psalmis, in Esaiam, in Danielem, de Apocalypsi, de Prouerbijs, de Saul & Pythone: de laudibus Domini nostri IESV CHRISTI, in quibus cum Origene colloquitur. Quædam porrò scripta eius quum † reprehensione non careant, martyrio postea pro CHRISTI nomine absoluto, ignorantię eius maculam detriuit atq; detersit. Vnde Origenem aiunt initium commentariorum in sacras scripturas scribendorum sumpsisse. Hæc de Hippolyto.

Hippolytus in uisiones Danielis Commẽtarium scripsit, & in Prouerbia Salomonis. Suid.

† ἐπιγράμματα

CAPUT XXXII.

Pantænus Theologicæ scholæ Alexandrinæ præfectus.

PAntænus etiam sapientia clarus, sub Cõmodo, diuinæ apud Alexandriam præfuit scholæ, iam inde ab antiquo sacrarũ ibi literarũ studio florenti: quod sanè ad multa etiam durauit tempora, multis inter se in omni genere disciplinarũ æmulatione cõcertantibus. Inter ueteres illos Pantænũ hunc in primis celebrem fuisse ferunt, qui scilicet ex Stoicorũ philosophorũ familia ad nostrã transierit professionẽ. Tam studiosus aũt propagandi diuini uerbi fuit, ut CHRISTVM etiã Orientalib. populis prædicauerit, & ad Indos usq; peruenerit. Permulti sanè eo tẽpore extiterũt uiri generosis prorsus animis, qui cũ magna laude diuino & Euangelico semini ubiq; terrarũ serẽdo & amplificãdo incubuerũt. In quib. & hic noster fuit, qui tam longã atq; difficilem profectionem nõ detrectauit. Refert is, apud quosdã fideles Matthęi Euangeliũ ibi inuentũ esse, à Bartholomęo Hebraico sermone expositũ: quod in multa tempora formas literarũ eius, q̃d primùm scripsit, illæsas cõseruarit. Hic multis prę clarè ad finem usq; uitę actis illustris, sacrę Alexandrinę scholę præfuit, simulq; & uiua uoce & doctis commentarijs diuinorum dogmatum scripturas explicuit.

CAPUT XXXIII.

Clemens Alexandrinus presbyter, eiusdem studij consectator.

IOdem temporum curriculo & Clemens presbyter, qui στρωματεὺς, seu contextor cognominatus est, Alexandrię eidem studio cum Pantæno incubuit, eundem'que cursum & uiuendi instituto & docendi consuetudine tenuit. Patrem certè librorum suorum, in Dispositionibus quas uocat, suis, Pantænum memorat. Et in primo libro στρωματέων, seu contextorum, obscurè hunc mihi designare uidetur, quum præclaros Apostolorum successores enumerat, sic scribens: Libri porrò qui à me scribuntur, non ,, sunt ad ostentationem instituti, sed monumenta memoriæ gratia ad senectu- ,, tem composita, ut sint obliuionis remedium, simulacrum'que euidens, & a- ,, dumbratio dilucidæ & uiuidæ illius doctrinæ, quam dignatione DEI audi- ,, ui & didici à beatis illis & præstantibus uiris: quorum quidem alius in Græcia Ionicus fuit, alius autem in magna Græcia, alius rursum in Cœlesyria, tu uerò in Aegypto,

Præceptores Clementis.

Aegypto,alij porrò in Oriente.Ibíq; alius in Assyria, alius in Palæstina Iudęus à A
maioribus suis.In ultimum deinde incidi,qui reliquorum omnium ui atq; uirtu «
te princeps fuit in Aegypto:atq; ibi,quæ antea latuerant repertis,alia inquirere «
desij.Illi siquidem ueritatem diuinæ doctrinæ conseruarunt,& traditionem sta- «
παρέδοσαν παῖς πατρὸς ἀναλεξάμενος. σὺν θεῷ. tim à Petro & Iacobo & Ioanne et Paulo,sanctis illis Apostolis,uelut filij à patri «
bus successione per manus acceperunt. Consimiliter uerò ij, ut eorum patres, «
† DEO ducente,ad nos quoq; peruenerunt, apud nos itidem maiorum suorum «
ipsorumq; Apostolorũ semina deponentes. Pantæno Clemens succedens
Clemens Pantæni in schola Alexandrina successor. Scripta eius. scholam rexit,quam etiã eo tẽpore Origenes adhuc puer frequentauit.In uolu-
mine Contextorum, primum librum usq; ad Commodi obitũ deducit,tanquã
annales conscribens. Contextorum uerò octo sunt libri: totidem,quos Dispo-
sitionum,seu informationũ uocat:ubi magistri sui,sicuti dictum est,Pantæni men
tionem facit,dictata quædam eius & traditiones recensens. Scripsit quoque ad
Græcos siue gentes librum exhortatoriũ, & tres alios libros,quos Pædagogos
nominat.Alium item lectu dignum,et doctè compositũ,cuius titulus est:Qui di
ues saluus fiat.Præterea scriptũ aliud,in quo de Paschate disserit. Item homilias
de ieiunio, de obtrectatione. Rursum cohortationẽ ad patientiam. Alium quo-
que ad recens illuminatos. Insuper eum qui Ecclesiasticus canon ab eo est inscri-
ptus:& quem contra Iudaizantes ad Alexandrum episcopum edidit. In Conte-
xtorum libris non solum pleraq; ex diuinis literis sternit atq; contexit,uerume-
tiam si quid apud Græcos est scitu dignum,affert.Et simul Græcorum atq; bar-
barorum dogmata, nec non falso nominatæ scientiæ hæresiarcharum & philo-
sophorum opiniones explicans,multijugam omnis generis doctrinę exhibet in
Libri στρωματεῖς, hoc est uariè contexti. lacinioſa et uaria diuersitate compositi. stitutionem.Quapropter ex uarietate materię, meritò illi talẽ sortiti sunt inscri-
ptionem. Vtitur in eis testimonijs Ecclesiastici Sirach, nec non Barnabæ,& Cle- B
mentis epistolæ. Mentionem etiam facit libri Tatiani ad Græcos, & Cassiani,
qui & ipse annales temporumq; rationes scripsit:sicuti etiam Philonis,et Aristo
buli,& Iosephi,& Demetrij,& Eupolemi, Iudaicorũ scriptorum. Ex quibus a-
Moses antiquorũ omnium antiquissimus. struit & probat,Mosen antiquissimis quibusq; Græcorum uetustiorẽ esse.Om-
nes certè libri uiri eius,eruditione & doctrina utili sunt referti. Indicat quoq; in
libro primo, se proximè ad Apostolorũ successionẽ accessisse, & simul cõmenta
rios se in Genesim relicturũ pollicet. In libro de Paschate,coactum se esse à qui-
busdã dicit, ut quas à senioribus presbyteris acceperat historias & traditiones,
Canonici libri noui testamẽti iuxta Clementem. ibi exponeret:Melitonẽ nominans, Irenæũ, & alios quosdã,quibus etiã quædã
dicta sua adscribit. In libris uerò Dispositionũ, totius scripturæ testamẽtariorũ
Euseb. addit Iudæ et Catholicas epistolas. De epistola ad Hebræos. siue Canonicorũ librorũ,ut breuiter dicã,cõpendiosam instituit enumerationẽ:
nõ prætermittẽs etiam, quibus contradicit,scripturas:ut Petri Apocalypsim,&
Barnabæ epistolã.Epistolã sanè ad Hebræos Pauli esse censet,Hebræis Hebrai-
co sermone scriptam:à Luca aũt ambitiosa splendidè uersam lingua,Græcis esse
expositã.Ac rectè quidẽ illum dicit,qui mos ei in alijs fuerat,Pauli nomẽ epistо-
læ ei non præfixisse. Quod enim Iudęi tum præsumptione quadã suspectũ eum
haberẽt,ne statim in ipsa præfatione illorũ à lectione absterreret animos,prudẽ
ter fecisse,qui nomẽ suũ prætermiserit. Quapropter eundẽ esse inquit orationis
ductum in epistola ad Hebręos,& in Apostolorũ actis. Alibi quoq; scribit: Por
rò sicuti beatus dixit presbyter,quãdoquidẽ dominus apostolus Omnipotẽtis, «
ad Hebræos est missus, humilioris sumissionis gratia Paulus, ut qui ad gentes «
Ordo quatuor Euangeliorum. legatus esset,nõ scribit se Hebræorũ apostolũ,honore eo Domino cedẽs:super- «
fluũ præterea esse ducẽs,quũ gentiũ præco & apostolus esset,etiam ad Hebręos «
epistolam dare.De Euangeliorum ordine aũt,sicuti à uetustioribus accepit,pri-
mùm ea

A mùm ea edita esse dicit, quæ genealogias persequuntur.Marci autẽ Euangeliũ, εὐαγγελίου
eiusmodi † dispositione atq; occasione scriptum. Quum Petrus Euangeliũ uiua
uoce prædicasset, sectatores eius & familiares,qui plures fuere,Marcum,comi
tem eius sedulum, dictorumq; eius uim & uirtutem tenentem,hortatos esse,ut
conciones illius in scriptum referret:id eum ita fecisse, librumq; eum illis dedis-
se.Petrũ porrò quum id rescisuisset,neq; impedijsse ut is uulgaretur, neq; admo-
dum præcepisse. Ioannem autem postremum, quum animaduertisset, quòd ab
alijs quibusdam in Euangelijs corporalia satis essent exposita, diuino spiritu ue-
hemẽtius agitatũ,ut spiritualia,& quæ Theologię atq; diuinitatis propria sunt,
accuratè proferret,suum composuisse Euangelium.Hæc de Clemente.

CAPUT XXXIIII.

Tertullianus, et eius scripta. EAdem tẽpestate & Tertullianus, quẽ antea diximus, presbyter post
Victorem et Apolloniũ Romanis accẽsetur:Carthagine in Africa or
tus,patre centurione Proconsulari.Hic acris & ingeniosus admodũ,
sub Seuero maximè floruit,& multos cõdidit libros.De quo & Pau-
lus à Concordia,Italus,memoriæ mãdauit, uidisse se etiam num iuuenẽ,Romæ
beatissimi Cypriani notarium,superstitem,iam grandæuum:atq; ex eo audiuis-
Huius lectione Cyprianus est delectatus. se, nullam ferè diem præterire passum esse Cyprianum, sine Tertulliani lectio-
ne:identidem uerba ista usurpantem, Cedo magistrum, Tertullianum uidelicet
designando.Is ad statam mediam'q; ætatem, in ecclesia catholica presbyter,plu-
Montanista fũctus Tertullianus. ra aduersus Montani dogma cõscripsit. Postea uerò in illius delapsus errorem,
plures rursum libros pro illo composuit. In quibus nouæ etiam prophetiæ men
tionem facit,eam'q; ob causam & peculiarem contra ecclesiam Catholicam librũ
B edidit. Scripsit alium quoq; † de pudicitia.alium de Monogamia.Item de perse- De exhortatione castitatis.
quutione .alium de ieiunio, præterea de Ecstasi, seu consternatione libros sex:
septimum aduersus Apollonium, & plures alios. Vixit autem ad ætatem de-
crepitam. Floruit quoq; sub Zephyrino Romæ episcopo Caius,Antonino Se- Caij scripta.
ueri filio imperante. Is aduersus Proclum Montani studiosum dissertationem
copiosissimam composuit,temerariæ audaciæ & nouæ prophetiæ nomine eum
arguens:in quo uolumine tredecim tantum diui Pauli epistolas numerat. Quæ Epistolam ad Hebræos non esse Pauli.
enim ad Hebræos est, decimam quartam, negat esse Pauli germanam: illud ad
dens,eam etiam à Romanis usq; ad præsens non esse pro Paulina habitã. Hæc
quoq; de his dicta sufficiant.

CAPUT XXXV.

Iudæ historici in hebdomadas Danielis lucubratio. MVltorũ præterea Ecclesiasticorũ uirorum cõmentarij,qui uetustate
facile primas obtinuerũt, egregiũ de fide & uita Christiana specimẽ
& studiũ cõplectentes,sunt celebrati,quùm aliorũ quorundam,tum
eius qui eo tẽpore cum reliquis enituit, Iudæ historici,qui in hebdo-
madas Danielis plurimum operæ collocauit,& optimum de eis opus à se cõposi
tum reliquit. Siquidem ueluti historiã instituens, scripturã eam usq; ad decimũ
Seueri annũ producit.In eo libro apertè præ se fert,in ea se fuisse sentẽtia, ut de-
cantatũ Antichristi aduentũ, temporibus eis in expectatione esse,& appropin- Aduentus Antichristi sub Seuero expectatus.
quare crederet.Auxit uerò eam opinionem,multorumq; mentes ut rem tantam
expectarent conturbauit,accerrima quæ tum mota est persequutio. Non pauca
etiam Heraclitus uir diuinus composuit, qui primus enarrationes sibi in Apo- Ecclesiastici scriptores: Heraclitus, Maximus, Candidus.
stolum scribendas duxit. Maximus autem, super quæstione illa, quæ hæreticis
in ore est, Vnde sit malitia & uitiositas: & item de eo,quòd materia creata sit,so
lutiones atq; decisiones irrefragabiles edidit. Sed & Candidus,quùm plurima

alia elaborauit, tum in Hexaemeron commentarios scripsit: in quo argumento A itidem Appion magno studio est uersatus. Sextus quoq; resurrectionem scriptis suis cum magna laude comprobauit: & Arabianus insuper in alijs quibusdam sacris argumentis multum laboris & operæ posuit. Multorum præterea aliorum scriptorum plurima & maxima literarũ monumenta sunt uulgata, quorum neq; tempora, nec argumenta singillatim (nam id instituto præsenti, historiæq; nostræ non admodum conuenit) commemoranda duximus. Atq; ij quidem ante Origenem scriptores ecclesiastici, quùm sacram historiam doctrinãq; ordine per successionem continuarunt, tum in eos qui nugis ac deliramentis de prauare rectam fidei doctrinam in animum induxerant, cominus atq; in faciem illis congressi, quasi diuina tela coniecerunt: ita rerum omnium DEO id prouidentia sua disponente, ut post Apostolos eorundemq; successores, rursum martyrum sanguine & doctrina, nec non sanctioris uitæ splendore, res Christianæ confirmarentur; & ad summum, ut immotæ & inexpugnabiles essent, stabilirentur. De ijs satis.

Appion. Sextus. Arabianus.

CAPUT XXXVI.

Quæstio de tempore celebrandi Pascha inter Asiaticos & Occidentales ecclesias.

NImuerò circa finem Imperij Cõmodi, inter Orientales et Occidentales ecclesias nõ parua incidit quæstio. Ecclesiæ nãq; Asianæ ex traditione uetusta, quæ ad eas usq; ad id tempus transmissa erat, quartum decimũ diem lunæ obseruandũ esse necessariò duxerũt: quando et Iudæi ex præscripto legis agnum mactare, & Pascha suũ mãducare soliti sunt. Perinde atq; necessitas prorsus quædã imposita eis esset, in quencũq; diem hebdomadis incidisset, eo ipso die stata consuetaq; soluerentur ieiunia, & (ut semel dicam) unà cum Iudæis, apud ipsas quoq;, sacrum nostri Paschatis mysterium celebraretur. Reliquæ uerò per Orientem, & item per Occidentem ecclesiæ, nõ B licere id ita facere asseuerabãt: sed potius obtinente tum, quã antiquitùs ex Apostolorum traditionibus continuatã accepissent, consuetudine standũ esse. Non enim decere alio, cũ resurrectionis Dominico die, † ieiunio reiecto, Pascha celebrare. Hoc uerò modo controuersia & dissidio multò maximo in ecclesijs usq; adeò exorto, ut inter se sibi, aduersariorum partes, utrinq; antiquitùs traditam consuetudinẽ obtinere debere contendentibus, sumerent, cõuentus Episcoporum uarijs in locis sunt acti. Vbi quum in eandem concessissent sententiam, postea omnib. ubiq; ecclesijs decretũ siue edictũ scriptum pron ulgarunt et proposuerunt, ut de cætero, non alio quàm Dominico die, tremendũ resurrectionis & Paschatis * ieiunio tum soluẽdo, celebraretur. Circũferuntur etiãnum celebratarum eo tempore Synodorũ literæ, quę uariarũ hinc & inde ecclesiarũ episcopos designant: Romanæ scilicet Victorem, Hierosolymitanæ Narcissum, Cæsareæ Palæstinæ Theophilum, Tyriæ Cassium, Ptolemaidis Clarum. Eędem literæ, Ponti ecclesijs tum præfuisse indicant antiquissimum Palmam: Galliæ autem & regionum quæ ad Rhenum flumen sunt, Irenæum: Corinthi autem, Bacchylum: & prouinciarum aliarum alios, qui uno suffragio & sententia omnes, Dominico die Pascha celebrandum sanxerunt. Narcissus sanè, & Cassius, Palæstini: & Clarus à Ptolemaide, & qui præterea in eandem conuenere Synodum, quũ primùm quamplurima de traditione, quam initiò ab Apostolis sumptam usque ad tempora sua conseruarant, exposuissent, circa finem Synodalis decreti, hæc quo
„ que addidere. Epistolæ huius nostræ, facite ut ad ecclesias omnes exempla mit-
„ tantur: ne scilicet rei atq; participes simus eorum, qui facile animas suas decipi-
„ unt atq; seducunt. Certiores autem uos facimus, eodem prorsus die Alexãdriæ,
„ quo apud uos, Pascha celebrari, literas namq; ea de re ad illos dedimus, atq; illi itidem

πλὴν παρέων ἀναγκαίους. Nam nihil ieiunare Christiani desinẽt. Decipio eius

quæstionis, ut ipso resurrectionis Christi die, Pascha Christiam celebrent.

A itidem ad nos scripsere, ita ut uno consensu simul sanctũ hunc peragamus diem.
„ Ad omnes igitur unum hoc præscriptum & regula est diuulgata.

CAPUT XXXVII.

Asiani recepto more Paschæ 14. Martij mẽsis sibi celebrãdũ esse putant.

ASiani autem sententiã adhuc suam retinebãt, & se ad finem usq; traditiones Apostolicas defendere oportere opinabãtur. Sententiæ eorũ primarius potissimum propugnator erat Polycrates, ecclesiæ Ephesiorum antistes. Hic magnus & apostolicus uir habitus, traditionem & authoritatem Apostolicam ad tempora sua durantem, Victori episcopo &
„ ecclesiæ urbis Romanæ declarans, ad hunc modum scripsit. Nos profectò diem
„ hunc intemeratum atq; inuiolatum, neq; addentes, neq; auferentes quicq;, pera-
„ gimus. In Asia namq; † ingentia primordia dormiunt ac conquiescunt, quæ qui
„ dem resurgẽt in aduentus Domini nostri die: quo die cum gloria è cœlis uenict,
„ et exuscitabit omnes sanctos: Philippus uidelicet ex duodecim Apostolis unus,
„ qui Hierapoli obdormiuit: duæq; filiæ eius, ad decrepitam usq; ætatẽ uirgines:
„ & alia pręterea filia eius, in Spiritu sancto cursu uitę absoluto, Ephesi quiescit. Iti
„ dem & Ioannes, qui supra pectus Domini recubuit, quiq; sacerdos creatus Pon
„ tificium insigne, petalum scilicet, siue auream in fronte laminam, martyr simul &
„ doctor gestauit, Ephesi obijt. Præterea Polycarpus Smyrnensis episcopus &
„ martyr: item Thrasæas Eumeniæ episcopus, idemq; martyr, Smyrnæ morte so-
„ piti sunt. Quid Sangarim episcopũ & martyrem dicam, qui Laodiceæ mortuus
„ est? Præterea beatus Papyrius, & Meliton eunuchus, qui per Spiritum sanctũ
„ uita peracta Sardis humatus est, uisitationem è cœlis expectãs, in qua à mortuis
„ resurget. Isti omnes retinuerũt et seruarunt decimũquartũ diem Paschatis, iuxta
„ Euangelium, nihil transgredientes, sed præscripto canonum fidei insistentes.
B Ego quidem uestrùm atque adeò omnium minimus Polycrates, iuxta * cognato
„ rum meorum, ex quibus quosdam sum consectatus (septem namq; cognati mei
„ Episcopi fuere, ego octauus sum) traditionem ambulo. Et cognati mei semper
„ diem hunc † quando Iudæorum populus azyma condijt, celebrarunt. Ego, in-
„ quam, fratres, sexaginta & quinq; annos natus in Domino, qui cum totius orbis
„ fratribus hac de re contuli, & scripturam sanctam omnem perlegi, nihil moueor
„ aut perturbor minacibus denunciationibus & terroribus. Nam qui me longè
maiores fuere, plus obediendum esse DEO quàm hominibus edixere. In fine
porrò, episcoporum omnium qui sententiæ suæ consentientes affuerunt, memi
„ nit, sic scribẽs. Possem quidem episcoporũ, qui mihi affuere, edere nomina, quos
„ ita ut uoluistis, accersens euocaui: sed eorum nomina si asscriberem, multitudo
„ eorum in immensum excresceret. Illi autem tenuitatis meæ probè conscij, epistolam sententia sua comprobarunt, non ignorantes me non frustra canos circum-
„ ferre; tum autem uitam me semper in IESV CHRISTO egisse sciunt.

μεγάλα γοῦν λείψανα Polycratis Ephesij antistitis uerba ad Victorem Ro. episcopum. Sancti homines in Asia sepulti.

*συγγενῶν.

†Euse. li. 5. ca. 24. ὅπερ ὁ λαὸς ἤρξατο τὸ ζύμιον. Niceph. addit, ὁ λαὸς τῶν ἰουδαίων. Legendum tamen ἄζυμα, pro τὸ ζύμιον puto. Et apud utrunq; authorem notarios τὸ ζύμιον pro ἄζυμα scripsisse credo, ad Græcorum sententiam astruendam, qui in pane fermentato conficerant.*

CAPUT XXXVIII.

Victor Ro. episcopus Asianos excommunicare statuit.

VIctor uerò literis eiusce modi acceptis, extemplò Asiæ, eiq; finitimas ecclesias, ueluti alienum atq; diuersum dogma propugnantes, reijcere, & ab unitate Catholica arcere, in animo habebat. Quam ob causam & subitò literas conscripsit, quibus illos publicè notabat, omnesq; simul à communione prohibebat. Atq; ille quidem eiusce modi sumpserat consilium. Verùm id alijs, qui cum eo erant, Episcopis minus placuit. Itaque illum sunt adhortati, ut benignius per consilia pacata de eis qui idem fidei prædicarent dogma, statueret: neque tam facile, * re intentata, proximorum abijceret & posthaberet utilitatem. Sensim id & doctrina & tempore aliquando corrigi ac perfici posse. Et acrius seueriusq; cum illo, qui gloria eos anteiret, egerunt:

*ἀναγκαιοτέρου τινος

Victorẽ ab ea sententia, episcopi alij Occidentales abduxerunt, inter quos fuit Irenæus.

inter quos & Irenæus erat, ut quidem ex eo scripto, quod Gallicarũ ecclesiarum, A quas regebat, nomine ad Victorem dedit, apparet. Astruit quippe & ipse, de bere quidem omnino Dominico die Pascha peragi: nequaquam tamen Victori permittit, ut tantam ecclesiarum multitudinem ab ecclesiastica unitate segreget: idq; quum uetustæ & Apostolicæ consuetudinis obseruent traditionem. Multa sanè præclarè, & ut par fuit, Irenæus de pace & unitate ad Victorem scribens, hæc quoq; refert. Operæprecium enim est, sicuti modò de Polycrate fecimus, uerba eius perutilia & necessaria ecclesiæ futura, adducere.

Locus animaduertendus.

Præclara Irenæi ad Victorem uerba.

CAPUT XXXIX.

IRenæus ita scribit: Non modò enim de die, uerumetiã de ieiunij spe cc
cie controuersia & quæstio est. Quidam namq; existimant, unum ip cc
sos oportere diem ieiunare, quidam duos, alij etiam plures. Nonnul cc
li aũt quadraginta horis diurnis & nocturnis diẽ eorũ metiũtur. At cc
qui uarietas hæc obseruationum non ætate nostra exorta est, sed longè antea a cc
pud maiores nostros extitit: qui ita ut decuit, accuratè conseruatam per simplicẽ cc
sinceritatem consuetudinem, ad posteros transmisere. Nihilomnius tamen isti cc
omnes pacem tenuere, atq; etiamnũ pacem inter nos retinemus, * & ieiunij dis cc
sensio fidei consensum confirmat. His uerbis historiam annectit, dignam pro cc
fectò quæ hic quoq; inseratur. Enimuero qui Soterem præcesserunt presbyteri, cc
& ecclesiam quam tu nunc gubernas administrarunt, Anicetum dico, Pium, Hy cc
ginum, Telesphorum, & Xystum: neq; ipsi ita Pascha & ieiunium obseruarunt, cc
neq; eos qui cum illis fuere, obseruare permiserũt. Sed nihil omnius ipsi nõ ob cc
seruantes, pacem tenuerunt aduersus eos qui ad se ex ecclesijs, quæ ita obserua cc
rent, uenerũt. Atq; equidem maximopere inter se ista, obseruare scilicet, & non cc
obseruare, dissidebãt. Nunq; tamẽ eam ob rem aliqui sunt reiecti. Quin ipsi non cc
obseruãtes, qui ante te fuerunt presbyteri, aduenientibus ex ecclesijs obseruanti B
bus Eucharistiam miserunt. Ac quum beatus Polycarpus peregrè Romam sub cc
Aniceto uenisset, & aliquantulũ illi inter se de rebus non magnis dissiderent, eis cc
statim compositis, deinceps nihil quidquam controuersiæ inter se de hoc capite cc
mouerunt. Neq; enim Anicetus Polycarpo persuadere potuit, ut non ita obser cc
uaret, quippe qui id post Ioannem Domini nostri discipulum, & reliquos Apo cc
stolos cum quibus uixerat, semper obseruasset: neq; Polycarpus Anicetum, ut cc
obseruaret, induxit, consuetudinem eorum qui nos præcesserunt presbytero cc
rum retinendam esse allegantem. Quæ quum ita se haberent, communionem in cc
ter se celebrarunt. Et in ipsa ecclesia Anicetus Eucharistiæ ministerium Poly cc
carpo honoris ergò permisit. Atq; ita in pace per discessum sunt seiuncti: pacem cc
quoq; ecclesijs, siue obseruarent, siue non obseruarent, retinentibus. Quapro cc
pter egregius, ut aptissimo nomini suo respõderet, pacificator Irenæus fuit, qui
sic intercessione sua pacem ecclesiæ conciliarit, & non modò cum Victore, sed
etiã cum alijs permultis ecclesiarũ antistitibus, congruentia conuenientiaq; eis
quæ diximus, de proposita quæstione afferendo, egerit. * Quod uerò ratio non
persuasit, id dies postea perfecit. Nam hac in re Asia uix tandẽ cessit: & ubiq; ter
rarum in orbe decretum est, ut non cum Iudæis, sed ipso Dominico die mysteriũ
Paschæ peragatur. Quamuis adhuc in Asia reliquiæ quædam maneant, consue
tudinem eam in paucis prorsus inuiolatam retinentes. Vnde etiam Quatuorde
cimani cognominati sunt, consuetudinem eam, & alia quædam ex illegitimis &
ab ecclesia reiectis libris decerpta seruantes, & nominibus quorundam magno
rum Apostolorum ea in re abutentes. Porro de Paschate quæstio ita est deci
sa, cum qua & nos finem quarto huic libro afferimus: ex quo Commodus qui
dem post tredecimum imperij annum uitam finijt, Seuerus uerò post Pertina

Varietas in obseruatione ieiunij.

* Διαφωνία τῶν παρόντων ἐπὶ τῆς παιρέσεως σωίσταται.

Eucharistiæ communis participatio, communionis charitatis & unitatis Ecclesiæ certißimũ symbolum.

* ἄλλος ἂν ἔπαθε, τοῦτο χρόνος ἐσύστερον ἐδίδαξε.

Quatuordecimanorũ in Asia hæresis.

cem

Antinacem nondum prorsus menses sex in administratione eius transegit. Conti- Libri huius anni.
net uerò hic liber annorum nõ integrorum uiginti quatuor tempus: initiumq; habuit * ab Antonino Veri fratre, finem autem cum ipso Commodi & Pertina cis imperio: quũ à Mundo cõdito quater milleſimus septingẽteſimus et primus, à diuina autem natiuitate centeſimus nonageſimus ſextus expletus eſſet annus.

* Hoc est, ab eo tẽpore quo defuncto L. Vero, M. Antoninus Philosophus solus imperare cœpit.

Isti autem Diui fratres æqua simul potestate imperium administrarũt annis 11. L. Vero mortuo, M. Antoninus solus 4. cum filio Commodo 5. Ita ut imperij M. Antonini tempus 19 propè annos complectatur. Nicephorus autem in ea fuit sententia, ut crediderit, L. Verum tantum 6 annis cum Marco imperasse, & postea Marcum annis 10, & aliquot insuper mensibus. Sed nos aliorum scriptorum authoritatem uersione nostra sequuti sumus. Sedenim post eædem Commodi, Pertinax imperij mense 2 die 25. Didius autem Iulianus mense 2. die 5 sunt interempti. Et L. Septimius Seuerus aduersus Pescennium Nigrum, ab exercitu Syriaco Antiochiæ Imperatorem creatum, copias suas duxit. Hoc sic propterea annotatum est, ut Nicephoro numerus & ratio annorum constet.

QVINTI TOMI CAPITA.

I. Succincta eorum quæ antè dicta sunt repetitio, & dicendorum isto tomo expositio.
II. De persequutione sub Seuero, in qua Leonides pater Origenis, propter CHRISTVM mortem subijt.
III. De Origenis à puero studijs atq; exercitijs, et ut etiamnum adolescẽs sermone ueritatis nihil habuerit antiquius, & ut sese ad certamen pro CHRISTO subeundum præparauerit.
IIII. De institutione & educatione eius, qui eius consuetudine & doctrina usi sint. Et ut decem & octo natus annos, Alexandriæ fidelium præfuerit scholæ, clari prorsus nominis adolescens.
V. Ut uitam attigerit philosopho perfectiorem, & præscripta euangelica accuratissimè seruarit.
VI. Qui ab eo ducti & edocti, martyrij coronis sint exornati.
VII. De discipula eius Potamiæna martyre.
VIII. Origenem sustinuisse, ut seipsum castraret, ut scilicet cœlibem peragere posset uitam.
IX. De admirandis Narcissi Hierosolymorum episcopi miraculis.
X. Ut Alexander Cæsareæ episcopus, oraculo diuino ad Hierosolymorum episcopatum sit traductus, uiuente adhuc decessore eius Narcisso: utq; duo simul episcopi ecclesiam ibi rexerint. & de Alexandri scriptis.
XI. De Origenis in sacris literis profectu, & de sextupla ab eo dicta scripturarum translatione.
XII. De Symmacho interprete, & discipulis Origenis.
XIII. Quæ Porphyrius de singulari Origenis in eloquentiæ & omnis generis artium doctrina studio scribat: quæ ipse quoq; Origenes de philosophicis studijs suis commemoret.
XIIII. Quòd in Arabiam Origenes quoq; uenerit, & quòd Cæsareæ nondum presbyter sacras literas publicè in ecclesia exponendo tractarit.
XV. De Beryllo Bostrensi. De Ambrosio: & quæ Origenes scripta sacrarum literarum Alexandriæ exposuerit.
XVI. Quomodo ipse Testamentariarũ siue Canonicarum ueteris et Noui testamẽti scripturarum me
XVII. De Mammæa Imperatoris Alexandri matre. (minerit.
XVIII. Ut in Palæstina Origenes ad presbyteri honorem sit euectus, & qui successores eius in schola Alexandrina fuerint.
XIX. Quos sacræ scripturæ libros in Palæstina sit interpretatus: & de alijs eiusdem libris.
XX. Quùm de alijs eius discipulis, tum de Gregorio miraculis edendis claro: & quanto in precio Origenes apud magnos ea tempestate Episcopos fuerit.
XXI. De scriptore Iulio Africano, librisq; eius dem.
XXII. De Berylli errore, & resipiscentia.
XXIII. De hæresi in Arabia exorta, eorum qui animas mortales esse asseuerant.
XXIIII. De hæresi Helcesaitarum.

XXV. Catalogus Imperatorum Romanorum, ut alius aly ordine ſucceſſerit, & ut primus Imperatorum Philippus Chriſtianus ſit factus.
XXVI. Qui tum magnarum urbium epiſcopi floruerint.
XXVII. De perſequutione ſub Decio: & ut Cyprianus epiſcopus Carthaginenſis martyrio ſit affectus.
XXVIII. Quæ Dionyſio Alexandriæ epiſcopo in ea perſequutione ſub Decio acciderint.
XXIX. De iis qui tormentis victi ſub Decio, CHRISTI religionem abiurarunt.
XXX. De iis qui tum martyrium pertulerunt, Metra ſene, Quinta fœmina, Apollonia uirgine, Serapione, Iuliano, Beſa, Macare, & aliis.
XXXI. De aliis martyribus, qui certamen ſuum obierunt Alexandriæ, & in Paleſtina.
XXXII. Ut Origenes ad tribunal martyrij conſiſtens, pietate Chriſtiana abiurata, à ſeipſo degenerarit.
XXXIII. De Origenis erroribus & blaſphemijs, & ut ſub Gallo uitam finierit.

ECCLESIASTICAE Hiſtoriæ Nicephori Calliſti Xanthopuli, Tomus V.

CAPUT I.

Dictorum breuis repetitio.

GEDVM quę reliqua ſunt, his adiungere pergamus, ut ſerie ſua oratio noſtra progrediatur, integrũq; ſacræ hiſtoriæ corpus contextatur. Ac primũ quidem librũ uoluminis huius rectè ſanè, & ut par fuit, capiti omniũ CHRISTO dedicauimus. Secundũ ſectatoribus eius, ſacris authoribus, ducibuſq; noſtris, itidem merito conſecrauimus. Tertium primi eorũ ſucceſſores ſortiti ſunt. In quarto aũt eos commemorauimus, qui uel certaminibus egregijs martyres, uel eruditis ſcriptis, doctores erroris munitiones atq; falſo nominatã ſcientiã expugnarunt: qui etiam eccleſiaſtici fuerint ſcriptores, quibus'ue illi poſt ſe relictis commentarijs deceſſerint: tum aũt, quæ'nam de quæſtione Paſchatis acta atq; decreta ſint. Quintus porrò liber iſte, res eruditiſsimi Origenis, qui & Adamantius dictus eſt, pleniſsimè expediet: quos ille pro uera pietate adierit labores: unde, & qui fuerit: & ut quàm plurimũ ſtudij ad res diuinas conferens, permultos ad certamen pro CHRISTO obeundum excitauerit: quàm item multos amatores atq; ſectatores, ſtudioſos duplicis philoſophiæ ſuæ habuerit: quę in ſeipſo auſus ſit, cœlibatum atq; uirginitatem cõſeruare uolens, ut denicq; ad poſtremum ſeductori dæmoni obſequutus, & à recta uia aberrarit, & à ſana doctrina exciderit. Complectetur præterea alia quoq; grauem uidelicet illam ſub Decio perſequutionem, eccleſiarumq; ſacrarum antiſtites, & quæ in eis acciderint res inopinatæ & admirandæ. Initium autem inde ſumendum.

Dicendorum propoſitio.

B

CAPUT II.

† Propter Diuorum ſcilicet fratrum referiptum.

COmmodo imperiũ adminiſtrante, res Chriſtianę pacatę † trãquillęq; fuere. Poſtq; autem ille ex inſidijs cæſus eſt, & Pertinax breui admodum tẽpore imperauit, atq; huic (ſicuti diximus) Seuerus ſucceſsit: tũ quoq; ſatis bonõ loco res noſtrę fuêre, indiesq; fidei profeſsio augmẽta ſua cæpit, eorũ quos recẽſuimus eccleſiaſticorũ doctorum ſcriptis atq; doctrinis illã prouehentibus, idq; in maximis quibuſq; potiſsimũ urbibus, nimirũ Alexandriæ,

Eccleſia Chriſtiana florens.

Alexandrię, Antiochię, Aeliæ, & per Palæſtinã omnẽ, Epheſi, Cæſareæ, & occidentẽ uerſus Theſſalonicę, Athenis, Corinthi, in Gallijs et Romę maximè. * Vniuerſæ enim multitudines & domus totæ ad fidem accedebãt, quiduis facere & pati paratæ, quàm ut quidq; contra religionẽ noſtram agerent, aut nouarẽt. Quod ubi Seuero minimè tolerandum eſt uiſum, inſignem ſtatim contra eccleſiam omnem mouit perſequutionẽ. Et ſubitò per omnẽ terrarũ orbem eximia inſtituta ſunt martyria, maximè uerò in Aegypto & Libya atq; Thebaide. Alexãdriæ porrò ueluti ſtadium ueræ pietatis conſtitutũ, ubi fortiſsimi quiq; & optimi delecti martyres, uarijs atq; exquiſitis tormentorũ generibus mirificiſq; impreſsionib. exceptis à DEO, cui chari fuere, prędmia & coronas acceperunt. Quo tempore & Leonidem, Origenis patrem, obito pro CHRISTI nomine martyrio è uita exceſſiſſe tradunt, gladio uidelicet cæſum, quum filiũ admodũ adhuc puerũ relinqueret. Quãtus aũt Origenes fuerit, & quo ſtudio animiq; deſtinatione in ſacras literas incubuerit, citra inuidiam exponi poſſe puto: non ſolum quòd celebris is uir apud nos ſit, uerumetiam quòd ingentẽ, uita ſua, quamuis ad finem non integra prorſus, famã & gloriam poſt ſe reliquerit. Verumenimuero ſingulari otio opus eſſet, ad uitam eius omnem literis memoriæ mandandam. Sed nos è multis quæ de eo ſunt tradita, plurima reſecantes, aliqua tantũ hiſtorię huic inſeremus, ut res tanti uiri ſtudioſis incognitæ non ſint: quæ ſanè iudicio multorum dignæ uiſæ ſunt, ut uel ab ipſis incunabilis repetitæ, memoriæ traderentur.

αὐτοκαλεσία πλήθη

Perſequutio ſub Seuero Imperatore.

In Aegyptò potiſſimum.

Leonides Origenis pater martyr.

Origenis res.

CAPUT III.

B

STatim namq; ab initio, tenera exacta ætate, à patre diuinis imbutus eſt literis. Cui illa prima cura fuit, ut filius * non ſucciſiua, ſed iuſta opera, una cũ Cyclicis diſciplinis eas addiſceret. Quapropter ante earum diſciplinarum exercitium, quotidie ab eo, ex ſacris ſcripturis promiſsiones & certa loca, quæ memoriter didicerat, requirebat: quæ res minimè præter iudicium & uoluntatem pueri fuit. Mirifica enim cupiditate magis in hæc ſtudia, quàm in Græcorum artes ferebatur: uſq; adeò, ut non contentus eſſet ex ſacris oraculis, quæ ſimplicia & non ita difficilia ſunt, diſceret: * ſed curioſitate uteretur, & abditos eorum ſenſus ſcrutari conaretur, ſubindeq; quid nã arcani ſenſus in litera lateret, percunctando patri negotium faceſſeret. Is porrò apud ſeipſum ea de cauſa cum admiratione ſtupebat, & ualdè gaudebat, quòd DEVS ſe patrem tali dignatus eſſet filio. Et quandoq; priuatim ſimulabat ſe eum acrius obiurgare, ne quid ſupra ætatẽ ſuam & ſimplicem ſenſum ſcrutaretur admonens. Tantoperè uerò admiratione eius eſt conſternatus, maximas ſe datori bonorũ DEO gratias debere profeſſus, ut ſępenumerò dormienti aſsiſteret puero, pectuſq; eius nudatũ * cum ueneratione multa deoſcularetur, perinde atq; in eo diuinus Spiritus domiciliũ ſuum haberet. Beatũq; prorſus ſe tam † felicí prolificatione iudicabat. Quæ res magnam præbuit cauſam & occaſionem, ut puer fidem ſacrasq; literas ab ineunte ætatè aſſequeretur, & rectè admodum educaretur, eundem & patrem & præceptorem habens, magnamq; de ſe præbens expectationẽ. Hæc atq; item alia his ſimilia de puerili ætate Origenis ſunt prodita.

Poſtq; uerò decimo Seueri imperãtis anno, Lætus Aegypto præfectus eſt, & Demetrius Alexãdriæ Iuliano in Epiſcopatu ſucceſsit, eccleſiarũq; perſequutio admodũ inualuit, ac multi certaminibus magno animo obuiam eũtes, coronas reportarunt: tantam dicũt martyrij cupiditatem Origeni inceſsiſſe, quum in iuuenili admodum adhuc ætate eſſet, ut exultans iam ardore quodam incredibili, pericula pro CHRISTO toleranda adiret. Et finiuiſſet ille iam tum martyrio uitam, niſi alia diuinæ prouidentiæ ratione, utilitatis multorum gratia, mater

ὁ παιδαγωγὸς. Exemplũ puerilis inſtitutionis pulcherrimum.

πολυπραγμοσύνη

ὁ σεβασμιώτατος ἐπίσκοπος

Eundem habuit puer Origenes & educatorẽ & præceptorem, patrem.

Lætus Aegypti Proconſul.

Origenes adoleſcẽtulus martyrium affectans.

Cursum ad martyriũ eius mater inhibuit.

eius interceſsiſſet. Illa enim in cubiculum eius ingreſſa, ſupplex ei fuit, ut ne ma- A terno ſuo ergo eum animo & amori parcens, ægram ſe ita relinqueret, & intolerabili luctui & mœrori obijcere perſeueraret. Vbi uerò pater eius captus & in uincula cõiectus eſt, maior eum etiam amor, acriuſq; martyrij deſideriũ inuaſit, indies id (ut ita dicam) ardore & igne nouo excitante atq; accẽdente. Quapropter quum ita animatum Origenem eſſe mater uideret, omnem eius ueſtem recondidit, neceſsitatemq; ei domi manendi impoſuit. Hic quùm aliud facere nõ poſſet, alipten & unctorem certaminis ſe patri præbuit, & frequenter cohortatorias ad illum literas ſcripſit, inter alia uerba iſta uſurpans: Suſtine, & ne quid alterius ſentẽtiæ aut conſilij noſtra cauſa capias uide. Atq; hoc primum ſit euidentiſsimum, à primis (quod dicitur) carceribus, germanę fidei, ſinceriq; eius erga DEVM animi, ſpecimen atq; indicium.

Patrẽ in carcere Origenes ad martyrium animauit.

CAPUT IIII.

PAtre eius, ſicuti diximus, uita per martyriũ pro CHRISTO defuncto, nondum prorſus ſedecim annos natus, quum apud matrẽ cum alijs ſex natu minoribus liberis eſſet, & quod patrimonium eius omne imperiali fiſco illatum fuerat, unà cum ſuis ærumnoſe in magna rerum neceſſariarum anguſtia & penuria uiueret, Diuino ei ſuccurrente numine, incredibile conſequutus eſt auxilium. Siquidem mulier quædam ingentibus diuitijs & copijs clara, & aliter quoq; Alexandriæ celebris, magni nominis uirum Antiochenum genere, & inter hæreticos Alexandrinos primarium, conſectans atq; complectens, adoptato ſibi filij loco Origene, quùm maximi eum fecit, tum ei ſuisq; omnibus ad quotidianum uſum liberaliter & copioſe omnia ſuppeditauit. Fa miliariter ergo cum Paulo (hoc enim nomen mariti eius mulieris erat) uiuens, B nunquam à conſueta ſibi deflexit precatione, communicare preces cum Paulo hæretico nolens, eccleſiaſticaſq; ſanctiones accuratiſsimè ſeruans: quum quidem ad Paulum permulti frequentarent, non ſolum qui ex Græcorum eſſent ſuperſtitione, ſed etiam noſtri homines. Græcorum porrò diſciplinis iampridem à patre imbutus, magis etiam in Pauli ſchola proficiebat. Proinde poſtea ex earum doctrinarum diſciplina, cui præibat, abundè res familiaris ei ſuppetebat. Poſteaquam autem perſequutionis timore omnibus expulſis, nullus Alexandriç ſacrorũ oraculorum enarrator fuit, multi ex gẽtibus ad Origenem accedentes, Verbum DEI ſunt profeſsi: multiq; illorũ patria ſacra deteſtati, partim ut familiariter cum eo uiuerent, partim ut ſemper ei adeſſent, præ rebus omnibus ſtudio ſibi habuerunt. Ex ijs primus eſſe perhibetur Plutarchus, quùm uitæ ſanctitate, tum martyrij corona clarus. Alter ab hoc Hera clas recẽſetur, Plutarchi ipſius frater: qui tantum dẽ ſe uerioris philoſophiæ ſtudij ſpecimen præbuit, ut poſtea in eccleſia Alexandrina Demetrio ſucceſſor ſit ſurrogatus. Porrò decimumoctauum agens annũ Origenes, ſcholæ Catechiſtes in urbe Alexandrina eſt præfectus. Et quum ibidem ſub Aquila præfecto perſequutio maximè exundans incrudeſceret, magnum conſequutus eſt nomen, apud eos qui CHRISTI nomine cẽſentur: quòd & notos ſibi & ignotos familiariter excipiens cõpleꝛeteretur, & qui in uinculis erant, ſeduló uiſitaret, alacritatem eorum excitans & adaugens: tum autem, eos qui ad mortem raperẽtur, cum multa fiducia & libertate produceret atq; exoſcularetur. Quapropter ſæpe eſt factũ, ut ex gentib. plebes furore correpta, lapidib. eũ obruere contenderit. Sed illũ præter expectationem, cœlitùs dextra DEI præſenti ope eſt tutata: quemadmodum etiam ſæpe aliàs, propter ſummã alacritatẽ libertatẽq; diuini uerbi docẽdi, inſidijs expetitũ cõſeruauit. Tãtus porrò aduerſus hominẽ extitit motus, ut plebe ethnica procurante,

Patrimonium eius fiſco illatum.

Paupertati eius diuinitùs ſubſidiũ uenit.

Origenes à fœmina locupletẽ Alexandriæ adoptatus.

Idem cum hæretico habitãs, eccleſiaſtica inſtituta ſeruat.

Idem mercede doctrinæ ſumptus tolerat.

Familiares & diſcipuli eius.

Plutarchus martyr.

Heraclas frater eius.

Origenes ſcholæ Chriſtianæ catechiſtes 18. agens annum.

Aquila Aegypti præfectus.

Perſequutionẽ grauem Alexandriæ ſuſtinet Origenes.

Arante, non cõtemnenda militum manus, in ea ubi habitabat domo uerſaretur, & turbam eorũ qui ab illo in ſacris diſciplinis inſtituerentur, ſeruaret. Denicq; uſq; eò perſequutio aduerſus eum inualuit, ut per urbem omnem domũ domo mutans clàm circuiret, multitudinis eius gratia, quæ doctrina eius adducta ad diuinam acceſſerat profeſsionem. *Siquidem non uerba ſolum, ſed facta etiam eius certiſsimum germaniſsimq; philoſophię eius fuere indicium. Prorſus namq;, oratioui uita congruens reſpondebat. Quam ob cauſam etiam ui & ope diuina auxiliante, multos ad ſe pertraxit, innumeroſq; habuit imitatores.

Vita doctrinæ in Origene reſpondẽs.

** οἷον γὰρ τῷ λόγῳ, τοιόνδε φασὶ τὸν τρόπον· καὶ οἷον τὸν τρόπον, τοιόνδε καὶ τὸν λόγον ἐπιδεδέ᾽ικτο. Itaque ille qualẽ oratione, talẽ quoque uitam: & qualẽ uitam, talem etiã orationem exhibuiſſe dicitur. Euſeb. lib. 6. cap. 3.*

CAPUT V.

ENimuero ubi quamplurimos ad ſe diſcipulos cõfluere, munere Catechiſtæ unà cum ſchola ea à Demetrio ſibi commiſſa, uidit, abſurdum (ita ut par erat) arbitratus, prophanarũ literarum eruditionem ſacræ commiſcere doctrinę, illicò externarum artium ſtudium poſthabuit: quippe quæ tantopere utiles eſſe non poſſent, & diuerſa à ſacris oraculis afferre ſolerent. Deinde generoſo & uirili, planéq; (ut amplius quiddam dicam) philoſopho animo, ne externo quopiã ſubſidio indigere uideretur, quæcunq; ei crãt, Græcorum librorum ſumma elegantia & uenuſtate concinnata uolumnia, uenalia propoſuit, & quatuor obolorum in diem quemuis precium ſibi ab emptore pendendorum eſt ſtipulatus. Vnde plurimo tempore ad eum modum philoſophari perſeuerabat: cauſam & materiam omnem, quæ allicere eum ad res nouas & illicitas poſſet, atq; concupiſcentiam indecentem longè à ſe propellens. Et die ſudoribus utplurimũ peracto, noctu etiam multo incumbebat labori, maximã eius temporis partem meditatione diuinarum ſcripturarum conſumens. Si quã do etiam ſomnus obiter deguſtandus eſſet, non in ſtrato aliquo, ſed in nuda humo iacens, eo parciſsimè utebatur, ieiunijs plurimùm alijſq; philoſophicis exer- B citijs cõſtantiſsimè ſemper intentus. Ex SERVATORIS præceptis illa maximè ſeruanda eſſe iudicabat, quæ prohiberent duas habere tunicas, aut calceamentis uti, aut animum futurarum rerum cura & ſollicitudine macerare uetarent. Eaq; ipſa ſeruauit accuratè, in frigore & nuditate, etiam præter ætatem, uitam exigẽs. Illis quoq; rebus animi ſui promptitudinem & ardorem ſatis declarauit, quòd regiones multas temporibus multis peragrãs, nullis uſus ſit calceis: uinoq; prorſus, alijſq; rebus, extra neceſſarium alimentum, abſtinuerit: uſq; adeò, ut periculum & perniciẽ corpori ſuo conciliarit. Atq; hoc modo uiuens, exemploq; ſuo optimum uiuendi inſtitutum oſtendens, in admirationem quidem ſui extulit omnes. Eos autem qui dare aut communicare quicquam cum eo uolebant, familiares ſuos, auerſatus eſt.

Et libros Græcarum artium uendit.

Chriſtiani philoſophi uita.

Præceptorum Chriſti ſimplex iuxta literã obſeruatio.

CAPUT VI.

COmplures ſanè ex ſectatoribus ſuis, atq; etiã ex eis qui adulterinæ erant doctrinæ, ad eundẽ philoſophandi amorem excitauit. In quorũ intimis animis ita diuinum fidei uerbũ inſeuit, ut maturum uberẽq; deinceps caperet fructum: in tantum, ut ex eis quidam, perſequutionum temporibus martyrij coronis ſint illuſtrati. Primus quidem, quem diximus, Plutarchus fuit: qui quum ad ſupplicium duceretur, parũ abfuit quin Origenes quoq; ab illius occideretur ciuib., ut qui author necis illius dictus eſſet. Idq; factũ profectò eſſet, niſi eum rurſum (quæ res eius omnes dirigebat) diuina Prouidentia cuſtodiuiſſet. Secundus ab hoc martyr fuit Serenus, qui ex ſchola illius profectus, ſpectatam fidei conſtantiam in igne apertè exhibuit. Heraclides porrò tertiũ obtinuit locum, quũ adhuc in ſacra inſtitueretur doctrina, utpote catechumenus. Quartus Heron, ſymbola adhuc et ſigna diuinę lucis circũferẽs. utriq;

Ex ſectatoribus Origenis martyres.

Plutarchus.

Serenus.

Heraclides.

Heron. a Neophytus uidelicet.

Serenus alter. utrique ij gladio sunt percussi. Quintus ordine, scholæ illius alumnus, priori illi A cognominis, Serenus alter, post quamplurima tormentorum discrimina, per capitis resectionem, pro ueræ pietatis præmio, diuinam gloriæ suscepit coronam.

Basilides. Sextus deinde Basilides, qui decantatam illam Potamiænam, ex commiseratione ab impudicorum multorum petulanti iniuria uindicauit.

CAPUT VII.

Rais catechumena. EX fœminis autem septima est Rais, quæ adhuc de fide & sacris nostris instituebatur, & baptismo (sicuti alicubi ipse dicit) per ignem susceptо, martyrium compleuit. Octaua porrò Potamiæna, cuius adhuc celebris est apud populares suos fama: ut scilicet plurima, cõtra amatores, pro pudicitia & uirginitate sua tuẽda, subierit certamina, (accedebat enim in eã ad florentis animæ pulchritudinem, etiam forma, & uigor uultus ingenui & liberalis summus) & constanti generositate sua, post intolerabilia tormenta satis ostensa, ad postremùm unà cum matre Marcella, in ignem coniecta mortem obierit. Fertur equidem, Aquilam iudicem, quum corpus eius primùm grauiter flagris fustibusq; cæcidisset, minatum ei esse, iuuenibus petulantibus se eam ad contumeliam daturum: eamq;, quid nam ex propositis conditionibus per optionem eligeret, interrogatam, paululũ secum tacitam deliberasse, & perquàm generosum animo præsenti responsum dedisse: * per quod, moribus eorum, impium quiddam proloquuta uisa est. Itaq;, quum illico sententia damnationis contra eam lata, à Basilide ad locum supplicij abduceretur, & multitudo conuicia atq; impudica uerba per iniuriam in eam conijceret, Basilides per commiserationẽ humanius erga eam affectus, turbam iniurioſorum hominũ arcens, ab ea remouit ac propulit. Ibi illa curam officiumq; tale gratum habens, Basilidẽ confidere, & bono animo esse iussit: breui se ad Dominum suum euntem, condi- B gnam ei relaturam gratiam. Hęc quum ita dixisset, pix ignita per totum eius corpus diffusa, uitam ei ademit. Non multum deinde interceſsit temporis, & à Basilide iuramentum non uili de causa inter commilitones suos exigebatur. Ille uerò, non licere sibi prorsus iurare, asseuerauit. Christianum enim esse, & id se palàm omnibus profiteri. Commilitones porrò primùm eum ludere, & ad contumeliam nostram ea uerba proferre sunt opinati. Vt autem id perseueranter confirmauit, ad Aquilam est productus: apud quem ubi idem disertis uerbis est professus, ilicet in uincula est coniectus. Ad quem quum fratres quidam uisendum irent, & cum stupore tam repentinam eius mirarẽtur mutationem, ille eis retulit, ut Potamiæna, tertio antè die, læto planè & liberali animi corporisq; statu sibi insistens, & capiti suo coronam imponens, dixerit: deprecatam se esse pro eo DEVM, neq; preces eas fruſtra fore, breuiq; se eum secum habiturã. Itaq; fratres * sigillum ei CHRISTI circumfuderunt: postridieq; eius diei gladio percussus, martyrium pro CHRISTO absoluit. Non ipse uerò tantum, sed & multi alij confertim Alexandriæ, in ea quæ dicta est persequutione, ad CHRISTVM transijsse, memoriæ sunt proditi: quum quidem eodem quo Basilidi modo, Potamiæna eis in somnis apparens, ad meliora eos esset cohortata. Et ij quidem ab Origene catechista eo tempore de fide instituti, diuinũ sic consecuti sunt immortalitatis præmium.

Marcella mater eius.

Potamiæna ei apparuit.

Alijs itidem martyribus.

Euseb. lib. 6. cap. 5.

Basilidi carnifici fuo martyrium prædixit moriturus Potamiæna.

Christiani olim non iurarunt.

Eiusdem Basilidis martyriũ.

ὃς καὶ γενομένου μοῦσα τῷ ὀνόματι, Nicepb.

ἀλλ' ἐς ἑβδόμην γε γενεὰν ἀφεὶς ἀπορρήξεσθαι.

Πλὴν οὐ χειρῶ σφραγῖδα.

Signaculũ crucis, aut baptismum potius intellige.

CAPUT VIII.

QVum ad hunc modũ Origenes Adamantius Alexandrinæ fidelium scholæ præiret, rem quandam aggredi ausus est, imperfectę quidẽ illam & iuuenilis mentis, sed fidei castitatisq; firmitatem & stabilitatem satis declarãtem. Quoniam enim adhuc iuuenis, non solũ uiris, sed

sed & mulieribus docendo salutare prædicabat uerbũ, uolens calumniã omnem fœdę suspicionis præcidere, & simplicius dicto illo SALVATORIS intellecto, Sunt eunuchi quidam, qui seipsos castrarunt propter regnum cœlorum: adimplere id re ipsa in animo habens, seipsum castrauit. Summa cura & diligentia familiares suos id factũ celare studens, quod tamen difficile factu erat. Permultis enim ea res innotuit. Quam ubi etiam loci eius episcopus Demetrius resciuit, quùm facinus tale est admiratus: tum feruorem tantæ fidei non improbandum esse ducens, bono cum esse animo, nihilq; eam ob rem metuere iussit. Atq; tum quidem tali erga eum animo fuit episcopus. Procedente uerò deinceps tempore, quum hominem ubiq; celebrari laudariq; uideret, humano quodam affectu seductus, ad episcopos scribẽs, premere atq; obscurare famam eius est conatus, cœptũq; huiusmodi absurdum in literis suis exposuit. Cæterùm quum in Palæstina, Hierosolymorum & Cæsareæ episcopi, gloria & dignitate cæteris præstantiores, Origenem maiore dignum duxissent honore, eaq; de causa per manũ impositionem in presbyterorum ordinem eum cooptassent, ex eo tempore gloria eius crescente, nomineq; & laude uirtutis atq; sapientiæ apud omnes ferè homines maximè inualescente: Demetrius, quia non haberet quod in tanto uiro reprehenderet, id quod ille aliquãdo per iuuenilem imperitiam fecerat, ad grauem traxit calumniam: & aliquantum etiam eos qui illum dignitate presbyteri ornauerant, notauit. Verùm serius hæc Demetrius est exorsus. Ille enim impigrè cum omnibus qui ad se uenirent, doctrinam cõmunicabat, tempus omne & studiũ discipulis suis impertiens. Interea Seuerus decem & octo annis imperio flagitiosè administrato, Antoninũ Caracallum filium suum successorem habuit.

Origines seipsum, propter regnũ Dei castrauit.

Id facinus Demetrius Alexandrinus episcopus primũ nõ ægrè tulit.

Postea aũt gloriæ Origenis inuidens, quòd is in Palæstina presbyter creatus esset, scriptis traduxit.

Antoninus Caracalla Seuero in imperio succeſsor.

CAPUT IX.

B IN tempestate Alexãder, ex illis unus qui plurima in persequutione sub Seuero pro uera pietate sustinuerant, à DEO seruatus, administrationem ecclesię Hierosolymitanę suscepit: Narcisso, qui ibi munus id gesserat, adhuc superstite. De quo eius loci homines quùm multa alia admiranda opera memorãt, tum hoc etiam in literas relatum tradunt. Dicũt enim, ad uesperã Paschæ oleum ad usum lucernarum defeciſse: quod quũ populus ægrè ferret, Narcissum mandasse, ut eius rei ministri ex propinquo puteo aquam haurirẽt, atq; ad se afferrent. Hoc sic facto, illum precatum esse, aquæ bene dixisse, & germana certaq; fide, ut in lucernas infunderetur, iussisse. Quare ut iusserat peracta, diuina ui & efficacia aqua derepentè in olei naturam colore & qualitate uersa, igni nouam quandam clariorem'q; lucem præbuit. Ex quo tempore id oleum à multis miraculi gratia diutissimè est seruatum. Plura præterea de uitæ eius instituto memoratu digna referunt, in quibus & illud præclarum est. Homines quidam mali, qui per flagitia omnia & scelera innumera uitam exegerant, constantiam & seueritatem uiri nouerant. Itaq; iudicium eius timentes, ne in fœdo deprehensi facinore, quas meriti essent, luerent pœnas, fallaciam quandam anteuertentes comminiscuntur, & grauem ei impingũt calumniam. Atq; ut opinionẽ se uera dicere apud homines consequerentur, sycophantiã periurio cõfirmãt: diris quoq; seſe, si fallerent, deuouẽtes: primus quidem, ut igni cõflagrarer: secũdus, ut fontico detestabili q; morbo periret: tertius uerò, ut oculis priuaretur. Et quãuis illi calũniam iuramẽti & execrationis obtẽtu cõtexissent, nemo tamen eis fidẽ habebat: quippe omnib. Narcisi castitas & uirtus spectata erat. Ille aũt, quũ improbitatẽ tantã hominũ eorũ ferre nequiret, aliterq; à negotijs semotã, quietam philosophicãq; uitam persequeretur, multitudine, arte quadam decepta, profugit, atq; annis multis non comparuit. Et ille quidẽ ita uitam, ac deinde discessionẽ instituerat. Cæterũ magnus ille uindictæ oculus ne quaquam

Hierosolymis Narcisso in episcopatu coadiutor datur.

Narcissus episcopus aquam in oleũ uertit.

Fidẽ flagitiosi quidam homines calumniã intendunt, eãq; certo suo malo iuramento confirmãt.

Narcissus Hierosolymis profugiens, annis pluribus latitat.

quaquam cunctabatur, sed quàm celerrimè pestiferos & pernicioſos illos homi- A
nes comprehenſos, malis eis quibus ſeipſos iuramento interpoſito obſtrinxe-
rant, maximè deuinxit. Primus igitur nulla propè de cauſa, ſcintilla unica à lucer-
na proſiliente domo ſuccenſa, unà cum omnibus genere ſibi propinquis, atque
etiam cum ſubſtantia omni, miſerabiliter præter opinionem omnem comburi-
tur. Secundus morbo grauiſsimo, qui totum eius corpus inuaſit, corripitur. Ter
tius porrò, quum tam grauem & durum in illis exitum rei uideret, et celeritatem
omnia ſpeculantis diuinæ uindictæ conſideraret, quæ communiter inter ſe, per
dolum & maliciam, contra uirum optimum confinxiſſent, ſtatim eſt profeſſus:
neque luctus lachrymarumq́ prius modum fecit, quàm unà cum illis oculorum
uim & aciem diffluere ſenſit. Sic illi dignum periurij tulere precium.

Exemplũ periurij diuinitùs uindicati, in Narciſſi calũniatoribus.

CAPUT X.

Alexander Hieroſolymorũ epiſcopus ex confeſſionis ſuæ. Dius, Germanion, Gordius. Narciſſus rurſum epiſcopatum ſuũ recuperat. Idem 100. annos natus. Alexander ei coepiſcopus et collega adiungitur. Profectio Hieroſolymitana precationis ergò ſuſceptа ab Alexãdro Cappadocum Antiſtite. Is Hieroſolymis inuitus retinetur, & epiſcopus diuina ordinatione creatur. Antinous, olim Ves, Argypti urbs, in honorẽ Antinoi, ut ſuprà dictũ eſt, ab Hadriano Imper. condita. Vocatur etiã Antinoia, & Hadrianopolis.

QVum uerò Narciſſus profugus lõgo tempore nõ appareret, eccleſia
rum antiſtitibus uiſum eſt, alium ſuffragijs creare Epiſcopum. Ita illi
Dium quendã Hieroſolymorũ præficiunt eccleſiæ: cui, quòd nõ mul
to pòſt deceſsit, Germanion ſucceſſor ſufficit. Atq́ huic rurſum terti
us ſuccedit Gordius. Sub quo Hieroſolymis ſubitò, ueluti ex quadam reuiuiſcen
tia præſtò adeſt Narciſſus, epiſcopatũq́ eccleſiæ ibi, fratribus plurimùm cogenti
bus, recipit. Multũ porrò uenerationis ei acceſſerat, ex philoſophico illo receſſu:
& præter alia plurima bona, etiam ex uindicta illa nefariorum hominũ, qua eum
etiam abſentem DEVS fuerat dignatus. Quandoquidem autem propter ætatem
decrepitam (iam enim centum & ſex annos uixerat) miniſterium ſuum obire
nequibat: Alexandrum, quem diximus, alterius eccleſiæ epiſcopum, unà cũ Nar
ciſſo, prouidẽtia & diſpoſitio diuina Hieroſolymitanæ eccleſiæ præficit, noctu ei B
deſignans omnia. Qua etiam ille, ueluti diuinum aliquod oraculũ proficiens, ex
ipſa Cappadocia, ubi epiſcopatũ gerebat, excitus, Hieroſolymitanã profectionẽ
precationis ergò, atq́ ut res ibi peractas cognoſceret, ſuſcepit. Itaq́ fratres Hie-
roſolymis, affectione amica & pia, Alexandrũ domũ redire paſsi nõ ſunt: ex alia
uidelicet, quæ eis noctu fuerat oblata, & idẽ bonis ibi omnib. denunciauerat, re-
uelatione. Acceperant etiã, quum extra portas obuiã ei honoris ergò progreſsi
fuiſſent, cœlitùs uocem, dicentem: Quem uobis gratia diuina miſit, eum ultro ſu
ſcipite epiſcopũ. Hoc ubi ſic factũ eſt, finitimis epiſcopis etiã, qui circumcirca ec-
cleſias regebant, deſignationi ei acquieſcendũ eſſe uiſum eſt. Quamobrẽ cogen-
tes, ut ibi maneret, ei neceſsitatẽ impoſuerũt, annuente etiã ipſo Narciſſo. Eiuſ-
modi cõmunis cũ Narciſſo epiſcopatus adminiſtrationis, Alexander quoq́ ipſe
in epiſtola ad Antinoitas ab ipſo ſcripta, circa finem hiſce uerbis meminit. Sa- “
lutat uos Narciſſus, qui ante me locum epiſcopatus huius tenuit: & nunc ad cen “
tum & ſex annos uita extracta, orationibus mecum incumbit, cohortans uos “
mecum, ut conſentientes idem ſapiatis. Mentionem etiam Alexander Aſcle- “
piadæ facit, qui Antiochiæ Serapioni ſucceſsit, cuius paulo antè quoq́ in hæreſi “
ſecundum Phryges meminimus. Verba eius ſic habent: Alexãder ſeruus & uin- “
ctus IESV CHRISTI, beatæ Antiochenorum eccleſiæ in Domino ſalutem. Faci “
lia mihi & leuia Dominus, cuſtodiæ meæ tempore, uincula effecit, quum intelle “
xiſſem, ſanctę ueſtrę Antiochenę eccleſię Epiſcopatũ, diuina prouidentia, Aſcle “
piadæ propter eximiã fidem maximè idoneo, demandatũ eſſe. Eam epiſtolã per “
Clementẽ, quẽ etiã cõmendat, ſe ad eos mittere, hiſce uerbis indicat: Literas ha- “
ſce, domini fratresq́ mei, ad uos miſi, cũ Clemẽte presbytero beatiſsimo, inſigni “
ſpectataq́ uirtute prædito uiro, quẽ uos nouiſtis, atq́ etiã amplius cognoſcetis. “
Is quũ hic eſſet, per prouidentiã & uiſitationẽ Domini, cõfirmauit atq́ auxit ec- “
cleſiam

Alexandri Hieroſolymitani epiſcopi epiſtolæ.

Aſclepiades epiſcopus Antiochiæ.

Clemens presbyter Alexandrinus.

A cleſiam DEI. Idem Clementis quoq́, & Pantæni, ut familiarium ſibi uirorum, *Pantænus.*
» in epiſtola ad Origenem meminit, ita ſcribens: Hæc enim uoluntas DEI, ut ſcis,
» fuit, ut quæ à maioribus noſtris ad nos peruenit amicitia, ſarta tecta, ſeu potius *ἀσυλος.*
» feruẽtior firmiorq́ eſſet. Patres ſiquidem agnoſcimus beatos illos, qui nos præ-
» ceſſerunt, uiros: cum quibus nos breui fore peruelim. Pantænũ dico, illum uerè
» beatum, & Dominum, & ſacrum Clementẽ dominũ meum, & bene de me meri
» tũ: & ſi quis præterea fuit eiuſcemodi, per quos omnibus modis optimũ Domi-
» nũ & fratrẽ meũ cognoui. Scripſit quoq́ aliã ad Antiochenos epiſtolã, aliã iti- *Alexandri Hie roſolymitani epiſcopi epiſtolæ.*
dem ad Origenem, & rurſum aliam contra Demetriũ pro Origene: quòd uide-
licet Origenẽ, Demetrio bonũ ei perhibẽte teſtimoniũ, presbyterũ crearit. Sed
& aliæ eius ad alios circũferuntur epiſtolæ. In perſequutione aũt ſub Decio, Ale
xander rurſum ad Prę fecti productus tribunal, cauſam dicendo iudicij periculum ſubijt, grauí & propè decrepita ſenectute uenerandus: Cęſareamq́ ductus, *Eiuſdem martyrium.*
atque ibi aliquandiu in carcere ſeruatus, coronam martyrij reportauit.

CAPUT XI.

Origines Romæ etiam fuit.

ORigeni aũt Romanæ urbis uiſendæ, quũ ibi Zephyrinus eccleſiã re-
geret, cupido inceſsit. Vbi quũ non ita diu manſiſſet, & inde Alexan
driam rediſſet, doctrinę atq́ inſtitutioni, ut catechiſtes, ibi præfuit:
Demetrij rogatu adductus, ut eo maiore ſtudio operi ei incũberet.
Quũ uerò animaduerteret, abſtruſiori ſe ſcripturę ſenſui ſcrutãdo atq́ eruẽdo,
ita ut uolebat, uacare nõ poſſe, quòd ne reſpirare quidem liberius ei liceret, per
eos qui quotidie à ſole orto ad ueſperã uſq́ ſcholã eius frequentabant: faciendũ
ſibi putauit, ut tantam multitudinẽ diuideret: & Heraclam, ex ſectatoribus ſuis *Idem ſocium ſibi & cooperarium doctrinæ in ſchola Alexandrina aſſumit Heraclam.*
B præcipuum, uirum doctiſsimum, qui in diſciplinis philoſophicis & ſacrarũ lite-
rarũ eruditione plurimũ collocauerat ſtudij, ſibi in inſtituẽdo ſociũ & adiutorẽ
aſciſceret. Ita factũ, ut primũ laborem eorũ docendorũ, qui fidei elementa nuper
aſſequuti eſſent, illi demandaret: ſibi ipſi uerò prouinciã eos inſtituendi qui per
fectiores eſſent, diuinãq́ doctrinã ueluti in habitũ deduxiſſent, reſeruaret. Vſq́
eò aũt accuratã ſacrorũ oraculorũ inquiſitionẽ & ſtudiũ produxit, ut Hebraicã *Origenes hebraicè addiſcit.*
etiã addiſceret linguã, et Hebraicos libros ad prima exẽplaria deſcriptos conqui
reret: inſuper etiã omnes translationes eorũ qui ſacras ſcripturas uerterunt, & à
uulgata interpretatione diſceſſerunt, inueſtigaret: Aquilæ deniq́, Symmachi & *Translationes ſacræ ſcripturæ inquiſiuit.*
Theodotionis editiones, ex occultis abſtruſiſq́ terræ receſsibus, ubi lõgiſsimo
latuerãt tẽpore, in lucẽ proferret. Ex quib. omnib. opus q́ ab eo Hexaplum ſiue
Sextuplũ inſcriptũ eſt, cõpoſuit. Cuius operis quæ uis & ratio ſit, ex ſequentib. *Opus bibliorũ Hexaplum.*
intelligetur uerbis. Trãslationes ſacræ ſcripturæ, quæcũq́ extarẽt, collegit. Pri-
mã quidẽ ſeptuaginta interpretũ, deinde eorũ qui poſt CHRISTVM natũ fuere,
Aquilę Iudęi cuiuſdã, & aliã deinceps innominati atq́ incerti cuiuſpiã authoris:
qui ſanè omnes Hebraici & Græci ſermonis egregiè periti fuere. Quarũ transla *τῆ προσαφωνίσει νενικόλει, Nice. τῆ πρὸς ἀκτίῳ νενικόλει, Euſeb. lib. 6. cap. 17. Eſt enim ad Actiũ promontoriũ ab Auguſto Cæſare extructa Nicopolis. οὐ τοῖς τε-τραπλοῖς.*
tionũ quandã ſe * Nicopoli, quæ ſeptentrionẽ uerſus ſita eſt, atq́ aliã alio loco in
ueniſſe ſcribit. In Pſalmorũ aũt Hexaplis, poſt quatuor celebriores editiones nõ
quintã ſolũ, ſed et ſextã, atq́ adeò ſeptimã translationẽ ſe appoſuiſſe oſtẽdit, Hie
richũte in dolio, tẽporib. Antonini Scueri filij, repertas. Haſce igitur interpreta-
tiones atque editiones ueterum inter ſe compoſitas, atque in unaquaque pagina
unà cum Hebraici exemplaris annotatione digeſtas, propoſuit. Vnde certus
ſcripturæ ſenſus, translationumq́ conſenſus uel diſſenſus certò intelligi queat.
Et ſic ille nobis hexapla, ſiue ſextupla reliquit exemplaria: quum quidem antea
ſeorſim Aquilę, Symmachi, Theodotionis, & Septuaginta interpretum transla
tionẽ in uolumine * quod Tetraſſum, ſiue quadruplũ nominauit, compoſuiſſet.

CAPVT XII.

Symmachus interpres, Ebionita fuit.

SCiendum porrò, Symmachũ interpretem Ebionitarum sectæ fuisse, quæ (sicuti in superioribus exposuimus) inopes quasdã & mendicas opiniones de CHRISTO induxit: illum scilicet purum esse hominẽ, & ex Ioseph & Maria principiũ & ortum sumpsisse, legemq; Iudaico more obseruari oportere confirmans. Edidit quoq; Symmachus in sacrum Matthæi Euangeliũ commentaria, ex quo hæresim suam astruere & stabilire uidetur. Ea uerò commentaria Symmachi unà cum eiusdem scripturarũ uersione, Origenes scripsit se à quadam fœmina Iuliana recepisse: quæ quidẽ fœmina eos libros ab ipso authore acceptos, apud se reseruauerit. Interea & Ambrosius quidam hæresi Valentini admodũ infectus, ab Origene conuictus, ueritatisq; lucemente illustratus, ad sincerã fidei doctrinã transijt. Et alij uerò permulti, quorũ aures oratione doctrinaq; sua Origenes permulserat, undiquaq; ad cum conueniebant, periculũ de perfecta eius doctrina facturi. Atq; in ijs nõ pauci quoq; ex hæreticis, plerisq; uerò etiam ex uiris præclaris & illustribus, qui utramq; philosophiã purè addidicissent, magno studio ad eũ cõfluebãt. Et quos ille idoneos esse ad mathematicas disciplinas percipiendas uidebat, eos ad Geometriã, Arithmeticam, aliasq; liberales artes producebat. Insuper autẽ & ad philosophorũ sectas cognoscendas instruebat, dogmata eorũ illis exponens, et cõmentarios in res quasuis edens: ita ut apud philosophos quoque magnus haberetur. Quod si qui essent paulo rudiores, eos artes Cyclicas docebat, magnam inde utilitatem comparari ad sacrarum disciplinarum doctrinam perhibens. Proindeq; & seipsum necessitate quadam ad prophanas literas discendas descendisse testatus est. Confirmant hoc qui eo tempore cum eo enituere philosophi, in quorum libris multa eius inuenitur mentio. Quandoque etiam illi libros ei suos dedicarunt, nonnunquam autem eos iudicio eius summiserunt.

Ambrosiũ quẽdam à Valentini errore Origenes adorthodoxã perduxit.

Plurimi eius sectatores & discipuli.

Eos pro captu cuiusq; in liberalibus etiam artibus exercuit.

Artes eiusmodi ad Theologicam doctrinam utiles.

Origenes apud Philosophos etiam magnus habitus.

CAPVT XIII.

Porphyrius Christianorũ insectator.

ET quid opus est alijs quãdo & Porphyrius Siculus, qui plurimũ studij ad id cõtulit, ut in Christianos inueheret, & literas diuinas perinde atq; nihil essent, reprehẽderet & aboleret, mentionẽ inferẽs eorũ qui in eis elaborarũt, earũq; secretiorẽ sensum exposuerũt, quũ nihil argumenti & uerborũ inopia haberet, quod contra nostra dogmata criminando afferret, ad conuicia se cõuertens, & enarratores eorũ carpens, inter eos Origenem, quẽ in tenera ætate uiderat, proscindere conatur. Qua tamen in re commendationẽ illius legitimam uel ingratis affert, nũc quidẽ uera memorãdo, quũ scilicet aliud quidquam dicere nõ posset: nũc uerò mendacia cõfingendo, ubi se latêre et fallere posse speraret. Siquidẽ eum ut Christianũ criminatur: rursum uerò, quum philosophicè uiuentẽ describit, admiratur. Verùm quę de eo cõmemoret, rectius ex ipsius uerbis intelligentur. Flagitiosæ improbitatis Iudaicarũ literarum non abrogationẽ, sed solutionẽ quidam se inuenturos sperantes, magna animorũ alacritate ad expositiones & enarrationes se cõtulerunt, absurdas illas, ineptas, & scripturis ipsis minimè congruẽtes, & non tam defensionem peregrinæ disciplinę, quàm quęstũ & laudem authoribus ipsis afferentes. Magno enim fastu, apud Mosen, pleraq; obscurè dicta, atq; ænigmata prorsus esse, præ se ferentes: & diuinorum oraculorũ, quę arcanorũ sensuum & mysteriorum sint plena, authoritatem eis tribuentes, iudicio eorum arrogantiæ præstigijs fascinato, enarrationes eiuscemodi instituunt. Et paulo pòst. Huius uerò absurditatis author est Origenes, in quem ego adolescentulus admodũ incidi, magna tum gloria uirum: sicuti etiamnum magnũ eius est, propter ea quæ post se reliquit libro-

Verba eius de Origene.

rum

A rum monumenta, apud eos præcipuè qui talia docent homines, nomen. Quum enim Ammonij, qui ętate nostra in maximo fuit precio, auditor esset, plurimùm in eloquẽtia & disciplinis omnibus apud eum magistrum est progressus: uiuendi aũt instituto, contrariã illi sequutus est uiam. Ammonius namq; Christianus, & à Christianis parentibus educatus, postquam sapere cœpit, philosophiamq; attigit, illico ad legitimã uiuendi rationem se contulit. Origenes aũt Græcus, & Græcis eruditus disciplinis, animum ad barbarã appulit temeritatem, in qua se ipsum * doctrinãq; suam ad quęstũ exposuit: Christianè quidem ille & legitimè ex instituto professionis eius uiuens, in persuasione autem religionis atq; in studijs lucubrationibusq; suis Græcos consectãs, & Græcorũ dogmata peregrinis subijciẽs fabulis. Semper enim uersatus est in Platone, Numenio, Cronio, Apollophane, Longino, Moderato, Nicomacho. Plurimũ etiam operę in eorũ libris posuit, qui inter Pythagoricos excellunt. Vsus quoq; est Chæremonis Stoici & Cornuti libris, ex quibus allegoricum eorum quæ apud Græcos sunt mysteriorum enarrandi morem didicit, & scripturis Iudaicis accommodauit. Hæc Porphyrius, in tertio eorum quos contra Christianos scripsit librorũ, refert. In quibus ea quidem quæ de multiiuga uiri eruditione cõmemorauit, uera sunt: alia uerò apertissimè mentitur. Quid enim ille, more sycophantæ, non comminiscetur, qui contra Christianos ita est debacchatus? Ausus quippe est, Origenẽ affirmare à Græcorum superstitione transfugisse: Ammoniũ uerò contrà à ueræ pietatis instituto ad peregrinã religionem transijsse: quum Origeni Christiana professio patria prorsus fuerit, sicut de eo statim à principio retulimus: Ammonius aũt ad extremũ usq; spiritũ constanter persuasionẽ fidei in CHRISTVM retinuerit. Quemadmodũ id lucubrationes eius, quibus magnã laudẽ & gloriã est consequutus, manifestò testantur: præcipuè uerò commentarius eius, qui de Mosæ & Iesu consonãtia inscriptus est: ac deinde alij, qui eiusdem generis apud studiosos asseruantur. Atq; hæc propterea adduxi, ut simul & sycophantiam calumniatoris refellerẽ, & quãtus in externis disciplinis Origenes fuerit ostenderẽ. Quo nomine, quòd scilicet nimiũ in eas operæ & studij collocaret, quũ à nonnullis reprehensus esset, talibus ad eos in quadam epistola usus est uerbis· Posteaq; to-

» tus diuinarũ literarum doctrinæ incubui, famaq; de iudicio ac studio meo increbuit, proindeq; frequenter ad me aduenerunt, nunc quidem hæretici, nunc autẽ
» Græcarum literarũ studiosi, & philosophi in primis, uisum mihi est, & hæretico
» rum dogmata, & philosophorum, quæ se de ueritate afferre pollicentur, placita
» perscrutari. Qua in re imitati sumus, qui nos præcedens multis plurimũ attulit
» utilitatis, Pantænũ, non parum artibus profanis instructũ: & qui nunc in ordi-
» ne est Alexandrinorũ presbyterorũ, Heraclam, quem ego operam talibus literis
» nauantem apud philosophiæ magistrum reperi: quum quidem quinq; annis il-
» le prius sectator philosophi eius fuisset, quàm ego disciplinis talibus uacare inci
» perem. Quam ob causam quum antea cõmuni uestitu usus fuisset, eo deposito,
» postea philosophi habitum sumpsit, quem etiam ad hunc usq; diem gerit. Hæc de studio Græcarum artium suo Origenes refert.

Ammonius Origenis præceptor.

τλὼ ἐν τοῖς λόγοις ἕξιν ἐναπέλιπεν.

Exiguntur ad ueritatis examen uerba impij Porphyrij.

Ammonij scripta.

Quo consilio Origines philosophicas & prophanas literas magno studio cõsecta tus,

CAPVT XIIII.

Origenes in Arabiã uersatur.

PORro quũ ex Arabia literæ uenirẽt, ut uerbi doctrinã cũ principe regionis eius cõmunicaret, profectus est eò, ea ipsa de causa. Sed nõ diu ibi moratus, Alexandriã rediit. Atq; inde rursus propter motus bellicos secedens, Aegyptũq; itidẽ propter armorũ discrimẽ suspectam habens, in Palæstinam se recepit. Ibi quum Cæsareæ degeret, episcopi Palæstini legatione quoq; ad eum missa, ei permisere, ut de sacris literis differeret, & publicè eas in ecclesia interpretaretur, quamuis nondũ presbyteri honorem esset

Item in Palæstina.

Heraclas presbyter philosophicum habitum gessit.

consequutus. Id quod comprobatur ex scriptis eis, quæ Demetrius malè erga A
Ibi ab episcopis rogatus nõ dum presbyter sacras literas in ecclesia docuit. Origenem affectus, ut paulo antè meminimus, episcopis Palæstinis misit, in quibus scriptis, præter alia, illud erat: Nunquam antè auditum, nunquam factum esse, ut præsentibus Episcopis laici concionarentur. Quapropter illi, & potissimum Alexander Hierosolymitanus & Theoctistus Cæsariensis antistites, de-
Defensio eius rei. fensionem eius rei ad eum scripserunt, non uera illum dicere asseuerantes. Vbi enim, inquiunt, reperiũtur idonei homines, qui doctrina sua prodesse fratribus possint, si illi sanctorum episcoporum iussu et permissione per cohortationes ad populum uerba faciant, id offendiculo non est: sicuti apud Larandos Euelpis à Neone, Iconij Paulinus à Celso, Synnadæ Theodorus ab Attico, omnibus illis beatis fratribus inuitati fecerunt. Verisimile autem est in alijs quoq; locis, quod nos ignoramus, itidem esse factum. Tanto in honore Origenes non solum a-
Origenes Alexandriam ad munus fuũ obeundũ reuersus. pud ciues & prouinciales suos, sed etiam apud externos episcopos fuit. Cæterũm quum ei aliquando Demetrius scripsisset, Alexandriam reuersus, docendi
Multi eo tempore docti & eloquentes uiri. ibi munus laboremq; solitum obiuit. Sedenim ad ea usq; tempora quamplurimi alij eloquentia & doctrina clari uiri floruere, quorum scripta & epistolas in
Bibliotheca insignis Hieros olymis ab Alexandro instituta. bibliotheca apud Aeliam, ad ætatem suam conseruatas esse, Eusebius Pamphili memoriæ prodidit: unde sibi argumentum & materiam ecclesiasticæ historiæ componendæ suppeditatam esse ait. Eam bibliothecam idem refert instructam esse ab Alexandro, qui ibi unà cum Narcisso, ex diuino responso, episcopalem administrauit prouinciam.

CAPUT XV.

Beryllus Bostrẽsis scriptor ecclesiasticus. Verùm enimuerò quum permulti libris edendis eniterent, plurimaq; B
ecclesiæ componerent monumenta, in quibus contra hæreses maximè decertarunt: inter quos etiam Beryllus Bostrensis Arabs, qui elegantia utilitateq; scripta post se reliquit, & *Hippolytus Portus Romani episcopus, & Caius, scriptores ecclesiastici fuere, quorum antea quoq; nobis
Origenes commẽtarios in Sacram scripturam edit, Ambrosio ei notario & sumptus suppeditante. facta est mentio: Origenes etiam ipse ad enarrationes scripturæ componendas animum contulit, Ambrosio quodam eum ad id studij & laboris excitante, qui sanè non admonitionibus uerborum & cohortationibus tantum est usus, sed liberaliter etiam sumptus congruentesq; impensas ei suppeditauit. Septem etenim ei attribuit * celeres notarios, qui certis designatis horis, in scribendi opera sibi inuicem succedebant. Ad hos totidem addidit alios, qui dictata illius * formis pulchrioribus in libris accuratè describerent. Aderant etiam puellæ in scribendo probè exercitatæ, quibus omnib. Ambrosius ex facultatibus suis quotidie abundè sumptus præbuit. Quin etiam alijs pluribus modis ille alacritatem uiri, in tali diuinarũ literarum studio, feduló auxit, ut libentius prolixiusq;, sic inuitatus, in editionem commentariorum suorum incumberet. Aequum
Eiusdem scripta. autem esse puto, quæ studiorum suorum monumenta reliquerit, in præsentia recensere. Alexandriæ quidem conscripsisse dicitur in Euangelium Ioannis libros sex. † In totum Euangelium, libros uiginti duos. In nono autem eorum quos in Genesim scripsit libro (duodecim autem edidit) eos qui nonum præcesserunt, Alexãdrię etiã commentatũ se esse dicit, in uigintiquinq; primos Psalmos. Præterea in Threnos, tomos nouem: in quibus duorum librorum de resurrectione mentionem facit. Libros itidem de principijs, & quos inscripsit σωματεῖς, seu contexta (sunt autem decem) Alexandriæ quoq; composuit. In enarratione autem primi Psalmi, numerum sacrorum librorum ueteris Testamenti hisce uerbis recenset:

quinque Alexandriæ eum edidisse, qui sextum præcesserunt, & in totum Ioannis Euangelium tomos, in manus hominum peruenisse dicitur.

Scire

Βηρύλλου Βοστρηνῶν ἐπισκόπου καὶ συγγράμματα ἐκκλησιαστικὰ καταλιπόντος

Ἱππόλυτος ἑτέρας τινὰς καὶ αὐτὸς ἐπιγνώσεως παραστάσεις Euseb. lib. 6. cap. 22.

εἰς ὅλον τὸ εὐαγγέλιον. Niceph. εἰς τὸ κατὰ εὐαγγέλιον. Suid. εἰς τὸ κατὰ εὐαγγέλιον αὐτὸ ὅλον τοῦτο. Euse. lib. 6. ca. 24. Vbi in sexto in Ioannem commentario, tãtùmodo 22

CAPUT XVI.

A SCire peropus est, testamentarios libros, ut Hebræi tradiderunt, esse
» uiginti duos, ita ut is numerus cum elemẽtis literarum eorum conue
» niat. Deinde infert: Sunt autem apud Hebrços uiginti duo libri isti.
» Qui apud nos inscriptus est Genesis, apud eos, A principio, titulum *Origenes de Canonicis Bibliorũ libris.*
» habet, Bereśith, quod est in principio. Exodus Velle semoth: hoc est, Hæc nomi
» na. Leuiticus, Vaicra: hoc est, Vocauit aũt. Numeri, Vaiedaber: hoc est, Locu-
» tus est. Deuternomiũ, Ellehaddebarim: hoc est, Hæc sunt uerba. Iesus filius Na
» ue, Iehosua Ben nun: hoc est, Iesus filius Nun. Iudicum, Sophtim. Ruth, apud ip-
» sos Ioſaphatim. Regũ, Melachim primus & secũdus, siue Samuel: hoc est, à DEO
» uocatus. Regũ, Melachim tertius & quartus, seu regnũ Dauid. Paralipomenon
» primus & secundus, Dibræ haiamim: hoc est, sermones dierum. Esdræ primus
» & secũdus, Esdras: hoc est, auxiliator. Liber psalmorũ, Spharthelim. Prouerbia
» Salomonis, Misle. Ecclesiastes, Coheleth. Canticum canticorum, nõ aũt (ut quí-
» dam putant) Cantica canticorum, Sirhasirim. Esaias, Hieremias cum Threnis
» & epistola, Daniel, Ezechiel. Duodecim prophetarũ liber, Thereasar, Iob, Est-
» her. Præter hos sunt libri Macchabæorũ, qui apud eos inscribuntur, Sarbeth
» Sabanaiel. Atq; hæc in eo quem diximus commẽtario exponit. In primo aũt
in Euangeliũ secundum Matthæũ libro, ecclesiasticũ seruans canonẽ, quatuor *Nouí testamenti libri.*
, tantũmodo Euangelia se nosse, sic quodãmodo testatur: Vt quidem ex traditio
» ne didici de quatuor Euangelijs, sola ea sunt certæ autheritatis, & irrefragabilia
» in ecclesia DEI quæ est sub cœlo. Primũ scriptum est ab olim publicano, postea
» uerò Apostolo IESV CHRISTI, Matthæo, & fidelibus Iudæis sermone Iudaico
» traditũ. Secundũ à Marco, sicuti à Petro illi est dictatũ, quem is in Catholica epi-
» stola sua, eam ob causam filium agnoscit, inquiens: Salutat uos in Babylone ele-
» cta, & Marcus filius meus. Tertium secundum Lucam, à Paulo laudatum est E-
» uangelium, quod is gentibus scribi curauit. His accesit, id quod secundum Ioan
B nem est. In quinto porrò in Euangelium Ioannis enarrationum libro hæc etiã
» de epistolis Apostolicis refert: Qui uerò dignus iudicatus est minister fieri noui
» Testamenti, non literæ, sed spiritus, Paulus, qui cursum Euãgelij ab Hierusalem
» & circũcirca usq; ad Illyricũ absoluit, nõ ad omnes quas docuit, etiã scripsit eccle
» sias. Ad quas autem scripsit, perpaucis usus est uersibus. At Petrus, † super quo ἐφ' ᾧ ποιοῦμαι τὴν ἀρχήν ἐπιγνώσεως.
» ædificata est CHRISTI ecclesia, aduersus quam neq; inferorum portæ præua-
» lent, unam citra controuersiã reliquit epistolã. Verùm sit eius etiam altera, quæ
» tamen in dubiũ uocatur. Quid uerò de eo dicendũ, qui supra pectus IESV recu-
» buit, Ioannes? qui Euangeliũ unum ad posteros transmisit, tot se edere posse pro-
» fessus, quot uniuersus nõ caperet mũdus. Scripsit quoq; Apocalypsim, iussus ta-
» cere et nõ scribere septẽ tonitruũ uoces. Reliquit idẽ admodũ paucorũ uersuum
» epistolam: sed sit eius & secũda, atq; etiã tertia, quas nõ omnes germanas esse pu
, tãt, & utraq; centũ uersus nõ excedit. Ad hæc de epistola ad Hebræos, in eius- *De epistola ad Hebræos.*
, dẽ homilijs hæc refert: Stylus & eloquutio epistolę ad Hebræos inscriptę, nõ re
» dolet genuinũ & rudiorẽ Apostoli ductũ: qui seipsum rudẽ esse professus est ser
» mone, hoc est eloquutione. At epistola ea uerborũ compositione maiorẽ habet
» Græci sermonis uenustatẽ. Id sanè, quicũq; de eloquutionũ differentijs iudicare
» potest, profitebitur. Rursum, quòd sententiæ eiusdẽ epistolæ admirandæ pror-
» sus sint, & à scriptis eis quæ ex professo Apostolica habẽtur, minimè secundę, &
» id qui attentè in Apostolica lectione est uersatus, nõ negabit. Deinde illa subiun
» git: Ego quidẽ iudiciũ meũ declarãs dixerim, sententias prorsus Apostoli esse: elo
» quutionẽ aũt & contextum alicuius qui Apostolica dicta memorię gratia in scri
» ptũ retulerit, & uerba magistri in commentariũ annotans redegerit. Itaq; si quæ

ecclesia epistolã eã pro Paulina habet, meritò ea isto nomine bene audiat. Non A
fruſtra enim ueteres eam Paulo adscripsere. Qui uerò author eius scripti sit, so- "
lus id certò nouit DEVS. Cæterùm quæ ad nos peruenit memoria rerũ, partim "
à Clemẽte Romano episcopo, partim à Luca qui Euangeliũ & Apostolorũ acta "
scripsit, editã esse tradit. Atq; hæc quidẽ Origenes Alexãdriæ composuit. Quæ "
uerò in Palæstina, aut alibi uersatus, lucubrãs ediderit, paulo pòst recẽsebimus.

a Opilius Macrinus, Antoninus Heliogabalus, Aurel. Alexander Seuerus, Imperatores Romani.

b Origenes Antiochiæ cũ Mãmæa fuit.

c Cõuincendorum hæreticorũ gratia: Ruffin.

d Idẽ Cæsareæ Palestinæ, cũ magna quorũdã inuidia presbyter ordinatus.

e Imperator iste Aurelius Alexãder Seuerus doctissimos integerrimosq; uiros. Papiani uiri sanctissimi discipulos, à consilijs habuit, eosq; plurimos. Lamprid. Eorũ respõsis libri Pãdectarũ iuris ciuilis referti sunt. Tutorem habuit Domitium Vlpianũ iurisconsultũ. Bello aũt Germanico in tumultu militari, unà cũ matre Mammæa, nõ longè à Mogũtia, ad oppidũ Viceliam, siue Vesauiam (Vesalia hodie dicitur) cæsus est: ubi quoque mater eius iacet sepulta.

f Heraclas Alexãdriæ in schola Theologica Originis successor.

CAPVT XVII.

POst Antoninũ, * qui annos † septẽ & mẽses sex Romanæ rei præfuit, Macrinus[a] eam administrauit; qui nondũ integro exacto anno extinctus, alteri Antonino imperij summã, quatuor tantũ annos retinendam, reliquit. Cuius successor Imperator Alexander fuit. Huius sanè Alexandri mater, Mammæa nomine, celebritate famæ Origenis permota, explorare atq; cognoscere in diuinis rebus ab omnibus laudatam cognitionem et prudentiã eius (piè enim diuina colebat, moribusq;, si quę alia, & ipsa maximè castis & modestis erat) cupiens, quum Antiochiæ esset, uirum eò ad se honesto militaris manus satellitio & comitatu accersiuit. Ibi ille satis diu mansit.[b] Quumq; eam doctrina sua, ita ut par erat, ad diuini uerbi Christianæq; disciplinæ amorem excitasset, eidemq; DEI in rebus omnibus sibi concessam gratiam exhibuisset, ad consuetum sibi inde scholæ suæ laborem est reuersus.

* Antoninus Caracalla, à uestalari Gallica, quã militẽ & populo dedit, sic dictus, fratrẽ Getã Cæsarẽ in sinu matris occidit, & nouercam, Iuliam uxorem duxit.

† Annos sex, & mẽses duos. Europ.

CAPVT XVIII.

IVius Imperatoris tẽporibus, ecclesiasticis quibusdã laborib. flagitãtibus[c], in Græciã trãsmissurus Origenes, Palæstinã adijt: ecclesiasticoq; ibi presbyterij honore, per impositionẽ manuũ eius loci episcoporũ, Alexandro authore, Cæsareę Philippi ornatur.[d] Verùm quæ simultas ea de causa inter ecclesiarum antistites sit exorta, & quantũ operæ atq; laboris ipse uiuida adhuc ætate in sacras literas collocauerit, quòd alter. u. sint historiæ atq; lucubrationis, ex alijs ea scriptoribus cognoscere uolẽtibus petere permittimus. Quum autem Alexandria discedens, in Palæstinam se conferret Origenes, duodecimo imperij[e] Alexandri anno, [f] Heraclam scholæ suę, in qua diuinum docuerat uerbũ, successorem reliquit. Qui non diu sacræ ibi doctrinæ præfuit. Breui enim Demetrius episcopus Alexandrinus, quum quadraginta tribus annis munus ecclesiasticũ ritè administrasset, decessit: cuius locũ in episcopatu eo Heraclas recepit. Dionysius aũt, qui postea Heraclæ in Episcopali dignitate successit, tũ quoq; pro eo scholę sacrę Catechistes est creatus, quinto ab ipso Pãtæno successionis ordine, loco. Pantænus enim primus fuerat: post eũ Clemens presbyter, contextor ille, secundus: Origenes, tertius: Heraclas, quartus: quintus, Dionysius; & post eum sextus Athenodorus, de quo paulo pòst dicemus.

c Idẽ dictare primũ tachygraphis cœpit sexagesimũ egressus annũ. Suprà cap. 15. cod.

CAPVT XIX.

PRorò in Palęstina quũ Origenes esset, lucubrationes in Esaiã & Ezechielẽ cõposuit. Quas in partẽ tertiã Esaiæ, usq; ad uisionẽ quadrupedum in solitudine, scripsit, triginta tomis absoluit. In Ezechielẽ autẽ, quinq; & uiginti. Porro in Canticũ canticorũ ad quintum usq; tum progressus est commẽtariũ: qui quidẽ omnes decẽ sunt numero. Professione autẽ fidei nostræ magis ac magis, ita ut cõueniebat, incremẽta sua capiente, quum iam sexagesimũ Origenes egressus esset annum, maximãq; sibi & expeditissimã ex diutina meditatione & assuetudine cõparasset eruditionẽ, docendi atq; disserẽdi uirtute ad summũ progressa, quę in mediũ proferebat præcepta & documẽta, quod antea nõ permiserat, celeribus notarijs excipienda dictauit. Quo tẽpore etiam contra Celsum Epicureũ, qui maximo studio in diuinã doctrinã inuectus fuerat, præclaros illos cõscripsit libros. Quinq; uerò alios in Euangeliũ secũdum

Opera Origenis in Palæstinâ edita.

dum Matthæum, alios item plures in duodecim Prophetas. Est etiã in manibus hominum, ad imperatorem Philippum epistola: & præterea ad Seueram coniugem eius, data altera: & ad alios quosdam aliæ. Scripsit etiam ad Fabianum ecclesiæ Romanæ episcopum, & ad multos alios aliarum ecclesiarum Antistites: quæ omnia rectam fidei professionẽ docent. In persequutione autem sub Maximino Cæsare: maximum enim is, odio eius qui eum præcesserat, Alexandri imperatoris, qui magna fuit in Christianos beneuolentia, omnesq; ferè in aula sua nostræ professionis familiares & ministros habuit, contra nos excitauit tumultum: potissimumq; in ecclesiarum rectores, ueluti doctrinæ Euangelicæ authores, in quos solos capitalibus supplicijs sæuire iusserit, est debacchatus. Eo itaque tempore præclaram illam orationem, qua ad martyrium cohortatur, composuit, eamq; Ambrosio et Protocteto Cęsarienſibus presbyteris inscripsit. magna enim eis sollicitudo & anxietas propter, persequutionis eius uehementiam, incesserat. In qua oratione ambo illi rationes explicatas habuerunt, ut fortiter in martyrij stadio certamen pro CHRISTO sustinerent atque perferrent. Sed quid opus est certum scriptorum eius uiri numerum inire, quum ea res peculiari indigeat ocio & labore? Atqui Eusebius Pamphili, Pamphilum ipsum martyrem dignis prosequens laudibus, summumq; eius in rebus diuinis studium celebrans, nomenclaturam & tabellas eum Origenis aliorumq; ecclesiasticorum scriptorum monumentorum in bibliotheca sua repositorũ, sex libellis explicuisse scribit, in quo scripto de epistolis quoq; eius Eusebius hæc refert: Qua
» rum, inquit, quascunq; apud plures uarijs in locis sparsim seruatas conquirere
» potui, singillatim in tomos suos digestas, ut ne interciderent, supra centum colle
» gi. Reperias quoq; librorum eius catalogum in sexto libro eius, quam pro uiro
B eo scripsimus, Apologiæ.

Persequutiõ Christianorũ sub Iulio Maximino.

Alexander in larario. hoc est domestico sacello, Abrahami & Christi Seruatoris statuas habuit.

Ambrosius & Protocletus, Cæsarienses presbyteri, martyres.

Pamphilus martyr.

Apud Suid. scriptũ est. Origenem propterea quod tã multos compo fuerit libros, σωρανεκτὴν ὠνομάκθαι, quasi dicas cõpositorẽ: quæ ei res causa hallucinandi, ut magnopere erraret, fuit.

CAPVT XX.

Discipuli Origenis in Palæstina: Theodorus Palæstinus, Athenodorus, et frater eius Gregorius Mirificus. Theodorus Palæstinus apud Euseb. non recensetur.

VItos uerò etiam Cæsareæ Palæstinæ docens Origenes habuit discipulos, non incolarũ modò, sed aduenarũ quoque, qui patriæ dulcedinem, doctrinæ consuetudinisq; eius uiri posthabuere. Inter quos præclariores fuere: Theodorus, qui in Palæstina cum magna gloria sacerdotio est functus: & Athenodorus: atq; huius frater Theodorus, qui etiam Gregorius, atq; insuper † mirificus est cognominatus. De quo, loco suo dicemus: nam postea episcopatum Neocæsareæ in Ponto gessit. His Græcarum & Latinarum disciplinarum maximè studiosis, omnemq; in eis operam ponentibus, quum Origenes uerioris philosophiæ uenustatem ac pulchritudinem osten disset, facilè persuasit, ut cum ingẽti desiderio priora studia sua meliore doctrina commutarent. ij quinquennio solo opera in sacris literis apud eum nauata, tantum profecerunt, ut eis ambobus adhuc iuuenibus regendarum in Ponto ecclesiarum cura rectè demãdaretur. Vnà cum his etiam Dionysius fuit, qui Alexandriæ non solum diuinam scholam Catechistes, sed etiam ecclesiam Episcopus rexit. Tanta scilicet Origeni disciplinis tradendis inerat facilitas & elegantia, tantumq; celebris eius fama plerosq; ad spectandam doctrinam & sapientiam eius pertrahebat. Nec tantum qui studiosi essent dicendi, aliarumq; artium, uerumetiam qui præclarum iam in eis nomẽ erant consequuti, ad eum ueniebant. Firmilianus quoq; Cæsareæ Cappadocum episcopus, tanti hominẽ fecit, ut aliquando internuncium ad eum miserit, per quem eum ad se, ecclesiarũ suarum emolumenti causa inuitaret. Cæterùm quum ille morarum subinde causas necteret, ipse in Iudæã profectus, atq; ibi aliquandiu cum illo uersatus: tandẽ multo quàm antea fuerat, sacrarũ literarũ peritior ad suos rediit. Sed & Alexander Heroſolymorũ & Theoctistus Cæsareæ Palęstinę episcopi, semper ferè ibi

Dionysius Alexandrinus.

Firmilianus Cappadox.

Alexãder Hierosolymitanus. Theoctistus Cæsariensis.

cũ eo ut magistro, qui in sacris doctrinis maior quàm humana natura fert, esset, A
fuere, operam ei nauantes: & propalàm, quę uel ad ecclesiasticam doctrinam, uel
ad sacrarum literarum interpretationem pertinerent, ei concedentes.

CAPUT XXI.

Iulius Aphricanus.

EOdem tẽpore cum Origene etiam Iuliũ Aphricanũ uixisse, historiæ
tradũt: qui & illius fuerit sectator, & diligẽs annalium scriptor, quos
libris quinq; est cõplexus. In eis porrò scribit, se præclara fama * He-
raclæ excitum, profectionem Alexandrinam suscepisse. Aphricanus
ille, librorum eorum qui inscribũtur Cesti, author perhibetur. Dedit is quoque
ad Origenem epistolam, in qua historiam Susannæ, ueluti adulterinum scriptũ, *De historia Susannæ.*
ex Daniele reiecit. Ad quem rescribens Origenes, eam non illegitimam, sed ger-
manam potius esse scripturam, quæ scilicet plurimùm afferat utilitatis, ostendit.
Circumfertur & alia Aphricani ad Aristidem epistola, de ea quæ uidetur esse,
quum non sit, dissonantia genealogiæ CHRISTI apud Matthæum & Lucam: in
qua, ex historia quadam, quam à ueteribus acceperat, Euangelista magis inter
se consentire, quàm dissonantiam aliquam apud eos esse, probat. Eam uolumini
huic nostro, loco suo, in primo Tomo inseruimus. Atq; hæc quidem Origenis
gloria apud omnes fuit, hoc ipsius in sacris disciplinis studium: in hac quoq; Epi
scoporum fuit admiratione, quibus eisdem etiam usus est discipulis. Quantus
autem eidem fuerit ardor, contra eos qui peruersa & peregrina induxerunt do-
gmata, deinceps ostendere pergemus.

Fortè hic pro Heracle, legendum Origenis. De Cestorũ libris Suidas in διόδωρος. Scripsit 24 libros cani.

Concordantia Genealogiæ Christi apud Matthæum & Lucam. Origenes egregiæ hæreticorũ confutator.

CAPUT XXII.

Errorem Beryllũ Bostrensis episcopi de solo patre et diuinitate Christi dogma.

EEryllus, quem paulo antè Bostrensem in Arabia diximus fuisse epi-
scopum, nouas quasdam, & ab ecclesiastico Canone alienas protulit
opiniones. Asseruit namq;, Dominũ nostrum IESVM CHRISTVM B
non prius propriam substantiæ subsistentiam habuisse, quàm ad nos
uenerit: necq; propriam obtinuisse diuinitatem, solam autẽ paternam subsisten-
tiam & Deitatẽ in eo apud nos uersante extitisse. De nouo hoc & maligno do-
gmate, multi cum homine ecclesiarum antistites per disputationes congressi, a-
uertere ab eo tam impiam sententiã sunt conati. Verùm ille quam semel conce-
pisset, pertinaciter retinuit opinionẽ. Posteaq; autem à multis excitatus, ad eum
clarissimus peruenit Origenes, primùm sermone cum eo collato, quæ nã habe-
ret, quæue doceret dogmata, ab eo quæsiuit. Vt uerò rem omnẽ satis cognouit,
firmis atque irrefragabilibus argumentis eum non rectè sentire conuicit; & uix
tandem demonstrationibus certis persuasum, sensim & humaniter cũ eo agens,
ad sinceram ueritatis reduxit doctrinam, pristinumq; ei sanæ sententiæ restituit
habitum. Monumenta Synodi episcoporum propter Berylllum coactæ, longo
tempore sunt asseruata, quæ ipsius atq; Origenis quæstiones simul et solutiones
ordine continent. Hæc de Berylli resipiscentia.

Per Origenem is ad uerã Doctrinã reductus.

CAPUT XXIII.

Arabum hæresis de animarũ mortalitate. Eã quoq; Origenes redarguit.

AVa tẽpestate aliq; quoq; in Arabia extiterũt, q̃ adulterinis opinionib.
ecclesiã turbarunt: animã hominis ipsam unà cum corpore in præsen
tia mori atq; interire, & aliquãdo tandẽ in resurrectione futura, unà
cum corpore suo reuicturã esse, ac de cætero ad immortalitatẽ cõser
uatum iri arbitrantes. Hæc quũ illi sic per inaniloquentiã iactarent, cõuentus E-
piscoporũ sunt acti: in quibus, quũ efficere nihil possent, Origenes est euocatus.
Atq; ille nulla interposita mora affuit. Et uerbis hinc & inde factis, quæstionẽq;
in mediũ proposita, ita ibi uir ille disseruit, eaq; ex scripturis in cõfessu illo attulit
argumẽta, ut aduersarij deinde quod contrà proferrent, non haberent. Itaq; sta-
tim ita sunt cõuersi, ut se ipsos erroris condẽnarent, pœnasq; à se ipsi exigerent.

CAP.

CAPUT XXIIII.

A POst has alia illis longè pernicioſior, Helcesaę quodam authore, exor
ta est hæresis: quæ prius est extincta, Origene aquis eam repentè ex
scripturarum torrentibus hausti obruente, quàm in apertum mali-
gni spiritus auris exusitata prodiret. Helcesaitæ nãq; isti undecunq; *Helcesaitarũ hæresis.*
fabulis collectis, portentosum sibi quendam composuêre errorem. Et quidẽ de
rerum omniũ principio nobiscum consentiunt, unũ siquidem & ipsi rerum om
niũ conditorẽ asserũt: non unũ aũt CHRISTVM, sed plures & diuersos. Ac unũ
quidem sursum esse, aliũ aũt deorsum: quem in multis antea inhabitasse, deinde
uerò etiã in Mariæ filio IESV incoluisse dicũt. IESVM uerò aliquando ex DEO
esse, aliquando matrem habuisse uirginẽ referunt: nonnunq; autem ne hoc qui-
dem aiunt. Spiritũ porrò ipsum quoq; trãscorporari, atq; in diuersa ingredi cor
pora, & unoquoq; tẽpore uarie exhiberi, sentiunt. Vtũtur inuocationibus atq;
incantamentis dæmoniũ, atq; itẽ baptismis * in elementorũ professione. Astro-
logiã & Mathematicũ errorem cõplectuntur, prognosticos & ariolos se nomi-
nantes. Diuũ Apostolũ, eiusq; scriptà, inducũt prorsus & abolent. ª Librũ quen
dam, quẽ ipsi composuere, de cœlo delapsum esse prodigiose iactitant. Quod si
quis dignus inuentus sit ut eũ audiat, eum aliã quàm CHRISTVS dederit, pecca
torũ cõsequi remissionẽ. Aduersus hanc & ᵇ Alcibades Apamęnus Syrus plu-
rimũ depugnauit, Origenes uerò ea conuincenda primas tulit. Eius hæresis,
„ ad populũ pro concione uerba faciẽs, in octuagesimo secũdo Psalmo hisce uer-
„ bis meminit: Aduenit quidã hoc tempore uir arrogãs & elatus, qui sententiã fla
„ gitiosam prorsus & impiã, quę dicitur Helcesaitarũ, promulgat, nuper admodũ
„ in ecclesias inductã. Ea quàm pernicioſa profiteaᵗ, exponendũ uobis putaui, ne
B quos ad quædã fidei nostræ dogmata abroganda, transuersos abripiat. Vtitur
„ uniuersæ scripturæ ueteris & Euãgelicæ authoritatibus. Apostolũ in ordinẽ re
„ digit, atq; adeò prorsus abolet. Docet quoq;, * liberum permissumq; esse, fidem
„ abnegare: quòd qui fidem stabilẽ in animo conceptã habeat, ore quidẽ necessita
„ te adductus abiuret, corde uerò minimè. Et librũ circumferunt, quẽ è cœlo de-
„ cidisse aiunt: audientẽq; et credentẽ ei, noxarũ remissionẽ, aliam ab ea quã CHRI
„ STVS IESVS instituerit, accipere affirmant. Hæc hactenus. Innumera præte-
rea alia memoria digna de Origene cõmorant, quę perinde atq; nõ essent pre
sentis operis, breuitatis etiã causa p̃termittere est uisum. Ac quę necessaria esse ut
huic historię insererent, putaui, rectè (opinor) & ordine collegi atq; cõtexui. Su
pererat unũ de Origene dicendũ, inuidia eius qui malorũ omniũ est author, uirũ
tantũ, qui simul et uerbis et factis eò magnitudinis, cõtinuis studijs suis, in certio
re atq; absolutiore philosophia processit, à recta quoq; uia per errorem esse di-
gressum, peruersisq; inuolutum dogmatibus, præsentem simul & futuram con-
taminasse gloriam. Sed non in præsentia. Vbi enim, tum eorum qui imperio,
tum eorum quoq; qui maximis quibusq; ecclesijs præfuerunt, catalogum prius
texuero: deinde insana quoq; dogmata, & mortem eius impiam persequar; & sic
finem quoq; Quinto huic libro, ut potero, faciã. Nunc ergo de imperijs dicam.

ἐπὶ φαντασίαν ἀπολογίαν. Mathematicus error, qui tanquam maleficus prohibitus est C. de maleficis & mathematicis.

ª Fraudem hãc deinde imitatus est Mahometes.

ᵇ Eã hæresim resellit Alcibiades Apamęnus & Origenes.

ἀλλαφέροντα

Horrẽdus Origenis, tanta doctrina & sanctitate uiri, lapsus.

CAPUT XXV.

SEuero, qui decẽ & octo imperauit annis, Antoninus filius successit.
Huic, septẽ annis & mẽsib. sex rerũ potito, Macrinus. Macrino aũt,
ante integrũ annũ in Imperio exactũ, defuncto, Antoninus id alter,
Heliogabalus cognominatus, obtinuit: quod is quatuor annis admi
nistratũ, ad Alexãdrũ Mãmeę filiũ trãsmisit. quã fœminã religionis diuinęq; pie
tatis perq; studiosam fuisse, antea diximus. Alexander aũt tredecim annos in im-
perio exegit, atq; in eius locũ Maximinus Cęsar successit. Quẽ Alexãdri odio, q̃
in eius domo plurimi fuerint fideles, ecclesiarũ antistites solos cedere iussisse scri

Imperatorũm Rom. successiones.

Persequutio sub Maximino.

ptimus.

Maximinus cũ filio apud Aquileiam occisus. Mox quoq; Maximus Pupienus, & Balbinus Impp. lecti, militari tumultu iugulati. & Gordianus iunior solus imperauit.

psimus. Post Maximinum, qui tribus annis imperium gesit, Gordianus impera A
tor factus: cui non totis sex annis repub. ab eo administrata, Philippus una cum
Philippo filio est surrogatus. Hunc primum aiunt ex Imperatoribus ad CHRI-
STI fidem accessisse: eumq; ultimo Paschatis peruigilio, de reliquijs orationum
in ecclesia participare uoluisse. non prius tamen in conuentum fidelium accede-
re, intercessione & impedimẽto eius qui tum ecclesiæ præfuit episcopi, permis-
sum esse, [a] quàm confiteretur, & pœnitentium numero, qui ordine & loco suo se
gregati, disciplina certa explorabantur, aggregaretur: quòd non aliter licere ille
diceret, nisi hoc fecisset, propter multas eius noxas, cũ ecclesiæ multitudine, con-
uentus eius festi participem fieri. Eum uerò, rebus ipsis timorem diuini numi-
nis religionemq; debitam ritè atq; sincerè declarantem, [b] obsequutum illi esse fe-
runt. Philippi, qui * septẽ imperauit annis, Decius CHRISTI persequutor, suc
cessor fuit. Atq; is biennio in imperij culmine transacto, Gallo rerum summam,
annum unum & menses octo obtinendam reliquit.

Philippus primus ex imperatorib. Rom. Christianus.

a Episcopalis libertatis exemplum, Fabianus Ro. Antistes.

b Exemplũ Principis, ecclasiasticæ disciplinæ sese submittentis, Philippus imperator.

* Eutropius quinq; annos habet.

CAPUT XXVI.

QVi uerò sub his Imperatoribus ecclesijs præfuerũt, ij sunt. Romę Ale
xandro imperante, Vrbano, qui octo annis ecclesiæ ministerium ibi
gessit, Pontianus successit. Hic annis sex sub Gordiano episcopatu ri
tè functus, Anteroten successorem habuit. Quo post mensem unũ in
episcopali munere mortuo, diuinitùs sacra administratio ad Fabianum est dela-
ta, quem dicunt post Anterotis mortẽ ex agro Romam uenisse, atq; ibi cũ alijs
uersatũ esse. Quum uerò Romæ episcopi & fratres omnes in ecclesia ad episco-
pum creandum conuenissent, atq; suffragia delegentium, de multis præclaris &
illustribus uiris, quibus eam dignitatem collatum iri hominũ opinio erat, uaria-
rent, affuit etiã Fabianus: & quãuis de eo nulli episcoporũ in mentẽ ueniret, de-
repentè tamen alicunde aduolãs colũba, ac capiti eius insidens, eum designauit,
& spiritũ in eo acquiescere significauit, in colũbæ specie apparere solitũ: quem-
admodum olim certũ SERVATORI perhibuit testimoniũ, uocem cœlestem su-
per ipsum VERBVM pertrahens. Qua re tam admiranda uniuersus populus de
lectatus, eadem alacritate, atq; eodẽ simul ore omnes dignũ eum esse & idoneũ
acclamauerunt, & continuò in episcopali throno collocarunt. Atq; is in perse-
quutione sub Decio spiritualẽ uerticẽ martyrij corona exornatus, episcopatũ ad
Cornelium successorem transmisit. Alexandriæ aũt, Alexandro Mammææ fi-
lio imperante, post Iulianum Demetrius, qui quadraginta tribus annis sacrarũ
ecclesiarum regendarum munus obierat, Heraclam philosophum, primariũq;
Origenis discipulum, successorem habuit. Sed & huic, quum post annum trede-
cimum episcopatus sui decessisset, magnus Dionysius successit, Gordiano tum
imperante. Rursum Antiochiæ sub Alexandri imperio, in episcopali functio-
ne Asclepiadæ suffectus est Philetus, cuius deinde Zebenus successor fuit. Cęte
rùm eo quoq; sub Gordiano defuncto, Babylas sacer martyr ecclesiæ guberna-
cula ibi suscepit: qui sub Decio post cõfessionem fortiter obitam, in uinculis de-
cessit, ecclesiamq; * Fabio regendã reliquit. Porrò Hierosolymis post decanta
tum illum Narcissum, seu potius cum Narcisso (Dio, Germanione, & Gordio
interuenientibus) pastorali munere in ecclesia functus est Alexander: de quo in
superioribus multa fecimus uerba. Is Origenem per impositionem manuum in
presbyterorũ ordinem legit. Et quum antea in prioribus persequutionibus con
fessionem pro CHRISTO cum laude fortiter pertulisset, post episcopalem di-
gnitatem, qua Hierosolymis est functus, multa iam & propè decrepita senectu-
re uenerãdus, rursus Cęsareę Decio plurimũ aduersus fideles sæuiẽte, ad iudicũ
subsellia pro CHRISTO tractus, egregiè martyriũ obijt, atq; in carcere decessit.

Pontifices Romani.

Canonica episcopi Rom. electio.

Fabianus columbæ auspicio Antistes creatur. Eusebius libro 6. cap. 29.

Fabianus martyr annis 12. cathedrã Ro. tenuit, Cornelius annis 3.

Episcopi Alexandrini.

Antiocheni.

Babylas martyr Antiochenus.

* Alij hunc Fabianũ uocant.

Hierosolymitani.

Alexãder martyr.

Quo

A Quo tempore & Babylas apud Nicomediã pro CHRISTO fortiter decertauit. Babylas martyr Nicomediensis.
Alius hic Babylas est ab eo, qui Antiochiæ sub Numeriano pulchrã professus
est professionem. Hierosolymis post Alexandrum episcopus fuit Mazabe-
nes, cui postea Hymenæus grandæuus admodum successit. Hæc de eorum
temporum profanæ simul & sacræ ditionis successionibus. Nunc denuò ad hi-
storiam nostram reuertendum.

CAPUT XXVII.

DEcio ad Imperialẽ euectus dignitatem, propter Philippi odium, qui Sub Philippo, Millesimus Rom. urbis annus, ingenti ludorum apparatu celebratus est.
Christianismũ fuerat complexus, grauissimã contra Christianos per
sequutionẽ excitauit. In qua multi quidẽ sacrũ pro CHRISTO obie-
re certamen: in primis tamẽ ecclesiarũ prę sides, & quicũq; alios apud
nos eloquentia & sapientia antecellerent, infanda crudelia q; tormenta toleran-
tes uitã reliquerunt. Sicuti Romæ Fabianus, in Palæstina Hierosolymis Alexan-
der, Antiochiæ aũt Babylas (cuius in episcopatu Fabius successor fuit) bonũ cer
tamen decertantes, episcopalem stolam sanguine multo imbuerunt. Accesit ad
hos Carthagine in sapientia clarus Cyprianus, qui olim magicis libris incubue-
rat. Quum uerò animũ per amorem ad lustinã, eximia formę pulchritudine prę-
stantem puellã adiecisset, cupidinemq; suam dæmoni cuidã carnali & libidino-
so & ad amores illicitos conciliandos industrio credidisset, neq; tamen optatis
amoribus perfruí posset, quòd puella uirginitatẽ suam antè DEO consecrasset, et
tum (ita ut par erat) ieiunijs, precationib. atq; alijs fidei armis castitatẽ tueretur:
errorẽ suum agnouit & propalauit, fraudemq; & seductionẽ diutinã, libris ma-
B gicis in ignem cõiectis, Vulcano dicauit: & per eam uirginẽ CHRISTO pucher
rimè desponsatus, sacraq; Christianorũ complexus, mox in presbyterorũ ordi-
nem templi custos cooptatus, ac tandem tori Aphricæ sacrorũ Antistes præfe-
ctus est. In qua functione sermonibus scriptisq; suis cohortatorijs permultos ad
certamẽ pro CHRISTO fortiter perferendũ confirmauit: atq; ad postremũ ipse
quoq;, unà cum admiranda illa lustina, in Deciana persequutione, multis prius
exploratus cruciatibus, dignitatẽ episcopalem capitali supplicio cohonestauit. Christophorus martyr.
Quo tempore etiam Christophorus martyr, & Ephesij pueri, & alij propè innu- Ephesij pueri.
merabiles, certaminibus pro CHRISTO peractis, cũ magna laude innotuere.

Babylas martyr Nicomediensis.

Exemplũ uirginitatis & castitatis conseruandæ.

Fidei arma.

CAP. XXVIII.

EIusdem persequutionis tempestate, quum Alexãdriæ quoq; in Chri Dionysiũ Alexandrinum à martyrio conseruauit Deus.
stianos maximè sęuiretur, martyrium ibi quoq; obibat ecclesiæ Anti
stes Dionysius, quem post Heraclã ad munus Episcopale prouectũ
esse diximus. Verùm illum, diuino nutu & prouidẽtia, multorũ uti-
litatis & ædificationis gratia, cœptis conatibusq; persequutorũ superiorem o-
stendit DEVS. Primùm namq;, qui ad eum inquirendum missi fuerant, cæcitate
afflicti, quamuis domi is esset, aduentumq; eorum expectaret, studio tamen &
conatui suo potiti nõ sunt. Deinde aũt, quum sua sponte se illis, rebus omnibus
domi suæ per eos direptis, ut se abducerent obtulisset, & quidam id factum fra-
tribus * in nuptijs noctu peruigilantibus renunciasset, illico confertim uno im- * γάμοις ἀνυκτὶ ἑορτὴν ἄγουσι.
petu omnes consurgentes, celeri cursu cum iubilo & uociferatione continua, ad
locum eum contenderũt. Atq; ibi custodibus in fugã uersis, Dionysiũ crasiore Exemplũ insignis ouiũ in pastorem suũ amoris.
linea ueste indutũ, & in lecto non strato repositũ, exurgere, & se quamprimũ se-
qui coegerũt. At ille ad pedes eorũ prouolutus, obsecrat, ut uel abirent, secq; ibi
relinquerent: uel caput eius milites, qui eum captum abduxissent, auferre pate-
rentur. Quem illi quãuis multa orantẽ atq; obtestantẽ, ne audire quidẽ sustinue-
runt: sed manibus pedibusq; protractũ, & clitellarũ instar asino nudo impositũ,
in episcopalẽ domunculã reduxerunt. Ac de Dionysio quidẽ hæc sic sunt acta,

postea

ποσθήκαι. Tumultus Alexãdrinæ aduersus Christianos immanissimus.

postea aũt impij milites in domos, qui rem eam denunciauerant, Christianorũ propalàm audacissimè magno impetu irruentes, † res corũ preciosas atq; sepositas diripuerũt: eis uerò quæ uiliores essent, nec facile comprendi aut ferri possent, fractis, abierunt. Quæ sanè militum licentia & impunitas, faciem urbis ab hostibus captæ præbuit. Vbiq; luctus erat, ubiq; direptiones, militibus de spoliorum & rapinarum immanitate inter se concertãtibus. Non iter, non uia, non angiportus exitum & fugam admittebat: diu noctuq; clades ea durabat. Præcones per urbem totam ibant, & magnis clamoribus uociferabantur: ut si quis CHRISTVM infaustissimis impurissimisq; quibusq; uerbis non proscinderet, is passim raptaretur: atq; ita fœdissimè raptatus, tandem igni comburceretur.

CAPVT XXIX.

Miserandæ facies Alexandriæ Christianorum quorũ dam, martyrij metu Christũ abiurantium.

TAtq; permultos tũ uidere erat pallidos, timoreq; perculsos, & prorsus cõsternatos, neq; sui cõpotes, ad impura sacra & impia sacrificia accedere, nõ illos tanq; sacrificaturos, sed ueluti idolis ipsis sacrificandos: adeò ut impij illi homines, sannis & ludibrijs, eos qui ita animos despõderent, prosequerẽtur. Quidã prõptius citiusq; quàm iuberent, ad aras accurrebãt, & magnis animis, se ignorare, quid'nã Christianus esset, asseuerabant. Atq; ij quidẽ raptores sequebãtur, alij fugiebãt, alij capiebãtur, nonnulli etiã usque ad carcerẽ et uincula progressi, prius fidẽ abiurarũt, quàm ad tribunalia protraherẽtur: nõnulli aũt aliquantũ cruciatib. & tormẽtis toleratis, supplicijs, quæ subsequutura erãt, renunciabãt. Qui uerò firmi stabilesq; erant, totumq; CHRISTVM in pectorib. suis gerebãt, ab eo cõfirmati, & condignũ inexpugnabilis fidei & cõstantiæ suæ robur consequuti, præclaros atq; illustres se regni eius exhibuerunt testes & martyres. Sedenim in præsentia omnes eos qui tũ pro CHRISTO martyrio uitam finierunt, recensere, ac tempus, locum, & modum tam insignium certaminum exponere, tam id fieri non potest, quàm arenam maris numerare nõ est. Itaq; perpaucas tantum, memoriæ gratia, quas à maiorib. nobis traditas accepimus, martyrũ luctas hoc loco rectè exequemur: quæ fortasse non eam fidem et opinionem in ecclesia, quam traditio tulit, sunt consequuturę. Et faciemus id breuiter, & compendiosè. Quæ autem memoriam nostram subterfugêre, eas secreto diuinæ scientiæ & opinionis relinquemus. Et sic agonibus huiusce modi paucis commemoratis, ad ea quæ supersunt progrediemur.

Egregia martyrum constantia.

CAPVT XXX.

Metræ. Alij hunc martyrem Metranum nominãt.

ED primus omniũ admirãdus ille senex deprędicetur Metras, quem beluæ illę crudelissimè raptum, ea dicere cogebant, quę ad summam iniuriam, contumeliam, & blasphemiã in CHRISTVM nihil facerent reliqui. Vt autem ille minus eis est obsequutus, totum corpus eius sęuissimè fustibus diuerberarunt, faciem arundine acuta conściderunt, oculos cõfoderunt, interiora quoq; & latentia corporis loca laniarunt: atq; ad ultimum, immanitati suæ quasi renunciantes, ingenti ui lapidum eum obruerunt. Quintæ. Quintam uerò, fœminam quandam, ad simulacrũ adductam, adorare illud iusserunt. Quod quia illa facere detrectabat, alligatis atq; suspẽsis ex pedibus eius funibus, per mediam eam distraxere Alexandriam. Deinde durioribus atq; accliuibus locis raptatam, tandem in eundem, quo paulo antè Metram, locum perductam, itidem ut illum lapidum corona oppressêrunt. Post hanc admiranda adducitur Apolloniæ. Apollonia, uirgo senectute iam uenerabilis, esca bestijs asseruata: quæ quum lapidum ictibus simul & maxillas & dentes omnes amisisset, quòd ad aram sacrificare prorsus nollet, in pyram, quæ idolis parata fuerat maxima, accensam ingenti alacritate prosiluit: longè præstantissimum esse ducens, ut sic ipsa DEO uictima

A ma offerretur. His accessit Serapion, patria Ephesius: cuius quum membra omnia magna flagrorum ui concidissent, articulosq; corporis locis sedibusq; suis dimouissent, postea præcipitem eum ex superiore loco deiectum enecarunt. Tum quoq; Iulianus, ita pedibus æger, ut neq; ambulare neq; mouere se posset, à duobus adducitur, qui eum sublimem sustinebant. Quorum alter statim ad tantam malorum immanitatem animum despondit, fidem abiurauit, & liber dimissus est: alter autem, cui Ischyrionis nomen, * Euni autem cognomen fuit, reipsa satis eas appellationes comprobans, & persequutoribus fortiter repugnans: quippe * sexcẽties potius mori, quàm quicquam de bona professione remittere paratus: ipseq; Iulianus, qui in eadẽ causa erat: carnelis sublimes impositi, atq; ita per mediam urbem uecti, flagris cæsi sunt, donec à plebe ferocius insultante in ignem cõiecti conflagrarunt. Sed & Besas ibi hoplomachus, seu armatus miles, & * uictor ope CHRISTI egregius, quòd se in ueræ pietatis professione optimatem spectatum præbuerit, capitis resectionẽ sustinuit. Macarius quoque, † uerũ hoc obtinens nomẽ, in Libya ortus, quum plurimis esset ad negationem allectus modis, ipse aũt immotus permaneret, uiuus est cõbustus. Præterea Epimachus & Alexander, posteaquam carcerẽ, uincula, & super alia nouacula ferro acuminatas pertulissent, postremò in calcem ardentem proiecti, grauissimè sunt exusti.

Serapionis.

Iuliani pedagrici.

ὄνος

Ischyrionis Eunici.

μονόκωλος

Besæ.

ναοκίνητος

Macarij.

φιλάνθρωπος

Epimachi.

Alexandri.

CAPVT XXXI.

MVlieres quoq; à tam pulchro certamine non aberant, quę uirilem habentes animũ, sanè cẽ fortiter depugnarunt. Quarũ prima fuit Ammonaria, abducta enim est, promissionem suam cõstanter conseruãs: qua se nihil facturã receperat, quod iudex uarijs tormẽtorũ generib. cum ea contendens, eamq; expugnare studens, iussisset. Post hanc & admiranda illa Mercuria: nec non multorũ liberorum mater, & quod maius est, DEI amans Dionysia, quum quidem quæsitorẽ ipsum iam puderet, quòd in immensis carnificinis suis, à mulierum cõstantia uinceretur, ferro sunt necatæ. Deinde Heron, & Aster, & Isidorus, & Dioscorus, qui nondũ decimũ quintum expleuerat annum, Aegyptij omnes, producti: & cæteri quidem igni sunt combusti, adolescentulũ autem iudex dimisit, absurda quadam de eo concepta opinione, quòd illum nondum satis firmum, nec dum uirum, ad fallendum & seducendum idoneum esse putaret: moramq; & tempus in eo completurum diceret, quòd ætati deesset. Hos consequutus est Nemesion, Aegyptius & ipse, atq; inter prædones educatus, quo nomine in iudicium fuerat pertractus. postq; aũ autem, causa dicta crimen id à se est amolitus, deinceps ut Christianus in uinculis est detentus. Quæsitor porrò iniquissimus, magis etiam in hunc quàm in illos sæuiens, martyrem inter prædones medium igni exussit. Turma deinde succedit militum: Amon uide licet, Zeno, Ptolemæus, Ingenuus, & quidã affecta ætate Theophilus, pro tribunali apparentes: qui agonẽ decertantium martyrum spectantes, si quem uiderẽt ad abnegationẽ propensum, indignationẽ præ se ferentes, ringebãtur, & aliquã do quidem illis innuebãt: quando q; uerò manus suas extendentes, corpora illorum ad decentem habitum pulchrè componebant. Quod cum ita facere in flagranti facto deprehensi essent, ilicet ad quæsitoris tribunal sunt abrepti: ubi tanta fiducia Christianismum sunt professi, ut Prędectus ipse & assessores eius uehementer conturbarẽtur, & incredibili timore corriperentur: quum illi cõtrà fortitudine animi magis implerentur, maioreq; quàm quæ uerbis explicari possit, exultarẽt lætitia: & tã magnifico triũpho, uictoriæ susciperẽt coronas. Nec minus interea in pagis & uillis plurimi ab infidelibus sunt malè accepti. In quibus & Ischyrion ille fuit, cui à claro quodam eius loci uiro, uillæ procuratio mandata fuerat. Eum dominus sacrificare ad aram deorum iussit. Et quum id ille recusaret,

Ammonariæ.

Mercuriæ.

Dionysiæ.

Heronis.

Asteris, Isidori, Dioscori pueri.

Nemesionis.

Amonis, Zenonis, Ptolemæi, Ingenui, Theophili, militum.

Ischyrionis, quem herus suus necauit.

Eusebius, Dioscorum à tyranno primũ uerbis ad Christum abiurandũ illectum, deinde uerberibus coercitum, illi minimè cessisse, lib. 16, ca. 41. scribit.

faret, contumelijs primùm, deinde etiam conuicijs in eum est inuectus. Sedenim quum adhuc in sententia Ischyrion persisteret, scipione maximo comprehenso, per interiora cum ille uiscera transfossum occidit. Sed quid opus est turbam eorum recensere, qui in solis locis & montibus oberrantes, partim fame, partim siti, quidam acriore frigore aut morbo, nonnulli etiam à prædonibus oppressi, aut à bestijs discerpti interiere? Quorum omnium, qui ex eis superstites fuere, idonei extitere testes. De ijs, ex pluribus unum saltem exemplum referre necessarium esse duxi. Chæremon erat, eius quæ Nilopolis dicitur, episcopus, uir multa senectute admodum uenerandus. is unà cum coniuge sua, quum in montem, qui Arabicus dicitur, profugisset, nunquam inde est reuersus, neq; cuiquam eorũ postea apparuit: sed neq; quo nam corpora eorum peruenerint, cuiquam est deinceps cognitũ. Quin multi quoq; alij in Arabico eo monte, ab eis qui illum incolũt barbaris capti, uel pecunia ab eis sunt redempti, uel propter æris inopiam miserè ibi perierunt. Atque hæc quidem Alexandriæ & in Aegypto acciderunt aduersa. Cæterùm non minores luctæ & certamina in Palestina fuere. Sic passim plurimi martyres cohortatorijs Origenis orationibus, uiriliter agones pertulerunt.

Fuga & dispersio Christianorũ in solitudine.

Chæremon episcopus Nilopolitanus.

Episcopus coniunx.

A

CAPUT XXXII.

Origenes martyrium nõ pertulit.

ILle quidem permultos fecit martyres. sed quum omnibus suis copijs hostiliter Satanas bellum ei moueret, omniq; ui & conatu aduersus eum duceret, & acrius ei tum quàm aliorũ alicui, infestiusq; immineret, perfecta & absoluta uirtute est destitutus: nimirũ qui uirtutum omnium parente summissione & humilitate, & quæ per illam prouenit immobili & recta animi cõstitutione atq; * indolentia excidisset. Aiunt enim, Deciana persequutione & ipsum comprehensum esse, & uinculis constrictum. Primùm itaq; tormentis grauibus corpore toto afflictus, mox deinde in acerbissimum demissus est carcerem. Ibi ingentis ponderis ferramentum eum distringebat, & insuper supplicium ignis ei intendebatur: aliaq; mala partim iam tum inferebantur, partim paulo post imminebant, ac diebus pluribus * quatuor uinculorũ catasta pedes eius distinebantur. Quæ omnia generoso & forti animo pertulit. Et ille quidem mortem obire paratus erat. Quæsitori aũt contentiosa quadẽ crudelitate, aliter uisum est hominẽ à sententia desiderioq; suo abducere. Ac gladio quidem in ipsum animaduertere noluit, alijs uerò ærumnis paulatim uitam priuare constituit. Ad postremum, quum se tormentis uictum ab illo intelligeret, ad diabolicum prorsus consilium animum adiecit. Quòd enim philosophicum planè animũ castitatemq; uiri nosset, ea parte oppugnare eum decreuit. Itaq; è uinculis quidẽ eum dimisit, sed ad aram, apud quam obscœnum impudicumq; Aethiopem collocarat, sacrificare, & thura adolere iussit: quod nisi, ut faceret, animũ induceret, fore minatus est, ut * re detestanda diriscq; omnibus execranda, corpus eius ab impudico illo contaminaretur. Et ille quidem hæc ei intentauit. Origines uerò optione atque electione rei deterioris, abiurare fidem maluit, animo præter utilitatem omnem conspurcato, quàm sordes aliquas corpore excipere. Atque inde à diuina sententia & gratia delapsus, alienas opiniones, Satana instigante, induxit: per quas multis à saniore sententia seductis, longo pòst tempore ab Ecclesia CHRISTI per excommunicationem est proscriptus. Quales autem (Eusebius inquit) postea reliquerit uoces, easq; plures, ad eos qui auxilio & utilitate indigerent receptionis in gratiã, quàm plurimæ eius testantur epistolæ, ueritatem ipsam certò satis complectentes. Ego uerò non grauatè faciam, & uerba eius apponã, per quæ manifestè arguitur, eum finib. & cõstitutionib. apostolicis nõ perstitisse. Atq; ut alias eius absurdas opiniones & blasphemias omittam, harum tantum uerbis ipsius meminero, Sic enim scribit.

Virtutum omnium parens Humilitas, τὰ πανηγυρισάτην.

ἀναπείσας

μυσαρᾶς ὁμιλίας

ὑπὸ τέτταρσι ξύλα διεμοῖς τὰς πόδας ὑτενόμενος. Euseb. li. 6. ca. 29.

Quæsitor Origeni stuprum per impurũ et impudicũ Aethiopem comminatus est. Eadem de Origene Suid.

Origines fidem abiurat.

Errores abominandos inducit.

Excommunicatur.

CAP.

CAPUT XXXIII.

A MEntes, inquit, à principio erant, absque omni numero & nomine, ex unitate principium ducentibus, & rationalibus existentibus omnibus, substantia, efficacia & uirtute eadem. Vt autem eas satietas cæpit diuinæ charitatis & contemplationis, iuxta proportionẽ cuiusq; propentionis in deterius, uel tenuiora uel crassiora sumpsere corpora & nomina. Vnde cœlestes etiam & ministrantes substitere uirtutes: ipse quoque Sol & Luna & stellæ omnes ab unitate illa rationaliũ, ex propensione in deterius, sunt factæ. Ea uerò rationalia, quæ magis à diuina charitate refrixerant, animæ sunt appellatæ, & in crassiora corpora nostra coniectæ. Quæ uerò ad summã maliciæ & uitiositatis fuerant progressa, frigidis & caliginosis inclusa corporibus, dæmones & facti & nominati sunt. Ad hæc illa quoque nugatur: Quòd exangelica quidem constitutione, animata facta est constitutio: ex animata autem, dæmoniaca & humana. Vnam porrò mentem ex uniuersa rationalium unitate, inconcussam & immotam à charitate & contemplatione diuina permanere, quæ mens & CHRISTVS & rex & homo sit facta. Item, quòd † perfectus futurus sit corporũ interitus: quum ipse Dominus, primùm proprium deposuerit corpus, & reliqui item omnes. Præterea, quòd uniuersi reuersuri ad eandem illam unitatem, mentesq; futuræ sint, quales antea in præexistentia fuerint: ipso uidelicet diabolo quoq; & reliquis dæmonibus, atq; etiã nefarijs & impijs hominib. ad eandem unitatem restituendis, cum diuinis pijsq; uiris, & cum cœlestibus uirtutibus eandẽ unionem ad DEVM habituris, quam & CHRISTVS habet, quemadmodũ & antea eam habẽtes extiterint: ut CHRISTVS nihil prorsus sit habiturus præ rationalibus præcipuum, neq; substantia neq; intelligẽtia neq; uirtute. Hæc ille.

Absurdæ et impiæ Origenis opiniones.

πανηγυρισάτην

B Decius autem post duos imperij sui annos, aduersus Scythas, qui Istrum transierant, & ditionem Romanam uastabant, progressus, supra triginta millia ex eis primùm uictor concidit. Secunda autẽ pugna cum illis congressus, uictus unà cum filio, ab eis est interfectus. Sic imperium ad Gallum & Volusianũ peruenit. Gallus porrò, quòd non animaduerteret qua de causa Decius in tantam cladem inciderit, ad eundem impegit lapidem. Quum enim imperium pulchrè staret, & res omnes ei ex sententia succederẽt, uiros sanctos, qui preces ad DEVM pro pacata tranquillitate & ualetudine eius secunda fundebãt, afflixit. Quapropter in eis uiris simul etiã uota, & quæ pro eo fiebant orationes est persequutus. Sic duo isti statim, anno uno & mensibus quatuor imperio administrato, decesserunt. Quibus succedens Aemylianus, quatuor imperauit menses, & rerũ summam ad Valerianum & Gallienum moriens transmisit. Gallo sedenim post Decium imperante, Origenes undeseptuaginta annis peractis, miserabiliter infelix obijt. In quo & nos conuenit finem suum libro huic imponere: cui quidem bonũ initium Origenes præbuit, quamuis finis eius principio non responderit.

Decius bello aduersus Gothos in Thraciæ palude submersus, & filius eius occisus est. Eutrop.

Virius Gallus Christianos quoq; afflixit.

Christiani pro principibus et repub. orant.

Successiones Ro. imperatorum.

Origenis mors.

u 2 Habet

Origeni industria & curiositas causa ut fœdè laberetur, & multis præterea offendiculũ exitijq; occasio fuit. Quũ enim nihil non in sacris literis exponere uellet, seipsum in errorem coniecit. Vnde multa nefanda & exitiosa protulit uerba. Ex quibus Arius, sectatoresq; eius inæqualem patri filium esse asserentes, & reliqui impij hæretici dogmatum suorum materiã sumpserunt. Profiteri enim est ausus, unigenitum filium cernere patrem non posse, neq; spiritum sanctum ipsum filiũ: sicuti neq; angelos spiritum, neq; homines angelos. Et filium non esse ex substantia patris, sed creaturam: eumq; gratia tantum filium dici. Et animas hominum præexistere. Atq; alia item absurda, blasphema, & impia. Non ille Salomonem audijt dicentem: Fili, caue multos componas libros, & ore tuo properes. Cor tuum non sit uelox ad proferendum sermonem coram Deo. Deus namq; in cœlo sursum, & tu in terra deorsum. Proinde uerba tua pauca sint. Multa enim uerba multiplicant uanitatem. Noli esse iustus multum, nec plus sapias quàm necesse est. Iustus enim disperit in iustificatione sua. Ab ecclesia porrò proscriptus, contumeliam eam non ferens, Alexandria relicta in Iudæam est profectus. Et Hierosolyma quum uenisset, ab ordine sacerdotali, ut uerba in Ecclesia faceret (erat enim presbyter) rogatus primùm, deinde etiam coactus, surrexit, & uerba illa tantum recitauit: Peccatori uerò dixit Deus, Quid nam tu annuncias iustificationes meas, & usurpas testamentum meum in ore tuo? Libroq; complicato, cum lachrymis & eiulatu multo consedit, omnibus unà cum eo plorantibus. Sepultus est autem Tyri. Suid.

Anni libri istius. Habet aũt hic tomus annos sexaginta & duos, cuius exordium à primo Seueri A anno incœpit, finis autem in Valeriani & Gallieni imperiũ incidit: anno à mundo condito quater millesimo septingentesimo sexagesimotertio, à natiuitate uerò CHRISTI ducentesimo quinquagesimooctauo.

SEXTI TOMI CAPITA.

I. Præfatio Tomi, dicenda exponens.

II. Vt episcopi, qui tum ecclesijs præfuerunt, eos qui sub Decio in persequutione lapsi fuerant, post iustam pœnitentiam in ecclesiam receperint.

III. De impuro Nouato, rebusq; eius narratio, & quæ eius fuerit doctrina.

IIII. Quomodo Dionysius lapsorum suaserit receptum, & epistola eius ad Nouatum.

V. De Synodis Romæ & in Africa coactis, quæ hæresim Nouati damnarunt.

VI. De Dionysij epistolis de pœnitentia: & noua narratio de quodam Serapione, qui in pœnitentia, sacrosancta mysteria, extremum spiritum agens percepit.

VII. De quæstione tum temporis de diuino baptismate coorta, & ut tum Sabellius sis coortus.

VIII. De uisione quæ Dionysio apparuit.

IX. De improbo hæreticorum errore & seductione. item de impio eorum baptismo, & quas epistolas ea de re Dionysius scripserit.

X. De persequutione Valeriani: & quæ tum Dionysius Alexandrinus episcopus passus sit.

XI. De martyribus Cæsareæ Palæstinæ.

XII. De pace sub Gallieno: & epistola eius, quam pro Christianis edidit, & qualis is fuerit.

XIII. De Marino Cæsariensi martyre.

XIIII. De asterio, & admiranda fidemq; omnem excellente rei per eum gestæ historia.

XV. De statua Domini nostri IESV CHRISTI in Paneade, et ea quæ ad hãc statuã creuit herba.

XVI. De figura & forma sanctorum Apostolorum, & de throno Iacobi fratris Domini.

XVII. De diuo Gregorio miraculis claro, ut ea ætate floruerit.

XVIII. De Dionysij festis epistolis.

XIX. De seditione populi Alexandrini.

XX. De pestilentia sæuissima, quæ Alexandriæ est grassata.

XXI. De Nepote, & hæresi eius.

XXII. Quid Dionysius Alexandrinus de Apocalypsi Ioannis scriptum reliquerit.

XXIII. Quib. rationibus idẽ asserat, Apocalypsim nõ Ioannis Euãgelistæ, sed alterius cuiusdã Ioãnis esse.

XXIIII. De alijs Dionysij epistolis, scriptisq; eiusdem.

XXV. Quæ de Dionysio Alexandrino in quadam epistola scribat magnus Basilius.

XXVI. De Sabellio, & eius hæresi, & quòd ea ætate extiterit.

XXVII. De hæresi Pauli Samosateni: & de prima contra eam coacta Synodo.

XXVIII. Vt in secundo conuenti confutatus Paulus à Malchione sophista, ex Synodo sit eiectus.

XXIX. Quæ Imperator Aurelianus de suffragio & sententia Synodali dixerit: & ut idem quoq; contra Christianos persequutionem moliens, cœlitùs sit præpeditus.

XXX. Epistola Synodi Antiochenæ, immoderatam & luxuriosam Samosateni uitam exponens.

XXXI. De Manente hæresiarcha, à quo Manichæi cognomen acceperunt: & de hæresi eius.

XXXII. Vt Manes detracta totius corporis pelle, canibus esca obiectus sit.

XXXIII. De successione Romanorum imperatorum.

XXXIIII Qui maximis quibusq; urbib. Episcopi præfuerint, & usq; ad ecclesiarũ oppugnationẽ mãserint.

XXXV. De alijs eius ætatis Ecclesiasticis uiris, eloquentia & doctrina præstantibus.

XXXVI. De Laodicensibus episcopis, sapientia illustribus uiris.

XXXVII. De episcopis Cæsareæ Palæstinæ, & de Eusebio Pamphili.

ECCLE-

ECCLESIASTICAE Historiæ Nicephori Callisti Xanthopuli, Tomus VI.

CAPUT I.

A VINTVS liber res Origenis, & alias præterea quę ętate eius accidere, cõplexus, unà cum morte eius, finem quoq; suum accepit. Sextus aũt, qui nobis est in manibus, argumentum habebit, magnũ Alexandriæ episcopum Dionysium: scriptis eius, quę post se reliquit, per proprias eius uoces, materiæ satis suppeditantibus. Exponemus quoq; in eo, quæ post Seueri, Maximini, & Decij persequutiones, in ecclesia sint acta. Vnde etiam Nouatus progressus, sepsum nouæ hæresis * Catharorũ, siue purorũ ducẽ promulgarit. Præterea quomodo is reiectus sit: & illi qui in persequutione lapsi fuerãt, in ecclesiã recepti. Itẽ de eo diuino lauacro, quod nonnulli post persequutionẽ inducebãt: & de alijs hæresibus. Itẽ de tyrannorũ Aegypti & Palæstinæ actis. Mentionem quoq; faciemus quorundã prodigiorũ: item Dionysij epistolarũ: adhæc, Nepotis, Pauli Samosateni, & peruersæ Manichæorũ opinionis. Postremò diuinos reẽsebimus uiros, qui ea tẽpestate usq; ad Diocletianũ & Maximianũ, qui quidẽ acerbissimè ecclesias oppugnarunt, enituere. Initium autem inde sumendum.

Dicendorum propositio.

*ναβαγῶν.

CAPUT II.

B IN persequutionibus, quas recensuimus, multi Christianorum fortiter per martyria cum hostibus congressi, debitum uictoriæ præmiũ reportarunt. Plurimi etiam propter animorum imbecillitatem, obuiam quidem illi periculis sunt progressi: sed quum ea perferre non possent, simul & idolis sacrificarunt, & ueræ pietatis cultum abiurarunt. Iiuerò, persequutionis motu & ærumna conquiescente, quum in animis secum ipsi suis quónam miseriæ & calamitatis peruenissent, perpenderent, grauiter afflictis uehemens incesit dolor & pœnitentia. Itaq; ad ecclesiarum eius temporis Antistites se contulerunt, pœnitere se atq; resipiscere, paratosq; esse, quidquid illis imperatum esset, facere, profitentes. Porrò diuini illi uiri, humanitatem & clementiam DEI imitati, non grauatè eos susceperunt, & complexi sunt: & quùm legitima atq; competenti pœnitentia inuitatos in ecclesiam produxerunt, tum tempore quoq; suo stationem & locũ eis inter fideles, interueniente solũmodo oratione, unà cum manuum impositione, dederunt: id quod ita ex consuetudine longa in ecclesia obseruabatur. Quam consuetudinem primus Cyprianus Carthaginensis pastor mutandam esse censuit, non aliter & lapsos, quàm per lauacrum expiandos, & quoscunq; ex qualicunq; hæresi resipiscentes, admittendos esse arbitratus. Atq; ecclesiarum quidem Episcopi ita se gerebant, & quotidie propalàm perlibenter quoscunq; reuertentes suscipiebant.

Christiani, qui fidem in persequutionib. abiurauerant, ad pœnitentiã cõfugiunt.

Pœnitentes in ecclesiam recepti.

Pœnitẽtiæ forma.

Cyprianus lapsos & ab hæresi reuersos denuò esse baptizandos censuit.

CAPVT III.

De Nouato, et eius hæresi.

ROmæ autem eis temporibus presbyter erat, Nouatus nomine. Is fastu & iactantia inani sublatus, omnem (ut in prouerbio est) mouerat lapidem, ut Romanæ ecclesiæ gubernationem cõsequeretur. Vbi aũt omnia expertus, nihil egit (erat enim tumore, ambitione, & gloriæ cupidine immensa correptus) in desperationem incidit: & tandem aliud quod faceret non habens, ab ecclesia seipsum segregans, proprios cœtus cogere, & nouam quandam hæresim per defectionem instituere cœpit: secessionis suæ obtentum illũ prætexens, quòd episcopi eos qui Deciana persequutione dijs sacrificassent, per condignam pœnitentiam in gratiam recepissent. Breui sanè tempore permultis seductis, suum sibi constituit conuenticulum: & eorum qui propter sordes † Cathari, siue puri nominantur, ducem se fecit. Quũ autem eum Episcopali dignitate, quam tantopere dudũ adamauerat, potiri oporteret, per duos quosdam sectæ suæ homines, qui salutem suam prorsus iam desperarãt, tres ad se Romam obscuri nominis ex Italia episcopos, eosq; simplicibus atque adeò rusticis moribus, ad simulandum & dissimulandum scilicet minimè idoneos, pertrahit: illo splendido prætextu usus, ut ipsi partibus suis interpositis, mediatores inter se & episcopos, ueteres simultates & inimicitias cõponerent. Illi porrò, propter animorum simplicitatem nihil tale ueriti, ad eum uenere. Ibi eis in conclaui conclusis, quidam ex eius sodalitate, per animorum crapulæ & ebrietatis grauedinẽ, uim afferunt, & * imaginaria manuum impositione episcopalem dignitatem homini conferre cogunt. Quod sanè illi, uel inuiti, ui atq; necessitate adducti, fecere. Et Nouatus honorem eum, quem tam sceleratè, ut uidebatur, consequutus fuerat, usurpabat, eundemq; contra obtrectatores defendere parabat: homo, in quo Satanas domicilium habens, * CHRISTI nomen & fidem ad prætextum sal tem uteretur. Quum enim ab exorcistis de fide institueretur, morbo est correptus grauí: quumq; iam in expectatione mortis esset, aquam petijt, qua in ipso lecto, ita ut decũbebat, perfusus, baptizatus scilicet est: si quidem tinctionem huiusmodi baptismum uocare licet. Sedenim ille postea reliquis ecclesiæ symbolis atq; cæremonijs, quibus ad eum modũ tincti iuxta ecclesiæ sanctiones uti solent, minimè dignus est habitus: † neq; quum cõualuisset, signaculum ab episcopo deinde recepit. Porrò quum mystica huiusmodi symbola non sit sortitus, quomodo spiritum sanctũ est assequutus? Sed & persequutionis temporibus, per timiditatem presbyteri honorem abiurauit. Postquã enim à diaconis rogatus est, ut periclitantibus fratribus, in tormentorum discrimine maximè auxilio indigentibus, ita ut sacerdotem deceret, præstò adesset: tantum abest ut illis sit obsequutus, ut cum indignatione magna se subduxerit, & de cætero presbyter esse noluerit, aliud scilicet philosophiæ genus sequutus. Aliam quoque absurdam admodum rem in se admisit. Quum enim * oblationes offerret, qui mos sacerdotibus est, & iam ad distributionem panis peruenisset, data cuilibet parte sua, pro eo quòd cum gratiarum eam actione percipere debebant, iurare miseros coegit. utramq; enim percipientium manum comprimens, non prius eas remisit, quàm iuratum ab eis esset: (utar autem uerbis eius conceptis) Adiura mihi per sanguinem & corpus Domini nostri IESV CHRISTI, nunq; te à me discessurum, & ad Cornelium (Romanus hic fuit episcopus) redituũ esse. Miseri aũt illi non prius q; acceperãt, degustarũt, q; se illi deuouerũt: & pro eo quod Amen, reuersuros scilicet se ad Cornelium profitẽtes dicere debebãt, minimè se redituros dixerũt. Huius fraudẽ, malignitatẽ, & cacoethes hæresis, Maximus presbyter, et Vrbanus, qui bis liberrimè pro CHRISTO decertarũt, & ingẽtẽ ex cõfessione fructũ tulerunt;

A

B

Per antiphrasin uidelicet.

Nouatus fraudulenter episcopus creatus.

ἐπιτιθῆναι χειρῶν. Nouatus dæmoniacus.

τὸ εἰς χριστὸν πιστεῦσαι πρὸ φωτὸς ἦν. Tales olim Clinici dicti.

Symbola & cæremoniæ baptismi. Euseb. li. 6. ca. 43.

τὰ σύμβολα δὲ τῶν μυστικῶν μὴ λαχὼν πῶς αὖ ἁγίου πνεύματος ἔτυχεν; Nice.

τὰ σύμβολα δὲ μὴ τυχὼν πῶς αὖ τὸ ἁγίου πνεύματος ἔτυχεν: Eusebius.

προσφορὰς. Nouatus factionis suæ populares iuramẽto, ut sibi adhærerent, in perceptione Eucharistiæ obstrinxit.

Nouatus æger in lecto baptisatus.

Οὔτε τὰ ἐπιτελόμενα ἐσφαγίδια ἐσίγησεν. Confirmationem hoc nunc uocamus.

Ea tempestate laicis etiã Eucharistia in manus dabatur: quod postea in Ecclesia est mutatum.

runt, præterea Sidonius & Celerinus, qui in eodem stadio decurrerunt, primi deprehenderunt: primiq; cũ eo congressi, de eo triumphum in ecclesia egerunt. Ex eis autem qui suffragio & consecratione sua Nouatum episcopum ordinarant, unus non longè post ad ecclesiam reuersus, crimine per pœnitentiam & luctum abolito, receptus quidem, sed laici tantum ei concessa sors est, ac in episcoporum eorum locum alij sunt suffecti.

Episcopis, qui Nouatum episcopum creauerunt, dignitas adempta. Eorum autem unus, ubi pœnitentiã egit, ab ecclesia in ordinem laicorũ est receptus.

CAPVT IIII.

HAeresi ea longè lateq; uulgata, ingens erat tumultus: & multi orationibus scriptis, multi etiam alijs modis aggressi sunt fundamenta eius erroris euertere. Quæ uerò in epistola quadam Alexãdrinus Dionysius scripserit, audiamus. Diui ipsi apud nos martyres, CHRISTI
» nunc assessores, regnique eius participes, participes etiam iudicij, & pro tribunali
» cum eo sedentes, lapsos quosdam fratres sacrificiorumq; crimen sustinentes rece
» perunt: conuersionemq; & pœnitentiam eorum uidentes, atque acceptam gra-
» tamq; fore ei existimantes, qui non uult mortem peccatoris, explorata ea atque
» cõprobata in ecclesiam admiserunt, & ad eum modum receptis locum suum de
» derunt, orationemq; simul & cibum cum eis communicarunt. Quod nam igi-
» tur fratres, nobis de eis consilium datis? quid faciendum putatis? suffragatores
» ne & subscriptores illorum sententiæ erimus, iudiciumq; & gratiam eorum ser-
» uantes, benignos nos erga eos, quorum illi misserti sunt, exhibebimus? an iudi-
» cium eorum ueluti iniquum reprobabimus, atq; in sententiam eorum inquire-
» mus, benignitatemq; contristabimus, & quod bene est constitutum & ordina-
» tũ retractabimus, DEVMq; ipsum exacerbabimus? Hæc Dionysius, de eis qui
B per infirmitatem persequutionum temporibus lapsi fuerant, scripsit. Qualia uerò & ad ipsum Nouatum ecclesiam Romæ perturbantem scripserit, æquum est ut hic proferatur. Quũ enim ille sub obtentu quodã, in nonnullos fratres schismatis & dissidij causam, perinde atque ab illis ad consilia cœptaq; eiusmodi, pertim descendere coactus esset, conferret, uide quæso quibus ad eum utatur uerbis Dionysius Nouato fratri salutem. » Si inuitus, ut inquis, hoc consilij cepisti,
» idipsum, si uoluntate & sponte tua in uiam redieris, declarabis. Et non minoris
» martyrij laudis & gloriæ fuerat, imò meo iudicio etiam maioris, Ecclesiam non
» scindere, quàm idolis non sacrificare. Hac enim parte alicui de una, eaq; ipsius anima, susciptur certamen: in illa autem, de ecclesia uniuersa martyrij subeũ-
» dus est agon. Proinde si uel persuaseris, uel coegeris fratres ad concordiam redi-
» re, * illustrior tibi ipso lapsu fuerit resipiscentia: & quum erratum tibi uitio mini-
» mè uertetur, tum castigatio maximè laudi erit. Quod si illos parùm tibi obsequẽ-
» tes, in potestate tua non habes, tuam saltem ipsius animam seruans seruato. Vale
» re te, quatenus pacem consectaris, in Domino, opto.

Dionysius Alexãdrinus fraterne Nouatiũ ab errore in ueram reuocat, et ad resipiscentiam inuitat.

De lapsis, si pœnitentiã agant, in ecclesiam recipiendis.

Pœnitentes in ecclesia ad cõmunionem cibi & precationis sunt loco suo admissi: ad Eucharistiæ autem perceptionẽ non statim, &c.

μεῖζον ἔσται τῆς σφάλματος τὸ κατόρθωμα.

CAPVT V.

NOuatus aũt animi arrogantia transuersim actus, propalàm & impudenter magna libertate prædicãs docebat, nullam esse salutis spẽ reliquam eis, qui persequutionũ temporibus lapsi essent, quãuis omnia quæ ad legitimam & ueram pertinent conuersionem & confessionẽ perfecerint. Nec contemnendã ad se pertraxerat atq; collegerat multitudinẽ, & plures ex uiris celebribus eius sequebantur errorem: qui per inflatas eorũ mentes, Catharos & puros seipsos uocabãt, à duce & imperatore diabolici examinis Nouato * turpiter & impurè ducti. Talẽ aũt ecclesiæ cladẽ latius serpentẽ, quũ ecclesiarum antistites, in primis uerò Romanæ Cornelius, & Carthaginensis Cyprianus, (nondum enim sacro martyrio coronatus fuerat) episcopi uiderent,

ἐνταῦθα γὰρ σφαγὴν ὑπέμενεν.

ille quidem Romæ, hic autem Carthagine Synodos & cõuentus maximos ege-
re: in quibus * sexaginta fuere episcopi, presbyteri autẽ & diaconi longè plures.
Celebrata quoq; alia seorsim in multis locis & regionibus concilia: quorum om-
nium calculo uno decretum est, Nouatũ quidem, adhærentesq; ei episcopos, &
quicũq; præterea inhumaniore sententia opinionẽ illorũ cõprobarent, ab Eccle
sia proscribẽdos prorsus: lapsos aũt fratres admittẽdos, humaniterq; tractandos
esse, condignos pœnitentia exhibentes fructus. Satis hoc ostendunt Romanæ
Synodi, atq; etiam eorum qui ante eam in Italia & Aphrica (in qua sacrorum an-
tistes, ut diximus, Cyprianus fuit) conuentuum acta & decreta, nec non Corne-
lij Romani episcopi, atq; etiam Cypriani, aliorumq; qui cum eo fuere episcopo-
rum latinè composita scripta: certò confirmantia, omnibus tum usum esse, ut &
lapsis in persequutione subueniretur, debitumq; auxilium impertiretur: & au-
thor hæresis, ita ut par erat, unà cum omnibus sectatoribus suis per excommuni
cationem proscriberetur. Extat aliud quoq; scriptum Cornelij, in quo copiosæ
conuentus consulta exponuntur. Aliud item, quod ad Fabianũ Antiochenũ epi
scopum est datum, in quo res Nouati unà cum ipso describuntur. Vnde etiam
pleraq; de ineptijs & detestationibus eius in nostrã hanc transtulimus historiã.

Hoc tantũ de Rom. concilio refert Eusseb. li. 6. ca. 43.

Nouati hæresis in pluribus prouincialibus Synodis dãnata.

Nouatiani excommunicati.

Pars epistolæ eius est apud Eusseb. ut sup.

CAPUT VI.

Alij Fabianũ nominant.

AD * Fabium eum, in Nouati sectam aliquantulũ inclinantem, quem
modò diximus, diuinus uir Dionysius scribens, plurima de pœniten
tia differit: & martyrũ certamina iam inde ab initio discernens, sicuti
& nos exposuimus, atq; alia multa afferẽs, admiratione quiddam di
gnum memorat, quod hoc quoq; loco tempestiuè referendum duxi. Vnum ti-
bi, inquit, exemplum quod apud nos euenit, exponam. Serapion quidam nobi-
scum fuit senex fidelis, & qui sine crimine ad multum uixisset tempus, persequu-
tionis autem tempestate lapsus esset. Is sæpe quidem ut reciperetur obtestatus
fuerat, sed nemo illi aduertit animũ. Idolis enim sacrificauerat. Morbo uerò de-
inde oppressus, tres continuos dies sine uoce & sensu iacuit: paululum uerò uiri
bus recuperatis, quarto die nepotem ex filia ad se uocauit: &, Quamdiu me tan-
dem, inquit, ó fili, distinetis? accelerate quæso, & me ẽp primùm absoluite, presbyterorumq; aliquem tu ad me uoca. His dictis, rursum obmutuit. Puer cursu ad
presbyterum contendit: erat autem nox, & ille æger decumbebat. Quapropter
quum ad senem uenire non posset, mandatumq; à me haberet, ut è uita decessu-
ri, si opus esset, & maximè si antehac supplicíter precibus id flagitassent, ut scili-
cet eo meliore spe fatis cõcederent, absoluerentur: paululum puero Eucharistiæ
dedit, infundere atq; instillare id in os seni iubens. Puer redit: & quum non lon-
ge abesset, priusq; ad illum ingrederetur, erigẽs se rursum Serapion, Venisti, in-
quit, fili? Presbyter quidem uenire ad me non potuit: at tu celeriter, quod iussus
es perfice, & me dimitte. Instillauit ei puer Eucharistiam, & simulatq; ori eius in-
fudit, atq; ille paululum id glutiendo demisit, confestim reddidit spiritum. An
non apertè conseruatus eò usque in uita permansit, donec absolueretur, * pecca-
tisq; per multa quæ egit bona opera extinctis, confiteri posset? Hæc de Serapio
ne. Idem porrò Dionysius epistolã aliã de pœnitentia ad Aegyptios scripsit, in
qua iudicium suũ de lapsis, ordines eorũ & discrimina persequens, exponit. Aliã
rursum, eandẽ inscriptionẽ de pœnitentia habentẽ, ad Cononẽ episcopũ Hermo
politam, aliam præterea cohortatoriã ad ecclesiam Alexandrinã. Est item eius
alia epistola ad Origenẽ, de martyrio. alia ad Laodicenses, quorũ episcopus fuit
Thelymidris: sicuti alia etiam de pœnitentia, ad Armenios, quorum ecclesiæ pre
fuit Meruazanes. Scripsit quoq; ad Cornelium Romæ episcopũ, quum ab eo ad-
uersus

Serapion, qui in persequutione diis sacrificauerat, pœnitentiam egit: et quum in Ecclesiam plenè receptus non esset, mort sine eucharistiæ cõmunione non potuit.

Olim moriturís quoque Eucharistiæ communio permissa.

Καὶ τῆς ἁμαρτίας ἐξαλειφθεὶς σπουδὴ πολλοῖς οἷς ἐπράξε ναοῖς.

Dionysij Alexandrini scripta.

A uersus Nouatũ accepissет epistolam. Cui etiam significat, rogatum se esse ab Hele-
no Tarsi Ciliciæ, & à Firmiliano Cappadocum, nec non à Theoctisto Palæsti-
norum episcopis, ut Antiochenam Synodum adiret, ubi nonnulli obtinere atq;
confirmare Nouati hæresim conabantur. Indicat eidem illud quoq;, Fabiũ qui-
dem obdormiuisse, Demetrianum uerò pro eo ecclesiæ Antiochenę prefectum
esse. De Hierosolymitano autem episcopo, ad eum hisce uerbis scribit: Admiran
» dus ille Alexander in carcere feliciter est defunctus. Deinde & alias duas ad Ro-
manos scripsit epistolas, alteram de pace, alteram de pœnitentia. Aliam item ad
eos qui ibi fidem sunt confessi, Nouati opinioni adhuc adhærentes: & ad eosdẽ
rursum, quum ad ecclesiam essent reuersi, alias duas. Ad alios quoque plures lite-
ris datis, plurimùm omnibus attulit utilitatis.

CAPUT VII.

POrrò quum Cornelius Romæ post tertium annum Episcopatus sui de
cessisset, Lucius ei est suffectus: qui non integris septem mensibus eccle-
sia administrata, Stephanũ habuit successorem: ad quem Dionysius pri-
mam de baptismo scripsit epistolam. Cyprianus quippe Apher primus
opinatus est, oportere eos qui ab hæresi cõuerterentur, lauacro expiari & recipi.
Stephanus contrà, † nihil ea in re præter receptam consuetudinem nouandũ esse
duxit: sufficere scilicet in eis ueteri more orationem solam, cum manuum impositione. Itaq; ad eum ægrè dissensionem eam ferentem, Dionysius plurib. scripsit:
& postremò certiorem eum facit, persequutione sopita, ecclesias omnes nouis
» rebus Nouati repudiatis, pacem inter se habere. Verba eius hæc sunt * Scito
» nunc, frater, Orientales, atque etiam ulteriores ecclesias, quæ antea dissidebant,
» ad unitatem esse redactas, omnesq; ubiq; earum Antistites unanimes & consen-
» tientes supra modum de pace & concordia, quæ præter expectationem accidit,
» lætari. Demetrianum in primis Antiochenum, Theoctistum Cæsarienſem, Ma-
» zabanem Aelienſem Alexandri defuncti successorem, Marinum Tyrium, He-
» liodorum Laodicenſem, qui in locum Thelymidris surrogatus est, Helenũ Tar-
» sensem, & ecclesias Ciliciæ omnes, Firmilianum, & Cappadociam omnem: præ-
» cipuos enim Episcoporum nominaui, ne epistola longior fiat, neue multis uer-
» bis sim molestior. Sed & uniuersæ Syriæ, & Arabiæ: quibus semper aliquid sup-
» peditatis doctrinæ, & nunc etiam scripsistis. Mesopotamia ipsa, Pontus, Bithy-
» nia, & (ut semel dicam) exultant ubiq; omnes, concordia & fraterna charitate
» glorificantes DEVM. Hæc Dionysius ad Stephanum. Ad Xystum autem, qui
illi successit, secundam de baptismo epistolam idem dedit, Stephani & reliquo
rum iudicium in ea ostendens. Scripserat namq; Stephanus prius de Heleno &
Firmiliano, omnibusq; finitimis populis, se cum illis nõ communicaturum, eam
ipsam ob causam quòd hæreticos rebaptisarent. Et considera, inquit, magnitu-
» dinem rei. Certum enim est, de ea in maximis Episcoporum conuentibus, ut au-
» dio, decreta esse facta: uidelicet, ut qui ex hæreticis per pœnitentiam conuertun-
» tur, primùm de recta fide per catechesim instituantur, deinde abluantur, ueteris
» & impuri fermenti deponentes sordes. Et paulo pòst: Quin & dilectis nostris
» cõpresbyteris, Dionysio & Philemoni, qui antehac suffragatores Stephani fue-
» re, quum ad me de hisce rebus scripsissent, prius quidem paucis, nunc autem plu
ribus respondi. Et de baptismo nunc hactenus. De hæresi autem Sabellij, quæ
» tum emergebat, mentionem faciens * De dogmate, inquit, quod Ptolemaide,
» quæ una ex quinque ciuitatibus est, recens orto, impio prorsus, quippe quòd
» multam blasphemiam in omnipotentem DEVM, patrem Domini nostri IESV
» CHRISTI, multam infidelitatem in unigenitum eius filium, primogenitum om
» nis creaturæ, inhumanatum VERBVM, insensibilitatem autem Spiritus sancti
continet,

Cyprianus ab hæresi resipiscentes, rebaptisandos censuit.

† μὴ παρὰ τὸ κρατῆσαν ἔθος νεωτερίσαι.

Huic restitit Stephanus Ro. Pontifex.

Dionysius Alexandrinus ad Stephanũ episcopum Rom. de concordia Ecclesiarum.

Idem ad Xystũ R.o. Episcopũ, de hæreticorũ resipiscentium baptismo.

Idem de Sabellij hæresi.

Negauit is Christũ filium Dei, & primogenitũ omnis creaturæ esse: simulq; spiritus sancti intellectum ademit.

continet,quũ utrinq; ad me peruenissent,& decreta, & fratres disputaturi,quæ A
dam scripsi pro uirili mea,Deo suppeditante,explanatius exponens omnia. «

CAPUT VIII.

Dionysius etiam in hæreticorũ libris uersatus.

IN tertia epistola de baptismo, quam ad Philemonem presbyterum «
Romanum scripsit,hæc refert·Ego uerò etiam in scriptis & traditio- «
nibus hæreticorum lectione uersatus sum,opinionibus eorum impu «
rissimis aliquantum animum meum polluens:utilitatem aũt illam ab «
eis capiens,ut facilius eos apud me ipsum refellã atq; repudiem,magisq; etiã exe- «
crer ac detester. Atq; equidem frater quidam presbyter, ab eis legendis me ar- «
cebat,quòd uereretur, ne in cœno malitiæ unà cum illis inuoluerer, néue anima «
mea noxam & perniciem contraheret. Eumq; quum uera dicere sentirem, uisio «
Ea in re uisione est cõfirmatus. quædam diuinitùs exhibita,& uox me confirmauit. Disertè namq; & clarè man- «
dauit,dicens:Omnes uersato,quos in manus acceperis, libros. disquirere enim, «
castigare,& explorare omnia potes,quæ tibi etiam ab initio fidei complectendæ «
causa fuit. Visionem eam accepi Apostolicæ uoci congruentem, quæ firmiori- «
bus dicit:†Estote spectati atq; probati trapezitæ. Deinde quum quædam de hæ «
resibus omnibus dixisset,talia infert·

† γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται. Euseb. lib. 7. ca. 7. Omnia legite,quæ bona sunt tenete. Rusin.

CAPUT IX.

Vtile est hæreticorum nosse opiniones. ἐκτροπὴ δόλου παντὸς πονήρου.

HAnc ego regulam & formam,[a] beato nostro Papa Heracla accepi. Il- «
le siquidem quosdã ab hæresibus reuertentes, quòd ab Ecclesia defe «
cissent,seu potius nõ defecissent, sed quòd conuenire & cõmunicare «
quidem nobiscum uiderẽtur, indicati autem fuerant * quendam alie- «
na docentem consectari, qua de causa ab ecclesia erãt repudiati, obtestantes eos B
nõ prius admisit, quàm publicè quæ ab aduersarijs audiuissent, omnia exposuis- «
sent.[a] Et tum primùm ad ecclesiã eos perduxit, nihil prorsus in eis opus esse ba- «
ptismo alio iudicans: sacrum enim id lauacrum antehac ab eo obtinuerant.[b] Ac «
quæstione hac pluribus tractata, ita infert · Didici illud quoq;, non solum nunc «
Aphricanos hoc perperàm induxisse, sed & ab eis qui dudum ante nos episco- «
pi in frequentissimis ecclesijs fuere, in conuentibus fratrũ Iconij & Synadæ, & «
præterea apud multos ita decretum fuisse. Quorum consilium reijciens, in con- «
tentionem & rixandi studium eos conijcere supersedeo. Non enim mouebis, in «
quit, terminos proximi tui, quos constituerũt patres tui.[c] Primam autem quam «
ad Dionysium Romanum de baptismo dedit epistolam, quum adhuc is in pres- «
byterorum ordine esset, scripsit: quem Dionysium Romanum eximium & admi
randum quoq; fuisse, satis ex nostri istius Dionysij scriptis colligitur. Porrò
in epistola quam ad eum dedit, sic etiam Nouati meminit: Nouatum iustis pro- «
fectò de causis odimus, qui Ecclesiam discidit, fratresq; quosdam ad impietatem «
& blasphemias pertraxit,& impurissimas de DEO doctrinas inuexit. Nam beni- «
gnissimum Dominum nostrum IESVM CHRISTVM,ut immisericordem, mo- «
re sycophantæ traducit. Ad hæc, sacrum abolet lauacrum, fidem Christianam «
& confessionem euertit:& Spiritum sanctum ex hominum cordibus,si qua spes «
esset ut uel in eis maneret, uel ad eos reuerteretur, prorsus propellit. In quin- «
ta uerò epistola ad Xystum Romanum data, dum multa contra hæreticos scri-
bit,eiusce modi quiddam sibi accidisse,hisce uerbis refert·Sedenim, frater, consi- «
lio indigeo, & sententiam iudicium q; tuum requiro, posteaq; huiusmodi quæ- «
dam apud nos res accidit:uereor enim,ne hallucinet. Fratribus quippe cõgrega- «
tis, fidelis quidã iamdudũ ante meam etiã,imò quoq; (ut opinor) ante beati He- «
raclæ electionem habitus,quum in cœtum nostrũ uenisset, & eos qui tum bapti «
zarentur

[a] Inde est, quòd hucusq; respipiscẽtes ab hæresi propalàm in ecclesia per recantationem, siue reuocationem, errorem suum confitentes ex ponunt.

[b] Improbat Dionysius resipiscentiũ hæreticorum anabaptismum.

[c] Euseb. quartã esse ait earum epistolarũ,quæ de baptismo scriptæ sunt:ut suprà.

Nouatus Christum Iesum immisericordẽ facit.

Frater quidã non ritè ab hæreticis baptizatus, ut rebaptizaretur,à Dionysio petijt: sed id non obtinuit.

A zarentur uideret,interrogationesq; & responsiones eorũ audiret,accessit ad me
» flens,seipsumq; complorãs, atq; ad pedes meos prouolutus: confitens quidẽ &
» abiurans baptismum,quem ab hæreticis susceperat,non talem eum esse prorsus,
» neq; quidq; cum hoc habere communionis dixit, quin etiam blasphemijs illũ re-
» fertum esse asseuerauit. Animam uerò suam admodum compunctã esse,secq; non
» audere oculos suos ad DEVM, propter nefariam impuritatem scilicet dictorum
» factorũq; illorũ quib. initiatus esset,tollere dicens, obtestabatur ut reciperetur,
» & ad purissimum baptismi nostri lauacrum gratiamq; admitteretur. Quod sanè
» ego facere non ausus,dixi sufficere ei tam diuturnam nobiscum communionem,
» qui gratiarum actione exaudita, simul nobiscum Amen accinuerit, quiq; mensæ
» assistens manus ad exceptionem sancti alimenti porrexerit,& id susceperit, cor-
» poriscq; & sanguinis Domini nostri IESV satis longo tempore particeps fuerit.
» Proindeq; minimè faciendum putaui, ut hæc denuò à principio suo retexerem
» atq; renouarem. Bono autem animo eum esse iussi, & confidere, firmaq; fide &
» conscientia bona ad communionem sanctorum mysteriorũ accedere. Ille autem
» neq; luctui modum fecit, neq; præ timore & tremore ad mensam accessit. Atq;
» ægrè tandem eò est cohortationibus perductus, ut orationibus assistere sustine
at. Alia quoq; extat ad Xystum epistola, in qua multa de hac quæstione uer-
ba facit. Itidem & alia de Luciano,& de quæstione eadem ad Dionysium Roma-
num episcopum data. De Dionysij epistolis in causa baptismi,satis.

In manus olim communicantibus Eucharistia data.

CAPUT X.

Licin. Valerianus Galli Hostiliani successor, Christianorũ primùm fautor eximius.

B VAlerianus post Gallum imperio suscepto, primùm clemẽs & bonus B
uisus est,atq; erga homines DEI beneuolus atq; benignus. Neque e-
nim alius quisquã, qui ante eum fuerant Imperatorũ, in illos propen
sior humanior q; fuit, ne illi quidẽ qui manifestò Christianismũ erãt
complexi. Adeò se ab initio mitem & placidum nobis præbuit. Tota namq; do-
mus eius,diuini numinis cultorib. plena erat: eaq; prorsus nihil aliud quàm DEI
ecclesia esse uidebatur. Sedenim magorum Aegyptiorum sectæ princeps & do-
ctor,impostura & præstigias magicas docens, ei persuadet, ut sanctos uiros nõ
tantũ domo sua exigat,& quàm longissimè repellat,sed ferro quoq; tollat,ut qui
artibus incantationibusq; illorũ obstarent & resisterent. Restabãt enim adhuc,
qui pernicios orum pestiferorum q; dæmonũ actiones uisas tantum aut auditas
reprimerent. Talibus igitur consultorib. usus, CHRISTVM confitẽtes crudelis-
simè persequutus est: & ad sceleratissima sacra animũ adijciens,impias obtulit ui
ctimas,pueros miseros occidens,infelicium parentum liberos inhumanissimè sa
crificans, recens edita uiscera diuidens, & creaturas DEI in minutissimas partes
concidens. Atq; his rebus felicẽ se & beatum fore est opinatus. Quapropter &
Ecclesiæ hostis factus est, & indignum se benignitate DEI effecit. Ita scilicet ma-
gnam is quoq; concitauit persequutionem. Et qui temporibus eis, certaminibus
obeundis sunt conflictati, si ad plenum omnes referri deberent, peculiari illi in-
digerent historia. Tũ sanè & Dionysius,quem diximus,malo eo inualescente,
quum Aemylianus præfectus Aegyptum prouinciam teneret,pro tribunali cau
sam dixit: & cum eo Maximus presbyter: præterea duo diaconi, Faustus & Eu-
sebius: & cum Chæremone alter quidam. Et quum ij unà cum Hierarcha suo sa-
crificare iussi essent,renuerunt id primùm,deinde Christianos se esse, ficriq; om-
nino non posse ut DEVM alium uel timerent uel colerent, professi sunt. Hunc
namq; esse qui cœlum & terrã cõdiderit: & qui Principibus, designatis certisq;
temporibus,in terris,potestatem & imperium concedat. Hæc atq; alia quum ab
eis afferrentur plurima, Aemylianus in sententia perstitit: & quum se hoc illis
persuadere non posse uideret, nulla interposita mora, Dionysium, quantumuis
morbo

Seductus deinde à magis Aegyptijs,ad nefanda est delatus sacra.

Humanæ uictimæ.

Idẽ accerimus Christianismi hostis & persequutor.

Aemylianus Aegypti præfectus.

Fuit is ex urbe Ro. frater Euseb. li. 7. ca. 11.

Omnis potestas à Deo est.

Dionysius cum quibusdam fratribus apud eũ præfectum causam dicit.

Idem semel atque iterum re legatur.

morbo correptum, in solos quosdã & à frequentia hominum longè disitos locos in Libyam relegauit. Ad quem permulti ex urbe, non pauciſsimi uerò etiam ex Aegypto conuenerũt, atq; ibi cum eo doctrinam fidei eius addiſcentes mãserunt. Deinde uerò ad longè duriorem grauioremq; ærumnã, in regionẽ cui nomen eſt Cephro, & locum Colythium dictum, exul eſt deportatus. Porrò beatus Dionyſius aduerſa omnia magno fortiq; pertulit animo. Nec minus & fratres quidam, continua conſuetudine ſua loci aſperitatem lenierunt, conſolationiſq; pietatem ei præſtiterunt. Qui uerò accuratius cognoſcere uolunt, quæ ea perſequutionis tempeſtate, non ipſe tantum Dionyſius, ſed alij etiam innumeri fratres aduerſa pertulerint, ij legere poterunt, quæ ipſe ad temporis ſui epiſcopum quendam, nomine Germanũ, obtrectatorem eius, ſcripſit, ita exorſus: Stultus ſanè atq; inſanus fuerim, ſi neceſsitatem eam mihi imponam, ut admirandam de me DEI curam atq; diſpoſitionem ſcriptis perſequar. Sedenim quũ (ſicuti ſcriptura ait) arcanum regis celare pulchrum ſit, opera autem DEI deprædicare glorioſum, ad narrationem rerum propius accedam: & cætera.

Fratres, exilij eius comites, & ſocij.

Reperitur hoc ſcriptum apud Euſeb. li. 7. ca. 11.

CAPUT XI.

Aleriana autem perſequutione plurimi quidem alij martyrij coronã tulerunt. Cæſareæ aũt Palæſtinæ, tres fortiter cum laude magna confeſsionem CHRISTI perferentes, in diuino decurrere ſtadio, ad beſtias damnati, nomina eorum ſunt: Priſcus, Malchus, & Alexander. Idcirco dicuntur in agro habitantes, ſeipſos ut ſegnes & ignauos, in re omniũ pulcherrima accuſaſſe: quòd ſcilicet diuinis propoſitis præmijs, per ſocordiam ea arripere negligerent: martyrij coronam deſignantes. Itaq; re ſic pulchrè deliberata, confeſtim feſtinabundi Cæſareã contenderunt, & apud iudicem de profeſsione CHRISTI, quæ opus erant, dixerunt: ac mox beſtijs obiecti, felicem ſunt conſequuti finem. In eadem urbe fœmina etiam quædam Marcionis ſequuta hæreſim, ut fertur, eodem eſt certamine defuncta.

Martyriũ Prisci, Malchi, Alexandri.

Fœminæ item Marcionis hæreſim ſequutæ.

CAPUT XII.

Alerianus autem ad eum modum tranſuerſim raptus, non diu perſequutionem cõtinuauit. A barbaris enim captus, & in ſeruitutem redactus, imperium ad filium Gallienum tranſmiſit. Qui pro humanitate ſua ſtatim edictis promulgatis, Chriſtianorum perſequutionem inhibuit, liberiusq; Verbi antiſtitibus ſtata ſolitaq; officia ſua peragere permiſit. Literæ eius in hæc ferè uerba ſunt conceptæ: Imperator Cæſar, Publius Licinius Gallienus, Felix, Pius, Auguſtus: Dionyſio, Pinnæ, & Demetrio epiſcopis. Officium & benignitatem liberalitatis meæ per terrarum orbem omnem produci imperaui, ut ex locis omnibus, in quibus piè diuina colũtur, decedatur. Qua propter & uos reſcripti mei exemplo uti poteſtis, ut ne quiſquam uobis ſit grauis & moleſtus: & id quoad eius fieri poteſt, à uobis adimpleatur, quod à me dudum eſt permiſſum. Itaq; Aurelius Cyrenius ſummi † ordinis præfectus, conſtitutionem à me promulgatã ſeruabit. Circumfertur etiam alia eius conſtitutio ad Epiſcopos alios data, per quam, ut Chriſtiani loca cœmiteriorum ſuorũ reciperent, permiſit. Talis quidẽ Gallienus fuit. De quo Dionyſius hęc quoq; refert. Atq; ille quidem eorum qui ante ſe fuerunt Imperatorũ, hunc quidem deſerens atq; deſtituẽs, illum uerò cum impetu inuadens, cum omni genere ſuo funditùs ſtatim

Valerianus in Rhetia à militibus, Gallienus eius filius Romæ à Senatu, Auguſti creati, æqua potestate imperiũ obtinuerunt.

Gallieni pro Chriſtianis reſcriptum.

τέγματος, Niceph. παράγματος, Euſeb. lib. 7. cap. 13.

Cœmiteria Chriſtianorũ.

* Valerianus in Meſopotamia à Perſarum rege ſuperatus, mox etiam captus, apud Parthos in ſeruitute conſenuit. Et quàm diu uixit, rex eius prouinciæ, ceruici eius inſiſtens, equum conſcendere ſolitus eſt. Eutrop. Idem Tammerlanes Scytha in Baiazethe Turca fecit.

Gallienus imperauit annos ſex cum patre Valeriano, nouem ſolus. Eo tempore multi in diuerſis prouincijs per ſeditionem creati imperatores. in quibus Macrinus fuit, qui in Illyrico unà cum filio eſt interfectus. Odenatũ autem ipſe Gallienus conſortem imperij fecit, &c.

A ſtatim diſperiſt. Declaratus autem, cõmunibusq; ſuffragijs ab omnibus renunciatus eſt Gallienus, uetus ſimul & nouus Imperator. Quũ enim ante eos fuiſſet, poſt eos quoq; exiſtit. Iuxta id quod ad prophetam Eſaiam eſt dictum: Quæ à principio fuere, ecce ueniunt, & noua ſunt quæ nunc exoriuntur. Quemadmodum enim nubes radios ſolis ſubiens, & ad breue tempus eum umbra obiecta obſcurat, & præ eo prominet: deinde uel prætereunte uel euaneſcente nube, ſol ſiue ſubortus ſeu præortus reſplendet: ita Macrinus imperiũ Gallieni, cui præfectus fuerat, per tyrannidẽ inuaſit. Atq; ille quidẽ nunc non extat, quandoquidẽ nihil erat: hic aũt itidem, ut antea fuit, conſtat: & imperiũ eius, perinde atq; ſeniũ depoſuiſſet, & adhærens ſibi uitium repurgaſſet, floridius etiam nunc uiget, loquiq; multo ubiq; ſpectatur, auditur, frequentatur. Hæc de illo Dionyſius.

CAPUT XIII.

O tempore, quum pax ubique eſſet, Cæſareæ Palæſtinæ Marinus quidam opibus, genere, & dignitate clarus, pro CHRISTO capite plexus eſt, per talem cauſam. Vocabat eum diſciplinæ militaris ordo ad honorem, Romanorum more, maiorẽ, gradumq; dignitatis altiorẽ. † (uitem uocabãt: & eam qui cõſequebantur, Centuriones fiebant) Et iam honorẽ talẽ recepturus erat, quũ alius æmulationis ſtudio ad tribunal procedit, minimeq; cõuenire criminando aſſerit, ut is Romanã dignitatẽ conſequatur, qui Chriſtianus ſit, & Imperatoribus nõ ſacrificet: proindeq; ordinẽ eum ſibi potius deberi contendit. Ibi Achæus iudex id iniquè tulit, Marinumq; an in ſententia perſeuerare pergeret, interrogauit. Atq; ubi conſtantẽ eius in CHRISTVM animum, firmamq; affectionẽ uidit, tres ei ad deliberandum extra iudicium conceſsit horas. Atq; eum ſic exeuntẽ, Theotecnus eius loci epiſcopus manu apprehenſum, in eccleſiam deduxit, ſermoneſq; cum eo, quos opus erat, confert. mox etiam in ſacratiorem templi locũ admittit, tunicaq; eius diducta, enſem quo accinctus erat, ei demõſtrat, ſimulq; ſacrũ Euangelij librũ productum in medio proponit: optionemq; ei, ut utrũ uellet, acciperet, permittit. Porrò, poſtquã ille ſtatim dextram ad librum ipſum accipiendum extendit, precatione martyrẽ armatum producit, eumq; ut magis DEO obtemperando quàm hominibus adhæreret, cohortatur. Facile enim eum ab illo cõfortatũ, quæ maximè deſideraret, conſequuturũ eſſe. Illumq; ſic cum pace dimittit. Atq; ubi conſtitutum uocaret tempus, & præco martyrem rurſum citaret, aſsiſtens ille, maioremq; quàm antea pro CHRISTO alacritatem oſtendens, extemplò inde ad mortem eſt abductus, & truncatus.

Martyriũ Marini militis.

Spartianus in Hadriano, uitẽ pro Cẽturiona tu accipit.

πλῆμα τοῦτο ἐναλλάττει: Nicephorus: τιμὴ τὶς ἐστι παρὰ βαρβάροις τὸ πλῆμα, ἣ τοὺς τυχόντας φασὶν ἐναντιοῦσθαι γίνεσθαι, τόπῳ ὀχλοῦντας. Euſebius lib. 7. cap. 19.

Theotecnus Epiſcopus Marinum ad martyriũ pulcherrimè, ſine oratione, libro Euangelico exhibito, cohortatur.

CAPUT XIIII.

Erùm enimuerò Aſterius, uir apprimè DEI amans, Senator Romanus, claro loco natus, copioſus, & magno ab Imperatoribus in precio habitus, proindeq; propter nobilitatẽ & opes nemini ignotus, martyris affuit: & mox precioſis allatis ueſtibus, ſacrum illud tabernaculum in humeros ſublatũ, & (ſicuti decebat) inuolutũ, ſanè quàm ſplendida & magnifica dignatus eſt ſepultura. Huius uiri alia quoque plura ſunt memoratu digna facinora. Quod uerò is Cæſareæ Philippi, quam Phœnices Paneadem uocãt, fecit, referre in hiſtoriam noſtrã non intempeſtiuũ eſt uiſum. Propinquũ ei urbi montẽ eſſe ferunt, qui Panius dicitur, ad radices eius fontes ſunt uberiores, unde etiam Iordanẽ profluere dicunt. In eos fontes, patrio quodã more accolæ celebri feſtoq; die congregati, uictimã dæmonii neſcio cui proijcere ſolebant: quæ quòd mirificè derepẽtè ui & opera efficacis illius dæmonis diſparebat, pro miraculo ingẽti ubiq; eares eſt celebrata. Et quũ aliquando ibi adeſſet Aſterius, ſimulq;

Aſterius Senator Rom. corpus Marini magnificè ſepelit.

Idem Aſterius Cæſareæ portentoſum dæmonis miraculum cohibet et abolet.

Iordanis fontes.

simulq́ id quod fiebat uideret, homines q́ eo consternari animaduerteret, misereratus primùm errorẽ eorum: deinde sublatis in cœlum manibus, rerum omnium DEVM inuocat, ut quùm seductorem populi dæmonem illum aquis innatantem dispelleret, tum fraude & errore tanto miseros illos liberaret. Et ille quidem sic orabat: cõfestim uerò hostia illa subnatans emersit. Ita miraculum id, hominũq́ de eo portentosa opinio, adeò est sublata, ut deinceps nihil quicquam eiusmodi in eo loco sit factum.

CAPVT XV.

Mulier sanguinis profluuio laborans in Euangelio, Cæsariensis fuit.

QVandoquidem aũt Paneadis meminimus, nec aliam quandam historiam prætermittendam esse duximus, dignam illam quę sit in ore omnibus. Ex hac enim urbe fama fert ortã fuisse mulierẽ illam, quam sanguinis profluuio laborantem, fimbriæ CHRISTI adtactu sanationem rapuisse, diuinorũ Euangeliorum testatur scriptura. Ibi domus quoq́ eius magnifica adhuc, uisa est, simulq́ admirandum tropæum & monumentũ collati in eam beneficij SERVATORIS permansit. Pro foribus namq́ domus eius in columna quadam æreæ duæ statuæ stabant sublimes: quarum altera, genibus flexis, manibusq́ protensis, fœminæ habitu, supplicantis faciem præ se tulit: altera aũt ex aduerso collocata, directo uiri statu, diploide cum decenti quadam grauitate amicti, manũ inclinatæ fœminæ porrigere uisa est. Ad huius pedes in statuæ ipsius basi herba excrescere, quæ quum ad fimbriã æreæ diploidis pertigisset, nõ altius progrediebatur, eamq́ ueluti sacrã illam fimbriã tangens illa, præsens aduersus omne genus morborũ auxilium habuisse dicta est. Statuã porrò istam à muliere illa sanguinis profluuio laborante, ad CHRISTI formam & habitũ conflatam esse, uera certaq́, quæ ad nos peruenit, historia tradidit. Atq́ ea ad Iuliani usq́ tempora perdurauit. Neq́ adeò mirũ uideri debet, qui aliquid beneficij olim à SERVATORE nostro accepere, eos per eiusmodi monumenta grati erga eum animi memoriam reliquisse.

Sub ea statua herba ἀλεξιφάρμακος excreuit. Euseb. lib. 7. cap. 14.

CAPVT XVI.

Vsus sacrarum imaginum.

QVum etiam sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, ipsiusq́ adeò CHRISTI, & quæ eum supra naturæ captũ mirificè genuit uirginis matris, coloribus adumbratas imagines, plurimas ad hũc usq́ diem conseruatas esse norimus. Ac Lucas quidẽ Apostolus primus ipsas accuratè, opus id exorsus, manibus suis depinxit: deinde uerò ex ueteribus alij quóq́ uiri, pro eo atq́ par erat, ueluti Seruatores, idem fecere: ethnica quidem illi fortasse consuetudine ducti, & morem eum colere soliti, absq́ necessaria obseruatione obtinere id tradiderunt. Sed ecclesia inde acceptum magis ac magis ad auxit, (prouidentia DEI curante atq́ disponente) non modò effigies & statuas, uerumetiam uestes, baculos, & lectos sanctorũ illorum uirorum conseruans, ad memoriam eorum sempiternam. Sicuti & Iacobi thronũ ad multa tempora seruatum esse scimus, quem fratrem ipsum Domini, primum Hierosolymorum episcopum, ab ipso CHRISTO & Apostolis creatũ esse, sacra monumenta tradidere. Venerati sunt enim hunc successores eius asseruatum: satis apertè declarantes, quo cultu & studio Deo dilectos uiros sint prosequuti. Quemadmodum id ad nos quoq́ est transmissum, apud quos multa etiam memoriæ gratia asseruantur. Verùm de his hæc dicta sufficiant.

Lucas eas primus pinxit.

Vsus defuncto rum sanctorũ monumentorum.

Thronus Iacobi fratris Domini.

ἀπαραπομπὴν τῶν εἰκόνων, Nicep. παράδοσιν, Euseb. ut suprà.

CAPVT XVII.

Gregorius episcopus Neocæsariensis, Mirificus.

Allieni temporibus simul & doctrina & miraculis ingentibus floruit Gregorius, cum fratre Athenodoro ecclesias in Ponto gubernãs. Ipsi aũt Neocæsariensis obtigerat episcopatus, & ab efficacia miraculorũ edendorum cognomen † Mirifici. Græco autem patre genitus, in fide maximè profecit: & Alexandriæ Origeni operã dans, sacras atq́ profanas literas summè addidicit. Vbi meretricula, quæ calumniæ causa ad eum uenerat, à dæmone correpta, per orationẽ eius sanationẽ est consequuta. * ecclesiæ aũt præfectus, quũ Phædimus ei Amasænus episcopus manus imposuisset, rupem ingentẽ collis instar, quũ ad eam esset perductus, oratione sola mouit, & in alium transtulit locũ. Deinde sacerdotẽ profanum templi custodem, † ciecto atq́ recepto dæmone, ad CHRISTI fidẽ pertraxit. Et lacũ quendam, de quo fratres duo ingenti contẽtione decertabãt, siccũ aridumq́ reddidit. Præterea Lyci fluminis undas pernicio-
sas repressit, scipione suo defixo, qui hucusq́ in ingentẽ excreuit arborẽ, & à uiatoribus ibi cernitur. Iudæũ quendã, qui mortuũ se esse simulauerat, reuera mortuum effecit. Et quũ eum aliquando quidã persequerent, in arborẽ transformatus, ita orationi intendens cõstitit, ut à nemine uiderẽt. Pestilentiam infidelibus cõciliauit: & fœminã quandam, quæ ad fidem accesserat, à morte liberauit. Huic DEI mater apparẽs, per Ioannẽ Euangelistam, professionẽ fidei nostræ, quantũ ad Theologiã & diuinitatis rationẽ pertinet, scriptã exhibuit. Ad multam autem peruenit senectutẽ, & ad Diocletiani usq́ tempora durauit, gratiarũ actionis uoces edere solitus, q́ urbẽ frequentissimã, & infidelitatis plenissimã, ad contrariũ professionis fidei redegisset statũ. Quantũ enim ibi eorum adueniens reperiebat, qui ante se fidẽ receperant, tantũ eorum qui in infidelitate perseuerarẽt, moriens numerũ reliquit. Hæc breuiter & cõpendiosè de admirãdo Gregorio sint dicta.

τῆ τῶν ἁγίων μονίῳ ἐμβολῆ τε ἁγίᾳ ἐσβολῇ

Theologia hæc reperitur apud Rufinũ, Eccles. hist. Eusebij lib. 7. cap. 25.

CAPVT XVIII.

Dionysij Paschales epistolæ.

† ἐφεταγικάς

BIonysius autem Alexandrinus, nondum pace ecclesijs à Gallieno reddita, ad eas quas diximus de pœnitentia & baptismo, alias quoque de Paschate † festas cõposuit epistolas. Quarũ unam quidẽ ad * Flauianum dedit: aliam ad Didymũ & Dometium, in qua etiã octo annorũ canonem exponit, nõ aliàs q́ æquinoctio uerno Pascha celebrari oportere astruens. Aliam rursus ad presbyteros Alexandrinos, atq́ diuersas alias ad alios scripsit.

Idem ab exilio Alexandriã reuersus.

Pace porrò exorta, ab exilio Alexandriam rediit. Ibi seditione & tumultu ciuili excitato, quoniam Episcopali munere suo fungi non potuit, fratribus scilicet in alterutram partem factionis inclinatis, ipsis Paschæ ferijs ex ipsa Alexandria ueluti exul per literas cum eis est collocutus. Dedit quoq́ ad Hieracem Aegyptiũ episcopum festas siue Paschales literas, in quibus seditionis Alexandrinæ mentionem faciens, ad hunc modum scribit.

θεωρητικὰς. Mirifica eiusdem facta.

ἐπὶ ᾗ τῆς ἐπισκοπικῆς τιθέσθαι φροντίδος ἑαυτὸν τοῖς χείροσι ἐπαβδοῦσθαι, &c. ἐπεὶ πρὸς ἑωυτὸν ἥγετο λόγος. &c. Niceph.

Quum ecclesia in quodam loco celeberrimo inter montẽ et flauium posito construi deberet, & spatium sufficiens non esset, ipso sancto in orationibus pernoctante, mane facto, inuenta est rupes tãto spatio loco cessisse, quantum erat competens pro ipsa Ecclesia fabricanda. Hier. de Viris illustr.

** Euseb. Flauium habet. libro 7. cap. 20.*

Idem, post æquinoctiũ uernum, μετὰτὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν ἑορτήν. Ibid.

CAPVT XIX.

Paschalis Dionysij ad Hieracem episcopũ Aegyptiũ epistola, de calamitatibus Alexandrinæ urbis, propter seditionem ciuilem.

» QVid ego admirer difficile esse, cũ eis qui magna locorum intercapedine à nobis sunt disiti, per epistolas liceat agere? quũ in dubium uenerim, quomodo ipse mecũ colloquar, & ipse animę meę consulam? Ad
» ipsa enim uiscera mea, hoc est, ad fratres qui eiusdem sunt contubernij,
» eiusdem animi, eiusdẽ uitæ instituti, & eiusdẽ ecclesiæ, epistolis opus est. Easq́
» quomodo perferri curẽ, durum & propè impossibile est. Facilius namq́ aliquis
» non dico in longinquũ exilij locũ, sed ab Oriente ad Occidentẽ trãsierit, q́ Ale-
» xandriã ex ipsa Alexandria peragret. Longè quippe solitudine illa deserta atque
» inuia, quã duabus ætatibus seu generationibus filij Israel pertransierũt, periculosior & impeditior est mediæ ciuitatis uia: & mari illo, quod illi diuisum, & in
» parietũ formam redactũ, latè habuerũt, peruium. In quorũ etiam quasi publica
» uia Aegyptij sunt submersi, quieti & tranquilli portus nostri facti sunt procellosiores: ita ut frequenter propter eas quæ in eis fiunt cædes, rubri maris speciem
» præbeant. Qui uerò per urbẽ ipsam profluit amnis, aliquando quidem solis illis

Cædes in urbe & portubus.

Nilus exiccatus. & inaquosis locis, per quos Israel incedens usq; adeò siti est pressus, ut ad clamorem & uociferationẽ Mosæ, ab eo qui solus admirãda facit, ex altissima & durissima rupe unda profluueret, uisus est multo aridior ficciorq;. Aliquando autem in tantũ exundauit, ut uicinã regionem uniuersam, uiasq; & agros omnes diluuio obruerit, eamq; quæ sub Noe fuit, se aquæ inundationẽ adducturũ esse minatus sit. Semper equidem cruore, cædibus, ciuiumq; submersorũ suffocationibus infectus fluit, & cõtaminatus: qualis ille Pharaonis per Mosen in sanguinẽ conuersus, & sanguinem olens fuit. Quæ uerò fluminis eius quod repurgat omnia, reperiet expiatrix unda? Quomodo etiam immẽsus & hominibus impermeabilis Oceanus, huic superfusus, amarum hoc deteret atq; abolebit pelagus? Aut quomodo ingens ille fluuius ex Edem, in quatuor ad quæ est designatus regna profluens, si in unam terrã Gæon traducatur, cruentã abluet saniem? Quomodo denicq; aer, à cladium ubiq; tantarũ impurissimis exhalationibus infectus atq; pollutus, purgabitur? Tanti à terra uapores, à mari uenti, à fluuijs auræ, à portubus crassiores nebulæ feruntur, ut tabescentibus ac diffluentibus, in omnibus subiectis elementis, cadaueribus, cruore roret. Et admirantur adhuc & dubitant, unde continuæ proueniant pestilentiæ, unde graues morbi, unde omnis generis calamitates, unde tot & tam uarij hominum interitus? Quid ita tam ampla ciuitas, nõ tam frequentes iam habeat incolas, si eos ab infantibus ipsis usq; ad senes decrepitos recẽseas omnes: q̃s antea eorũ tantũ, quos † crudæ senectutis uocabat, fouit. Aliorum porrò à quadragenarijs usq; ad septuagenarios tanta antehac fuit multitudo, ut illorum numerũ nunc non suppleant, quũ eis accenseantur & adtribuantur, ad publicã percipiendam annonam, qui quatuordecim annorũ sunt, usq; ad octogenarios. Sic qui olim erant decrepiti, eorum nunc quasi † æquales sunt facti, qui uultu maximè sunt iuuenili. * Et quum in terris semper diminui atq; cõsumi genus hominum conspiciant, internecione omnium indies glisscente atq; grassante non contremiscunt.

Idem diluuio exundans.

Idem sanguinolentus.

Aeris infectio.

Pestilentiæ.

Hominum Alexandriæ mira paucitas.

* καὶ ὅτω μεὶ μερον ἐεὶ καὶ ολιγανθρώπευον ὁρῶντες τὸ ἐπὶ γῆσ ἀνθρώπων γένος, ὃ τρέμα σιμ, εὐξύμενον καὶ προπόσησον τοις τῦ παντεκδσ ἀῦτῶ ἀφαγεσμᾶ.

A

B

ὠμογέροντας.

ἡλικιῶτας.

CAPUT XX.

POst seditionẽ aũt pestilẽtia admodum in urbe sæuijt. Et quum Paschalis dies pro foribus esset, ad fratres scripto uerba faciens, contagiosi morbi ærumnas huiusmodi ornauit uerbis · Alijs equidem hominibus, ut nunc se res habent, non uideatur esse festi diei celebrandi tempus. Neq; adeò illis est uel tale, uel aliud quodpiam, non luctuosum dico, sed quod & sit & uideatur maximè lætum. Nunc sanè lugent omnia, mœrent omnes, & resonant per urbem eiulatus, propter tantam mortuorum & quotidie morientium multitudinem. Sicuti enim de primogenitis Aegyptiorum scriptum est, sic nunc quoq; ingens est clamor. Non enim est domus, in qua non reperiatur mortuus. Atque utinam nõ reperiretur. nam & eis quæ hæc præcesserunt temporibus, permultas & graues perpessi sumus calamitates. Et quum soli nos ab omnibus affligeremur & necaremur, nihilominus tamẽ tum quoq; festos egimus dies: & omnis cuiuslibet cladis locus, conuentus agendi nobis præbuit cõmoditatem: ager, solitudo, nauigium, publicũ diuersoriũ, carcer. Omnium aũt lætissimum Pascha egerunt, perfecti, qui in cœlo cõuiuantur, martyres. Post eas clades bellum & pestilentia irruit, quæ unà cum gentibus pertulimus mala. Et soli nos quidem, quę nobis sunt illata detrimenta sustinuimus: unà cum illis aũt, quæ inuicem ipsi inter se uel fecerunt, uel perpessi sunt, per tumultũ scilicet, tolerauimus dispendia. sed CHRISTI rursum exhilarati sumus pace, quam solis nobis cõcessit. Quum uerò paululũ admodũ & nobis & ipsis datum esset, ut respiraremus, contagiosa hæclues urbẽ inuasit; res metu omni illis horribilior, & ærumna quauis calami-

Infidelib. nullum est dierum festorum celebrandorũ tempus.

Christiani in persequutionibus & eruinis suis quouis etiam loco statos dies festos celebrarunt.

Videm cladium quas sibi infideles ipsi creauerunt, per seditionem, participes.

Perfecti martyres.

Pax Christi.

A tosior: &, ut quidam eorum dixit historicus, clades una opinione omniũ maior:
πρᾶγμα μόνον οὐ τῆς παύ παν ἐλπί δος ἐρᾶτ τον γονό μενον. Thucyd.
" nobis uerò haudquaq; talis, sed nõ minus atq; alia, exercitiũ atq; exploratio. Nõ
" illa quidem à nobis abstinuit, uerùm multo maximè in gentes est grassata. Deinceps hæc infert · Plurimi itaq; fratres, pro excellenti suo amore & fraterna charitate, sibi ipsis nõ parcentes, & alius ab alio inuicẽ animis dependentes, sine metu
" omni ægrotos uisitarunt: & magno studio & cura illis in CHRISTO inseruientes, unà cum illis mortui sunt, perquàm libenter aliorũ dolore seipsos implentes,
" morbumq; proximorũ in se pertrahentes, ac non grauatè cruciatus deuorantes.
" Multi curantes atq; cõfirmantes alios, ipsi decesserunt, mortẽ illorum in seipsos
φιλοφρο σώνης " transferentes. Ita uulgatum illud uerbũ, quod † comitatis solius & beneuolentiæ
" semper uisum est, factis tum adimplerũt, dum ad eum modũ decedentes, se * pe-
" ripsema omniũ esse declararent: Hoc pacto optimi apud nos fratres, presbyteri
" etiam quidã, & diaconi, & ex plebe laudatissimi quiq;, ex hac uita emigrarũt: ut
" iam id genus mortis pictate multa & fide roboratũ, non multũ uideretur abesse
" à martyrio. Et sanctorũ cadauera illi supinis manibus & sinu excipere, oculos re-
" purgare, ora claudere, in humeros tollere, cõponere, ad se applicare, cõplecti, la-
" uare, uestibus funeralibus exornare, & paulo pòst æquali sorte potiri, superstites q; eos qui præcesserant statim subsequi. Gentes porrò contrà omnia fecerũt,
" eos qui ægrotare cœpissent, propellentes, & charissimos quosq; refugientes, se-
" mimortuos in uias sternentes, mortuos insepultos proijcientes, succesionemq;
" & cõmunionẽ mortis auersantes, quã tamen quantumuis multa molientibus e-
" uitare facile non erat. Deinde quum iam ea in urbe pacatiores essent res, Dionysius ad fratres in Aegypto Paschalem epistolã, & rursus alijs alias scripsit. Circũ-
" fert etiam eius de Sabbato scriptũ, & aliud de exercitio: & ad Hermanionem fra-
B tres q; Aegyptios literas scribens, inter alia de Decio & Gallo, prauisq; eorũ moribus pleraq; cõmemorat: & trãquillitatis quæ sub Gallieno fuit, mentionẽ facit.

Pestilentiæ eruinæ aliæ, infidelib. proexcremis malis sunt: Christianis autem, patientiæ exercitium, & pietatis probatio.

Quales se olim Christiani pestilentiæ cõpore inter se inuicem gesserint.

Quales quoq; infideles.

Dionysij scripta.

* Veteres urbiũ expiationes anniuersarias facientes, homines sacros, hoc est, qui peste alio'ue morbo expiando dijs immolabantur, & Catharmi atq; Pharmaci uocabantur, in uictimarũ morem redimitos, è loco præcipiti in mare deijciebant, Neptuno immolantes, cum solennibus hisce uerbis, περίψημα ἡμῶν γενέσθαι, ἢ τοι σωτηρίαν καὶ ἀπολύτρωσιν: Sis pro nobis peripsema, hoc est, piaculum, luitio, redemptio nostra, & seruatrix urbis uictima. Suidas, & Nicolaus Leonicus de Varia historia lib. 3. cap. ult. Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsema: hoc est, Nos tanquam piacula mundi facti sumus, & succidaneæ pro populo uictimæ. 1. Cor. 4.

CAPUT XXI.

ADhęc duos libros de promissionibus composuit, quibus argumentum præbuit Nepos: qui Aegypti episcopus, Iudaica opinione, quæ in scripturis sanctis CHRISTI promissa sunt, sensu corporali crassius intelligens, ea ad præsens seculum, & designatam quandam mille annorum uitam referebat. Et quòd is ex Apocalypsi Ioannis opinionem suam se confirmaturum esse opinaret, librũ cõposuit, cui titulum Cõfutationis indidit. Cui Dionysius, in eis quos diximus libris respõdens, in priore quidem sententiã suam de illius dogmate exponit, in posteriore autẽ de Apocalypsi Ioannis agit pluribus·

Dionysius de hæresi Nepotis.

" Quando quidem, inquit, scriptũ quoddam proferũt Nepotis, quo ualde nitunt, ueluti certo & irrefragabiliter ostẽdente atq; probante, regnũ CHRISTI in ter-
" ris futurũ: in alijs quidẽ multis Nepotẽ recipio & cõplector, propter fidem, tolerantiam laboris, scripturarũ lectionem, & frequentes psalmodias, quibus huc
" usq; multi delectantur fratres, hominem'q; ipsum obseruo. Deinde progressus
" infert · Sed enim si quid rectè dictũ sit, laudare id conuenit. Rursum uerò, si quid
" secundũ sanam doctrinam non sit scriptũ, id castigare oportet. Ac siquidem ipse
" adesset, satis esset rationũ in colloquio, ad interrogationẽ & responsionẽ, ad per-
" suasionẽ & conciliationẽ eorum quæ inter se opponuntur, Quum aũt scriptum

eius satis ad persuadendum compositum, in hominũ sit manibus, quo scripto legi & prophetis cõuiciat, Euãgelia nihil esse ducit, & Apostolicos libros tanq́ nullius precij eleuat: ipsum aũt perinde atq́ occultũ & arcanũ mysteriũ celebratur, simpliciorũ fratrum animos nihil permittens magnũ & sublime de certa, uera & gloriosa apparitione CHRISTI, aut de nostra à mortuis resurrectione, atq́ adipsum aggregatione & assimilatione, sed humilia quędã & caduca, qualia præsentis uitæ sunt, sapere & sentire: perquam est necessariũ, ut ueluti cum præsente fratre nostro Nepote differentes agamus. Deinde cõmemorat, se † in Arsenoite fuisse, ubi huiusmodi emersit hæresis: ibiq́ omnib. Ecclesiasticis atq́ alijs item uiris præsentibus, tribus cõtinuis diebus de Nepotis doctrina, libro eius proposito, disseruisse. Fratrumq́ stabilem ac decentẽ morem admiratur, qui ritè atq́ ordine responsionibus assensiones approbationesq́ suas accommodarint: neque contentiosè defendere perseuerarint, quæ semel apud se cõstituissent: neq́ obiectiones legitimas intermiserint, ueritatẽ illi cognitã (quod pudore quodam alij qui, quũ conuincunt, non faciunt) profitentes: bonaq́ cõscientia, quæ authorita te diuinarũ literarũ probata essent, citra simulationem & dissimulationẽ, cordibus ad DEVM simpliciter cõpositis suscipientes. Addit præterea, ut etiam eius loci doctor Coracion dictus, uocibus eis quæ contra illius opinionẽ prolatæ fuerant, persuasus, præsentibus omnib. receperit, ueritate iam abundè satis perspecta, sibi de cætero nihil futurum cum Nepote negotij, neq́ mentionem se eius facturum, neq́ doctrinam promulgaturum. Alios quoq́ fratres dicit lætatos delectatosq́ esse dissertationibus eis, atque cõmuni omniũ cõciliatione & cõsensu.

Dionysius apud Arsinoen oppidũ de Nepotis dogmate disseruit, hæresimq́ cam resellit.

Optimus de rebus sacris, in conuentu publico disputandi processus.

Euseb. lib. 7. cap. 24. εὐθὺς καὶ τὸ σὺν ἄλλοις καὶ φιλαληθὲς ἢ τὸ ἀνυπεραπολόγητον καὶ σωτήριον τοῦ ὑπερηγαπημένου τῶν ἀδελφῶν.

† Authore Plin. lib. 5. cap. 9: inter reliquas multas Aegypti præfecturas, quas nomos uocant, Arsenoites numeratur ab Arsinoe oppido sic dicta, quod Ptolemæus Philadelphus sub nomine sororis suæ, quæ ita nominabatur, condidit. Idem, amnem qui Arsinoen præterfluit, Ptolemæum appellauit. Plin. lib. 6. cap. 29.

CAPUT XXII.

B DEinde de Apocalypsi Ioannis sententiã suã profert, quæ omnia quamuis sint longiora, tamẽ necessariò uerbis ipsius cõmemoranda putaui. Nonnulli eorũ, inquit, qui nos præcesserũt, aboleuerũt, & restituerũt rursum librũ ipsum, atq́ eum per capita omnia corrigẽtes, in eam formam redegerũt, ut cognosci nõ posset, & nulla ratione cõpositus esse uideretur. Falsam quoq́ inscriptionẽ habere dixerũt: neq́ enim Ioannis esse, neq́ reuelationem ullam habere, qui tam magno & crasso obscuritatis uelo coopertus esset: & nõ modò nõ ab Apostolo quopiam, sed ne à sancto quidẽ aut Ecclesiastico uiro editũ esse. Cerinthũ aũt, qui eius quæ ab eo Cerinthiana dicitur hæresis author est, uoluisse celebri nomine fide dignam authoritatẽ figmento suo parare. Hoc enim esse professionis suæ dogma, regnũ CHRISTI terrenũ futurũ: & quas ipse corporalis admodũ & carnalis concupiuerat res, in eis spẽ esse uitã ueluti in somnis traductũ iri, in uentris scilicet & eorũ quæ sub uentre sunt libidine & uberta te: hoc est, cibo, potu, cõnubio, & (ut absurditatẽ tantã specioſis ornaret uerbis) diebus festis, sacrificijs, & uictimarũ mactationibus. Ego uerò abrogare librum eum, quẽ fratres multi studioſè legunt, nõ ausim: maiorẽ aũt quàm pro tenuitate mea decet, de eo cõcepi opinionẽ. Nam etsi nõ intelligo, suspicor tamẽ altiorẽ secretioremq́ in uerbis eius latêre sensum, eumq́ longè sublimiorẽ, cẽ ut à me percipi queat. Id quod non arbitrio meo iudico, sed fidei magis tribuo. Non reijcio quidẽ quæ nõ perspicio, magis aũt admiror quod nõ intelligo. Posthæc scriptura reuelationis omni diligentius & exquisitius perpẽsa, fieri nõ posse demõstrat, ut facile quis sententiã eius assequat. ac deinde refert: Absoluta uerò, ut ita dicam, prophetia uniuersa, beatos propheta renunciat, qui eam seruauerint, seq́ adeò ipsum,

Dionysius de Apocalypsi Ioannis.

Cerinthus φιλοψεύστατος & φιλόσαρκος.

Cerinthi hæresis.

Verum sinceri Theologi iudicium.

Hoc ætate nostra etiam Lai ci non faciunt.

A ipsum. Beatus enim, inquit, qui seruat uerba prophetiæ libri huius; & ego Ioannes, qui hæc & uidi & audiui. Vocari quidẽ Ioannem eum, & Ioannis esse scriptũ id; nõ repugno. Et sancti alicuius ac diuinitus afflati uiri esse assentior: non facile tamẽ Apostoli esse cõcesserim, filij Zebedæi, frãtris Iacobi, cuius Euangeliũ est quod secundũ Ioannẽ inscriptũ est, & epistola Catholica. Coniecturã aũt facio, ex utrorũq́ scriptorũ more & indole, ex uerborũ forma, & ex ipsius libri ductu, illius nõ esse. Ac Euangelista quidẽ nusq́ nomen suum ascribit: neq́ seipsum uel in Euãgelio, uel in epistola deprędicat. Et paululũ progressus, rursum inquit: Ioãnes quidẽ nusquã, neq́ tanq́ de alio, neq́ tanq́ de seipso, qui uerò Apocalypsim scripsit, statim à principio seipsum pręponit: Apocalypsis IESV CHRISTI, quã dedit illi Deus, palàm facere seruis suis celeriter, & significauit mittẽs per angelũ suũ seruo suo Ioanni, qui testimoniũ perhibuit VERBO DEI, & testimoniũ eius quæcũq́ uidit. Deinde etiã epistolã scribit: Ioannes septẽ ecclesijs in Asia, Gratia uobis & pax. Euangelista aũt, neq́ in Catholica epistola nomẽ suũ pręmittit, uerùm ineffabili quodã modo ab ipso statim arcano mysterio diuinæ reuelationis est exorsus: Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod uidimus oculis nostris, Cuius reuelationis nomine etiam Dominus beatũ deprædicauit Petrũ, inquiẽs: Beatus es tu Simõ Bariona, quoniam caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed pater meus cœlestis. Quin neq́ in secunda, quæ fertẽ, neq́ in tertia Ioãnis, quamuis breuibus epistolis, Ioãnes nominatim pręponit: sed sine adiectione nominis, presbyter scribit. Iste porrò nõ satis habuit, ut semel nomine suo edito, cõsequentia exponeret: sed id repetit identidẽ, Ego Ioannes qui uidi & audiui ista. Deinceps indicat, Ioannis quidẽ esse scripturã eam, illi cognominis, sed nõ dilecti illius: & per coniecturã esse arbitratur Asiatici Ioannis, qui cognominatus est

B Presbyter, de quo prius diximus, uidelicet quòd duo monumenta, idem Ioannis nomen habentia, Ephesi monstrentur. Multi enim, inquit, propter suam in Apostolos † propensionem & affectionẽ, nomina eorũ liberis suis imponebant. σχέσιν.

CAPUT XXIII.

Apocalypsim Ioannis Euangelistæ nõ esse.

STendit quoq́ ex compositione dictionis, sententijs, & uerbis ipsis, alium esse, q̃ Ioannẽ Euangelistã, eius libri authorẽ, ita scribens: Cõsona enim sibijpsis sunt Euangelium & Epistola, & simile habent initium. Illud enim dicit, In principio erat VERBVM: hæc autem eadẽ † pauxillũ mutata, Quod audiuimus, quod uidimus oculis nostris, & manus nostræ cõtrectarunt de VERBO uitæ, & uita manifestata est. Hæc enim uerba ueluti præludens præmittit, contra eos cõtendens, sicuti in sequentibus ostendit, qui dicebant, Dominum in carne non uenisse. Quapropter accuratè & appositè connexuit, Et quod uidimus & annunciamus uobis: ex se ipso nimirũ continuè dependens, & à proposito nõ digrediens. Et sic, per eadẽ rerum capita & nomina, omnia persequitur. quorũ aliqua nos cõpendioſè cõmemorabimus. Qui uerò attentè ea leget, in utrisq́ inueniet, multã uitam, multã lucem, detestationem tenebrarũ, perpetuam ueritatẽ, gratiam, gaudiũ, carnẽ & sanguinem Domini, iudicium, remissionem peccatorũ, DEI in nos dilectionẽ, fraternæ inter nos charitatis mandatũ, præceptorum omniũ obseruationem, redargutionem mundi, diaboli, Antichristi, promissionẽ spiritus sancti, adoptionem filiorum DEI, fidem quæ per omnia à nobis exigitur. Et quòd pater & filius ubique designentur, quodq́ omnino per omnia eos unum atque eundem spectandum cognoscendumq́ literis suis proponunt & adumbrant. Euangelij quidem & epistolæ formæ & ideæ propositæ sunt. Peregrina autem & aliena prorsus ab his est Apocalypsis, neq́ illis cohærens, neque proximè ad ea accedens, ex aliqua parte.

παραλλαγμένα.

Consonantia Euangelij & epistolæ Catholicæ Ioannis.

Eorundem materia & argumentum.

Apocalypsi nihil cum eis cõmune.

quippe quæ,ut ita dicam, ne syllabã quidem communem cum eis habeat. Sed A
necꝙ mentionem ullam,necꝙ sententiam, uel epistola Apocalypsis (omitto enim «
Euangelium) uel Apocalypsis epistolæ habẽt: quum quidem Paulus, aliquid «
etiam in epistolis suis de reuelationibus suis ostendat, quas tamen ipsas in scri- «
ptum peculiare nõ retulit. Præterea discrimẽ eloquutionis Euangelij & episto «
læ ad ipsius Apocalypsis ductum colligere & notare licet. Hæc enim non solum «
nõ uitiosis,iuxta Græcorũ sermonẽ,sed etiam exquisitis & egregijs uerbis, syllo- «
gismis,cõpositionibus,& interpretationib. scripta sunt. Tantũ scilicet abest, ut «
barbarã in eis uocẽ aliquam,aut solœcismum,aut omnino rusticitatem reperias. «
utrũcꝙ enim,ut uidetur, habuit donũ,& sermonis & intelligẽtiæ:utracꝙ ei à Do- «
mino & sapientiæ & cognitionis cõcessa gratia. Hũc aũt reuelationes quidem «
uidisse,scientiamcꝙ & prophetiam accepisse,nõ eo inficias: cæterũm in oratione «
sua eum sermonem Græcũ accuratè seruare nõ uideo. Nam & rusticis barbaris- «
mis,& solœcismis alicubi utitur. Quæ quidẽ ego,ne quis id existimet, nõ conui «
ciandi & reprehẽdendi animo,necꝙ adeò necessariò,sed ut dissimilitudinẽ tantũ «
scripturarũ istarũ indicarẽ atcꝙ expedirem, dixi. Atcꝙ hæc in posteriore libro «
Promissionũ,cum Nepote congressus,de Ioãnis Apocalypsi,Dionysius scripsit.

CAPUT XXIIII.

Alia Dionysij scripta.

SVnt & aliæ plurimæ diuini eius uiri epistolæ:ut cõtra Sabellium,ad
Ammonẽ Beronicensem episcopũ, item quæ ad Telesphorum & ad
Euphranorẽ,& rursum quæ ad Ammonẽ & Euporũ est scripta. Cõ
posuit præterea in eodem argumento libros quatuor, ad cognomi-
nem sibi Romanum episcopum. Insuper aliæ plures sunt epistolę, & orationes
prolixæ inter epistolas cõnumeratæ:sicuti quas Timotheo puero conscripsit,in
scriptionẽ habentes De natura. Sicuti etiam est ea quam ad Euphranorẽ compo B
suit,De tentationibus. Ad Basilidem aũt ecclesiarum Pentapolitanarum episco-
pum scribens,ab initio cõmentarios se composuisse indicat,in Ecclesiastem. Di-
uersæ etiam ad ipsum datæ epistolæ. Scripsit itidem contra Paulum Samosate-
num,& Manetem,qui eo tempore extiterũt. De eis autem postea dicemus. Quũ
autem ad multã peruenisset senectutem,duodecimo imperij Gallieni anno mor-
tuus est,quo tempore contra Paulum Samosatenũ Antiochiæ Synodus est coa-
cta. Quæ uerò de Dionysij libris Basilius Magnus ad Maximum philosophum
scribat,addendum hisce putaui.

CAPUT XXV.

Iudicium Basilij Magni de Dionysij Alexandrini scriptis.

VE inquiris,inquit,Dionysij scripta,plurima ad nos peruenere. Quòd «
autem librorum eorum copia nobis non est,propterea ad te non misi- «
mus. De quibus sic nostra est sententia. Non omnia eius uiri admira- «
mur opera. Sunt etiam nonnulla quæ prorsus abrogamus. Ferè enim «
impietatis istius, quæ tantopere nunc celebrat,eam dico quæ κατὰ τὸ ὁμόμοιον, siue «
de inæqualitate est, quantũ ego scio, ipse primus seminarium præbuit: non ille «
quidem improbitate mentis & sententiæ, sed quòd uehementius acriusꝙ oppu «
gnare Sabellio uoluerit. Quem ego cõparare solitus sum insitori,qui quũ incur- «
uum tenellæ arboris statũ sedulò corrigere studeat, deinde immodica attractio- «
ne peccet,& modò excidat,plantãcꝙ ipsam in contrariã diuersamcꝙ deducat for- «
mã. Simile quiddã enim & in hoc uiro factũ esse deprehẽdimus. Ille enim acrius «
impietati Libyci hæretici cõgressus,nõ sensit,nimio cõtentionis studio se in con- «
trarium ferri malum. Cui satis fuerat ostendere, nõ idem esse † subiecto ipso pa- «
trem & filium,& per hoc uictoriæ laudem à blasphemo illo reportare. Ipse autẽ «
ut apertè

κατὰ ὑπο-στασιν.

Errores Dionysij.

A utapertè admodum & prolixè illum cõuinceret,non tantũ diuersitatẽ subsisten- «
tiarum,uerũetiam substantiæ differentiã,& potestatis ueluti † remissionẽ,& glo «
riæ * mutationẽ affert. Ita ut eum per hoc contigerit malum ipsum malo alio con «
mutare,& à recta doctrina aberrare. Itacꝙ in scriptis suis uarius est. Nonnunquã «
enim τὸ ὁμοούσιον siue consubstantiale tollit,per eum, quo ad subsistentias abrogã- «
das malè utitur,librum. Aliquando autem id admittit,in eis scilicet, quæ pro de- «
fensione eius ad sibi cognominem composuit scriptis. Tum autem de spiritu etiã «
sancto uoces emisit,spirituali uiro minimè congruentes,ab ea quę adoratur,eum «
diuinitate proscribens,& ueluti in infimum ordinem creatæ & ministræ naturæ «
redigens. Ac talis hic quidem uir fuit.

† ὑφιεσις
* παρεκλλαγὴ

CAPUT XXVI.

Sabellij hæretica opinio.

SAbellij autem paulo antè meminimus. Nunc uerò & quis fuerit, &
quæ eius fuerint blasphemiæ,clarè exponam. Et ille quidem Libycus
genere fuit,Pentapoli eius regionis ortus. Docuit autem unam subsi-
stentiam esse patrem & filium & spiritum sanctum,unamcꝙ trinomi-
nem personam. Et in ueteri quidem Testamento,ueluti patrem legem dedisse:in
nouo autem, quasi filium hominem factum esse:ut Spiritum sanctũ uerò,ad A- *Suprà cap. 27.*
postolos aduenisse. Huic Dionysius,sicuti à magno illo patre Basilio dictum est, *Eodem.*
resistens,in contrarium delapsus est malum. Hæc de Sabellio paucis.

CAPUT XXVII.

In Oriente Odenatus Persas uicit, Syriã defendit, Mesopotamiã recepit, usqꝙ ad Ctesiphontem peruenit. Deinde uerò cum filio Herode,Sapore uicto (fuit autem Palmirænorum princeps Odenatus, & à Gallieno in societatẽ imperij adscitus) insidijs consobrini sui occisus est. Cuius uxor cũ Herenniano et Timolao filijs regnũ obtinuit. Eam Aurelianus non longè ab Antiochia, magis præli terrore, quàm prælio, cæpit: quæ currũ eius triumphantis Rom. præcessit. Eutrop.

περικλέους

EO tempore, Demetriano episcopo Antiochiæ defuncto, Paulus Sa-
mosatenus thronũ eius accepit, quũ Zenobia * eius loci regnũ obti-
neret. Persæ enim Romanis uictis, administrationẽ ei Syriæ & Phœ-
niciæ tradiderant. Paulus porrò iste, curare eam in religione Iudai- B
santẽ uolens, plurimumcꝙ operæ & curæ in ea rectè instituenda atcꝙ conuerten-
da ponẽs,in Artemonis hæresim impegit. Nimis enim humilia atcꝙ humi serpen
tia de CHRISTO docuit. Cõmunem quippe hominẽ natura fuisse, necꝙ quicꝙ
præcipuũ præ nobis habuisse,& diuinæ substantiæ expertem extitisse, atcꝙ in eo
perinde atcꝙ in propheta filium DEI inhabitasse, & rursum ab eo discessisse, nõ-
nullacꝙ hisce similia cõtra Ecclesiasticam doctrinã censuit. Quod ubi tum eccle-
siarum pastores cognouerũt, non despiciendam serpentẽ iam tantã contagionẽ
iudicarunt:præcipuè quũ piaculum id,domicilium & tancꝙ adiutricẽ, tam ma-
gnam nacta esset urbẽ. Atcꝙ Dionysius quidem Alexandrinus,uir celebris, pro-
pter ætatẽ affectam,& grauẽ imbecillitatem,proficisci eò distulit. Literis autẽ &
ipsum ad officium est cohortatus, & eos qui ad eum cõfluebant, ad ardorẽ & æ-
mulationem ueræ pietatis exacuit, iudiciumcꝙ suum & sententiam de proposita
quæstione ad eos misit. Reliqui uerò ecclesiarum antistites, ueluti ad uastantem
& pernicioſam feram conficiendam, Antiochiam undiquaquè alius post alium
congregabantur,resplendentes enses & cuspides, uera ecclesiæ dogmata, præ se
ferentes. Eorum primi nominis & maximè celebres, sicuti stellæ radiantes præ-
fulgebant: Gregorius magnus ille, miraculis edendis decantatus: & Atheno-
dorus,sententijs,uerbis,& factis, fraternè illi coniunctus: Ponticarum ecclesia-
rum episcopi, Firmilianus Cæsareæ Cappadocum antistes,uir præclarus,& u-
triusque generis literarum summè doctus: Helenus metropolis Tarsi Ciliciæ
episcopus: præterea Nicomas Iconij, Hymenæus Hierosolymorum, & Cæsa-
reæ Palæstinæ Theotecnus,episcopi. Maximus insuper,qui fratrib. Bostræ præ
fuit: Theophilus,Proclus,Helianus,Paulus,*Babylianus, Protogenes, Hierax,
Eutychius,Theodorus,Malchion,& Lucius, diuersarũ ecclesiarũ præfecti. Hi-
omnes,

Pauli Samosateni hæresis.

Dionysius eam oppugnauit.

Episcopi Antiochiæ aduersus Paulum Samosatenum cõgregati.

* Alij, Balæ nus.

oēs,& alij quamplurimi,unà cum presbyteris & diaconis,in eam quā diximus ci A
uitatē conuenerunt. Quū igitur in unū congregati essent, sæpe multūcp sermones conferebant,& in quolibet cōsessu quæstiones plures proponebant. Ibi Paulus obumbrare,& quantū posset, hæresim suā tegere & occultare laborabat. Illis aūt illud maximè studio fuit,ut illa proferret,& tanta in CHRISTVM blasphemia omnib.propalā nota fieret. Quapropter suadendo primùm & consulendo, conati sunt Paulum à concepta opinione abducere,& in contrariam sententiam pertrahere. At quum ille,iuramento interposito,apertè errori ei renunciaret, ne que se quidquam eiusmodi sentire,sed Apostolicis finibus & doctrinis adhærere,eiscp insistere confirmaret:tum quidem illi,cōmunē SERVATOREM DEVM de ecclesiarum consensu & concordia quum laudibus concelebrassent, Synodum soluerunt,& pro se quisq; ad greges suos redierunt.

Samosatenus orthodoxū se esse iurat.

Conuentus Episcoporū soluitur.

CAPVT XXVIII.

Samosatenus in errorem relapsus.

SEdenim tēporis processu, quū rursum ubicp fama spargeret de Paulo,qui ita à uera fidei professione degenerans desciuisset,celeberrimi illi uiri ne tū quidē statim ad illū deturbandū sunt progressi, sed literis scriptis,uulnus eius curare sunt conati, lethalē se eo modo doctri-
Processus contra hæreticum legitimus. nā oppressuros esse opinati. Dionysius equidem epistolam dedit,authorem erroris eius ne alloquutione quidē dignans,sed populū ecclesiæ Antiochenæ instruens tantū & confirmans. Firmilianus aūt Cappadox Antiochiā uenit: sed statim dolo ab eo repulsus, resipiscentiā & conuersionē denuò pollicēte, inde discessit. Postea uerò quū rursus cum eo congredi deberet,ut qui toties DEVM negantis audaciæ eius periculum fecisset,è uita excessit.quo tempore etiā Dionysius Alexādrinus est mortuus,duodecimo,ut dictū est, Gallieni imperantis anno,quum quidē decem & septē annis rem Ecclesiasticā administrasset. Atcp huius succes- B
Aliquoties Episcopi propter Samosateni hæresim cōuenere.

Fl. Claudius Gallieni in imperio successor.

Claudij, Valerius Aurelianus.

sor Alexandriæ Maximinus fuit. Cæterùm quū Gallienus quindecim iam annis rerū potitus esset,Claudius ei succesit, qui biennīū tantum imperio administrato, Aureliano id reliquit:sub quo ultimus est cōtra Samosatenū, quamplurimis episcopis cōfluentibus,cōuentus peractus. Postquā enim illi multa admonendo,cohortationes adhibendo, & priorū promissionū atcp conuentorū pacta in memoriā reuocando, in inficiatione eum persistere uiderūt, & accusatores eum cōfutaturi institerunt, concilīū est coactum. Hic Malchion quidā,qui prius Antiochiæ Sophisticæ scholæ græcarū disciplinarū præerat,& postea propter egregiam eius in CHRISTVM fidē,singularemcp uirtutem,ad dignitatem presbyterij euectus fuerat,cum eo in publico colloquio cōgressus,celeribus notarijs,qui uerba omnia chartis exciperent, dispositis, illum conuicit: & tectum latentemcp eius sensum fraudulēta seductione plenum, ita in lucē protulit, ut eum alij quocp manifestò deprehenderent. Itacp aliena opinari atcp docere conuictus, & ut hæresis dux & author, à catholica & uniuersali, quæ sub cœlo est, Ecclesia proscriptus,non solum fideli cleri ordine motus, sed etiam ecclesia est eiectus: & Dominus pro eo ecclesiæ Antiochenæ gubernacula suscepit.

Vltimus episcoporū aduersus Paulum Samosatenū conuentus.

Malchion presbyter Paulum redarguit.

Paulus excommunicatus.

Domnus episcopus Antiochenus.

CAPVT XXIX.

Romani episcopi prærogatiua, Euseb. libro 7. cap. 30.

SEdenim quum Paulus contrà niteretur, ecclesiæcp administrationem retinere conaretur, & in Synodi decreto acquiescere nollet, audacia eius ad Aurelianum tum imperantem est delata. Is sanctissimè de ea re constituit, eis scilicet Episcopatum mandari iubens,quos Italici & Romani episcopi literis suis comprobassent. Etiamsi enim dæmonum cultui deditus esset,tum tamen quod iustum esset iudicauit,ut qui in fidei professione consentientibus responsaret, decretumcp eorum contemneret, ab illorum

Pauli Samosatenī idololatra,sententia sua comprobat.

sodalitate

A sodalitate & collegio resecaret. Ita Paulus ab ecclesia, non tantum à sacra & eccle- *Aurelianus & ipse persequutionē contra Christianos molitur.*
siastica, uerūetiam à profana & mundana potestate turpiter est pulsus. Aurelianus aūt,tum quidem tam æquū se erga nos præbuit. Procedente uerò, unà cum tempore,imperio eius,ut alio in nos esset animo,à quibusdā persuadebatur:pau latimcp ut & ipse persequutionē aduersus Christianos moueret, incitabatur. Et iam non minimus rumor de ea passim increbrescebat. Quūcp uix tandē suadentibus cederet,& subscribere literis eis, quæ cōtra ueram pietatē editæ fuerant,deberet,derepentè diuina affuit uindicta,quæ unà cum ipso cubito improbi scribæ manus inhibuit: † omnibus satis declarans, nō semper eis qui in nos cōmouentur,facile esse aduersus ecclesias eius quod cōstituerint perficere: nisi illa arcano occultocp iudicio,quo ei uisum est tempore,explorationis,castigationis, & conuersionis nostræ gratia, id permiserit. Porrò Samosateno ad eum modum reiecto, Ecclesiarum pastores conuenientes, ad Dionysium Romanum, & Maximum Alexandrinum episcopos, communem conscripserūt epistolam, eamcp ad omnia terræ loca miserunt. In qua plenissimè Synodi acta, uidelicet eximiū studium suum,& Pauli morum improbitatem,disputationescp & cōfutationes publicas, atque impuram impudicamcp hominis uitam exposuerunt. Vnde pauca quædam huc afferre placuit.

Primus hic apud Romanos diadema è capiti innexuit, gemmisq; & omni auro ornatā uestē, quod ad id tēpus Romanis moribus incognitum fuit, ipsius est. Eutrop. Aureliani cœptū Deus inhibuit, qui tēpore suo castigari suos permittit.

† *Aurelianus quum persequutionem aduersus Christianos, nonus à Nerone decerneret, fulmen ante eum magnō circūstantium pauore ruit. Ac nonnulto pòst inter Constantinopolim & Heracleā, Mnesthei notarij sui fraude, qui ad quosdam militares amicos eius, nomina eorum annotata pertulit, falso manum illius imitatus, perinde atcp Aurelianus eos interficere constituisset, occisus est. Eutrop. El. Vopiscus.*

CAPVT XXX.

B TAlia quidem prætermittā: quæ uerò mores eius, uelut in columnam
" incisa,declarant,percurrā. Ea sic habent·Postquam à canone & regula
" sinceræ doctrinæ digressus, ad illegitima & adulterina dogmata desci-
" uit,nihil opus est actiones eius extra Ecclesiam recensere: necp, quum
" prius pauper fuerit & mendicus,quippe qui necp à parentibus patrimonium ali-
" quod creuisset, necp arte aut studio quopiam quicquā parasset,quòd ad immen-
" sas opes, per fraudes iniquissimas & sacrilegia peruenerit: necp etiā quæ fratres
" excutiens exegerit, præmia ab eis quos iniuria affecit capiens, & mercede se eis
" opem laturū pollicens, quos tamen ipsos fefellit: frustracp uberes fructus perci-
" piens, ex propensione & promptitudine eorū qui negotijs impliciti eo nomine
" ei dederunt, ut molestia litium defungerentur, prouentum atque uectigal DEI
" cultum esse ducens: necp ut ille superbierit, sublatusq; fuerit mundanis dignita-
" tibus, * ducenarius potius quàm episcopus uocari uolens: necp ut per forum su-
" perbè incesserit, simul'que & epistolas legerit & dictauerit, cum satellitio pu-
" blicitùs ingrediens, magno numero his præcedentibus, illis sequentibus: uel
" ut propter fastum & arrogantiam cordis eius, fidem odio habuerit & execra-
" tus sit. Non etiam in Ecclesiasticis conuentibus monstrosam eius superbiam,
" quam aucupatione famæ & gloriæ, & oculorum præstigijs, fucorum'que me-
" ditatione est molitus, quibus rebus simpliciorum animas conterruit,& confter-
" natione impleuit, gradum quidem & thronum altiorem sibi construens,non ut
" CHRISTI discipulus, secretum uerò sicuti mundi Principes & habens & no-
" minans: subinde'que femur manu pulsans, & suggestum pedibus quatiens.

De improbis Pauli Samosatenī moribus.

Episcopus ἐπισκοπῶν.

ποφοτιμῶν ἡγεμόνων τὸν θεὸν οὐ σέβειν.

Vtinā hoc prò bē perpendant Antistites nostri.

Sensibus hæc imis, res est non parua, reponē: Describitur episcopus superbus, auarus, uanus, et planè secularis.

Quod

* *Ducenarius princeps officij fuit, uel apud Præfectum Augustalem, uel apud Comitem Orientis, uel etiam apud alios prouinciarum præfectos, adscitus ex Schola agentium in rebus, qui adorata clementia Principali cum insignibus exibat. Is sub se habebat Cornicularium, Adutorē, Commentariensem, Ab actis, Numerarios, Exceptores, &c. Scotus de insignibus magistratuum. Ducenariorum mentio fit in L. Matriculam, de agent. in reb. 12. lib. Cod. Temporibus nostris, ducenarijs pares esse uidentur apud Reges & principes, Cancellarij.*

Quod ſi qui hæc nõ laudarent, & quod in theatris fieri ſolet, faſciarũ tenuium ia
ctatione & cõcuſsione nõ applauderent, quiue nõ acclamarẽt, atq; itidem ut qui
circa ipſum ſtabãt factionis eius exilirẽt, ab eis ſibi iniuriã fieri putabat: Sic enim
& uiri & mulieres concionantẽ indecorè admodum audiebant. Atq; in eos qui,
ut in domo DEI, ſtatu corporis ad grauẽ decentemq; habitũ compoſito ſederẽt,
acerbius cum cõtumelia inuehebatur. Doctores etiam & enarratores uerbi, qui
ex hac uita migraſſent, petulanter proſcindebat. Grauis & moleſtus in publico,
& magnifica de ſeipſo prædicans, non ut epiſcopus, ſed ſophiſta & impoſtor.
Pſalmis porrò de Domino noſtro IESV abrogatis, tanq; recentibus, & à recen-
tioribus cõpoſitis, in media eccleſia, magno die Paſchæ de ſeipſo mulierculas lau
des cãtare inſtituebat, quas nemo ſine horrore audiuerit. Quemadmodũ etiam,
Hæreſis Samoſateni impia. ut de ſe pro concione ad populũ dicerent, ex finitimis agris & oppidis, per aſſen-
tationem ſibi adulantes epiſcopos & presbyteros ſummiſit atq; diſpoſuit. Filiũ
quidem DEI, nõ uult nobiſcũ profiteri è cœlo deſcendiſſe, ut aliquid earũ rerum
quæ poſtea ſcribent, præoccupantes afferamus: idq; nõ nudis à nobis dicet uer-
** Cap. 3. Nic. concilij: interdixit per omna ſancta ſynodus, non epiſcopo, nõ presbytero, non diacono, non ſubdiacono, nõ alicui omnino q̃ in clero eſt, licere ſubintroductam habere mulierem. Niſi forte aut matrẽ, aut ſororẽ aut amitã, aut etiã eas idoneas ꝓſonas quæ ſuſpiciones fugiant ſuſpiciones. Diſtin. 32. Nullus miſſam audiat presbyteri, quem ſcit concubinã indubitanter habere, aut ſubintroductam mulierem. Ibid.* bis, ſed ex commentarijs, quos ad uos miſimus, omnino probabitur. Non minus
uerò etiam alicubi dicit, IESVM CHRISTVM è terra ortum habuiſſe. Qui aũt
in populo pſalmis & laudibus impiũ hunc hominẽ celebrant, angelũ eum & ma
giſtrum ad ſe è cœlo deſcendiſſe canũt. Et hæc ille ſuperbiſsimus non prohibet,
ſed ea canẽtibus adeſt. Quid autẽ mulieres eius * ſubintroductas ? ut Antioche-
ni nominant: quid eius presbyteros & diaconos ? quibus & hoc delictũ, & alia
immedicabilia peccata permittit, eaq; cum illis celat, cõſcius ſibi eorũ, & ſimul il-
los de eis arguens, ut ſibi obnoxios habeat, dicamus ? Quibus in rebus, uerbis ſi-
mul & factis eis eſt iniurius, ꝙ accuſare eum, ſibi ipſis timentes, nõ audeant. Sed
eos ille quoq; collocupletauit. Quapropter ab eis qui talia cõſectantur, amatur,
& in admiratione habetur. Quid hæc inquam ſcribamus ? ſcimus aũt, dilecti, epi
ſcopum & ſacerdotalem ordinẽ omnem, multitudini exemplo eſſe debere bo-
norum operũ omnium. Ne illud quidem ignoramus, perquàm multos, qui ſibi
mulieres ſubintroduxiſſent, grauiter lapſos eſſe. Multos in fœdã ſuſpicionẽ per
ueniſſe. Atq; ut cõcedamus, unũ aliquem in tali re nihil turpe atq; impudicũ cõ-
mittere: ſuſpicionem tamen, quæ ex eiuſmodi conuictu naſcitur, uitare oportet,
ne quẽ offendat, aut ad imitationẽ malæ cõſuetudinis incitet. Quomodo namq;
alium obiurgabit, uel inſtituet, ut uideat, ne frequenter cum muliere conueniens
labatur, ſicuti ſcriptũ eſt: qui unã quidem iam repudiarit, duas aũt ætate floren-
tes & forma præſtantes apud ſe foueat, atq; etiam, ſi quo'piam eat, ſecũ ducat, la-
ſciuiens, atq; delicijs diffluẽs ? Cuius rei gratia pij omnes ſecũ grauiter ſuſpirant,
& lugent. Adeò aũt impotentem eius tyrannidem reformidarũt, ut nullus accu-
ſare eum auderet. Atq; hęc quidem, ſicuti diximus, quiſquam emendauerit in ui-
ro qui catholicæ eſſet ſentẽtiæ, & ordini noſtro cõnumerarẽt ? In eo uerò qui ta-
cenda enunciauerit, myſteriumq; prodiderit, & deteſtandã hæreſim Artemonis
(cur enim tandem parentẽ eius nõ oſtendimus ?) producendo iactarit, non opor
tet rationẽ taliũ delictorum requirere. Deinde in fine epiſtolæ, epilogi loco hæc
adijciunt. Quapropter quũ is tantopere DEO repugnaret, nec cedere uellet: ea
nobis eſt impoſita neceſsitas, ut homine iſto excõmunicato, alium pro eo, non ſi-
Domnus epiſcopus Antiochenus. ne DEI, ſicuti perſuaſum habemus, prouidẽtia, eccleſiæ Catholicę præficeremus:
beati Demetriani, qui eccleſiam eam ante hunc præclarè adminiſtrauit, filium,
Domnum,

* συνείσακτον, hoc eſt, ſubintroductæ, neq; uxores, neq; concubinæ, ſed tertij cuiuſdam generis mulieres ſunt, quas ſecum presbyteri, & c. non creandæ ſobolis, neq; libidinis gratia, ſed pietatis ſtudio, aut certè pietatis prætextu fouebant. De quibus præclara extat Chryſoſtomi homilia. Rufinus in Canonibus Nicænæ Synodi in Eccleſ. hiſtor. lib. 10. cap. 6. extraneas mulieres uertit. Sicuti etiam extraneæ dicuntur in L. eum qui. C. de epiſc. & cler.

A Domnum, omnibus epiſcopalibus donis ornatum. Hoc ideo uobis ſcripſimus, *Epiſcopus cõiunx.*
» ut ad eum cõmunionis literas detis, & rurſum ab eo accipiatis. Samoſatenus au-
» tem ad Artemonem epiſtolas ſcribat: & cum eo etiam, qui Artemonis ſententi-
» am probant, communicent. Res Samoſateni ſic ſe habuerunt.

CAPUT XXXI.

NOndũ ea procella ſatis ſedata fuerat, quũ rurſus alia priore multo ꝛæ-
uior, coorta irruit, ingentes fluctus ſecũ trahẽs, atq; acrius inſultãs. Is *Manetis, eiusque ſectator Manichæorum hæreſis.*
* Manes erat, mẽte prorſus captus, & inſaniẽs: qui ꝓ deprauatę mentis peruerſitate, lingua etiam armata, uerbis diabolicę hęreſis uenenatis, ſe in multorũ animos ad eorum perniciẽ inſinuauit. Fuit aũt Perſa genere, iugumq; ſeruitutis lõgo traxit tẽpore. Ac quũ derepẽtè hereſuę ex teſtamẽto hereditatẽ adiiſſet, nõ cõtentus fuit molliore & affluentiore, quę ei præter ſpẽ obtigerat, uita: & gratiã eã largitori taliũ ſe debere ſciens, inſtrumentũ ſe, quantus quantus eſſet, ueritatis inimico præbẽs, ad impias fabulas diuertit. Et duo ingenita eſſe dixit, Deũ & Materiã: quorũ illũ Lucẽ, hãc Tenebras appellauit. & Lucẽ quidem bonã, Tenebras malas: utrũq; aũt arbores nominauit, cõgruentes ferentes fructus. Deũ longè abeſſe à Materia, & Materiã rurſus longius à Deo. Deũ etiã orientalẽ, ſeptentrionalẽ, & occidentalem obtinere plagã: Materiam, auſtralem. Et multis poſtea ſeculis Materiã ſeditionẽ mouiſſe aduerſus fructus ſuos: commiſſoq; prælio, hos quidem fugaſſe, illos aũt fugiſſe: eamq; cõtentionẽ & perſequutionẽ uſq; ad Lucẽ peruenisſe. Et Materiã cum dæmonibus & igne & aqua impetũ feciſſe in Lucẽ dicit: Deum aũt tam repentina exercitus eius impreſsione conterritũ, non habuiſſe quo tantã uim uindicaret. Itaq; illũ partem Lucis arB reptam, ueluti quandam eſcationẽ, contra Materiã miſiſſe. Hanc uerò uulneratam, parteq; ea lucis abſorpta grauidam eſſe factã. Qua re adactũ Deum, mundum cõdidiſſe, ut cõcertationẽ talem ſolueret, & ad pacẽ, ea quæ inter ſe pugnarent, reduceret, Lucẽq; Materiæ mixtã paulatim in libertatẽ redigeret. Hominẽ
ἀπὸ τῆς ὑλαρχικῆς συζυγίας. porrò nõ à DEO, ſed à † principe materia Seucla fictum eſſe: & Euã ſimiliter, ſed
ἀνθρωπόμορφον inanimatã creatã, & immobilem. Adam uerò † forma feræ, aliaq; hiſce ſimilia nugatus eſt. Solem & Lunã diuinũ quiddam eſſe putauit, ac de eis multa ſilentio di
φαντασίας gna portentoſe cõfinxit. Diabolũ nunc materiã, nũc materiæ principẽ uocauit.
Coniugiũ diaboli legẽ & conſtitutionẽ eſſe dixit. Dominũ aũt neq; animã, neq;
μετενσωματώσεις. corpus recepiſſe, ſed hominem tantum uiſum eſſe, nihil humani habentẽ, aſſeueSic & Baſilides ab Abraxa Chriſtũ in phãtaſmate carnis miſſum eſſe blaterauit. Tertull. Uta enim ſi bi hæretici mõſtroſa confingũt uocabula. οὐαγεῖς λαὶ νυκτερινοὺς μιξέλληνάς λαὶ ἀρρένα τοποιήσας, hoc eſt, execrãdos, nocturnos, & illegitimos cõcubitus, & ſtagitia infanda. Suidas.
rauit: perpeſsiones uerò ei † per ſpeciem tantũ et fucum accidiſſe. Reſurrectionẽ
corporum ueluti fabulam repudiauit, nullam enim materię particulam dignam
ſalute iudicauit. Animarum aũt † tranſitiones è corpore in corpus, & quidem e-
tiam in uolucrũ & pecorum & ferarũ corpora, docuit. Cuius ſectatores etiã ele
menta omnia animata eſſe arbitrant. Vtunt uarijs impoſturis, † nefariaq; & exe-
cranda peragunt myſteria. Quapropter doctrina eorũ ineluibilis habetur: dæ-
monũ incantationibus animas hominũ, qui ea ſunt initiati, obſtrictas tenẽtibus.

* Manes, qui & Scythianus dictus eſt, Brachman fuit genere, & præceptorẽ habuit Buddã, antea Terebinthum nominatum. Buddas in Græcis diſciplinis Empedoclis hæreſim eſt ſequutus, qui duo principia inter ſe contraria eſſe dixit, Contentionẽ & amicitiã. In Perſide Buddas è uirgine ſe genitũ, & in montibus educatũ, mentitus eſt. Quatuorq; cõpoſuit libros, quibus nomina indidit, Myſteriorũ, Euangelij, Theſauri, Capitulorũ. A dæmone aũt tortus interiit. Eius libros cũ reliqua hæreditate Vrbicus, qui ſe Manetẽ poſtea nominauit, ab ea fœmina cõſequutus eſt, & pro ſuis uenditauit: quæ fœmina Buddam fouerat, & Vrbicum ſeptem annos natum ære & libra emit, libertateq; deinde donatum hæredem inſtituerat. Suidas.

CAPUT XXXII.

MAnes aũt quũ tres haberet ſectatores, Addã, Thomã, & Hermã: exijs Addam ad Syros, ad Indos autẽ Thomã miſit, præcones. Qui reuerſi, quũ ſe dicerent multa dura paſſos eſſe, neq; quenq; doctrinã eius reci-

pere uoluisse, ausus est omniũ hominũ importunissimus, seipsum Christũ nomi-
A nare, & Spiritũ sanctũ, aliumq; Paracletũ missum esse dicere. Et duodecim secũ
ducẽs discipulos, in Mesopotamiã peruenit, Persarumq; regnũ peragrauit, ac te-
merario impoẽtiq; animo regis ibi filiũ se curaturũ est pollicitus: qua re maiori-
bus se obiecit malis. Posteaquã enim inde est, ut manifestus DEI cõtemptor, re-
pulsus, quũ eò rediisset, à rege cõprehẽsus [a] Persicũ sustinuit supplicium. Detracta
enim cure, ita nudus, canibus esca est obiectus. Atq; talẽ impius ille cõsequutus
est finẽ. Quod si quis nugamenta eius persequi uelit, cõpluribus is opus habeat
libris. Et falsa hęc & impia dogmata, ex innumeris iamdudũ extinctis hęresibus,
cõgesit atq; accumulauit, eaq; ex Perside in orbem nostrũ ueluti quoddã mor-
tiferum uenenũ euomuit. Tales doctrinas hominũ animis uersutissimus inspira-
uit serpens, talibusq; antesignanis ordinumq; ductoribus aciem contra ueritatẽ
struẽs usus est. Verũm enimuerò facile Dominus mendaciũ coarguit, & cohor-
tem patronorũ eius, sicuti araneæ telam, soluit. Aduersus hanc hæresim strenuè
libris cõpositis depugnarunt, Titus Bostræ, & Diodorus metropolis Ciliciæ,
episcopi. Scripsit etiam cõtra eam Gregorius Laodicensis, uir qui hæresim qui-
dem Arianam defenderit, sed philosophicis disciplinis ab ineunte ætate appri-
mè eruditus fuerit. Pręterea Phœnix Eusebius. Hęc de hęresi [b] Manentis, à quo
multis adhuc nomen Manichæorum adhæret. Ego porrò ad reliqua istius histo-
riæ descendam. Imperatorum enim, magnarumq; ecclesiarum antistitum suc-
cessionibus recensitis, mox etiam quæ monumenta tum ecclesiastici scriptores
ediderint, & qui ex eis usq; ad impiorum tyrannorum persequutionem ecclesia-
rumq; oppugnationem uitam produxerint, exponam.

Mánetis interitus.

Qui cõtrà hæresim eã scripserint ecclesiastici uiri.

τῶ μανέν-τος.

CAPUT XXXIII.

POst Deciũ Gallus duobus imperauit annis. Ab hoc ad Valerianũ &
B Gallienũ imperiũ peruenit. Valerianus aũt bello cõtra Persas moto,
quũ ad Edessam exercitus eius fame magis q̃ ferro occideret, Persæ
aciem cõtra eum struxerũt. Cuius ille gentis impetũ quod se sustine-
re nõ posse uereret, conflicturũ se cum hostibus assimulans, ad eos transfugit, pa-
cem cũ eis pacturus, exercitumq; suũ proditurus. Quod Romani quia animad-
uerterũt, fuga sibi, nõ paucis amissis, cõsuluerunt. Ibi ergo apud barbaros & Sa-
porem regem seruitutẽ seruijt, & tandem iugulatus imperiũ ad Gallienũ filium
trãsmisit. Is quindecim annos Imperatores fuere, & Claudium successorẽ habue-
re. [c] Et hic annũ unum & menses decẽ rerũ summa administrata, potestatẽ eam
Aureliano reliquit. Quum aũt is per insidias in nouo quodam * castello fraudu-
lenter cæsus fuisset, imperiumq; annos sex tenuisset, Tacitus ei successit: qui sex
tantũ menses in imperiali sublimitate transegit. Sub eo magnũ illum Charitonẽ,
confessionẽ suam peregisse ferũt. Post Tacitũ Florianus Imperator factus, men-
ses tres rem Romanã administrauit. [d] Vtriq; ij ferro trucidati sunt, & cæde eorũ
imperiũ ad Probum translatũ est. Hic annis sex & mẽsibus quatuor eo potitus,
atq; in Sirmio occisus: Caro, eiusdemq; filijs Carino & Numeriano, potestatem
summã reliquit. Sed & ij, nõ totis tribus annis imperiũ tenuerunt, & ab eis rerũ
summa ad Diocletianũ peruenit. Enimuerò quũ Cari filius Numerianus Antio-
chiam, quæ ad Orontẽ est, uenisset, in ecclesiam Christianorũ ingressus esse dici
tur: & quum ibi liberè quasi per transennã inspicere arcana eorũ mysteria uellet,
Babylas episcopus magno animo in faciẽ ei consistens, id prohibuit: nõ licere di
cens, eum cruore exidolorũ sacrificijs pollutũ, in domũ DEI tam præcipitanter
ingredi, & diuina mysteria cõtaminatis oculis spectare. Qua re Numerianus of-
fensus, excruciatũ illum necauit. Et Carus quidem, quũ tentorium eius fulmine
ictum

Successiones in Romano imperio.

Alij historici nõ cæsũ esse, sed in fœda seruitute consenuisse Valerianũ, scribunt.

** Castelli nomen est Cænophrurium.*

Charito cõfessor.

Martyrium Babylæ apud Antiochiam.

Exemplũ Episcopalis libertatis.

[a] *Persarũ rex eum utuũ excoriari iussit, ut filij sui necis ultor ibi rẽ Agrum nãq; illũ, citra omnẽ omnium medicorũ opẽ & operã se sanaturũ curatu rũq; esse pollicitus est. Quũ itaque medici, in quorũ cura regius puer erat, dimissi fuissent, breui ille mortuus est. Vetus testamẽtum, perinde acq; non boni Dei esset, Manes quoq; reiecit: & nouum, tanquã boni approbauit. Christũ aũt opinione tantum & phantasia apparuisse, omnia q; per ipsum gessisse, asserunt. Idẽ Suid. b* μανίης, *Manis, genitiuum facit Manetis. Sed q̃ is prorsus insanijt, assimilare uocis Nicephorus lusit.* μανὶς enim *insanies,* μανότης *genitiuũ habet: &* μανότα, *Manen ẽ, hoc est, insanientem, dixit. c Post Fl. Claudij mortẽ, Quintilius frater eius à militibus Imperator lectus, & 17. Imperij die iugulatus est Eutr. d Sic Vopisc. Oros. Sed Eutr. Tacitum intra ducentesimum Imperij diẽ, apud Tarsum fẽb. e interijsse: Florianũ uero incisis à semetipso*

A ictum esset, unà cum eo cõflagrauit: Numerianus aũt à socero ipse suo † interem-
ptus est. Carinus etiam, quòd turpiter se in imperio gereret, à populo est * cęsus.
His ita sublatis, Diocletianus genere Dalmata, iamdudum Senator, & consula-
tu gesto clarus, quiq; plurima manu egregia fecerat facinora, & bello strenuus,
& consilio promptus, ab exercitu Imperator Romanorum est renunciatus.

† *Aper scilicet.* * *Tribuni eius dextra, cuius coniugem polluerat. Eutrop.*

CAPUT XXXIIII.

HAec de mũdano Imperio. Nũc etiã nomina eorũ qui maximas quasq;
ecclesias sacra administratione gubernarunt, recensemus. Et Romę
quidẽ post Corneliũ, qui Nouatũ suis satis ornauit laudibus, & tri-
bus annis ecclesiã rexit, Lucius episcopus creatus est. Lucius nõ inte-
gris octo mẽsibus ministerio ecclesiastico obito, sortẽ locumq; suũ Stephano re-
liquit. Et hic duobus annis episcopatu gesto, Xystũ habuit successorẽ. Atq; ij sub
Valeriano fuere. Gallieno autẽ imperante, Xystus episcopale munus undecim
annis tenuit: eiq; Dionysius successit: qui episcopatu annis nouẽ est functus. Fe-
lix aũt successor eius, & ipse annis nouẽ ecclesiæ Romanæ præfuit, eamq; Euty-
chiano gubernandam reliquit. Is uix octo mensibus episcopali munere functus,
Caium successorẽ habuit. Et hic annis quindecim sacrã potestatẽ tenuit, & Mar-
cellino eam reliquit, in quem ecclesiarũ persequutio incidit. Alexandriæ por-
rò, Dionysio illi magno, qui post Heraclam decẽ & septẽ annis ecclesiam gubernauit, duodecimo Gallieni anno, † Maximinus successit. Post hunc, quũ decem
& octo annos ecclesiæ præfuisset, Theonas eam regendam suscepit. Hic decẽ &
nouẽ annis episcopus fuit, & Petrum successorẽ habuit. Qui quidem duodecim
annis optimè munere suo est functus. Nam tribus, ante persequutionẽ, facilio-
B rem, reliquis aũt duriorẽ uitam per grauia certamina exegit, cõmunem ecclesia-
rum utilitatẽ quàm maximè procurans. Et nono tandem persequutionis anno
capite plexus, magnificè martyrij coronã est consequutus. Cæterùm in eccle-
sia Antiochena, episcopatu gerendo, Fabio Demetrianus, atq; huic Paulus Sa-
mosatenus successit. Post eum loco suo pulsum, Domnus Demetriani filius mi-
nisterio eo est functus. Hic Timæũ, atq; is rursum Cyrillum, Cyrillus Tyrannũ
successorẽ habuit. quo tempore maximus ille aduersus ecclesias exortus est mo-
tus. Hierosolymis autẽ in ecclesia sacram functionẽ post Hymenęum † Zabdas
obijt: qui quidem post annos plures, somno eo qui iustos decet obdormiuit, &
ecclesiæ clauũ gubernandum ad † Hermonem transmisit: atq; hic ecclesiã eam,
uita in annos multos producta, egregiè Apostolicã sedem tutatus, usq; ad perse-
quutionẽ administrauit. Is sunt, qui usq; ad maximã illã Diocletiani & Maximia
ni persequutionẽ, primi nominis ecclesias, ordine per successiones gubernarũt.

Alij, Labdas.

Episcopi Romani.

Annis quũque, Eusebius libro 7. capite 32.

Alexandrini.

Alij Maximũ uocãt.

Antiochẽni.

Hierosolymitani.

Alij Thermonem legunt.

CAPUT XXXV.

QVum uerò in alijs quoq; parœcijs sapientes & magnamini uiri fue-
rint, de cis etiam quàm fieri potest breuissimè dicamus. Ac de Grego-
rio illo miraculis claro, & de Athenodoro eius fratre, pręterea de Fir-
miliano qui Cappadocũ ecclesijs præfuit, atq; etiam de Theotecno
Cæsareę Palæstinæ episcopo, quæ opus fuit, antea retulimus. Dorotheus aũt eo
tẽpore Antiochiæ, † Tyranno ibi episcopatũ gerente, presbyter, in omni genere
artium liberalium apprimè erũditus, floruit. Qui adeò studiosus pietatis fuit, ut
diuinarum literarũ gratia Hebraicam linguã egregiè perdidicerit. Fuit is natura
ex ipsa natiuitate eunuchus. Quam ob rem illum etiã Imperator, ut nouũ & in-
solitum quiddam habentẽ, familiarius cõplexus, honorem ei detulit, ut Tyri tin-
gendæ purpuræ præesset. Docuit aũt populum res sacras pro concione, eiusq;

Aliarũ quoq; ecclesiarũ illustres episcopi.

Dorotheus presbyter Antiochenus.

Eusseb. Cyrillo. lib. 7. cap. 32.

Idem eunuchus natus.

Idem purpuræ tingendæ Tyri præfectus.

auditorem se fuisse dicit Eusebius Pamphili. Alexandriæ uerò clarus fuit & celebris Pierius presbyter dignitate, & quùm diuitiarũ cõtemptu, philosophiæq; & Græcarum disciplinarũ scientia, tum sacrarum literarum studio & peritia, publicisq; scripturę enarrationibus & disputationibus admirationẽ omnium meritus. Episcopatũ ibi tum administrauit Theonas. Et unà cum Pierio, Achillas quoq; in presbyterorũ cathedra laudem magnam est consequutus, sacrarũ scripturarum doctrinæ præpositus: qua prouincia rectè obeunda multũ ei profuit philosophiæ studium, quæ sincera Euangelij dogmata & instituta clarissimè in apertum protulit. In Ponti aũt regionibus Melitius magni nominis fuit: quẽ, qui Græcam consectantur sapientiam, mel Atticæ cognominarunt: De eo illud nobis necessariò dicendum est, ut si quis in omnibus præclaris studijs perfectissimum aliquem hominẽ describere uelit, ei tanquã absolutum exemplar Melitius sufficiat. Ars enim oratoria natiua in eo est uisa. Ac si eum eo tantum nomine admiraremur, minus ei quàm meritus sit, tribueremus. In alijs autẽ omnis generis studijs atq; doctrinis amplius quicquã, quàm ille assequutus sit, nemini in mentem uenire potest. Quod si enim in disciplina quaq; absolutissimus quisquã cum illo de ea uerba contulisset, in ea sola eum eruditum atq; exercitatum fuisse dixisses. Et rursus de alia arte si quis cũ eo egisset, in ea quoq; eum longius excellere, præ eo studio, in quo prius primas habere uisus esset, iudicasses. Virtutes porrò nõ solum cum tam uaria eruditione in eo certabant, uerum etiam si nihil prorsus doctrinarum habuisset, hæ satis illi fuissent. Adeò in eis ad summam laudem & gloriam nihil fecerat reliqui. Hic in ipsa graui persequutione, septem annos in Palæstinæ partibus mansisse dicitur.

Pierius & Achillas presbyteri Alexandrini.

Profanæ literæ Theologis utiles.

Melitius Ponticus.

Mel Atticæ. Vir absolutissimæ in omni disciplinæ genere eruditionis, & uirtutis summæ.

CAPUT XXXVI.

Aodicensis ecclesię sacrum munus gessit post Socratem Eusebius. Is Alexãdria profectus, propter Paulum Samosatenũ, in quem tum inquirebatur, in Syriam uenit. Vnde ab ijs qui ibi diuinarũ rerum studiosi erãt, in patriam redire est impeditus: quòd fides eius in DEVM temporibus illis summa, satis perspecta fuisset. Eius deinde locũ Anatolius obtinuit, † optimi decessoris bonus successor. Huic Alexãdria patria fuit. Precipua certè laus ei in profana simul & sacra philosophia, omnib. omnium præclarorũ uirorum calculis est tributa: ut ei, qui ad summã peritiam Geometriæ, proportionis numerorũ, Astronomiæ, Dialecticæ, Physicæ, ipsiusq; adeò Theologicæ sapientiæ, artium q; dicendi omnium peruenerit, neminem q; sibi parem esse passus sit. Quem fama etiam est dignũ esse iudicatũ, qui primus Aristotelicam instituueret scholã. Multaq; is Alexandriæ † Pyrachij obsidionis tempore in ciuili dissensione & famis discrimine, propter annonæ angustiã, optimè fecisse, ciuibusq; consuluisse traditur. Et rationes finesq; certos, Pascha æquinoctiali tempore celebrandum esse, ostẽdit. Arithmeticas institutiones decẽ libellis cõposuit, aliaq; plurima literarũ monumenta, quæ eximij eius in honestis & liberalibus artibus studij satis magno sunt documento. Primus ei Cæsareæ Palæstinæ episcopus Theotecnus manus imposuit, episcopum q; creauit, ecclesiæ suæ successorẽ eum designans atq; destinãs. Sed ambo nõ ita diu ecclesiæ ei præfuerũt. Nam quum & hũc Synodus cõtra Paulum coacta euocasset, & ipse per Laodiceam iter faceret, nuper q; admodum ibi pietatis nomẽ referens episcopus Eusebius è uita migrasset, à fratribus detentus, ecclesiæ ei est præfectus. Anatolio huic, quũ post annos cõplures decessisset, postremus ibi fidelium episcopus, ante persequutionis tẽpora, suffectus est * Stephanus: satis ille quidẽ profanis artibus instructus, sed nõ itidẽ ut decessores eius, in diuinis literis institutus. Declarauit id persequutionis

Eusebius Alexãdrinus Laodicęæ episcopus.

Huius ibi successor Anatolius, Alexãdrinus itidem.

Anatolius uir doctissimus, et de rep. Alexandrina optimè meritus, οὐ τῆ τῶ βρυχίου πολιορκίας, *Niceph.* ἐν τῆ λαοῦ ἀλεξανδρείας τῶ πυρριχίου πολιορκίας. *Euseb. ut suprà.*

** Stephanus Laodicensis episcopus profanarum artium quàm sacrarũ literarum doctior.*

Refertur hoc ab Euseb. lib. 7. capite 32.

A quutionis tempus, quòd uirum hunc † meticulosum, ad simulationem q; & dissimulationem compositum, alienum esse etiam à philosophia indicauit. Quod si talis ille fuit, quid mirum est ecclesiã quoq; eius postea à recta fidei professione decessisse? Sedenim, DEO opitulante, se illa erexit atq; confirmauit. Theodotus namq; post illum episcopale munus sortitus, nomini suo factis ipsis respondit: & operibus, qualem esse oporteat episcopum ostendit, animabus simul & corporibus rectè curandis nemini secundus, humanitate q; singulari, si quisquam alius, & ipse preditus. Sic ille affectionum accommodatione & † condolentia, studium officium q; pastorale temperauit: atq; utilitatem eorum qui se consuluere, in hac uel in illa medicatione diligenter & fideliter procurauit.

ἀνὴρ ἐν ἀμφοτέροις ἐπιεικὴς, Niceph.

Successor eius Theodotus, corporũ simul & animarum Medicus.

συμπαθείᾳ.

CAPUT XXXVII.

IN ecclesia Cæsariensi Palæstinę post Theotecnũ, Agapius magnopere est laudatus: quem bonũ fidelem q; episcopũ fuisse, doctrina simul & uita ipsa declarauit. Rectè enim pie q; populo suo præijt, & munifica liberali q; manu benignè egẽtibus facultates suas impertijt. Eodẽ tempore, eruditione iuxtà & uitę instituto, philosophum Christianum, & presbyteri dignitate auctum, diuinũ Pamphilum floruisse scimus. Cuius uitam & actiones omnes, celebrẽ etiam quã ibi instituit profanæ diuinæq; philosophiæ scholã, præterea constantẽ in uarijs persequutionibus confessionẽ, & certamina egregiũ q; pro CHRISTI nomine martyriũ, Eusebius sororis eius filius, eidem q; adeò charus ut nomen illi suum imposuerit, copiosè peculiari scripto est prosequutus: ad quem eos qui accuratius hęc cognoscere uoluerint, reijcio. Eusebius iste disciplinis omnib. perceptis, sacrarũ maximè literarũ, in quibus conquieuit, scientia enituit: & ad Constantij usq; tempora uixit. Et quũ Christianæ professionis studiosissimus esset, egregiam q; pro CHRISTI honore æmulationẽ spiraret, undecim tomis Euangelicam præparationẽ, & decẽ alijs Euangelicã demonstrationem est cõplexus. Et primus ipse manũ presenti argumento admouit, primus q; libros eos ecclesiasticã historiã appellauit, decem q; eam tomis absoluit: Est et aliud eius uolumen, in quo temporũ certam accuratam q; rationẽ digessit, Chronicorum seu Annalium. Scripsit quoq; de Constantini uita libros quinq; Edidit & aliũ ad eundem, quẽ † Tricennalem inscripsit. Ad Stephanũ item, aliũ de ijs quæ in Euangelijs in dubium seu disputationẽ uocantur. Sed & alia uaria reliquit scripta, quę multum ecclesiæ afferũt utilitatis. Verùm enimuerò etiam si talis fuerit, in multis tamen eum apparet Arij sententiã comprobasse, ut qui filium (sicuti id ex eius scriptis colligere licet) creaturam uocet. Quamuis Socrates, qui & ipse ex Nouatianis res ecclesiasticas scripsit, in secũdo tomo maximopere persuadere cõtendit, rectè eum uirũ sentire, eundem q; sycophanticè eo nomine à nonnullis impeti. Atq; ut id magno animo certius cõprobet, in defensione sua, dicta illius quædam, ambiguitatem tamen complectentia, contexit: eundem q; primæ Synodo affuisse, atq; unà cum alijs suffragio suo & calculo εἰς τὸ ὁμοούσιον, siue in consubstantiale cõsensisse refert. Ego uerò, si ille quidem sine scripto rectam complexus est opinionem, Socrati non refragor: sin autem ex scriptis illius, quæ legi, res sit dijudicanda, multum abest ut sanam sinceram q; eius de fide sententiam fuisse putem. Verùm de hoc etiam hæc satis sint. Et continet hic quoq; huius historiæ liber annorum triginta duorum tempus: qui initium sumpsit à primo Valeriani anno, finem autem accipit ineunte Diocletiani imperio: à Mundo condito quaterq; milleſimo septingenteſimo nonageſimoquinto, à diuina autem Domini nostri IESV CHRISTI natiuitate ducenteſimo nonageſimo anno.

Agapius Cæsarienſis Episcopus.

Pamphilus presbyter martyr.

Scholæ Cæsarienſis institutio.

Eusebius Pamphili, & eius scripta.

τεσσαρακοντατετραετηρικὸν χρόνον.

Eusebius iste Nicephoro Arianiſſimus redolere uidetur.

SEPTIMI TOMI CAPITA.

I Expositio dicendorum.

II Ut res Christianorum, quæ antea pulchrè steterant, intestina dissensione atq; contentione à diuinæ pietatis cura exciderint. Quæ quidem ad tempus permissione diuina sic accidere.

III Ut Diocletianus Maximianũ Herculiũ sociũ sibi imperij allegerit, et uti is persequutionẽ cõtra

IIII De moribus sanctorum, qui in ea persequutione fortiter decertarunt. (nos instituerit.

V De eo Christiano, qui Nicomediæ impium Imperatoris edictũ concerpsit: & de eis qui ex ipsius Imperatoris aula martyrio sunt perfuncti.

VI De beato obitu uiginti milliũ in Nicomedia martyrũ: & de Inde eunucho, & Dõna, martyri-

VII De Melitenis, Aegyptijs, Tyrijs, & Phœnicibus martyribus. (bus.

VIII De martyrijs in Thebaide toleratis, & uarijs uariorum suppliciorum modis.

IX De Philoromo & Philæo, illustribus martyribus: & quæ Alexandriæ impij contra Christianos perpetrauerint.

X De ciuitate quadam Phrygiæ, quæ tota martyrium subijt: & de Adaucto martyre.

XI De alijs quamplurimis martyribus, pluriſariam martyrio affectis.

XII De uirginibus Antiochenis forma excellentibus, quomodo martyrij stadiũ pudicè decurrerint.

XIII De alijs uirginibus & monachis, pudicitia simul & martyrio claris.

XIIII De sancto Panteleemone, et sancto Eustratio, comitatuq; eiusdẽ, et de alijs magnis martyribus.

XV De celeberrimis martyribus, Georgio, Procopio, & Demetrio unguento scaturiente.

XVI De ecclesiarum episcopis, qui uarijs in locis curriculum CHRISTI strenuè percurrerunt, & ut res Christiana in melius sit commutata.

XVII Ut Diocletianus generũ sibi Maximinium Galleriũ, Maximianus Herculius aũt Constantem Chlorum Imperatorij sanguinis generum delegerit, qui Constans pater magni Constantini fuit.

XVIII De natiuitate, educatione & institutione magni & Apostolici Constantini.

XIX Ut magnus Constantinus diuinitus paternum adeptus sit imperium, & qualis fuerit.

XX De Diocletiano et Maximiano, ut Imperio deposito interierint, et qui eorũ fuerint successores.

XXI De fœdissimis factis Maxentij Romæ, & Maximini Nicomediæ.

XXII De cladib. quæ persequutionẽ hãc sunt subsequutæ, et de Imperatorũ palinodia, seu recãtatione

XXIII De eorundem edictis in scripto pro Christianis editis. (& pœnitentia,

XXIIII De simulata & fucata Maximini pro Christianis sine scripto promulgatione.

XXV De statua noua Antiochiæ, quam Theotecnius recens erexit.

XXVI De conflictis & falsis de CHRISTO commentarijs.

XXVII De eius temporis martyribus, & edictis in æreis statuis contra nos promulgatis.

XXVIII De fœtia, quæ eo tempore grassata est, fame & pestilentia.

XXIX Ut magnus Constantinus de Maxentio, qui Romæ tyrannidem exercuit, triumpharit, quum etiam signum sanctæ Crucis stellis coruscum in cœlo uidit.

XXX Ut Constantinus Roma recepta, DEO grata facinora fecerit.

XXXI De edicto Maximini Gallerij, quod in scripto pro Christianis uolens nolens proposuit.

XXXII De præcipiti peruersitate & motu Maximini contra Constantinum magnum.

XXXIII Magnum Constantinum Romæ à Syluestro sacrosancto baptismo initiatum esse.

XXXIIII Quæ post baptismum Constantinus magnus rectè constituerit.

XXXV Refutatio eorum qui dixerunt, postea Constantinum Nicomediæ ab Arianis esse baptisatum: & quod propter filij Crispi cædem Christianismum assumpserit.

XXXVI De sancta Helena, ut ea Romam uenerit: & de colloquio Iudæorum cum Syluestro.

XXXVII De cõflictu Constãtini et Maximini, & de eis qui signũ crucis in exercitu tulerũt uexilliferis.

XXXVIII De edictis quæ Maximinus periculo euitato rectè proposuit. (rum.

XXXIX De interitu Maximini, q uindicta diuina accidit: et de extrema internecione ueritatis inimico-

De

XL De pace, beneficio DEI Christianis parta & conciliata, & celebratis passim Encænijs.

XLI Constitutio scripta Constantini Magni Imperatoris, ut Christianis loca & res suæ restituantur.

XLII Aliæ duæ constitutiones, pecunias dona & immunitatem ecclesijs concedentes.

XLIII Duæ insuper constitutiones, Synodos de ecclesijs concordandis haberi sancientes.

XLIII De impij Licinij peruersitate, & qui sub eo passi sint martyribus.

XLV Ut impius Licinius captus, uiolenter uitam finierit.

XLVI De legibus & constitutionibus Constantini, & quæ benignè Christianorum reipub. fecerit.

XLVII Ut Constantinus Byzantio bello capto, Byzantios occidione occiderit.

XLVIIII Ut cognominem sibi urbem, Constantinopolim scilicet, magnificentissimè construxerit.

XLIX De operibus, templis, structuris, statuis, & ædificijs alijs, quæ intra urbem extruxit.

L De structuris in traiectu ab eo constructis: & de eo loco qui Sosthenium dicitur, historia.

ECCLESIASTICAE Historiæ Nicephori Callisti Xanthopuli, Tomus VII.

CAPUT I.

ACILIS hucusq; nobis fuit labor, leuisq; & plana uia sacra decurrit historia. Quãuis em̃ antea quoq; grauiter aduersus nos malignus spirauerit spiritus, simplex tamẽ & uniformis ea fuit calamitas. Deinceps uerò horret progredi stylus. Interrũpitur nãq; et quodãmodo ingẽti & uiolẽto uariarũ cladiũ impetu inhibẽtur atq; ei inundatione sanguinis martyrũ, pelagi prorsus instar fluentis, cursum tenere nõ permittit. Sedenim qui semel operi huic manus admouerimus, procedendum nobis est necessariò. Itaq; qui, ut potuimus, priora exposuimus, in hoc libro etiã res sub Diocletiano, eisq; quos ille sibi in Imperio adoptione adsciuit gestas persequemur. Sub ijs enim maxima omnium persequutio est excitata. Et nõ ita multis, quę certis in locis accidêre calamitates, attingemus. Quasdam etiam singillatim memorabimus. Tum aũt, quomodo tyranni sæuissimi, qui supra modum crudelitatem in nos exercuerunt, ad palinodiam & tyrannidis suæ recantationẽ sint redacti, postremoq; internecione interierint. Preterea ut maximus ille Constantinus, DEO annuente, salutari instructus armatura, inuictæq; Crucis signo armatus, regiones & terras omnes à prædonibus repurgarit tyrannis, superstitionemq; Græcorũ nefandã extirparit, & res nostras oppidò quàm inclinatas, ruinamq; iam minantes, auxiliari adhibita manu restituerit, atq; in perpetuum diuini numinis nutu permansuras confirmarit, referemus. Et res sic habet.

Dicendorum propositio.

CAPUT II.

RAt aliquando tempus, quũ Christiana professio pulchrè staret, gloriaq; sua & libertate clara haberet: Græcis iuxtà & barbaris, q; diuini uerbi prædicatio ubiq; terrarum uigeret, grata & accepta. Huius rei certa documenta sunt, quum magnorum Principum erga homines nostros egregia beneuolentia & humanitas, ac gentes quædam, quarum prouinciæ Christianis administrandæ datæ sunt: tum Imperatores ipsi Romani, & maximi quique magistratus, qui res aulicas & domesticas suas nostris curandas

Florens rei Christianæ status.

Dorotheus & Gorgonius aulici, & ijdem Christiani, ecclesiæ multum profuerunt.

cõmiserunt. Eos quippe propter egregiam spectatamq; fidem præesse alijs, atq; A honore dignitateq; præcellere oportere iudicarunt. Satis id declarauit Dorotheus ille, qui neminẽ honore ex magistratibus & præfectis omnibus, propter bonæ mentis integritatẽ & fidem, habuit parẽ: & preclarus Gorgonius, atq; alij eis pares: qui etiã ad supremũ cœlestis regni honorẽ sunt assumpti, propter fidei sinceritatẽ. Ac per eiusce modi uiros in locis passim quibusq; ecclesiarũ Antistiti bus non parũ accidit opis & cõsolationis. Obtendunt id quoq; plurimorũ milliũ

Ædificia parua, in templa ingentia mutata.

hominũ in oratorijs domibus cœtus & cõuentus habiti, quæ oratoria, quũ propter angustiam, confluentẽ tantam multitudinẽ nõ caperẽt, cernere erat, ex paruis initijs & fundamentis, in augusta, amplitudine & magnitudine admiranda, in locis omnibus, excitari atq; cõstrui tẽpla. Quę ipsã temporis processu deinde incremẽta quoq; ampliora cæpere, quũ qui ea ædificari atq; augeri prohiberet, aut per fascinantem inuidiam aboleret, nemo esset. Sic ea cœlestis manus custo-

Rebus secũdis se Christiani ad ignauiam dedere.

diuit, atq; extra insidiarum omnium aleam posita esse uoluit. Posteaquã aũt per multã libertatem nostrã, in mollitiem et languorẽ professionẽ fidei cõuertimus: atq; inuidia stimulati, armari ipsi contra nos cœpimus: orationibusq; & scriptis

Dissidia eorũdem intestina.

pro hastis & spiculis usi, turpiter fœdas seditiones excitauimus, proindeq; * simulatio quędã & dissimulatio q̃ potuit maximè in ecclesiã inuolauit, & malitia uires maiores accepit, oculus DEI more suo benignè nos castigando uisitauit, & paternè coercuit. Ac primùm quidẽ ærumnę à fratribus castra & militiã sectantibus incœpere. A' quarũ sensu quũ adhuc longius abessemus, tantũ abest ut de placanda iusta DEI in nos ira cogitaremus, ut etiã insuper omne genus malitiæ & peccatorũ aliorũ, ad pristina delicta accumularemus: perinde atq; non esset, qui hæc cõsideraret atq; specularet, qui'ue rationẽ istorũ omniũ flagitaret. Cæterùm qui sibi religionis nostræ columnæ esse uidebant, & munus pastorale ge- B rebant, diuinis sanctionibus & legibus abiectis, ad cõtentionis studiũ prolapsi, & uehementius inter se ardore quodã concitati, dissidium ex dissidio seuere, ac mutua odia magis ac magis adauxere, ambitionẽ & cupiditatẽ dominandi uindicantes, & tyrannorũ more contentiosè ad se pertrahentes. Tum scilicet eueni

Afflictio & coercio Christianorum diuina.

re ea, quæ scriptura refert, uidimus: Obscurauit in ira sua Dominus filiam Sion, & dissecit è cœlo in terrã gloriam Israel. Destruxit omnes macerias eius, & euertit testamentũ serui sui. Et profanãdo prostrauit in terram, per ecclesiarum uastationem, sanctificationẽ eius: & quæ sequuntur. Templa namq; ex ipsis reuulsa fundamẽtis, solo æquata sunt. Et sacrosancta scripta in medio foro conflagrarũt. Qui uerò honore inter nos excellebant, hinc & inde cursitantes, fuga saluti suæ consuluerũt. Alij porrò in fuga excepti, ludibrium fuere eorum qui nobis insultant. Quum etiam, iuxta alium Prophetam, effusus est contemptus in principes: & errare fecit eos in inuio, & non uia. Verùm hæc persequi oratione, nostrum non est: præterquam ut diuinum iudicium indicemus, eiq; iustitiæ laudem tribuamus, quod uidelicet certa & æqua ratione procedit in omnes. Sed his nunc omissis, ad sacram martyrum certamina, breuiter ea expositurí, procedemus. Primùm autem, quomodo se Romani imperij res habuerint, dicemus.

CAPUT III.

Diocletianus consortem sibi imperij legit Maximianum Herculium.

DIocletianus, uti dictum est, imperio accepto, quũ cõtra CHRISTVM quantũ antea nunq; fuisset, bellũ mouere cõstituisset, martyrũ CHRISTI magnitudinẽ animi, robur et fortitudinẽ satis perspectã habẽs, q̃ cũ tã eximijs bellatoribus sibi certamẽ fore uideret, in primis curandũ sibi putauit, ut seipsum cõfirmaret, atq; ita demũ confidentius prælium iniret: homine pari secũ ingenio & crudelitate Maximiano Herculio reperto, eum sibi ut æqua

A ut æqua potestate imperiũ administraret, adsciuit. Quo tã eximio tyrannorum pari, accõmodato sibi prorsus & proprio maximè usus fidei nostræ hostis, tanq; uolucris supra eam quæ sub cœlo est terrã uolitauit, omnes in potestatẽ suam redigere, & CHRISTI nomen ex ipsis quod dicitur fundamentis eruere satagens. Atq; equidem primùm nõ uno statim impetu persequutionẽ cõtra nos, sed insidiosè, atq; ut ita dicã, clandestinè est aggressus. A' principio igit' Christianis affligendis, cõsilij sui in exercitu & castris periculũ fecit. Facile enim ex sententia cœptum sibi successurũ putauit, si illos sensim quodãmodo & arte circũuentos uicisset. Et multi sanè ex ordine militari, propter insignẽ erga diuinũ numen pietatem, uitã priuatã honoribus quibuscũq; prætulerũt. Postquã enim lustrator & repurgator exercitus, idemq; persequutionis author, optionẽ militibus Christianis illã obtulit, ut uel ipsi obsequentes ordinibus ducendis honoribusq; gerendis cũ alijs participes fierẽt, uel cõstitutionũ Imperialium authoritate cõtempta militiam relinquerẽt: quamplurimi tum CHRISTI milites eam quę uidebat esse felicitatẽ abiecerunt, parati non dignitatẽ & honorẽ tantũ deponere, sed etiam mortem, si aduersarius illis acrius instaret, obire. Id quod à principio in uno atq; in altero est perspectũ. Rarius eñ id insidiosi cœpti author est ausus. Certamẽ namq; cœptũ usq; ad sanguinis fideliũ effusionẽ producere, simulq; bellũ cõtra omnes excitare, adhuc quadã quasi desidia distulit. Vt aũt seipsum nudauit, totusq; in persequutionẽ incubuit, oratione nulla explicari potest quãta ubiq; per omnia ferè loca & oppida fortissimorũ CHRISTI martyrũ multitudo sit exhibita. Primùm quidẽ ubiq; circumferebanẽ et proponebanẽ Imperialia edicta, ut templa solo æquarenẽ, diuinæ scripturæ cõburerentur, magistratus & honores gerentes cũ ignominia in ordinẽ redigerenẽ, serui Christianismũ abiurantes libertate donarenẽ. Deinde uerò paruo interuallo alia sunt edicta proposita, quibus imperabatur, ut ecclesiarum præsides, ubicunq; locorũ essent, uincirentur: utq; eisdẽ, quibuscũq; fieri posset modis, necessitas dijs sacrificãdi imponeretur.

Edicta Imperialia aduersus Christianos.

Vt hoc eodem tempore feriijs Paschalibus ubiq; fieret, institutũ mandatumq; fuerat.

CAPUT IIII.

Varij eorundẽ cruciatus.

B BItum uidere erat, multos ex eo numero incredibiles tormentorum cruciatus cõstantissimè perferre. Erant etiam qui animorũ torpedine infirmiores, ad primum cederent terrorẽ. Et uaria sanè pœnarum proponebantur genera. Hic enim flagella corpore toto perferebat. Ille aũt constrictus torquebatur, & ungulas altè penetrantes tolerabat. Cui supplicio quidam etiam immoriebantur, & alij aliter cum cruciatibus luctabantur. Quidam etiam per uiolentiam protracti, & ad impura sacrificia adducti, quum non sacrificassent, sed tamen ueluti sacrificassent, liberi demittebanẽ. Inueniebantur quoq;, qui execranda sacra ne cõspexissent quidem: sed q̃ ab alijs sacrificasse iam dicerentur, silentio fraudem eam & sycophantiam tegentes abibant. Aliquis adhuc spirãs & decedẽs, tanq; iam mortuus omnino proijciebat. atq; eum ipsum alij pedibus tractũ, perinde atq; cum alijs sacrificaturũ corripiebant. Aliquis rursum ingenti clamore uociferãs, dolumq; & sycophantiã à se amoliẽs, minimè se sacrificasse, affirmare perseuerabat. Nonnulli ornamẽto erat, q̃ Christianum se esse, acclamare pergebat. Alius se neq; sacrificasse, neq; unq; sacrificaturũ esse, cõstanter cõtendebat. Verùm ne illi quidẽ malorũ expertes erãt. milites enim pugnis os, maxillas & facies eorũ diuerberantes pulsabãt, atq; eos silere iussos repellebãt. Adeò nõ solũ si quod uolebãt perfecissent, sed etiã si id perfecisse uiderenẽ, † pestes illæ plurimi ducebãt. Sed hęc aduersus ueros & germanos pietatis propugnatores atq; decertatores locũ nõ habebãt: quorũ cõstantię et fortitudinis accuratã plenãq; cõmemorationẽ, nulla profectò potest exequi oratio.

Pulcherrimus sanctorũ martyrum sacrificare dijs nolentium agon.

† ἀλλόφυλοι

Ex cele-

CAPUT V.

Martyrium uiri præclarissimi, qui edictũ Imperiale contra Christianos propositũ conscidit.

EX celebrioribus uiris quidam, magnis defunctus honoribus, ubi Ni A comediæ edictũ contra pietatẽ legi audisset, ardore diuino confirmatus, atq; æmulatione uehementi in animo suo incensus, scriptũ id ut dirũ & execrandum, sicuti publicè propositũ erat, arripuit, atq; in minutissimas partes conscidit, quũ quidẽ ea in urbe uterq; Imperator adesset. Quo cõmisso facinore, perinde atq; in audacissimo atq; maximo crimine, grauissimas * ut par erat pœnas pendẽs, ad extremũ usq; spiritum, propalàm in summis exquisitissimisq; cruciatuũ tormentis, liberũ illum quem prius habuerat, generosumq; & cõstantem animũ magnificè ostendit. Secundũ hunc, Imperatorũ domestici & familiares, Petrus, Dorotheus, Mygdonius, & Gorgonius, omnium qui unquã apud Græcos & barbaros celebrati sunt, fortitudinis laude maximè præstantes, quũ abundè gratia & existimatione apud heros suos ita pollerẽt, ut illis nõ minus q̃ germani filij chari essent, pro nihilo tamẽ ea omnia reliquamq; uitæ huius umbrã duxere, prę eo ut pro CHRISTO paterent, & ad nouos carnificum cruciatus nouã etiam animorũ afferrent promptitudinẽ & alacritatẽ. Petrus namq; cõprehensus, per mediam Nicomediam est tractus: atq; ubi simulacris sacra offerre renuit, denudatus, atq; in sublime suspensus, crudelissimè est diuerberatus, ut uel inuitus & tantis tormentis adactus, quod recusauerat, facere cogeret. Cæterùm quũ etiã tum fortiter in sentẽtia persisteret, & iam ossa flagrorum fustiumq; ictibus nudata apparerent, salẽ aceto mistũ tortores in membra diffluentia infuderunt atq; intriuerunt. Sed & hoc tormentũ quum ille superasset, ignis est constratus, & craticula posita: super hãc ille collocatus, sic carnes ipsius, aliarum eduliũ carniũ instar, paulatim igni tostæ atq; frixæ sunt. Et carnifices non prius se remissuros quidquã de tantis supplicijs, quàm ille imperata fecisset, confirmabant. Ille autẽ quum totus in eo esset, ut fortiter illis resisteret, in ipsis tantis cruciatibus * uictoriæ corona ornatus decessit. Ac ille quidem martyrio ita est defunctus. Reliqui autem non minus fortasse tormentorum pertulere, quæ breuitatis causa prætermittimus: & illud duntaxat adijcimus, eos post multos insustentabilesq; cruciatus postremò laqueo uitam finijsse. Qui omnes exequiarum quidem & sepulturæ iusta consequuti, deinde uerò effossi, in mare sunt coniecti: ut ne, sicuti dicebatur, in sepulcris positi, dij esse iudicarentur.

εἴτε ἦν ἐπὶ πλεῖον πασθῶν

Martyres Imperatorum domestici: Petrus, Dorotheus, Mygdonius, Gorgonius.

Illustrißimum Petri martyrium.

μετανίστατο αἰτέσθαι τε. Martyrium reliquorum.

CAPUT VI.

Martyrium Domnæ uirginis, & Indæ eunuchi. ἐξ εὐνούχου

POst hoc Domna uirgo, & Indes eunuchorũ fidelissimus, in iudicium sunt producti. Postquã enim Anthimi Nicomediæ episcopi institutione & opera diuinã consequuti fuerant gratiã, quidquid habuerãt in Imperiali aula fauoris, id omne fouendis curãdisq; pauperibus insumpserant. Et quum Maximianus expeditionẽ bellicam aduersus Aethiopes suscepisset, * præfectus eunuchorum, cui ciuitatis cura mandata fuerat, cognita in Christum fidei professione Indę, & Domnę, quæ in aula Principum sacerdos idolorũ fuerat, in carcerẽ eos demisit. Ibi Domna uultu in speciẽ distorto, à dæmonio se correptã esse assimulauit: & ob eam causam Anthimo episcopo, cuius eximia erat ingentis aduersus dæmones potestatis fama, tradita est. Reuersus eò Imperator, ubi eã rem cognouit, Eunuchũ statim securi percuti iussit: furorẽq; suũ omnẽ cõtra ascęteria emisit, & persequutionẽ ab omni humanitate alieniss imam in nos cõcitauit. Quo tempore puellæ multæ, quæ ibi pijs studijs uirginitatẽ cõseruare studebãt, in martyrij stadio constantissimè decurrerũt. Cum quibus & Glycerius, inter presbyteros primas tenens, quũ uaria tormenta egregiè uicisset, totoq; corpore neruis bubulis concisus fuisset, igni tandem est exustus. Per-

Anthimus Nicomedienſis episcopus, egregius exorcista.

Persequutio Ascetriarũ puellarum, earumdemq; martyria.

A Permulti quoq; Senatores, & qui ordines in exercitu duxerãt præclari uiri, sunt iugulati: quibus omnib. nõ aliud q̃ ueræ pietatis crimen est obiectũ. Verùm enimuerò quũ natalis CHRISTI festus adesset dies, & multitudo ætatis omnis, quæ CHRISTI nomine censet, in templo natalẽ eum celebratura cõuenisset, tyrannus ueluti opportunũ tempus & lucrosam occasionẽ nactus, per quam uæsaniam & furorẽ suũ adimpleret, misit eò qui templũ clauderent, et ignẽ circumcirca accenderent. Aderat ibi præco, qui uoce clariore promulgabat, ut qui uiuere uellet, ex templo exiret, et in proxima Iouis ara thura adoleret: alioqui nisi hoc fecisset, unà cum domo ipsa conflagraturus. Tum uerò in templo ipso quidã pro multitudine ea omni, cum libertate insigni propalàm respondit, & pulcherrimã
» illam edidit uocẽ: Omnes nos Christiani sumus, unũ eumq; solum DEVM & re-
» gem credimus esse CHRISTVM: & ipsi, Patriq; eius, & Spiritui sancto sacrificare, atq; nos omnes unà offerre facile parati sumus. Vix hæc ille dixerat, & ignis est accensus, qui in temporis ueluti momento ecclesiam omnẽ complexus, illos omnes uiginti millium numerum explentes, in cinerem redegit. Deinde etiam beatę Domnæ, post supplicia multa fortiter tolerata, gladio caput resecatur. Di uinus autem Anthimus primùm quidem crudelissimè cæditur, subulis igne candentibus talos perforatur, super fractis testis reponitur, baculis conuerberatur, crepidas æreas ignitas induitur, fidiculis alijsq; tormentorum instrumentis excruciatur, facibus aduritur, & ad postremum securi percutitur.

Ite Senatorũ uirorum.

Viginti millia martyrũ in ecclesia Natalem Christi celebrantium holocaustum Deo offeruntur.

Domnæ capite plectitur. Anthimi episcopi martyrium.

CAPUT VII.

B HAec sic apud Nicomediã in initio persequutionis gerebant. Non minus aũt in Melitina urbe tyrannis grassabat. Idem in Syria fiebat. Circum ferebantur enim Imperialia scripta, quæ ecclesiarũ pastores carcere includi iubebãt. Et erat ubiq; miseranda & grauis rerum facies, quod plurima millia passim traherentur atq; raptarent. Et quæ antea percussoribus, homicidis, & sepulcrorũ uiolatoribus erant præparatæ custodiæ, hæ presbyterorũ, diaconorũ, aliorumq; eius ordinis sanctorũ uirorũ choro replebant: ut iam maleficis, prædonibus, alijsq; cõdemnatis hominibus locus in carcere nõ esset. Nec longe post, aliæ superueniunt literæ: ut qui in custodijs dijs sacrificarent, liberi abirẽt: qui id facere recusarẽt, omni malorũ genere affligerent. Sed enim quis tandem, qui talia legat, tantã martyrum turbã dinumeret? qui per prouincias omnes strenuè decertarũt: maximè aũt in Aphrica, & Mauritania: item Thebaide, & in Aegypto. unde nonnulli in alias diuertentes urbes, ibi fortitudinem suã pro CHRISTO, & cõstantiam exhibuerũt. Quorum quis nõ, si uideat, cum stupore admiretur alacritatẽ, supplicia q̃ numero longè superiora? potissimum aũt, post hęc omnia, cum agrestibus feris colluctationẽ? Pardi namq;, ursi, apri, & tauri syluestres, ferro & igni ad feritatem excitati, grauissimè in eos immittebantur. In quibus omnibus, admirandũ spectaculũ erat, tanta generosorũ & nobilium martyrũ cõstantia & fortitudo. Verùm & illud maximo fuerit miraculo, q̃ feræ illæ carnibus humanis uesci solitæ, & longa fame efferatæ, ab illis abstinuerunt, neq; martyrũ corpora attingere ausæ fuerũt: sed in alios, eos uidelicet qui extra arenã stãtes, illas cõtra pios DEO q̃ charos homines prouocabãt & cõcitabant, stridore & impetu multo irruerunt, sacrosanctos athletas, nudis cõsistentes corporibus, eas q̃ manibus in se adtrahẽtes, minimè lędentes. Quod si aliquæ etiam incurrere in eos cœperãt, quũ quàm proximè ad eos accessissent, derepentè ibi tanq̃ ui quadam repulsæ, retrocedebant. Quod sanè factũ, consternatione homines impleuit. Quippe quum in unum martyrem sæpius multę immitterentur beluæ, & infectis tamen ab eis rebus ferarum ductores abirent.

Generalis martyriorum plurimorum multis in locis exhibitorum descriptio.

Feræ martyres qui eis obijciebantur, non lacerarunt.

Non

Non minorẽ admirationẽ mouit ſtrenuorũ illorum martyrũ animus infractus, A & quorundam in imperfecta adhuc ætate ſenilis cõſtantia. Vidiſſes enim ibi iuuenem nõdum uiginti totis expletis annis, uinculis liberũ, manibus recto ſtatu in crucis ſpeciẽ extẽtis, intrepido immotoq́ corde tacitè precibus ad DEVM uacantem, neq́ uel ſe mouentẽ, uel genua inclinantẽ: quum quidem circa eum feræ crudelitatẽ ſpirarent, grauiterq́ rugirent, & iam penè diuinas illius cărnes inuaderent & laniarẽt: cœleſtibus aũt frænis ora carũ obturarentur, & ueluti catenis in eos qui poſt illos ſtabãt retraherent. Vidiſſes alium tauro obiectum, qui alijs quidem, cornibus in ſublime iactatis, quum plurimã uitæ partẽ ictibus diſieciſſet, minacius aũtẽ & ferocius martyri appropinquãs, ne ſtringere quidem eum poſſet, ſed ſenſim tantummodo cornu peteret, linguaq́ pedes lamberet, & religioſe quodammodo diſcederet. Et quum ad eum modũ multæ beſtiæ in martyres immiſſæ eſſent, idemq́ omnib. accidiſſet, poſtremò carnifices ipſi animos deſpondentes, poſt plurima ſupplicia, aliamq́ grauium tormentorũ uim illis illatam, ferro crudeliter omnes iugulabãt, & in profundum mare deijciebant. Atq́ hęc quidem ſunt nobiliſsimorum athletarum, quę Tyri decertarunt, certamina.

Hæc ſe uidiſſe teſtatur Euſebius lib. 8. capite 7.

CAP. VIII.

Martyria Aegyptiaca.

QVi uerò in patria ſua martyriũ obiere, quis uel eorum numerũ inire, uel tot & tam uaria tormentorũ genera explicare queat? Quãdoquidem quãplurimi unà cum cõiugibus & liberis propter CHRISTVM uitã ipſam prodidere, uariasq́ mortis ſpecies adiere. Quorũ aliqui poſt ungulas, flagella, & fidiculas, alioſq́ cruciatus, ad quorũ mentionem ſolam animus exhorreſcit, fortiter præſenti robore toleratos, tandem igni ſunt cõſumpti. Alij, & quidẽ innumerabiles, ſcaphis impoſiti, in alto ſubmerſi pelago. Nõnulli etiã reſecare uolentib. caput ipſum magno animo, & iugulum præbuerũt. Multi fame enecti ſunt, plures in crucẽ acti, & alij quidẽ eodem quo malefici modo, ſupplicio affecti: alij aũt inuerſi, pedibus uidelicet in ſublime ſublatis, uitam diu grauiterq́ traxerunt, donec in cruce ipſa ita ſuffixi fame perierũt. Thebaide porrò quæ ſancti martyres pertulerint, oratione perſequi facile nõ eſt. Corpora enim eorum teſtis ungularũ uice, tantiſper dum uita illis ſupereſſet, tortores dilaniabant. Et machinis quibuſdam mulierculas in ſublime pede uno, capite dependente tractas, uictimarum more ſuſpendebãt, * neq́ ea quæ natiuus pudor occulta eſſe uoluit cõtegentes, & omnib., ſummæ inhumanitatis & crudelitatis præbentes ſpectacula. Quidam arborũ frondibus alligati, miſerabiliter excarnificabanť. Rami enim robuſtiores ui & arte quadã contracti, martyrũ cura diducta uinculis diſtringebant: ac deinde illis in naturalem ſtatum ſuũ redire permiſsis, ſubitò membra, ut cuiq́ erant allígata, ſæuiſsimè diſcerpebant. Atq́ hæc omnia non breui tempore ſunt patrata, ſed annis pluribus malum hoc durauit. Ad decem namq́, & triginta, & bis totidem, atq́ etiã quandoq́ ad centũ quotídie uiri, iuuenesq́ admodũ & mulieres ſupplicijs uarijs occidebantur, multiformi ueluti plaga internecionẽ ſuſtinentes: ita ut ferri quoq́ acies cõtinua ſanguinis tinctura hebetior fieret, & ſcindere amplius non ualeret: carnifices q́ defatígati, infirmioresq́ facti, ſucceſſores alios acciperẽt. Animaduertere uerò erat in hominibus noſtris alacritatẽ, & fidei in CHRISTVM ardorẽ uiuidũ: quum enim uix cõtra priores ſententia cõdemnationis à iudice prolata eſſet, alij aliunde confluẽtes, Chriſtianos ſe eſſe cõfitebanť, pro tribunali ipſo exultãtes, neq́ tormẽtorũ acerbitatẽ reſpiciẽtes. Sed interrita prorſus libertate pro CHRISTO decertãtes, cũ magna animorũ lætitia libẽtiſsimè ſupremã excipiebãt ſentẽtiã: uſq́ adeò, ut cũ gratiarũ actione ad finẽ uſq́ perq́ decẽter hymnos laudesq́ DEO canerẽt. Et om-

Martyria Thebaidis crudeliſſima.

μήτε τῶν ἐπ' ἐκείνῳ ἀνηκόων μείλαγχολίαν τινά.

Diuina martyrum alacritas.

CAPVT IX.

A PEr omnes quidẽ eximij uerę pietatis propugnatores digni ſunt admiratione: multo tamẽ excellentiores, qui diuitijs, genere, gloria, & ſapientiæ ſtudijs, præclarã conſequuti famã, omnia ea CHRISTI deſiderio poſthabuere. Qualis Philoromus ille fuit, qui primariã dignitatẽ ab Imperatore apud Alexandrinos cõſequutus, cum ſplendido militum ſatellitio, pro dignitate ſua, Romano more quotidie tribunali aſtabat. Et Philęas Thmuitarum eccleſiæ Epiſcopus, qui quùm muneribus ciuilibus ritè & decenter obeũdis clarus fuit, tum maximè philoſophicis artibus excelluit. Quũ igitur propinqui, amici, & familiares, & alij magnas gerentes dignitates, ipſe quoq́ iudex eum obteſtarentur, ut ſibi ipſi parceret, cõiugiſq́ & liberorũ per miſericordiam rationẽ haberet, nullo modo adduci potuit, ut uitæ ſuæ conſuleret, & cultum CHRISTI abiuraret. Itaq́ ille, et cum eo Philoromus, cõſtanti ſapientię, ſeu potius DEI amantis animæ robore iniurias tormentaq́ à iudice eis illata, & poſtremò generoſè admodũ & fortiter etiam capitale ſupplicium ſuſtinuere. Quandoquidem aũt Philæã paulo antè diximus eloquentiæ ui longè alios antecelluiſſe, ipſemet prodeat, ſimulq́ & Alexãdrina martyria exponat, & ipſe ſibi uerbis ſuis certũ præbeat teſtimoniũ, quæ uerba ipſe ex uinculis prius ad eccleſiæ ſuæ plebẽ ſcripſit, cẽ extrema in eum eſt & capitalis lata ſententia. Quum enim proli-
» xè martyres, de egregia eorũ in DEVM æmulatione & CHRISTI imitatione laudaſſet, hæc deinceps infert: Itaq́ æmulantes maiora illa dona Chriſtiani martyres, labores omnes & omnigenas pœnarũ ſpecies nõ ſemel, ſed aliquí etiam bis pertulerũt. Et omne genus minarũ, quum quidẽ militares ſatellites cum illis amBitioſa ferocitate cõtendentes, eas nõ uerbis modò, ſed etiam factis intentarent, de cõcepta eos ſententia minimè deterruit, propterea q charitas perfecta timorem eijceret. Quorum uirtutẽ, & in cruciatibus omnib. conſtantiã, quæ nam ualeat cõmemorare oratio? Siquidem omnib. qui eos conuicijs iniurijsq́ afficere uellẽt, poteſtate permiſſa, quidã fuſtibus uerberabanť, aliqui uirgis, nõnulli flagellis, alij loris, alij rurſum funibus. Et tormentorũ uarium ſpectaculũ plurimũ laboris & erumnæ habuit. Hi namq́ manibus poſt terga ligatis è ligno ſuſpendebanť, & machinis quibuſdã membra eorũ omnia diſtrahebanť: deinde in corpora ad hunc modũ diſtenta carnifices ex iudicis præſcripto atq́ mandato, non quemadmodũ aduerſus homicidas fieri ſolet, in latera ſolũ, ſed etiam in uentrẽ ipſum, in ſuras, & maxillas tormenta uariè & crudeliter ingerebant. Illi uerò ex fornice manũ una allígati pendebãt, quibus cruciatu omni grauior erat articulorum membrorumq́ omniũ diſtenſio. Alij porrò ad columnas, uultu ad eas uerſo, ita allígati erãt, ut pedibus nõ inſiſterent. Vnde fiebat, ut corporũ mole deſum uergente, uincula quoq́ ipſa magis cõſtringerenť, grauioremq́ illis afferrẽt dolorem. Atq́ hæc non tantũ, quum uerba cum eis cõferrentur, aut præſes ipſis inſtaret, ſed tantũ non diebus integris ſuſtinebãt. Quũ enim ille ad alios progrederetur, apud priores cum poteſtate ſua alios relinquebat, qui eis uicẽ ſuã adeſſent, ſicubi aliquis tormentis uictus de ſententia decedere uideretur. Iubebat ille quoq́ uinculis eos acriter cõſtringere, ac deinde anima defectos, atq́ in terram repoſitos, hinc & inde trahere. Ita aũt erant in nobis diſcruciandis in partem omnem ſolliciti, eaq́ tormenta excogitarunt & adhibuerunt, ut nequaq́ hæc ſecundas ferrẽt partes, præ eis quæ aliquando quidã crudeliſsima aduerſus hoſtes inueniſſent. Fuerũt qui poſt cruciatus in cataſta ſupra quatuor foramina pedibus utriſq́ diſtenderenť, & neceſſariò ſupini iacere in cataſtæ ligno cogerentur: quũ toto corpore à tot plagis recẽtia adhuc haberẽt & intima uulnera, nec ſubſtratas

Philææ Thmuitæ epiſcopi de Alexandrinis martyrib. ſcriptum.

Martyriũ Philoromi & Philææ.

sibi testas ferre posset. Alij uerò in solũ ab omnis generis tormẽtorũ ui proiecti, A
iacebãt, grauioremq; etiã cruciatibus ipsis spectantibus speciẽ præbebãt: uaria
quippe & multiplicia pœnarũ genera corporibus præseferentes. Et quũ crude-
litas ipsa ad hunc modũ sæuiret, quidã inter ipsa tormẽta decedebant, cõstantia
sua aduersarijs pudorẽ incutientes: quidã semineces in carcere inclusi, post dies
paucos doloribus constricti emoriebant. Nonnulli uerò à tormentis medicorũ
cura restituti, diutiusq; in custodijs detẽti, animosiores etiã fiebãt. Itaq; quũ im-
peratũ esset, optione proposita, ut uel cõtactis diris illis sacrificijs molestia omni
carerẽt, libertatemq; quã à seipsis habebãt, ab illis consequerentur: uel si nõ sacrifi-
carent, capitalem sententiã exciperent: illi nihil morati, perlibentes ad supplicium
ibant. Sciebãt etenim, quę nobis in diuinis literis sunt proposita atq; præscripta
oracula: Nam qui, inquit, dijs alijs sacrificat, exterminabitur. Et rursum: Non e-
runt tibi dij alij, præter me. Hæc Philæas, † nõ minus DEI q̃ sapientiæ amator,
sic recensẽt: ecclesiam suam, ut ueram pietatem tenacissimè retineret, cohortans.

Contra idololatriam.

ἐχ ἧττον φιλόθεος ἢ φιλόσοφος.

CAPUT X.

Sed quid opus est singillatim DEO dilectorũ martyrũ fortiter facta, & noua certamina, quæ per orbẽ omnẽ obiere, referre? Quũ alia af-
ferre liceat, per quę facilius quùm ipsorũ tyrannorũ efferatam crude
litatem, tum egregiorũ uictorũ incredibilem erga CHRISTVM affe-
ctionem & pietatẽ probare possimus. Non enim unũ & alterũ, aut etiam plures
cateruatim, sed oppidum totũ Phrygiæ quoddam, ciues scilicet unà cum coniu-
gibus & liberis uniuersos, milites armati circũuallantes, igne iniecto exusserunt.
Crimen erat, quod & præfectus magistratusq; & populus eius omnis CHRI-
STVM inuocarẽt, eisq; qui idola colere eos iussissent, minus obsequentes essent.
Uir etiã quidã Adauctus nomine, omnibus honoribus functus, illustriq; apud B
Italos loco natus, quiq; per magistratus & dignitates, quas plurimas gesserat, ad
sublimitatem Magistri officiorum peruenerat, pietate autem & cõfessione DEI
facile omnes antecellebat, in eo ipso munere martyrij coronam accepit.

Oppidũ quoddam Phrygiæ totum propter Seruatoris Christi cõfessionem incendio consumptum.

Adauctus martyr.

Magister officiorum Catholicus.

CAPUT XI.

Sed quid attinet singillatim martyres ipsos recensere, aut etiã numerũ
eorũ inquirere, suppliciorũ denicq; tam uarias species stylo persequi?
Quum eorũ plericq; securi percussi, quod eis in Arabia accidit: nõnul-
lis crura fracta, sicuti in Cappadocia factũ: aliqui pede altero ad caput
alligato, in sublime sublati, molliore igne supposito, fumo ex materia uiridiore
prouenięte suffocati, quod in Mesopotamia euenisse legimus. Quibusdã nares,
labia, aures, manus etiã & pedes amputati, & ipsi ueluti quædã uictimæ in car-
nes dissecti sint: quod Alexandria uidit. Quis uerò Antiochena supplicia me
moret? ubi ignes & craticulæ fiebãt, non cõfestim mortẽ accelerantes, sed sensim
martyrũ corpora torrentes, supplicia q; & pœnas in longũ extrahentes. Fuerũt
ibi etiã, qui dextras citius igni ardenti cõburendas immitterẽt, q̃ execranda sa-
cra & sacrificia attingerẽt. Reperti quoq; sunt, qui prius se ex locis superioribus
præcipites darent, q̃ periculum tormentorũ adirent: mortẽ potius citã obire, q̃
ut impiorũ laqueis caperent, properantes. Horrenda uerò prorsus sunt, & au-
ditu intolerabilia, quæ in Ponto martyres sunt passi. Quibusdã enim in summis
digitis præacutis calamis ungues perfodiebant. Alij uerò plumbũ igne liquefa-
ctum, picemq; bullientẽ scapulis & dorso excipiebãt. Nonnulli partibus eis quę
honestè nõ nominant, cruciatus fœdos silentioq; tegendos perferebãt: quos no
biles illi & fortes uiri philosopho planè animo & pia quadã ambitione sibi con-
tra recẽs inuenta tormenta, exuberantẽ abundantiã constantiæ esse ostenderũt,

Varia martyrum supplicia.

Martyria Antiochena.

Pontica.

generosam

A generosam quandã cõtentionẽ nouis præmijs aduersus spurca & inhonesta sup
plicia instituentes. Postquã uerò uicti immaniũ tormentorũ noui artifices, cæ-
dibusq; fatigati sunt, adimpleti iam ad satietatẽ usq; torrentiũ instar profluente
martyrũ sanguine, tandẽ ad adumbratã et fucatã bonitatẽ sunt cõuersi, ut scilicet
amplius tam inhumaniter atq; crudeliter nobiscũ agere nõ uiderentur. Non enim
populariũ crurore ciuitates cõtaminari, neq; inhumanitate Imperatorũ benigni
tatẽ calumnijs obijci debere, sed potius Imperialis potestatis beneuolentiã atq;
clementiã in uniuersos extendendã esse dicebant. Quapropter edicto cautum
est, ne Christiani necì dederentur: quòd perinde id esset, atq; si pœnis supplicijsq;
modus finisq; imponeretur. Imperatum ergo, ut oculi hominibus nostris effo-
derentur, & pedũ alter abscinderetur. Ita enim fore, ut inhumanitas ipsa huma-
nior, & ad uindictam lenior esse uideretur. Factum sanè per eiuscemodi huma-
nam inhumanitatem impiorum hominum, ut iam uerbis complecti nõ sit, quan
ta multitudo eorũ quibus dextri primùm oculi ferro excisi sunt, deinde ignis in
uulnus ipsum iniectus, ueluti errabundi hinc inde circumierint: aut quanta uis
fuerit eorum qui sinistros pedes ignito ferro uiolentius adusti, eos post se trahe
bant, quasi telluris inutile pondus facti: præterea eorũ, qui inhumanissimè per
prouincias ad metalla, nõ illi quidẽ necessitatis aut usus alicuius gratia, sed ut ibi
summis ærũnis uexarentur, sunt dãnati. Alij porrò aliter afflicti perdurarũt: quos
referre, quia luctæ certationesq; eorũ oẽm superant orationẽ, perq̃ est difficile.

Virtute & cõstantia martyrum carnifices uicti.

Cædes Christianorum prohibetur, mutilatio membrorũ in eisdem præcipitur.

CAPUT XII.

B Nec uiri tantũ, sed multo etiã magis mulieres uirilibus animis præclarè
se gesserũt. Qualis Antiochena illa fuit, propter uirtutẽ aliaq; eximia
ornamẽta apud oẽs admodũ celebris. Quę filias duas forma et ętatis
flore excellẽtes habẽs, quũ ad euitandã inuidiã clàm in longinqua ter
ra latẽs aliquandiu mãsisset, & in patriã reuocata esset, à militũ manu, unà cum il-
lis capta est. Atq; ut de seipsa & puellis itidẽ spem omnẽ abiecit, quęq; expectan
dę essent ærumnę atq; calamitates secũ ipsa in animo cõsiderauit, & ab improbis
illis uiolẽtisq; hominibus, de fornicationis periculo ea quæ nec summis auribus
ferẽda esse uiderent audiuit, quùm filias ad uirginitatẽ usq; ad uitæ finẽ inuiola-
tã cõseruandam est adhortata, tum uerò idolorũ cultũ quauis pernicie, ipsaq; a-
deò morte deteriorẽ esse illis persuasit: unũ esse utriusq; mali effugiũ sapiẽter af-
ferens, si ad Dominũ perfugerẽt. Puellæ porrò quũ ambæ in matris sententiam
discederẽt, corporibus suis ritè atq; decẽter eo habitu quẽ tum tempus suppedi-
tabat amictis, quia in medio erãt itinere, paululũ à uia digressæ, custodibus dece
ptis, in fluuium qui ibi præterfluebat se coniecere. Aliud quoq; in eadẽ urbe so-
rorum par, nõ minus quàm illæ uirginitatis dote, unanimi cõsensu, pulchritudi-
ne uultus, animorum generositate clarę, diuitijs quoq; & præclari nominis fama
illis non inferiores, studio etiam & æmulatione pares, eodẽ decurrentes stadio,
ut tamen nõ sola terra eiuscemodi obtineret ornamẽta, in sinũ maris seipsas præ
cipitarunt. Hoc enim ita eas facere, quorũ incomparabilis esset improbitas, per-
sequutores simul & impudici homines cogebant. Addã quoq; aliud grauis &
pudicæ uirginis, sanctũ quidem illud, sed festiuum etiam atq; facetum factum.

Honestæ Antiochenæ uiduæ filiæ, ne se stupro & idololatriæ contaminarent, matris suasu, se in amnem præcipitant.

Aliæ quoque duæ Antiochenæ uirgines sorores eadẽ de causa in mare se coniecere.

CAPUT XIII.

Alia quędã puella, perpulchrũ et inuiolatũ testimonio omniũ uirginita
tis ornamentũ, quia cõprehensa deorũ cultum ut summũ malum auer-
sata fuerat, impotentibus & impudicis uiris ad ludibriũ & turpẽ libidi
nem tradita est. Et illa iam ita abducebat: quũ ei casu quodã, inter eundũ Anti-

Puella Nicomediensis quòd se sacrificare nolles, ad prostibulum damnata, arte cuiusdam pudicitiã conseruat, & martyrium subit.

stes ecclesię Nicomediensis Anthimus obuius fit. Ibiq; ab illa interrogatus, utrũ A
sibi è duobus æqualibus malis magis eligẽdum uideretur: respondens ille: Filia, in «
quit, Euphrasia, pulcherrimũ quidẽ est castæ uirginitatis donum, sed maius præ «
stantiusq; fidei præceptũ. Quandoquidẽ enim, si casus aliquis aut necessitas ita «
ferret, multo magis pallã ipsam præstaret cũ corpus diripientibus dare: in præ- «
sentibus quoq; malis & tentationibus eodem modo rem dispicere cõuenit. Et si «
permissum nõ est, ut utrũq; retineas, ut saltẽ animã incontaminatã conserues, fa «
ciendum tibi esse duco: ut scilicet mente ipsa per fidẽ cõfirmata, carnẽ iniurijs & «
cõtumelijs improborũ permittas. Consilio uiri eius cognito, animo etiamnũ in
utranq; partẽ fluctante, tandemq; se ut utrunq; saluũ retineret, confirmãte, quò
abducebat sequitur. Atq; ubi iam in eodẽ est cõclaui cum improbo iuuene clau-
sa, techna quadã illum circumuenit. ueneficã se esse profiteꝛ, mercedemq; ingen-
tem cõseruatæ pudicitiæ polliceꝛ, quæ eum à morte cõseruet: pharmacũ scilicet,
quo ille perunctus, in bellorũ certaminibus & prælijs nullo prorsus telo aut fer
ro uiolari aut cõfici posset. Quod si de tali remedio, inquit, periculũ facere uis, il-
lico id tibi manifestò exhibebo. Ille id statim parari permittit. Tũ illa uerè sapiẽs,
cerã oleo liquefactam, manibusq; subactã collo suo circumcirca inungẽs illinit:
quod ubi perfecit, petere eum iugulũ suũ ense quib. posset uiribus adacto, reme
dijq; eius uim & efficaciã experiri iubet. Atq; ille, cũ potuit ualidissimè ensem in
eã demisit, caputq; eius ictu uno resecuit. Cõsimiliter huic uirgo alia libidinosis
ad turpẽ cõcubitũ data, ad eã uenientibus, putridũ cõtagiosumq; ulcus se in tectis
mẽbris occultisq; locis habere dixit: eosdẽq;, ut sibi ipsis parcerent, ne scilicet cõ
suetudine Venerea se quoq; eo malo cõtaminarent, rogauit: dilato fœdi cõgres-
sus tẽpore, cũq; primũ integrã ualetudinẽ recuperasset, se in potestate eorũ futurã
pollicita. Ad hũc modũ insanis amatorib. deceptis, DEVS pudicitiã eius tali arte B
cõseruauit, & se illa ab illis absoluit. Alius eñ iuuenis quidã, sub libidinis & pe-
tulantię ꝓtextu meretricularũ curatorẽ lenonẽ accedẽs, noctẽ puellę eius quinq;
numis aureis mercatus, & ad eã ingressus, tunicã quidẽ ipse suã ei iniecit, eãq; ut
agnosci nõ posset, probè contectã exire iussit: ipse aũt uestibus illius amictus, &
deprehensus, capitis pœnã dedit. Eodẽ tempore Ascetes quidã, castitatẽ & uir-
tutes alias pijs studijs sedulò meditãs, æquali decertauit agone. Is quũ expugna
ri omnino nõ potuisset, nullamq; aduersarijs uincendi spẽ reliquisset, post innu-
mera tormenta in lecto uinculis ligatus reponit: & mulier impudica ad eum im
mittit, quæ illũ cõplectẽs, exosculãs, manusq; petulanter ad mẽbra secreta adhi-
bens, procacissimè ad rem illicitã, nihil prorsus lasciuię & illecebrarũ prætermit
tẽs, cõcitat. Ille aliud quod faceret nõ habẽs, linguã ipse suã morsu cõcisam, denti
busq; cõminutã, in faciẽ meretricis expuit. Qua re sibi ipse quidẽ pro uoluptate
acres dolores, impudicę aũt illi probrũ atq; stuporẽ, cũ acerbitate, tã uehementi
bus illis illecebrarũ insultationibus superior, cõciliauit. Et sicuti in certamine pu
dicitiæ aduersus eam uictor fuit, ita paulo pòst uitã martyrij sigillo confirmauit.

Puella alia castitatem quoq; suam pia techna, quũ impudicis hominib. ad contumeliã data esset, conseruauit.

Iuuenis pius puellæ eius pudicitiam morte sua redimit.

Monachus inter impudicæ mulieris illecebras, linguam suam mordicus conscindit.

CAPUT XIIII.

Martyriũ Pantelemonis.

EAdẽ tẽpestate & Pantoleõ, qui & Panteelemõ dictus est, enituit, uer
bisq; & factis miraculorumq; prodigijs CHRISTVM exaltãs magni-
ficauit. Factis quidẽ, quib. ille insustentabilibus cruciatibus fortiter
restitit, depugnauit eñ cũ ferro secante, plũbo feruente, & rota mem
bra cõminuente: atq; in æquore maris innatãs, lapidẽ molarẽ perinde atq; leuẽ
uolucrẽ secũ traxit, in medijs undis nõ aliter atq; in sicco pauimẽto subsiliens: be
stijs quoq; & gladijs, unà cum Hermolao episcopo, Hermippo, & Hermocrate
superior fuit: & ita corpore solutus, spiritu cõiunctus, cõpactus atq; unitus est.

Hermolai episcopi, Hermippi, Hermocratis.

Verbis

Verbis aũt, quibus DEI mysteria & uirtutẽ deprædicans, aduersariũ ipsum pu- Item Clementis Ancyrani episcopi, et Agathangeli.
defecit. Hoc ipso anno & Clemẽs Ancyranus episcopus, cũ Agathangelo excel-
lentissimũ martyrium suũ est exorsus. Viginti octo namq; annis pro CHRISTO
splendidissimũ absoluit cursum. Siquidem post mundũ conditũ quicunq; pro
CHRISTO certamẽ igne, ferro, lapidibus, lignis obierũt, quí ue cũ bestijs depu-
gnarũt, & diuturnis uinculis afflicti sunt: preterea qui diuersis modis in terra, in
aere, in aquis, cũ supplicijs sunt colluctati: tũ aũt qui uel frigore, uel calore nimio
sunt cõsumpti, aut qui alijs quibuscũq; pœnis & tormẽtis uitã amiserũt, eos oẽs
meo quidẽ iudicio sanctus ille Clemẽs, & cũ ipso Agathangelus lõgè superauit,
primùm quidẽ Romæ, deinde Nicomediæ, quũ feritate & crudelitate alijs præ-
stantes tortores, eis excruciandis, uices per successionẽ mutãtes, ab omni iã tor-
mentorũ specie destituerent: ad postremũ aũt gladio percussi, uitã hanc immor
tali illa cõmutarunt. Quomodo uerò Eustratiũ, comitesq; eius prætereã? qui Eustratij.
ex Arabracis regione Armenijs finitima ortus, in Græcarum quidẽ disciplinarũ
scientia nemini erat secundus, professionẽ autẽ nostrã occultè discẽs, propalàm
Lysiæ Orientis prefecto inseruiuit: qui ibi impiorũ Imperatorũ iussu, cædes pio
rum hominũ patrabat. Enimuerò Eustratius scriniarius, siue Ducalis ordinis
scriba factus, quũ mirificã nobiliũ martyrum constantiã uidisset, æmulationẽq;
eorũ in animo cõcepisset, nõ alios expectat accusatores, sed seipsum ipse defert.
Nam impiorũ amentiã & uanitatẽ coarguens, in sublime extensus, acriter uerbe
rat, igne uiscera eius adurunt, sale & aceto perfundit: ad hæc fragmentis testarũ
ita obterit, ut totus ipse unũ uideret esse uulnus. Vt aũt diuino nutu, corpus for
tissimi martyris ueluti squamis ab eo delapsis, ad pristinũ formæ statũ est reuer-
sum: idẽ stadiũ eiusdẽ cũ eo animi Eugenius ingredit, & itẽ Auxentius. Lysia au Eugenij, Auxentij, Mardarij.
tẽ Nicopolim proficiscẽte, martyres crudelẽ in modũ tracti atq; raptati sunt. Ibi
B etiã Mardarius est productus. Et Auxẽtius quidẽ capite est plexus: Mardarius
aũt per talos in sublime suspensus, subulisq; ignitis perforatus atq; dispũctus, &
facibus insuper exustus, uitã finijt. Cęterũ Eugenius quod in impietatẽ inuectus
esset, lingua abscissa, deinde manibus atq; pedibus eius fractis, decesit. Sapiens Orestis.
uerò Eustratius, cũ Oreste, ad Agricolaũ Sebastiã abductus, per ignẽ uterq; ho
locaustũ Dño sunt oblati. Multiplices quoq; et uarię torturę Eulãpij et Eulãpię Eulampij. Eulampiæ.
in urbe Nicomediẽsi: Anastasię etiã, quę Romę mẽbris est mutilata: alteriusq; ei Anastasiæ. Anastasiæ alterius.
cognominis, quã post supplicia alia tolerata ignis tandẽ cõsumpsit. Insuper Aga Agapæ.
pę, Irenæ, & Chionię, nobilissima martyria silẽtio ꝓtereunda nõ sunt. Sicuti neq; Irenæ.
Sergij et Bacchij, egregiorũ sanè uictorum, ad finẽ usq; cõseruata fortitudo: quo Chioniæ.
rum alter fustiũ lethalibus uerberibus, alter gladio interemptus est. Aliorũ uerò Sergij.
innumerabiliũ, quisuel saltẽ ipsa nomina, uel martyriorũ genera recẽsere queat? Bacchij.

CAPUT XV.

Georgij.

IIsdem quoq; tẽporibus, Georgius ille, magni inter certatores istos
nominis & agminis martyrũ coryphæus, laborũ pro CHRISTO to-
leratorũ ueros percepit fructus. Hic in Cappadocia adhuc adolescẽs
forma prestanti, et qui nondum primã produxisset lanuginẽ, fortissi
mè certaminibus pro CHRISTO perferendis martyriũ obijt. Captus enim, cũ in
dæmones acriter inuectus esset, Imperatorumq; impietatẽ derisisset, supra natu
ræ captũ perquàm acerbos sustinuit cruciatus. Nãq; post carcerẽ & uincula, un
gulæ acutæ cũ excepere: mox calce ardenti est adustus, fidiculisq; rursum distra
ctus, mucronibus mẽbratim dissectus, plurimisq; alijs pœnarũ tormentorumq;
machinis attritus, generosam animi sui cõstantiã, firmũq; mentis suæ robur satis
declarauit. Ad hæc Glycerij impostoris bouẽ euertit ac sustulit, & Alexandram

Reginã iamdudum defunctã oratione sola ab inferis reuocauit: tandemq; ut tũ A
Procopij. rũ decet, gladio percussus, ex hac uita migrauit. Nobilis quoq; ille Procopius Cæsareæ Palæstinæ natus, inter martyres eodem tempore illustris maximè fuit, cui Diocletianus Ducalem quidẽ in Oriente sublimitatẽ dedit, CHRISTVS aũt eum è cœlo ad se ueluti Paulũ uocauit. Et is quidẽ illa accepta, inexpugnabili uerò crucis armatura perinde atq; generosus & fortis miles armatus, primùm aduersus eos quĩ sensu percipiunt, deinde etiã in eos quĩ mente sola perspiciunt hostes depugnauit. Aureis nãq; & argenteis, quos sibi fieri curauerat, dijs cõminutis, eorũq; precio in pauperes expenso, mox etiam cum eis quĩ friuolos adulterinosq; deos propugnabãt, bello cõgressus, illorũq; infirmitate per infamiã nota ta, ipsius uerò IESV CHRISTI immẽsa naturãq; supergressa potentia magnificè laudata, quas nõ ille pœnas fortiter tolerauit? quę illũ fidiculæ & torturæ prętereant? quib. ungulis cutis eius cõcisa nõ est? quos ignes quasue faces mẽbra eius experta non sunt? quorũ ferramentorũ mucronumq; corpori eius intentatorũ acies hebetatæ nõ sunt? Per quæ atq; his similia tormẽta, quãplurimis ex primis intimisq; Imperatorũ consiliarijs ad DEVM præmissis, postremò & ipse gladio percussus, cũ incredibili lætitia ad dudum sibi desideratũ CHRISTVM cõcessit.
Demetrij. Herculius aũt, quum Thessalonicã uenisset, Demetrium quidẽ CHRISTI martyrem, primarium eius loci uirũ, ciuitatisq; adeò ipsius præfectum, ꝙ ei CHRISTVM profiteri delatus esset, custodiri iubet. Ciuitati autẽ certamina & ludos equestres exhibet. Atq; in ijs luctatorem & pugilem nobilem atq; inuictum, roboreq; & uiribus corporis insustentabilem, artis militaris & bellicæ peritũ, cuius fortitudine Maximianus gloriari etiam solitus fuerat, nomen illi erat Lyæo,
Lyæus pugil. in harenã producit. Quum itaq; is in medium processisset, necq; quisquã esset qui cum illo cõgredi auderet: iuuenis quidã Thessalonicensis ciuis, aspectu pulcher, B
moribus autẽ humanus & gratiosus, ac martyri Demetrio maximè charus, Ne-
Nestoris. stor nomine, celeriter ad Demetrium currit, ab eoq; petit, ut quùm ei cum pugile illo congredi permittat, tum oratione sua robur uiresq; augeat. Demetrius ei benedicit, &, Lyæum (inquit) uinces, simulq; pro CHRISTO martyriũ sustinebis. Ille in certamẽ progressus, Lyæũ in mucrones, qui in terra sursum uersum defixi fuerant, prostratũ occidit. Sed & ipse illico Imperatoris iussu, qui ira contra eum exarserat, occidit. Deinde quoq; Demetrius, ꝙ illũ precatione confirmasset, hastis per latera pluribus cõfossus, è uita excessit: & in proximũ coniectus puteũ, ad hũc usq; diẽ iugẽ unguẽtorũ profert fontẽ. Hęc de celebrib. illustribusq;
Eusebij Pamphili de martyribus liber. martyribus. Qui uerò reliquorũ multitudinẽ cognoscere uult, is diligenter Eusebij Pamphili uolumen legat, quod de cœtu martyrũ cõposuit, in quo ineffabilis CHRISTI uirtutis & potestatis clarissima indicia atq; testimonia ostẽdũtur.

CAPVT XVI.

Anthimi episcopi. Luciani presbyteri. NAm unũquenq; eorũ nominatim recẽsere, nõ modò difficile mihi esse, sed necq; omnino fieri posse uideẽ. Vt aũt simplicius p̃claríssimos quosque referamus, primus ueluti in publica uerę pietatis colũna illustricq; loco proponatur Nicomedię episcopus Anthimus, capitis supplicio defunctus. Secũdus sit, qui uitã oẽm sanctissimè peregit Antiochenus Lucianus, ecclesię urbis eius presbyter: qui uerbis iuxtà & factis Nicomediæ in præsentia Imperatoris bonã professionẽ consummauit. Tulit quoq; Phœnicia spectatos martyres,
Tyrannio martyr. rationalisq; gregis CHRISTI pręclaros pastores, ecclesiæ Tyri episcopũ Tyran
Zenobius. Syluanus. nionẽ, & Sydonis presbyterũ Zenobiũ. Syluanus aũt, Emesenæ ecclesiæ antiMartyr κλεάμενος. stes optimus, cũ quibusdã alijs, bestijs obiectus, inter martyres cœlestib. perfruitur gaudijs. Antiochię porrò duò pręcipui, fortissimè mortẽ perferẽtes, DEO uictimam

A ctimã seipsos obtulerũt, alter in undas maris proiectus, alter (erat is Zenobius, medicorũ optimus) laterũ tormẽtis immortuus. In Palęstina apud Gazã Syluanus episcopus, cũ alijs undequadraginta, ad Phænæ æris metalla gladio est cõfectus. Peleus aũt, & Nilus, Aegyptij episcopi, cum quibusdã alijs nõ paucis, igne sunt cõbusti. His accensęat magnus ille & admirãdus Cæsariẽsis Pamphilus, cuius filius (sicuti ferẽ, ut aũt alij putãt, sororis eius filius) fuit Eusebius, ecclesiasticus historicus. Alexãdriæ uerò & in Aegypto omni, atq; etiã Thebaide, primas fert episcopus Alexãdrinus Petrus, certissimus Episcopalis functionis canon & regula. Cũ quo eodẽ stadio decurrerũt, Faustus, Didymus, & Ammonius. Præterea aũt Phileas, Hesychius, Pachomius, & Theodorus, Aegyptij episcopi: & innumerabiles insuper alij satis celebres, qui in literarũ monumẽta nõ relati, ab eis apud quos martyrio sunt defuncti hominib. magnis ornanẽ laudibus. Eorũ uerò labores & certamina historiæ huic inserere, ꝙ pręter institutũ nostrũ sit, uisum nõ est. Restat nũc, ut palinodiã & recantationẽ perpetratæ in nos crudelitatis adtexamus. Fuere quidem antea nobis à Romanis Imperatorib. res quietæ & tranquillæ, quo tempore professio Christiana omnib. modis ꝯ maximè floruit: ita ut totis decẽ atq; etiã uiginti annis splendida pacataq; serenitate plurimũ fulgẽte, frequẽtissimos ageremus cõuẽtus, iucũditatibusq; ac delicijs frueremur, et pace secura quasi diffluceremus, libertate nostra magis ac magis gliscẽte, atq; incremẽta sua indies capiẽte. Ecce aũt de improuiso Imperatores sentẽtia mutata,
Repentina sub Diocletiano Christianorum persecutio. citra clarigationẽ atrox illud & irrecõciliabile cõtra nos bellũ mouẽt, quod perpetuũ durauit biennĩ. Quũ nãq; nouũ insolitũq; quiddã authori et duci importunitatis eius & malitiæ accidisset, rursum is mutauit oia. Et ad statũ inopinatũ adduxit, reb. imperij in duas partes diuisis: quod ante id tẽpus ad cũ modũ factũ
B esse nõ legit. Ego uerò mutationẽ eã altius ab ipso initio repetẽs, quantũ potero exponam.

CAPVT XVII.

Diocletianus ipse uiginti duob. omnino annis imperiũ tenuit: & quarto imperij sui anno, cũ æqua potestate, Maximianũ Herculiũ sibi adsciuit. Horũ Diocletianus generũ sibi in filia Galleria legit Maximinũ, q etiã Gallerius est cognominatus. Maximianus Herculius aũt Theo
Per filiam nepoti Eutrop. dorã priuignã Cõstanti, cui etiã Proceri & Chlori cognomẽ fuit, Claudij, qui ante Aurelianũ imperauit, † amitino, tribunitiã tũ obtinenti dignitatẽ, in matrimoniũ locauit. Generi porrò isti, ambo uxores antea habebãt, sed eas in Imperatorum gratiã repudiarunt. Theodoræ porrò frater erat Maxentius, qui, sicuti deinceps dicemus, in Miluio põte interijt. Ex ea Constans duos suscepit filios: Cõstantiũ, qui impij Iuliani & Galli pater fuit: & Anibalinũ, qui Dalmatius quoq; dictus est, iunioris Dalmatij patrẽ: & filiam Constantiã, quæ Licinio postea Cæsari renũciato nupsit. Gallerius Maximinus Diocletiani gener, duos quoq; habuit filios: Maximinũ, qui Oriẽtale tenuit imperiũ, sub quo Basilij magni paterni parẽtes, propter eius sæuissimã persequutionẽ, in solis habitarũt mõtibus: & Seuerũ, Romæ Cæsarẽ declaratũ. cuius in locũ deinde Romani suffecerunt Licinĩ, Cõstantino gratificati, cõiugis illius fratri, qui tum in Gallijs & Britannia cũ imperio fuit. Constãs enim Chlorus, aliũ quoq; ex beata Helena sustulit filium, Constantinũ: cui etiam imperiũ, ꝙ Christianã ritè susceptisset fidẽ, reliquit: reliquis, quos ei Theodora genuit, filijs abdicatis. Constantini eius ortus sic habet,



Zenobius. Syluanus cum XXXIX. sociis.
Peleus.
Nilus.
Pamphilus.
Petrus Alexandrinus episcopus.
Episcopi Aegyptij.
Pax ecclesiarũ ante Diocletianum.
Diocletianus & Herculius biẽnio toto cõtinenter Christianos afflixerũt. Persequutionem autem reliquã annis octo tyranni successores sunt exequuti.
De Diocletiano & Maximiano, eorumq; liberis & generis.
Constantẽ alij Constantiũ uocant.

CAPUT XVIII.

TYranni, quos diximus, quũ irreconciliabilẽ prorsus furorẽ in CHRISTVM suum satis ostendissent, cõtinuò uariæ graues̃q; diuina uindicta plagę imperiũ Romanũ obruerunt. Nam Persæ, Parthi, Sarmatę quoq;, & plerique alij finitimi populi, Varacho duce, Romanã ditionem uastarunt. Ad quẽ per fœdera pacta placandum, qui tum rerũ potiebantur Imperatores, Constantẽ Roma legatũ misere, ut quàm pacẽ cum eo cõponeret, tum annua ei dona, redimendi scilicet belli gratia pollicereť. Is ab Occidente Orientẽ uersus nauigãs, ad locũ qui † Drepanũ dicit̃, applicat. Situm aũt est Drepanum ad Nicomedię sinũ, in altũ mare longius prominẽs. Ibi Constanti desiderium cõcubitus inceſsit. Quod ubi cognouit hoſpes eius, magnificentia & splendore cohortis eius regio permotus, filiã ei suã, uenusta forma ætatis̃q; flore iam nubilẽ puellã cõciliat. Ille cum ea rem habet, cõcubitus̃q; mercedẽ peplũ ei purpura intextũ donat. Nocte ea Cõstanti uisio mirifica est oblata, quæ eũ timore quoddã perculit. Quapropter & puellæ patrẽ est cohortatus, ut filiã, quę insigne quoddã donarium gereret, impollutã diligentius asseruaret: & quod ex ea natũ esset, accuratius educaret. Vidisse quippe se ea qua dictum est nocte aiebat, in tabernaculo suo, præter naturã ab occidentali Oceano orientem solem. Cæterùm legatione rectè obita, Constans alio itinere Romã reuersus, unà cũ Gallerio Maximino Cæsar est creatus: nec ita longè pòst, utercq; Augustus factus. Et Diocletianus Herculio Imperatore Romæ relicto, ipse Nicomediã se recepit. Accidit deinceps, ut Oratores alij ad Parthos mitterent̃, qui & ipsi Drepanũ diuerterũt. Et qui Cõstanti ex hoſpitis filia Helena progenitus erat infantulus, puerilem ludens ludum, à quodã ex Oratorũ comitum numero offensus, admodũ ei succen suit, et obiurgationes illius indigniſsimè tulit. Ibi tum mater, Cõstantis eũ puerũ esse indicauit: eam̃q; rem, peplũ illud purpura exornatũ proferẽs, cõfirmauit, & facies ipsa indoles̃q; generosa filiũ illius esse satis testabat. Ea re Constãs ex legatorũ sermone cognita, postea comitatu regio puerũ unà cum matre Romã adduci curauit. Veritus aũt, ne illis absurdi quid q̃ à Theodora legitima uxore sua per zelotypiã & coniugalẽ æmulationẽ accideret, Constantinũ filium Nicomediã ad Diocletianũ, qui ibi cũ Gallerio Maximino genero erat, misit. Atq; ibi ille benignè susceptus, in palatio apud Imperatorẽ uixit: & inter domesticos scholarũ adscitus, Græcas disciplinas addidicit, simul̃q; Christianismũ est cõplexus.

Constans ad Persas legatur.

Ab alijs Drepana nominatur.

Drepani Constans filiũ Constantinã creat.

Constis Chlorus, & Maximus Gallerius, Cæsares. Idem AA.

Constantinus in aula Diocletiani educatus.

Domestici scholarum.

CAPUT XIX.

QVum autem uideret illos Christiano gaudere sanguine, abhorrere ab eorũ cõsuetudine & cõtubernio cœpit. Illi porrò Deorũ superstitioni, ut nulli alij, quãmaximè dediti, auguribus auspicibus̃q; consultis, occultè cognouerũt, Constantinũ nõ modò toto Romanorũ imperio potiturũ, uerùm etiã Græcorũ idololatriæ euersorẽ, ac CHRISTI & Christianorum eximium amatorẽ futurum. Itaq; Diocletianus illum Alexandriæ in Aegyptia Achillis rebellione, quãuis egregia manu edentẽ facinora, interficere est conatus: & Gallerius in Palæstina ei insidias struxit. Quibus ille cõpertis, nutu DEI, qui omnia rectè & sapienter dirigit, Nicomedia soluens, ad patrẽ in Gallias traiecit: qui illum etiam, Christianorũ sacra piè colens, & propediẽ testamento iam cõdito moriturus, ad se cõmodùm euocauerat: quo maiore etiam animi uoluptate & lætitia aduenientẽ eum excepit. Assurgẽs igit̃ in lecto, alijs omnib. abdicatis, quum ei ipsi liberi, Senatus, populus̃q; uniuersus, & aduenæ quoque permulti adessent, insignia Imperatoria & coronã aureã Constantino imposuit, præconis munus ipse pater in filio adimplens. Hæc enim ad Senatum & filium ipsum

Insidias sibi structas Constantinus deuitat.

A ipsum est loquutus: Nunc mihi mors uita ipsa dulcior est futura: nũc optatus
» adest obitus. Teneo siquidẽ maximũ Epitaphium, sepulchrale̅q; monumentũ,
» meum filium. Et q̃ in terris Imperatorẽ relinquo, qui DEO bene iuuante, Chri-
» stianorum lacrymas abstersurus, & patratã ab impijs tyrannis crudelitatẽ uindi
» caturus est: id ego summę mihi felicitatis loco esse duco. Deinde ad multitudinem cõuersus, bono animo esse omnes iussit, qui à uera in CHRISTVM pietate non desciuissent, quem deinceps cum Constantino in armis forè dicebat. Constans nam̃q; in crapula illa impietatis sobrietatẽ conseruauerat, & CHRISTI religionem obtinere plurimùm studuerat, atq; in ingenti illa iniquitatis eluuione igniculus inextinctus permanserat. Quum etenim plurimum esset ubiq; piaculorum, & cædes ciuiles per orbem uniuersum grassarentur, quæcunq; sub eius ditione erant urbes, immunes ab ea cõtaminatione & clade erant. Et imperium eius ueluti tutissimus portus erat pietatis Christianæ, in quem, quicunque propter CHRISTVM affligerent̃, rectissimè perfugiebant, ibiq; cõseruabant̃. Constans, Constantino Imperatore facto, primo anno ducẽtesimæ primæ Olympiadis feliciter decessit, ętatis quinquagesimo sexto, Imperij autem uigesimotertio: quod ita cum magna gloria administrauit, ut à Romanis quodammodo in Deorum numerũ referretur. Natura nam̃q; fuit maximè leni & clementi, nec unquã quidquam contra nos egit: imò nos ille semper fouit & seruauit, sicuti est dictũ. Quapropter dignam etiam tali uita est consequutus mortem, tam moderato & pio filio successore & imitatore absolutissimo sibi cõstituto, defunctus. Hæc de Constantino, qui ita diuini numinis prouidentia ad Imperatoriam sublimitatem est euectus, satis sint. Nam hac de re deinceps quoq; dicemus.

Cõstantinus à patre Constante successor sui perij instituitur.

Constans Christianis semper fauit.

Constans natura mitissimus, Italiæ & Africæ imperiũ suscipere recusauit, Britannia et Gallia contentus. Pomp.

Apud alios reperitur Olympias 272.

Constantis obitus. Eutrop. Eroci Almanorũ regis præcipuè ope & operâ Constantinus imperium arripuit.

CAPUT XX.

B NOn multũ interceſsit tẽporis, & Diocletianus unà cũ imperij sui consorte Herculio Maximiano, ex cõstituto Salonæ cõuenere: ibiq; inter se constituêre, ut die uno ambo Imperiali potestate deposita, priuatorum uestẽ sumerẽt: ut quidẽ Eusebius Palæstinus ait, q̃ mente capti, delipere cœperint: ut reliqui uerò scriptores referunt, q̃ Græcorũ philosophorum uitã sibi degendã legerint. Quũ etenim satis diu imperio gerendo summa potestate usi, & delicijs affluxissent, & gloriam magnam sibi cõparasse uisi essent, generos etiam suos in locũ suum surrogassent, ad philosophãdum se etiam per excellentẽ & superbam ambitionẽ contulerunt: ut scilicet, q̃ se imperium optimè administrasse existimarent, ex philosophica quoq; uita gloriam aliquam apud posteros consequerentur. Atq; Herculius quidem fune suffocatus, uitã finijt. Diocletianus aũt diuinis expetitus plagis, toto primùm corpore tumorem ingentem concepit: quo deinde uariè disrupto, ferè ita emarcuit, ut blasphema eius & impia lingua, quę iniquitatem in altum euomuerat, intra fauces ipsas uermium uim proferret, qui ex ore illius prorepentes, fœtore pessimo locum habitationis omnẽ replebant. Postremò aũt, more canis q̃ maximè latrans, sceleratã & nefariam cum quadam uiolentia exhalauit animã. Gelasius porrò Cæsareæ Cappadocum episcopus, literis memoriæ mandauit, eos imperio depoſito postea pœnitentia ductos, id recuperare uoluisse, sed senatusconsulto necatos esse. Sunt qui dicunt, per furorem & insaniam aduersus CHRISTVM eos imperium abiecisse: q̃ propter uiriles nobilium & generosorum martyrum & constantes animos, illius nomen extirpare, & tollere non potuissent. Verùm enimuerò illis ad eum modum extinctis, & Constante Constantini patre in Domino defuncto, in Orientalibus partibus Nicomediæ Gallerius Maximinus imperium tenuit, in Occidente autem in Gallijs Constantinus summã rerum administrauit.

Mors Maximiani & Diocletiani.

Diocletianus Nicomediæ, Maximianus Mediolani purpuram eodem die posuere. Eius rei causa excutitur.

Diocletianus post triumphũ de Persis actũ, adorari uoluit: Et fratrem se solis et Iouis uocari, pedesq; sibi osculari, auro & gẽmis calceamẽta exornans, præcepit. Pomp.

Gallerius Maximinus in Oriẽte imperat, Constantinus in Gallia.

Apud

Apud Perſas tum Saborius regnauit, & Romę poſt Miltiadem Sylueſter eccleſiæ præfuit. Eo tempore Romæ à militibus Maxentius Herculij filius, Auguſtus renunciatus eſt. Gallerius autẽ duos filios ſuos, Maximinum & Seuerum, Cæſares dixerat: atque illi Orientis, huic Italiæ imperium deſtinauerat. Vtercꝫ uerò eodem perijt tempore: Seuerus morbo extinctus: Maximinus in Cilicia, quùm paternã ad ſe ditionem pertrahere conatus eſſet, turpiter uita defunctus. Quare Licinius Conſtantiæ ſororis Conſtantini marítus, à Maxentio & ſacro diuinoꝫ Conſtantino Cæſar eſt factus. Id uerò peſsimè Herculium Maximianũ habuit, qui tum adhuc tantum Cęſar dicebatur. Quòd namꝫ natura tyrannicus eſſet, dignitate Imperatoria arrepta, ſeipſum poſtea Auguſtum creauit: & poteſtatem, quam antea depoſuerat, uendicare ſibi rurſum uolens, inſidias quas filio Maxentio ſtruxerat, perficere, militibus qui Romæ erant impedientibus, nõ potuit. Qua re deſperata, ad Conſtantinum generum inſidijs & ipſum circumueniendum atꝫ tollendum ſe conuertit. Sed conſilio eius à filia Fauſta Conſtantini coniuge deprehẽſo, ex Romani Senatus decreto eſt interemptus. Mortem eius fœdam mox ignominia alia eſt ſubſequuta. Imagines enim eius & ſtatuæ in locis omnibus omnes, tanquam impiæ & piaculares, euerſæ atque abolitæ ſunt.

Atꝫ ut eò unde digreſſus ſum redeam, tyrannis illis ſublatis, Conſtantinus ditionem paternam in Gallia & Britania tenuit. Gallerio Maximino Nicomedia & Oriens paruit. Maxentius Herculij filius Romam atꝫ Italiam ipſam cum Imperio habuit: & cum eo Cæſar Licinius.

Saborius res Perſarum.
Maxentius Auguſtus.
Seuerus à Maxentio fuſus, Rauennæ captus & cæſus eſt. Oroſ. Ad tres tabernas extinctus eſt. Eutrop.
Maximinus à Licinio ſuperatus Tarſi, miſerum interiorum morbo perijt. Euſeb.
Maximiani Herculij coniux Eutropia fuit, unde Maxentius & Fauſtum ſuſcepit. Eutrop.
Maximini & Seueri obitus.
Licinius Cæſar.
Herculius Imperiũ repetit, ſed fruſtra.
Memoria eiuſdẽ abolita.

CAPVT XXI.

MAxentius ut ſe primùm populo Romano arte quadã per aſſentationem inſinuaret, pietatẽ adſimulauit: & apud eos qui eius imperio erant ſubiecti, Chriſtianorũ perſequutionem edictis propoſitis inhibuit: fidemꝫ & religionẽ prę ſe ideo tulit, ut ſub eo obtẽtu deceſſores ſuos multis modis flagitijs ſuperaret. Nequaꝫ enim talem ſe rebus ipſis exhibuit, qualem ſe eſſe finxit. Et ad impura atꝫ impia ſcelera delapſus, ad ſummã turpitudinem & fœditatem nihil reliqui fecit. Nam poteſtate ſua abutens, uxores à maritis ſuis per diuortium ſegregatas corrupit, & corruptas illis remiſit: talibuſꝫ iniurijs uiros primæ dignitatis, qui in conſilio eius erant, affecit. Quam ob cauſam omnium bonorũ uniuerſiꝫ populi, unà cum metu, ingẽs in eum eſt concitatũ odium. Grauiſsimè enim crudeliſsima tyrãnide uexabantur, neꝫ ſpes quæpiam, ut finem aliquãdo ſæuitia tanta caperet, reliqua erat. Per quamuis ſiquidem occaſionem ſatellites ſuos immittẽs, maximã uim hominum iugulabat. Et iam cæſorum ea erat multitudo, ut numerus eorũ iniri non poſſet. In ijs non pauci fuere Senatorij, quorũ bonis inſidiæ ſtruebantur. Malorũ uerò talium coronis tandem in magicas impoſturas & incantationes euaſit. Aliquando namꝫ mulieres grauidæ ſunt diſciſſæ. Nonnunꝫ tenellorũ infantium uiſcera perquiſita. Leones inſuper mactati. In bellis quædã euocationes & expiationes dæmonum peractæ, quibus illæ uictoriam ſibi cõciliari eſt arbitratus. Et Maxentius quidem talis fuit, tyrannorũ crudelitatem longè ſupergreſſus. Sub quo Romæ tanta rerum neceſſariarũ fuit penuria, quantam nunquam antea fuiſſe memoriæ proditum eſt. Maximinus autem tyrannus Orientis, eadem faciens, contentione quadam illius fœdiſsima ſcelera uincere, primaſꝫ in flagitijs ferre ſtuduit, apud quem magi, & id genus præſtigiatores, præcipuos tulere honores. Et quũ ſuperſtitionis eſſet quàm maximè ſtudioſus, atque in idolorum cultu atque errore prorſus immerſus, nullam rem unquam uel minimam facere eſt aggreſſus, quin

Maxentius ſub prætextu Chriſtiani nominis ſummã fœdiſsimamꝫ exercet tyrannidem.
oderũt, quem metunt.
Maximini in Oriente tyrannis.

A quin uates & auſpices cõſuleret. Ita ſcilicet eſt factũ, ut perſequutionẽ aduerſus nos ſuſceperit multo acerrimã, ac templa Deorum paſsim conſtruxerit, ſacerdotesꝫ per oppida & loca omnia cõſtituerit, & per prouinciam quamlibet Pontificem eis præpoſuerit, celebrẽ quempiam & præclarũ uirum, qui ſe ſatellitio militari uenditaret atꝫ circũferret. Præſtigiatoribus aliſꝫ nominibus impijs hominibus, ueluti Deorũ amicis, idẽ maximas quaſꝫ cõceſsit dignitates. Exactiones pecuniarũ innumerabiliũ inſtituit. Populos ſubiectos grauiſsimis oppreſsit & antea inauditis oneribus. Locupletũ domos uel minima de cauſa & prætextu undecunꝫ petito cõpilauit, bonaꝫ eorum adulatoribus & mimis ſuis eſt largitus. Vino aũt multo deditus, ad ſummã contumeliam, petulantiã & crudelitatẽ, quæ ex ebrietate proueniũt, nihil fecit reliqui. Quapropter per ſobrietatis tempus, graui de flagitijs per uinolentiã admiſsis, ſæpe pœnitẽtia eſt actus: & quòd prolixiſſimè crapula ſe ingurgitaret, nihil ſceleris intentatum reliquit, familiaribuſꝫ ſuis omnibus turpitudinis magiſter fuit. Diſciplina militari ſoluta, author fuit ut exercitus ad deliciarũ & rapinarũ ſtudia delaberetur. Ordinum militariũ duces, & prouinciarũ rectores, perinde atꝫ tyrannidis eius ſocij, auaritiæ artibus ſe collocupletarũt. Fœditates porrò quas libidine incitatus perpetrauit, ſtu praꝫ & adulteria eius, quis quæſo exponere poſsit? Ciuitatem prꝫterire potuit nullam, quin pleræꝫ mulieres uitiarẽt atꝫ raperentur. Nec in nos ſolos, ſed in omnes etiam ſubditos ſuos res tam graues exercuit. Apud nos quidem non uiri tantũ propter uerã in DEVM pietatẽ, aduerſus ignẽ, ferrũ, gladios, maris undas, famẽ, æſtum, & algorẽ, et contra beſtias, mẽbrorumꝫ cõciſiones depugnarunt: ſed & mulierculæ diuino cõfortatæ uerbo, eadẽ hæc perferre ſuſtinuerũt. quæ, quum ad corruptionẽ ſtuprũ & pudicitiæ contaminationẽ ducerentur, uitã citius ꝫ corpus prodiderunt. Id quod egregiè oſtendit Alexandrina illa mulier, B opibus, uitę inſtituto, uirtute, & in primis caſtitatis gloria celebris, quę libidinoſum eius animũ fortiſsimè ſuperauit. Quũ namꝫ eum illa obteſtaret, ut uitam ſibi potius ꝫ pudicitiam adimeret, quòd cupiditate magis quę eum in magnam ſpem uoto ſuo potiendi ſuſtulerat, ꝫ ira graſſaretur: precibus eius nõ acquieuit, ſed eius in perpetuũ actæ exiliũ ſubſtantiam omniẽ inuolauit, ſibiꝫ uendicauit. Multæ præterea aliæ in pleriſꝫ locis, ne ſummis quidẽ auribus de ſtupro ſe cõpellari patientes, duriſsima quæꝫ ad mortẽ uſꝫ pertulere mala. Quæ quidẽ admirandæ ſunt omnes, illa tamen præclara maximè nobiliſsima in urbe Romana anima: Maxentius namꝫ, qui libidine Maximinũ æmulari in animũ induxerat, eadem in rebus omnibus quæ ille, ueluti propinquus atꝫ frater, & ſentiẽs & faciens, in ædes eius fœminæ adminiſtros ſtupri miſerat: maritusꝫ eius præfecturam urbis gerens, timore perculſus, abduci eam iuſſerat. Ipſa aũt domo egreſſa, quũ paululum admodũ proceſsiſſet, doloſis blanditijs à productoribus ſuis impetrauit, ut ſibi in ædes ad habitũ ueſtitumꝫ cultiorẽ ſumendum redire liceret. Atꝫ ibi quum ſola eſſet, cultro ſeipſam confodit. Sic illa cadauer eis ſuũ reliquit: facto aũt tali ſatis declarauit, rerum omnium maximè inuictam atꝫ inexpugnabilem Chriſtianorũ uirtutẽ, nihilꝫ eſſe animo firmo & cõſtanti uiolentius. Tantus uitiorũ flagitiorũꝫ omniũ uno eodemꝫ tẽpore per Orientẽ Occidentemꝫ ſimul, ſub duobus hiſce tyrannis, fraternos in ſceleribus omnib. animos obtinentibus, prouentus fuit. Affirmare mediuſfidius certò poſſum, ꝫ illi breui poſtea in tantũ ſunt confecti diſcrimen, nihil aliud in cauſa fuiſſe, quàm eam quę contra nos excitata eſt perſequutionẽ. Ea uerò uigorem ſtatumꝫ ſuum firmiorem eſt conſequuta, quum nos conſuetã libertatem & cõſtantiam noſtram recepimus.

Quum

Molomaniã eiuſdem, & Chriſtianorũ perſequutio.
Fœminæ egregiè de pudicitia conſernanda decertãtes.
Alexandrina mulier, bonã omnia amittere & exulare, quàm caſtitatẽ perdere, maluit. Rufinus eam Dorotheã nominat.
Mulier Romana eandem ob cauſam ſibi ipſi manus attulit:
Sophroniam Rufinus uocat.
Μόνον χρυσάτων ἀπαράτων αὐδόλεθρον λιὲ σὺτ ἴσ ἴσον ἡ πασὰ χρισιανοῖς πέφυκεν ὀφετή. Καὶ διλοῦ ἑρῶμενόν λογισμὸ βεαυτᾶ φορ.
Propter Chriſtianorum perſequutionem in maximas clades tyrãni inciderunt.

* De Sophroniæ huius caſu Prudentius ſcripſiſſe uidetur, Aut ſi nupta torum regis conſcendere iuſſa Cœperat impurum domini oblectare furorem; Morte maritalis dabat indignatio pœnas.

CAPUT XXII.

QVum iã decimus perſequutionis ageret annus, nihil illi quoq; quod A uel ad occultas inſidias, uel ad apertũ inter eos bellũ pertineret, omiſerũt. Bellũ enim inter duos iſtos tyrannos geſtũ eſt, & mare infeſtũ atq; innauigabile fuit. Quod ſi id à quopiã nauigaretur, eũ quòd utrinq; alios alij captos abducerent, fidiculæ, flagra, tormenta uaria, cruces, & poſtremò ignis ſupplicĩ manebant. Apparabant ubiq; thoraces, cuſpides, & haſtæ: præterea triremes, claſſes, & inſtrumenta belli omnia in promptu erãt, temporeq; eo toto in locis & prouincijs omnibus, nihil aliud uel audiebatur uel expectabatur, quàm hoſtiles incurſiones, cædes, rapinæ. Quibus cum malis fames quoq; irrupit & peſtilentia, de qua ſuo loco dicemus. Hæc tot & tantæ clades citer decimũ perſequutionis annum, Deo opitulante, prorſus cõquieuerunt, finemq; ſuũ habuerunt, quũ quidem poſt octauũ ceſſare cœpiſſent. Quod namq; diuina uiſitatio pro clementia & benignitate ſua nos uiſeret atq; reſpiceret, ſeu potius reſpicere inciperet, qui tum rerum ſummã obtinebant, ſententia ſua mutata, palinodiam & recantationẽ cecinerunt, & perquàm humanis literis excitatum quàm maximè cõtra nos incendium perſequutionis extinxerunt. Quæ res profectò ſic nõ humano conſilio euenit. Quî enim ab hominibus prouenire potuit? quî, quũ quotidie crudeli quadam ambitione ducti, noua aduerſus nos tormenta inuenirent, ſibi ipſis tamen nõ ſatisfaciebant? Manifeſtũ porrò eſt, opẽ eam à diuina bonitate nobis accidiſſe, quę populum ipſa ſuũ clementer reſpexit, B authoremq; malorum perculit, ac uehementiorem, &, ut ita dicam, meraciorem iram ſuam duci perſequutionis grauiſsimæ exhibuit. Quòd ſi hoc etiam ut tantopere in nos ſæuiretur, iudicio & diſpoſitione atq; adeò permiſſione diuina factum eſſe concedamus, diuinum tamen oraculum: Væ, inquit, ei per quem ſcandalum & offendiculum uenit. Confeſtim ſiquidem in eum DEI irruit uindicta, à carne quidem illa incipiens, ſed quę dæmonum intemperijs agitatam animam eius quoq; pertingeret. Qualis autem ea uindicta fuerit, Euſebium cõmemorantem audiamus: Circa media enim tectorum occultorumq; membrorũ loca, corporis abſceſſus & ſuppuratio repentè extitit, quæ mox deinde in fiſtuloſum altè radicibus actis hulcus euaſit. Id incurabili & proſerpente contagione, interiora etiã uiſcera depaſcebatur. Inde incredibilis uermium uis ſcaturiẽs, lethalem fœtorem à tota corporis mole excitauit: quæ moles ex nimia edacitate illius, etiam ante ipſum morbum, ad ſummũ uſq; multa aruina obducta fuerat: eaq; tum marceſcendo diffluens, horrendum maximè & intolerãdum accedentibus præbuit ſpectaculũ. Et medici partim ne ſuſtinere quidem ſummã tam fœdi odoris grauitatem potuerunt: partim quòd tam corpulenta moles magis etiam intumeſceret, ſpe ſalutis omni abiecta, nihil auxilij, exploratis reb. omnibus, tulerunt. Itaq; crudelem in modum ſunt interfecti. Ille porrò cum tantis conflictans malis, aliquando tandem nefariam ſuam erga pios homines temeritatem atque ſæuitiam agnoſcit, ac re ſecum ipſe deliberata, primùm rerum omnium DEO flagitia ſua confitetur: mox præfectos familiares q; ſuos ad ſe uocat. quibus celeriter aduenientibus ſuadet, ut Chriſtianorum perſequutione tandem ſuperſedeatur, conſtitutioneq; & edicto Imperiali nobis permittatur, eccleſias conſtruere. Addit præterea mandatum, ut ſtatas ſolitasq; pro Imperatore preces ad DEVM fundemus. Talibus iuſsis illico ad rem collatis, per urbes paſsim omnes Imperialia mandata propoſita ſunt, quæ palinodiam patratæ in nos perſequutionis eiuſcemodi uerbis continebant.

Bellum ciuile inter duos iſtos tyrannos.

Calamitates publicæ.

Perſequutio conquieſcit.

Palinodia tyrannorum.

Diuinitùs finis perſequutioni impoſitus.

Permiſsione diuina Chriſtiani afflicti.

Vindicta diuina in grauiſsimum impiorum Maximinus incidit.

Euſebij de eo morbo uerba.

Agnoſcit & confitetur impietatem ſuam ſera pœnitentia Maximinus.

Perſequutionẽ Chriſtianorũ inhibet.

Chriſtianorũ ſemper olim fuit, ſedulò pro principũ ſalute orare.

Impera-

CAPUT XXIII.

A IMperator Cæſar Gallerius Maximinus, Inuictus, Auguſtus, Põtifex Maximus, Thebaicus Maximus, Sarmaticus Maximus, Germanicus Maximus, Aegyptiacus Maximus, quinquies Perſarum Maximus, bis Carporũ Maximus, ſexies Armeniorũ Maximus, Medorũ Maximus, Adiabenorũ Maximus, Trib. pot. X X. Imperat. XIX. Coſ. VIII. Pater patriæ, Proconſul: & Imperator Cæſ. Flauius Valerius Cõſtantinus, Pius, Felix, Trib. pot. V. & Imperator Cæſ. Valerius Licinius Trib. pot. I I I I. Imper. III. Coſ. Pater patriæ, Procõſul, Prouincialibus ſuis ſalutẽ. Inter alia quæ ex uſu & utilitate reipub. promulgauimus, cõſilium quoq; illud antea cæpimus, ut ſecũdum ueteres leges & publicã Romanorũ diſciplinã ritè omnes uiuerẽt. Prouidere præterea & efficere uoluimus, ut Chriſtiani qui à maiorũ ſuorum inſtitutis deſciuiſſent, mentẽ meliorem reciperent. Tanta namq; conſilio neſcio quo eos cupiditas inuaſerat, & tanta dementia cæperat, ut ea quæ dudũ à maioribus promulgata, & fortaſſe prius etiã à patribus eorũ inſtituta ſunt, reijcerent: & ex ſententia ſua, prout cuiq; uiſum eſſet, leges ipſi ſibi conderent, eaſdẽ ſeruarẽt, & uarijs in locis uarios cogerẽt cõuentus. Et quũ edictum eiuſmodi à nobis eſſet propoſitum, ut ad inſtituta maiorũ colenda ſe accommodarent, quàm plurimi eorũ extremo adito periculo, grũniſq; & cruciatibus toleratis, omnis generis ſupplicia pertulere. B Nos uerò, quòd multos uideamus in cõcepta dementia perſiſtentes, neq; cœleſtibus dijs debitum præſtare honorẽ, neq; etiam ipſa Chriſtianorũ ſacra colere, humanitatẽ nobis perpetuamq; conſuetudinẽ noſtram cõſeruandam eſſe duximus, per quam ignoſcere, ueniamq; cõcedere omnib. hominibus libentiſsimè ſolemus. Itaq; gratiam eam noſtrã ad id genus hominũ quoq; extendere eſt uiſum, ut ſcilicet rurſum Chriſtiani ſint, & in domibus ſuis conuentus ſolitos ita agant, ut nihil contra diſciplinam publicam committant. Per alias autem literas iudicibus, quid eos obſeruare oporteat, indicabimus. Quapropter quum hoc illis per mittamus, meritò illi DEO ſuo ſupplicare debẽt, pro noſtra, reipublicę, & ſua ipſorũ ſalute, ut modis omnibus & publicæ res incolumes ſint, & ipſi in domibus ſuis citra ſolicitam curam & anxietatem uiuere poſſint.

Edictũ Maximini pro Chriſtianis.

Aliter hæc reperiũtur apud Euſeb. li. 8. capite 17. vbi Licinius non additur.

Edicto hoc promulgato, Galler. Maximinus miſerè diẽ clauſit extremum. Eutr. Oroſ. Pom.

CAPUT XXIIII.

ET palinodia quidẽ ſic ſe habuit, literæq; Imperatoriæ per Aſiã uulgabanẽ, & paſsim in prouincijs & urbibus legebãtur. Maximinus uerò Orientis tyrannus, qui præ alijs ſuperſtitioni deorũq; cultui deditus, bellũ cũ rerum omnium DEO perpetuũ gerere cõſtituerat, ſcriptum eiuſmodi non approbauit. Itaq; præfectos familiares q; ſuos uerbis tantummodo reprimere iuſsit ſuſceptũ contra nos bellum. Et q; ſententiæ eorum, qui potẽ ſtatę & opibus cum antecellerent, repugnare nõ poſſet, in ditione ſua literas eas ne lectione quidem & recitatione dignatus, edicto ſine ſcripto promulgato, doloſè perſequutionẽ inhibuit. Sabinus uerò ſummum apud eum præfecturæ magiſtratũ gerens, populorum præfectis Principis ſui uoluntatem publicè per literas inſinuauit: Iam dudũ conſtitutum decretumq; eſſe, ut qui peregrinas conſuetudines conſectari uiderentẽ, dijs cultum ſuum præſtarent: & pertinaciam quorundam multũ excitaſſe diſcriminis. Quamobrem Principibus uiſum eſſe, ſi quis Chriſtianorũ gentis ſuæ ſacra colere cõperiretur, ut is extra periculũ eſſet, eamq; ob cauſam tormentis non ſubijceretẽ. Longo iam eos tempore ea de ſe documenta præbuiſſe, ut à deſtinata ſua cõſtantia non declinent. Scriptum id Sabini alijs quoq; magiſtratibus demandabat ſignificari, non debere amplius eos de Chriſtianis eſſe ſolicitos: qui ſanè iuſſa ea ueritate niti arbitrati, per epiſtolas publicè

Maximinus ſcriptũ hoc in ditione ſua publicè non proponit. Sed ſine ſcripto per edictũ perſequutionem Chriſtianorum inhibet.

Sabinus P. P. nomine eius literis ſuis, magiſtratibus reliquis eam rem inſinuat. Euſeb. lib. 9. cap. 1.

A Prin-

Edictum exequutioni mandatur.

Principis sententiã omnib. declararunt. Et nõ uerbis tantũ literisq; hæc ita acta, A uerumetiam ipsi statim quos in custodijs propter diuinũ uerbum clausos habebant, in publicũ productos liberos dimiserunt, & ad metalla damnatos absoluerunt. Quod quum ita facerent, gratificari se Imperatori suo existimarunt. Sed ea in re admodum sunt falsi. Hæc rerũ facies quum sic exhibita esset, statim ex altissimis tenebris ingentẽ lucem exortã esse homines uiderunt. Ecclesiæ frequentabantur, cõuentus numerosissimi cogebantur, & ex gentibus hæc quisq; cernens obstupescebat, mirificamq; rerum mutationem admirabatur, solum Christiano rum DEVM magnũ esse acclamans. Nostrorum aũt hominum quicunq; genero sẽ & fortiter agonẽ pertulissent, publicè cum ingenti libertate in ueneratione erant. At qui per animorũ imbecillitatẽ infirmiores in malorum colluctatione fuissent, lapsus suos per pœnitentiã sarcire & curare festinabant, dextras eorũ qui fidem saluam conseruassent prensantes, eosdemq; summisso & sordidato habitu & spiritu cõtrito, ut DEVM precibus suis propitiũ sibi redderẽt, orãtes. Ad metallũ damnati liberabant: lætiq; atq; hilares cum libertate multa, incredibili atq; ineffabili gaudio pleni, in patriã suam redibant. Itinera publicæq; uiæ triumphalibus hymnis & carminibus, uiatorib. DEVM de inopinata libertate glorificantibus, resonabãt. Et qui paulo antè uiolenter patria sua exacti erant, eos uultu iucundo ad focos penatesq; suos reuerti uidisses: & qui antehac contra nos rugierant, insperatã rerum mutationẽ cernentes, nobiscũ congratulantes exultabant.

Christianireddita sibi quiete exultant.

Pœnitentia lapsorum Christianorum.

Christianorum Pæanes.

CAPUT XXV.

Post patrẽ suũ Maximinus persequutionẽ Christianorũ renouat.

INhac porrò sententia Maximinus Orientis tyrannus non bene sex menses perdurauit. Quomodo enim ille qui honestatis omnis inimicus sæuus & aduersarius CHRISTI esset, tantopere augeri lætariq; CHRISTI gregẽ pateretur? Ilicet quæ tũ esse uidebatur pacẽ dissoluturus, primùm quidem conuentus nostros in cœmeterijs prohibuit: deinde uerò techna quadam, ipse ad seipsum Antiochenorum nomine per ciues eorum legationem misit, id agens, ut ne cui Christianorũ eam urbem incolere permitteretur: maximamq; illos à se gratiam inituros illis significauit, si hoc ipsi aduersus Christianos per assimulationẽ facere uiderentur. Sed alijs quoque idem ut facerent, suggessit. Quorum præcipuus Theotecnus erat, uir impostor, & ingenio deprauatissimo præditus, nomineq; suo indignissimus, Logistæ siue curatoris & rationalis munus ea in regione gerens. Multa autẽ ueluti dux quidã cõtra nos molitus, sycophantijsq; plurimũ usus, id studio habuit, ut nos tanq; fures & prædones abigeret. Quapropter quũ multis author & minister cædis fuisset, postremò simulacrũ quoddam † Iouis amici incantationum & imposturarum ergò erexit, & sacrificia, initiationes, aliaq; detestanda, & impuras impiasq; expiationes & purificationes instituit. Quæres unà cum eius idoli responsis ad Principem etiã ipsum peruenit. Theotecnus porrò per illiberalem fœdamq; assentationem ueluti speculatorẽ Imperatoris constituere uolens, simulacrum ipsum aduersus Christianos concitauit. Dixit enim, eum Deum iratũ, Christianos perinde atque perpetuos & irreconciliabiles hostes ex urbe & agris circumiacentibus quàm longissimè expelli iubere. Posteaquã hæc Imperatori perplacuere, aliarũ quoq; urbium ducces & præfecti gratificari illi studentes, eadem contra nos constituerunt, populisq; & ciuibus suis denunciarũt. Nec ita multũ temporis intercessit, & tyrannus ipse calculum & sententiam quoq; suam ad decretũ huiusmodi adiecit. Itaq; acris aduersus nos excitata est persequutio. Et sacerdotes alijs hominibus celebriores per urbes passim, Pontifices præterea, qui existimationẽ & gloriam summam consequuti fuerant, deorumq; cultui maximè studebant, Maximinus

Techna p assimulatam legationẽ instituit, ut Christiani Antiochia exigantur.

Theotecnus Logista Antiochenus idolomaniæ & persequutionis Maximini minister.

Simulacrũ & oraculum Iouis Amici erigitur.

Iupiter amicus, Christianorum inimicus, Antiochia eos eijci iubet.

L. curator. C. de mod. mulct.

Ζεὺς φίλιος

A minus constituit: atq; insuper summa ipsius superstitio subditos suos populos omnes, qui gratificari illi contendebant, ita cõtra nos commouit, ut sæuitiam eorum quam in nos exercuerunt, uerbis persequi non liceat. Maximas quippe se ab eo utilitates consequuturos arbitrabantur, si nouarũ contra nos rerum insolentium q; iniuriarum inuentores extitissent, & administri. Quo maiore diligentia in id studium, ut nobis incommodarent, incubuere.

CAPUT XXVI.

COmpositis sanè quidẽ & confictis, qui rerũ talium architecto & authori nõ displicerent, blasphemiã & maledicentiam omnẽ exsuperantibus cõmentarijs, interrogationes scilicet Pilati & Seruatoris nostri cõtinẽtibus, in ditiones eos suas miserũt: epistola quadã, ut scriptũ id omnib. publicaretur, præfixa mandatũ etiã additũ, ut literatores librum talem pueris omnibus, in quo primis rudimentis se exercerent, teneramq; memoriã ueneno tali imbuerent, legendũ proponerẽt. Hæc quũ ita fierẽt, alius quidam quẽ Romani ducem uocare solẽt, circa Damascũ Phœniciæ, mulierculis quibusdã circumforaneis & flagitiosis cõprehensis uim afferens, plagas minitatus est, nisi testimonio scripto confiterentẽ, se aliquãdo Christianorum sacris initiatas, consuetudinẽ stupri cum eis qui primæ apud nos fuissent dignitatis habuisse, nefariaq; flagitia in sacris ædibus nostris fieri solita. Atq; itẽ alia plura hisce similia, quibus doctrinã professionemq; nostram calumniarentur, excogitarunt. Voces etiam eiuscemodi in scriptum relatas ille ad Principem misit, quæ deinde de consilio eius in ciuitatibus & locis omnibus publicè sunt propositæ. Cæterùm nõ multo interueniente tempore, calumniarum talium artifex dux ille, digna iniuriarum CHRISTO cõtumelioseẽ illatarum, sibi ipsi manus afferendo, præmia tulit. Nobis uerò sub B eo paratæ persequutiones, fugæ, populorumq; insultationes, & alia prioribus illis consentanea, adeò ut nonnulli claro loco geniti magni uiri capti, citra recusationem non grauatè ultima mortis pertulerint supplicia.

Libellus actorũ Christi & Pilati cõmenticiorum.

Pueri in hoc prima in scholis rudimenta addidicerunt.

Mulierculæ quædam ui adactæ, summas Christianis fœditates falsò impingunt.

Noua Maximini aduersus Christianos persequutio.

CAPUT XXVII.

VM quidẽ Emesæ, quæ Phœniciæ ciuitas est, tres CHRISTVM profitentes bestijs sunt obiecti: quorum unus Syluanus episcopus fuit, iam decrepitus, ut qui quadraginta annos pastorale munus obijsset, eodem tempore & Petrus Alexandrinus antistes, diuinum prorsus episcopalis functionis exemplar, uirtutis causa, & q̃p ab ineunte ætate in diuinorum oraculorum literis exercitatus fuerat, correptus, nulla ei iusta obiecta causa (nam id Maximinus ita statuerat) capitis supplicium subijt: & cum eo alij præterea Aegyptij episcopi multi. Lucianus quoq; presbyter, qui propter uitæ continentiam, & sacrarũ literarũ peritiam, Nicomediã ductus fuerat. Ibi ille, q̃p in præsentia Imperatoris fidem, pro qua decertabat, mira cum libertate defendit, in carcerem cõiectus, atq; necatus est. Tam grauia in nos impius Maximinus facinora edidit. Visus certè quidẽ est maiorẽ etiam priore persequutione contra nos cõcitasse motũ. Cuius etiã tanta fuit mentis uæcordia, quanta nunq; antea extitisse memoriæ prodita est. Decreta enim urbiũ, & Imperialium constitutionum rescripta æreis insculpta columnis, terrendorũ Christianorũ causa in medijs urbibus publicata: & pueris in ludum literariũ ad magistros euntibus, nihil aliud toto die in ore erat, q̃p Pilatus & IESVS, aliaq; eius generis ad contumeliam nostram tum primùm conficta & excogitata: per quæ omnia summũ Maximini in Deũ odium, arrogantissimumq; sceleros æ eius animæ supercilium perspicere licuit. Quam ob causam † diuina etiã uindicta est obstupefacta, quæ excubare cõtinua quadam uigilia super impiorũ malitia, eosdemq; in uestigio cõsequi solet.

Celebria sanctorum multorum martyria. Suprà cap. 16. eodem.

Vindicta diuina Iouium Maximinum persequitur.

† θεὸς ἱερᾶν ἐκκλησιῶν ἀγρυπνον ὅσον τοῖς τῶν ἀσεβῶν πονηροῖς ἔργοις ἐκεῖνα νεανικώδεις ἐπεξιὼν.

Ab hac ille perculsus, non multo pòst lege scripta, priori pacificationi contrariũ prorsus de nobis statuit. Vt aũt impietas eius manifestò probetur, partem quandam constitutionis eius quam in columnã incidi curauit, historiæ huic inserere est uisum. Res sic se habet. Iam tandem imbecilla humanæ mentis audacia seductionis erroris q́ obscuritatem atq́ caliginẽ depulit & discussit: qui quidem antehac pernicios is ignorantiæ tenebris, ita nõ tam impiorum quàm miserandorũ hominum sensus inuoluit, ut rem ueritatem q́ ipsam cognoscere non potuerint. Sed singulari benigna q́ Deorum immortalium prouidentia, infidum atq́ iniquum (ut ita dicam) libræ momentũ, ad iustam rectam q́ stateram est reductum, ut res omnes uobis gratæ suaues & iucundæ eueniant, & ut iam maximũ certissimum q́ nostræ de Dijs ipsis opinionis ac pietatis extet indicium. Sed nec q́ antehac cuiquam ignotum fuit, quibus ceremonijs & sacris dij immortales à uobis sint culti, quos non nudis atque inanibus fidei uerbis, uerùm admirandis præclarisq́ operibus perpetuò uenerari & magnificare conuenit. Rectè profectò ciuitas uestra deorum immortalium, propter cultum timorem q́ue eorum, sacrarium & domicilium uocari queat: & multis indicijs satis constat, eam cœlestium Deorum præsentia florere. Itaq́ urbs uestra quùm rebus omnibus illi peculiariter conducibilibus posthabitis, tum etiam prioribus quæ cæpit detrimentis contemptis, quam primùm rursus homines execrandæ uanitati deditos latè serpere & propagari, ac ueluti neglectã atq́ sopitam aurã facibus uim ignem q́ suum per eam recipientibus, uastum incendium differre ac dilatare sensit, nulla interposita mora confestim ad pietatem nostram perinde atq́ ad sacrorum cultus q́ Deorum omnis metropolim urbem q́ principem confugit, opem & auxilium implorans. Et cætera, quæ sequuntur, consimilis impietatis plena, professionem q́ nostram perstringentia: tanquam diuinum numen propter nos iratum, quidquid est in aere, in terra & in aquis mali, hominibus immittat.

Edictum Maximini contra Christianos.

Idololatræ casuum fatalium clades Christianis adscribere soliti.

Eusebius lib. 9. cap. 7.

A

B

CAPVT XXVIII.

Persequutionẽ istam plurimæ publicæ consequuntur calamitates.

Iusce modi literis contra nos publicatis, spes rerum meliorum omnis quantum in nobis situm est, præcludebatur: & electi quoq́ inter nos, ut est in sacro oraculo, non in mediocre delabebantur scandalum & offendiculum. Verùm enimuerò omnibus tam inexpectata rerum mutatione consternatis, quum adhuc passim in itinerib. decreta ea essent, & ad multas urbes nondum perlata fuissent, qui omnia solo nutu & uoluntate sua facit & mutat Dominus, glorios am tyranni superbiam ueluti strangulãs, derepentè auxilium cœlitùs tulit. Statim enim solitæ pluuiæ hyberno etiam tempore in nubibus ipsis uinctę sunt & retentæ: fames mox cõsequuta, & deinde pestilentia. Accessit ad eas clades, qui propter colorem igneum carbunculus uocatur, hulcus odoris pessimi, membra corporis admodum contrahens, & quod latius serpens ingens crearet periculum, occupatis q́ oculorum angulis uiros simul & mulieres quas occupasset luminibus orbaret. Bellum insuper Maximino ab Armenijs illatum, qui antea socij Romanorum fuerant. Belli causa erat, Christiana fides & religio. Quòd enim homines inducere atq́ persuadere illis uoluit, ut quẽ CHRISTO præstabant, idolis offerrent cultũ, ex amicis hostes eos habuit. Quæ mala omnia eodem tempore coaceruata, tyranni audaciam furorem q́ contra diuinum numen conceptum, satis coarguerunt. Et quum per iactantiam gloriosè eo quòd Christianos persequeret, atq́ idolorũ cultum propagare studeret, sibi polliceretur, non famem, non pestem, non bellum imperij sui ditionem inuasurum esse: clades eæ confertim cumulatæ, quùm ineptam iactantiam & audaciam eius represserunt, tum euersionem interitum q́ eius iamiam affuturum, certò satis in-

Siccitas. Fames. Pestilentia. Carbunculus.

Bellum Armenium.

A tis indicarunt. Et ipse quidem expeditione bellica cum copijs suis contra hostes susceptа, quotidie uiribus amissis inferior abibat. In urbibus autem & locis Imperij sui reliquis, pestis fami implicata sęuissimè grassabatur. Tanta porrò annonæ erat & rerum necessariarum penuria, ut medimnus unus tritici bis mille & quingentis Atticis compararetur. Permulti sanè etiam in urbibus cadebant. Rusticorum autem qui in agris mortui sunt, multitudo numerari nõ poterat. Et ferè eos omnes sæua cõsumpserat pestis. Nonnulli res sibi charissimas locupletioribus paruo panis frusto diuendebant. Alij possessionibus suis apud creditores depositis, ad summã inopiam redigebantur. Erant qui fœni reiectamenta ruminantes, & pernicios as herbas adijcientes, emoriebantur. Mulieres honesto loco natæ, inopia rerũ omnium ad inuerecundam redactæ necessitatem, in foro obãbulantes stipem mendicabant, pudore quodam & uestitu mundiore pristinam deliciarũ affluentiam & libertatẽ tacitè quodammodo præ se ferentes. Quidam pallidi & summè macilẽti, perinde atq́ simulacra quædam, rerũ omnium egeni, hinc & inde oberrantes atq́ lapsantes, proni in triuijs ipsis concidebant, subsidij omnis expertes; & ad hoc unũ ægrè firmi, ut fame se premi testarentur, miserandá q́ uoce à prætereuntibus cibi frustum sibi præberi suppliciter peterẽt. Locupletiores porrò propter mendicantium multitudinẽ desperantes, quum multa eis largiti essent, tandem & ipsi in sæuã famis indigentiam peruenièbãt: & quum eadem quæ indigentes paterent, non satis humaniter eam fortẽ ferebant. Plurimis ergo diebus nuda cadauera passim iacẽtia, miserrimũ adhuc uiuentibus præ

Fames sæua.

Miserrima famis eruma.

B buere spectaculũ. Iam nonnulli etiam canibus esca erant: cuius rei gratia frequẽs canum cædes fiebat, quòd metus esset ne illi in rabiem acti, humanæ carnis cibo assuefierẽt. Pestilentia uerò domos ipsas peragrans, omnes carpebat, atq́ in primis ditiores cõficiebat. Et quos fames nõ enecauerat, eos contagiosa pestis lues tollebat. Itaq́ suspirijs omnia plena esse, domus, plateæ, fora, luctus ubique, & uæh, cum solitis doloris uociferationibus & planctibus, exaudiebat. Et duabus hisce quasi armaturis, fame & peste, mors ipsa depugnans, generationẽ & populum eius temporis ferè omnẽ sustulit. Eadem q́ die quãplurima efferebant cadauera, & innumera quotidie fiebãt sepulchra. Hæc authoramenta & præmia, edicta cõtra nos proposita glorios i & arrogantis Maximini sunt consequuta. Quatempestate multi nostrorũ hominũ egregia ueræ pietatis suæ edidere documenta. Humanitatẽ enim suam declarantes, cadauera quæ passim insepulta iacebant (erant ea quamplurima) cum cura sepeliebant: quos uerò fames uexasset, eis congregatis panes alimenta q́ alia præbebant, pro facultatum scilicet copia. Vnde longè late q́ fama celebris de nobis uulgata, quæ ex omnibus alijs hominibus ueræ pietatis cultus q́ diuini laudem nobis tribuit, & Christianorum inspectorem curatorem q́ CHRISTVM magnificè laudauit. Cladibus istis peractis, salutis DEVS, tutor & propugnator noster, ostensa satis & exhibita ira & indignatione sua, per eas quas cumulatè immiserat calamitates, propter petulantem temeriam q́ ei illatam iniuriam, susceptas q́ aduersus nos inimicitias, prouidentia sua lætiora nobis affulgere tempora fecit, & post densas tenebras lucem ineffabilem pacatę tranquillitatis præbuit. Eo profectò tempore certò declaratũ est, DEVM ipsum spectatorem & moderatorem esse rerum nostrarum, qui quidem flagello in afflictionibus, conuersionis castigationis q́ suorum gratia, utitur: coercione autem & quasi disciplina, pro eo atque decet & expedit, peracta, perhumaniter & paternè eos respicit, qui spem salutis firmam in eo collocatam habent.

Pestilentiæ lues.

Omnes propè homines cladibus hisce extincti.

Christiani pestis et jamis tẽpore mortuos pie sepeliunt, et ejurientibus cibũ præbent. Eã ob causam apud gentes Christiani benè audiunt.

Post iteratam afflictionem, Christianis læta diuinitùs ad ueniet consolatio.

Diuina prouidẽtia certò patrè simul castigamur, & erigimur.

Quemadmodum autem id sapienter prorsus dispoſuerit & fecerit, dicere constituí.

CAPUT XXIX.

Constantinus iniurias Christianorum in Maxentio tyranno persequitur & ulciscitur.

ROmæ ciues suos fœdissimis, quæ diximus, facinoribus atterebat Maxentius, Herculij filius. Quod ubi Constantinus (frequentes nãq; ad eum Roma ueniebant oratores, ne urbem eam Imperatorũ matrẽ despiceret, néue ita à sæuissima fera uastari pateret, orantes) cognouit, admodum est ira cõmotus, grauiterq; tantæ indignitatis famã tulit. Nam qui ex præscripto & uoluntate DEI uiuunt, alijs illatã suam esse reputant iniuriam. Ac primùm per literas admonere & persuadere Maxentio, ut à tam nefarijs sceleribus se abstineret, cœpit. Vt autẽ ea re nihil egit, arma sibi sumenda esse, & iniuriam afflictorũ quoad posset uindicandam iudicauit. Itaq; exercitu parato, in Italiam contendit: non tam apparatu belli quàm omnigena DEI armatura instructus. Id ubi Maxẽtius intellexit, nefandis magicarũ artium impostoris magis q̃ ciuium beneuolentia cõfisus, ne extra urbẽ quidem progredi primùm est ausus. Insidijs aũt collocatis, locisq; Imperij sui plerisq; circum circa armatorũ hominũ præsidio impositis, copias alias aduersus Constantinũ misit. Ille porrò uno atq; altero prælio cõtra tyranni exercitũ uictor, in Italiam longissimè progressus, ad urbem Romã propius accedit. Ne aũt unius Maxentij causa cum Romanis omnibus bellũ gerere necesse haberet, inenarrabili quadã potẽtia DEVS tyrannum longius extra urbis portas produxit. Ille namq; põte ex nauibus super eo flumine quod urbẽ præterfluit, in quo etiam alius pons qui Miluius dicitur constructus est, arte quadã & fallacia cõfecto, exercitum eduxit, & cum magno impetu aduersus Constantinũ est progressus. Constantinus porrò de euentu belli sollicitè cogitabat, & quem nam sibi adiutorẽ aduocaret cõsiderabat. Hæc illi meditanti, in mentẽ uenit, Diocletianũ quidem, qui Græcorũ superstitione dijs pluribus fretus fuerit, nihil adiutũ esse: patrẽ uerò suum Constantem longè felicius ui tam egisse, qui maturè Græcorũ religioni nunciũ remiserit. Quapropter paternum DEVM, ut se respiceret, dextramq; sibi in periculis imminentibus porrigeret, ex intimo animi affectu humilimè inuocauit: id q̃d ad rem statim est collatũ. Meridiano enim tempore iter ei cum exercitu suo facienti, sole iam occidentem uersus uergente, miraculum maius quàm dici possit, oblatũ est: ignea scilicet columna, & lucis fulgor in aere crucis formã referens, quæ stellis æqualibus in Latinarũ literarũ figurã expressis, Constantino clarè, IN HOC VINCE, ostendebat. Qua re consternatus, quod de uisione ea secum ipse ambigeret, amicos qui secũ erant, an ipsi quoq; idẽ uiderent, percõctatus est. q̃d illi quũ affirmassent, nocte proxima CHRISTVS ei unà cum horrẽdo illo signo apparens, tale quiddã eum facere, atq; in bellis præferre iussit: fore enim, ut per id oẽs uinceret hostes. Et quamprimũ dies est exorta, uisioni ei obsequens, ex auro signũ tale fieri curauit: quod ad hũc usq; diem in Imperatorio & aulico instrumẽto à totsæculis asseruatur. Id paucis describere, nõ fuerit intempestiuũ. Hasta longa ex auro elaborata, cornu obliquũ habet, in crucis formam compacta: in cuius summitate corona mediã Græcam literam P hiantem cõtrahens, primarijs literis CHRISTI nomen obscurè refert. Ex obliquo autẽ cornu, quod per hastã est impactum, uelum aureum sublime dependet, in quo imago aurea pectore tenus pij Imperatoris liberorumq; eius pulchrè est expressa. Huiusce modi quiddã pro tẽpore tum repentè factũ, sanxit ut in bello præferret. Quo etiã fretus, alacriter ad cõflictum processit. Cæterum prælio commisso, Maxentius magna ui est deuictus, & ex hostibus quãplurimi per crucis armaturã ferro cæsi. Maxentius uerò, quem Constantinus Imperator fugientem persequebat, suo ipsius (quod dicitur) laqueo est captus. Ponte enim diuina uirtute rupto, nauibusq; quib. flumẽ constratũ fuerat solutis,

Bellum inter Maxentiũ & Constantinũ.

Pons Miluius.

Crucem uictricem medio die in cœlo Constantinus uidet.

ἐν τούτῳ νίκα.

Labarum, seu uexillum crucis exercitum Constantini præijt.

Victoria Constantini.

A solutis, transitus ipse pessum ijt, & scaphæ subitò cum hominibus omnib. in undis subsedere. Ipseq; miser primus cũ propugnatoribus suis in flumine mersus & suffocatus est, sicuti olim cum uniuerso exercitu Pharao: ita ut fluuius ille, ad eum qui Miluius dicitur pontem, equis & ascensoribus refertus uisus sit. Tum uerò ea quæ olim cantata fuerant, ad oculum repræsentata uidere licuit: Currus
» Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare: electos ascensores satellitesq; sub-
» mersit in mari rubro. Descenderunt in profundum quasi plumbum, cum aquis
» uehementibus. Aequum sanè fuerit, ad exemplum magni illius serui DEI Mosæ, qui uictoriam DEO acceptam tulit, itidem ut ille fecit, nos quoque lætos con-
» tra impium istum tyrannum hymnum concinere: Cantemus Domino, glorioseé
» enim magnificatus est. Equum & ascensorem coniecit in mare: auxiliator & pro
» tector factus est mihi in salutem. Iste DEVS meus, & glorificabo eum: DEVS pa-
» tris mei, & exaltabo eum. Quis similis tibi in dijs Domine? quis similis tibi? Glo-
» rificatus in sanctis, admirandus in gloria, faciens mirabilia?

Maxentij tyranni, Pharaonis alterius, interitus.

Laudes carmen in uictoria Constantini.

Prudẽtius: Testis Christicolæ ducis aduẽtantis ad urbẽ, Miluius, exceptũ Tiberina in flagna tyrannũ Præcipitãs, quãnã uictricia uiderit arma Maiestate regi, quod signũ dextera uindex Prætulerit, quali radiarint stẽmate pila. Christus purpureum gẽmanti textus in auro Signabat labarũ, clypeorum insignia Christus Scripserat, ardebat summis crux addita cristis.

CAPUT XXX.

Constantinus uictor urbem Romam ingreditur.

HÆc porrò, atq; his similia, Cõstantinus tã mirificã cõsequutus uictoriã, DEVM celebrãdo canẽs, & uoce clariore triũphando iubilãs, urbẽ Romanã est ingressus: ciuibus omnib. hilaritate & lætitia summa animis corũ exultantibus, cum plausu felicíq; omine & acclamatione eũ tanq; seruatorẽ & liberatorẽ suũ, uictoriæ tropeũ ferentẽ, quũ quidẽ prius urbẽ totã coronis obsedissent, producentibus atq; excipientibus. Constantinus aũt uerã erga DEVM pietatẽ à natura sibi insitã habens, nequaq; applausu tali commo
B tus, ut qui à DEO secundũ rerum suarũ successum proueniſſe sciret, statim crucis signũ in sublimi loco statui iussit. Nec mora ulla interposita est, & statua ad formã similitudinemq; eius ex ære fabrefacta est, quæ dextra manu ex eadẽ materia crucis signũ elaboratũ teneret. Eam statuã, crucem ita magnifico lætoq; habitu tenentẽ, Romæ in loco maximè celebri firmis innixã fundamentis collocari præ
» cepit, cum huiusmodi Latina inscriptione: Hoc salutifero signo, & uero fortitu-
» dinis documento, urbẽ uestrã iugo tyranni solutã liberaui, Senatumq; & popu-
» lum Romanũ antiquo splendori & amplitudini restitui. Romana urbe in pote statem suã redacta, primùm omniũ ut sanctorũ reliquiæ collectæ, iustæ sepulturæ mandarentur, cõstituit. Deinde illud curãuit, ut ab exilio proscripti reuocarentur. Edictum deniq; proposuit, ut ne quis Christianos persequeretur, ut captiui & uincti soluerentur, ut bona publicata legitimis possessoribus suis restituerentur. Ad hæc in primis maturauit ecclesias DEI restaurare, easq; donarijs exornare: simulacrorum uerò aras ex ipsis prorsus eruere fundamentis, atque igni comburere: ac si quos illæ habuissent prouentus, eos diuinis consecrare templis. Quæ omnia mira celeritate sunt confecta. Totis autem septem diebus ciuitas Romana celebrem ob uictoriam eam egit cõuentum: simul & authorem illius DEVM, triumphalemq; crucis armaturam, & uictorem ipsum Constantinum laudans, honoribusq; dignis prosequens. Septimus tum à morte patris Imperij Constantini agebatur annus. Et quum ille unà cum Licinio, qui nondum insanire atque furere contra DEVM cœperat, debitum DEO præstitisset cultum, ambo consentientibus sententijs constitutionem optimam pro Christianis edidere. Præterea quæ à DEO eis præter spem & opinionem omnium accidissent res mirificæ, & ut Maxentius deuictus esset, tum autem & constitutionem eam ad Maximinum Orientis tyrannum, amicitiam adhuc erga eos præ se ferentem,

Statua Constãtini Imperatoris cum uexillo crucis Romæ collocata.

Statuæ eius inscriptio.

Pia Constantini in urbe Romana opera.

Supplicationes propter uictoriã Romæ peraguntur. Edictum Constantini & Licinij pro Christianis.

uerbis ampliſsimis perſcripſerũt. Ille porrò factũ id grauiter ferens, ut arte quapiam, ne illis obnoxius eſſe uideretur, effugeret, (nam edictum ad ſe miſſum reijcere, q̃ illos ut potentiores & maiores metueret, non facile ei erat) quid nam excogitauit? Simulauit ſcilicet, & finxit, ſe conſilio proprio motum, de Chriſtianis benignius ſtatuiſſe, & ad populos ſibi ſubditos pro eis literas, res nõnullas commemorans quas nunquam fecerat, dedit. Itaq̃ conſultò ſeipſum fallens atq̃ deci piens, mentitus eſt. Quæ autem ſcripſit, erant huiuſmodi.

CAPVT XXXI.

Edictum Maximini pro Chriſtianis per hypocriſim excogitatum, & ui ab eo extortum.

IOuius Maximinus Auguſtus Sabino. Et fortitudini tuæ, & homini bus omnib. notũ eſſe, perſuaſum habeo, Dominos noſtros & parentes Diocletianũ & Maximinũ, quum uiderent mortales penè omnes Deorũ relicto cultu, ſe Chriſtianorum genti adiungere, rectè conſtituiſſe, ut omnes qui à Deorũ immortalium religione deſciuiſſent, coercione & uindicta publica ad eorundẽ Deorũ cæremonias redire cogerentur. Poſteaquã uerò ego primùm feliciter & auſpicatò in Orientẽ peruenj, atq̃ cognouj, in quæ loca quãplurimi homines, qui reipub. cõmodi & utiles eſſe potuiſſent, à iudicibus & præfectis, ob eam quã dixi cauſam, in exiliũ acti fuiſſent: iudicibus eis omnibus mandauj, ne quiſq̃ eorum poſthac crudelius quicquã de prouincialibus ſtatueret, ſed potius blãdiore cohortatione eos ad Deorũ ſacra reuocaret. Quapropter quum ita iudices, ut par erat, iuſsis meis obſequerentur, euenit, ut nemo prorſus in Orientalibus partibus uel in exilium mitteret, uel iniuria atq̃ contumelia afficeretur. Et plericq̃, q̃d nihil grauius duriusq̃ in eos conſtitueretur, ad ad Deorũ religionẽ rediere. Poſtea uerò quũ anno proximo Nicomediam feliciter ingreſſus eſſem, ibiq̃ manerẽ, uenerunt ad me eius urbis ciues cum Deorũ ſimulacris: & me magnopere rogarunt, ut modis omnib. curarẽ, ne genti ei, in patria eorũ domicilium habere permitteret. Quibus reſpondi, me quidem eorũ petitioni perlibenter gratificari uelle, ſed nõ ab omnibus ex æquo preces eas apud me fieri. Quod ſi qui in ſuperſtitione eorũ perſeuerarẽt, liberũ id eis, pro uniuſcuiuſq̃ arbitrio & uoluntate eſſe: neq̃ tamen eos, ſi ad Deorũ religionem agnoſcendam redire uellent, prohiberi. Sedenim & Nicomedienſibus & aliarum urbium ciuibus, quæ & ipſe eandẽ petitionem, uidelicet ut ne quis Chriſtianorum ciuitates incoleret, magno ſtudio & contentione apud me interpoſuere, neceſsitate quadam benignè reſpondi: me quoq̃, quoniam idipſum etiam antiqui Imperatores omnes ſeruaſſent, & dijs ipſis, per quos omnes homines cum ipſa rerumpublicarum gubernatione cõſiſtunt, placuiſſet, petitionẽ eiuſmodi, quæ de diuinorũ numinum cultu cauſam ad me referret, cõfirmare. Proinde etiamſi antehac deuotioni tuæ potiſsimũ per literas ſignificatũ, & per iuſsiones itidẽ mandatum eſt, ut ne quid cum prouincialibus præfecti, quibus tot tantorũq̃ populorum cura eſt iniuncta, durius ſeueriusue agant, ſed clementer, moderatè & patienter eos ferant: nunc tamen uiſum quoq̃ eſt ſcripto iſto fortitudinẽ tuam admonere, ut illi neq̃ à beneficialibus, neq̃ ab alijs quibuſcunq̃, iniurijs afficiant, uexentur, excutiãtur, ſed potius ut humanis benigniſq̃ exhortationibus Deorum curam & cultum agnoſcere perſuadeãtur. Itaq̃ ſi quis iudicio ipſe ſuo Deorum religionem ſuſcipiendam duxerit, eum complecti decet: ſi qui uerò cæremonias ſuas ſeiunctim ſequi malunt, arbitrio poteſtatiq̃ ſuæ relinquendi ſunt. Dabit ergo deuotio tua operam, ut quod mandatum ei eſt, ſeruetur: & ut nemini poſthac prouincialium noſtrorum à religione ſua reuocandorum facultas permittatur. Porrò ut iuſſa hæc noſtra ad notitiam ſubditorum noſtrorum perueniant, conſtitutione à te publicitùs propoſita curare debebis.

Hæc

CAPVT XXXII.

A HAec quum ita nõ ex ſententia, ſed neceſsitate adductus mãdaſſet, minimè uiſus eſt uera dicere, eis qui in animis ſuis conſiderabant, paulo eum antè per iudicij ſui inconſtantiã, longè alia ac diuerſa cõſtituiſſe. Quapropter nemo publicè conuentus cogere, nemo liberè quæ legitimi cultus noſtri ſunt peragere audebat. Neq̃ id reſcriptũ ipſum uolebat, q̃d ſecuritatẽ tantũ nobis ab iniurijs & contumelijs concedebat: minimè aũt conuentus agere, diuinas domos exrtuere, & alia quæ ſolita conſuetaq̃ nobis ſunt facere, permittebat: quũ quidẽ ea omnia ueræ pietatis paciſcq̃ noſtræ dux & author Imperator Cõſtantinus, unà cum Licinio, literis ſuis ad eum omneſq̃ ditioni & imperio eorum ſubiectos populos datis, permiſiſſet. Cæterùm impio illi hæc diſplicuere: quãuis poſtea diuina uindicta coactus, uel ingratis eadem quæ illi conſtituerãt, ſancire neceſſe habuerit. Præcipua aũt eius uæcordiæ cauſa erat, q̃ magnitudinẽ Imperij q̃d ei obtigerat, ferre atq̃ ſuſtinere nõ poſſet: quamobrem cogitationibus & conſilijs ſtultis actus, ineptè & perperã res gerebat. Iam & inani in animo ſuo inflatus arrogantia, per temeritatẽ & confidentiã opponere ſe auſus eſt Imperatoribus, qui eũ multis atq̃ incõparabilibus modis longè antecellebant, genere, educatione, inſtitutione, prudentia, dignitate, uera erga DEVM pietate, atq̃ in rebus omnib. officioſa, decẽti, & moderata animi conſtitutione: quæ uirtutes in eis ut præcipuæ & maximè illuſtres, præ alijs mirificè elucebant. Ac primùm quidem in ſolitis quæ publicè fiebant acclamationibus & uotis, primo loco ſe renunciari curauit: deinde autem amentiam in inſaniã uertens, fœdera cũ Licinio antea pacta rupit. Et quum in animo ſecum ipſe reputaret, quæ per uim & efficaciam crucis Maxẽtio acciderant, non ſolum contra Imperatores, uerum
B etiam aduerſus crucifixũ CHRISTVM arma ſumpſit. Et terrore correptus, pau latim rurſus perſequutionem in Chriſtianos permiſit. Quo tempore multi ſanè admirandi & fortes uiri in martyrij ſtadio ſtrenuè curſum peregere.

Parũ edictum hoc Chriſtianiſmo profuit.

Maximinus ad imperandũ parum cõmodus.

Conſtantini & Licinij laus.

Maximinus aduerſus Licinium res nouas molitur.

Chriſtianos de nuò perſequitur.

CAPVT XXXIII.

HAec quum diuus Imperator Cõſtantinus audiuiſſet, atq̃ in primis cognouiſſet, ut ille apertã aduerſus Chriſtianos perſequutionẽ renouarit, q̃ à puero malitiam & flagitia omnia odiſſet, animũ deſpõdit, ſeq̃ ipſum curis macerauit, ſedulò cogitans quomodo hũc quoq̃ è medio tollere poſſet. Atq̃ eum talia meditantẽ, quum nondũ ſacro tinctus fuiſſet lauacro, ex improuiſo grauiſsimè ægritudo quædam occupat, plaga certè ingens & prodigioſa, quæ per corpus totũ ſerpens, atq̃ idipſum exulcerans, ac ueluti unũ uulnus efficiens, anhelitũ eius quem acerbè & grauiter ducebat; frequenter atq̃ adeò continuè rumpebat, & paulo pòſt in leprã radicibus altè actis corpore totò euadit. Ad quam curandam multi magi & incantatores, multi etiam ex Perſide aderant impoſtores. Hi tantũ abeſt ut quicquã ei profuerint, ut morbum etiam ipſum adauxerint. His etiam ſuperueniunt Græci, qui Imperatoris in religionẽ mutationẽ ægreferentes, per morbum eum, tanquam opportunum quoddã auxiliũ oblatum, illum impoſturis ſuis ad partes ſuas pertrahere conanť: & monſtroſè oſtendũt, in Capitolio lacũ ſiue piſcinã fieri oportere, in qua innocentium puerorũ ſanguine, eoq̃ recenti adhuc & uaporante repleta, ſi Imperator lauaret, facile eum curatum, corpuſq̃ eius purgatũ iri. Aliter uerò, ut à tali lepra mundetur, fieri nõ poſſe. Ea re tam noua quũ illi homines decepiſſent, derepentè infantes plurimi cõgreganť. Et iã tẽpus adeſt, carnifices q̃ ſe ad illorum cædem expediũt. Adeſt iã & Imperator ipſe. Ecce aũt matres puerorũ adueniũt, capillis paſſis, mãmillas decẽter quodãmodo ſuboſtendẽtes, lactis copia anguſtiã & dolorẽ illis

Conſtantinus de bello Maximino inferendo cogitat.

In lepram incidit.

Sanguinarium remediũ Græci contra lepram Imperatoris inſtituũt.

Id propter pietatem Constantinus resciſcit.

illis parientes. Hæ ululatu & planctu cœlũ cõplent. Porrò Imperator cauſa tanti luctus cognita, miſericordia cõmotus, mulierculis cõdolet, & pro humanitate ſua ſumma ſententiã mutat: potiuſq; æger eſſe uult, q̃ per tam abominandũ ſce- A

Imperatoria eiuſdem uox. Conſtantinus à Deo pietatis mercedem capit.

lus cõualeſcere. Itaq; prolixè illacrymãs: Romani, inquit, Imperij dignitas & am- « plitudo fontẽ atq; radicẽ uerã habet pietatẽ, ut igit̃ ex ea me prouenisſe omnib. « liquidò oſtendã, ualetudinẽ meã innocentiũ puerorũ uitæ poſthabeo. His uer- « bis dictis, ſolida prorſus beneficẽtia acerbiſsimũ matrum dolorem ſolatur & auſert: ſimulq; domũ reuertitur. Enimuero nocte proxima bonitatis eius fructũ percipit ampliſsimũ. Petrus enim & Paulus, Apoſtolorũ principes, ei apparẽt,

Petrus & Paulus ei apparẽt, & remedium morbi indicãt.

& dicunt: Conſtantine, nos ſumus Petrus & Paulus à Domino DEO ad te miſſi, ut ſignũ tibi & indiciũ ſalutis exhibeamus. Deinde eum hortanẽ, ut Antiſtitẽ ſacrorum eius urbis Sylueſtrẽ inquirat, apud quẽ piſcina ſit, in qua ſi lauaret, celeriter morbũ omnem ceſſurũ: idq; ea gratia, q̃ innocentibus & incorruptis infantibus uitã donaſſet. Porrò ut eum ſomnus reliquit, medicum aſtantẽ longiſſimè à ſe repellit, nõ iam arte aut ope humana ſe indigere dicẽs, auxiliũ deinceps

Colloquiũ Cõſtantini & Sylueſtris Rom. Pontificis.

& ſalutẽ ab altiſsimi manu aduenturã. Itaq; medicus ab eo diſcedit. Vt aũt Sylueſter accitus affuit, & ea qua decuit, obſeruantia & ueneratione cõſidere iuſſus eſt, haberet ne deos Petri & Pauli appellatione, diligenter eum Conſtãtinus eſt percunctatus. Ibi Sylueſter: Nobis, inquit, ó Imperator, dij multi non ſunt, ſed unus, cuius opus eſt uniuerſum hoc. Petrus uerò & Paulus, quos dixiſti, dij prorſus nõ ſunt, uerùm ſerui & Apoſtoli DEI, qui q̃d præcipuè propter egregiã fidẽ charitatiſq; ardorẽ & deſideriũ DEO chari gratiq; fuere, ſanctitatis arcẽ occupa runt, primũ inter ſanctos locũ obtinentes. Primi quippe ipſi gentibus omnibus diuinitatẽ Domini noſtri IESV CHRISTI annunciarunt, atq; ab ipſis eccleſiæ oẽs initia ſua ſumpſerũt. Atq; illi opere & curſu ſuo cõpleto, per martyriũ ex hac B uita migrarũt, & nunc amici ſunt Omnipotentis. Vbi uerò ſacras quoq; illorum effigies requiſiuit, & Hierarcha eas illi exhibuit: tum re certius cognita, eos ipſos

Via Conſtantini ante baptiſmum opera.

eſſe quos uidiſſet, cõfirmauit. Itaq; pro purpura ſaccum ſumit, & diebus ſeptẽ ieiunio & orationi uacat, idolorũ tẽpla claudit, carceres aperit, per miſericordiã multã liberaliter oẽs muneratˇ, & tandem ad ſacras undas procedit. Vehemens

Eccleſiæ oratio pro eo.

aũt & intẽſa ab eccleſia omni, ita ut Sylueſter iuſſerat, oratio fiebat. Antiſtes porò ad aquã baptiſmi reſpiciẽs: Hæc (inquit) Imperator, aqua diuina uirtute per

Vis aquæ baptiſmi.

inuocationẽ uiuificæ Trinitatis cõcepta, ſicuti extrà corpus hominis abluit, ita etiam animã intrà à ſorde & inquinatione omni mundificans, ſplendidiorẽ radijs ſolaribus efficit. Et iam oleo unctus lauacrum ille ingreditur, atq; more recepto

Baptiſmi ceremoniæ.

ſanctiſsimæ Trinitatis fit inuocatio. Et ecce lucis inenarrabilis ſplẽdor alicunde emicans, locũ eum illuſtrat, & ſonus quidã admirãdus ueluti pſalterij & lyræ abſoluta harmonia & concentu redditus exauditur. Egreditur deinde Imperator

Conſtantinus in baptiſmo lepram abijcit.

optimus è lauacro, totus ſaluus & incolumis, perinde atq; carne recenti indutus, quibuſdam quaſi piſcium ſquamis in unda relictis. Atq; ibi beato quoq; Sylueſtri dixit, ſe quum adhuc in ſacris eſſet undis, manus cuiuſdam ueluti è cœlo miſſæ attactum ſenſiſſe. Vnà cum ipſo autem Criſpus etiam filius eius diuinum participauit lauacrum, & ambo candidam ueſtem induerunt.

CAPUT XXXIIII.

Conſtantini leges et actiones pro Chriſtianis.

MOx deinceps legem primùm fert, ut qui poſthac per blaſphemiã CHRISTO maledicere, aut quenquam qui eius cenſentur nomine, iniuria afficere auderet, dimidiam bonorum ſuorum partem amitteret. Et manibus ipſe ſuis ligone accepta, in palatio ſuo quod Lateranenſe dicitur, primus ter-

Templum Seruatoris in Lateranẽſi palatio à Conſtantino cõditum.

ram fodere, & eccleſiæ formã in nomen Domini noſtri IESV CHRISTI deſcribere

A bere cœpit. Deinde promulgauit, quicunq; egerent, & Chriſtianorũ ſacra colenda ſuſciperent, eis ſumptus & ueſtitum ex Imperiali ærario præbitum iri. Et multi, quibus hoc pij & religioſi uiri teſtarentˇ, gratiam eam & munus conſequebantur. Anno eo ſupra duodecim millia, qui baptizati ſunt, uirorum, extra mulieres & pueros, in rationem regenerationis ſunt relata. Et grex quidẽ CHRISTI quotidie incrementa ſua capiebat, ſimulacrorũ autem cultus paulatim diffluxit ac diſparuit. Porrò Senatu in baſilicã quæ Vlpia dicitur cõuocato, ſincera mente ſanxit, ne de cætero dij eſſe uel dicerentur, uel crederentur; non deos hominũ eſſe, ſed potius homines deos illorũ eſſe dictitãs. Et quum ſe ipſum ea in re apertum manifeſtumq; haberent exemplum, ut Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM ut DEVM uerum certumq; in cœlis regnantem adorarent & colerẽt. Et ne quis aliquid ueteris erroris apud ſe hærere ſuſpicari poſſet, ſinceritatis ſuæ indicium, templum in Palatio ſuum oſtendit. Populus porrò huiuſmodi Imperatoris dictis applaudens, quadrageſies Chriſtianorũ DEVM uerum DEVM eſſe exclamauit. Conſtituit præterea, uoluntarium, & non coactum baptiſmũ eſſe: neq; metu humano ad Chriſtianorum cultum quenquam accedere, uerùm uolentem caſto maturoq; conſilio, ſacro illorũ numero aggregari debere. Itaq; incredibilis in populo fuit lætitia, lege ea publicata: quòd nemo cõtra animi ſui ſententiam, ad aliam religionem pertraheretur. Cum eccleſijs ipſis monumenta ſancto-

Idem ſeipſum Chriſti fidelibus exemplar, quod imitentur, ſibi unum proponit.

Monumenta ſanctorum.

rum exornabantur, gratoq; & accepta in exilium actis præmia conſtituebanˇ; & quicũq; CHRISTVM profiteretur, is amicus Imperatoris eſſe promulgabatur.

CAPUT XXXV.

Conſtantinus Romæ baptizatus.

B VOd aũt Romæ à Sylueſtre ſacratus & diuus Conſtantinus baptizatus ſit, poſt Maxentij oppreſsionẽ, qui fortiſsimè ſub ſigno crucis eſt deuictus, ſatis oſtendit baptiſterijũ, quod ad hoc uſq; tempus, eius rei gratia in teſtimoniũ certiſsimũ Romæ aſſeruatur: ſicuti hoc de uiris natu grandioribus, qui ueritatẽ maximi faciunt, auditur. Nemini uerò mirũ uideri debet quod ante baptiſmum laudatiſsimus Princeps tanta gratia dignus iudicatus ſit, ut diuinam uocem ad ſe delatã audiret, ut uenerandam crucis formã in cœlo uideret, uteq; honorandas diuorũ & ſacrorũ apoſtolorum Petri & Pauli imagines ſpectaret. Dudum enim antea moribus Chriſtianus fuerat, & nomen eius in cœlis ſcriptum erat. Et nõ infidelibus tantũ, ſed & credentibus ſigna exhibentur. Qui in Oriente olim Arianæ ſectæ fuere, Conſtantinũ Nicomediæ ab Euſebio eius urbis epiſcopo iam moriturum baptiſmum ſuſcepiſſe, prodiderunt: propterea eum ſacrum lauacrum diſtuliſſe dicentes, q̃ id in Iordane fluuio perficere uoluerit. Id uerò ex eo facile refellitur, q̃ Eccleſia à Sylueſtre eum Romæ baptizatum eſſe certò prædicat. Quapropter teſtatũ omnibus eſſe uolo, ut hoc ſic etiam tutò & opinentur & credãt. Ariani enim malè ſentientes, animo & cõſilio diabolico hoc cõfinxerũt, nõ Romæ baptizatũ eum eſſe aſſerẽtes, aut fortaſſe eadẽ cũ illis ſenſiſſe aſtruentes, perinde atq; ab ipſis propterea baptiſmi gratiã ſuſceperit: quod abſurditatis & mẽdacij plenũ eſt. Quòd ſi enim nondũ ſacri lauacri particeps fuit, cõſequiˇ, eum neq; in Nicæna Synodo cũ patribus cõgreſſum eſſe, & cũ eis diuina myſteria nõ participaſſe. Quomodo uerò aliter benedictione eorũ dignus reputatus eſſet, & communis mẽſæ particeps fuiſſetˇ ſicuti hiſtoria tradit. Verùm Ariani quidem hæc ſic ludant, nos uerò ad hiſtoriã reuertamur. Neq; ſanè ignoro; quæ etiã Græci per ſycophantiam & calumniã crimina Conſtantino impingant. Dicunt enim illi, Conſtantinum, quòd quoſdam ſibi propinquitate & ſanguine iunctos interemiſſet, & Criſpum filium ſuum manu ſua occidiſſet, quem Fauſta nouerca, quaſi illam de incẽſto ſtupro compellaſſet,

Refutatio calumniæ qua Græci idololatræ Conſtantinum expetiere.

apud

Sopater philosophus. Plotini schola.

apud patrem detulerit, pœnitentia ductum, cum Sopatro philosopho, qui tum A Plotini scholæ præerat, de lustralibus purgationibus cõtulisse, illũq; respondisse, neminẽ prorsus tantarũ inquinationum reliquisse expiationẽ. Quumq; ea de causa in maxima esset solicitudine & anxietate, in Christianorũ episcopos eũ incidisse, qui illi polliciti sint, per baptismũ se non ea tantũ, sed multo etiã grandiora piacula purgare posse. Itaq; quòd uoti sui cõpos factus esset, uehementer eum lætatum, Christianarumq; sacra admiratũ esse: datoq; Christo nomine, subditis suis eam necessitatẽ imposuisse, ut Græcorum religionẽ abiurarent. Verùm hæc manifesta sunt figmenta, quibus Christianorũ fidem & pietatẽ ueluti per comœdiam traducere studuerunt. Crispus enim uigesimo imperij eius anno decessit, propter quẽ illi expiatione eum opus habuisse dicunt. Is quoq; multas pro Christianis superstes adhuc cum patre leges tulit, ut qui secundũ in imperio locũ haberet, & Cæsar esset: sicuti hoc hodie quoq; tempora legibus ipsis subiecta satis indicãt. Vbi uerò Sopater in Cõstantini colloquium uenit, qui soli ei oræ quæ ad Oceanũ & ad Rhenũ est, præfuit. Quum aũt aduersus Maxentium bellum gereret, & in Italia ageret, rebus Romanorũ tum dissidentibus, nõ facile erat se Gallis & Britanis immiscere, apud quos constat Constantinũ Christianorũ religionem suscepisse, prius etiã q̃ cõtra Maxentiũ pugnauerit, & Romã atq; in ipsam Italiã uenerit: id quod etiã & tẽpora & leges quas pro nobis sanxit, certò testificantẽ. Et ut cõcedamus, Sopatrũ facile cum illo colloqui, aut per epistolam agere potuisse: nõ tamen credibile uideatur, philosophum tantũ ignorasse, quod Hercules post liberorũ suorum necem, & Iphiti amici & hospitis eius cædem, Athenis mysterijs Cereris expiatus atq; purgatus sit. Satis porrò fuerit ostẽdisse, Græcos etiam ipsos fœdorum flagitiorum lustrales expiationes promittere solitos: eosq; qui ista confinxere, Sopatri magis accusatores esse. Non enim persuaderi possum, tam clarum in sapientia uirum talia ignorasse. De his satis.

Crispus Constantini filius, & Licinius iunior Constantini ex Constantia sorore nepos, Licinij senioris filius, plurimiq; nobiles & præclari uiri, &c. Cõstantini imperij anno, Faustæ Constantini coniugis dolo interfecti sunt. Põp. Oros. Cõstantinus imperij sui 22 anno Faustam interfecit in balneas ardentes conic ẽlam. Eutrop.

Herculis post parricidia patra taluſtratio. Mysteria Cereris.

CAPUT XXXVI.

IMperatoris mater Helena in prouincia tũ Bithynia agebat. Ibi Iudei B Imperatoris mutationẽ secum ipsi reputãtes, matri eius suadẽt, ut ad filiũ scribat, eumq; admoneat: Rectè quidẽ fecisse, q̃ ab idolorũ cultu discesserit: non rectè aũt, q̃ nouã Nazarenorũ religionẽ sit cõplexus. Quod illa ita fecit. Constantinus uerò acceptis à matre literis, ei id quod decebat rescripsit: & ex Iudæis quosdã Romã euocauit, ut cũ presbyteris Christianorum sermones per colloquiũ conferrent, & quæ pars meliora afferre reputaret, ut ea necessariò pars altera sequeret. Et iam quartùm, curãte ac prœeunte Cõstantino, cõuentus in Romana urbe cogebat, in quo Romanorũ quidem episcoporum uiginti quatuor erant: Iudæorũ uerò sacerdotes centũ & uiginti, in quibus duodecim reliquis præibant. In cõuentu & colloquio eo, Syluester princeps erat. Aderat in eo & Imperator ipse, & mater eius Helena, attentè & diligẽter utroq; audientes. Quum aũt sacratissimus Syluester eloquentiæ ui multis modis illos ita superaret, ut eum magna cum admiratione delecti illi Iudæi hianti ore stupentes audirent, efficaci responsionum eius persuasione cõsternati: quumq; postremò taurum ille ueneno enecatum, inuocato CHRISTI nomine restitueret, omnes ad pedes eius sunt prouoluti: cultumq; suo proiecto, idem de religione cum Syluestre senserunt, ita ut qui eo animo uenerant ut alios caperẽt, ipsimet sint capti. Hoc factum etiam beatæ Helenæ, ut de filio melius iam sentiret, persuasit. Quin & ipsa patriæ religionis cultu relicto, ad Syluestris procidit pedes, ab eoq; sacra fidei nostræ mysteria edocta; uera tandem tot tantisq; uirtutibus prædíti filij mater esse apparuit, eodem cum illo ardore & fide in CHRISTVM concepto.

Iudæorum & Christianorũ episcoporũ de religione in urbe Rom. colloquium.

Iudæi per Syluestrẽ ad Christianismũ adducuntur.

Helena Constantini mater Christiana fit.

Hæc

CAPUT XXXVII.

A HÆc quum cognouisset Maximinus Orientis tyrannus, nõ potuit nõ impatienter ferre. Quamobrem bellum irrecõciliabili odio maximũ mouit, breuiq; res omnes miscuit & turbauit, exercitũ collegit, ingentes innumeræ multitudinis copias cõtraxit, & ad pugnã se q̃ maximè potuit instruxit, spe & fiducia dæmonũ, nec non armatorũ plurima turba seductus. Itaq; etiã Imperator celeberrimus, unà cũ Licinio Cæsare, Roma terra mariq; Orientẽ uersus est profectus, cũ exercitu forti & robusto: quo tamen ille nõ tantum, quantũ ipsius crucis armatura, confidebat. Et posteaquã in Bithyniã ad locum qui Astacus dicitur, uentum est, cõtra scelceratũ hostem signa infesta iam inferentẽ, maxima cũ fiducia acie instructa progreditur. Iusserat autem Constantinus magnus crucis signũ præferri, quod à Romanis antea labarũ dicebatur, signis militaribus alijs longè præstantius, q̃ id à militibus præferri & adorari lege cautum fuerit. Quam ob causam etiam Constantinũ puto, celeberrimũ Romani imperij uexillum in CHRISTI signum mutasse, ut frequenti eius spectaculo & cultu subditi in desuetudinẽ pristinę superstitionis uenirent, eumq; solũ DEVM esse arbitrarentur, quem Imperator & duces eius colentes, propugnatore aduersus hostes uterentur. Hoc igitur signum præferri, & laborantibus periclitantibusq; cohortibus adesse, atq; à satellitib. per uices in humeris gestari, ordinesq; cum eo circuire iusserat. Salutifera hæc armatura quũ sic Constantini aciẽ præiret, Maximinus suis præcipit, ut quicunq; collimare certoq; iaculari possent, in signum id tela conijcerent, atq; in ipsum confertim cum impetu ferrentur. Quapropter is qui id ferebat (dicitur aũt Græcæ superstitionis fuisse) metu perculsus, alij portandum tradere festinauit. Atq; ibi alter quidam patre martyre prognatus, alacriter admodum prosiluit, thoracẽ & galeam longè à se abiecit, solaq; B tunica tectus signũ crucis arripuit. Porrò ille qui sibi à telorũ ictibus cauerat, lethali uulnere accepto cõcidit. Qui uerò sacratũ crucis signum ferebat, quãuis dense niuis instar tela in eum conijcerent, à nullo tamẽ est uulneratus. Nam præter opinionẽ omnem diuina quadam uirtute tela ab hostibus emissa, hastæ signi illisa atq; impacta, ab eo qui id ferebat in medio armorũ discrimine uersante auolabant. Dicitur præterea, atq; à DEI amantibus uiris creditur, nec alio unq; tempore qui signũ id tulerit, in siniſtrum aliquẽ decidisse casum, aut uulneratum captumue esse. Cæterum prælio cõmisso, tyrannus, qui detestandis magorũ imposturis fretus fuerat, interiore quoq; tunica abiecta, militarique habitu sumpto, cũ paucis admodum qui ei bene uolebãt, euadens, quàm celerrimè quò eum pedes ferebant profugit, & uicum alium alio mutans, uix se ex hostium manibus subduxit; reipsa uerum esse ostendens diuinũ illud oraculum, quod dicit: Non saluabitur rex per multas copias suas, & Gigas nõ saluabitur in multitudine fortitudinis suæ. & quæ in Psalmo sequuntur. Postquam uerò ex turpi fuga in ditionẽ suam peruenit, irã furoremq; omnẽ in sacerdotes & uates suos emisit, quorũ magicis incantationibus & impostoris adductus, tantum susceperat bellum: collectosq; ex ijs clarissimos quosque, ueluti præstigiatores ac seductores iugulauit. Christianorum autem tutelari DEO, non qualem antea, sed perfectam iam integramq; pro eis constitutionem proposuit, nec ita longo post tempore præter fatum fœda morte uitam finijt. Constitutionem eam his annectendam censui.

Bellum aduersus Maximinũ gestum.

Labarum, præcipuum Rom. signorũ uexillum, in crucis formã mutatũ.

Panopliæ siue armaturæ ui-ctricis Crucis efficacia.

Maximinus uictus profugit.

Idem magos, qui eum seduxerãt, iugulat.

Maximini mors.

CAPUT XXXVIII.

» IMperator Cæsar Caius † Valerius Maximinus, Germanicus, Sarmati-
» cus, Felix, Pius, Inuictus, Augustus. Omnibus nos modis cõtinuæ pro-
» uincialium nostrorũ cõmoditati prouidere, eaq; eis præstare uelle, quę

Rufinus habet Gallerius. Idẽ supra Iouius nominatus.

B omnium

omnium maximè fructuosa sint, & quæ ad usum utilitatemq; omniũ cõmunem A
Maximini serum pro Christianis editũ. faciant, reiq; publicę cõueniant, atq; animis omniũ chara gratáq; accidant, nemi « nem ignorare: sed unũquemq; hominũ, ad rem ipsam recurrentẽ, nosse, persua- « sumq; habere credimus. Quando quidem aũt manifestum antea uobis est, pro- « pterea q; à diuis parentibus nostris Diocletiano & Maximino præceptũ fuerat, « cõuentus Christianorũ tollendos esse, permultos à beneficialib. excussos spolia- « tosq; esse bonis suis, id quod in futurũ quoq; sic cõtra subditos nostros, quorũ « nos, q; ita facultates corũ & possessiones diriperentẽ, curã maximè gerere decuit, « procedere debuerat: datis proximo anno ad cuiusq; prouinciæ præfectos lite- « ris constituimus, si quis cõsuetudini tali aut obseruationi cultus eiusce modi ad- « hærere uellet, ut is nullo interposito impedimẽto propositũ suum teneret: necq; « à quopiam, quo minus facile absq; timore & superstitione omni, quod cuiq; pla- « cuisset faceret, prohiberet. Cæterùm ne nunc quidem latẽre uos potest, iudices « quosdam iussiones nostras nõ rectè accepisse: quapropter factũ, ut de eis homi- « nes nostri dissentire cœperint, lentiusq; ad religiones eas quas ipsi probassent, « accesserint. Sed enim ut deinceps omnis metus suspicio & dubitatio præcidatur, « constitutionẽ præsentem proponere uoluimus, ut omnibus sit notum ac manife- « stum, quicunq; sectã religionemq; istam cõplecti uolunt, licere id eis, ut ad numi « nis cultũ hunc quem sibi moribus sequendum sumpserũt, se cõferant, ex liberali
Hinc credibile certumq; adeò est, Germanos ecclesiás kyrchẽ appellare. « tate & gratia legis huius facere. Quin & κυριακὰ atq; tẽpla sua eis exstruere con- « ceditur. Vt aũt maior sit liberalitas hæc nostra, illud quoq; sanciendum esse du- « ximus: Si quæ sunt domus & prædia, quæ antea iuris Christianorum fuerint, & « parentũ nostrorũ iussionibus in ius fisci cesserint, aut à ciuitate aliqua teneãtur, « siue uenditio seu donatio aliqua interceſſerit, ut ea omnia in antiquũ Christiano « rum ius reuertantẽ, ut in eo quoq; pietatis & prouidentiæ nostræ percipiant fru- « ctum. Hæc ille postea scripsit, fortasse etiam ut Constantinum mitiorem sibi red-
Diuersum hoc prorsus ab priore est edictũ. deret. Edictũ porrò istud propositũ est nondum integro exacto anno, ex quo B
iussiones eius aduersus nos columnis incisæ fuerant. Et quib. antehac apud eum non dico regionem aliquã, sed ne solitudinẽ quidem incolere permissum fuerat, uerùm ut impij Deoq; prorsus carentes, ex locis omnibus eiecti, omnibusq; ma- lis expositi, atq; ferro, igni, bestijs, & innumeris suppliciorum, mortisq; generi- bus obiecti, tormẽta & cruciatus omnes sustinuerant: ij tandem religionẽ suam habere, & ædes sacras cõstruere iubẽtur, iuribusq; suis illis uti frui permittitur.

CAPVT XXXIX.

ATq; hæc post fugã, quasi insigni quopiam beneficio in ea affectus, & aliquid nostra causa, quamuis non ita ut cõmeruerat, passus, perinde atq; id propalàm cõfiteretur, scripsit. Quum aũt secundo nobiscum cõflictu congrederetur, uitã amisit: sed nõ ita ut decuerat decertans, neq; cum laude & gloria fortiter cadẽs. Namq; acies quidem eius in loco plano structa cõstitit. Ipse aũt domi se cõtinens, & tela effugiens, ueluti qui manus ad- uersus DEVM sustolleret, diuino in toto corpore suo afflígitur flagello. Confe- stim siquidem dolore ex anxietate summa correptus, in lecto uoluebaẽ, & inedia
Maximini morbus horrendus. tabescebat. Incensio aũt intra uiscera exorta, habitũ & formã omnem corrumpe- bat: extrinsecus etiã specimen eius deformabat, ita ut breui nihil in eo esset reli- qui, cẽ os aridũ, simulacro persimile, quod horrorẽ timoremq; spectantibus in- cuteret, & ut corpus eius tanq; animæ sepulchrũ, aut culeus quidã altius eam in se defossam cõtinens, esse uideretẽ. Et quum cerebrũ omne exustum esset, oculo-
Mors eiusdẽ. rũ orbes loco suo moti exciderunt, eumq; excæcarunt. Ipse porrò doloribus ma- ximis excruciatus, DEOq; confessus, mortem sibi accelerari orauit: postremoq; omnium

A omnium cõdignas se pœnas, pro flagitijs ac contumelijs, quibus proteruè & pe- *Hic Cæsar quadriennio, Augustus triennio per Orientem fuit. Diac.*
tulanter CHRISTVM esset persequutus, dare testatus, execrandam tandem il- lam egit animam. Verùm enimuerò hoc quoque ad hunc modum, qui tyran- norum omnium acerbissimus fuerat, è medio sublato, ecclesiæ statim ex ipsis fun- damentis excitantur, fidei uerbum liberius quàm antea prædicatur, idolorum fu- ror potius quàm cultus ignominiosè intercidit. Et ipse Maximinus primùm ut DEO inuisus & tyrannus, literis ubiq; propositis, publicisq; inuectiuis declarat. Statuæ eius & imagines, quęcunq; in urbibus in illius honorem erectæ fuerant, illæ quidem ex locis editioribus deiectæ cõminuuntur: hæ autem in facie fuligi- gine coloreq; atro oblinunt, ludusq; & ludicrũ illudere ei uolentibus proponun- tur. Et honores alij ueritatis inimicorum abolentur. Deinde etiã qui eadem cum illo senserant, partesq; eius sequuti fuerant, & superbius sacris nostris illuserant,
Peuectius. amici & familiares eius, iustas ferunt pœnas. Qualis Peucentius ille fuit, in ma- gna apud illũ ueneratione habitus, & amicorum omnium intimus, tertiùm ab eo cõsul creatus, alijsq; etiam honoribus gestis clarus. Lucianus quoq;, omni iti- dem dignitate ac potestate præcipuè ab eo exornatus, qui sanguine Aegyptio- rum, Christianorũ honores sibi & magistratus parauerat. Plurimi præterea alij, per quos potestatẽ Maximinus summã, ut omnib. terribilis uideretur, conse quu- tus fuerat. Comprehendit quoq; Theotecnũ uindicta non diu morata, propter scelera ea quæ aduersus Christianos cõmentus fuerat. Quòd enim propter no- uum illud simulacrũ & figmenta cõtra nos excitata, honore auctus fuerat, ad di- gnitates quoq; primarias est euectus. Et postquã Licinius Antiochiam perue- nit, & magorũ atq; impostorum turbam ad interitum adegit, affuere ibi recentis illius simulacri sacerdotes, tormentisq; affecti causam impostura suæ edere sunt
B coacti. Atq; illi ubi Theotecni fraudem prodidere, primùm Licinius Theotec- num occidit, deinde impostoribus illis dignam inflixit pœnam. Ad hos Maxi- mini liberi, & qui uel genere uel amicitia ei cõiuncti erant, adiecti, pariq; contu- » melia & pœna affecti, cæsi sunt. Quoniam non susceperunt disciplinam, neq; in- » tellexerunt, ut non confiderent in Principibus, in filijs hominum in quibus non » est salus: In die ergo illa perierunt omnes cogitationes illorum.

Sacerdotes ídẽ uãs Amici.

Liberi Maximini.

CAPVT XL.

Ecclesia Christiana florens.

YRannis Deo inuisis ita sublatis, res Imperij totius firmæ atq; incon- cussæ ad Constantinum & Licinium peruenere: qui pessimis illis op pressis, satis certò uim diuini auxilij experti, fidei suę generositatem, & ad uirtutem omnem propensionẽ, pro Christianis omnia mouen do atq; agendo, & leges pro eorum salute & securitate promulgando, abundè ostenderunt. Itaq; læta admodum & serena prorsus, nulla intercedente nube, ubiq; illuxit dies, & diuinus quidam mirificusq; ecclesias per orbẽ omnes splen- dor illuminauit, & res nostræ tutæ atq; extra inuidiam omnem positæ fuerunt. Abundè quilibet eius quæ à DEO immissa factaq; fuerat, pacis particeps factus
Pulcherrimus ecclesiæ Christianæ tranquillis secundisq; rebus status. est: & dominatione iniusta depulsa, liberalem unusquisq; cõspexit solem, solum uerum DEVM piorum propugnatorem laudibus uehens. Omnibusq; ingens in- cessit lætitia, res omnes quasi reuiuiscentes cernentibus, quæ dudum pestifera clade & calamitate interierãt. Itaq; magnifica templa amplitudine & sublimita- te ingenti, & longè cẽ antea uenustate & splendore maiore constructa: & quod omnium nobis est optatissimum, festi dies encæniorum nouarumq; dedicatio- num splendidè acti, sacræ ædes recens fundatæ, Episcoporũ undiq; conuenien- tium cõuentus celebrati: & CHRISTI membra amanter aliud aliunde confluen- tia, rursus ad unam harmoniam corporisq; constitutionem decenter compacta:

» atq;,ut cum Propheta dicam,os ad os, & harmonia ad harmoniam contracta: & A
» quæ præterea per oraculum diuinũ prædixit uerbũ, Vna diuini ſpiritus uis per
omnes peragrare cognita eſt,omnium una anima,& idem ſtudium: omnibus in
ore fuit,& ab omnibus exauditus eſt hymnus unus,diuinitatem uerbi DEI con-
centu pulcherrimo celebrans,cultusq; numinis purus & ſincerũ ſacrificium,ſan
ctiones & conſtitutiones eccleſiarũ,pſalmorũ cantus. Adhæc,diuini uerbi præ-
dicatio,atq; arcana myſticaq; miniſteria piè ſanctèq; peracta,& ſalutiferæ paſſio
nis inenarrabilia ſymbola & ſigna ſumpta. Aetas quoq; omnis, & omnis generis
homines,orationi & gratiarũ actioni incũbentes, conciliatorẽ & authorem tam
ſubitorum bonorũ laudarunt. Conciones orationesq; ad populum, pro eo atq;
tempus derepentè argumentũ ſuppeditabat,in conuentibus habitæ. Atque ali-
quis identidẽ in tam frequenti eccleſię concione humanus atq; modeſtus piusq;
uir,in plurimorũ hominũ præſentia,decenter & placidè aures præbentium, ora
tionem domi cõpoſitam in mediũ produxit. Qualis illa fuit, quam ad Paulinum
Extat hæc ora- Tyri epiſcopũ quidam optimè conſcripſit & recitauit. Paulinus porrò iſte apud
tio apud Euſe- Phœnices clarus, multa magnificè Tyri templa cõſtruxit: Atq; hæc quidem ſic
bium libro 10. tum agebantur. Mihi uerò minus moleſtum erit,conſtitutiones eas quas DEO
cap. 4. charus Imperator pro nobis publicauit, in opus hoc referre. Primo autem loco
eam ponam,quam ſis communiter cum Licinio,qui nondum in rabiem actus fu-
erat,pro rebus Chriſtianorum conſcripſit: quæ ſic habet.

CAPVT XLI.

Constantini & Licinij pro Chriſtianis edi ctum.

VVm quidem re probè deliberata,libertatẽ religionis nõ denegandã, B
ſed uniuſcuiuſq; arbitrio & uoluntati, ut pro ſuo quiſq; iudicio ſacra «
coleret,permittendã eſſe exiſtimaremus: Chriſtianos quoq; profeſsio «
nis ſuæ ſectã,cultumq; diuinũ ſeruare iuſsimus. Quandoquidẽ autem «
αἱρέσεις. multæ ac diuerſæ † optiones,in eo ipſo reſcripto,in quo eis talis eſt permiſſa po- «
teſtas,uerbis diſertis additæ eſſe uidebant, factũ fortaſſe eſt, ut quidã paulo pòſt «
ab huiuſcemodi obſeruatione religionis complectenda reſilirẽt. Quũ igitur ego «
Conſtantinus,& ego Licinius,Auguſti ambo, feliciter Mediolanũ ueniſſemus, «
atq; ibi in conſilio quæ ad uſum & utilitatẽ reipub. præcipuè pertinerent, inqui- «
reremus: inter alia plura,quæ cõmoda eſſe omnibus, ſeu prima potius uiſa ſunt, «
conſtituenda atq; ordinanda eſſe duximus,ea uidelicet, quibus honor & cultus «
diuini numinis continetur: hoc eſt,ut etiam Chriſtianis liberũ prorſus conceda- «
mus arbitrium,religionẽ quam uelint conſectandi. Vt quidquid tandem eſt diui «
ni & cœleſtis numinis,id nobis & qui ſub poteſtate & ditione noſtra degũt, om «
nibus propitium benignumq; eſſe poſſet. Itaq; ſententiã hanc noſtrã ſana atq; re- «
cta deliberatione in edictũ retulimus, ut nemini prorſus poteſtas præcideretur, «
quouis tempore Chriſtianorũ obſeruationem & religionem complectendi: & «
quem animo ſuo cõmodum congruentemq; eſſe crederet cultum, ſequendi, ut «
diuinũ numen in rebus omnib. propenſum atq; benignũ nobis eſſet. Aequum «
ſanè eſt, ut hoc ſic nobis placere,reſcripto iſto noſtro nũc ſignificemus: ut optio- «
nibus omnino ſublatis,quæ in prioribus ad deuotionẽ tuam datis literis noſtris «
de Chriſtianis continebantur, ſi quæ ſunt inſuper ſiniſtra prorſus & à clementia «
noſtra aliena,ea inducant. Proinde quilibet liberè & apertè, qui Chriſtianas cæ- «
remonias obſeruandas ſibi eſſe duxerit,eas ſine perturbatione & periculo omni «
tutò obſeruet. Quod ita ſolertiæ tuæ pleniſsimè indicatũ uoluimus, ut ſcias nos «
liberã abſolutamq; poteſtatẽ Chriſtianis religionis ſuæ colendæ decreuiſſe. Et «
quum deuotio tua animaduertat, tam abſolutã ipſis eſſe datam facultatem, aliis «
quoque ad ſacra ea & cæremonias tranſire uolentibus id facere ſciat eſſe permiſ- «
ſum.

A ſum. Id quod tranquillitati temporũ noſtrorum cõuenire manifeſtũ eſt, ut pote-
» ſtas unicuiq; ſit, pro eo atq; uelit, diuinũ colendi numen. Factum id à nobis, ne
» cui diuino honori aut cultui quidquam per nos diminutũ eſſe uideatur. Itaq; &
» hoc in perſonã Chriſtianorũ decernẽtes ſtatuimus, ut loca eorũ in quibus antea
» conuenire ſoliti fuerant, (de quibus prioribus etiã literis noſtris alio tempore ad *Reſtitui iubentur loca & bona ſua Chriſtianis.*
» deuotionẽ tuam datis, formam & modũ alium conſtitueramus) ſi ea aliqui uel à
» fiſco noſtro, uel à quopiã alio, emptione interueniente cõparauerint, ipſis Chri-
» ſtianis abſq; pecunia & abſq; repetitione ulla precij dati, citra omnem cunctatio-
» nem & deliberationem reſtituant. Quod ſi qui talia loca dono à quopiam acce-
» perint, aut etiã ex liberalitate & munificentia noſtra cõſequuti fuerint, ij ad præ-
» fectum cuiuſq; loci iudicis locũ obtinentẽ adeant, ut ipſorũ per benignitatẽ no-
» ſtram ratio habeatur. Atq; ea loca omnia, nulla interpoſita mora, corpori Chri-
» ſtianorum omnino reddi curabis. Et quoniam Chriſtianos ipſos nõ ſolum ea in
» quibus cõuentus agere ſoliti ſunt, ſed & alia loca habuiſſe cõſtat, nõ priuatim ad
» quenquam illorum, ſed ad ius corporis eorũ, hoc eſt, Chriſtianorũ pertinẽtia, ea
» quoq; omnia qua diximus lege citra ambiguitatẽ omnem Chriſtianis ipſis, hoc
» eſt, corpori ipſorũ, & cuilibet eorũ conuentui reſtituenda iubebis: eo quẽ dixi-
» mus ſeruato modo, ut uidelicet qui ea abſq; reſtitutione precij, ſicuti dictum eſt,
» reddiderint, indemnitati eorũ à benignitate noſtra prouideatur. Quibus in re-
» bus omnibus Chriſtianorũ, quod diximus, corpori operã ſtudiumq; tuũ, quo-
» ad poteris, præſtare debebis, ut iuſſa noſtra primo quoq; tempore impleantur:
» & ut per bonitatẽ liberalitatemq; noſtram, cõmuni & publicæ quieti cõſulatur.
» Ita enim futurũ eſt, quemadmodũ prædiximus, ut diuina erga nos gratia & beni
» gnitas, quam multis iam in rebus ſumus experti, perpetua nobis firmaq; maneat.
B Cæterùm ut eiuſcemodi liberalitatis & conſtitutionis noſtræ ſententia ad noti-
» tiam omnium perferri queat, cõſequens eſt, ut literis tuis præfixis, decretum hoc
» noſtrũ paſsim in locis omnibus proponas, & in notitiam omnium deducas, ne
» quempiam munificentiæ noſtræ lex latêre poſſit.

CAPVT XLII.

Eorundem cõſtitutio de bonis Eccleſiæ Catholicæ Chriſtianorũ reſtituendis.

SEcundam uerò hanc quæ ſequitur conſtitutionẽ promulgarũt, in ſo-
lam catholicã Eccleſiam liberalitatẽ talem collatam eſſe ſignificantes
» Salue Anyline, plurimũ nobis honorande. Liberalitatis benignita-
» tisq; noſtræ modus hic eſt, ut quæ alieni iuris ſunt, nõ ſolum nõ uio-
» lenter inuolari, uerumetiam reſtitui uelimus, Anyline reuerendiſsime. Quapro-
» pter præcipimus, quamprimùm literæ hæ noſtræ ad te perlatæ fuerint, ut quæ-
» cunq; bona ad eccleſiam catholicam Chriſtianorũ, uel in urbibus uel in locis a-
» liis pertinentia, ſiue à ciuibus, ſeu à quopiam alio occupata detineant, confeſtim
» eccleſijs ipſis reſtituantur. Prorſus enim conſtitutũ nobis eſt, ut quas antea eccle-
» ſiæ habuerũt poſſeſsiones, in ius earũ redeant. Quum itaq; deuotio tua mandati
» huius noſtri iuſsionem clariorem perſpiciat, operã dare debes, ſiue horti ſiue æ-
» des, ſeu quidlibet aliud ad ius eccleſiarũ pertinuit, ut hæc omnia eis quamprimũ
» reddantur, ut uidelicet te iuſsionibus hiſce noſtris cũ cura & fide paruiſſe intelli-
» gamus. Vale Anyline, nobis admodum honorande. *Hæretici non gaudẽt Catholicorum priuilegijs. Conſtantini L. Priuilegia. C. de hæret. & Man.*

Conſtitutio de immunitate clericorum.

Aliam quoq; cõſtitutionem ad eundẽ ſcripſerunt, in qua eccleſiarum miniſtros & præſides, à ciuilibus
» muneribus liberos & immunes eſſe iubent, in hunc modum: Salue Anyline re-
» uerendiſsime. Poſteaquam rebus multis conſtat, neglectam contemptam que
» religionem, per quam ſumma ſanctiſsimi cœleſtis numinis obſeruantia & reue-
» rentia cõſeruatur, ingentia rebus publicis intuliſſe pericula, eandemq; ipſam le-
» gitimè atq; ſanctè receptã & cultã, maximam Romano nomini felicitatem, pluri-

L. iuxta ſanctionem. C. de epiſcop. & cler.

maq; omnib. hominibus beneficia, diuina benignitate suppeditante, conciliasse: A
placitũ nobis est, uiros eos qui debita sanctitate & præcipua talium sacrorũ cu-
ra ministerijs suis per egregiũ sacræ religionis cultũ funguntur, laborũ suorum
digna referre præmia. Quam ob causam qui intra prouinciam tibi creditã in ec-
clesia catholica sunt, cui Cecilianus præest, functionemq; & operã suam sanctis-
simæ religioni præstant, quos Clericos nominare solent, eos ab omnib. prorsus
muneribus immunes conseruari uolumus, ut ne errore aliquo aut lapsu sacrile-
go, à cultu qui summo numini debetur, abstrahantur: sed potius citra omnem
perturbationẽ, religioni sacrisq; suis inseruiant. Qui sanè si cultũ suum, qui lon-
gè maximus est, DEO ritè exhibeãt, plurimũ rebus publicis uidenẽ afferre cõmo-
di & emolumenti. Vale Anyline, plurimũ nobis & honorate & desiderate. Edi-
dit præterea Constantinus quartã quoq; constitutionẽ, in qua ecclesijs pecunias
donat, ad Cecilianũ episcopum Carthaginensem ita scribens: Constantinus Au-
gustus Ceciliano episcopo Carthaginis. Quandoquidem usum nobis est, per
prouincias omnes Africæ, Numidiæ, & Mauritaniæ, certis quibusdã ministris
legitimæ & sacrosanctæ catholicæ religionis, aliquid ad sumptus tolerãdos lar-
giri, literas ad Vrsum Catholicũ Africæ dedi, eiq; significaui, ut ter mille pholles
dinumerandos tibi curaret. Quapropter ubi quam diximus pecuniæ summam
recipiendam mandaueris, omnibus eis qui in breui ad te ab Hosio misso designa
ti sunt, distribui eam iubeto. Ac siquidem deesse quidquã cõpereris ei summæ,
quo minus liberalitas quam erga omnes eos præstandam statuimus, impleatur:
ab Heraclide possessionum nostrarũ curatore, nulla interueniente dubitatione,
quod opus esse uideris, petere debebis. Ei enim, quum mecũ esset, iniũxi, si quid
pecuniæ ab eo exigeres, ut id absq; ambiguitate omni tibi expensum ferret. Et
quoniam audiui, quosdam nõ satis compositæ aut sanæ mentis homines popu- B
lum sanctissimæ catholicæ Ecclesiæ, praua quadã & subadulterina fraude per-
uertere uelle: scito me Anylino proconsuli, atq; etiam Patricio Vicario præfecto
rum, quum uterq; præsens adesset, eiusce modi mandata dedisse, ut inter alia om
nia, ad hanc quoq; rem, quam par est maximè, cõferant curã: neq; si tale quidquã
accidat, negligendum sibi putent. Itaq; si aliquos eiusce modi homines in ea ipsa
uaesania perseuerare uideris, sine omni procrastinatione ad eos qui dicti sunt iu-
dices accedes, & rem ipsam eis propones, ut illos quemadmodũ præsentibus eis
præcepi, castigẽt & coerceãt. Diuinitas magni DEI te in multos cõseruet annos.

Constitutio de donatione Cõstantini.

Catholicus Africæ.

De pholli Alciat. de prætorib. & honor. prætur. lib. C. 12.

Imperatoris possessionum curator.

Coercio hæreticorum.

Vicarius præfectorum.

CAPUT XLIII.

INsuper quintam etiam composuit constitutionem, conuentum epi-
scoporum agi præcipiens, ut cõcordia fieret, consensusq; unus eccle
siarum, ad hunc modum scribens Constantinus Augustus Miltiadi
episcopo Romanorũ, & Marco. Quandoquidem plures libelli à cla
rissimo uiro Anylino proconsule Africę ad me sunt missi, in quibus refertur, Ce
cilianum Carthaginensis urbis episcopum à quibusdam eius collegis, qui in A-
frica sunt, de rebus multis argui & accusari: mihiq; id graue & molestum accidit,
in prouincijs scilicet istis, quas deuotioni meæ diuina prouidentia suo ipsius ar-
bitrio suaq; sponte mandauit, & in quibus frequens est populi multitudo, tur-
bam aliquam & motum deteriorem ad seditionem concitandam reliquum esse,
dissidiumq; inter episcopos extare: placuit mihi, ipsum Cecilianum unà cum de-
cem episcopis, qui eum reum agere uidentur, & alios præterea decem, quos ipse
sibi ad causam suam necessarios esse arbitratur, Romam in nauim impositos mit
tere, ut ibi uobis, & item Reticio, Materno, & Marino, collegis uestris præsenti
bus, quos eius rei gratia Romam properare iussi, audiantur. Vt uerò causam to-
tam

Constantinus causam Cecilliani episcopi Carthaginens. antistiti Rom. et alijs quibusdam episcopis decidendam committit.

A tam ad augustissimam legem accommodare, atq; plenissimè de rè hac omni cer-
,, tiores fieri possitis, exempla scriptorũ Anylini ad me datorum literis meis adiun
,, cta, ad eos quos dixi collegas uestros misi: quibus firmitas uestra perlectis co-
,, gnoscet, quomodo ea quæ dicta est causa ritè atq; ordine sit decidenda, atque ex
,, æquo & bono finienda. Neq; enim sedulitatem diligentiamq; uestram latet, ea
,, me ueneratione sanctam catholicam Ecclesiam prosequi, ut nullum prorsus dis-
,, sidium aut seditionem in loco aliquo relictam uelim. Diuinitas magni DEI uos
, plures annos conseruet, reuerendissimi. Aliam itidem constitutionem uulga-
uit, ut alter quoq; conuentus cogeretur, in quo dissidium omne ex sacro presby
, terorum ordine tolleretur. Eius uerba hæc sunt: Constantinus Augustus Chre-
,, sto episcopo Syracusano: lampridem antea quum nonnulli prauè & peruersè à
,, sancta religione uirtuteq; cœlesti & catholica secta secessionem facerent, præci-
,, dere uolentes eiusce modi eorum contentionem & rixandi studium, cõstituera-
,, mus, ut accitis quibusdam ex Gallia episcopis, euocatisq; ex Africa ijs qui inter
,, se hostilem in modum peruicaciter & obstinatè contenderent atque certarent,
,, præsente quoq; Romano episcopo, id quod in controuersiam & concertationẽ
,, uenisset, in præsentia eorum diligenti cura & iudicio decidi componiq; posset.
,, Quandoquidem uerò, sicuti fieri solet, quidam salutis suæ cultusq; & obseruan-
,, tiæ, quæ sanctissimę sectæ debetur, obliti, odia atq; inimicitias amplius exercere
,, non desinunt, neq; rei iudicatæ acquiescere uolunt, per exceptionẽ obijcientes,
,, perpaucos quosdam sententiam tulisse, qui etiam prius ad decisionem celeriter
,, & cupidè ferendam accelerarint, quàm omnia quæ inquiri opus fuit, diligenter
,, & accuratè excussissent. Quibus ex rebus omnibus illud euenit, ut simul & illi
,, quos fraternam concordiam & unanimitatem obtinere decuit, turpi quodam,
B seu potius detestando more, per secessionem inter se dissideant: & hominibus
,, qui à sanctissima religione alieno sunt animo, occasio ridendi atque obtrectan-
,, di sit præbita. Itaq; prouidendum mihi est, quod dudum post sententiam latam
,, spontanea transactione compositum oportuit, ut id nunc tandem multis præsen
,, tibus finem debitum consequatur. Posteaquam igitur ex diuersis plurimisq; lo-
,, cis episcopos in Arelatensem ciuitatem intra Calendas Augusti conuenire iussi-
,, mus, tibi quoq; scribendũ esse censuimus, ut accepta à uiro clarissimo, Latronia-
,, no † Agitatore Siciliæ, publicæ uecturæ tessera: duobusq; alijs ex secundo ordi-
,, ne, quos ipse eligẽdos putaueris, tibi adiunctis, & pueris tribus qui in itinere uo
,, bis inseruiãt assumptis, intra eam diem in eum quem diximus locum peruenias.
,, Vt per firmitatem tuam, reliquorumq; qui ibi conuenient, unanimem & cõsen-
,, tientem prudentiam, controuersia quæ hucusq; non rectè per fœdam intestini
,, dissidij contentionem durauit, omnibus quæ hinc & inde ab ijs dicentur, qui in-
,, ter se dissident, quos adesse ibi etiam præcepimus, auditis, uel nũc tandem ad de-
,, bitum cultum, professionem, cõcordiamq; fraternam reduci queat. Incolumem
,, te DEVS omnipotens multos conseruet in annos.

Non uult Imperator pius, aliquod esse inter episcopos catholicos dissidium.

Commissio Imperialis de cõponendis inter dissidentes episcopos contentionibus.

Propter dissidia Christianorum apud infideles professio nostra malè audit.

nouũ inuentor.

Publica uectura Principe permittẽte olim episcopi in profectionibus ecclesiæ causa susceptis usi sunt. Tantæ illorum scilicet fuere opes & copiæ.

CAPUT XLIIII.

VIusmodi ille tum leges constitutionesq; ferebat, quũ uberrimè no-
bis DEVS pacem, cœlestisq; gratia libertatem prolixissimè dedisset.
Cæterùm id ferre nõ potuit antiquus ille generis nostri hostis. Con-
tinuò enim Licinium occupauit, eumq; à recta sententia abductũ, ad
inimicitias aduersus Constantinũ susc ipiendas permouit: quem ille, q magnam
in bello contra Maximinũ gesto gloriam cõsequutus fuerat, quùm Imperatoris
nomine decorauit, tum ei Nicomediæ Heracleæ quæ ad Thraciam est, atque
Orientis ditionem permisit. Licinius autem, quum ea quæ prioribus tyrannis

Licinij contra Constantinum res nouæ.

acciderant, nosset, (quæ quidem eum ut saniora sequeretur consilia, abundè sa- A
tis admonere poterant) & quum sororis Constantini maritus esset, dignitatéq;
& gloria ab illo secundas obtineret, imitatione eius abiecta, tyrannos, quorum
euersionem atq; interitum, si quis alius, & ipse maximè uiderat, æmulari maluit.
Quapropter quùm alia omnia paruipendit, tum affinitatem etiam & fœdera iu-
reiurando confirmata contempsit, uarios aduersus Constantinū dolos struens,
& benefacta mala gratia compensare studens. Ac primùm quidem insidias oc-
cultans, & amicitiam simulans, sæpe fraudibus illum aggressus, nihil tamen egit.
Inexpugnabili enim ui, utpote DEO charus, munitus erat: & quæ hostis ipse in
cordis latebris alia super alia struebat, facilimè ipse in lucem producta coargue-
bat atq; opprimebat. Tam præsens illi diuini cultus & pietatis armatura auxiliū
ad salutem attulit. Atque ipse quidem, qui in tanta apud DEVM esset gratia, oc-
cultos illius conatus ad hunc modum effugit. Ille autem quòd insidiæ clandesti-
næ ei minus ex sentētia succederent, DEO illas in apertum pertrahente, citra dis-
simulationem propalàm se aduersus Constantinum, fortasse autem dicere licet,
Licinius Christianos persequitur. etiam aduersus rerum omnium DEVM, quem ab eo coli sciebat, armauit. Pri-
mùm igitur paulatim Christianos, qui sub ditione eius erāt, premere atq; oppu-
gnare est aggressus. deinde mente ab insita sibi insania captus, manifestam con-
tra ecclesias commouit persequutionem: futurum ratus, ut Constantinus, reli-
gione periclitante, summo afficeretur mœrore. Neq; eum latebat, ecclesias pro
illo orare, atque studere ut sub illius essent imperio. In primis uerò delectu in-
stituto, † Christianos omnes é domo familiáq; sua exegit: militesq; qui dæmoni
bus sacrificare nollent, honore dignitatéq; spoliatos exauthorauit. Mox leges il- B
legitimas & iniquas tulit, in custodijs cōclusis misericordiam omnem claudens:
Fœda eiusdem tyrannis. & Christianis deprehensis, easdem quas maleficis pœnas decernens. Quid ego
nunc dicam, quæ ille prius inaudita de coniugijs statuerit? quæ nouo quodam
modo in defunctos admiserit? quantam auri & argenti uim à ciuibus exegerit?
ut nouas agrorum mensiones instituerit? aliasq; adinuentiones excogitarit? &
delationes illustri loco natorum & magna gloria uirorum receperit? quorum u-
xores per repudium ab eis separatas, impotentibus atque impudicis ad ludi-
brium dedit. Quid etiam dicam, quibus ipsemet in extrema etiam senecta uel uir
ginibus uel coniugibus quotidie libidinosissimè illudens, exsatiare tamen impo-
tentem suam petulantiam non potuerit? Sedenim quæ sequuntur flagitia eius,
Licinij in episcopos sæuitia. parua hæc & nihili quæ diximus esse coarguunt. Postremò namq; furori suo lon
gè maximo quasi uictus cedens, uim omnem in episcopos conuertit, quos mini-
stros DEI esse sciebat. Horum præclarissimos quosque clàm fraudulenter ene-
cauit, cædisque nouus planè & insolitus modus fuit. Ac quæ in Ponto & in ur-
bibus circum Amaseam is peregit, sæuitiam atque crudelitatem omnem longè
superant. Ecclesiæ namq; partim à radicibus ipsis euulsæ & solo æquatæ, partim
clausæ prorsum sunt. Sacerdotes autem magno cum contemptu perinde atque
malefici quidam, grauiora etiam quàm homicidæ, propter innumeros eis illatos
cruciatus passi, tandem ferro in minutas partes dissecti, in mare ut piscibus esca
fierent,

† *Confessio Auxentij ex Suida. Erat hic in palatio Licinij inter subscribas, quos Latini notarios uocant, illustri loco. In Imperiali autem quadam domo fons aquæ fuit, & super eo fonte Bacchi simulacrum: tum autem uitis ampla, quæ locum eum omnem tegens, multa cum amœnitate obrumbrabat. Huc quum Licinius ueluti deambulans, Auxentio, & multis præterea alijs eum officij gratia comitantibus, uenisset, & botrum ingentem & maturum è palmite pendentem conspexisset, Auxentio ut eum decerperet mandauit. Auxentius nihil prorsus subesse doli suspicatus, pugione quem ex femore suspensum gestabat stricto, botrum resecuit. Tum Licinius ad eum. Ad pedes Dionysij uuas depone, dixit. Auxentius uerò: Minimè gentium, inquit, Imperator. Christianus enim sum. Licinius rursum: Itaque ex aula, ait, confestim abibis, dignitate posita. Alterum tibi duorum istorum necessariò faciendum. Enimuerò Auxentius, nulla interposita mora, cingulum perquàm libenter solutum posuit, & aulæ discedens maledixit. Hunc aliquanto pòst, episcopi Mopsuestiæ antistitem legerunt.*

A fierēt, proiecti sunt. Nam aliorū piorum cædes quis enumerare queat? Solitudi-
nes etiam tum & montes inculti pro urbibus frequentabantur. Atq; ad eum mo-
dum qum animatus esset, quo cunq; se conferret, diripiebat omnia, & uastabat.
Quo tempore etiam exercitus dux Theodorus martyrio est defunctus, spectata *Theodori ducis martyrium.*
fortitudine uir, qui Heracleæ in Ponto habitans, Mariandynorum genti præe-
rat: & q; euocatus ad Licinium nō uenisset, hospitem ipsum habuit, eiusq; Deos
cōminutos egentibus dedit. Hunc Licinius etiamsi egregiè charū habuerit, mul-
tis tamē affecit cruciatibus. Nam & in crucē eum egit, & subulas in meatus secre-
tiores corporis eius immisit, postremoq; capite truncauit. Cuius corpus postea
in patriam eius Euchaitem magnificè deportatum, & ibi insigni templo cohone
statum est. Alius hic est à tyrone illo, qui in Amasea ciuitate sub Bringe Maxi- *Theodorus tyro martyr.*
miani præfecto holocaustum factus, supplicijs ignis fortiter pertulit. Sicuti & il- *Item Theodorus Pergensis.*
le, qui Pergæ in Pamphilia crucifixus, uitam hanc finijt. Quamuis omnes ij corpus
unum & spiritus unus in CHRISTO fuerint. Post Theodorum & Basileus A- *Basilicus Amasenus episc.*
masenus episcopus, quum prius intolerabilia tormenta esset perpessus, capitale
subijt supplicium. Sebastia quoq; urbs in stagno suo quadraginta illos egregios *Sebastienses 40. martyres.*
& diuinos uiros per frigus & undam mirificè DEO totos holocausti instar obla
tos uidit, quū Lysias adhuc & Agricolaus satellites propugnatoresq; eius super-
stites essent, inueniendisq; aduersus martyres nouis cruciatibus apprimè pollere
nt. Illorum porrò coniuges, quæ & ipsæ quadraginta numero fuere, Heracleā *Coniuges eorūdem itidem 40. martyres.*
Thraciæ abductę esse feruntur: atque ibi cum Amone quodam diacono tormen *Amon martyr.*
tis, quæ quisquam exprimere possit maximis, generosè & fortiter toleratis, cum
pulchra professione, per gladium uictimæ DEO sunt oblatæ.

CAPUT XLV.

B AD extremam ergo dementiā ruens, ita ut cœperat, defectionē suam
à fide in apertū proferre perrexit: & ad manifestā idololatriā cōuer-
sus, sacrificijs & uictimis mactatis, se facilius rectiusq; bellū eo modo *Licinius Apostata oracula de belli euentu consulit.*
expeditурum arbitratus, dæmones euocauit. Dicunt quoque sedu-
ctum eum à quibusdam qui uictoriam ei pollicebantur, Mileti oraculum Apol-
linis Didymæi, siue gemelli, consuluisse: eiq; de belli euentu perconctanti, à dæmo
nio responsum esse uersibus hisce:

* *Tē grandæue pater iuuenilis pugna fatigat;*
Et tua fracta iacet senio grauiore potestas.

Constantinus porrò Imperator DEO charissimus, uerecundia quadā singula-
riq; humanitate & modestia præditus, talia quū de eo audiret, seipsum primùm
cōtinuit, uicemq; eius qui indignus erat cui quispiā condoleret, admodū est mi- *Pius planè Constantini animus.*
seratus. Postquā uerò ad conatus illius hostiles nihil superesset, rabiesq; contra
CHRISTVM suscepta magis magisq; procederet, moderatam pro cōsuetudine
sua aliquantū contrahens mentē, & humanitatem iustitia temperans, subuenien-
dum eis esse qui ab illo tam crudeliter uexarentur, statuit: illud certū compertumq;
habēs, fructum pietati suæ, uictoriā, cœlitùs contra hostes suos propositum esse.
Quā ob causam honestatis uirtutisq; amori, malitiæ uitiorumq; odio misto, unà
cum pio filio Crispo, contra Licinium salutari armatura duce & auxiliatrice pro-
cessit. Et tandem ambo acie structa, ad Chrysopolim Bithyniæ urbem cum illo *Victoria Constantini aduersus Licinium.*
prælium comisere: omnibusq; rebus eis ritè atque feliciter cedentibus, uicto
riam ab hoste fortissimè retulere, peditatu illius omni naualiq; subsidio in *Licinius se Cōstantino dedit.*
fugam uerso. Ille porrò quum quid faceret, non uideret, seipsum uictoribus
dedidit:

* ὦ γέρον, ἦ μάλα σοὶ σε νέοι τείρουσι μαχηταί,
σή τε βίη λέλυται, χαλεπὸν δέ σε γῆρας ἱκάνει.

dedidit: ille inquã qui paulo antè minas ferociter spirauerat, atq; omnia potestati suæ subijcere cõtenderat. Imperator sanè more suo solito usus, uitam quidem illi donauit, eumq; sub custodia esse Thessalonicæ mandauit. Vbi uerò ille à moribus suis cõsuetis non discesſit, & fraudulenter insidiosa consilia captans, barbarorumq; multitudinẽ mercede cõducens, ut bello restaurato cladẽ acceptã sarciret, ad res nouas rursum spectare deprehensus est: Imperatoris iussu uitam ferro cæsus amisit, idẽ scilicet quod priores tyranni passus. Quandoquidẽ enim illorũ malis & aduersis rebus edoctus ad frugẽ & officium non redijt, eandemq; quam illi impietatẽ secutuus est, nõ immeritò in easdem quoq; fœdas calamitates decidit. Statuæ quoq;, & quæcunq; imagines eius in muris positæ atque insertæ fuerant, euersæ, erutæ atq; abolitæ sunt. Atque ille quidem ita uictus occubuit.

Licinij cædes.

Memoria eiusdem damnata.

CAPUT XLVI.

Tyrannorum interneccione, summa trãquillitas & felicitas ad Christianos peruenit.

TOtus aũt Oriẽs simul & Occidens sub Constãtini imperiũ peruenit: quas ille regiones, omnesq; circũcirca prouincias, nec nõ septentrionales atq; australes oras, tranquilla pace, metu omni depulso, repleuit. Itaq; magnifici ubiq; cõuentus celebrari, lætis alius alium oculis respicere, feruẽtiusq; subridere, mœrore pristino tristitiaq; eiecta, noua luce loca omnia relucere, in urbibus & uicis omnib. pæanes & hymni, primum quidẽ in rerũ omnium DEVM, deinde etiã in tantæ prosperitatis submin̄istratorẽ cani, memoria malorũ aboleri, obliuio impietatis induci, oẽs præsentibus bonis uberrim uti frui, maior etiã melior̃q; rerũ futurarũ spes esse, legũ uidelicet & constitutionum humanitatis plenissimarũ, bonorumq; aliorũ quæ tum liberè & propalàm iactabant, donationũ quoq; amplitudinẽ pietatis declarantiũ: quarum multitudinem quænam oratio enumerare queat? Siquidem publicitùs omnes Imperator ipse cohortatus est, ut in primis diuinũ numen piè colerent. Ita enim fore, ut omnia eis abundè prorsus suppetãt, omniaq; cœpta cum spe optima feliciter cedant. Sin à pietate tali & ueri DEI religione aberrarent, nihil eos & pace & bello cẽ res aduersas expectare debere confirmãs. Atq; hæc quidẽ nõ per iactantiam gloriabundus, sed gratiã DEI agnoscẽs & profitens protulit. Ita ille commodum se DEO ministrũ prębens, terras oẽs ditioni suæ subiecit, ut Christianorum religio cẽ maximè augereť: & qui in ea colenda cõstanter perseuerarẽt, illustres, maximè dignitatibus & honoribus fierẽt. Talibus igitur cõsilijs fretus, quæcũq; iam inde ab initio cõtra nos decreta fuerant, abrogauit, exules reuocauit, honores illis & bona sua, siue militaris dignitas, seu possessio fortè cuiquã adempta fuerat, restituẽs. Ecclesias ampliores publica pecunia cõstruxit, immunitatẽ ministris DEI cõcessit, cõuentus fieri permisit, aliaq; peragere iussit, quęcũq; ad Christianum pertinent cultũ. Postquã ad hunc modũ omnes in pristinã reuocauit libertatem, eisq; honores solitos bonaq; sua restituit, si qui sententia capitali damnati uitã finiuissent, genere proximos, si qui essent, adire illorũ hæreditates iussit: si nõ essent, loci eius ecclesiam in bona eorũ siue priuata seu publica esse, succedere lege lata præcepit. Atque hæc quidem sic Imperator rectè constituit, legitimeq; confirmauit: præterea uerò Christianis omnes profanos magistratus gerere permisit. Festos aũt Græcorũ dies, simulacrorũ uictimas, & orgia, incantationes, & sacra dæmonũ prorsus prohibuit & interdixit. Multa etiã ex prisca cõsuetudine in melius ab eo mutata. Apud Aegyptios eẽ cubitus nõ amplius in Græcorum delubra, sed in sacras nostras ædes deportatus, atq; ibi dedicatus est, quo incrementum exundantis Nili mensum dignoscebať. Spectaculũ singulari certamine cõcertantiũ gladiatorũ Romæ frequẽtari solitũ, ex eo tempore prohibitũ. Phœnices, qui Libanũ montem ad Heliopolim incolebant, uirgines suas ante legitimas

er pietatẽ uera res secundæ consistunt.

Christi animi mirifica propagatio.

Idolomaniæ abolitio.

πῆχυς, cubitus Nili. Plin. lib. 5. cap. 9.

L. unic. C. de glad. lib. xi.

A gitimas nuptias ad stuprũ prostituere desierunt, quod lege antea apud eos fieri receptũ erat. Templa altitudine & latitudine ampla extructa. Quæ uerò antehac iam ædificata fuerãt, instrumento Ecclesiastico & donarijs exornata. Nonnulla etiã ex ipsis fundamentis excitata sunt. Ad quæ omnia Imperator liberaliter impensas cõtulit, Episcopis eam rem curantibus, magistratibusq; iussu illius pecuniam ex publico præbentibus. Sauromatæ quoq; & nationes Istrũ accolentes, imperio eius subditæ, quæ gentium aliarũ uictrices, solos Romanos qui eis resisterent, habuerunt. Eas Constãtinus miraculorũ nocturnorumq; insomniorum denũciationibus deuicit. Quoscunq; aũt populos bello superauit, perinde atque cum CHRISTO de gloria contenderet, gratiã in se collatã, propagandæ religionis studio repẽdit. Omnes nãq; homines ad hanc solã colendam excitauit, & in omnibus prouincijs partẽ aliquã publicorũ uectigalium ecclesijs tribuit, donationemq; eam ratã esse temporibus seculisq; omnibus sanxit. Atque ut memoria cõtinua milites CHRISTVM colere assuefaceret, arma eorũ signo crucis exornauit. Et quùm, sicuti dictũ est, in Imperiali palatio suo tẽplum cõstruxit: tum † portatilem ecclesiam aliam fieri sibi curauit, quæ ubicunq; locorũ esset, & maximè in bello, circũferri posset, ut ne in solitudine quidẽ agens, ubi opus esset, DEVMq; colere & diuina mysteria participare deberet, ædibus sacris careret: ad quam ueluti ad tabernaculum semper pręstò fuere sacerdotes & diaconi, sine intermissione ministeria diuina, iuxta statas ecclesiæ cæremonias, obeuntes. Diem eum quẽ Iudæi primum numerarũt, & Græci soli dicarunt, Dominicũ appellauit, eumq; festum & feriatũ esse omnib. lege lata statuit, similiter & eum qui Sabbatũ præcedit, ut in ijs precationibus uacaremus, supplicationibusq; DEVM exoraremus: alterũ quidem, quòd in eo CHRISTVS resurrexit: alterum aũt propter crucẽ, à

B qua plurimũ sibi bonorũ prouenisse uarijs modis expertus fuerat. Quam etiam ob causam eam summopere in ueneratione habens, in numis suis & imaginibus omnib. insculpi inscribiq; fecit. Testantur hoc imagines eius habitu eo & forma propositæ. Supplicium crucis quod Romanis ex lege frequẽs maximè & usitatũ fuit, ex iudicijs sustulit. Et quùm diuini cultus augendi studiosus fuit, tum ferendis etiã legibus laudem & gloriã est cõsequutus. Nam impudicos illicitosq; concubitus, quos ante eum nemo inhibuerat, ipse coercuit, sicuti hoc ex constitutionibus eius legibusq; latis patet. Absurdas etiã illas apud Romanos leges, ne cœlibes in adeunda hæreditate coniugibus æquarenť, neue præterquã genere propinqui quicquã ex testamento lucrarenť: præterea ut qui liberos non procreassent, dimidia bonorũ parte mulctarenť, abrogauit: ne scilicet qui cœlibatũ complecterenť, quòd deteriore maritis essent cõditione, minus eã sectarentur uitam, quæ se in studijs DEO placitis sedulò exercet. Quin ut ij qui per continẽtiam in cœlibatu uitã degunt, præcipuũ quiddam præ illis haberẽt, sanxit: ut cœlibes scilicet oẽs, etiã impuberes, pro eo atq; eis uisum esset, testari possent: contra cõsuetudinem quę olim apud Romanos obtinuerat, qui leges tales tulerant, ut urbem seditionib. bellisq; ciuilib. ante eiusmodi sanctionẽ exhaustã, ciuibusq; orbatam, matrimonijs liberorũq; procreatione frequentiorem redderẽt. Qua uerò Imperator Cõstantinus obseruantia erga professionẽ fidei nostræ fuerit, abundè illud quoq; testaťur, quòd clericos oẽs cõstitutione lata immunes liberosq; esse permisit: iudicium q; & iurisdictionẽ in eos episcopis, siquidẽ ciuiliũ iudicũ cognitionẽ declinare uellẽt, mandauit: & quod episcopi iudicassent, id robur & authoritatẽ sententiæ omnẽ habere debere decreuit. Firma quoq; & immutabilia esse uoluit quæ in Synodis cõstituta essent. Et quæ ab episcopis iudicata forẽt, ut ea à magistratibus respub. administrantib. militariq; quæ sub eis esset manu exequutioni manda-

Prostitutio uirginũ apud Heliopolim sublata.

Sarmatæ à Cõstantino uicti.

Donatio Constantini.

μετεφορητὸν.

Portatilis ecclesia.

L. Omnes iudices. C. de feriis.

Crux in numis Cõstantini impressa.

Crucis supplicium abolitũ.

Illiciti concubitus prohibiti.

Cœlibatus honoratus.

Veteres leges de contrahendis matrimonijs.

Immunitas Ecclesiastica.

Forum cleri.

Decreta Synodorum.

Libertas eccleſiæ. L. 1. & 2. C. de his qui in eccleſ. manum.

mandarentur, atq; ad rem collata perficerent, conſtituit. Libertatẽ quoq; eccleſiæ lege lata cõceſsit, & ut libertate ſacerdotibus teſtibus donati ciuium Romanorum numero aſcriberent. Quæ omnia tempus quoq; ipſum ad hunc uſq; diẽ, cõſuetudine probata plurimorũ annorum prævalente, cõfirmat. Atq; ille quidẽ magno ſtudio leges eiuſmodi cõdidit, rebus aũt ipſis cultũ diuinum ſedulò propagauit. Sed & ipſa religio per ſeipſam admodum uiguit, propter eorũ qui eam colebant uirtutẽ: quòd multi adhuc perſequutione ſopita ſupereſſent confeſſores. Et præter eos alij quoq; tum extitere magna gloria boni Apoſtolicíq; uiri, operibus ſimul & doctrinis fidem maximè exornantes, de quib. loco ſuo dicetur.

Confeſſores Chriſtiani.

CAPUT XLVII.

ROſtquam uerò & belli & religionis res ei feliciter ſucceſſerunt, Orientis ſimul & Occidentis regiones in ditionẽ eius peruenerũt, & ipſe ſolus Romanorũ Imperator factus eſt, Chriſtianiſmus indies magis ac magis propagatus eſt, & pax trãquilla per omne Romanũ imperium fuit. Et tum quidem Criſpus maximus natu filius eius, diẽ ſuũ obijt. Ipſe uerò reliquis filijs Cæſaribus dictis, & Conſtantino natu tum maiore Romam miſſo, contra Byzantios eſt profectus. Byzas namq; quidam genere Græcus, temporibus Manaſſæ Iudæorũ regis urbem paruã ſub nomine ſuo cõſtruxit, quam antiquitùs homines barbari incolentes, propterea quòd ſuis liberè uterentẽ legibus, & agreſtiores eſſent, Romanorum imperio ſubijcere ſe prorſus renuerunt. Itaq; poſt bellum in Bithynia cõtra Licinium geſtum, Nicomedia ſoluens Conſtantinus, bellum eis intulit. Byzantij porrò quum ceruicẽ ei ſubmittere, & tributum pendere nollent, pertinaciterq; Romanæ ſeruitutis iugum excuterẽt, res ad manus peruenit: ac prælio cõmiſſo, ſex millia primò in Conſtantini exercitu, deinde conflictu altero tria rurſum millia hominũ ſunt cæſa. Quo fortunæ ſucceſſu Byzantij ſublati, ut copias Romanorũ omnes cõciderent, diſpiciebant. Pauci namq; eo tempore cum Imperatore milites erant, omnibus ferè, exiguo excepto numero, ad præſidium Romanæ ditionis, quòd de Perſarũ expeditione & incurſione renunciatũ eſſet, miſsis. Veſpera diei erat, & Imperator languidus & mœſtus inopia cõſilij cõtinuè oculos in cœlum intendit: atq; ibi rurſum, itidem ut Romæ, quum contra Maxentium bellum gereret, ſcripturã ſtellarum ordine atq; diſtinctione conformatã uidit, hoc ſic ſignificantẽ: Inuoca me in die tribulationis tuæ, « & liberabo te, & glorificabis me. Stupore igitur percitus, rurſum oculos in cœ- « lum ſuſtulit, atq; iterũ Crucem ſtellis ſicuti antea effigiatã in cœlo, & inſcriptionem circum eam conſpexit, cuius hæc uerba erant: In hoc ipſo ſigno hoſtes omnes uinces. Et confeſtim in memoriam ei quæ antea acciderant, uenere. Poſtridie ergo claſsicum canere iuſsit, prælium q; rurſus cum Byzantijs commiſit: & quòd tropæum & ſignum Crucis præferri in acie mandaſſet, fortiter illos uicit, ſimul q; urbem ipſam cæpit. Victoriæ autem eius tropæum & ſignum eo loco ſtatuit, ubi nunc Porphyretica eius columna in magnam altitudinem ampliter excurrit.

Criſpi mors.

Oppidum Byzantium liberæ cõditionis, antea Lygos dictum. Plin. lib. 4. cap. 11.

Bellum Conſtantini contra Byzantios.

B

Videt iterũ ſignum crucis in cœlo Conſtantinus.

Conſtantini victoria.

CAPUT XLVIII.

AD tantam ſublimitatem quum imperium eius maximum pertigiſſet, urbem aliam Romanæ honore & magnitudine æqualem cõſtruere, ſuũq; ei nomen imponere ſtatuit. Erat tum iuxta Helleſpontũ in planicie ſub Ilio, ad Aiacis ſepulcrũ, ubi olim Achæi bellũ cum Troianis gerentes, ſtationẽ naualem habuiſſe dicunt: ibi urbis forma quæ ei uidebatur deſcripta, quibus locis portas extrueret, circumſpiciebat. Hoc ſic eum in animo agitantẽ, noctu apparens DEVS oraculo admonuit, exaduerſum Chalcedoni circũ Byzantium

Conſtantinus urbem Cõſtantinopolitanam condit.

A Byzantium quod cõſtituiſſet opus, eum perficere debere. Ille porrò iuſsis obſecundans, locum eum omnem circumiens occupat, ſyluã repurgat, ciuibus benignitatem gratiam q; ſolitã atq; decentem exhibet: naturaq; regionis & cœli temperata clementia & ſitu loci ſublimioris maximo perè delectatus, maximis eum mœnibus circumdat, & de nomine ſuo Conſtantinopolim uocat: Regiam magnificè ad mare, uarijs omnigenis q; ornamentis ex Oriente omni decoratã, conſtruit. Iuxta hanc ἱππικόν, ſeu circum equeſtrem inſtituit: & † porticus duas coctili latere in uſum uiatorum, ut ſub eis ambularent, proijcit: aliaq; inſuper multa ædificia animo ſimul & manu liberali ambitioſe circumcirca excitat. Addit lauacra, & fontes copioſarum & pellucidarum aquarum. Et quum † originarios loci eius, magnitudini tantæ urbis minus ſufficere uideret, ædes maximas per plateas paſsim extruit, uiriſq; et opibus & fama celebribus in colendas attribuit, quos uel ex ueteri Roma, uel alijs ex gentibus eò pertraxerat. Tributa q; & ad ſtructuram ciuibus, & in alimenta colonis, ut copijs omnibus urbs ea abundaret atque creſceret, deſignat. Amplam quoque curiam Senatui ædificat, urbem q; ipſam nouam Romam, & † Imperialem, nulla re ab altera illa differentem, nominat. Et maxima profectò illa cœpit incrementa, tum conditoris pietate atque inſigni erga DEVM amore, tum ciuium ipſorum religione, ſingulariq; ad benignitatem et commiſerationem propenſione. Tanta certè quidem ei ineſt ad perſuadendum, & ad CHRISTI fidem pertrahendum, uis & illecebra, ut omnes ferè & Iudæos & Græcos cõplectendũ ad Chriſtianæ uitæ inſtitutũ alliciat. Et ex quò ueram pietatem ſemel colere cœpit, nunquam aras, ſacrificia & cultum ſimulacrorum eſt experta, præterquam ſub impio Iuliano: quæ tamen
B macula paux illulum progreſſa, ſtatim reſtincta defluxit.

δύο ἐμβόλους εἰς συνεχῆ εἶναι τῶν ὁδῶν πόρους, αὐτέχουσας

βασιλεύουσαν.

Laus urbis Cõſtantinopolitanæ, propter ſincerum ueræ religionis cultum. Sed eam, proh dolor, à Turcis anno Dom. 1453 capta amiſit.

CAPUT XLIX.

URbem porrò recens conditam, quùm multis alijs decorauit ornamentis, tum præcipuè uarij generis ſimulacris & ſtatuis: quas ex Græcorum templis, ideo ſolo æquatis, ut obliuionem erroris illis induceret, huc tranſtulit. His adiecit lapides luculentos, tectorum faſtigia, porticus, columnas, alia q; quæcunque ſpectaculo digna eſſent. Multa præterea opera arte naturam ipſam æmulantia, ad ea quæ ibi fiebant, aliunde eò miſit. Multæ etiam urbes religione mutata, templis q; deorum direptis, ſimulacra, ut Imperatori gratificarentur, Conſtantinopolim perferenda curarunt. In foro autem, quod nunc quoque Conſtantini dicitur, Porphyreticam & maximam illam columnam Roma aduectam ſtatuit, in qua ſtatuam ſuam exære factam collocauit, quæ dextra manu ingens aureum malum continet: atque ipſi malo ueneranda crux ab eo infixa, cum tali inſcriptione: TIBI CHRISTE DEVS VERBVM HANC COMMENDO. Quatuor autem ſolidis firmiſq; abſidis pulchrè circumcirca baſi columnæ fundata, ſub ea ipſa baſi duodecim cophinos & ſeptem ſportas, nec non reliquias ſeptem panum, quibus benedictione conſecratis CHRISTVS multitudinem pauit: præterea dolabram Noæ, qua ille arcam conſtruxit, manibus ipſe ſuis Imperator, ſigillo ſuo ea omnia obſi-
C gnata,

Ornamenta urbis Conſtantinopolitanæ.

Statua Conſtantini.

In futuro Chriſti iudicio nec abſidæ gradatæ, nec cathedræ uelatæ adhibebuntur. Auguſtin.

* Ad reliquam felicitatem accedit, quod mare Conſtantinopolim pulchriorẽ ſitu reddit, circa eam ſe inſinuans quàm maximè, & in pelagus uaſtum exundans, admodum eam exornat, & tranquillos portus nautis præſtat. Duo namque maria, Aegeum & Euxinum, ea parte qua ad Orientem urbis ſpectat, confluunt, fluctuumq; mutua colliſione commoditatem & amœnitatem plurimam ex parte omni illi afferunt. Procop.

gnata, repoſuit. Quæ ad noſtra uſque tempora etiamnum urbi ipſi intactus inuiolatusq; theſaurus permanent. Iſtrum fluuium, qui Danubius quoque dicitur, ponte ſaxeo iunxit: eoq; tranſito, Scythicam gentem, quæ ultra id flumen coluit, ſibi ſubiugauit. Quo tempore ei denuò in cœlo ſalutifera illa armatura apparuit, uictoriamq; eam, ſicuti & antea, conciliauit. Templa porrò, quæ ubique terrarum ædificauit, quid attinet enumerare? Primum quidem manibus ipſe ſuis, quemadmodum diximus, Romæ in Lateranenſi palatio deſcribendo confirmauit. Quod ſanè palatium ipſe quoque ingentibus impenſis magnificè conſtruxit, & CHRISTO ſacrauit. In urbe Nicomedienſi, loco illuſtri, cui Brachię nomen fuit, templum uiginti millium martyrum ſplendidum excitauit. Sicuti etiam Antiochiæ κυριακόν, ſeu Dominicum, octogonum. Drepani item, ubi genitus eſt, in honorem Luciani martyris delubrum aliud extruxit, eamq; urbem, matri honorem deferens, Helenopolim cognominauit. Tria quoque Conſtantinopoli maxima templa SERVATORI CHRISTO conſtructa dedicauit: ſanctæ Sophiæ, ſiue Sapientiæ, ſanctæ Pacis, & ſanctæ Virtutis. Inſuper celeberrimis Apoſtolis templum quoque ſuum condidit. Eaq; omnia de inceps etiam à ſucceſſoribus imperatoribus magnificè ſunt inſtructa atq; ornata. Diuo itidem Mocio, & Acacio, & Agathonico, & Menæ, martyribus, ſplendida martyria ſeu delubra ædificauit.

A

Pons ſaxeus in flumine Iſtro.

Scythæ Pariſtrij ſubacti.

Tertiò crucē in cœlo Conſtantinus uidet.

Templa à Conſtantino cōdita

Lateranenſe palatium Romæ.

Drepanū, ſeu Drepana, Helenopolis dicta.

Eccleſiæ. ἁγίαι σοφίαι, εἰρήνης, ἀγαθῆς τύχης.

CAPUT L.

SEd & † in traiectu, & in loco eo qui Soſthenium uocatur, eccleſias duas archangelo Michaeli extruxit: * in quibus ſplendidè exornandis, ad Imperialem magnificentiam nihil omiſit. Mihi uerò moleſtum nō fuerit, hiſtoriæ huic inſerere earum ſtructurarum cauſam, & unde loco ei Soſthenij nomen ſit impoſitum. Memoriæ namque proditum eſt, Argonautas Græcorum quum ad eum quoque locum perueniſſent, prædari atque diripere regionem eam cœpiſſe: & ab Amyco, qui ibi rerum tum potiebatur, in fugam uerſos, palantes in quendam nemoroſum & incultum, propter denſitatem arborum, locum profugiſſe: ibiq; eis latitantibus, uirtutem cœlitùs adueniſſe, uiri ſpecie, alas ueluti aquilæ in humeris habentes, uictoriamq; aduerſus Amycum oraculo denunciaſſe. Illos porrò id ſequutos, cum illo conflixiſſe, uictoriam reportaſſe, ipſum unà cum copijs ſuis concidiſſe. Atque ut gratiam uiſioni ei referrent, fanum eos & ſtatuam, ea quæ eis apparuerat forma, in loco eo excitaſſe: nomenq; regioni Soſthenium indidiſſe, quòd ſcilicet robore ibi accepto ſalui euaſiſſent. Eam ſtatuam laudatiſsimus princeps Conſtantinus, quum in eam oram neceſſaria de cauſa diuertens uidiſſet, familiaribus comitibus que ſuis rem talem expoſuit: regionemq; eam cum ſtupore admiratus ibi manſit. Somni porrò capiendi tempore aſsiſtens illi uiſio ſtatuæ eius ſimilitudine: Ego, inquit, ſic ſum Michael archidux Domini Sabaoth uirtutum, Chriſtianorum fidei tutor: qui tibi contra impios tyrannos belligeranti, fideli

εἰς τὸ καθ' ἑαυτὸ πλοῖον

B

Soſthenium locus traiectui Conſtantinopolitano, qui dicitur, eregionè oppoſitus.

Diuus Archangelus Michael Argonautis apparuit.

Diuus Michael Conſtantino quoque apparet.

* De duobus hiſce ſancti Michaelis templis, Procopius Cæſarienſis ſic ſcribit: Littus utrunq; ad Conſtantinopolim ſingulari pulchritudine exornauit Iuſtinianus. Templa duo archangelo Michaeli, alterum exaduerſum alteri, ad fretū conſtructa fuere. Alterū in regione quæ dicitur αἰγίαλος, hoc eſt tranſitus, ſiue traiectus, in parte dextra Euxinum pontum nauigare incipienti. Alterum autem in littore huic oppoſito, quem locum ueteres πρόσχουσ, hoc eſt promontorium, propterea opinor quòd longius à littore in fretum procurrit, appellarunt. Hæc ipſa templa Imperator Iuſtinianus ui temporis deformata, denuò ex ipſis fundamentis reſtituit, ſtructura admiranda.

A fideli & germano illius miniſtro, auxiliaria arma contuli. Itaque è ſomno excitatus, regionem eam pulcherrimè excoluit, & ara Imperiali, magnificaq; manu & liberalitate in parte Orientali conſtructa, celeberrimum id templum ciuibus ſimul & aduenis reddidit. Maximè tamē ſacram eam ædem apparitionibus ſuis illuſtrauit Archangelus. Nullus enim graui quopiam caſu, aut in eluctabili periculo, aut ægritudine incognita, morbo deniq; incurabili circumuentus, † qui ibi DEVM orans implorauerit, non facile opem & auxilium inuenit. Et certò ſatis creditur, diuum Michaelem archangelum apparere ibi ſolitum, ſalutiferum eum efficere locum: cuius rei gratia, ab antiquis etiam Michaelium eſt uocatus. Sedenim quod antiquitùs eo loco Probiano accidiſſe, qui medicus in imperatoria cohorte militauit, audiui, dicam. Graui is correptus erat morbo, ex pedibus admodum laborās, iuncturis connexionibusq; eorum longo tempore diſtortis. Cæterùm ægritudine tali, uiſione diuina in eo templo prorſus eſt liberatus. Hic porrò, quòd Græca ſuperſtitione imbutus, ad Chriſtianam pietatem tranſierat, alia quidem religionis noſtræ quodammodo credibilia atq; probabilia eſſe dicebat: Crucem autem diuinam ſalutis cauſam eſſe, omnino non admittebat. Atq; in hac illi ſententia periculoſe ſatis perſeueranti, Archangeli uiſio aſsiſtens, Crucis ſignum, quod in ſacro eccleſiæ eius altari collocatum fuerat, exhibuit: diſertisq; uerbis oſtendit, ex quo tempore CHRISTVS ſit crucifixus, nullam eſſe rem quæ opitulari generi humano priuatim & publicè, finemq; debitum & effectum conſequi, abſque auguſti huius ligni uirtute poſsit, neque apud Angelos, neque apud pios ſanctosq;, quicunque ueri in DEVM amoris teſtimonium obtinerent, homines. Qua perſuaſione ſaniorem ille mentem recepit. Hæc hactenus. Ora autem hæc, ad dextram

Apparitiones ſancti Archangeli.

εὐεργεσίαι ἀποστάντος θεοῦ.

Soſthenium etiam Michaelium dictum. Probianus medicus Imperialis podagricus, ibi ſanatus.

Signi ſanctæ crucis uirtus.

B partem, ex Ponto Conſtantinopolim nauiganti, conſiſtit, circiter ſtadia triginta quinque ab ea, maritimo itinere: ſeptuaginta uerò inſuper pedibus fretum, quod in medio eſt circumeunti, diſtans. Eandem uim & gratiam quoque habet Archangeli delubrum, quod in ipſo, quem diximus, traiectu eſt. Verumenimuerò Argonautæ, ut in Pontum Euxinum peruenere, Aeeten propter † uellus aureum direptum fugientes, non eadem qua prius uſi erant nauigatione, in Græciam rediere: ſed mari quod ſupra Scythas eſt tranſmiſſo, per flumi-

ἅμαρ

na quæ ibi ſunt, ad Italiæ fines appulere: atque ibi hybernantes, * Emum oppidum condiderunt. Aeſtate deinde proxima, adiuuantibus eius regionis incolis, machinis quibuſdam Argo nauem ad quadringenta ſtadia terra trahentes, ad fluuium cui Acylis nomen erat, Eridanum influentem, perduxerunt. Eridanus uerò ipſe in mare, quod Italiam alluit, prouoluitur. De his autem ſatis.

λιμενόμαχοι ἀλῆται. Argonautarū in Græciā reditus.

Quamplurima ſanè alia quoque templa ubique Conſtantinus conſtruxit, aliaq; omnis generis ueræ pietatis opera perfecit: illud maximè ſtudio habens, ut Chriſtianæ religionis profeſsio per terras omnes quas ſol illuſtrat, propagaretur. Id quod ei ex ſententia ſuccedere perſpectum eſt. Pax certè optata Chriſtianorum rebus, ſcandalis impedimentisq; omnibus celerrimè ſublatis, affulſit. Sed iam tempus eſt, ut ſuus quoq; ſeptimo huic libro hiſtoriarum imponatur finis, uiginti & ſex complectenti annos: quorum ſanè uiginti Diocletianus & Maximianus Herculius in imperio peregerunt, reliquis ſex Gallerius,

Optimus Chriſtianorum ſtatus ſub Conſtantino.

Anni huius libri.

* Plinius libro tertio, cap. 18. Argo nauis flumine in mare Adriaticum deſcendit, nec procul Tergeſte. Nec iam conſtat quo flumine. Humeris traiectam Alpes, diligentiores tradunt. Subiiſſe autem Iſtro, dein Sao, dein Nauporto, cui nomen ex ea cauſa eſt, inter Aemonam Alpesq; exorienti.

Maximinus, Maxentius, et Lyciniustyrannidem exercuerunt. Quibus etiam ma A
gnus Constantinus in Gallijs nondum Augustus salutatus, & in urbe Roma re-
Anni Imperij Constantini Magni. rum summæ præfuit. Quos annos nonnulli Diocletiano tyranno contribuunt: alij uerò potius diuo Constantino, sicuti & nos, adscribunt. Atq; ijs subtractis, reliqui fiunt uiginti sex anni eius, quibus post tyrannorum euersionem solus ipse & unus Princeps sincerè acritè imperium administrauit. Et Occidente relicto, in Orientis, quod Nicomediæ fuit, Imperiale palatium est profectus, & dein ceps magno etiam studio urbem sibi cognominem condidit. Quo tempore à condito orbe fuit annus quater millesimus octingentesimus uigesimusprimus: à CHRISTI natiuitate trecentesimus sedecimus.

Licinio postremum oppresso, Constantinus solus imperauit annis 26. Cum Licinio & Maximino (Maxentium omitto) circiter annos 5. Ante hos Constans Chlorus, Constantini pater, & Gallerius Maximinus, postquam Diocletianus & Maximianus purpuram posuere, annos ferè 4. Duo isti simul 6. Diocletianus solus 4 annos.

OCTAVI TOMI CAPITA

I Repetitio eorum quæ dicta sunt, & dicendorum propositio.

II Breuis commemoratio rerum apostolici Constantini, à natiuitate eius usq; ad imperij initium.

III Ut Constantinus tyrannos uicerit, & Christianam amplexus sit religionem.

IIII De conditione urbis Constantinopolitanæ, ædificijsq; eius: & ut res Christianorum auctæ sint: & de pietate, uirtute, ac constitutionibus sancti Constantini.

V De Arij cum Alexandro contentione: de Melitio: unde, & quomodo, & per quas causas et occasiones ea contentio extiterit.

VI Qui ea tempestate magnarum urbium fuerint Episcopi: & de Episcopis qui ab initio Byzantij ecclesiam rexerunt.

VII Epistola Alexandri Alexandrini episcopi, ad Alexandrum Constantinopolitanum episcopum, de Arianis.

VIII Alia eiusdem epistola publicè uniuersis scripta, in qua Arius excommunicatur: in qua etiam Eusebius Nicomediæ episcopus perstringitur.

IX Quibus de rebus Arius ad Eusebium Nicomediæ episcopum scripserit.

X Quæ Eusebius idem Paulino Tyrio episcopo scripserit.

XI De Synodis pro Ario coactis, & de turba & confusione quæ orbem per Arium inuasit.

XII Ut Constantinus audita ecclesiæ contentione, Hosium Hispanum in Orientem miserit, ad concordiam inter dissidentes conciliandam.

XIII Epistola Deum diligentis Imperatoris, ad Alexandrum & Arium missa.

XIIII De prima uniuersali sancta Nicæna Synodo, quæ de ea Eusebius scribat.

XV Quæ ante Synodum sint acta: & de duobus philosophis, qui præter omnium opinionem in Christum crediderunt.

XVI Ut Imperator Synodum ipsam ingressus sit: & oratio eius, quam ad sacrum Episcoporum ordinem habuit.

XVII De quibus rebus Synodus decreta fecerit, & de sancto fidei nostræ symbolo.

XVIII De Episcopis qui per dissidium contra decretum Synodi pugnarunt: et quæ contra eos, ipsumq; Arium, Synodus & ipse Imperator constituerit.

XIX Quæ de Paschate & hæresiarcha Melitio Synodus decreuerit, et de sacris diuinisq; canonibus. Item quid Paphnutius confessor suaserit.

Quod

XX Quòd etiam Acesium Nouatianorum Episcopum Imperator in Synodum accuerit.

XXI Qualia Eustathius Antiochenus, & Athanasius Alexandrinus, Episcopi, ueræ pietatis propugnatores, de Synodi actis memoriæ mandarint.

XXII Epistola Eusebij Pamphili ad Ecclesiam suam, acta Synodi exponens.

XXIII Ut duo etiam mortui Episcopi & patres decretis Synodi subscripserint, Chrysanthus & Musonius.

XXIIII Quæ ipsa sancta Synodus Alexandrinæ scripserit ecclesiæ, de rebus in Synodo gestis.

XXV Epistola magni Imperatoris Constantini ad omnes ubique Ecclesias, de sanctæ Synodi actis, & de Arianis.

XXVI Quod Constantinus, liberalitatis & munificentiæ causa à charitatis affectu profectæ, Constantinopolim Synodo translata, publicum ei præbuit epulum: & muneribus omnes honoris gratia prosequutus, domum quemq; dimiserit.

XXVII Epistolæ magni Constantini de ecclesiarum restauratione, & sacrorum librorum cõparatione.

XXVIII Quæ magnus Constantinus Macario Hierosolymorum episcopo, de uiuifico Christi sepulchro scripserit.

XXIX Ut Imperatoris mater Helena Hierosolymis fuerit, & ibi crucem sanctam inuenerit, & quæ circa eam inuentionem sint acta.

XXX De ecclesijs quas Helena & Constantinus Hierosolymis & circa ea loca construxerit.

XXXI De Deo gratis operibus beatæ Helenæ, eiusdemq; obitu. Item de cognomine ei urbe: præterea historia fidem prope excedens, de sancto martyre Luciano.

XXXII De tribus magnificis crucibus, quas in magnis columnis Constantinopoli Constantinus collocauit: & mirifica de una earum narratio.

XXXIII Ut Constantinus Christianismum ubiq; terrarum propagari curauerit.

XXXIIII De Iberis, ut ij ad piam Christianæ fidei professionem sint adducti.

XXXV Ut etiam interioris Indiæ populi Christianismum sint amplexi, et natio itidem Armeniorum.

XXXVI Quid Saporiregi Persarum acciderit: de episcopo Simeone, deq; ijs qui cum eo martyrio sunt affecti.

XXXVII De Tabula Simeonis sorore: de Acepsima, & Mile, episcopis: aliisq; in Perside sedecim millibus martyrum.

XXXVIII Quæ Constantinus Sapori Persarum regi pro Christianis scripserit.

XXXIX De uita monastica, unde ea initium sumpserit, quid ea profiteatur, & quos habuerit authores.

XL De uita & instituto clarissimi inter Monachos Antonij magni, & sectatoribus eius: & de Paulo Simplici.

XLI De sancto Amone, & Eutychiano, qui in Olympo Bithyniæ monte uersatus est.

XLII De sanctis magnorum miraculorum editoribus, Spiridone, Nicolao, & Parthenio.

XLIII Quemadmodum Eusebius & Theognis Ariani, libello pœnitentiæ exhibito, suas receperint ecclesias: eosq; qui in eorum locum surrogati erant, eiecerint.

XLIIII Ut post Alexandrum Athanasius Alexandriæ episcopatum susceperit, & de eius à pueritia institutione, & ut † seipso magistro sacerdos sit factus, & magno Antonio charus fuerit: & de Arianorum contra ipsum calumnijs & insidijs. † αὐτοδιδακτος ἱερεύς.

XLV De Synodo Antiochiæ congregata, quæ Episcopatum Eustathio magno abrogauit: & de Episcopis, qui ei successerunt.

XLVI De Romano & Hierosolymitano patriarchis. Item de Arianorum & Melitianorum coniunctione atq; unione.

XLVII Ut Arius sit reuocatus ab exilio, rectam deinde doctrinam & religionem se sectaturum pollicitus.

XLVIII *Ut Athanasius, quòd Arium non susceperit, accusationem sustinuerit ab Arianis & Melitianis: & de decantata Arsenij manu.*

XLIX *De Synodo Tyri contra Athanasium coacta, & ut accusationes contra ipsum institutas falsas esse Athanasius arguerit.*

L *De cõsecratione seu dedicatione templi Hierosolymitani, Epistola Imperatoris ad Synodum Tyri Phœniciæ congregatam: & ut Athanasius exul sit factus.*

LI *Ut Arius ex Alexandria Constantinopolim aduenies, negotium facesserit Alexandro Constantinopolitano episcopo. & ut Alexandri precibus Arius sit ruptus, & quomodo Athanasius obitum eius memoriæ commendarit.*

LII *De ijs quæ postea Alexandriæ acciderint, & de constitutione quam Imperator contra omnes tulit hæreses.*

LIII *De Marcello, qui Ancyræ minoris Galatiæ episcopus fuit: & de Asterio sophista.*

LIIII *De obitu & testamento Magni Constantini.*

LV *De sepultura eius: item quibus moribus, qua statura & forma corporis fuerit.*

ECCLESIA-

ECCLESIASTICAE Historiæ Nicephori Callisti Xanthopuli, Tomus VIII.

CAPUT I.

A RES gestæ † Apostolis ipsis comparandi Constantini, priusquàm hostiliter cum impio Licinio bello est congressus, usque ad conditum atque in ampliorem urbem redactum Byzantium, sic se habent. Quandoquidem uerò admodum absurdũ mihi esse uidetur, tam illustrem Imperij administrationem, ueręq; in Deum pietatis, ut ita dicam, fundamentum simul & fastigium, impijssimorum tyrannorum catalogo & historiæ ita insertam (quod quidem necessariò prorsus factum est) relinquere: facere non possum, quin eam, quoad eius fieri potest, ab illis seiunctam, proprio persequar libro: quum scilicet tam ampla sit, & rebus omnibus excellens. Quapropter quæ antea Tyrannorum temporibus coniuncta exposui, quàm potero breuissimè oratione perstringam, de patre nimirum eius, de natiuitate, de educatione, quomodo ad rerum administrationem peruenerit: mox etiam ueteris Romæ imperium consequutus sit, ut triumphale uictoriæ signum in cœlo conspexerit, per quod etiam exitiales & execrandos illos tyrannos deuicit: deinde quomodo diuino Romæ lauacro sit ablutus, quæ pro Christianis & Ecclesijs ipsis peregerit: quibus cõstitutionibus pro religione nostra promulgatis effecerit, ut res nostræ breui magna acceperint incrementa: ut postremùm Licinium attriuerit: denique Byzantio capto, prædonibusq; inde pulsis, cognominem sibi urbem magnificè excitarit, eandemq; sacris & profanis ædibus, porticibus, proiectis, statuis, aquis, alijs' que publicis intra & extra mœ-
B nia ædificijs exornarit. Hisce omnibus, quæ antehac latius sunt explicata, breuiter repetitis, quæ sequuntur fusius commemorabimus: res scilicet impijssimi Arij, primamq; Oecumenicam & uniuersalem Nicænam Synodum: & uberem, qui tum floruerunt, diuinorum uirorum prouentum, quæ gentes, & quomodo professionem fidei nostræ susceperint, Arianorum post Synodum improbitate reiecta: quæ Antiochiæ, Tyri, Aeliæ, Alexandriæ, & Constantinopoli contra Eustathium & Athanasium ueræ pietatis illustratorem acta sint. Deinceps de rebus beatæ Helenæ, quomodo ea Hierosolymis preciosam uenerandam' que Domini crucem inuenerit, quibus rebus ibi pulcherrimè sacrosancta excoluerit loca, & quomodo tandem diem suum obierit. Multa præterea alicubi inserentur, uidelicet de Asterio & Marcello Melitianis, de Nouatianis: & quomodo Arius crepuerit, libello prius uerioris pietatis exhibito. Post hæc omnia felicissimam Constantini mortem, magnificasq; & tali principe dignas exequias, qui innumera deinde miracula & prodigia ediderit, referemus. Sed enim manum operi admouentes, commodè id tali initio ordiemur.

ἰσαποστόλου

Dicendorum propositio.

ἐμβόλοις

CAPVT II.

γενέθλιος. *Parentes et ortus Constantini.*

DIuo Constantino pater fuit Cõstans, cui Proceri, ab aliquibus etiam Chlori, seu uirentis cognomen impositum. † Illustri is admodum loco natus, genus ad Imperatorum familiam retulit. Claudij enim, qui ante Diocletianum & Aurelianum ipsum Romæ imperauit, † ex filia nepotem fuisse constat. Posteaquàm autem Persæ, Sarmatæ, & insuper Parthi, Varacho concitante, aduersus Romanos bellum mouere: Diocletianus, qui tum imperiũ obtinebat, Cõstantem oratorẽ ad barbaros cõponendæ pacis gratia misit. Hic ex Hesperijs in Orientem profectus, ad locum cui Drepani nomen erat, appulit. Ibi hospes, comitatus eius & cohortis regiæ splendore captus, filiã ei suam uiuida & nubili iam ætate puellã subijcit. Cõstans amoris concubitusq; mercedem, pallium mulieri, regia purpura intextum atq; exornatum, donat: & puellæ patrem, quod illa procreatura esset, tollere atq; educare iubet: nouum id & admirandum quiddã fore arbitratus, ex eo quòd cum puella dormiens, in Occidente, circum ipsum lectum, solem illucescentem se uidisse in cubiculo, dixit.

ονῆτι dicebatur solitus fuit, Opes publicas ...

Cæterum legatione sua ritè defunctus, domum rediit: ibiq; egit. Interea Diocletianus, post quã ad imperium peruenerat, quarto administrationis eius anno, Maximianum Herculium socium sibi imperij adsciuerat. Constans uerò & Maximinus Gallerius, Cæsarum † insignibus decorati sunt. Quorum hic Galleriam Diocletiani, ille uerò Theodoram Herculij filiam uxorem duxit: quum uterq; quam antea habuerat coniugem, propter eam quã erga Imperatores gerebant animi affectionẽ & propensionẽ repudiasset. Constanti Britannia, Alpes & Gallia superior prouincia obuenit, † inaccessæ & non ita multorũ uectigalium regiones. Annis aliquot intercedentibus, quò ipse antea legatus missus fuerat, oratores quoq; ire iubet, uiros genere claros. Cæterùm & illi, quum Drepanum delati essent, hospitio matris Constantini excipiuntur. Vbi puer ludens, ab uno oratorum ad animi acerbitatem per obiurgationem est commotus. Cuius uerba ille ægrè impatienterq; ferens, lachrymis profusis ad matrem querelam defert. Tum illa rem omnem de puero in medium producit, Regij asseuerans sanguinis esse. Et uerba ea facile confirmabant, quùm pueri facies, quæ Constantis uultum apprimè referebat: tum purpura illa infecta uestis, quam ex arcà mulier protulit. Atque ij quoque legatione ex Constantis sententia confecta, in patriam reuersi, quùm alias muneris sui res illi exposuere, tum de puero etiam Constantino retulere, formosum eum ingenioſumq; adolescentulum gestus edere regios, & uultum constitutionemq; eius ferè omnem egregiè referre. Quam ob causam Constans filium statim unà cum matre ad se adducendum curauit. Quum uerò metueret, ne quid uel puero uel matri ab uxore sua, per zelotypiam et coniugalem emulationem accideret, Helenę ipsi, sicuti decebat, prospexit, puerum autem aliquanto post Nicomediam ad Diocletianum misit. Ibi ille in Imperatorio palatio, perinde atque pignus quoddam degebat, inter domesticos scholarum cooptatus. Et fortia manu peragens facinora, Christianorũ sacra sensim & occultè est complexus: & Imperatores, qui tantopere uanæ superstitioni dediti essent, & plurima martyrum cæde oblectarentur, detestatus. Porrò ut incantationibus diuinationibusq; quibusdã Diocletianus cognouit, ipsum Constantinum solum summa rerum & imperio potiturum, idolorumq; cultum sublaturum, odio erga eum est accensus, consiliumq; occidendi eius cæpit. Quare cõperta, Constantinus ad patrẽ se contulit: quem iam supremum propè trahentem spiritum, & circa testamentũ condendum occupatum reperit: in quo illi Christia-

Constantinus in aula Diocletiani educatus.

Constantinus Constantis successor.

A Christianorum religionem consectanti, imperium potestatemq; suam reliquit: germanis legitimisq;, quos ex Theodora susceperat liberis, præteritis, ipse quoque manibus suis, in Britania coronam Imperialem ei imposuit, quinquagínta & sex ætatis, tribus uerò & uiginti imperij, exactis annis: quũ quidem omnibus, qui ueram pietatem colendam statuissent, tutus & tranquillus fuisset portus & perfugium. Eo modo Constantinus paternum est consecutus imperium, ducentesima septuagesima quinta ineunte Olympiade: qui annus est à mundo cõdito, quater millesimus octingentesimus quintusdecimus.

19. ut Cæsar. 4. ut Augustus.

Apud alios Chronicos scriptores inuenio Olympiadem 272. Annum mundi conditi 4271. Annum Domini 310.

CAPVT III.

DIocletianus autem & Maximianus, uiginti annis in Imperio administrãdo completis, propter certas causas, & quòd dura quædam perpessi essent, potestatem eam sua sponte sibi ipsis abrogarunt. Qualia autem uel cõtra nos, uel etiã pro nobis proposuerint edicta, & quot martyrum millibus strenuè pro Christi nomine decertantibus, ipsi simul & Maximinus successor eorũ necis causa extiterint, plenissimè à nobis paulo antè est explicatum. Maxentinus porrò Romæ, & Maximinus Nicomediæ, hic in Oriente, ille in Occidente, tyrannidem exercentes, eisdèm detinebantur studijs, ciuium subditorum bona diripientes, matrimonia aliena uiolantes, & cædes innumeras quolibet propè die subornantes. Aduersus hos, oppressorum legationibus pluribus excitus è Gallijs Constantinus, primùm Maxẽtio ad urbem Romam bellum intulit. Quo tempore aleam Martis prælio aduersus eum experturus, paternum inuocauit Deum. Et derepentè in cœlo salutiferum Crucis signum longius distentum, Orientem uersus, meridiano tempore, splendore solem ipsum superante, apparuit: circum quod, in orbem, stellis itidem, ut in cruce, literarum latinarum formam referentibus, inscriptio hisce uerbis est uisa, IN HOC VINCE. quod signum confestim ex auro & lapillis preciosis, ad militaris uexilli instar fieri curauit: & simul Maxentiũ fortissimè deuicit, in ponte submersum, & Romam in potestatẽ suam recepit. Deinde deorũ simulacra comminuens, in cinerẽ redegit, eorundemq; delubra solo æquauit. Mox, manibus ipse suis, Seruatori in Palatio Romæ templum sarculo describsit, & excitauit. Leges pro Christianis tulit, aliaq; magno studio pro eisdem egit, quæ paulo antè recensuimus. Et quum eum morbus inuasisset, & medici infantum sanguine id malum discuti purgariq; posse renunciarent, abhorruit, resiluitq; ab eo facinore Deo charissimus Imperator, luctu & eiulatu matrũ permotus. Intercedit nox, & principes Apostolorum se ei spectandos exhibent, Romanæq; urbis Antistitem accersere iubent, piscinam apud eum esse ostendentes, cuius lauacro ablutum illum saluum subitò & incolumem fore dicunt. Aduenit ille, quæ opus sunt refert, Imperatorem baptizat: & morbus ipse aquis innatat, squamarum in morem, non ab oculis, uerùm à carne ipsa decidentium. Itaque ille melius habet, usq; adeò ut miraretur ipse, is ne esset, qui antea fuerat, Constantinus. Postea Iudæorum turba existit, qui Imperatoris matrẽ adeuntes, Constantini quidem ab idolorum cultu defectionem laudant & admirantur, sed transitionem eius ad Christum ualde arguunt & criminantur. Et literæ ea de re ab Helena ad filium datæ. At ille firmis nixus fundamentis efficit, ut illi ipsi Iudæi cum Syluestre Romanæ urbis Episcopo congrediantur, sermonesque conferant. Atque is magna eloquentiæ ui cum illis agens, facilè eos conuincit. Mox cum Maximino prælio congressus, tropæum Crucis inferri in hostem iubet. ad uersus quod quum ille iacula emittere iuberet, uictus succumbit. Quo è medio sublato,

Bellum Constantini aduersus Maxentiũ.

Signum crucis ei in cœlo apparet.

Constantinus Romæ baptizatur.

Maximinum opprimit.

sublato, magis etiam res Christianorum sunt auctæ. Itaque encænia, innouata- A
Christiani Encænia ubiq; celebrant. rumq; rerum feriæ, tranquillitate ubique à Deo concessa, celebratæ: aliaq; omnia peracta, quæ in eiusce modi mutationibus & Dei dispositionibus, moribus fieri receptum est. Sub hæc constitutiones in scripto & sine scripto, quæ pro eo atque deceret, res Christianorum ordinarent, editæ. Templa quædam de integro constructa, quædam in ampliorem decentioremq; formam mutata. Leges latæ, immunitatem ministris Dei conferentes, libertatemq; & magnificas donationes templis sacrisq; ædibus largientes. Aliæ præterea, synodos & conuentus fidelium in unum cogentes: atque item aliæ concordiam ecclesiarum conciliantes. Atque hæc quidem tum ad eum modum se habebant. Licinius autem,
Licinium Imperij socium Constantinus primùm in Pannonia, deinde in Macedonia, rursum in Thracia, postremò in Asia uicit, fugauit, et per deditionẽ cepit. Literarũ acerrimũ hostem, Daciã oriundũ, parẽtibus armentarijs. Vnde ei etiam Armentarij cognomen inditum.
qui Constantiam Constantini sororem in matrimonio habebat, Orientemq; ad Nicomediam cum imperio administrare iussus erat, quòd magnitudinem Imperij perferre non posset, rebellionem exitiumq; aduersus eum, à quo summa acceperat beneficia, molitur: conatumq; suum, occultè Christianos, quorum ille magnus amator erat, occidens, ac multos ex eis in rationem martyriorum referens, declarat, Apud quem quum Constantinus neque cohortando, neque suadendo, neque adeò territando, ut à cœpto desisteret, aliquid efficeret, postremò bello eum aggressus, ad Chrysopolim Bithyniæ prælium cum eo committit. In quo superatus ille, in potestatem quidem Constantini peruenit: uitam, uictore donãte, recipit, & Thessalonicę sub custodia seruatur: ubi uerò tum quoq; ad nouas res respectare deprehensus est, ipse in seipsum ferrum pertraxit. Quam ob rem securi percussus, sibi ipsi quidem uitæ finem, tyrannidi uerò & idololatriæ bellicum motum creauit.
Cauit Constãtinus Licinio cædẽdo, ne idẽ is tentaret, quod Maximianus Herculius imperio, quod deposuerat, repetendo fecerat.

CAPVT IIII.

Constãtinopolis construitur & exornatur.
REbus contra Licinium prosperè gestis, urbem quoque ut sub nomine suo condat, circumspicit. Byzantij quidam erant sæui admodum, armisq; sibi barbaro more plurimùm arrogantes. Hos armis adortus, belli iure uincit: eorumq; uetusto castello diruto, ingentibusq; & magnificis tributis comportatis, magnam construit urbem, nihil prorsus rerum omnium, quæ ad eam illustrandam spectarent, omittens, ædes præclaras struens, ex ipsa Roma alijsq; populis incolas eò alliciens: † circum equestrem, porticus proiecta, aquæductus, fontes, statuas, imagines, & quæcunque essent præcipuæ artis opera, fieri, eoq; comportari, ut splendida ornataq; redderet omnia, curans. Ad hæc, templa Deo, Apostolis & martyribus, & maximam illam * Porphyretici marmoris columnam construens, in qua statuam quoque suam collocauit, in polo seu uertice mundi crucem infixam manu tenentem. Quo ille symbolum indicauit, uirtute inuicti eius tropęi & signi, terram omnem & mare ipsum à se esse subactum. In regione etiam ea quæ Sosthenium dicitur, * in traiectu, ex apparitione archangeli Michaelis, templum condidit, aliaq; plura opera perfecit, quæ illius diuina mente & prudentia, atque etiam in rebus omnibus magnificentia digna erant. De cognomine ei urbe dicitur, non longè ab Ilio, circa Græcorum naualem stationem, eam illum excitare cœpisse. quòd autem noctu oracvlo diuino admonitus, circum Byzantium, è regione Chalcedoni extruere iussus esset, responso ei morẽ gerentem, amplis ita mœnibus ibi circumdedisse: rebusq; omnibus & ornamentis atque honoribus præcipuis Romæ parem extruxisse, curiam atq; Senatum, sumptus, * tesseras frumentarias, dignitatisq; genus omne, Imperatoria prorsus munificentia ciuibus largitum esse. Atque ita omnibus rebus ritè atque ordine dispositis, Constanti-
προφυρουῦ λίθου
Constãtini statua equestris.
εἰς τῷ ὡνάπλῳ
Apparitio sancti Michaelis.
σιτηρέσια

A Constãtinopolim et nouam Romam appellasse, eademq; cum illa potestate, eis-
Βασιλεύουσα dem moribus atq; institutis, eisdemq; legibus esse iussisse, & insuper † Imperatricem urbem declarasse, populorum omnium qui Romanum imperium agnoscentes, Septentrionem, Austrum, & solem Orientem uersus, & quod in medio est mare colunt, ab eis quæ ad Istrum extructæ sunt urbibus, & ab Epidamno, quæ non longe ab Ionio sinu est sita, usque ad Cyrenem & proximam Libyam, per totum, quod dicitur, Boreale clima & regionem Arctoam. Et urbem eam condi cœpisse, à mundo creato quater millesimo octingentesimo uigesimoquinto, Imperij eius decimo: absolutam autem prorsus esse, eiusdem Imperij uigesimo octauo anno, qui incidit in cõditi Mundi annũ quater millesimũ octingentesimum quadragesimum tertium, siue, ut alij tradunt, trigesimum octauũ. [a] De ea illud quoque memoriæ est proditum: ut Imperator ipse pedibus, hastam manu tenens, ambitum mœniaq; eius definiens circumijt, quòd comitibus eius ulterius quàm cõueniret, pomeria urbis proferre uideretur, quendam ex eis ad eum accessisse, atque rogasse, Quò usque tandem here? illumq; disertè respondisse: Eò usque, dum qui me præcedit ductor, constiterit. Vnde satis constabat, cœlestem quampiam ei præijsse uirtutem, quæ eum, quod fieri deberet, instrueret.
Nouæ Romæ et urbis Imperatrix.
Terminus Orientalis & Constantinopolitani imperij.
Tempus conditæ urbis Cõstantinopolitanæ.
[a] Si scilicet aut intra tredecimum annum perfecta, aut quinto Imperij eius anno edificari cœpta esset.
Alma Roma.
ἐυθοξεῖσα
Eam tam magnificè fundatam, almam quoque Romam uocauit, quod uerbum Romanis † gloria præclaram significat. Constantinus sanè nunquam non pro Christiana pietate aliquid agens, non Byzantij tantum, sed & ubique terrarum, pulcherrima ædificauit templa, potissimumq; in metropolitanis sedibus, sicuti Nicomediæ in Bithynia prouincia, Antiochiæ ad Orontem, in ueteri Roma, & Hierosolymis ipsis. De quibus, quæ ibi opera perfecerit, postea dicemus. Quum
B uerò res omnes ei ex sententia cederent, etiam apud exteras nationes, finitimas simul & longinquiores, uel iure belli, uel fœderibus pactis pacatas: altissima annis pluribus pax & tranquillitas in orbe Romano floruit, & professio fidei Christianæ ubique terrarum est propagata. Multæ quoque feræ nationes sacra nostra sunt complexæ: & mirificum uitæ institutum in ecclesijs, & apud multitudinem ipsam, denique in montibus etiam & solis locis resplenduit, quòd nuper admodum Monachi pullulare cœpissent, & quòd martyres adhuc et confessores superstites essent, sacerdotesq; insuper Apostolicis donis & miraculis, uitæque simplicitate uigerent. Per quos cœlestem prorsus uitam in terris cernere erat, religione ipsa indies semper & in rebus omnibus augmenta sua capiente: & Constantino studio omni in hoc incumbente, ut apud omnes ea ubiq; confirmata stabiliretur, & ad ampliorem magnitudinem excresceret: utq; per ipsum, adiuuante Deo, Christianismus in serena certaq; tranquillitate & altissima pace consisteret. Atq; ut simpliciter dicam, ea tempestate res nostræ lætissimæ, iucundissimæ, & florentissimę fuere: aduersarij autem contrà, in tristitia, summissione, & mœrore summo uixere.
Christianissimus ubiq; florentissimus.
Deo authore. C. de. ueter. iure cnucl.

CAPVT V.

Tranquillum florẽtemq; rei ecclesiasticæ statum importunitate sua hæretici perturbarunt.
ἀλλόφυλον παμπόνηρος, λιὰν παλαμναῖος.
REligio nostra quum in tanta esset gloria & flore, pacem & quietem tantam intestinum turbauit bellum. Nugæ namq; & disputationes contentiosæ, ueram pietatem perfectamq; diuini numinis cognitionem prætexentes, de quibus antea inquisitum non fuerat, ea in quæstionem deduxerunt, eaq; re ingentes turbas in ecclesijs concitarunt. Siquidem generis nostri † pestis, improbusque prorsus & exitiosus hostis, nauim ecclesiasticam tam placidè secundis uentis ferri, & ab uniuersitatis huius Deo gubernari uidens, ferre id non potuit: & graue molestumq; sibi esse putauit, nisi submer-

Diabolus idololatriæ author et propagator.

si submergendam eam curaret, quæ tam securum citra prauorum dogmatum A fluctus & procellas teneret cursum. Vt enim Græcæ superstitionis præstigias proculcari, dolososq; laqueos eius in apertum protrahi, & manifestò arguí atq; conuinci, & creaturam quidem (ut antehac) amplius non coli, creatorem uerò eius, sicuti conuenit, laudibus uehi & adorari animaduertit: apertum rursum cõtra Deum mouere bellum posthabuit, & dolo rem clandestinè admodũ & fraudulenter aggressus est. Repertis namq; quibusdam, qui Christianã quidem profiterentur fidem, arrogantia autem inaniq; uanæ gloriæ ambitione & dominandi cupiditate quasi intemperijs quibusdam agerentur, eis ipsis ueluti instrumentis adinuentionis fraudisq; suæ utens, alio quodam modo rem in priorem reduxit errorem et seductionem, ut conditor scilicet rerum omnium Deus, creaturis ipsis exæquatus & cõnumeratus, creatura rursus quemadmodum antea adoraretur, cultusq; diuinus adorationi illius similis fieret. Cæterùm unde, quóue modo, & per quem zizania hæc fata sint, re altius repetita, ut potero, exponam. Alexandriæ, quæ primaria & præcipua inter Aegypti, Thebaidis & Libyæ urbes, ciuitas est, amplissima sanè & populosissima, post Theonẽ, ut antea diximus, Petrus eximius ueræ pietatis propugnator, ecclesiam gubernauit: qui certaminis sacri cursu splendidè sub impijs tyrannis peracto, Achillam breui habuit successorem. Atque huic, ecclesiæ clauo dirigendo Alexander suffectus est, Apostolicæ doctrinæ generosus defensor: qui in eã, quã diximus, tranquillitate & pace, diuinis institutionibus quotidie ecclesiã exhilarauit. Ea tempestate Arius quidam erat, in rationem quidem ille sacri ordinis relatus, sed qui iam inde ab initio studium suum super dogmate suo satis declarauerat. Melitio namque nouas res molienti primùm adhæsit: atque eo relicto, se postea ad diuinum, quem diximus, Petrum cõtulit, à quo etiam Diaconus est factus. sed ab eo B dem rursum ecclesia exactus, eo quòd Petrus Melitium sectatoresq; eius excõmunicauit, & baptismum eius non recepit, propter nõ nullas quidem causas, potissimũ autem quòd ille persequutionis periculo non perlato, cultũ diuinum ab iurarit, & dæmonibus sacrificarit. Eius quippe rei gratia in ordinem redactus, neq; aliam quampiã ob causam, quæ probari aut defendi posset, ab ecclesia proscriptus Melitius, iniuria se affectũ esse dictitans, conuicijs & maledictis Petrum proscidit. Et quum sectatores multos haberet, hæresiarcham se & ducem eorũ cõstituit: & [a] Episcopali dignitate sibi arrogata, in oppido † Lyco, quod ad Aegyptum est, quæcunq; sunt Episcopalis muneris, citra pudorem timoremq; omnem peregit, Petro prorsus præ se contempto. Itaque unà cum alijs Melitio fauentibus, Arius quoque quiescere nolens, in Petrum est inuectus. Vbi uerò Petrus accepta martyrij corona, uitæ cursum finijt, ab Achilla successore eius Arius ueniam impetrauit: & rursum Diaconi ministerio fungi permissus, postea in Presbyterorum quoque ordinem est allectus. Apud Alexandrum quoque, proximum ab Achilla episcopum, honesto loco fuit: & quòd cauillationum dialecticarum nõ imperitus, atque in eiusmodi disciplinis probè exercitatus esset, scripturarum interpretatio credita ei fuerat. Enimuerò quum non bene ferret Alexandrum Episcopi dignitatem obtinere, † quòd non ritè is quoq;, neque ordine lectus esset, dissidia aduersus eum latenter et cõtentiones mouit. Quumq; nõ haberet quod in uita moribusq; Alexandri carperet, neq; per sycophantiam facile quidquam cõfingere posset, ea quidem in parte quietus fuit: quæ uerò ille in ecclesia pro concione rectè pieq; doceret, in eis repugnare illi instituit. Episcopus namq;, filium cum patre ὁμότιμον, hoc est, eiusdem honoris, atque eiusdem substantiæ, æqualemq; per omnia eidem qui eum genuit, esse, ex diuinarum scripturarum

Tumultus Ecclesiastici initium.

Alexandrini Episcopi.

Arius Melitij sectator.

Melitius hæresiarcha à Petro antistite Alexandrino excommunicatus, & cum eo Arius.

a Melitius sibi ipsi Episcopalem dignitatẽ sumpsit.

† Deinde Ptolemais, & Panopolis, ac Veneris oppidũ iterum: & in Libyco Lycõ, ubi montes finiunt Thebaidem. Plin. lib. 5. cap. 9.

Arius presbyter & sacrarũ literarum doctor Alexandriæ ordinatus.

Contentio Alexandri episcopi, & Arij presbyteri, de doctrina Christianæ professionis.

Arius ab Achilla Episcopo Alexandrino in Ecclesiam erroris gratia impetrata receptus.

ὑπέψυφος γαρ ἦν διὰ τοῦτο ἐτύγχανεν.

A pturarum sententia & traditione docuit. Arius autem inter presbyteros primas tenens, uerboq; ueritatis prorsus repugnans, creaturam facturamq; patris filium uocauit, in absurdas opiniones prouolutus. Ex non existentibus siquidem genitum esse: & fuisse aliquando tempus quum non fuerit, meraq; sententiæ & † arbitrij libertate uitij & uirtutis capacem esse: aliaq; eiusce modi censuit, quæ opinari eum par erat, qui sibi de huius generis rebus differendum atque inquirendum esse constituisset. Et quum existimaret episcopum Libyci Sabellij dogma asserere, contendendi & aduersandi studio in errorem ex diametro illi contrarium decidit. Sanè quidem permultos ad nouas eius dogmatis respertraxit, & ex parui igniculi scintilla ingens est & altum exortum incendium. Ab Alexandria enim doctrina hæc progressa, Aegyptum, Libyam, & superiorẽ Thebaidem percurrit, mox etiam ad alias prouincias & urbes peruenit. Quæstione tali iam in controuersiam uocata, Alexander dissuadere eam est conatus. Sed iam non pauci Episcopi, & plurimi ex clero rectè dicere Ariũ affirmabant, sententiamq; eius complectentes comprobabant. Postquam autem inter se non consenserunt, seu potius Arius † furijs correptus propalàm impietatem docuit: Alexander illum, & cum eo qui partes eius sequerentur, clericos omnes excommunicauit, & sacro ordine mouit. Sentiebant porrò cum eo in Alexandrina parœcia, Aithalas, Achillas, Carponas, Sarmates, & alter Arius, presbyteri: & Euzoius, Macarius, Iulius, Menas, & Helladius, diaconi, multam etiam populi partem secum trahentes. In quo, alij idem sibi de Deo sentiendum atq; credendum esse quod Episcopus arbitraretur, putabant: alij uerò, sicuti multis euenire consueuit, istos miserabantur, ueluti iniuria affectos, & indicta causa ab ecclesia proscriptos. Sunt qui dicunt, contentionis huius alium ante Arium authorem fuB isse: Alexandrum, secũdo ab Ario loco presbyterum, Baucalim cognomine, qui nomen id adeptus fuerat, ex supercrescentis carnis pondere in dorso eius collecto, testacei uasis forma, quod Alexandrini uernaculo sermone baucalam nominare solent. hunc inquam, secundas in ministerio sacro ferentem, dissensionis causam extitisse putant: unde postea inter Alexandrum & Arium contẽtio commota, & τὸ ὁμοούσιον, hoc est, consubstantialis promulgatio exorta sit. Quod namq; Baucalis prælatum sibi honore Arium ægreferret, nouationem dogmatis istius illi adscripsit. Alexander uerò episcopus, utrumq; à contentione abducere uolens, ad disputationes sermonumq; collationes eos inuitauit: persuasione potius quàm uiolenta iussione controuersiam sopire, conducibilius esse ducens. Et quum multoties disputando congressi essent, sicuti fieri assueuit, contentione inter quospiam mota: Episcopus nunc huic, nunc illi beneuolè & commodè adhæsit: postremò uerò tandem & ipse coeternum & consubstantialem patri filium, ita uti antea semper senserat, disertis uerbis pronunciauit, Ariumq; idem sentire iussit. Quod ubi ille, ut faceret, in animum inducere non potuit, sacris ædibus est ab eo eiectus.

Arij hæresis.

αὐθέντης καὶ πρώτος γνώμης

Ea longè lateq; grassata.

προεβαστῶν

Alexander episcopus Ariũ cum popularibus suis ab ecclesia proscribit.

Scinditur incertum studia in contraria uulgus.

Alexãder Baucalis, presbyter et ipse Alexãdrinus, dissensionis huius author à quibusdã habitus.

CAPUT VI.

Primariarum in orbe Christiano ecclesiarum Episcopi.

EO tempore Romanæ ecclesiæ Syluester præfuit, Miltiadis successor, qui post Marcellinum egregiè in persequutione ipsa certamine defunctum, sacri muneris suscepit administrationem. Alexandriæ autem post Theonem et Petrum, Achillas, ac deinde quem dixi Alexander, ecclesiasticam tenuit præfecturam. Antiochiæ, Tyranno in ecclesiastico ministerio Vitalis suffectus, pace primùm ecclesijs reddita. Is à tyrannis ecclesiam dirutam denuò excitauit: cuius structuram reliquam Philogonius

D perfecit,

perfecit, qui ex causidico episcopus factus illi succesſit, Licinijq; temporibus. A
utiuirum fortem decet, ardorem æmulationemq; suam pro uera pietate ostendit. Porrò Hierosolymis post Hermonem Macario sacrum munus creditum, digno tali nomine uiro, ut qui omnibus bonis & ornamentis floruerit. Constantinopoli uerò, post Metrophanem, Probi Imperatoris ex fratre nepotem, Alexandro sacrorum cura sorte cesserat. Verùm enimuerò hoc loco faciendum mihi omnino uidetur, ut altius ab ipsis Apostolis repetitos Byzantios episcopos recenseam, & ueluti sacram quandam inscriptionem historiæ huic adijciam. Andreas Domini apostolus Thraciam, Macedoniam, & Euxinum,

Catalogus Episcoporũ Byzantiorum ab ipso apostolo Andrea usque ad Alexãdrũ, cuius precibus Arius est pessundatus.

prouincias sortitus, Byzantij Christum prædicauit. Et quum à Zeuxippo, tyrannidem tum ibidem tenente, ad cædem quæreretur, Argyropolim transijt, atque ibi biennium conuentus agens, permultos ad Christi fidem pertraxit. Cæterùm sacra eo loco fundata æde, & Stachy Apostolo episcopo creato, Sinopen concesſit. Stachys sacro eo munere annis sedecim administrato, ibidem sepultus. Onesimum habuit succesſorem. Onesimus quatuordecim annos ecclesiam eam gubernauit, eiq; Polycarpus surrogatus: qui decem & octo annis munere suo cum laude functus, Plutarcho id reliquit. Hic sedecim annis ecclesiæ præfuit, eamq; moriens Sedecioni concesſit: quo post annos nouem defuncto, Diogenes quindecim annis eam rexit. Illi Eleutherius suffectus: qui septem annis episcopali munere obito, Felicem habuit succesſorem. Felix quinque annis sedem Episcopalem tenuit, eamq; ad Polycarpum transmisit. Qui sanè omnes, propter infidelium incursiones, in eo quod memorauimus Apostoli oratorio synaxes & conuentus celebrarunt. Deinceps Athenodorus functione ecclesiastica suscepta, quatuor eam annis obtinuit: ecclesiamq; aliam, in loco cui nomen erat † Olea cõstruxit, ibiq; synaxim peregit. Eam ædem postea Constanti- B
nus Magnus splendidissimè auxit & ornauit. Athenodori succesſor Euzoius, sex annis Episcopatũ gesſit: cui Laurentius succedens, undecim annis ecclesiæ præfuit. Post hunc Alypius tredecim annis sacrũ magistratũ administrauit. Istius succesſor Pertinax, uir Consularis, nouem annis Episcopalem dignitatem obtinuit: qui quum locupletior esſet, ecclesiam aliam ad mare, in loco quem † fi- συνεῖδε
cos nominabant, excitauit, eamq; Pacem appellauit. Eum locum Christiani perpulchris & cõtinuis ædificijs in oppidi formam redegerunt. Quapropter eum etiam mœnibus eximijs, magna uirtutis gloria pollens Constantinus est dignatus, quòd in eo scilicet Pacis esſet templum. Post Pertinacem, Olympianus undecim annis sacrorum antistes fuit: rursum post hunc Marcus, annis tredecim. Post Marcum Cyrillianus, sedecim: Post Cyrillianum Constantinus, septem. Hic primo episcopatus sui anno, intra Byzantium in parte septentrionali templum ædificauit, atq; id Euphemiæ martyri, quæ tum sacrum peregerat certamen, consecrauit. Ad quod templum reliquo uitæ tempore transacto, episcopale munus Tito reliquit: qui id supra triginta & quinque annos administratum, ad Dometium Probi imperatoris fratrem transmisit. Atque huic Probus filius succesſit. Et Domẽtius antistitis honorem uiginti quatuor, Probus duodecim annos gesſit, cuius Metrophanes frater succesſor fuit. Hic annis decem cum ingenti laude Episcopale ministerium cohonestauit. Sub quo etiam Constantinus semper Augustus, cognominem sibi urbem magnificè condidit. Metrophanis porrò succesſor fuit Alexander, Apostolicis donis præclarus. Hæc de Episcopis. Sedenim Alexandriæ episcopus Alexander, quum Arium uideret † dominandi furore flagrantem, priuatim illegitimos conuentus agere, & turbam motum'que ingentem concitare; non modò ad sacros ecclesiarum

Item, Fici. Pacis templũ. Christiani ad hoc templũ oppidum construxerunt.

Probi Imperatoris frater, et ex fratre nepotes duo, Byzantij episcopi.

Olea Constantinopolis regio. ἐλαία

φιλαρχίας οἰστρῳ συνεχόμενον

A clesiarum præfectos, uerùm etiam ad fideles passim in urbibus omnes, de blasphemia eius publicitùs literas dedit. Ex quibus partes certas operi huic intexã, ut mihi uerior narratio rerum constet, & nemini confingere quidquam uidear. Adijciam præterea alia, quæ ueritati sunt consona, historiamq; omnem dilucidiorem reddere possunt.

CAPUT VII.

ALexander itaque iste Alexandrinus, ad cognominem sibi Alexandrum Constantinopolitanum hæc scripsit. Reuerendissimo & u-
» nanimi fratri Alexandro, Alexander in Domino salutem. Prauo-
» rum hominum, qui dominandi libidine & pecuniæ cupiditate du-
» cuntur, institutum, semper quæ ampliores eis esſe uidentur, insidiatur ecclesijs;
» qui uario sanè prætextu pietatem ecclesiasticã inuadere solent. Siquidem tan-
» quam stimulis quibusdam, ab eo qui in illis efficax est, diabolo, ad propositam
» sibi uoluptatem incitati, religione omni proiecta, iudicij Dei timorem procul
» cant. De quibus necesſitas mihi impõsita est, multa ab eis passo, ut ad pietatem
» uestram scribam, ut eiusmodi homines caueatis, & ne quis eorum se in paroe-
» cias & ecclesias uestras subinsinuare audeat, prouideatis. Instructi enim sunt,
» per simulationem & dissimulationem, ad fraudem & seductionem, impostores isti, ut siue per seipsos, seu per literas, per assentationem & uenditationem
» falsam arte quadam compositas, transuersos agant simplicem atque sinceram fi-
» dem consectantes homines. Quandoquidem Arius & Achillas, coniuratione
» nuper facta, Colluthi † dominandi cupiditatem, longè etiam deterius quàm i-
» pse ille, sunt æmulati. Ille namq; accusatione aduersus hos ipsos instituta, mali-
B gni consilij sui aliquem reperit prætextum. Isti uerò, *æruscationem illius sub
» Christi nomine susceptam uidentes, ecclesiæ amplius subiecti esſe non susti-
» nuerunt: sed extructis sibi ipsis latronum speluncis, continuos ibi peragentes
» conuentus, diu noctuq; se in calumnijs aduersum Christum & nos excogitatis,
» meditando exercent, atque omnes pias & Apostolicas sententias reprehen-
» dentes, Iudaico prorsus more, Christi persequutricem instituunt officinam,
» diuinitatem Saluatoris nostri pernegantes, omnibusq; eum parem esſe docen-
» tes, & uoces salutiferæ eius œconomiæ & administrationis nostraq; causa sum
» misionis colligentes, congerere ex illis impietatis suæ dogma contendunt,
» uerbaq; diuinitatis initioq; simul & fine carentis Paternæ gloriæ eius auersan-
» tur. Quapropter impiam Græcorum & Iudæorum de Christo opinionem
» corroborantes, laudem ab illis, quam maximè possunt, uenantur: omnia ea
» quibus illis ludibrio sumus, subornantes atque procurantes, seditionesq; &
» persequutiones quotidie contra nos excitantes: & quùm iudicia aduersus nos,
» impudicis mulierculis, quas ipsi dolosè seduxerunt, interuenientibus instituen-
» tes: tum Christianismum ad obtrectationem traducentes, ex eo quòd per pla-
» teas & uicos omnes, nouæ eorum, adulterata pietate, res temerè uulgantur.
» Quin etiam indissolubilem Christi tunicam, quam ne carnifices quidem illi di-
» uidere uoluerunt, scindere ipsi ausi sunt. Itaque nos ea quæ moribus impro-
» bisq; & apertis conatibus illorum congruunt, adhibentes remedia, communi-
» bus suffragijs nostris, illos ab ea quæ diuinitatem Christi adorat ecclesia pro-
» scripsimus. Consilium illi quoque cœperunt, ut nos fraudulenter circumue
» niant, & ad consentientes nobis collegas furtim transeant, sub obtentu pacis
» atque unionis, deprecationem quidem præ se ferentes, re ipsa uerò aliquos ex
» illis in contagionem morbi sui pertrahere per † blandiloquentiam satagentes,

Alexãdri Alexãdrini episcopi ad Alexandrum Constantinopolitanum episcopũ, de rebus in doctrina ecclesiæ nouis Arij, seripium.

Colluthus. φιλαρχίαν.

Ariana hæresis.

Hæreticorum serè, cœpta, apud plebẽ & infideles homines plausibilia.

Indissolubilis Christi tunica.

Arianorum proscriptio & excommunicatio.

χρηστολογίαν.

Hæreticorum consilia cycœpta fraudulenta.

& ut captiosis argutisq; ab eis acceptis literis, habeant, quas à se in fraudem abductis perperam legant: eosq; impietati iam assuefactos, prorsus à pœnitentia & fuga errorum, quibus sunt seducti, abstrahant, perinde atque suffragantes sibi & consentientes haberent Episcopos. Non illi sanè, quæ apud nos malè & docuerunt & egerunt, (quamob rem etiam excommunicati sunt) confitentur, sed aut silentio ea committunt, aut confictis atque compositis uerbis & scriptis adumbrantes tegunt, hominesq; decipiunt, atque † ad persuadendum comparatis insidiosisq; sermonibus pestiferam suam occultantes doctrinam, seductioni & fraudi expositos abripiunt. Sed & pietatem quoque nostram, passim apud omnes sycophanticè carpere non omittunt. Quapropter illud euenit, quum nonnulli literis eorum subscribant, ut in ecclesiam illi recipiantur: & collegæ, qui id permittete audent, ut equidem puto, graui calumniæ crimine non careant: qui scilicet non solum id faciunt, quod Apostolicus canon eis non permittit, uerùm etiam diabolicam, quæ in illis est, contra CHRISTVM efficaciam succendunt & augent. Eam ob causam nihil cunctatus, dilecti, meipsum excitaui, ut talium hominum uobis ostenderem infidelitatem.

πιθανοτέρους ἐαυτὸς βωμολοχικῶς ὁμιλίαις.

Deinde blasphemias illorum singillatim exponit, eisq; copiose ex diuinis scripturis refutationes obijcit, impietatem ipsorum redarguens: & longius stylo progressus, infert. Multa, dilecti, quum dicere possem, prætereo, molestiæ arrogantiæ esse ducens, eadem sentientes doctores, pluribus admonere. Nam uos ipsi † à Deo docti estis, minimè ignorantes, doctrinam hanc Ebionis ipsius, & Artemæ, & Pauli Samosateni esse, quorum isti impietatis fecibus hausti, nobis nunc, ex non existentibus, illorum clam * uiuiradices producunt: Arius nimirum ipse, & Achillas, & quod cum eis est malignantium conciliabulum: & tres præterea illi in Syria nescio quo modo creati episcopi, de quibus iudicium arbitrio uestro permittimus. Deinceps declaratis summisioribus scripturæ uocibus, quas Saluator † adscitícias nostra causa per exinanitionem salutaremq; passionem suscepit, itidemq; eis locis relatis atque expositis, quibus extra initium omne principium ac Deitas, naturalisq; gloria & diuinitas eius exprimitur, hæc prosequitur. Quis uerò quod scripturus sum mirabitur, dilecti? si contra me, & pissimam plebem nostram, ementitas eorum calumnias exposuero? Qui etenim aduersus diuinitatem filij Dei aciem struere ausi sunt, contra nos quoque † cum nulla prorsus gratia, probra & conuicia dicere non uerentur. Qui etiam ex ueteribus nullos esse dignos putant, qui cum eis conferantur: neque eis æquari se patiuntur, quibus nos à pueris præceptoribus usi sumus: sed ne ex omnibus quidem, qui passim sunt, collegis & presbyteris, quenquam ipsis comparari uolunt, solos se sapientes, possessionum contemptores, & dogmatum repertores esse iactantes: ut quibus unis reuelatum sit, quod nemini omnium qui sub sole sunt hominum in mentem uenerit. O tumorem impium, & furorem immensum: ô opinionem insanam, & Satanicum planè sensum. Sub hæc, alijs quibusdam memoratis, & dogmate fidei eorum fusius exposito, circa finem epistolæ hæc adijcit. Hosce igitur anathematis fulmine, de fidelium fratrum consensu, ictos, nemo uestrûm recipiat, neque uel dicta uel scripta eorum sustineat. Qui enim mentiri omnia consueuere, impostores, ueritatem certè non proloquentur. Vrbes illi circumeunt, nihil aliud agentes quàm ut amicitiæ obtentu, per hypocrisim & adulationem, literas dent & accipiant, quibus seducant, ab ipsis iam deceptas paucas mulierculas peccatis oneratas: Et quæ sequuntur. Hosce itaque talia contra CHRISTVM ausos, & qui Christianissimum quùm publicè ad populum traducunt, tum in iudicijs

Βεελζεβουλιανοί. Hic etiam Artemon suprà dictus.

μοχθηρὰ ῥιζοτομήσαντες.

ἐπισυστάσεως

Hæreticorum arrogantia.

ἐξαίφνης παρουσίας

A cijs magno studio & contentione probris manifesti s exagitant: qui persequutionem temporibus pacatis, quantum in eis situm est, aduersus nos concitant: qui ineffabile CHRISTI natiuitatis mysterium eneruant: hosce, dilecti, auertentes, unanimi nobiscum consensu & suffragio, calculis quoque uestris furibundam eorum audaciam iugulate: exemplo collegarum nostrorum, qui in illorum excommunicatione acquieuerunt, literis contra eos ad me datis, libellocq; damnationis subscripto, quem per filium meum Apionem Archidiaconum misi per Aegyptum omnem, Thebaidem, Libyam, Pentapolim, Syriam, Lyciam, Pamphyliam, Asiam, Cappadociam, & alias circumcircà regiones. Ad horum sanè exemplum, à uobis etiam eum confirmantum iri, persuasum habeo. Multum quidem certè opis à me in eos, qui ab illis sunt detrimento affecti, est collatum: sed illud maximum fuerit depellendorum à seducta plebe malorum auxilium, si collegarum nostrorum concordi consensu illa persuasa, ad pœnitentiam decurrere studuerit. Salutate uos inuicem, eius quæ apud nos est consentis fraternitatis nomine. Valere uos in Domino opto, dilecti. Vtinam fructum aliquem uestrorum tantopere CHRISTI amantium animorum percipiam. Deinde anathemate excommunicatos, in epistola recensет, quos & nos suprà retulimus. In eandem sententiam, Philogonio Antiochiæ, Eustathio Berrœæ in Syria, atque alijs etiam aliarum ecclesiarum antistitibus scripsit, quos Apostolicam doctrinam comprobare sciebat. Arius porrò neque ipse sibi cessandum esse putauit. Quapropter necessitate quadam ductus, occupare Episcoporum beneuolentiam uoluit: & culpam deprecans, de fide sua ad eos scripsit: simulq; petijt, si rectè quidem crederet, ut & ipsi authoritate sua id confirmarent: & Alexandro, ne sibi suisq; molestiam exhiberet, significarent: Sin minus,

Cap. 5. eod.

Arius quoque causam suam per literas apud Episcopos agit.

B ut quemadmodum credendum esset, ritè doceretur. Nec parum ea res Arij partibus profuit. Opinione namque tali ubique ferè apud Episcopos uulgata, communis omnium de ea quæstio fuit. Itaque alij ad Alexandrum scripserunt, nequaquam prius Arium recipiendum esse, quàm solenniter blasphemiæ suæ nuncium remisisset: alij contrà, illum ut pium, & nihil in fidei doctrina nouantem potius defenderunt. Alexander porrò, quum cerneret multos tum, per speciem sanctimoniæ & grauitatis, Arianos ad se admittere: multos etiam instigare, ut ipse ad recipiendum in gratiam Arium persuaderetur: maximè uerò Eusebium Nicomediensem, uirum præclarum, atque in utraque disciplina summè uersatum, & in Imperiali palatio plurimùm honoratum (Diocletianus enim Nicomediæ, & qui ante eum fuere princeps, Imperatorum domicilium constituerant) scipsum excitat, atque illis rescribit, Arianos se ad communionem nõ recepturum. Admodum autem literis suis Nicomediensem Eusebium perstrinxit, quæ sic habent.

Epiſcoporum uariantes de Ario sententiæ.

Eusebius Nicomediensis episcopus Arij fautor.

CAPVT VIII.

» Harissimis & reuerendissimis, qui ubique sunt, per catholicam Ec-
» clesiam, collegis, Alexander in Domino salutem. Quum corpus u-
» num sit ipsa catholica ecclesia, præceptum'que extet in diuinis lite-
» ris, ut uinculum concordiæ & pacis retineamus: peræquum est, ut
» alij alijs inuicem, quæ apud quosque accidunt, perscribamus: ut siue doleat seu
» lætetur membrum unum, ipsi inter nos uel condoleamus, uel congratulemur.
» In ecclesia sanè nostra exurrexerunt nunc uiri iniqui & † CHRISTI inimici, *ἀντιχριστομάχοι.*
» defectionem docentes, quam rectè quisquam præcursorem Antichristi existi-
» mauerit atque dixerit. Constitueram equidem id silentio committere, ut fortè

Eiusdem Alexandri Alexandrini antistitis ad omnes Episcopos Catholicos de Arianis epistola.

inter solos desertores malum hoc consumeretur: neque in loca alia progressum, A simplicium quorundam aures contaminaret. Quandoquidem uerò Eusebius, qui nunc Nicomediæ est, in se ecclesiæ res sitas esse existimans, (quoniam in eum, quòd Beryto relicta, oculis cupiditatis in Nicomediensem ecclesiam adiectis, eam affectatus est, legitimè uindicatum non est) præire desertoribus istis, & ad loca quæuis scribere, eos commendans, cœpit, ne fortè ignorantes aliquos in extremam & Christinimicam hæresim pertrahat, necesse habeo, id quod in lege scriptum est, memoria tenens, amplius non silere, sed uobis rem eam omnibus annunciare, ut & defectores ipsos atque inauspicata eorum uerba cognoscatis: & quum Eusebius scripserit, animum ad literas eius non attendatis. Dudum namque maleuolentiam suam tempore occultatam, nunc tandem per hos renouare uolens, præ se fert ille quidem tanquam pro his scribat, reuera autem pro seipso id se studiose facere declarat. Et desertores quidem sunt, Arius, Achillas, Aithales, Carponas, alter Arius, Sarmates, Euzoius, Lucius, † Iulius, Menas, Helladius, Caius, & cum eis Secundus, & Theonas, aliquando Episcopi dicti. quæ uerò contra scripturas adinuenta docent, hæc sunt. Non semper Deus pater erat, sed erat quum Deus pater non erat: non semper igitur Dei uerbum erat, sed ex non existentibus factum est. Qui enim erat Deus, eum qui non erat, ex non existente fecit. Itaque aliquando erat, quum non erat: siquidem creatura & factura est filius. Neque uerò æqualis substantia est patri, neque uerum & naturale uerbum patris est, neque etiam uera sapientia eius: sed unus quidem ex creatis & genitis est, abusiuè autem uerbum & sapientia factus. Et ipse in proprio seu natiuo Dei uerbo, & in Dei sapiẽtia est, in qua et omnia, & ipsum quoque fecit Deus. Propterea etiam mutationi & alterationi natura obnoxius B est, sicuti omnia quoque rationalia. Peregrinum quoque & alienum segregatumq; est uerbum à substantia Dei. Et inenarrabilis est pater filio: neque enim perfectè cernere potest uerbum patrem, neque perfectè & certò eum cognoscere. Etenim suam ipsius quoque substantiam, uti est, filius non nouit: propter nos namque factus est, ut nos per eum, ueluti instrumentum, crearet Deus: neque is substitisset, nisi nos Deus creare uoluisset. Rogauit igitur eos quidam, posset ne uerbum Dei mutari, sicuti diabolus mutatus est? atque illi respondere non reformidarunt, posse, mutabilis enim naturæ esse, generationi & mutationi obnoxium. Hæc dicentes, atque his impudenter sese uenditantes Arianos, sectatoresque eorum, nos quidem cum Aegyptijs & uicinis Libycis centum numero episcopis, conuentu acto, anathemate iugulauimus. Eusebius uerò receptos cõplexus est, qui mendacium ueritati & impietatem pietati commiscere studet.

Sed nihil aget. uincit enim ueritas. Nulla enim est communio luci cum tenebris, nulla concordia CHRISTO cum Belial. Quis enim unquam audiuit talia? quis ad rem tam peregrinam & insolentem, eam audiens, non obstupescit? auresque obturat? ne uerborum istorum sordes auditum pertingant. Quis Ioannem audiens dicentem, IN PRINCIPIO ERAT VERBVM: non damnat hosce asserentes, Erat aliquando quum non erat? Aut quis audiens in Euangelio, VNIGENITVS FILIVS: &, PER IPSVM FACTA SVNT OMNIA: non auersabitur sonantes, unum esse creaturarum filium? Quomodo uerò par esse eis potest, quæ per ipsum facta sunt? aut quomodo unigenitus, qui, iuxta eorum sententiam, omnibus connumeratur? Quomodo porrò ex non existentibus sit, quum pater dicat, Eructauit cor meum uerbum bonum: &, Ex uentre ante luciferum genui te? Quomodo inæqualis sit substantiæ patris, qui est imago perfecta, & splendor patris; qui'que dicit, Qui me uidet, uidet patrem?

Eusebius Arianus.

Arius.

Arianorum impiũ dogma.

Ariani in conuentu prouinciali centũ Episcoporũ excommunicati.

Erroris Ariani confutatio.

Quomodo,

A Quomodo, si uerbum & sapientia est filius Dei, erat aliquandò quum non erat?
» Perinde enim est, atque si dicant, irrationalem & insipientem aliquando Deum.
» Quomodo mutationi aut alterationi subiectus est, qui de seipso dicit, Ego in pa
B tre, & pater in me: &, Ego & pater unum sumus? Per Prophetam uerò: Vi» dete me, quod ego sum, & non mutor. Etiamsi enim in patrem dictum hoc
» referri queat, commodius tamen rectiusq; in præsentia de Verbo dicatur: quòd
» etiamsi homo factum, non tamen est mutatum: sed sicuti Apostolus inquit, IE» SVS CHRISTVS heri & hodie, idem & in sæcula. Quid uerò eis, ut dicerent,
» suasit, propter nos factum esse, quum Paulus scribat: Per quem omnia, & pro
» pter quem omnia? De blasphemia quidem eorum illa, quòd filius non noue» rit patrem, non est quod miremur. Quum enim semel CHRISTVM oppugna
» re hostiliter constituerint, fraudulenter & calumniosè etiam uoces eius depra» uant, dicentis: Sicut cognoscit me pater, & ego cognosco patrem. Si igitur, ex
» parte Pater cognoscit filium, uidelicet & filius ex parte cognoscit patrem. Sin
» hoc dicere nefas est, & pater perfectè nouit filium, certum est & manifestum,
» quemadmodum pater nouit uerbum suum, ita etiam uerbum nouit patrem
» suum, cuius etiam est uerbum. Atque equidem nos hæc differentes, & diui» nas scripturas explicantes, sæpenumero eos conuicimus: sed rursus ueluti cha» mæleontes mutari sunt, certamine quodam in se pertrahere contendentes illud
» quod scriptum est: Impius quum uenerit in profundum malorum, contem» nit. Verùm enimuerò, multæ ante eos exortæ hæreses, quæ longè plura quàm
» decerat aut oporteret tentare ausæ, in stultitiam decidere. Isti uerò omnibus
» uerbis suis abolere uerbi diuinitatem aggressi, iusticiæ illas laude, præ ut ipsi
» sunt, ornauere, quippe Antichristo propinquiores. Quapropter etiam ab eccle
B sia proscripti, & anathemati subiecti sunt. Dolemus quidem nos perditionem &
» interitum eorum: & maximè, quòd & ipsi aliquando sacra mysteria ecclesiæ di» dicerint, & nunc ab eis desciuerint. Non miramur tamen, qui nihil noui acci» dere eis scimus. Idem enim etiam Hymenæo & Philero euenit, & ante eos Iudæ
» Seruatoris primùm sectatori, postea uerò proditori & desertori. Et de ijs nobis
» non desunt documenta & præcepta, sed ipsemet Dominus prædixit: Videte ne
» quis uos seducat. multi enim uenient in nomine meo, dicentes, ego sum, & tem» pus propè est, & multos seducent, ne sequamini eos. Et Paulus eadem à Seruа» tore edoctus, scripsit, quòd in extremis temporibus deficient quidam à fide sa» niore, intẽdentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, auersantium ue
» ritatem. Itaq; quũ & Seruator atq; Dominus noster IESVS CHRISTVS per se
» nobis præceperit, & per Apostolũ de istis significauerit, ritè sanè & ordine nos,
» qui auribus ipsi nostris impietatem illorũ audiuimus, eos, sicuti antea diximus,
» anathemati subiecimus, & alienos prorsus ab ecclesia & fide Catholica declara» uimus. Idq; propterea pietati uestræ, charissimi atque reuerendissimi collegæ,
» significauimus, ut neque ex eis quenquam, si per temeritatem ad uos accede» re ausi fuerint, suscipiatis: neque Eusebio, aut alij cuipiam de eis scribenti, crede» tis. Conuenit enim uobis, ut Christianis, omnes qui contra CHRISTVM uel di» cunt uel sentiunt, ueluti Dei hostes, & animarum pestes, auersari, & ne salutatio» ne quidem dignari, ne quando scilicet participes peccatorũ eorum fiamus: si» cuti beatus annunciauit Ioannes. Salutem dicite, qui apud uos sunt fratribus.
» Vos, qui mecum sunt, saluere iubent. Hæ literæ ad loca omnia perlatæ, maio
rem etiam contentionẽ peperere, malumq; propter dissidendi studium adauxe» re. Qui enim Alexandro sunt suffragati, eis subscripsere: alij autem, contra eas
uenere, in primis uerò Eusebius Nicomediensis in contrariam sententiam est

Hæretici sunt ueluti chamæleontes.

Ariani reliquis hæresibus improbiores.

Hæretici cauẽdi.

Dissidium ecclesiarum per Alexandri literas auctum.

raptus, quòd admodum se in eis perstrictum esse intellexerat. Permulti autem A partes eius sequebantur. Atque is crebras ad Alexandrum dedit literas, ut Arianos, quæstione posthabita, reciperet: quem ad hoc maximè literis suis excitans, induxit Arius. Ex quibus aliqua adducam, ut simul & participes eius impietatis manifesti fiant: & Alexandri fides, qui nihil perperàm contra eos statuerit, ostendatur. Scribit igitur ad Eusebium Nicomediensem Arius in hæc uerba.

CAPUT IX.

Arij ad Eusebium Nicomediensem epis-copum literæ. Queritur se iniustè ab Alexandro oppugnari.

DEsideratissimo domino, uiro Dei, fideli, orthodoxo, Eusebio: Arius, qui iniustè persequutionem ab Alexandro Papa, propter omnia uincentem ueritatem, quam & tu propugnas, patitur, in Domino salutem. Proficiscente Nicomediam patre meo Ammonio, rectè me facturum esse putaui, si per ipsum te compellarem, simul'que insitam tibi charitatem, & quam erga fratres propter Deum & CHRISTVM eius geris affectionem admonerem, magnopere persequi me & oppugnare, omnemq; aduersum nos funem mouere, Episcopum: ut nos perinde atque sine Deo homines urbe eijciat, propterea quòd nõ cõprobamus uoces eius, publicitùs dicentis: Semper Deus, semper filius: simul pater, simul filius: coexistit ingenito Dei filius, † semper genitus est, * ab ingenito genitus est, neque nutu neque momento aliquo præcedit Deus filium, semper filius, semper CHRISTVS, ex ipso Deo est filius. Et propterea quòd Eusebius frater tuus Cęsariẽsis, & Theodotus, & Paulinus, & Athanasius, & Gregorius, & Aetius, & Orientales omnes dicunt, Deum qui sine principio est, præexistere filio, anathema facti sunt: excepto solo Philogonio & Hellanico & Macario hæreticis, nulliusq; doctrinæ hominibus. Ex quibus, filium quidam eructationem, aliqui germen, nonnulli coingenitum dicunt. Quorum impietatem ne audire quidem possimus, etiamsi decies mille mortis cruciatus nobis minentur atq; intentent hæretici. Nos uerò quid dicimus & sentimus? docuimus & docemus? Quòd filius non est ingenitus, neque pars ingenita ullo prorsus modo, neq; † ex subiecto quopiam: sed quòd uoluntate & consilio substiterit ante tempora & sæcula, plenus Deus, unigenitus, immutabilis: & priusquam gigneretur, aut crearetur, aut designaretur, aut fundaretur, non erat: ingenitus enim non erat. Affligimur autem, quòd diximus, principium habere filium, Deum autem esse absq; principio: propterea inquam persequutionem patimur. & quòd diximus, ex non existentibus eum esse. Idq; ita diximus, quòd neque pars Dei, neque ex subiecto quopiam est: hanc ob causam affligimur. Reliquum ipse nosti. Valere te in Domino, memoremq; tribulationum nostrarum esse opto, * Collucianista, uerè pie Eusebie. Porrò qui hic enumerantur, sunt: Eusebius Pamphili dictus, Cæsareæ Palæstinæ episcopus: Theodotus Laodiceæ, Paulinus Tyri, Athanasius Anazarbi, Gregorius Berytι, Aetius Lydæ, quæ nunc Diospolis uocatur. hi Arianarum partium fuere. Aduersarum autem nominat Philogonium Antiochenum, Hellanicum Tripolitanũ, & Macarium Hierosolymitanũ, quos sycophanticè hæreticos uocat, quòd coæternum & antesæcularem, † eiusdemq; honoris & eiusdem substantiæ cum patre filium esse docuerunt. Hoc scripto permotus Eusebius, quùm plures alios uenenum hæresis euomens incitauit, tum ad Paulinum Tyriæ ecclesiæ antistitem literas dedit, quas audire conuenit.

Domino

† ἀγεννήτου. * ἀγεννητογεννήτου.

Arianarũ quorundam nomina.

ἐξ ὑποκειμένου τινός.

συλλουκιανιστά

ἀμέτριον, ἀνόσιον

* Collucianistam Eusebium uocat, quasi condiscipulum, qui secum Lucianum presbyterum Antiochenum martyrem, sacras literas Antiochiæ docentem, audierit.

CAPUT X.

Eusebij Nicomediensis ad Paulinum Tyri episcopum epistola.

A DOmino meo Paulino Eusebius in Domino salutem. Neq; egregium Domini mei [a] Eusebij pro uerbo ueritatis, de quo ad nos est renunciatum studium: neque tuum eadem de re silentium, Domine, tacitum apud nos est. Itaque pro eo atque conuenit, de domino quidem meo Eusebio lætamur: de te autem dolemus, tanti uiri silentio causam nostram damnari existimantes. Quapropter te, qui nosti, prudenti uiro minimè omnium conuenire, ut aliena & absurda sentiat, ueritatemq; obticcat, hortor, ut spiritu mentem tuam ad scribendum redintegrante, scribere tandem de rebus ijs incipias, quæ & tibi & auditoribus futuræ sunt utiles: præcipuè, si consentanea scripturæ, uestigijs uerborum & sententiarum eius insistens, scribere animum induxeris. Neq; enim duo ingenita audiuimus, neq; unum in duo diuisum, sed neq; corpus aliquod perpessioni obnoxium didicimus aut credidimus, domine: uerùm unum quidem ingenitum, unum uerò ab ipso uerè & ex substantia eius factum, prorsus naturæ ingeniti particeps: non ita illud quidem, ut ex substantia eius sit, sed factum planè sit, aliud natura atque uirtute, ad perfectam æqualitatem dispositionis & uirtutis factoris ipsius factum. Cuius principium non uerbo tantum inenarrabile, sed neque mente, non dico hominum, sed eorum quæ supra homines sunt, omnium, comprehensibile esse credimus. Proindeq; non nostris ipsorum rationibus freti, sed sacræ scripturæ authoritatibus edocti, dicimus, conditum esse & fundatum & genitum substantia, & quidem immutabili atque inenarrabili natura & æqualitate ad factorem ipsum, sicuti ipse dicit Dominus: Deus creauit me in initio uiarum eius, ante omnes colles genuit me. Si uerò ex ipso, hoc est, ab ipso erat, ceu pars eius, aut ex defluxu substantiæ, non iam creatus, neq; fundatus esse diceretur: id quod ipse quoque, domine, profectò non ignoras. Quod enim ex ingenito existat, cõditum iam ab alio, quàm ab ipso, fundatúmue non sit, utpotè ab initio ingenitum existens. Si uerò genitũ id esse dicatur, † indiciũ quoddã de se præbeat, ueluti ex paterna substantia genitum, & ex natura eius æqualitatem habens. Scimus, quod non de eo solo, genitum esse, scriptura, uerũ etiam de alijs, illi per omnia natura dissimilibus, loquitur. Nam & de hominibus dicit: Filios genui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Et, Deum qui genuit te, dereliquisti. Et in alijs, quid dicit? Qui genuit guttas roris: non naturam ex natura, sed cuiuslibet rei quæ generatur, ex uoluntate eius, generationem deducens. Nihil enim est ex substantia eius: uerùm omnia uoluntate eius, pro se quodque, genita sunt, sicuti & genita sunt. Atque ille quidem Deus, hæc uerò ad similitudinem eius † ratione sua similia futura, (sponte sua genita, & omnia per ipsum quidem à Deo genita) & tamẽ omnia ex Deo. Quæ tu accepta & elaborata, pro ea quæ tibi diuinitùs adest gratia, ad dominũ meum Alexandrum perscribe. Persuasum enim habeo, si ad hominẽ scripseris, te eum permoturũ esse. Saluta omnes in Domino. Valentem te, & pro nobis orantem, diuina gratia conseruet, domine.

Sententia Eusebij de persona filij Dei Arianisans.

ὑπόφασίν τινα παρέχει. Alij habent ὑπὸ βάσιν, hoc est, diminutionẽ, decremẽtum.

λόγῳ Quæ hic parẽthesis signo inclusa sunt, apud Nicephorum nõ extãt sed ex Theodoriti exemplaribus sunt inserta. Quorũ quædam κατ' ἐπιτομήν, quædam ἀκριβῶς habent.

CAPUT XI.

ALia & isti scripserunt, aduersus ueritatẽ bellum instituentes. Postquam autem diu multumq; scribentes, persuadere Alexandro quod uolebant non potuere, perinde atque iniuria affecti essent, ægrè id ferentes, magno studio in hoc incubuere, ut Arij dogma obtineret. Et in Bithyniæ primaria urbe, impietatis instituta officina, Eusebius ad plerosq;

Alexander Alexandrinus ut Arium ad cõmunionem admittat, perſuaderi nõ potest.

roſque orbis Chriſtiani Epiſcopos literas dedit, ut Arium ſectatoresq́; eius ad communionem admitterent. Sic enim futurum, ut ingentem de dogmate conſequerentur gloriam: & Alexandro, ut idem faceret, authores fierent. Vt uerò nihilo magis cœptum eorum ex ſententia proceſſit, quòd Alexander in eis quæ ſemel decreuiſſet, conſtanter perſeueraret: deſperata ea re Arius, internuncios ad Paulinum, & Euſebium Pamphili, & Patrophilum Scythopolitanum, & ad illorum collegium miſit, ut ſibi ſectatoribusq́; ſuis populi ſui in eccleſia cogendi, ſicuti antea feciſſent, poteſtas fieret, petens: quippe qui longo ipſe iam tempore ordinem locumq́; ſuum inter presbyteros haberet, & ex conſuetudine antiqua unus quidem omnibus præeſſet epiſcopus: presbyteri autem ſuas ipſi regerent eccleſias, atque in eis populum congregatum pro concione docerent.

Arius ut presbyter, conuentus in eccleſia ſua cogẽdi poteſtatem petit.

Permiſſum id Ario, quatenus Alexandro epiſcopo morigerus eſſet, Palæſtinis epiſcopis ſtatuentibus.

Illi legationem hominis ſuſcipiunt, & cum alijs in Palæſtina conuenientes, petitionemq́; eius adimplentes, decretum in ſcriptum referunt: Arium quidem, ut antea, conuentus cogere poſſe: Alexandro autem ſubditum eſſe, deprecariq́; & ſupplicare ei, quo in gratiam unionemq́; eius peruenire poſſet, debere. Sed & alia quoque in Aegypto Synodus hac de re acta. Ario Melitius etiam, ſectatoresq́; eiuſdem fauerunt, cumq́; maximè iuuerunt: qui & ipſi non ita pridem ab eccleſia deſciuerant, & malè erga Alexandrum animati erant. Quis autem Melitius iſte fuerit, iam antea diximus. Cæterum hæreſi hac per Aegyptum, & alibi paſsim in eccleſijs uulgata, diſsidium ubique implacabile excitatum eſt. Et uulgus iudicium earum rerum ſibi ſumebat. Agebatur de his publicè in foro, alijs ad hanc, alijs ad illam partem animi affectione inclinantibus. Eaq́; rerum facies riſum prorſus, tragicumq́; præbebat ſpectaculum. Siquidem non peregrini & aduenæ eccleſias oppugnabant, ſed ciues ac tribules quotidiana conſuetudine inter ſe coniuncti, bellum inteſtinum gerebant, linguis pro haſtis utentes, et ſeipſos inuicem mordentes. In eam ſanè indignitatem res euaſit, ut publicè Chriſtianiſmus, ad iocum & ludibrium omnibus expoſitus eſſet. Iuueniliter namque inter ſe decertãtes, legationes circummittebant, utra pars maiorem ad ſe pertraheret hominum frequentiam. Et quamplurimæ epiſtolæ, inter ſe contrariæ, paſsim mittebantur ab eis qui uel Alexandrum uel Arium opinionibus ſuis aſſentiri cupiebant. Vnde deinceps, quæ ſequutę ſunt hæreſes, Arianorum, Eunomianorũ, & ſi qui ſunt alij, diſsidij & conflictationis occaſionẽ ſumpſere.

Melitiani, Arij fautores.

Vulgus etiam ſibi iudiciũ eccleſiaſticarum controuerſiarum ſumit.

Id quoque ætate noſtra uſitatum eſt.

Hæreſum plurium ex contẽtione eiuſmodi ortus.

CAPVT XII.

QVæ cõtentio quũ ad Imperatoris quoq́; aulã peruenisſet, nõ mediocriter, ea audita, laudatiſsimus permotus eſt atq́; indoluit Princeps. Et graui in animo concepto mœrore, propriam eam reputauit eſſe calamitatem. Confeſtim ergo flammã accenſam extinguere, & quàm celerrimè malorum fontem obturare ſtuduit. Verebatur enim, quòd nuper admodum religio uigere cœpiſſet, multos eiuſmodi opinionum diſſenſione adductos, fidem auerſaturos eſſe. Itaq́; literis ſcriptis, & Arium & Alexandrum obiurgans, uicio eis uertit, quòd quæ latêre potuerit, quæſtionem in medium attulerint: & nimia ad contendendũ inclinatione, ea perperàm uulgarint, quæ neq́; mouere, neq́; prorſus in animũ admittere, aut certè, ſi admiſiſſent, ſilentio tegere, neq́; ita inter ſeſe diſsidere, quamuis illis tum de dogmate non cõueniret, debuiſſent. Omniũ quippe maximè neceſſariũ unũ eſſe putauit, ut de diuina prouidentia cõſentiamus, & omnes eandẽ fidẽ ſeruemus. Exquiſitè uerò de eiuſmodi rebus inquirere, † ſecundarũ eſſe partiũ. Quod ſi ambiguę emergerẽt ſententiæ, rectius eas in receſsibus mentis, tanquã in umbra, tegi. Quapropter ut à talibus contentio-

Conſtantinus per literas Alexandrum & Arium ad concordiam eſt cohortatus.

In fidei profeſſione omnes conſentire debemus.

οὐ δευτερᾶ ἐφ' ἑτέροις

A contentionis nugis alieniſsimi, idem ſentirent, eos eſt cohortatus. Aegrè ſibi eſſe quàm maximè teſtatus, homines tales & urbes Orientales, quamuis uſu publico id flagitante, ipſamq́; adeò Alexandriam, tanto ſibi eius diſsidij impedimẽto obiecto, uiſere. Talia quædam obiurgatione & ſuaſione temperata, Alexandro & Ario ſapientiſsimus ſcripſit Imperator. Grauiter etiam admodum tulit, quòd audiſſet, quoſdam in Oriente feſtum Paſchæ diem non eodem tempore, quo reliquos omnes Chriſtianos, celebrare: eosq́; quùm ſingulare quiddam ſibi uſurpare, atque à deſtinato receptæ ab alijs conſuetudinis inſtituto recedere, tum ſerias eas ludaico quodam more peragere. Quapropter fieret, ut tam lætus & feſtus Chriſtianorum conuentus obſcuraretur, & diſſenſione deprauaretur. Itaq́; conſentientem ſtatum eccleſijs conciliare uolens, utraq́; in re inhibere mali currentem impetum, priuſquam latius ad plures peruenìret, & ſeditionem ad concordiam reducere ſtuduit. Eius rei gratia, uirum & uita & doctrina inſigni præditum, qui quùm alijs in rebus præclarus eſſet, tùm in tuenda fidei profeſsione paulò antea magnam ſibi gloriam comparaſſet, quiq́; in maxima apud Imperatorem ueneratione & honore præcipuo eſſet, nomine Hoſium, ciuitatis Cordubæ in Hiſpania epiſcopum, ex omnibus familiaribus ſuis delectum, cum literis ad eos qui in Aegypto inter ſe diſsidebant conciliandos, & ad cõcordiam reducendos: & item ad eos qui in Oriente, eccleſijs alijs ſe Paſchali die celebrando non accommodabãt, ad conſentientes nobiſcum ceremonias pertrahendos, miſit. Literarum earum partem aliquam non incommodum fuerit hoc loco inſerere. Epiſtolam enim totam, Euſebius libro ſecundo eorum quos ad Conſtantinũ ſcripſit, de uerbo ad uerbum retulit. Cuius capita quædam ſic habent.

Quæſtiones eccleſiaſticas nõ temerè promulgandæ.

Controuerſia de tẽpore Paſchatis celebrãdi.

Ad diſſenſiones eiuſmodi Conſtantinus Hoſiũ Cordubenſem epiſcopum in Aegyptum & Aſiã miſit.

CAPVT XIII.

B

IEctor Conſtantinus, Maximus, Auguſtus, Alexãdro & Ario. Quæſtionis præſentis exordium à uobis iſthinc extitiſſe intelligo. Quum enim tu Alexander à presbyteris requireres, quid quiſq́; eorum ſentiret de quodam loco ſcripturæ, ſeu potius de cuiuſdam partis inani quæſtione interrogares: & tu Ari, quod uel prorſus in animum non admiſſum, uel certè admiſſum ſilentio mandatum oportuit, improuidè reſpondendo exponeres, excitata inter uos diſſenſione, conuentus quidem ſolennis quibuſdam denegatus, ſanctiſsimus autem populus in partes ſciſſus, communis corporis apta & conſentiente unione excidit. Itaque uterque ueſtrùm ex æquo ſententiam animumq́; animaduertens, ad quòd uos conſeruus & collega ueſter legitimè ac iuſtè cohortatus fuerit, id ſuſcipiat. Quid uerò hoc ipſum eſt? Neq́; interrogare de eiuſmodi rebus à principio, neq́; interrogatum reſpõdere, æquum erat. Eiuſcemodi enim quæſtiones, quas non aliqua legis & religionis noſtræ neceſsitas iungit, ſed inanes inutilis ocij nugæ proferunt, etiamſi naturalis alicuius exercitationis gratia proponantur, tamen intra abdita mentis noſtrę continere, neq́; uel facilè in publicos conuentus producere, uel incautè omniũ auribus credere debemus. Quotus enim quiſq́; eſt, qui res ita magnas & difficiles admodũ, aut certò perſpicere, aut ritè exponere queat? Quod ſi quis id ſibi facère procliue eſſe ducat, cui parti plebis id perſuadebit? aut quis tandem erit, qui cõtra tales tantarum rerum argutias & ſubtilitates, ſine periculoſo lapſu cõſiſtet? Quam ob rem, inhibenda eſt in talibus † diſputatio longior, ne quo modo, ſi uel naturæ noſtræ imbecillitas, quod propoſitũ ſit, exponere nõ ualeat: uel diſcentium auditorũ hebetius ingenium, id quod exquiſitè dictum ſit, aſſequi non poſsit: in alterius iſtorum, blaſphemiæ ſcilicet, aut ſchiſmatis atq́; diſsidij neceſsitatẽ populus incidat.

Epiſtolæ Conſtantini ad Alexandrũ & Arium particulæ.

Dolet Eccleſiaſticã untonem diuiſam eſſe.

ἐρεσχελίαι

Quæſtiones de religione nõ neceſſariæ, nõ facilè proferendæ.

πολυλογίαι

Itaq́;

Itaq; & interrogatio incauta, & responsio improuida, æquam sibi inuicem in u- A
troq; ueniam concedant. Neq; enim de præcipuo aliquo legis nostræ præcepto «
occasionem concertandi sumpsistis, neque nouum aliquod à uobis de cultu Dei «
institutum est inductum, sed unam eandemq; habetis propositam rationem, si- «
Exhortatio ad concordiam. cuti communionis etiam tesseram. Et quum de rebus minimis inter uos conten- «
tiose decertetis, minimè omnium decet, per dissensionẽ, uos tantam populi Dei «
multitudinem, pro arbitrio uestro ducere. Quod neq; decorum, neque prorsus «
fas esse creditur. Sedenim, ut prudentiam uestram paruo exemplo commonefa- «
ciam, non ignoratis sanè, philosophis etiam ipsis de uno omnibus conuenire do «
gmate, & persæpe eosdem de parte aliqua sententiarum aut breuium dictorum «
dissentire: atq; etiã si scientię uirtute discordent, corporis tamen unione inter se «
conspirant. Quod si hoc sic habet, quomodo nõ multo iustius fuerit, uos, qui ma «
gni Dei ministri, in tantæ religionis instituto collocati estis, unanimes inter uos «
esse? Verùm age, deliberatione maiore consideremus, & cogitatione prolixiore «
quod dictum est animaduertamus, an rectè propter paucas & uanas uerborum «
inter uos rixas, fratres fratribus aduersentur, & solennes conuentus impia dis- «
sensione per uos segregentur, qui de paruis admodum & minimè necessarijs re- «
bus mutua cõtentione decertatis. Vulgaria hęc sunt, & puerilibus mentibus ma «
Petit Constantinus, ut sibi permittatur, excommunicatione Arianorũ abolita, Christianum populum ad unanimes in ecclesia conuentus reducere. gis conuenientia, quàm sacrorum & prudentium uirorum sapientiæ congruen- «
tia. Decedamus nostra sponte à diabolicis tentationibus. Magnus ipse Deus & «
Saluator omnium nostrũm, commune omnibus protulit lumen: per cuius pro- «
uidentiam, cœptum hoc mihi, illius longè † potentioris famulo, ad finem debitũ « † κρείττονος
perducere permittite, ut per uos, illius populos, mea admonitione, ministerio, et «
cohortationis cõtentione, ad conuentus cõmunionem reducã. Est enim, quem- «
admodum dixi, una quędam in uobis fides, una instituti uestri sententia, & legis «
ipsius præceptum, omnibus suis partibus in unum animæ propositum & uolun «
tatem omnia concludit. Hoc ipsum quod uobis inter uos cõtentionem peperit, B
quandoquidem non ad totius legis uim refertur, nequaquam apud uos seditio- «
nem aliquam & secessionem faciat. Atq; hæc dico, non ut omnino necessitatem «
uobis istam, ualde puerilem atq; incautam, aut qualemcunq; tandem quæstionẽ «
Propter quæstiones non ita magni momẽti unio & communio ecclesiastica nõ sciendas. sopiendi imponam. Potest enim à uobis sincerè solennitas conuentus retineri, et «
communio omniũ seruari, quamuis maximè in parte quapiam inter uos aliqua «
sit de re minima dissensio. Siquidem non omnibus nobis, in rebus quibusuis, ea- «
dem uoluntas est, neque una apud nos natura aut sententia obtinet. Itaque de «
prouidentia Diuina, una in uobis sit fides, una sententia, unus de Deo consen- «
sus. Ea uerò quæ de minimis istis quæstionibus inter uos exquisitè inquiritis, «
tametsi ad eandem sententiam non deducantur, conuenit, intra cogitationem «
retinere, atque in animi penetralibus conseruare. Itaque facite, ut ineffabile illud «
& præcipuum communis amicitiæ & charitatis sacramentum, & ueritatis si- «
des, Deiq; cultus, & religionis atque legis nostræ honor & reuerentia, constans «
& firma apud uos permaneant. Redite ad mutuam charitatem & gratiam, red- «
dite uniuerso populo suos amplexus: et uos ipsi ueluti animas uestras expiantes, «
Constantinus insuauem sibi uitã fore putat, nisi res ecclesiastica ad pacem & tranquillitatẽ reducatur. rursus alter alterum agnoscite. Iucundior namq; persæpe, post depositas inimici «
tias, reconciliatione interueniente, fit amicitia. Reddite mihi quoq; serenos dies, «
& noctes securas, ut mihi suauitas aliqua puræ lucis, & trãquilla uitæ lætitia de- «
inceps seruetur. Quod si nõ fit, illa mihi necessitas incũbit, ut suspiriis & lachry- «
mis totus extenuer, & neq; uitæ huius tempus placidè sustineã. Si enim tot Dei «
populi, hoc est cõserui mei, tam iniqua & detrimentosa inter se decertatione dis- «
sideant, quomodo fieri potest, ut ipse deinceps animo consistam? Cæterùm ut «
summum

A summum meum hac de re mœrorẽ amplius intelligatis, illud sic habete. Nuper *In Orientem Nicomediæ profectus Cõstantinus, in itinere de dissidio ecclesiarũ certior factus, retrocessit.*
» adeò, quum Nicomediæ essem, derepentè nescio quo urgente, in Orientẽ cogi-
» taui. Et properantem me ad uos, quum maiore iam ex parte uobiscum essem,
» nuncius huius rei perculit, & consilium cœptumq; meum disturbauit, meq; re-
» trocedere coegit, ut ne oculis conspicere cogerer, quæ auribus quoq; intoleran-
» da esse iudicaui. Aperite mihi deinceps, per cõcordiam uestram, Orientale iter,
» quod mutuis uestris contentionibus clausistis. Date mihi hoc, ut celeriter uos,
» omnesq; alios populos lætus uidere, & pro communi omnium concordia & li-
» bertate, orationibus auspicatissimis faustissimisq; uerbis, debitam gratiam Deo
» agere possim.

CAPUT XIIII.

ET Imperator quidem prudenter hæc ita scripsit. Dissidium autem magis inualescebat: res omnis præter spem in deterius uergebat, & contentio impotens reconciliationi locum non relinquebat. Neque *Hosius orator infectis rebus ad Constantinum redijt.*
enim tam pium Imperatoris studium, neque excellens oratoris uir-
tus, quidquam effecit. Et tantum abest, ut ad gratiam redintegrandam homines
persuaderentur, ut amplius etiam ad uindictam sint excitati. Quapropter infec- *Constantinus Nicenã indicit Synodum.*
tis rebus ad Imperatorem redijt, qui ad pacem componendam missus fuerat,
Hosius. Itaq; Imperator, malũ id ad summũ excrescere cernens, decantatissimã
illam in Bithynia Nicænam Synodũ promulgat: & literis locorũ omnium Epi-
Paupertas Episcoporum uetorum. scopos ad constitutam diem cò cuocat. Illos publica uehebant uehicula & iu-
menta, publici equi & muli: nec ipsos tantum, sed etiam qui eos ministerij gra-
tia comitabantur. Conuenere cò ferè ex omnibus prouincijs & urbibus patres: *Numerus Episcoporũ qui ad Synodum eam conuenerunt.*
B quorum nomina unà cum urbibus, quibus Episcopali administratione præfue-
runt, magnus Athanasius in Synodali suo libro recensuit. Episcopi fuere circi-
ter trecenti decem & octo: nec pauciores sacerdotes & diaconi, eorum comites.
Apostolicas sedes tum tenuere Alexandriæ, ad lacum Maræoticum sitæ, Alc- *Primariarum ecclesiarum antistites.*
xander: Antiochiæ ad Orontem, ecclesia iam tum Eustathio commissa fuerat,
Philogonio non ita pridem ad Deum recepto, & ad meliorem uitam translato.
Legitima antiquitus Episcopi electio, seu postulatio. Hunc Eustathium inuitum admodum & reluctantem, ui plurima allata prouin
ciales episcopi, sacerdotes, communisq; Domini populus, ex Berrhœa ad eum
thronum pertraxerunt. Hierosolymis episcopatum gessit, suo respondens no-
mini, Macarius: Romæ Iulius, Constantinopoli Alexander. Et Romanus anti-
stes, propter ætatem decrepitam: Constantinopolitanus uerò, propter multam
imbecillitatem, in sedibus suis remansere: sed eorum nomine bini presbyteri *Mandatarij Romani et Cõstantinopolitani episcoporũ.*
missi sunt, à Iulio quidem Vitus & Vincentius, ab Alexandro autem duo alij, &
uita & eruditione plurimùm excellentes. Habebant ij ab illis mandatum & cau-
tionem, ut in conuentu locum illorum obtinerent, & quod ibi ritè atq; ordine
actum decretumq; esset, comprobarent. In Synodo ea, multi Apostolicis donis
pollebant: non pauci etiam, propter Christianam constanter obitam confessio- *Episcopi sanctitate uitæ, miraculis, & cõfessione Christi spectati.*
nem, stigmata & notas in carne circumferebant; præsertim ex episcopis, Pa-
phnutius superioris Thebaidis, & Spyridon Cyprius Trimythuntis, & Hosius
Cordubæ, & Iacobus Nisibis, (sic enim Antiochia Mygdoniæ antea uocata
est) qui etiam mortuos resuscitans in uitam reduxit, & innumera alia miracula
edidit: Meletius Sebastiæ, Basileus Amasææ, Nicolaus Myrorum, Gregorius
maioris Armeniæ, Paulus Neocæsareæ in Euphratis ripa conditæ: qui amba-
rum manuum usu, Licinij improbitate, igneto ferro uenis atque neruis, quibus
uis mouendi inest, peruulsis, orbatus fuerat. Et alij, quibus partim alter ocu-

E lus stri-

lus ſtridenti ferro ademptus erat, partim poplites dextri cauterio mutilati, pedes ad gradiendum inutiles reddiderant. Inter quos & Paphnutius Aegyptius fuit: de quo, ſicut & de Spyridone, poſtea dicemus. Atq; ut ſimpliciter dicam, martyrum planè populus in unum conuenit locum. Affuere ibi etiam plurimi alij, ex præſtantibus & laicis, docti & eloquentes, in primisq; ſacrarum literarum, nec non prophanarum quoque diſciplinarum peritia præclari uiri, alterutri parti momentum afferre alacriter parati. De eis porrò qui ibi conuenere, Euſebius Palæſtinus in tertio ad Conſtantinum libro hæc refert · Ex eccleſijs omnibus, quæ per Europam, Libyam, & Aſiam omnem ſunt, miniſtrorum Dei columnæ conuenerunt in una oratoria æde, perinde atque à Deo amplificata: Syri & Cilices, Phœnices & Arabes, Palæſtini, eiſq; uicini Aegyptij, Thebæi, Libyes, & qui à Meſopotamia uenerant: quin & ex Perſide Epiſcopus aderat. Neque Scytha in eo choro deſiderabatur. Pontus quoque, Aſia, Phrygia, & Pamphylia, delectos ſuos & præcipuos uiros eò miſerant. Aderant quoque Thraces, Macedones, Achæi, & Epirotæ. Quin & qui ijs longinquiores remotiores'que ſunt, aduenerant. Ab ipſis quoque Hiſpanis, † celeberrimus ille unà cum alijs, ibi conſidebat. Imperatoriæ ſanè urbis Antiſtes propter ætatem ſenilem aberat, ſed presbyteri eius præſentes uicem eius implebant. Solus profectò & unus Imperator Conſtantinus poſt ſæcula condita, CHRISTO ſeruatori ſuo, corona pacis uinculo contexta, de uictoria contra hoſtes parta, eiuſcemodi diuinum gratiarum actionis conſecrauit donarium, & præclarum hoc Apoſtolici chori apud nos exhibuit ſpecimen. Quandoquidem ad exemplum illius, conuentus coactus eſt ex gentis omnis quę ſub cœlo eſt, uiris religioſis: in quibus erant Parthi, & Medi, & Elamitæ, & Meſopotamiam incolentes, Iudæam quoque, & Cappadociam, Pontum & Aſiam, Phrygiam & Pamphiliam, Aegyptum, & partes Libyæ quæ eſt ad Cyrenen, aduenæ Romani, Iudæi & proſelyti, Cretes & Arabes. Præterquàm quòd illic non omnes ex Dei miniſtris conuenerant: in preſenti uerò choro, Epiſcoporum turba trecentorũ numerum exceſsit. Qui uerò eos comitati ſunt, presbyterorũ, diaconorum, acoluthorũ, aliorum'q; plurimorum, neq; numerum inire erat. Inter eos aũt Dei miniſtros, alij quidem ſapientiæ ſermone, alij autem uitæ morum'q; firmitate, & patientiæ conſtantia enitebant: alij rurſum mediocribus dotibus ornati erant. Nonnulli porrò ætate prouectiore uenerationem merebantur, nõnulli iuuenilibus annis animorum'q; uigore florebant. Quidam etiam non ita dudum functionis ſuæ fuſceperãt munus. Atq; his omnibus quotidie Imperator ſumptus liberaliter præberi curauerat. Hæc Euſebius.

A

B

Laici etiã docti & pij ad conuentum Nicænũ uenere.

Euſebius Pamphili de Nicæno Epiſcoporum cõuentu.

Hoſius uidelicet.

Apoſtolicus Epiſcoporum chorus.

Liberalitas Imperatoris in Epiſcopis alendis.

Epiſcoporum ſanctorũ paupertas.

CAPVT XV.

Epiſcopi Arianizantes.

Athanaſius archidiaconus Alexãdrinus.

PLurimi ſanè Arij partibus addicti erant, maximeq; opinionem eius cõprobabant: Euſebius olim Beryti, poſtea uerò Nicomediæ antiſtes: Theognis Nicææ ipſius, & Maris Chalcedonis Bithyniæ, epiſcopi. Quibus cum fortiter cõgrediebatur Athanaſius, inter diaconos Alexandriæ primarius, ipſiq; epiſcopo Alexandro percharus: quippe præclara doctrina & uirtute præditus, & diſputator grauis & acutus, non minima ſanè conſilij Synodi eius pars, Imperatori ipſi & familiaribus eius egregiè notus. Quamobrem, magnum contra ſe Arianorum concitauit odium: ſicuti hiſtoria procedente poſtea indicabimus. Prius autem quàm omnes epiſcopi in publicum coirent conuentum, pro eo atque fieri conſueuit, qui artium diſſerendi periti erant homines, quaſi præludentes certamina, de ſententijs quas ſequebantur,

Præludium diſputationis Nicænæ.

A quebantur, et contentiones ineibant. Et quum quidam diſputationis uoluptate longius producerentur, ex confeſſoribus Laicis aliquis, ſimplici prudentia ornatus, qui ibi aderat: Doctrinam, inquit, noſtram non uerborum fraude, aut dilucidi aliqua arte, † primi eius authores atq; adeò ſpectatores prodidere, ſententia & fide nuda boniſq; operibus ſimpliciter & apertè fundatam. Arianis idem ſuaſit, ne quid de fide ab initio tradita nouarent, ſed inexploratò ſententiam de numinis diuini cultu complecterentur. At illi, non oportere, dixerunt, antiquorum, niſi inquiſita re, recipere ſententias. Cæterùm nonnulli quidem conſilium confeſſoris minimè contemnendum eſſe iudicarunt: nonnulli autem, quòd uera eum dicere ſcirent, ſermones cum eo tum non conſeruerũt. Sed & multi ex Græcorum philoſophis, diſputationibus ſe immiſcuerunt: alij quidem, ut quæ'nam eſſet religio noſtra diſcerent: alij uerò, quòd indignarentur, per Chriſtianiſmum nuper admodum ortum, Græcæ ſuperſtitionis impoſturas ſupprimi & perire. Atq; ij profeſſionem noſtram in contentioſam controuerſiam trahebant, ut propter inteſtina diſſidia peſſum iret, minuſq; multis grata eſſet. Horum quidam, arte dicendi ſeſe ambitioſe uenditans, ſacerdotibus noſtris inſultabat, & nugas ac deliramenta dicta eorum eſſe, cum reprehenſione obijciebat. Eius tam arrogantem ſuperbiam, ſimplex quidam ſenex non ferens (creditur autem celebris ille & magnus Spiridon fuiſſe) cum eo diſputatione eſt congreſſus. Et temerarijs quidem ea res riſui fuit: qui uerò æquiores humanioresq; erant, uerebantur, ne ab homine arte multa inſtructo, uir Græcarum diſciplinarũ prorſus expers, ludus fieret, & tamen dignitate tanta ſpectatum inhibere reformidabant. Itaque quum id ei permiſſum eſſet: In nomine IESV CHRISTI, Philoſophe, inquit, audi. Vnus eſt Deus cœli & terræ, uiſibiliumq; & inuiſibilium omnium conditor, qui uniuerſa hęc uirtute Verbi produxit & ſuſtinet, & ſanctitate ſpiritus eius ſtabilit & cõfirmat. Id Verbum, quod à nobis filius Dei nominatur, errorem & ſeductionem humani generis miſeratum, natum eſt ex muliere, & humanum ſubſtantialiter recepit corpus: mortuum etiam eſt pro nobis, et reſurrexit. Et ueniet primo quoq; tempore, factorum cuiuſq; quæſitor & iudex. Hæc ſic ſe habere, citra curioſam inquiſitionem credimus. Nec tu, quomodo hęc ſint, quære: neq; rationem eorum arguere aut explorare aude. Superant enim hæc rationem, & cognitionem omnem longè præcellunt. Et paululum conticeſcens: Credis'ne, inquit, hæc? reſponde. Ad hæc primùm hianti ore conſternatus Philoſophus: deinde, Credere ſe, dixit: uictum'q; eſſe ſtatim profeſſus, eadem quæ diuinus ille ſenex ſentiret, ſe quoque ſentire conſtituit: atq; ut & alij eundem reciperent animum, operam dedit, iureiurando confirmans omnibus, non ſine diuino numine religionem complexum, ſed arcana quadam ui ad ſacra Chriſtianorum ſe traductum eſſe. Idem poſtea Alexandro epiſcopo Conſtantinopolitano accidiſſe dicunt. Vixdum poſt Synodum Conſtantinus Byzantium uenerat, quũ quidam Græcorum philoſophi accedentes, eum reprehenderunt, quòd ſe illegitimo religionis cultui dedidiſſet, ac res diuinas nouaſſet, ſacra alia quàm maiores eius coluiſſent, & tot ſeculorum tempora tuliſſent, ſectatus. Et ut periculum eis de noua opinione facere, atque cum Epiſcopo ſermones conferre liceret, rogarunt. Atq; ille, tametſi inexercitatus & artium diſſerendi imperitus, uitæq; tantum integritate fretus, (erat enim, ut uix alius quiſquam, honeſtus & bonus) tamen Imperatore iubente, colloquij congreſſum non detrectauit. Et quum permulti Philoſophorum conueniſſent, ut ex omnibus alijs præſtantiſsimus unus ad diſputandum deligeretur, aliſq; taciti & quieti ſedentes auſcultarent, petijt.

B

Chriſtiana doctrina non eſt ſic deſtituta arte ſuffulta.

† *Chriſtus uidelicet, et Apoſtoli eius.*

Laici confeſſoris ſciſcitum diuitũ, eiuſdemq; conſilium pium Arianis datũ.

Philoſophici etiam infideles de profeſſione Chriſtiana diſputant. ſed cõſilio improbo.

Spiridon ſimplex & grandæuus Epiſcopus, Philoſophum arguit pauciſſimis uerbis ad religionem Chriſtianam adducit.

Idem in alio philoſopho Alexãder Cõſtantinopolitanus antiſtes facit.

Ita uni ad certamen progresso: In nomine IESV CHRISTI, Alexander inquit, A tibi, ut ne loquare, impero. Atque ille unà cum hoc uerbo lingua eius impedita obmutuit, eo, quod sibi acciderat, facto, reliquos per nutum admonens atque exterrens. Et quum signis manuumq; gestu, credere se significasset, cum lingua soluta simul uocem recuperauit. Sic scilicet ille experientia ipsa uim & documentum mysterij cæpit. Atq; hæc sic gesta.

CAPUT XVI.

Sanctorũ in sacro Nicæno cõcilio Patrũ sessio.

IMperator ipse quoque, ubi festo die propter uictoriam à Licinio reportatam peracto, Nicæam uenit, maximũ in Imperiali palatio ædificium exornauit, & subsellia sediliaq; satis multa, qui conuenerant sacris uiris, parietibus quoque productis, fieri curauit: & unicuique congruenti habito honore, ordine eos omnes ingredi iussit. Quum uerò ei uideretur, ut & ipse in consilium prodiret, postremus omnium cum paucis ingressus est, digna prorsus admiratione corporis proceritate, uultuq; læto conspicuus, & nouam quandam gratam atque decentem, quæ in facie eius insidebat, præferens uenerationem. Et summissiore, quàm Amplitudo eius ferret, throno, qui ei paratus fuerat, posito: non prius sibi confidendum putauit, quàm id ei ab Episcopis permitteretur. Tanta in Imperatore humanitas cum reuerentia, qua uiros illos prosequebatur, coniuncta inerat. Et tandem primus ipse in conuentu admonitus consedit, & cum eo simul sacer ille chorus. Ibi, quum altum esset silentium, primus Antiochenæ ecclesiæ episcopus Eustathius, oratio-

Sanctis Patribus Constantinus assidet.

Constantinum meritis ornant laudibus, Eustathius Antiochenus, & Eusebius Cæsariẽsis, episcopi.

nis laudibus, perinde atque recens decerptis floribus, Imperiale illius caput exornauit, spectatum' que diuinis rebus curandi studium eius legitimo honore & fastis ominibus compensauit. Itidem & Pamphili Eusebius assurgens egit. uerba enim ad eum, quibus uirtutes eius laudibus uehebat, fecit, & per eum gratiarum actiones & hymnos Deo sacrauit. His finitis, silentio rursus facto, Imperator ex ipsa cathedra exhortatione usus est, qua illos ad concordiam excitauit: & quem quisque priuatim haberet dolorem, eum in præsentia postponere iussit. Permulti namque alius alium accusauerant: ac tempus datum esse putantes, quo, quod cuique ægrè esset, auerti curari' que posset, de quibus rebus inter se conflictabantur, de eis libellos Imperatori obtulerant. Quos quum non grauatè recepisset, ad certum diem postea de eis se deliberaturum dixit: atque in præsens, ad id quod de fide propositum esset, agendũ, procedere iussit. Multi siquidem, qui libenter diutinas & acres etiam inimicitias gererent, Episcopos quosdam criminabantur, & querelas suas scriptas Imperatori dabant. Quibus ille omnibus colligatis, sigillũ annuli sui impressit, eosq; diligẽter seruari præcepit. Post conuentionem eam, dies constitutus quum uenisset, libellos eos omnes in manibus tenens: Hæ, inquit, querelæ & accusationes magno illi Iudici decidendæ remittuntur, statumq; tempus extremi iudicij sit dies: cui iudici occulta etiam manifesta sunt. Mihi quidem homini, errori obnoxio, nefas esse uidetur, ecclesiasticorum uirorum accusationes recipere & audire. Neque etiam omnino cõuenire puto, Dei ministros tales se præstare debere, ut uel à me uel ab alio iudicentur. Si namque sacerdotum delicta plurimis innotescant, maxima præbetur eis offendiculi occasio, qui impunè nullo timore peccare cõstituêre. Quapropter agite, CHRISTVM æmulati, per mutuam ueniam alius alij commissa remittamus. Oportere siquidem remitti ab eo debita, ille dicit, qui ipse gratiam delicti petat. His uerbis dictis, libellos in conspectu eorum combussit: iuratus,

Cõstantinus episcopis cõcordiam suadet.

Supplices criminationum libelli à multis Episcopis Imperatori offeruntur.

Eos Constantinus recipit, & criminationibus ad iudicium Christi relatis, in conspectu Episcoporũ cõburit.

Episcopos ut alius alij noxã remittat, fraternè admonet.

A iuratus, nihil se prorsus, quæ in eis scripta essent, legisse. Addidit & illud: Si in Episcopum incideret, alienum coniugem violantem, & purpura sua piaculum id obtecturum esse, ne tam fœdum facinus spectatoribus occasionem mali crearet. Atque hæc quidem sic ante communem conuentum acta. In consessu autem patrum, oratione ad concordiam eos cohortans, de dogmatibus fidei consultare, & sententias per suffragia dicere iussit. Quæ uerò tum ad eos dixit, in summa hæc sunt. Gratias quidem, inquit, rerum omnium causa, sed huius potissimum conuentus nomine, ago Deo, Patres & fratres charissimi. Recte enim sic uos appello, quando hanc mihi communis Seruator omnium nostrũm concessit gratiam, ut felicius etiam mihi, quàm uotis optare sim ausus, res ceciderit. Tantam namque sacerdotum Dei, in consilio & conuentu unofrequentiam, illo cõcedente intueri, an non ingentis felicitatis loco habendum? Sed peruelim uos omnes, eadem cogitantes, & animorum consensu in eadem sententia consistentes, uidere. Rebus enim malisq; adeò, quę quis eloqui possit omnibus, longè deterius mihi esse duco, quòd ecclesiam Dei seditionibus inter se dissidentem, & contrarijs hostiliter sententijs conflictantem cerno. Quandoquidem autem (quod sanè factum nollem) quæ ad me relata sunt, omnibus iam innotuere: quo dolore animum meum perculsum esse putatis, quum seditionibus inuolutos esse uos audirem? Quod minimè omnium à uobis factum oportuit, qui Dei ministri & pacis præcones designati estis. Quis iam alijs quieta consilia sequi persuadebit, quando uos tam hostiliter arma sumitis, & inter uos de-
B pugnatis? Quam ob causam, hanc sacram cogi Synodum, qui Imperator & conseruus uester sum. Et hanc à uobis unam peto gratiam, quam quùm me à uobis recipere, tum uos mihi dare est æquum, ut rebus quæ seditionem hanc pepererе in medium prolatis, controuersijsq; quietis consilijs decisis, ad pacem, pro ea quæ uobis inest gratia, cunctos redigatis, & doctrinæ concordiam reducatis. Sic enim futurum est, ut ego cum tam frequenti & sacro cœtu uestro, contra inuidum dæmonem, commune statuam tropæum. Qui pestiferis illis tyrannis, quorum opera in rebus omnibus est ex sententia usus, quàm celerrimè è medio sublatis, rerum suarum satagens, intestinum hoc commouit bellum, inuidens semper, & rebus nostris prosperis imminens. Quod ego uos, tanquam Deo præsente, oro, ut pro se quisque, ea quæ animum eius angit molestia abiecta, se ad communis concordiæ commodum adiungat. Neque enim quisquam uestrũm putet rempublicã ritè administrari posse, si uos ita seditionibus & dissidijs digladiabimini. Et profectò graue admodum & absurdum fuerit, hostibus iam uictis, quum nemo contrà niti audeat, uos armis inter uos contendere, causamq; inimicis ea re præbere uoluptatis, & ironici subdoliq; risus: idq; de rebus diuinis differentes. Quos doctrina spiritus apertè, quid sit faciendum, docet. Sacrorum namque Euangeliorũ scriptura, & Apostolorũ diuinitùs inspirata uerba, adhæc prisca quoque Prophetarum oracula, manifestè nos, quæ de Deo & dicere & sentire oporteat, erudiunt. Itaque, quæ sacrum hoc bellum excitauit, contentione quàm longissimè missa facta, diuinis doctrinis controuersiarum inquiramus decisionem. Quod sanè commodum nobis, & inuentu facile erit, si uoluerimus.

Episcoporum delicta propter offendiculum sedulò tegenda.

Summa orationis Constantini, quã in primo patrũ cõcessu ad eos habuit.

Exhortatio ad concordiã & unionem.

Intestinis Ecclesiarum dissidijs hostes Euangelij delectantur.

CAPUT XVII.

Proceſſus Concilij Nicæni.

HAec ille, aut certè hiſce ſimilia, ueluti pius filius, ad Epiſcopos, tanquam patres, dixit. Alia quoque addidit, quibus diſputationem de doctrina moueri permiſit, Apoſtolicam concordiam inducere ſtudens. Et productus eſt in medium Arius, atque de eis quæ ab ipſo in quæſtionē deducta fuerant, diligens & accurata diſquiſitio facta. In primis uerò cauebatur, ne temerè atque præcipitanter in alterutram partem ſententiæ proferrentur. Quæ porrò hiſce de rebus in tertio ad Conſtantinum libro Euſebius memoret, referenda cenſui. Plurimis ſanè argumentis à parte altera prolatis, ac multa primùm diſputatione hinc & inde inſtituta, patienter admodum omnia audiuit Imperator, & intenta diligentia propoſitas quæſtiones ſuſtinuit: ſeorſim'que deinde quæ ab utraque afferebantur parte excipiens, paulatim eos qui ardore contentionis acrius ferebantur, conciliauit, & placidè cum unoquoque agens, atque græco ſermone utens, quòd & huius imperitus non eſſet, ſuauem & iucundum ſe exhibuit. Et his quidem perſuadens, illis uerò ſermone ſilentium imponens, nec non recta dicentes laudans, omnes autem ad concordiam excitans, in eandem opinionem & ſententiam de rebus in controuerſiam deductis omnibus omnes perduxit, ita ut in profeſſione eadem fidei conſentirent, & eodem tempore omnes ſe ſalutiferum feſtum celebraturos profiterentur. Decreta quoque communia in ſcriptum relata, uniuſcuiuſque ſubſcriptione roborata. Hæc propterea hic inſerui, ut profeſſionis fidei teſtimonium etiam ab hoſtium confeſſione momentum & pondus aliquod habeat. Ne quis obiſcere aut cauillari queat, idiotas & indoctos prorſus fuiſſe, qui eam in ſcriptum retulere. Eorum enim, inquit Euſebius, qui Nicææ cōuenerunt, ſeruorum Dei, alij quidem præcelluerunt ſapientiæ ſermone, alij uitæ grauitate. Et Imperator ipſe præſens, omnes ita ad concordiam producens, conſentientes effecit. Sed enim profeſsio fidei à trecentis & decem & octo Epiſcopis in ſcriptum relata, atque ab eiſdem, & ſimul à ſapientiſsimo Cōſtantino annotationibus confirmata, quæ etiam nunc eccleſijs olim tradita obtinet, de uerbo ad uerbum ſic habebat.

Euſebius quoque Cæſariensis ſubarianisans. ut Nicephoro uidetur, decretum Synodi Nicænæ laudat.

Decretum ſeu ſymbolum fidei Chriſtianæ, Nicænum.

Credimus in unum Deum, patrem omnipotentem, uiſibilium & inuiſibilium omnium factorem. Et in unum Dominum IESVM CHRISTVM, filium Dei, genitum ex patre, unigenitum: hoc eſt, ex ſubſtantia patris: Deum de Deo, lumen de lumine, Deum uerum de Deo uero: genitum, non factum, conſubſtantialem patri, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, et propter noſtram ſalutem, deſcendit, & incarnatus eſt, homo factus, & paſſus. Et reſurrexit tertia die. Aſcendit in cœlos, & uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos. Et in ſpiritum ſanctum. Qui autem dicunt, fuiſſe aliquando quum non eſſet, aut non fuiſſe priuſquam genitus ſit, aut ex non exiſtētibus factum eſſe, aut ex alia ſubſiſtentia uel ſubſtantia fuiſſe, aut creatum, aut mutationi alterationiue obnoxium: eos anathemate ferit catholica & apoſtolica eccleſia Dei. Ad hunc modum omnibus inter ſe conuenit, ut conſubſtantialem patri filium eſſe decernerent, & ſanam fidem complecterentur.

Arianorum cōdemnatio.

CAPUT XVIII.

Epiſcopi Arianí, qui uocem & ſententiam τὸ ὁμοούσιος reprehenderunt.

ATque pauci admodum Arij laudarunt opinionem. Paulo poſt tamen & ipſi fidem eam approbarunt: excepto Secundo & Theona, qui etiam ὁμοούσιον & conſubſtantialis uocem reprehenderunt. Erant autem hi, Euſebius Nicomediæ, Theognis Nicææ, Maris Chalcedonis,

Adonis, Theonas Marmaricæ, Secundus Ptolemaidis, Menophantus Epheſi, Patrophilus Scythopolis, Narciſſus Neroniadis (quæ ſecundæ Ciliciæ ciuitas eſt, nunc Irenopolis uocata) Epiſcopi. Dicebant namque ὁμοούσιον conſubſtantiale eſſe, quod ex aliquo ſit per † partitionem, aut per germinationem, aut per fluxum. Ac per fluxum quidem, ut paterni liberi: per germinationem, ut ex radicibus ſurculus: per partitionem autem, ut ex maſſa aurea ramenta duo uel tria. At quia iuxta nullam talium modorum rationem ex patre filius eſſet, propterea editam fidei profeſsionem reijcere inſtituerunt. Et quùm ὁμοούσιον conſubſtantialis uocem prorſus non receperunt, tum ſubſcribere decreto ei, quo dignitas ſacerdotalis Ario eſt abrogata, noluerunt. Quæ res Synodo cauſam præbuit, ut Arium, atque unà omnes qui eius adhærerent ſententiæ, excommunicatos anathemati ſubijceret, ac ne quis eorum Alexandriam ingredi auderet, ſanciret. Idem anathema in uoces quoque hæreſis eius, & librum extenſum, quem ille contra pietatem compoſitum † Thaleiam inſcripſerat, quaſi floridum & uiridantem, cuius ſtylus & eloquutio, ſicuti ex ſcripto ipſo cognoui, ſimplex & diſſoluta, Sotadiſq; poetæ cantilenis perſimilis fuit. Ac præterea, ſi quod aliud eius aut ſectatorum eius inueniretur ſcriptum, ut id igni mandaretur. Quin capite quoque Conſtantinus ſanxit, ſi quis quidquam eorum preſſum occultaſſe, nec ſtatim exuſiſſe compertus eſſet. Multas inſuper epiſtolas per urbes paſsim contra Arium, & qui ſectæ eius erant, miſit. Euſebium & Theognidem ſedibus ſuis exegit. Et Nicomedienſes ad complectendam à trecentis proditam rectam fidem, aliosq; Epiſcopos qui rectè ſentirent legendos, *Euſebiumq; obliuioni mandandum, eſt hortatus. Qui uerò cum Ario ſenſu Bri, aut opinionem eius laudaturi eſſent, in eos ſe grauiter animaduerſurum eſſe, eſt minitatus. Quibus literis etiam ſignificauit, aliam ꝑb cauſam inuiſum ſibi Euſebium eſſe, ut qui antea Licinij partes ſequutus fuerit. Itaque non ſolum illi ſunt proſcripti, ſed alij quoque in eorum locum lecti. Pro Euſebio enim Nicomediæ Amphion, pro Theognide autem Nicææ Chreſtus, epiſcopi facti, ambo ſincerioris pietatis quammaximè ſtudioſi. Illud ſcire oportet, Euſebium & Theognidem, quiſq; præterea factionis eius erant alios, fidei ſuæ doctrinam in ſcriptum relatam ſeorſim Synodo obtuliſſe, eamq; ut adulterinam & impietatis plenam diſcerptam eſſe. Quam ob cauſam, quòd ingens turba excitata, atque omnes propter manifeſtam impietatem aduerſus eos commoti eſſent, ipſi quoque præter Secundum & Theonam, Arium anathemati ſubiecerunt: exauthorationi tamen illius ſubſcribere noluerunt, quamuis fidei profeſsioni ſubſcripſiſſent: quod tamen † ſimulanter & inſincerè fecerunt, ab exilio reuerſi, ſicut poſtea oſtendemus. Teſtificabuntur id quoque res eorum aduerſus pietatis defenſores actæ, & quæ ipſi de rebus his reliquerunt ſcripta, quæ itidem recenſebo. Euſebius ſanè alter, cui Pamphili cognomen inditum, affuit & ipſe concilio, dubius'que etiam atque etiam ſecum conſiderauit, an promulgatæ fidei profeſsioni aſſentiri deberet: atque aliquantulum aſſenſione retenta, eam tandem approbauit, & ſubſcriptione ſua confirmauit. eccleſiæ quoque ſuæ quærenti, profeſsionem & definitionem eam miſit, in qua uocem quoque τὸ*

Adonis, Theonas Marmaricæ, Secundus Ptolemaidis, Menophantus Epheſi, Patrophilus Scythopolis, Narciſſus Neroniadis (quæ ſecundæ Ciliciæ ciuitas eſt, nunc Irenopolis uocata) Epiſcopi. μεριστόν, πρόβολον, ῥύσιν.

Arianiſti formulā fidei Nicænam reijciunt, & Arij exauthorationem improbant.

Dicebant namque ὁμοούσιον conſubſtantiale eſſe, quod ex aliquo ſit per † partitionem, aut per germinationem, aut per fluxum. Ac per fluxum quidem, ut paterni liberi: per germinationem, ut ex radicibus ſurculus: per partitionem autem, ut ex maſſa aurea ramenta duo uel tria.

Arius & ſectatores eius unà cum libris ſuis anathemate ingulati.

Hæreticorum libri ad ignem damnantur.

Thaleiam

Euſebio Nicomedienſi & Theognidi Nicæno epiſcopatus ademptus.

Exequutio ſynodalium decretorum.

Alij Nicomediæ & Nicææ epiſcopi.

Arianorū profeſsio fidei in Concilio publicè diſcerpta.

Euſebius Nicomedienſis, Theognis Nicæus, et quidam alij Ariani, Nicænis decretis, extra

Arij abrogationem dignitatis, ſubſcribunt, metu adacti, &c.

Euſebius Pamphili tardiuſculè eadem approbauit.

ſimulanter

* *Euſebius Nicomedienſis ad Conſtantinum Imperatorem, manu ueſtem ſuam quam geſtabat demonſtrans, dicere eſt auſus: Etiamſi hæc me inſpiciente rupta diuidatur, non tamen eiuſdem ſubſtantiæ eſſe dixerim utrunque. εἰ τοῦτο τὸ ἱμάτιον ἐμοῦ διαιρεθείη, ὅπου γε οὐ φείδει τῆς αὐτῆς δοίης ἑκάτερον.*

Qua blaſphemia permotus Conſtantinus, eo procliuius in proſcriptionem eius conſenſit, Sozom. lib. 2. cap. 21.

τῷ ὁμοουσίῳ consubstantialis declarat: ne cui suspectus fieret, tanquam tardius aut neglectim, nulla adhibita cura, illi subscripsisset.

CAPUT XIX.

Dissensio Paschatis celebrâdi ad cõsensionem reducta.

IIdei dogmate ritè atq; ordine confirmato, rursum conuenere, ac de sacris Paschæ feriis disceptarunt. Placuitq; omnibus, ut eodem tempore ab omnibus festus is dies celebraretur. Tertio porrò congressu, de eo quem antea diximus, Melitio hæresiarcha, eiusq; sectatoribus, atque rebus per eum in Aegypto nouatis, inquisitum atq; decretum, ut omnes illi Lyci essent, nudum Episcopatus nomen retinentes, & ne cui eorum posteà imponendæ manus potestas esset. Quos autẽ antea manuum impositione dignati essent, ut illi in ministerio suo, quod sortiti fuerant, permanerẽt quidem, & absque metu omni communicarent, dignitate autem & honore ab aliis cuiuscunque ecclesiæ episcopis secundas ferrent: atque ut in defunctorum locum deinceps recens apud eos cooptati surrogarentur, siquidem suffragio digni uiderentur, episcopo Alexandrino legente: ipsi uerò legendi arbitrio suo potestatem non haberent. Acrectè sanè & commodè hocsic Synodus constituit, ut Melitij sectatorumq; eius temeritas atque celeritas manuum imponendarum compesceretur. Tam præfracta namque audacia fuit Melitius, ut persequutionis temporibus, quum fugeret atq; latitaret, manus imponendæ potestatem, ad celeberrimum illum Petrum Martyrem pertinentem, sibi raperet atque uendicaret. Qua re illud euenit, ut tantopere schisma & factio eius per Aegyptum inualesceret. His ita peractis, moribus conformandis Concilium leges posteremò tulit uiginti: Canones nominare solent. De quibus quum consultaretur, † reliquis quidem constituendum esse uisum est, ut quicunque sacrum aliquod sortiti essent ministerium, præterquam Lectores, de cæterò cum uxoribus suis non concumberent, quas ante initum sacrum magistratum duxissent. Solus autem Paphnutius, superiorum Thebarum episcopus, de quo antea nobis facta est mentio, intercessione sua rem eam impediuit: ueneratione dignum esse matrimonium, neque castitate & pudicitia sua id carere dicens, legitimumq; insuper ius eius subijciens, Synodum rogauit, ut legem eam non perferret: Grauem enim utriusq; sacerdotibus scilicet & coniugibus eorum, atq; etiam fortasse uitæ parum pudicæ causam fore. Quapropter, inquit, pro eo atq; antiquitùs seruari solitum est, deinceps quoque obtinere oportet, ut qui sacerdotalem susceperint dignitatem cœlibes, posteà quoque à coniugio abstineant: qui uerò uxore ducta in ordinem sacrum cooptati sint, ut à coniugibus suis non separentur. Hæc Paphnutio, qui uxorem nunquam duxisset, suadente, Synodus comproba uit: atq; de hac re, quam arbitrio cuiuslibet reliquit, nihil sanxit. De aliis autem, ut ei est uisum, ritè atque ordine leges tulit, ad quarum præscriptum conuenit res ecclesiasticas geri. Quæ sanè leges propositæ omnibus sunt, & à quouis, si uelit, facilè legi possunt.

Decretum synodale de Melitio & populariburs eius, satis benignum.

Melitius propagandæ hæresis suæ causa, temerè & illegitimè sibi manus imponendæ authoritatem rapuit.

Canones Nicænæ Synodi de confirmatione morum cleri.

† 22. reperiuntur apud Rufinum Eccles. hist. lib. 10. cap. 6.

Paphnutij Thebæi episcopi de cœlibatu sacerdotum in concilio Nicæno sententia.

Socrat. lib. 1. cap. 11. hist. Eccl.

In sententiam Paphnutij istâ Honorij & Theodosij AA. lex est scripta. l. Eum qui. C. de episc. et cler. quæ hodie quoque in Orientalibus ecclesijs seruatur.

CAPUT XX.

CAeterùm Imperator Dei amantissimus, de communi concordia solicitè cogitans, Acesium quoq; Nouatianorum episcopum ad concilium euocauit, eiq; & de fidei dogmate, & de die festo decretum Synodi ostendit: interrogauitq; adeò eum, an ea rectè sic ab Episcopis essent constituta. Qui quum ea laudasset, neque noui quidquam definitum esse dixisset, se enim & idem dogma fidei à maioribus accepisse, & nunquam aliter Paschæ festum celebrasse: Imperator, Qui igitur, inquit, quum in eadem sis nobiscum

De Synodi Nicænæ decretis Constantinus Acesij quoque Nouatiani episcopi sententiã audit.

A sis nobiscum sententia, à communione nostra tantopere abhorres? Ibi illé dissidij, quod inter Nouatum & Cornelium Romanæ urbis episcopum sub Decio Imperatore fuit, meminit: Nouatum uidelicet, eos qui post baptismum peccatum ad mortem patrassent, ac dijs sacrificassent, à communione diuinorum mysteriorum reiecisse: solius Dei, & non sacerdotum potestatem eam esse dictitans, talibus hominibus remissionem delicti concedere. Ad quem ex tempore Imperator: Scalas, inquit, admoue Acesi, & solus in cœlos ascende. Quo dicto, non Acesium ille laudauit, sed potius, quòd immunem à peccatis se fortè existimauit esse, perstrinxit. Ac res quidem Concilij, sicuti breuissimè exposuimus, sunt gestæ. Mihi uerò graue aut molestum non fuerit, ad fidem dictorum certius confirmandam, quæ de dolo furentium Arianorum Eustathius & Athanasius ueræ pietatis propugnacula scripserunt, allegare: quæ item Eusebius Pamphili, de Synodi constitutionibus suæ significauit ecclesiæ: præterea quæ à patribus uniuersis sunt communiter decreta: denique quæ Deo charus Constantinus ad quoscunq; absentes Episcopos, de fidei dogmate, de Paschate, de Ario eiusq; sectatoribus, & de ipso Eusebio Nicomediensi scripsit. Ex ijs enim maximè Synodi acta cognoscentur. Et primùm Eustathij Antiocheni episcopi uerba exponam, quibus Arianorum blasphemiam redarguit, et rem gestã docet: atq; insuper dictum illud, Dominus creauit me ab initio uiarum suarum, interpretatur, Qui sic scribit.

Dissidium inter Cornelium Ro. episcopũ & Nouatum presbyterum, de pœnitentibus in ecclesiã recipiendis.

Dicendorum propositio.

CAPUT XXI.

„ AD rem ipsam, ut gesta est, progredior. Quid igitur est? Postquam eas
„ ob causas Nicææ Synodus coacta est maxima (conuenerunt enim eò
„ ducẽti, & septuaginta ferè præterea Episcopi: certum enim numerum,
„ propter tantam multitudinis turbam, referre nequeo, nequè id adeò magno stu
„ dio fuit scrutatus) ut de fidei ratione est quæsitum, perinde atque manifestum
B argumentum atque indicium blasphemiæ, Eusebij scriptum est productum,
„ quod in præsentia omnium lectum, quùm uarium auditoribus motum, propter
„ peruersam deprauationem, tum authori ipsi probrum attulit maximum. Po-
„ steaquam autem conatus fraudulentus Eusebij manifestò est deprehẽsus, & scri
„ ptum iniquissimum in conspectu omnium discerptum, ex composito nonnulli
„ pacificationis nomen præse ferentes, effecerunt, ut qui optimè sententias dice-
„ re soliti fuerant, silerent. Ariani uerò metuentes, ne tam frequentis Concilij de-
„ creto damnati relegarentur, priores ipsi sententia sua abrogatum dogma anathe-
„ mate iugularunt, & consentientibus annotationibus professioni fidei manibus
„ ipsi suis subscripserunt: & episcopatibus suis, per ambitionem & circumcursa-
„ tionem maximam manus plerorunque prensantes, quòd excidere dignitatibus
„ debuerint, retẽtis posteà, nunc quidem clandestinè, nunc autem propalàm dam
„ natas docuere opiniones, & uarijs ea in re usi sunt argumentis & insidijs. Et
„ quum pangere uellent zizaniorum plantas, ab hominibus peritis sibi metuen-
„ tes, Episcopos ipsos deuitarunt, & alios ueræ pietatis præcones atque profes-
„ fores fraudulenter expugnarunt. Non credimus autem, impios atque sine Deo
„ homines diuino numine unquam fore superiores. Etiamsi enim rursus inuale-
„ scant, rursum tamen uincentur, iuxta grandiloquum & grauem prophetam E-
saiam. Hæc magnus ille Eustathius. Qui uerò eo uel uirtute uel pietatis æmulatione inferior non est, celebratissimus Athanasius, ad Aphros scribens, hæc infert: Episcopi qui conuenerant, quũ abolere ab Arianis excogitatas impietatis uoces

Eustathius Antiochenus de Synodi Nicænæ actis.

Eusebius Nicomediẽsis cũ formula fidei sua non pulchrè in Synodo stetit.

Fraus Ariorum in suo ipsorũ dogmate damnando.

Anathasius de eorundem improbitate.

uoces illas (ex non exiſtentibus creaturam eſſe, & facturam filiũ, & erat aliquando quum non erat, & quòd mutabilis ſit naturæ) atq; eas quæ ex profeſſo in ſcripturis ſunt promulgare uellent, quòd ſcilicet ex Deo filius natura unigenitus eſt uerbum, uirtus, ſapientia ſola patris, Deus uerus, ut Ioannes dixit: & ut Paulus ſcripſit, reſplendeſcentia gloriæ, & expreſſa imago ſubſiſtentiæ patris: Euſebiani à propria inſanæ opinionis perſuaſione tranſuerſim acti, inter ſe ſunt colσυνθώμεθα loquuti: † Pactum feriamus, nam & nos ex Deo ſumus. Vnus enim eſt Deus, ex quo omnia: & uetera præterierunt, ecce noua facta ſunt omnia, ex Deo autem omnia. In mentem quoque eis uenit, quod in Paſtore ſcriptum eſt: Primùm omnium crede, unum eſſe Deum, qui omnia creauerit & perfecerit, atque è nihilo in ſubſtantiam deduxerit. At epiſcopi, ubi uerſutiam illorum atque impietatis malignam fraudem animaduerterunt, dilucidandum eſſe quod ex Deo dicitur rati, ex ſubſtantia Dei eſſe filium ſcripſerunt: ut creaturæ quidem, quod à ſeipſis abſq; authore ſubſtantiam non capiant, ſed principium creationis ſuæ ex Deo habeant, ſic ex Deo eſſe perhibeantur: filius autem ſolus æternus, ſubſtantiæ patris eſſe dicatur. Hoc etenim peculiare & proprium unigeniti & ueri uerbi patris. Ac ſcriptionis quidem eius quę eſt, ex ſubſtantia patris, occaſio & cauſa hæc fuit. Epiſcopis porrò rurſus paucos, ut tum uidebantur, illos interrogantibus, an filium dicerent non creaturam, ſed uirtutem ſapientiamq; ſolam patris, atque imaginem ſempiternam, non uariantem, neque differentem per omnia à patre, & Deum uerum: deprehenſi ſunt Euſebiani ſibi inuicem innuere, atque dicere, hæc in nos quoque cadere, quòd & nos imago & gloria Dei dicamur. Ac de nobis illud dictum eſſe, Semper enim nos qui uiuimus: &, Virtutes multæ ſunt: &, Exiuit omnis uirtus Dei ex Aegypto: &, Erucam atque locuſtam dici uirtutem magnam: &, Dominus uirtutum nobiſcum, ſuſceptor noſter Deus Iacob. Sed & peculiares nos Dei eſſe, non ſimpliciter dici, uerùm fratres etiam uocari. Quod ſi uerum quoq; Deum filium nos dicamus, nihil eos id perturbare: qui quum factus ſit, uerus ſit. Hæc ſanè eſt Arianorum peruerſa ſententia. Quapropter epiſcopi etiam, dolo eo perſpecto, ex ſcripturis collegerunt, præter ſubſiſtentiam, reſplendeſcentiam, fontem, fluuium, expreſſam imaginem, &, In lumine tuo uidebimus lumen: &, Ego & pater unum ſumus. luculentiusq; deinceps & compendioſius ſcripſerunt, ὁμοούσιον conſubſtantialem patri. Quæ uerba ſcripturæ non eſſe, Euſebius Cæſarienſis epiſcopus nouit: ſed ab eis ſtultè reprehenduntur. * Præter ſcripturam enim & ipſi impietatis authores erant. Minimè namque ſcripturæ uerba ſunt, Ex non exiſtentibus: &, Fuit aliquando quum non eſſet. Itaque illi uerbis non ex ſcriptura quidem petitis, ſed piè tamen inuentis, conuicti ſunt & damnati. Ipſi ſiquidem ueluti è ſtercore erutis uocibus, planè è terra loquuti ſunt. Epiſcopi autem nõ ipſi ſibi uerba cõfingentes, ſed patrum de eis teſtimoniũ habentes, ea in ſcripto ſuo uſurparunt. Veteres enim Epiſcopi ante annos propè centum & triginta, & in magna Roma, & in noſtra urbe, eos reprehenderunt, qui filium creaturam, & non conſubſtantialem patri eſſe dixerunt. Id quod cognitum eſt Euſebio Cæſareæ epiſcopo, qui prius quidem Arianæ fuit ſectator hæreſis: poſtea uerò ipſi Nicænæ ſubſcribens Synodo, ad ſuos literas dedit, & cõprobauit, ex priſcis quoq; doctos quoſdã & præclaros Epiſcopos & ſcriptores in patris & filij diuinitate nomine

A
B
C

ὁμοούσιος, hoc eſt, conſubſtantialis patri.

Euſebij mẽtio, hic nõ fit apud Theodoritum, cap. 8. lib. 1. hiſtoriæ ſuæ Eccleſ.

Etiam ueteribus Theologis uox τὸ ὁμοούσιος quantiũuis ἐγχαράσσει uſurpata.

Præmiſſionis conciliationibus Arianorum probrè obiectã eum patres.

Filius ex ſubſtantia patris.

* Stultè Ariani uerba Catholicorum, Ex ſubſtantia patris, & Conſubſtantialis, quòd in ſcripturis non inueniantur, reprehendũt: quum Arianarũ præſtigiarum nec uoces, nec ſententiæ, in eiſdem reperiantur.

A mine τὸ ὁμοούσιον conſubſtantialis eſſe uſos. Iſti igitur morbo ſuo ſuppreſſo, quòd tantam Epiſcoporum multitudinẽ metuerent, in ea quæ decreta ſunt, pedibus ierunt, propheticam in ſe reprehenſionem pertrahentes. Nam & ad eos huius uniuerſi Deus exclamat: Populus iſte labijs me honorat, corde autem longè abeſt à me. Theonas porrò & Secundus, quòd idem facere nollent, ab omnibus, ſuffragijs conſentientibus, ſunt excommunicati, ut qui Arij blaſphemiã ueritati Euangelicæ anteferrent. Hæc Athanaſius.

Aſſimilabãt plerorumq; Arianorum in decretum Nicænum effugio.

Theonas et Secundus excommunicati.

CAPUT XXII.

SEdenim quæ etiam Euſebius Pamphili, ex ipſa Nicæa ad quoſdam Arianos, qui proditionem non iniuria ei obiecerant, ſcripſerit, audire conuenit. Ea ſanè rabiem quoque eius manifeſtò arguunt. Rectius autem conſilium intentionemq; eius epiſtola ipſa indicabit, quæ ſic habet. Quæ de eccleſiaſtica fidei profeſſione, in frequẽti Synodo Nicææ celebrata, ſunt acta, aliunde etiam credibile eſt uos cognouiſſe: quòd fama plerunque certam accuratamq; rerum geſtarum commemorationem præcurrere ſolita ſit. Cæterùm ne rumoribus huiuſmodi rei ueritas aliter ad uos quàm eſt acta, perferatur, neceſſariò uobis miſimus, primùm à nobis propoſitam de fide ſcripturã: deinde etiam alteram, quam ad uoces noſtras acceſsionibus quibuſdam adiectis ediderunt. Scriptum ſanè noſtrum in præſentia Deo dilecti Imperatoris noſtri recitatum, ac rectè probéq; cõceptum eſſe iudicatum, ad hunc ſe habet modum. Profeſsio fidei à nobis expoſita, ſicuti eam à deceſſoribus noſtris Epiſcopis, atque in prima rerum ſacrarum inſtitutione, & quum ſacrum ſubijmus lauacrum, accepimus, & ſicuti ex diuinis didicimus ſcripturis, atque ſimul & in presbyterio & in ipſo Epiſcopatu profeſsi ſumus & docuimus, ea eſt talis: Credimus in unum Deum, patrem omnipotentem, rerum omnium uiſibilium & inuiſibilium factorem. Et in unum Dominum IESVM CHRISTVM, Dei uerbum, Deum de Deo, lumen de lumine, uitam de uita, filium unigenitum, primogenitum omnis creaturæ, ante omnia ſæcula ex patre genitum, per quem & omnia facta ſunt: qui propter noſtram ſalutem incarnatus, & inter homines uerſatus, & paſſus eſt: & reſurrexit tertia die, & aſcendit ad patrem, uenturus rurſum in gloria ad iudicandum uiuos & mortuos. Credimus etiam in ſpiritum ſanctum: horum quemque eſſe & ſubſiſtere credentes, patrem uerè patrem, & filium uerè filium, & ſpiritum ſanctum uerè ſpiritũ ſanctum: quemadmodum & Dominus noſter diſcipulos ſuos ad prædicandi munus mittens, inquit: Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomen patris & filij & ſpiritus ſancti. Quæ ſic ſe habere, & nos ſic ſentire, ſic etiam olim obtinuiſſe, nosq; adeò de tali fidei profeſsione uſque ad mortem decertaturos eſſe, etiam atque etiam confirmamus: anathemate ferientes omnem impiam, † Deoq; carentem hæreſim. Hæc nos ſic ex corde & animo, iam inde ab eo tempore, quo nos ipſos nouimus, ſenſiſſe, atque etiam nunc ſentire & profiteri uerè, omnipotentem Deum & Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM te ſtamur. Declarare quoque certa & fideli probatione, & perſuadere uobis poſſumus, prioribus etiam temporibus nos ſic & credidiſſe, & prædicaſſe.

Hac à nobis expoſita fidei profeſsione, nullus erat contradicendi locus. Et ipſe Dei amantiſsimus Imperator, noſter Princeps, quùm rectiſsimè eam conceptam eſſe teſtatus, tum ita ſeipſum ſentire profeſſus eſt: atque ut omnes ei aſſentirentur, ſubſcriberent, & uoce una ſuffragarentur, admonuit: uno duntaxat adiecto τῷ ὁμοουσίῳ conſubſtantialis uerbo, quod uerbum etiam interpretatus eſt

Theodorit. lib. 1. cap. 11 & 12.

Euſebius Pamphili de Synodi Nicænæ actis.

Profeſsionis fidei Chriſtianæ formula ab Euſebio Pamphili Synodo obłata.

ἀθεον

Formula hæc à Conſtantino laudata.

Ei uerbū ὁμοούσιον adiectum. Expositio eius uocis per Constantinū, &c.

tatus est dicens, non iuxta corporum perpessiones ὁμοούσιον consubstantialem A
dici, neque iuxta diuisionem, neque iuxta resectionem ex patre subsistere, quòd «
materiæ prorsus expers intellectualis & incorporea natura corporalem quam- «
piam perpessionem sustinere nequeat: diuina uerò & ineffabili ratione debe- «
re talia in animo considerari. Atque sapientissimus quidem & pijssimus no- «
ster Imperator ad hunc modum est philosophatus. Illi uerò per occasionem & «
prætextum adiectionis τῷ ὁμοουσίῳ consubstantialis, aliam fidei professionem «
Cap. 17. cod. composuerunt, quam paulo antea historiæ adieci. Ea porrò recitata, quomo- «
Expositio uerbi. Ex substantia patris. do ab eis, & Ex substantia patris, & Consubstantialis patri, esse dictum, mini- «
mè indiscussum atque inexploratum reliquimus. Interrogationes namque & «
responsiones interpositæ, ratioq; & sententia dictorum inquisita. Atque equi- «
dem illud, Ex substantia, illi professi sunt significare, ex patre quidem esse, sed «
non ut partem existere patris. Cui sententiæ, quum recta esset uideretur, assen- «
simus: pia quippe doctrina dictante, ex patre esse filium, non patrem substantiæ «
eius esse. Quapropter quùm sententiam eam approbauimus, tum uocem quo- «
ἐξ οὐκ ὄντων, Ex, Genitū, non factum. quę ipsam nō repudiauimus, quòd † pacis signum nobis ob oculos positū habe «
remus: & præterea, ne à recta sententia exciderem us. Eadem ratione &, Genitū, «
non factum, admisimus. Quandoquidem uerbum Factum, cōmunem appella- «
tionem esse dixerunt reliquarum creaturarum, quæ per filium sunt conditæ. Ea- «
rum quippe nihil habere simile filium: propterea q; non esse eum facturam, eis «
quæ per ipsum factæ sunt, similem: præstantiorem autem quàm creaturam om- «
nem obtinere substantiam, quam ex patre genitam esse diuina docent oracula: «
Item, Consubstantialem patri. quum quidem modus ipse generationis omni genitę naturę ineffabilis sit, & in- «
considerabilis. Similiter uerò ratio probè disquisita, Consubstantialem patris «
esse filium astruit, non quidem corporum more, neq; ad animantium morti ob- B
noxiorum instar: neq; etiam iuxta diuisionē substantiæ, neq; iuxta resectionem: «
sed neq; iuxta perpessionem quampiam, aut uersionem, aut mutationem patris «
uirtutis: quòd aliena prorsus ab his omnib. sit ingenita patris natura. Sed quòd «
consubstantialis patri dicatur, illud significat atq; infert, nullam omnino similitu «
dinem ad creaturas conditas filium Dei ferre: sed qui eum genuit, patri tantum «
modis omnibus esse similem, & non esse ex alia quapiam subsistentia uel substan «
tia quàm patris. Cui uerbo, eo pacto per interpretationem exposito, rectè nobis «
uisum est assentiri: præcipuè quum sciremus, ex ueteribus eruditos quosdam & «
spectatos episcopos & scriptores, in exponenda patris et filij diuinitatis ratione, «
τῷ ὁμοουσίου consubstantialis nomine usos esse. Hæc de professione fidei publici «
tùs edita, sunt dicta. Cui uniuersi assensimus, & quidē non citra disquisitionē, sed «
iuxta sententias in præsentia Deo dilecti Imperatoris inuestigatas, nobisq; expo «
Cur Eusebius Pamphili etiā in anathema Arianorū decreto Synodali adiectū, cōsenserit. sitas, & rationibus quas diximus ex professo consentaneas. Porrò anathema «
quod professioni fidei ab eis est adiectum, comprobandum esse duximus, ut ho «
mines uocibus quæ in scripturis non inueniantur, uti prohiberentur, quæ ferè «
causam omnem confusioni & seditioni ecclesiæ præbuerunt. Nullius sanè diui- «
nitùs inspiratæ, & quæ ritè ordineq; dictis utitur scripturæ, sunt illa, Ex non exi «

De rebus sacris et diuinis, uerbis uti, quæ in scripturis non reperiuntur, religio est.

Expositio uerbi, Natum ante omnia secula.

ἐνέργειαν, ἀνυπόστατον, ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ὄντα.

Verbum, Consubstantialem, non nouū, aut tum primùm inuentum.

A stentibus: &, Fuit aliquando quum non esset. Quare rationi minus consentane-
» um uisum est, ea & dicere & docere. quo facilius calculo etiam nostro ritè decre-
» tum anathema comprobauimus: quandoquidem neque anteactis temporibus
» eiusce modi uerbis uti soliti sumus. Quin & illud, Eum antequam gigneretur
» non fuisse, anathemate iugulare non absurdum putauimus: propterea quòd om
» nes profiteantur, eum esse filium Dei, etiam ante natiuitatem secundum carnem.
» Iam uerò & Dei amantissimus Imperator professioni inseri curauit, Iuxta diui-
» nam illius natiuitatem, ante omnia illum existere secula, Quum etiam priusq; †
» actu gigneretur, † potentia fuerit in patre ingenito, patre semper existente patre,
» sicuti quòq; rege semper & saluatore potentia omnia existente, semperq; † secun
» dum eadem & similiter se habente. Hæc uobis, charissimi, necessariò perscri-
» benda putauimus, ut quæ disquisitionem & assensionem nostrā subsequuta sint
» decreta declararem, & pulchrè primùm quidem ad ultimam usq; horam stetisse
» nos intelligeretis, quum nos ab alijs aliter scripta offenderent: deinde uerò con-
» tentionis studio abiecto, ea quæ nos nihil perturbarēt complexos esse, quum no
» bis benignè uerborum sententiam inquirentibus, manifestum habere cōsensum
» uiderentur cum eis, quæ in fide à nobis prius proposita professi fueramus. Ve-
rumenimuerò Consubstantialis uocem nō nouam, aut ab Episcopis Nicææ tum congregatis primùm proditam, sed à multis antea annis à sapientibus inuentam, usurpatamq; patribus esse, apertè ostendit Eusebius. Tum autem τὸ ὁμοούσιον Consubstantiale, cōmuni consensu concordiq; calculo ab omnibus comproba-
tum, paulo antè ipse exposuit id quod Eusebius quo que in uita Constantini lucu
lenter astruit.

CAPUT XXIII.

Synodi Nicænæ decreto, miraculo ingenti, duo etiam defuncti Episcopi subscripsere.

B Æterùm quod in suscriptione sancti symboli insigne accidit miracu-
lum, id non intempestiuum fuerit commemorare. Priusquam acta
Synodi perficerētur, euenit, ut duo Episcopi è uita antè discesserint,
quàm professionis fidei scripto annotationem subscriptionemq; suā
apposuissent. At reliqua patrum turba ad communem sepulturæ & dormitio-
nis locum uenere, & monumento illorum assistentes, scriptumq; in manibus ha-
» bentes, tanquam ad uiuentes & audientes: Bonum certamen, dixerunt, diui pa-
» tres nobiscum decertastis, cursum peregistis, fidem seruastis. Si igitur obtinere
» debere id censetis, quod à nobis est actū: quoniā nunc, nullo interposito obstacu
» lo, Trinitatis splendore illustrati, clarius id perspicitis, peropus est uos nobiscū
» libello subscribere. Hæc illi dixere, & libellū obsignatū ad tumultum deposuere,
noctemq; totā insomnes egere. Postridie uerò ad locū eum rediere, signa inuio-
lata inuenere, & libello explicato subscriptiones illorū reliquis insertas cognoue
» re, recentes adhuc in hæc uerba conceptas: Chrysanthus & Musonius, qui cum
» patribus omnibus, in sancta prima œcumenica Nicena Synodo cōsensimus, quā-
» uis corpore translati, manu tamen propria nos quoq; libello subscripsimus.

CAPUT XXIIII.

Synodalis Cōcilij Nicæni ad Alexādrinos & Aegyptios epistola.

S Ynodus autem acta sua Alexandriæ, Aegypto, Libyæ, & Pentapoli, li teris ad hunc modū perscripsit: Sanctę & magnæ Dei gratia Alexā drinorum ecclesiæ, & qui in Aegypto, Libya, & Pentapoli sunt, dile ctis fratribus, qui Nicææ congregati, magnā & sanctam celebrarunt Synodum, in Domino salutem: Quandoquidem diuina gratia & Deo dilectis simo Imperatore Constantino suffragrante, omnino necessarium uisum est, sa-

Ambrosius de fide, contra Arianos: Quomodo dicis Arianc, in scripturis diuinis non inueniri ὁμοούσιον. Quasi ὁμοούσιον aliud sit, quàm quod dicit Dominus: Ego & pater unum sumus: Ego de patre exiui, & ueni in mundum: Ego in patre, & pater in me: Qui quum esset in forma Dei, non rapinam arbitratus est ut esset æqualis Deo. Hæc est tamen nominis ratio, ut in patre & in filio unitatem substantiæ credas: licet rem ipsam, quæ est inenarrabilis, definire non possis. Vt, siue lumen de lumine dicas, siue uerbum de uerbo, siue spiritum de spiritu, siue dominum de domino, quodcunq; de eo dixeris, unius tamen essentiæ patrem & filium credas. ὁμοούσιον enim Græci dicunt, quod nos cum uno aliud ipsum. Cap. 5.

cram Synodum ad uos dare literas, ut intelligere posſitis, quùm quæ ibi in quæ- A
ſtionem & diſquiſitionem uenere, tum quæ decreta ſancitaq; ſunt: Itaque ſcito- «
Acta Synodi. te, primò omnium inquiſitum eſſe in impietatem & præuaricationem Arij, ſe- «
ctatorumq; eius: & in præſentia Dei amantiſsimi Imperatoris Conſtantini, con- «
ſentientibus omnium ſententijs placitum, ut anathematè impia eius opinio & «
Arius cum do uoces atque uerba blaſphema condemnarentur, quibus ille filium Dei blaſphe- «
ctrina ſua dam mans uſus eſt, ex non exiſtentibus illum eſſe dicens, & fuiſſe aliquando quum «
natus. non fuerit, & arbitrij libertate uicij uirtutisq; capacem eſſe filiũ Dei, creaturam «
eundem & facturam nominans. Quæ omnia ſancta Synodus anathemati ſubie- «
cit, nec audire quidem impiam opinionem, mentis uæcordiam, blaſphemaq; eius «
Veterum pa- uerba ſuſtinens. Atque equidem res eius quem conſequutæ ſint exitum, aut «
trum pia mo- iam audiuiſtis, aut certè audietis: ne inſultare nos homini uideamur, qui pecca- «
deſtia. ti ſui condigna tulit præmia. Tanto pere autem inualuit eius impietas, ut ſimul «
Item Theonas cum eo peſſum ierint Theonas Marmaricæ, & Secundus Ptolemaidis, epiſco- «
& Secundus. pi. nam & hi factionis eius ſunt. Sed enim quum per gratiam Dei peruerſa illa «
opinione, impietate, & blaſphemia, nec non hominibus eis qui ſeditionem atq; «
diſceſsionem auſi ſunt concitare in populo antea pacato, Ægyptus ſit liberata: «
& temeritas Melitij, atq; eorum qui ab eo ſunt in ſacrum ordinem cooptati, ad «
huc reliqua fuerit: quæ etiam ſuper hac re Synodus decreuerit, uobis, fratres di- «
Melitius coer lecti, ſignificamus. Conſtituit namque, ut Melitius (in quem illa quidem hu- «
citus. manius affecta fuit, † ſummo enim iure nullam prorſus merebatur ueniam) in ci « κατ' ἐξ-
uitate ſua maneat, poteſtatem autem nullam habeat uel eligendi, uel manus im- « ηριθῆ λό-
ponendi: & ut neque in regione, neque in urbe alia, huius ſaltem rei gratia appa- « γῳ.
reat, nudumq; dignitatis nomen retineat: & qui ab eo in ſacrum ordinem lecti «
fuerant, ut arcanioribus ſacratioribusq; ſuffragijs confirmati, ad communionẽ B
admittãtur. Præterea ut liceat eis quidem honorem ſimul & functionem mi- «
niſterij obtinere: ſecundum autem prorſus locum, ab omnibus cuiuſcunque pa- «
rœciæ & eccleſiæ exploratis, ac perreuerendiſsimum fratrem & collegam no- «
ſtrum Alexandrum lectis atque deſignatis epiſcopis, ferant. Cæterum ut nulla «
eis ſit facultas, quos uiſum ſit deſignandi, aut nomina eorum ſubijciendi, aut om- «
nino faciendi quidquam, præter Catholicæ eccleſiæ Epiſcoporum, qui ſub Ale- «
xandro ſunt, ſententiam. Qui uerò per gratiam Dei & precationes ueſtras, in «
nulla diſsidij factione reperiantur, ſed integri atq; impolluti in Catholica eccle- «
ſia conſiſtant, eis poteſtas permiſſa eſt & deſignandi, & nomina dictandi, eorũ «
ſaltem qui clero digni ſint: & omnia prorſus faciendi, legibus cõſtitutionibusq; «
eccleſiaſticis. Quod ſi quem eorum qui eccleſiæ præſunt, decedere contin- «
gat, tum in defuncti locum & honorem prouehi quiſquam ex recens cooptatis «
Epiſcopalis e- debet, ut modò idoneus ſit, & à populo eligatur: ita tamen, ut ad electionem e- «
lectio. iuſmodi calculus, ſuffragium, & confirmatio epiſcopi Alexandrini accedat. «

Atque hoc quidem omnibus alijs conceſſum eſt: in perſona autem Melitij «
non idem conſtitutum, propter priorem inordinatum eius morem, celerita- «
temq; & præcipitantiam ſententiæ & conſilij, ut ne qua ſit ipſi uel poteſtas uel «
ἀταξίας & or- authoritas, homini ſcilicet, qui rurſum temeritatem ordinis negligentem indu- «
dinis conſuſio cauenda. cere poſsit. Hæc ſunt quæ præcipuè ad Aegyptum & eccleſiam Alexandrinã «
pertinent. Si quid uerò præterea uel canonibus uel decretis eſt conſtitutum, re- «
uerendiſsimus dominus, frater & collega noſter Alexander, certius ad uos re- «
Decretum, ut uerſus perferet, quippe & author & particeps actorũ omniũ. Lærum inſuper «
ubique eodem uobis afferimus nuncium, de ſanctiſsimi Paſchatis celebrandi conſenſu. Nam & «
tempore Pa- hæc res, precibus ueſtris rectè conſtituta atque ordinata eſt: fratres q; Orien- «
ſcha agatur. tales

A tales omnes, qui antea cum Iudæis fecerunt, ex hoc ipſo tempore cum Romanis
» & nobiſcum, omnibusq; adeò alijs, qui antiquitùs nobiſcum Paſcha celebrarũt,
» id ſe concorditer acturos conſenſerunt. Gaudete igitur de rebus eccleſiaſticis
» ordinatis, de pacis conſenſu & concordia reſtituta, & de hæreſibus omnibus ex-
» ciſis: atque maiore cum honore prolixioreq; charitate ſuſcipite, collegam qui-
» dem noſtrum, Epiſcopum autem ueſtrum Alexandrum, qui nos profectò præ- *Commenda-*
» ſentia ſua exhilarauit, plurimumq; in hac ætate ſua, ut pax quoque apud uos eſ- *tio Epiſcopi*
» ſet, laboris ſuſtinuit. Orate pro omnibus nobis, ut quæ à nobis rectè ſunt con- *Alexandrini.*
» ſtituta, firma ſtabiliaq; maneant, per Deum omnipotentem, & per Dominum
» noſtrum IESVM CHRISTVM, cum ſancto Spiritu: cui ſit gloria in ſæcula,
» Amen. Non ipſa uerò Synodus tantum, ſed & celeberrimus Conſtantinus, ad *Conſtantinus*
populum Alexandrinum eius generis dedit literas: quibus oſtendit, non ſimpli- *quoq; ipſe ad*
citer, temerè, aut neglectim finitionem profeſsionis fidei editam, ſed exploratio- *Alexandrinos*
ne multa atque diſquiſitione accurata adhibita, quæcunque dogmati conſenta- *de eiſdem re-*
nea eſſent, in medium producta: primumq; inueſtigatione diligenti obſeruata, *bus ſcripſit.*
quæcunque occaſionem diſsidij & ſeditionis creare poſſent: ea ita reiecta, ut con
trà dici quidquam non poſſet: & ſic deinde † finitionem ipſam promulgatam eſ- *ὅρου.*
ſe, & poſtremò, Dei ſententiam, concordem Epiſcoporum Synodi ſententiam
uocat, atque Spiritui ſancto tot patrum conſenſum acceptum refert, per quem
illi à uera & certa ſententia non exciderint.

CAPUT XXV.

B Dem & ad Epiſcopos qui ad conuentum uenire non potuerunt, & *Conſtantini*
» ad omnes ubiq; eccleſias, quæ acta ibi eſſent declarans, ad hunc mo- *Imperatoris*
» dum ſcripſit. Experientia edoctus, per rerum publicarum proſperi- *de rebus Sy-*
» tatem, quanta ſit diuinæ poteſtatis gratia, illum mihi propoſitum eſ- *nodi Nicænæ*
» ſe debere finem iudicaui, ut à beatiſsimis catholicæ eccleſiæ populis fides una, & *ad Eccleſias*
» ſincera charitas, conſentiens q; ue in Deum pietas ſeruetur. Sed enim quum ali- *quaſq; literæ.*
» ter omnino fieri non poſſet, ut † ordo ſtabilis & firmus conſtitueretur, niſi ſi- *τάξις.*
» mul omnes, aut certè plures Epiſcopi conuenirent, et de re qualibet ad ſanctiſsi- *Sacrarũ Syno*
» mam religionem pertinente dijudicarent: eius rei gratia, quàm fieri potuit pluri- *dorũ utilitas.*
» mis coactis, me quoq; perinde atq; uno aliquo ex uobis (non enim negauerim, *Imperialis hu-*
» quo maximè lætor, conſeruum ueſtrum me eſſe) præſente, uſque adeò omnia in *militas &*
» debitam ſunt diſquiſitionem uocata, quouſq; † rerum omnium inſpectori Deo *ſummiſſio.*
» placita ſententia, ad cõſentientis unitatis concordiam ſtabiliendam, in lucem eſt *τῶν πραγμά-*
» protracta, ita ut nihil iam quod ad diſſenſionem aut profeſsionis fidei ambigui- *των ἐφόρῳ.*
» tatem facere poſſet, ſit relictum. Vbi quum de ſanctiſsimo etiam Paſchæ die *Hæreſes ſubla-*
» quæſtio eſſet exorta, ſententijs omnium decretum eſt, conuenire, ut id eodem *tæ.*
» tempore ab omnibus ubique peragatur. Quid enim nobis eſſe poteſt uel pul- *Celebrãdi Pa-*
» chrius, uel grauius, quàm ſi is dies feſtus, unde ſpẽ immortalitatis percepimus, *ſchatis conſen*
» uno ordine & celebri ritu ab omnibus certò & inuiolabiliter peragatur? Ac *ſus.*
» primùm quidem indigna res fuit, ſanctiſsimum eum diem imitatione atq; cõſue
» tudine Iudæorum celebrare, qui manibus ſuis nefario flagitio contaminatis, nõ *Inſenſus Iudæ-*
» iniuria quoque animis ſunt excæcati, homines ſcelerati. Quid ni enim liceat, gen *is Conſtantini*
» te ea reiecta, rectiore ueriore q; ordine, quem à primo paſsionis die hucuſque ſer *animus.*
» uauimus, ad futura quoq; ſæcula obſeruationis huius ritum tranſmittere? Itaq;
» nihil uobis commune ſit cum infeſtiſsima Iudæorum turba. Aliam ſiquidem à
» Seruatore accepimus uiã. Propoſitus eſt ſacratiſsimæ religioni noſtræ ſuus cur

sus, & legitima quæ illam deceat regula: quam unanimi consensu complectentes, nos ipsos à fœda illa conscientia & societate retrahamus, fratres reuerendiſ- A
simi. Et profectò omnium absurdissimum est, illos gloriando iactare, hisce ob- "
seruandis nos sufficere non posse, absque illorum doctrina & præscripto. Quid "
nam uerò illi rectè sentire & sapere possunt, qui post illam Domini cædem men- "
tibus capti, non ratione aliqua, sed impotenti impetu, quocunque eos insitus im- "
pellit furor, ducuntur? Quam ob causam, quum in hac quoque parte uerum "
non perspiciant, sed uti semper affectu uicioso transuersi rapiantur, potius quàm "
errorem corrigant, eodem anno bis Pascha peragunt. Qua igitur de causa eos "
sequemur, qui graui errore se implicatos esse confitentur? Bis equidem eodem "
anno Pascha celebrare, haud unquam sustinuerimus. Atque etiamsi hæc uo- "
bis non exponerentur, conueniret tamen, uos, pro mentis uestræ sagacitate, sem "
per & studere & optare, ne cuiuspiam similitudine & exemplo, puritatem ani- "
marum uestrarum pollueretis, neue hominum modis omnibus malorum con- "
suetudinem imitari uideremini. Ad hæc illud quoque considerandum uenit, "
in re tanta, & tam solennibus religionis nostræ feriis, dissensionem extare ali- "
quam, longè esse impijssimum. Vnum namque nobis libertate atque redem- "
ptionis nostræ diem, sanctissimæ scilicet passionis suæ, SALVATOR noster "
dedit. Vnam esse catholicam suam Ecclesiam uoluit: cuius tametsi partes in "
multis uarijs que sunt dispersæ locis, uno tamen spiritu, hoc est, diuino arbitrio "
fouetur. Consideret porrò sanctitatis uestræ solertia, quàm graue sit & inde- "
corum, per eosdem dies, alios quidem ieiunijs intentos esse, alios uerò conuiuijs "
uacare: & post Paschæ dies, hos quidem feriari & conquiescere, illos autem sta- "
tis ieiunijs macerari. Quapropter hanc rem, pro eo atque decet corrigi, atque "
ad unum institutum formam que perduci, diuina uult Prouidentia: quantum e- "
quidem † extra omnem affectum positus perspicio. Itaque quum hoc sic corri- B "
gere conueniat, ne quid nobis cum Domini percussoribus sit commune, & de- "
cens extet ordo, quem omnes Occidentalium & Meridionalium, Septentriona- "
lium que habitabilis orbis partium ecclesiæ, & quibusdam quoque in locis O- "
rientales obseruant, ea de causa in præsentia omnibus conuenire atque placere "
iussum est, ipse que adeo que id solertiæ uestræ placiturum esse recepi, ut quod "
per urbem Romanam, Italiam, Aphricam omnem, Aegyptum, Hispanias, Galli- "
as, Britanias, Libyam, cunctam Greciam, Asianam atque Ponticam ditionem, & "
Ciliciam, uno atque consentienti seruatur consilio, id libenter quoque pruden- "
tia uestra suscipiat: secum ipsa perpendens, non modò ampliorem esse eccleſia- "
rum in eis quæ diximus locis numerum, uerùm etiam idem communiter omnes "
sentire & uelle, esse quàm sanctissimum. Quin & strictior ipsa atque exactior "
ratio flagitare uidetur, ne qua nobis sit cum Iudæorum periurio, communio. Et "
ut tandem summam rei breuiter dicam: Communi omnium iudicio placuit, san- "
ctissimas Paschæ ferias, uno eodem que die peragi. Minimè namque decet in re "
tam sancta aliquam extare dissensionem. Et pulchrius est eam sequi sententiã, "
in qua nulla sit alieni erroris & peccati contagio. Ac quum ita se res habeat, li- "
bentibus animis cœleste hoc & uerè diuinum suscipite præceptum. * Quid- "
quid enim in sanctis Episcoporum agitur conuentibus, id ad diuinam refer- "
tur uoluntatem. Itaque eis quæ scripsimus, omnibus dilectis fratribus nostris si- "
gnificatis, iam rationem hanc & obseruationem sanctissimi diei suscipere atque "
instituere debetis, ut quum in pietatis uestræ (quod dudum mihi fuit in uotis) "
conspectum uenero, uno eodem que die sanctas uobiscum ferias celebrare ualeam, "
& rebus

De Iudæorum cæcitate.

Paschas feriás minimè cum Iudæis celebrandas esse suadet.

Idem uitiosæ passionis et resurrectionis Seruatoris nostri dies. Vna in toto orbe Catholica Ecclesia.

ἀπελῶς σωφρῶν.

πολὺ γὰρ ὃ, τι καὶ ἐν τοῖς ἁγίοις τῶν ἐπισκόπων συνεδρίοις πραχθήσεται, τοῦτο πρὸς τὸν θεῖον βούλησιν ἔχειν τὸν οἰκεῖον φορεῖν.

A & rebus omnibus una uobiscum ex animo delecter, feritatem diabolicam per "
uim diuinam operibus nostris sublatam, uestram que ubique fidem, pacem & con "
cordiam uigentem cernens. Deus uos seruet, fratres dilecti. Aequum etiam "
est, quæ contra Arium & sectatores eius, omnibus passim Episcopis & populis "
scripsit, cognoscere. Quum malignos & impios Arius sibi imitandos duxerit, "
par est, ut eandem cum illis ferat ignominiam. Quemadmodum igitur Porphy- "
rius diuinæ pietatis hostis, iniquis de religione compositis libris, condignam re- "
perit mercedem, per quam omnium futuris sæculis probris obnoxius erit, pluri "
ma que obruetur infamia, atque insuper impia eius abolita sunt scripta: ita & nunc "
placitum nobis est, Arium & Arij suffragatores, Porphyrianos quidem nomina "
ri, ut quorum imitati sunt mores, eorum quoque obtineant appellationes. si quod "
autem scriptum ab Ario compositum reperiatur, ut igni id tradatur uolumus, "
ut non modò improba eius doctrina abrogetur, uerùm etiam ne monumentum "
quidem aliquod eius relinquatur. Illud equidem prædictum uolo, si quis libel- "
lum aliquem ab Ario conscriptum celare, nec continuò igni comburere, depre "
hensus fuerit, supplicium ei mortis esse constitutum. Illico namque in crimine ta "
li comprehensus pœnam sustinebit capitalem. Plures etiam alias aduersus eos "
dem ad loca omnia misit epistolas, † uerbis per ironiam ad simulationem compo "
sitis, eis illudens. Nicomediensibus itidem, contra Eusebium & Theognidem "
scripsit: Eusebium perstringens, ueluti Licinio aliquando fauentem, sibique insi- "
diantem, atque alium Episcopum legere iubens: quod & factum est. Eas epistolas "
hoc loco apponere, ne longior esse uidear, minus cõuenire putaui. Ac de his qui "
dem hactenus.

Constãtini de Ario, sectaq; eius popularibus, & libris corũdem, constitutio.

Arianos uult Porphyrianos uocari.

Arianos libros comburendos esse, capitis supplicio cõstituto sancit.

ἀρωνικῷ λόγῳ.

Socrat. lib. 1. historiæ Eccles.

Scripsit alias quoq; contra Arianos literas.

CAPUT XXVI.

B Aeterùm rebus ad hunc modum euntibus, commodum euenit, ut uicesimus Constantini imperij annus tum compleretur. Et Roma- *Vicẽnalia sua Constantinus agit, & Synodum conuiuio excipit.*
ni more recepto, decimo quoque Principis sui imperij anno, com- "
munem & publicum agebant conuentum, diemque festum. Itaque "
& ipse decere id arbitratus, ad epulas Synodum inuitat: & toris plurimis or- "
dine suo collocatis, eodem in loco excipit: multisque & sermonibus & donis ho- "
norificentiam & liberalitatem erga illos declarans, præclarissimos quosque "
eorum mensæ suæ adhibet. Quorum quidem, quum ille mutilata propter *Stigmata Episcoporũ martyrum exoscultatur.*
CHRISTVM cerneret membra, atque fidei eorum constantiam inde colli- "
geret, labijs ipse suis cicatrices eorum exosculari & uenerari dedignatus non "
est, gratiam se osculo eiusmodi & benedictione eorum percipere confisus. Po- *Inuitat Patres Byzantiũ, ad Encænia ibi celebranda, et ciuitatem nouã consecrãdam.*
steaquam autem finem suum conuiuium id habuit, loco suo exurgens, supplicis "
more conuentum rogauit, ut qui tantum pertulissent laboris, perpaucos sibi "
dies dare, & recens fundatam urbem, iam tum perfectam, adire non grauaren- "
tur, ut precationibus suis munitiones & muros eius firmarent. Atque illi "
statim, quod petierat, faciunt. Constantinopolim ueniunt, Encænia & con- *Constantinopolis Virgini matri dedicatur.*
secrationis festum diem celebrant, † incruento sacrificio operantur, precibus "
uotis que urbem abundè prosequuntur & firmant, eandem que Deigenitrici "
dedicant, nouam Romam, imperantem que Constantinopolim cognomi- "
nantes, Alexandro tum Byzantij ecclesiam regente. Hic denuò illis epulo "
exceptis, alia dona obtulit: & literas ad prouinciarum præfectos dedit, ut in "
urbe quaque diuino cultui addictis atque sacratis uiduis uirginibus que, ad san- "
ctiora diuinorum templorum sacraria excubantibus, annonæ annuæ tribue- *Viduis uirginibusq; sacris sumptus annuos Constantinus ex publico abundè constituit.*

πολὺ αὐτὰ μᾶλλον θυσίαν ἐπιτελοῦντες.

rentur, quæ ad liberalitatem ſplendidam magis quàm ad uſum neceſſarium per- A
τὸ τρίπλιον
περιεῖλεν. tinerent. Has Iulianus quidem poſtea † accidit, ſucceſſor autem eius * ex qua-
drante præberi curauit. Vbi uerò iam pro ſe quiſque domum redire pararet,
Patres dimittit cũ pijs mãdatis. cohortatus eos eſt, ut eandem omnes colerent fidem, mutuam'que pacem & cha-
ritatem maximè conſectarentur: atque ut abſque ſeditione omni, pacati atque
tranquilli, rerum uniuerſarum placerent Deo. Et quùm multa, oratione lon-
gius producta, de communi concordia fecit uerba: tum poſtremò uehementer
eos admonuit, ut & pro ſe, pro liberis ſuis, & pro imperio Romano orarent, per-
petuóque propitium ſibi diuinum numen facerent, Synodi'que decretis ſtabi-
Abſentibus Epiſcopis ſcribit. lem firmitatem conciliarent. Abſentibus porrò ea quæ commemorauimus ſcri-
bens, ut profeſsionem fidei, diligenti atque accurata exploratione tot uirorum
diſquiſitã, & de ſententia totius uniuerſi Dei conſtitutam, ſuffragijſq; tantæ Sy-
nodi patrum comprobatam, ſuſciperent atque complecterentur, mandauit. Et
illorum quiſque tanto affectu honore, domum ad gregem ſuum rediit. Impe-
Deo ſolennibus ſacris gratias agit. ἐφιλοτιμήσατο τὴν εὐχαριστίαν. rator autem ſupra modum lætatus, quòd unam per uniuerſum orbem Eccleſi-
am, eamq; in dogmate conſentientem cerneret, Deo, de omnium ubique Epi-
ſcoporum unanimi concordia † ſolenniter gratiarum obtulit actiones. Erat ſtu
dioſorum eſſet, Epiſcoporum ipſorum nomina, præfecturas urbium, earum'q;
appellationes noſſe: ea' que omnia in Synodali Athanaſij libro reperta appoſuiſ-
ſem, niſi tædium prolixioris orationis uitarem. proinde ea inquirere uolenti-
Tempus Nicæni Concilij celebrati. bus, permitto. Tempus porrò Synodi, ſicuti inuenimus, in menſis Maij un-
decimam diem, † indictionem tertiam, & conſulatum Paulini & Iuliani incidit; τρίτης ἐπὶ χόσης λ.
Anitius Paulinus, Ceionius Iulian. Camœnius Coſſ. qui annus ſexcenteſimus trigeſimus ſextus ab Alexandri Macedonis regno fuit,
17. Imperij eius anno Synodus celebrari cœpit, 20. autem finita eſt. Initium eius in annum Domini 326. finis in 329. incidit. uigeſimus uerò imperij Conſtantini, ex quo rerum in Britania potiri cœpit: ter-
tius decimus porrò, ex quo ad Byzantium uenit. Synodus uerò ipſa Nicææ an- B
Conſtantinus ampliſicandæ religioni Chriſtianæ totus incumbit, eccleſijs cõſtruẽdis, & libris ſacris parandis. nis tribus & paulo longius eſt acta. Et res Nicænæ talem habuere finem. Con
ſtantinus autem ex eo tempore prolixius etiam quàm antea religionis accenſus
ardore, ad urbes & populos Romani imperij omnes, epiſtolas dedit, ut priori
quidem errori nuncium remitterent, Chriſtianam autem doctrinam & religio-
nem amplecterentur. Epiſcopis porrò ſanè quàm liberaliter pecunias mit-
tens, eos ad eccleſiarum ædificationes excitauit, ſumptuſq; ad id abundè præ-
buit. Libros itidem eccleſiaſticos manibus proprijs deſcribere & cõcinnare iuſ-
ſit. Sed conſilium animum'q; ſcribentis certius indicabit epiſtola eius, ad Euſe-
bium data, quæ ſic habet.

CAPVT XXVII.

Literæ Conſtantini ad Euſebium Pamphili de ſtructura eccleſiarum. VIctor Conſtantinus Maximus Auguſtus, Euſebio. Tantiſper dum «
ad hoc uſq; tempus, impietas & tyrannis, pro arbitrio ſuo, miniſtros «
Seruatoris Dei perſequuta eſt, credo, atq; adeò certò perſuaſum ha- «
beo, eccleſiarum omnium opera uel per incuriam peſſum ijſſe, uel im «
minentis perſequutionis metu minus eſſe quàm dignitas earum poſtularet per- «
fecta, frater chariſsime. Nunc uerò libertate reddita, & ſerpente illo, Dei opti- «
mi maximi prouidentia, atque opera noſtra, à rerum publicarum adminiſtratio- «
ne depulſo, ſatis in apertum productam eſſe arbitror apud omnes diuinam po- «
tentiã, eos'que qui uel metu uel incredulitate uel etiam peccato oppreſsi fuerãt, «
τοὺς ὄντως ὄντας eo qui ueriſsimè conſtat cognito Deo, ad uerum rectum'que uitæ ſtatum tan- «
dem peruenisſe. Itaque quibuſcunque uel ipſe præes eccleſijs, uel alios paſ- «
ſim epiſcopos, presbyteros, aut diaconos præeſſe noſti, eos admone, ut dili- «

genter

A genter incumbant in opera eccleſiarum quæ ſuperſunt, uel reſtaurandarum, uel
» amplificandarum, uel ubi hoc neceſsitas poſtulauerit, recens extruendarum. Pe
» tes autem & ipſe, & alij per te ſumptus neceſſarios à præfectis & prouincialibus
» magiſtratibus. Diligenter namq; eis per literas eſt mandatum, ut quæ à ſanctita
» te tua dicta fuerint, ipſi exequantur. Deus te ſeruet, frater dilecte. Hæc de eccle
In eandem ſententiam ad alios quoq; epiſcopos ſcripſit. Conſtãtini ad eundem Euſebium de libris Eccleſiaſticis comparandis epiſtola. ſiarum ſtructuris, non ad hunc modò, ſed & ad reliquos Epiſcopos ſcripſit. Quę
autem Euſebio Pamphili de librorum comparatione ſignificarit, hiſce ſubiungã.
» Victor Conſtantinus Maximus Auguſtus, Euſebio. In cognomine nobis
» urbe, Seruatoris Dei opitulante prouidentia, maxima hominum multitudo ſan
» ctiſsimæ Eccleſiæ nomen dedit, ſeq; ipſam illi dicauit: ut omnibus illis plurimùm
» capientibus incrementi, faciendum omnino uideatur, ut plures quoq; ibi con-
» ſtruantur eccleſiæ. Quapropter, quod iudicio noſtro placuit (prudentiæ enim
» tuæ ſignificandum duximus) id libentiſsimè accipe, ut comparatis quinquagin-
» ta membranarum codicibus, qui & ad euoluendum, & ad portandum commodi
» ſint, à notarijs pulchrè ſcribendi peritis, qui ſcilicet probè eam artem didicerint,
» deſcribi cures diuinarum ſcripturarum libros, quorũ inſtaurationem & uſum ec
» cleſijs maximè neceſſarium eſſe iudicaueris. Datæ enim ſunt à manſuetudine no-
πρὸς τὸν τῆς Διοικήσεως παῤ ἐμοῦ πεπομένον. » ſtra † ad Catholicum & diſpenſatorem generalem prouinciæ literæ, ut omnia
» quæ ad eam rem parandam commoda ſunt, præbenda curet. Porrò ut quàm
» celerrimè codices deſcribantur & cõcinnẽtur, procurationis tuæ id fuerit opus.
» Duorum autem publicorum uehiculorum accipiendorum poteſtatem, ad li-
» brorum deportationem, authoritas harum noſtrarum literarum tibi meritò præ
» bebit. Ita enim pulchrè deſcripti codices, quàm facilimè ad nos perferri poterũt,
» ex Diaconis eccleſiæ uno miniſterium id adimplente: qui quum in conſpectum
» peruenerit noſtrum, benignitatem noſtram experietur. Deus te ſeruet, fra-
B ter dilecte.

CAPVT XXVIII.

Infideles in Caluariæ loco, ſepulchro Chriſti obruto, Veneris tẽplum extruxere. SEdenim quùm facile qs ex ijs liquidò cognoſcere Imperatoris erga
res ſacras ſtudium poſsit, tum id non minus ea etiam quę de uiuifico
CHRISTI ſepulchro Hieroſolymis egit indicabũt. Quũ namq; co-
gnouiſſet eos olim, † qui idolorũ errore tanquã furoris intempe-
τλὼ τῶν ἐδώλων πολεμίων βε βαντχαμένοι. ijs acti fuerant, ſalutiferũ monumentũ defodiſſe, aggere multo molẽ altiſsimam ex-
citaſſe, Caluariæ & reſurrectionis uicinũ circumcirca locum occupaſſe, & lapidi
bus ingentibus ſuperficiẽ eius conſtraxiſſe, (ut obliuioni monumenta memoriæ
ſempiternæ mandarent) & templũ præterea impudicæ deæ Veneris, ſtatuamq;
eiuſdẽ ibi collocaſſe, uirgineo partui illudẽtes: ut qui eo loco debitũ CHRISTO
Eo templo diruto, eccleſiã ſacrã Conſtantinus condidit, & ſepulchriũ Chriſti reſtitutum ibi collocauit. honorẽ ſibi præſtandũ ſtatuiſſent, ſimulacro ei exhibere uiderentur, proceſſuq;
Socrat. lib. 1. cap. 17. temporis obliuio ueram premeret atque occultaret cauſam: quòd nemini liberè
eò cõmeare, aut alijs rem indicare fas futurũ eſſet, funditùs templum ipſum erue-
re, aggeremq; egeſtum quàm longiſsimè à ciuitate proijcere, ut qui ſceleratis ſa-
crificijs cõtaminatus eſſet, iuſsit: ac templũ aliud pulchritudine præcipua ampliſ-
ſimum magnificentiſsimumq; extruere præcepit. Quod templũ luculenter epi-
ſtola oſtendet, Macario Hieroſolymitano epiſcopo, qui & ipſe cum reliquis pa-
tribus Arij opinionẽ labefactauit, hiſce propè uerbis ſcripta. Victor Conſtan-
» tinus Maximus Auguſtus, Macario. Tanta eſt Seruatoris noſtri gratia, ut nul-
» la orationis uis præſenti miraculo digna ſuppetere cuiquã poſsit. Quod etenim
» monumentũ ſanctiſsimæ illius paſsionis terra iamdudũ opertum, tot annorum
» curriculis latuerit, donec per communis & publici omnium noſtrũm hoſtis op-
» preſsionem, miniſtris eius in libertatem uindicatis, erutum reluceret, omnem
Miraculo magno monumentum Seruatoris in lucẽ prolatum.

profectò ſtuporem & admirationem excellit. Nam etiamſi qui ubique terrarum eſſe uidentur ſapientes homines, in unum eundemq; conuenientes locum, dignum aliquid re tanta dicere uelint, ne minimam quidem partem tamen eius eloquentiæ concertatione attigerint. Tantum enim miraculi huius fides naturam, quæ humanam rationem & cogitationem conſequitur, omnem excellit, quanto rebus hominum cœleſtia ſunt efficaciora & potentiora. Eam ob cauſam ille mihi ſemper unicus & præcipuus conſiliorum actorum'que omnium propoſitus eſt finis, ut quemadmodum ſe ipſam nouis miraculis ueritatis fides exhibet, ſic etiam animi omnium noſtrûm caſtitate & conſentienti promptitudine alacriores reddantur. Quod quùm omnibus manifeſtum puto, tum hoc maximè tibi perſuaſum eſſe uolo, rerum omnium illud mihi ſummopere eſſe curæ, ut ſacratum locum, quem iuſſu Dei, acceſsione fœdiſsimorum ſimulacrorum, ueluti quodam imminenti grauiq; pondere leuaui, ſanctum quidem iam tum ab initio illum iudicio Dei factum: ſed ſanctiorem etiam declaratum, ex quo ſalutiferæ paſsionis fidem in lucem protulit, ædificiorum pulchris ſtructuris exornem. Conuenit igitur ſolertiæ tuæ, omnia ſic diſponere, & res quaſque neceſſarias procurare, ut non modò baſilica aliis quæ ubique ſunt præſtantior, ſed & reliqua omnia ita conſtruantur atque parentur, ut quæcunque in quibuſcunque urbibus pulchritudine ſunt † excellentia opera, à ſtructura iſta longè ſuperentur. Atque equidem de parietum opere atque artificio, Dracilliano amico noſtro, clariſsimorum præfectorum munere fungenti, & prouinciæ rectori, à nobis mandatam eſſe curam ſcito. Præceptum enim à pietate noſtra eſt, ut artifices, operæ, & quæcunque præterea ſunt ad ædificationem neceſſaria, quum id ex ſolertia tua cognouerint, confeſtim per prouidentiam illorum mittantur. De columnis autem & marmore, quæ præſtantiſsima & commodiſsima operis ipſius † forma ſummatim perſpecta, exiſtimaueris eſſe, ad nos fac ſcribas, ut quot & qualibus opus fuerit, quum ex literis tuis intellexerimus, ea undequaque comparari poſsint. Æquum enim eſt, locum totius mundi maximè admirandum, pro dignitate ſua exornari. Baſilicæ porrò camera, lacunaribus ne an alio quopiam opere tibi fieri debere uideatur, cognoſcere exte cupio. Si enim lacunaribus extruenda erit, auro quoque illuſtrari poterit. Quod ſupereſt, ſanctitas tua quibus diximus magiſtratibus primo quoque tempore ſignificet, quot operarijs, artificibusq;, & quantis impenſis ſit opus. Quin & ad nos quoque ut celeriter referatur, da operam, non modò de marmore & columnis, uerùm etiam de lacunaribus, ſiquidem hæc pulchriora commodioraq; eſſe iudicaueris. Deus te conſeruet, frater dilecte.

Inſtitutionem ædificationis eius tẽpli Macario antiſtiti committit.

καλλιγεώργητα

κἀντῆς σωφρο-σύνης γενομένης

CAPVT XXIX.

Helena mater Conſtantino filio literis in cauſa pietatis Chriſtianæ edendis à Secretis fuit. Eadẽ religionis ergò Hieroſolyma profecta.

LIteris porrò eis conficiendis, mater ipſa Imperatoris beata Helena, quæ illum talem genuit, adminiſtra fuit. ipſo namque Synodi coactæ anno, in ſomnis oraculo admonita, precationis ergò, locorumq; ſacrorum cognoſcendorum gratia, Hieroſolyma petierat: neque ſe ea in re uel itineris laborem, uel ſenectutis moleſtiam remorari eſt paſſa. Ad extremum enim iam uitæ peruenerat, & de rebus atque religione Chriſtianorum piè admodum ſentiebat. Plurimi porrò faciebat, ut crucis lignum & uiuificum CHRISTI monumentum inueniret. Et quantumuis difficulter, attamen ea tandem inuenit, ut quidem nonnulli dixere: Iudæo homine ex paterna quadam annotatione regionem indicante: re uera autem, ut equidem puto, Deo ſignis quibuſdam

A quibuſdam & uiſionibus nocturnis oſtendente. Quum enim Deo uiſum eſſet, res diuinas & occultas in lucem proferre, minimè opus fuit humanis indicijs.

Enimuerò Imperatoris iuſſu, contaminato illo templo diruto, aggereq; exportato, ex eo loco ſacrum illud reſurrectionis antrum extitit, & tres ſparſim diſiectæ cruces: & tabula præterea alba inuenta, in qua diuerſis literis Pilatus regem Iudæorum ſcripſerat, eaq; ſupra caput CHRISTI collocata † in morem columnæ, crucifixum illum Iudæorũ regũ eſſe promulgarat. Cæterùm quòd literæ diffluxerant, & tabula temerè iacta iacebat, difficilis adhuc diuini ligni inuentio erat, quòd ordine confuſo cruces diſiectæ fuerant. Quid namque curarent, qui ita illas temerè diſiecerant, ut loco ſuo quamque relinquerent? præcipuè quum milites mortem propter ſabbatum deproperarẽt: ijdemq; præterea inauſpicatum eſſe crederent, ad cruces morari uirorum, qui per uim illatam mortui eſſent, quapropter alia aliò proiecta. quum ergo incerta inquiſitio eſſet, dubia animi Imperatoris mater, Deum obſecrauit, ut ei indicium fieret. Atque ille ambiguitatem quodam diſſoluit modo, lignum demonſtrãs, ad quod Dominicum affixum corpus fuerat, & quod diuini ſanguinis ſtillam defluentem exceperat. Mulier quædam honeſto loco nata, graui oppreſſa morbo, extremo laborabat periculo. ad hanc Macarius unà cum Helena comitibusq; eius uenit: & ſignum ille dedit, quæ ex crucibus iſtis fœminæ ægrotæ impoſita periculum omnino diſcuteret, eam CHRISTI crucem eſſe. Atque precatione facta, crucem quamlibet ſeorſim ille adhibuit. Et duabus admotis, in eodem nihilominus mulier diſcrimine manſit, uitæ iam deſperatæ. Vt autem uerum ei impoſuit lignum, ſubitò illi reſpexit: uiribusq; firmiter collectis, lecto ſtatim exiluit. Dicunt quo-
B que, poſtea mortuo prorſus crucem impoſitam, in uitam illum derepentè reuocaſſe. Hoc ſanè modo memoriæ proditum eſt, ſacrum in apertum productum eſſe lignum. Cuius partem maximam diuina Helena argenteæ ciſtæ incluſam, Epiſcopo ad memoriam poſterarum generationum reliquit: ubi etiam ſacram Exaltationem quotannis peragendam ſanxit. Partem uerò ad filium Imperatorem tranſmiſit. Quam illum quo animo quis ſuſcepiſſe dicat? quum fide ſecum ipſe reputauerit, urbem eam ſeruatum iri, in qua tam ſacrum conſeruaretur † donarium. Quapropter eam partem ſtatuæ ſuæ incluſit, quam in urbe à ſe magnificè condita, ſuper Porphyretica collocauit columnã, in eo quod dicitur Conſtantini foro. Miſit illa etiam ad eum ex ſacris clauis quoſdam, quos tum ad monumentum repererat: illis porrò corpus CHRISTI transfixum fuerat. Quorum altero ille ſibi fertur galeam inſtruxiſſe, altèrum equi frenis inſeruiſſe, ut in certaminibus tutus à uulneribus, illæſuſq; maneret, & ſic tempore ſuo prophetia Zachariæ impleretur: Erit, dicentis, in freno equi ſanctum Domino omnipotenti. Quæ prophetæ quidem ſancti olim cognouerunt, poſtea uerò temporibus ſuis, quum Deo uiſum eſt, euentum certum ſunt conſequuta. Atque id non admodum eſt mirandum, quandoquidem & Græci diuinarum rerum quædam prænunciarunt. Quemadmodum quidem certè & illud Sibyllę uel ex aduerſarijs quiſque confitebitur, de ſancta cruce antiquitùs dictum.

O lignum felix, in quo Deus ipſe pependit.

Plurimi namque apud Græcos, qui cæteris præſtare ſunt uiſi, multas nouerant prophetias, quas uerſibus grauioribusq; ad populum uerbis ueluti quædam oracula incluſerunt. Et erat poteſtatis diuinæ, ut equidem iudico, ad futurarum rerum certiorem conſenſum, non ſolum per peculiares miniſtros futura prædicere,

Inuentio ſepulchri & crucis Dominici.

εὑ ἔθλασε γόλλης

Miraculum, quod uerum Chriſti Crucẽ indicauit.

Sacer Exaltationis ſanctæ crucis dies.

καμβίλιον.

Claui, quibus Saluator crucifixus eſt affixus.

Sibyllæ oraculum de ſancta cruce.

ξύλον μακαριστὸν, οὗ ἐπὶ θεὸς ἐξετάνυσεν.

Apud Ethnicos quoq; nõnullis futura de rebus sacris manifestata.

cere, uerùm sensim quoq; aduenis & alienis ad id uti: perinde atq; musicus quispiam, gratum & iucundum decantans carmen, superuacaneas quoq; percurrit plectro chordas: aut ornatus gratia, supra eas quæ ex usu sunt, alias etiam adiicit. Hæc etiamsi per digressionem, commodè tamen dicta esse puto: quòd à doctrina nostra alieni, † præstantiore quadã Dei ordinatione, futura de CHRISTO prædicarunt.

CAPUT XXX.

Templum in Caluariæ loco conditum, noua Hierusalem dictum.

IMperatoris mater Helena, amplissimo templo in resurrectionis & Caluariæ monumento ita constructo, ut nulli prorsus, quæcunque uel pulchritudine uel magnitudine eximia sunt, cederet, nouæ Hierusalem nomen indidit, † exemplari scilicet ueteris illius & iam soluti tabernaculi. Ipsa uerò domesticis propriisq; impensis alias duas magnificè

Templa plura Hierosolymis à diua Helena extructa.

sacras construxit ædes. alteram in Bethlehem, ad eam in qua CHRISTVS natus est speluncam, sexies mille passibus ab urbe distantem: in cuius sanctiore sacrario humi, & præsepe, & speluncam sacram est complexa. alteram uerò in oliuarum monte, ad uerticem ipsum, ubi relictis discipulis CHRISTVS in cœlos

Plura in alijs quoq; uidæ regionibus.

est assumptus. Excitauit quoque mirificum aliud templum in Gethsemani prædio, genitrici Dei, atque in sacrario ipso uiuificum eius sepulcrum firmiter inclusit. Quum uerò decliuis is sit locus, gradus marmoreos fieri curauit, uiatores ex sancta urbe Orientalem plagam uersus ferentes. Multorum quoque sermonibus circumfertur, decliuiorem eum locum, Vallem fletus, & torrentem

Vallis Iosaphat.

Cedron, atque etiam uallem Iosaphat dici. In propinquo etiam esse hortum illum, in quo proditus est CHRISTVS, & in quo orare solitus fuerat. Sanctis itidem infantibus, & ubi Angelus pastoribus lætum attulit nuncium, in B

ἱερὰ φροντιστήρια.

eis ipsis locis † sacras exstruxit ædes: infantibus uidelicet ipsis, & † VERBI puerperæ, nec non aliam quoque sponso Ioseph ædem. Inde Bethaniam progressa, Lazaro CHRISTI amico insigne ædificauit delubrum: abest id Hierosolymis passuum millibus duobus. Deinde ad sacrum Iordanem conuersa, circa speluncam, ubi olim domicilium Baptista habuit, perpulchram æ-

τὸ λόγῳ λοχαγίᾳ.

πρὸς τὰ αὐγαστες.

dem illi erexit. Aliamq; † ad accliuitatem montis, Heliæ Thesbitæ. Atque inde quatuor dierum itinere emenso, Tiberiadem uenit, ubi τὸ δωδεκάθρονον,

Ecclesia δωδεκάθρονος.

hoc est, duodecim thronorum templum statuit, quo loco CHRISTVS quinque hominum millia pauit. In ea regione est Capernaum, ubi miraculum illud in Centurione editum, & in paralytico, qui per tectum demissus, statim salutem inuenit: deinde ubi mulier sanguinis fluxu laborans, restituta

ἐπτάπηγον τὸ

est. Sistitur etiam in loco qui dicitur ἑπτάπηγος, hoc est, ad septem fontes: ubi ingens illud miraculum de septem panibus & paucis piscibus, Dominus fecit. Accessit quoque ad Tiberiadis piscatum, & in locum ubi Magdalena sanata est. Et quouis loco diuersa Apostolis construxit templa. Intra urbem Tiberiadem, socrus Petri domo reperta, diuo Petro pulchrum constituit de-

gio.

Mons Thabor

lubrum. Itidem porrò in monte Thabor fecit: in quo Melchisedech Abrahamum dicitur benedictione prosequutus esse. In ipso autem transformationis loco, qui splendorem illum mirificum conspexere, Apostolis tribus pulcherrimam extruxit ecclesiam. Quo loco multam etiam reliquit pecuniam, in subsidium eis qui ibi manerent, locumq; ipsum excolerent. Inde Orientem uersus descendens, Nazareth peruenit: & salutationis Angelicæ domo reperta, Deigenitrici peramœnum excitauit templum. Et in Cana Galilææ, ubi

Simonis

Simonis Cananæi nuptiæ.

A Simonis Cananæi nuptiæ celebratæ, & † ex occultis incertisq; botris uinum factum, aliam quoque sacram ædem ædificauit. Cæterùm in urbem sanctam reuersa, in Sion amplissimum longè lateq; cõstruxit templum, in cuius postico domum circumclusit, in qua, foribus clausis, propter metum Iudæorum, discipuli fuerant congregati: in qua etiam sacra cœna peracta, „sacraq; pedum lotio, nec nõ Spiritus sancti in cœnaculo aduentus, in qua primus quoque Hierarcha & episcopus Iacobus renunciatus est. In eo templo marmorea quoque fuit columna, ad quam quum flagellis cæderetur, alligatus est SERVATOR. In cuius parte sinistra, diui prophetæ Dauidis sepulchrum magnificè & in sublimi collocatum. Sion ipsa ad Australem urbis est sita partem, † superiorem eius sortita regionẽ, passibusq; mille à CHRISTI resurrectionis loco distat. Et in palatio Caiphæ, Petro apostolorum principi templum aliud constituit. Atque in fouea Hieremiæ, & ad fontem qui Siloe dicitur, mirifica construxit opera. Postremò & agrum figuli apparari curauit, in aduenarum scilicet & peregrinorum sepulturam. Sed & filij Constantini instinctu, ad arborem Mambre, quæ nunc terebinthus dicitur, quindecim stadijs meridiem uersus uicinam habens Hebron, Hierosolymis autem circiter ducenta & quinquaginta stadia abest: ubi uera certaq; fama est, unà cum Angelis contra Sodomam euntibus, & filium Dei hospitaliter acceptum esse ab Abraham, ab eoq; Isaaci procreationem annunciatam, maximum ornatissimumq; templum erexit. Intellexerat enim Constantinus, sub ea arbore, ueteres Græcæ superstitionis aras construxisse, Græcis sacrificijs

Sepulchrum Dauidis.

Τὸ μνημεῖον τοῦ προφήτου Δαυίδ.

Quercus Mambre.

B istic operatos esse, uinum libasse, thura adoleuisse, bouem, hircum, & gallum sacrificasse, lucernas accensas oleo infuso appositisse, placentas obtulisse: quosdam etiam numos & uarij generis unguenta, in uicinum puteum coniecisse, ita ut rerum coniectarum ingenti copia, aqua inutilis sit reddita. Quod sanè Constantini uxoris mater, quum fortè istàc transiret, uisum, genero ipsi renunciauit. Animaduerterat enim æstiuo tempore, loci incolas, longinquiores etiam Palæstinos, Phœnices, & Arabes, annuas ferias in ea regione peragere. Et conuentus celebritasq; ea grata fuerat omnibus: Iudæis quidem, quòd Patriarcham generisq; sui principem iactarent Abrahamum: Græcis uerò, propter Angelorum in eum locum aduentum: Christianis porrò, quòd Deo dilecto illi, id prædictum fuerat, quod multis postea sæculis de Virgine futurum fuerat. Quare Constantinus cognita, episcopis Palæstinis uitio uertebat, in primisq; Eusebiũ Pamphili perstringebat, quòd sic tam sanctum locum despexissent. Itaque episcopis Phœniciæ mandauit, ut ex ipsis fundamentis aræ euerterentur, simulacra igne comburerentur, ac templum ibi tantæ antiquitatis nomini conueniens exstrueretur, in quo diuinum numen ecclesiæ recepto ritu coleretur, locusq; de cætero à contaminatione omni liber esset. Quòd si quis deinceps eiusmodi quidquam facere deprehensus esset, eum graui mulctatum iri pœna, constituit. Atque imperata hæc ad rem collata, legitimum consequuta sunt exitum. Nec minus Heliopoli in Phœnicia aliam sacram ædem Constantinus ædificari præcepit, eiq; Episcopum suum, & sacrum clerum dedit: ueteri sublata lege, quæ communes esse uxores, & aduenientibus hospitibus uirgines suas prostituere iubebat, ut dubia & anceps apud eos soboles, nullum'que eius discrimen esset. Hoc tam abominandum scelus abolens, ut gentes familiæ'que dignosc'erentur, effecit. Simile quiddam etiam in Aphacis fecit. Templum namque Veneris isthic ad Libanum montem demolitus, unà quoque fœdos & indecentes, qui mixtim fiebant, concubitus prorsus sustulit. In Cilicia porrò Pythonicum euertit fanum, atque incubantem ibi dæmonem eiecit. Non tantum autem

Sicuti in ualle Mambre.

Aesculapij ad Aegas oppidum.

Item in locis plerisque idolorum sacra & cultum tollẽdum, et sacras Christianorum templis magnificè extruendis cæremonias instituendas Constantinus curat.

Sozomenus Eccles. hist. lib. 2. cap. 4. & 5.

Item Heliopoli Phœnicie, ubi uxores cõmunes erant, & uirgines nupturæ prostituebantur.

Item in Aphacis ad montem Libanum.

autem ecclesias è fundamentis terræ exstruxit, uerumetiam pro sua erga CHRISTVM flagranti desiderio & amore, ut in solitudine quoq; sancta haberet symbola, ædem sacram è uarijs linteis fieri curauit, eamq; ueluti priscus Moses, sicuti à me antea est dictum, secum circumtulit. Quin & plures ecclesias alias, in sanctis illis locis, supra triginta, amantissima Dei fœmina Imperatoris mater condidit: & ad charissimum sibi filium, in Occidentalibus post Synodum agentem partibus, est reuersa.

Portatilis Cõstantini ecclesia.

CAPUT XXXI.

Diuæ Helenæ pietatis opera.

RErmulta quidem sunt, quæ illius in Deum amorem & pietatem testantur: non minus tamen eam uirtutem, quod nunc dicturus sum, declarabit. Dicitur siquidem Hierosolymis, sacris uirginibus ad epulas uocatis, famulæ præstitisse officium. Manibus enim ipsa suis eicas illis apposuit, malluuium & aquam præbuit, aliaq; omnia ministeria obiuit, quæ conuiuis inuitatis exhibere moris est. Munera uerò plurima & preciosa donaria, Orientalibus attribuit ecclesijs. Indigentibus res necessarias affatim largita est. Et multos in priorem reduxit statum, qui temporum difficultate euersi fuerant. Sic illa captiuorum uincula diuturniora soluit, ad metallum damnatos liberauit, & exules reuocauit. Quam ob causam condigna etiam à Deo accepit præmia. Etenim in præsenti hac uita, ea est consequuta, ut præstantius quidquam nemo ei accidere potuisse putarit. Nam Augusta renunciata est, & numos aureos sub effigie sua procudit, regijsq; thesauris in potestatem suam redactis, pro arbitrio suo est usa. Quum autem ei finis uitæ instaret, cum celeberrima memoria Romæ decessit, undeoctuagesimum agens annum: quum quidē † in extrema illa alloquutione & ualedictione, moritura, de piæ Christianæq; ui- B tæ instituto, permulta mandata filio dedisset. Ingentes quoque ei post obitum tributi honores: quales scilicet eam decebant, quæ tam piè sanctèq; uixisset. Extra urbem Romanam sepulta, in templo rotundo, marmorea urna deposita, atque biennio pòst unà cum urna Constantinopolim deportata est: princeps ipse, in Imperialia monumenta ædis sanctorum Apostolorum illata, lætisq; posthac atque etiam † nocturnis memorijs, ut par erat, est celebrata. Hierosolymis autem uenerandæ illæ uirgines, quibus ueluti quædam ancilla inseruierat, præcipuis eam sunt memorijs solenniter prosequutæ. Quod si quis mundana hæc in aliquam bonarum utilium q; rerum rationem referre uelit, in eo quoque omnem longè superat obliuionem. Perinde enim atque pignus quoddam futura secula habent, ad memoriam eius sempiternam, in Bithynia unam, [a] & in Palæstina alteram urbem: quibus Imperator filius conditis, memoriam illi tribuit immortalem. Admodum uerò beatam Helenam regione & situ alterius delectatam esse ferunt, quæ antehac Drepanum nominata fuerat: quùm quòd ibi orta esset, tum quod [b] Lucianum martyrem post martyrium obitum eò à delphine deportari contigerit. De quo martyre illud est decantatum: moriturum eum, quum uis tyrannica neque templi neq; sacrarij copiam faceret, & uincula quoq; atque plagæ motum prorsus denegarent, † in suo ipsius pectore discumbentem, horrendo illo operatum esse mysterio, ad eumq; modum & ipsum participasse de immaculato sacrificio, & alijs ut itidem communicarent, consuasorem fuisse. Sacrum

Exemplũ hoc imitantur magni Principes ipsis Eucharistijs.

Præmia pietatis eius in præsenti & futura uita.

τοῖς ἐξιτηρίοις Helenæ mors.

Memoriæ defunctorum.

a Constãtinus duabus ciuitatibus matris suæ Helenæ nomen imposuit.

* *Idem Ponto quoq; nomen, ut Helenopontus diceretur, imposuit. Iustinian. de moderat. Helenopontí. Nouell. 28.*

Exemplum imaginariæ perceptionis Eucharistiæ.

* *Socrates lib. 1. cap. 18. scribit, Constantinum uicos multos amplificatos in formam urbium extulisse, atq; in primis Drepanam, seu Drepanum, à matris suæ nomine Helenopolim uocasse: & ciuitati cuidam ab eo auctæ in Palæstina, à sororis suæ appellatione nomen Constantiæ indidisse.*

μυείων παννυχίσιν.

b Luciani martyris corpus à delphine Helenopolim Bithyniæ est delatum.

† εἰς τὸ οἰκεῖον στέρνον ἀναπείμενον, τὰλὰ φρικτὸν ἐπιτελέσαι μυσταγωγίαν, καὶ ἕνα τῶν μεταλαμβάντων ἐχρῆτο θυσίας.

A Sacrum id in carcere perficiebatur, & ecclesiæ specimẽ sacer ille chorus, qui eum uelut iam mortuum stipabat, repræsentabat. Aliam quoq; ob causam ita sacris operabantur, ut scilicet quæ à pijs peragebantur, ab ijs qui alterius essent opinionis, non conspicerentur. Huius discipulos esse dicunt, Eusebium Nicomedien- *Luciani martyris Catholici plures discipuli Ariani.*
sem, Marin Chalcedonensem, Theogniden Nicænum, Leontiũ, qui deinde Antiochiæ episcopus fuit, Antonium Tarsi Ciliciæ antistitem, Numenium, Eudoxium, item Alexandrum, & Asterium Cappadocem, quos ad Græcorũ superstitionem deflexisse fama est, tyrannorum crudelitati cedẽtes: postea autem lapsui atq; errori, opem ferente eis ad pœnitentiam præceptore, renunciasse. quamuis iterum non idem sibi cum magistro sentiendum esse delegerint, Arij opinionem ex professo complexi. De beata Helena hactenus.

CAPUT XXXII.

VErumenimuerò Constantinus, quùm ubique terrarum in illustrib. urbibus delubra, tũ maximè in cognomine sibi ciuitate, ea extruxit: quam statuis & alijs admirãdis operibus exornauit, sicuti in fine proximi exposuimus tomi. Quòd uerò re ipsa sanctæ crucis uim & efficaciam expertus fuerat, summopere eam semper uenerabat atq; admirabatur. Ac post Helenæ reditũ tres immẽsa magnitudine cruces fabrefieri fecit, ad exemplũ earum quas ter in cœlo uiderat: primùm Romæ, contra Maxentiũ depugnãs: secundò, quum cõmisso cum Byzantijs prælio tropæũ de eis statuit: tertiò autem, quum Istro ponte iuncto, Scythas ultra id flumen subegit. Ad imitationẽ igitur triplicis istius uisionis, tres ex ærẽ fieri curauit cruces, eisq; sacra hæc imposuit nomina, IHΣOYΣ, XPIΣTOΣ, NIKA: IESVS, CHRISTVS, VINB CIT. Exhis, cui nomen IESVS inditum, auro per omnes partes diffuso ornata, collocata est super fornicem seu arcum triumphalem in foro, ut obscuriore signi ficatione ardorem pietatis ipsius indicaret. Potentia namq; roboris eius Græcã superstitionem debellauit. Alteram uerò uenerandam sacramq; crucem, CHRISTI nomẽ præferentẽ, in Porphyretica Romana statuit columna, in loco qui φιλαδέλφιον, hoc est, fraternus amor dicitur. Tertiã, quam Constantinus quidem νίκος, id est uictoriã uocauit, Heraclius aũt ἀνίκητον, hoc est inuictam nominauit, in alta marmorea columna posuit, in loco cui nomen est ἀγοτοπώλιον, id est forum panariũ, ad quam multæ etiam supra opinionẽ hominũ uirtutes sunt editæ: atq; in primis, si qui † rigore inflammationis uexarentẽ, & oculorũ doloribus & suffu- *ῥῖγει φλογώσεως.*
sionibus premerentur, sanati sunt. De qua factũ quoddã, quod admodũ in admiratione fuit, exponã. Ne uerò quisquã narrãti mihi fidẽ nõ habeat: nihil enim tam præter opinionẽ & præter fidem est, quod Deus nõ perficiat: neq; etiã quidquã quod Deus uelit, impossibile est. Dicitur namque, & uerè dicitur, quum ad eam Angelus Domini ter quotannis per altissimũ intempestæ noctis silentiũ, perinde atq; emicãs quoddã cœlitùs fulgur, cum splendore insustentabili uenit, crucẽ eum circumire, suffitũ facientẽ: suauisq; uoce, quasi cuiusdã tenuis indicis, præsentiam suã illis qui puritate uitæ à uitijs abhorrẽtes, talia & uidere & audire idonei sunt, insinuare: atq; ubi cantu ineffabili diuinum carmẽ tersancti hymni psallens cõcinuerit, rursum illum ueluti stellã magnificè emicantẽ † ad munia redire suã. Hanc sanè uenerandã Domini crucem, longo pòst tempore, decimũ octauũ annum Mauricio imperante, quòd immẽso terræ motu corruerat, ferreis quibusdã operibus Heraclius firmauit, & in basi eius huiusmodi incidit inscriptionẽ: † Opus Deo acceptum Imperatoris magni Heraclius firmauit. Quæ inscriptio ad mea usq; tempora durauit. Hæc de tribus crucibus à Constantino constructis.

Tersignũ crucis in cœlo Cõstantino apparuit.

Tria crucis trophæa Constantinopoli à Constantino locis celebribus statuta.

Sanationes ad crucis signum mirificæ.

Miraculũ ad eandem crucẽ descendentis è cœlo Angeli.

πρὸς τὰ οἰκεῖα ἴδη

ἔργον θεοφόρητον βασιλέως μεγάλου ἡρακλείου ἡλφάνθη.

CAPVT XXXIII.

QVi rerum omnium illud quàm maximè ſtuduit, ut religio ampliora caperet incrementa. Neque ſe continere ea in re potuit. Vniuerſos namq; homines, quantum in manu eius id fuit, ad CHRISTVM adductos atq; pertractos uoluit, Apoſtolicam prorſus declarans mentem & ſtudium. Quandoquidem autem homines Romano ſubditi imperio, præter rationem omnem, metum atq; ſuperſtitionem, propter cõcœptam de ſimulacris opinionem retinebant, ritus patrios complectebantur, & ex antiquitatis authoritate pendebant, inducendam eſſe cultus eius apud ipſos obliuionem putauit. Id uerò nec aliter nec prius fieri potuit, quàm illi templa, & quæ in eis ſunt ſtatuas negligerent atq; cõtemnerent. Conſiliumq; id ad exitum perduxit. Edictis enim Imperatorijs paſsim publicatis, populi metuentes ne de rebus ſibi chariſsimis in periculum uenirent, in officio fuere. Et templorũ cuſtodes ſacerdotesq;, quum quod agerent non haberent, res quę antea apud eos in honorem fuerant, deſpexere: & quæ dudum in abſtruſo latentia à nemine conſpecta fuerant, ex adytis arcaniſq; locis pertraxere: quęq; ſolis ipſis cognita erant, omnium oculis expoſuere. Simulacrorum materia, quæ quidem ingentis eſſet precij, igni adiudicata, & in minuta fruſta conciſa: quæ uerò ex ære artificioſo opere fabrefacta eſſet, propter pulchritudinem & præſtantiã, in nouam Imperatoris urbem cõportata eſt: atq; ibi per ✱ giones certas, atq; in Hippodromo ſeu circo equeſtri, & alibi paſsim collocata. Abductus igitur eſt ex Pythij oraculi ſede Apollo, ex Helicone Muſæ, & Delphis ſacer tripos: atq; celebris ille Pan, quem Pauſanias poſt Mędicum bellum dicauerat. Templa porrò neglecta, prorſus ad ruinas ſunt redacta. Omnino etiã tum & apud Aegas Aeſculapij ✱ in Syria, & apud †Aphacos ad Libanũ montem Veneris delubrum ſublatum. Vtrumq; autem ueteribus & celebre & uenerandum habitum. Quæ quum ita fierent, ex ſententia imperatoris res procedebat. Et qui templa deorum, quæ prius coluerant, iacere, ſtipulaq; & ſtorea complexa eſſe uidebant, in contemptum eorum ueniebant, maiorumq; errorem reprehendebant. Quidam nos ſunt æmulati. Alij Imperatoris ipſius gratia, oportere ſe Principis mores & inſtituta colere exiſtimabant. Nonnulli porrò ab Epiſcopis & Monachis, in quos diuinis quibuſdam indicijs inciderant, edocti, ſatius eſſe Chriſtianam ſuſcipere religionem cenſuerunt. Proinde populi multi & urbes totæ ad Chriſtianiſmum ſe conferebant. Quemadmodum Gazæorum † nauale, quod Maiuma dictum erat, maximeq; antehac dæmonum cultui addictum fuerat, totum ſe ad nos contulit. Cuius ut communem & uniuerſam tranſitionem remuneraretur, magnum illi habuit honorem. Vrbem enim eſſe promulgauit, Conſtantiamq; cognominauit, propter religionem, locum eum unius ex filijs nomine cohoneſtans. Idem conſequuta eſt quæ apud Phœnices Conſtantina eſt uocata: nam eandem ob cauſam Imperatoris ipſius ei inditum eſt nomen. Multæ quoq; & aliæ urbes ſua ſponte ad ſacra noſtra colenda ſunt adductæ, quæ & ſimulacra ſua libentes euerterunt, & templa in eccleſias Dei commutarunt. Talibus incrementis quum Eccleſia augeretur, profeſsio fidei etiam per barbaras nationes peragrans, omnem occupauit

Propagandi Chriſtianiſmi gratia edictis propoſitis idolorum templa & ſtatuæ diruuntur, comminuũtur, conflantur, proſanantur.

Sacerdotes ſimulacrorum, ſuperſtitione eorum cõtempta, ſua ipſi ſacra prodidere. Quod utinam in impari et diuerſa prorſus cauſa, ætate noſtra factũ etiam nõ eſſet.

Dij ethnici turpiter ſtant.

Idololatria in contemptum uenit.

Tota oppida idolorum cultu proculcato, ad Chriſtianiſmum ſe contulere.

Gazæorum nauale. id Conſtantiæ nomen accepit.

Conſtantina Phœniciæ.

Barbaræ quoque nationes Chriſtianã paſsim ſuſcipiunt religionem.

* Rectius ſuprà cap. 30. eod. in Cilicia. Sicuti etiam apud Sozomen. lib. 2. cap. 5. legitur. Lucan. Et extremæ reſonant naualibus Aegæ.

† Hic die certo ad inuocationem & preces quaſdam ex ſummo Libani montis iugo emicans ignis, perinde atq; ſtella in uicino flumine, qui Adonis uocatur, ſubmergebatur: Venerem cœleſtem cines eſſe dixere. Sozom. lib. 2. cap. 5.

A pauit orbem. Non tantum enim qui ad amnem Rhenum ſunt populi, Chriſtianam religionem ſuſceperunt, ſed etiam Galli & Celtæ, qui ultimi ad Oceanum habitant: Gothi quoque & finitimæ eis nationes, ad Iſtrum colentes, non ita prídem fidem in CHRISTVM complexę, ex uita agreſti ad humanitatem & manſuetudinem ſe compoſuerunt. Atq; ut uerum dicam, barbaris omnibus, ut Chriſtianiſmum complecterentur, una occaſio fuit: inter Romanos & exteros populos bellum ſubinde geſtum, ſub Gallieni imperio, & deinceps. Multitudo ſiquidem uaria permiſta in Orientem tranſiens, eam orbis partem prædabunda peragrauit: atq; alij aliunde barbari idem facientes, in finitimos excurrerunt Romanos: atque ibi plurimam prædam agentes, multos quoque ex ſacerdotibus captiuos abduxerunt. Qui apud eas nationes, quum morbos curarent, dæmonesq; ſola CHRISTI inuocatione exigerent, & integros prorſus atque irreprehenſibiles uitæ mores exhiberent, barbari paſsim uiros eos propter uirtutem & admiranda opera ueneratione proſequentes, quid eos facere deceret, ab eis cognouerunt: Deoq; per illos conciliato, cultum numinis meliorem ſequuti, ſinceramq; doctrinam complexi ſunt, ac poſtremò eccleſias quoque conſtruxerunt.

Religio noſtra ſecum humanitatem & manſuetudinẽ affert.

Bella à Romanis cum Barbaris geſta, cauſam propagandæ apud illos religionis noſtræ præbuere.

Socrat. lib. 1. cap. 20.

CAPVT XXXIIII.

SIcuti & Iberi, gens barbara & bellicoſa, Chriſtiani facti ſunt, Conſtantino Romanum imperium adminiſtrante. Habitat autẽ hęc natio in interiore Armeniæ parte, ad Septentrionẽ & Euxinum uerſus. Sunt autem Iberorum in Hiſpania coloni. Præijt eis in religione colẽda captiua quædam mulier: quæ quùm aliàs ſemper pudicè caſteq; uixerat, tum captiua quoq; nihil de pietate ſanctioreq; inſtituto remiſit. Nam diu noctuq; pietatis
B exercitia exhibebat, ieiunijs plurimùm uacabat, continueq; precationibus inſiſtebat. Itaq; barbari nouo uitæ inſtituto uiſo, eam admirari, & quánam de cauſa hoc ſic faceret percontari. Illa porrò candidè & ſimpliciter, ſic CHRISTVM filium Dei coli oportere, dicebat. Tum barbari & nomine & religione eius qui ſic coleretur audito, obſtupuerũt. Interea accidit, ut regis filius etiamnũ infans, grauiter ægrotaret, & mater patrio quodam more ad alias eum mitteret mulieres, quo facilius remedium mali reperiri poſſet. Vt autem puer à nutrice circumlatus eſt, neq; meliuſculè habuit, tandem etiam ad captiuam illam eſt deportatus. Quę in multorum præſentia, nihil ſanè ex materia aliqua compoſiti remedij admouit, neq; enim ſe quidquam eiuſmodi ſcire affirmauit: ſed puero in linteolo, quod ei è pilis contextum erat, iam lacerum, repoſito, ſimplicem ei fecit medicinam, nomine CHRISTI ſuper eo inuocato. Et ecce qui in ea erat expectatione, ut protinus moreretur, quamprimùm precatio eſt facta, liber à periculo fuit. Ex eo tempore præclara eius mulieris fuit fama, matriq; pueri & alijs fœminis innotuit. Nec ita multo pòſt, & eam ipſam pueri matrem incurabili oppreſſam morbo, eodem reſtituit modo: eamque eſt hortata, ut deinceps ei diuinum præſtaret cultum, gratiamq; haberet, qui bonorum conciliator, ueræq; ſalutis, uitæ, & regni ſit dator. Eum eſſe CHRISTVM, uerum VERBVM. Et poſtea quotidie ad eam frequentans, ſalutaria ei ueræ pietatis exhibuit medicamenta. Quapropter regina re ipſa dictorum ueritate in ſe ipſa cognita, hominem in magno habuit honore. Sedenim rex quum è coniuge & celeritatem & rationem remedij intellexiſſet, donis mulierem munerari uoluit. At illa nihil ſibi opus pecunijs eſſe dixit, cui abundè in CHRISTO ſuppeterent opes omnes: ſibiq; ingentis muneris loco fore, ſi & ipſi eundem numinis cultum complecterentur. His illa dictis, munus ſatis grande ad regem remiſit. Quem deinde ſenſim quodammodo

Iberes Armeniæ populi, per mulierem captiuam ad Chriſtianiſmũ perducti. De Iberibus. Plin. lib. 6. cap. 4. & 10.

Fœmina ea regis Iberum filium iam comploratũ, reſtituit, per inuocationẽ nominis Ieſu Chriſti.

Reginã quoq; ipſam ægram ſanat.

Hanc ad Chriſtianã religionem complectendã exhortatur.

Donum ſibi à rege oblatum non recipit.

Vbi Chriſtus, ibi opes.

Regina regem suum ad Christianismum inuitat.

uxor inducebat, pulchrum errorem ei suadens, diuerso prorsus quàm olim Eua A
fuerit, animata modò. Colendum enim esse admonebat eum, quem mulier illa
annunciaret Deum: magnum quippe illum, qui facilimè quæ uellet facere, re-
gna in placido atque quieto statu conseruare, obscuros illustrare ac locupleta-
re, humiles subitò magnificare, & quos uis in rebus aduersis saluare posset. Hæc
Rex ea de re ambigit. quum sic uxor commemoraret, Iberiæ Princeps, flectebatur ille quidem uerbis,
ambiguus tamen erat. Suspectas enim habebat res nouas, & præterea immuta-
Ambigenti in uenatione tenebrarum densitatem plaga offertur. re uerebatur patria instituta. Cæterùm uenatum aliquando cum familiaribus
suis est profectus, & ecce nebulæ densæ è montibus diffusæ, tenebras ingentes
adduxere: opacitatemque syluæ condensantes, diem cõuertêre in noctem. Per-
angusta uenatio erat, & iter impeditum & imperuium. Metuebant sibi om-
nes, & quò quemque fors tulit, sunt dispersi. Nec minus & rex ipse solus perer-
Ibi ad Christianissimum animũ appellit. rans, patrios inuocabat Deos. Vt autem nihil de ea calamitate est remissum,
prò eo atque fieri solet, quum homines inopinatis opprimuntur casibus, capti-
uæ illius Dei in mentem ei uenit: constituitq; adeò ipse secum, culturum se eum
de cætero, si malum tam subitum sibiq; præter expectationem oblatum discus-
sisset. Hoc sic decreto, caligo statim soluitur, & serenitas ampla radijs in syluam
Mox cines suos ad eundem complectendũ cohortatur. coniectis succedit. Itaque lætus domum redit: uxori, quod acciderat, suauiter re-
censet: mulierculam illam acciri statim iubet, secq; ab ea de cultus eius ratione do-
ceri ardentius petit. Atque illa, quum quæ par opus q; fuerat dixisset, confestim
illos suos conuocat: & orationem pro concione ad eos habens, beneficia quæ ca-
ptiua illa in domum eius contulisset, commemorat: & quamuis † nondum do- μήπω μυη-
θεὶς τὰ τοῦ
δόγματος.
gmate nostro initiatus, populis tamen suis uoluntatem suam exponit. Et illi u-
niuersi simul cultum CHRISTI ambitiosa alacritate complectuntur. * Ac pri-
Ciues Principis sui consilium sequitur. Ecclesiam cõstruunt. mò quoque tempore descriptione à muliere facta, ecclesiam sanè quàm cele- B
brem erigunt. Atque ipse quidem uiros, coniunx uerò unà cum captiua mulie-
res magno studio ad religionem adducebant. Et iam parietes circumcircà ex-
structuerant. Postquam autem columnas quoque funibus quibusdam sursum
trahentes, locis suis collocabant, una quidem & altera columna facile sedem
Fides eorũ inchoata per miraculũ ingens in structura ecclesiæ diuinitùs exhibitũ perficitur atq; confirmatur. suam obtinuere. In tertia uerò difficilis admodũ & laboriosa fuit collocatiõ. neq;
enim ars conatui sufficiebat, neq; robur trahentium quidquã proficiebat: & per-
multi erãt, qui illam machinis adtraherent. Superuenit nox, & alij omnes domũ
quisq; petiere, sola aũt captiua mulier in eo loco permansit, precibus Deum im- ἐγκεῖσθαι
plorans, ut facilis columnæ in basi sua redderetur repositio. Nam illa ad mediũ
usq; erecta, obliqua cõsistebat, parte altera surrecta, immobili prorsus permanẽ-
te altera. Factum id, ut Iberibus priora incœpta firmiora, & quæ deinceps de nu
minis cultu statuerent, certiora essent. Diluculo namq; proximo ad ecclesiam ue
nientes, ueluti miraculum & somnio prorsus simile quiddam uiderunt. Quæ ete
nim prius immobilis fuit columna, directa paruo interuallo supra basim suam
suspensa persistebat. Et illa consternatis omnibus, & CHRISTVM solum ue-
rum Deum profitentibus, in conspectu omnium paulatim sua sponte se demit-
Iidem societate belli & pacis cum Constantino per legatos inita, presbyteros et fidei doctores ab eo impetrant. tens, melius quàm ars ulla efficere queat, loco suo est adaptata. Postea uerò & re
liquæ columnæ facilè collocatæ atq; firmatæ sunt. Atq; Iberes deinde studio om
ni opus id absoluerunt: cohortante etiã ea ipsa captiua, legatos ad Constantinum
miserè, qui fœdus cum eo paciscerentur, societatemq; belli cum Romanis face-
rent,

* *Regis ad exemplum totus componitur orbis. Claudian. Vita Principis censura est, eaq; perpetua. Ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur. Plin. iun.*

A rent, ac pro eis rebus genti ei sacerdotes atque Dei ministros dari orarent. Qui quum publicè quæ apud eos acta fuerant, & quàm paratus esset populus is uni uersus ad CHRISTVM colendum exponerent, mirandum in modum ea legatio ne delectatus est Imperator. Et quàm potuit celerrimè, rebus quas petierant om nibus ex eorum uoluntate confectis, oratores ipsos domum remisit. Hoc modo Iberes prædicationem CHRISTI susceperũt, & tot annorum lapsu nunc etiam magis in religionis cultu acquiescunt.

CAPVT XXXV.

Christianissimus nõ ab hominibus, sed à Deo uenit.

Indi quoq; interiores inopinato modo ad Christianam fidem sunt conuersi.

Indi, Sabæi, Homeritæ.

SVb eiusdem imperio, & interiorum quàm qui ad nos uergunt, Indorum gens, quæ Bartholomæi doctrinæ expers permanserat, à sacro quodam Frumentio instituta, sacri dogmatis particeps est facta. Ne quis autem putet, Christianissimum ab hominibus prouenire: id uel ex eis qui apud Indos fuere Christianis, facile est cognoscere. Indi autem Sabæi primùm, deinde etiam Homeritæ sunt appellati. Nati onem eam ex Abraham & Cetura prognatam, regionem'que eius, eam quam Græci magnam & felicem Arabiam nominant, esse, extremum'que Oceanum fines eius pertingere dicunt: cuius metropolis & primaria urbs est Saba, unde ad Solomonem, fama obtinet, aduenisse reginam illam Austri. Gens ipsa circumciditur, ac Soli, Lunæ, alijsq; eius regionis incolis dæmonibus sacrificat. Immixta ei quoq; est non exigua Iudæorum multitudo. Hanc regionem philosophus quidam Meropius Tyrius, cognoscere & perspicere uolens, ueteres sapientes, Platonem, Empedoclẽ, & Democritum, qui uisendorum locorum gratia longinqua usi sunt nauigatione, maximeq; propinquiorem Metrodorũ, qui Indos perlustrauit, imitatus, as-

Magna & felix Arabia.

Plin. lib. 6. cap. 23.

Idololatria Indorum.

Meropius Tyrius philosophus ad Indiã uisendam profectus cũ duobus adolescentibus.

Socrat. lib. 1. cap. 19.

B sumptis adolescentibus duobus genere sibi propinquis, & Græcæ linguæ non imperitis, (liberalibus enim artibus eos erudierat) eò est profectus. Atq; ibi quibus opus erat rebus perspectis, iam in reditu erat, Aegyptia uectus naue. Propter penuriam autem siue aquæ, seu alterius necessariæ rei, ad portum quendam appulere. Euenerat tum, ut fœdus & pax inter Romanos & Indos pacta, solueretur. Atq; Indi alicunde incursione in eos facta, quùm alios plerosque, tum ipsum philosophum interemere: adolescentulos autem captos regi suo dono abduxere. Et ille iuniorem quidem, Aedesij ei nomen erat, ministerio uini miscendi, Frumentium autem arcano regiarum literarum & pecuniarum curandarum muneri, (ingenioſum namque, & ad huiusmodi munia obeunda idoneum esse cognouerat) præfecit. Et quum annis pluribus egregiam ei fidem præstitissent, moriens rex, uxore & tenero filio relicto, diuturnam illorum beneuolentiam libertate data compensauit, & quocunque loco esse uellent, migrandi eis potestatem permisit. Itaq; illi Tyrum, quæ patria eis erat, redire properabant. At Indorum regina, quòd tener admodum filius eius esset, eos, ut aliquod adhuc ad tempus, pueri regni que curatores constituti, donec ille maior fieret, ibi manerent, rogauit. Obsequuntur illi, uerebantur enim heræ optata reijcere: & Indorum regnum, quoad potuere, administrant. Et magis penes Frumentium summa rerum erat: qui, ut equidem puto, instigante Deo, si qui apud Indos Christiani, aut qui nauibus eò frequentarent Romani, essent, diligenter perscrutabatur.

Meropius in reditu captus interficitur. Adolescentes Aedesius & Frumentius in regis Indorum ministerium assumuntur. Ii libertate donantur.

Mox pupilli Regis curatores constituuntur.

Per Frumentium interior India Christiana sacra colere primùm dicitur.

Eos inuentos perhumaniter accepit, locis que, Christianorum more, suis cum eis orauit. Atque ea progressus uia, orationis domum construxit: & quosdam ex Indis sacris nostris instituens, precationibus operari docuit, & religionem profiteri hortatus est. Et filius regis iam ephebus erat. Atque illi quamuis, ut ibi manerent, plurimùm cogerentur, attamen & cum regis & cum

Aedesius & Frumentius in patriâ ex India reuertuntur.

matris eius bona uenia in patriam suam redierę. Et Aedesius quidem Tyri, pro- A
pter propinquos suos, postea presbyterij assumpsit dignitatẽ. Frumentius uerò *Aedesius presbyter Tyri fit.*
Phœnicia relicta, Alexandriã se contulit, atq; ad Athanasiũ quũ uenisset, qui nu-
per admodũ ad sacra ecclesiæ gubernacula peruenerat, res Indorum ei exp osuit,
& ut procliues paratiq; ad Christianismum suscipiendum essent ostendit. Et in-
super, non despiciendã esse tam opportunè oblatã uenationem; sed episcopũ eò
& clerum illis quamprimũ mittendum esse supplicauit. Athanasius porrò uerbis
eis in animo suo perpensis, Episcopis, qui tum Alexandriæ aderant, aduocatis,
Frumentius, suasore Athanasio episcopo Alexandrino, episcopus ab eodem factus, in Indiam pro pagandæ fidei Christianæ causa redit.
nõ alium aptiorẽ magisq; idoneũ ad cultum diuinũ ibi adaugendũ iudicauit es-
se, quàm eum ipsum, qui primus semina Christianorum cõmunionis apud eos ie
cisset. Atq; ille persuasus, episcopatũ suscepit: & in regionem Indorum reuersus,
præco Euangelij istic omnibus factus est. Tantopere uerò eum laudatum es-
se ferunt, ut parem cum Apostolis laudem & honorem tulerit. Clarissimum
enim eum Deus reddidit, prodigijs & miraculis insignibus eum exornans. Et
locupletem nactus gratiam, plurima Deo constituit templa. Medicusq; ani- *Episcopus corporum simul & animarum medicus.*
marum iuxtà & corporum incurabilium diuturna sanauit uulnera. Hæc Rufi-
nus memoriæ prodidit, qui se Aedesium Tyri conuenisse refert. Et ad hunc qui-
ἱεροστάσιον, dem modũ † sacerdotalis dignitas & administratio apud Indos est instituta: un-
de deinceps diuinum dogma finitimas quoque regiones peruasit. Eisdem fe-
Armenij etiam Christum cognoscunt, per magnum & mirificũ Gregorium. rè temporibus, Armenios itidem Christianam religionem complexos esse au-
diui. Quum enim Gregorius ille, qui miraculis edendis clarus fuit, multa à Te-
ridate propter CHRISTVM passus, & post multas uarias que malorum spe-
cies ad quatuordecim annos foueæ cœnosæ & caliginosæ inclusus esset, Teri-
dates ipse eius gentis princeps, cum domo sua tota, & cum optimatibus, diui-
næ iræ uindictam est expertus. Ad uitam enim simul & formam porcorum re- B
Homines in sues uindicta diuina conuersi. dacti, seipsos deuorabant. Cæterùm ex fouea illa extractus diuus Gregorius,
uno signo omnibus CHRISTVM colere persuasit: & sui illa forma atq; uita libera
tos, institutum nostrum complecti coegit, delubra eis construxit, sacra arcani &
Idem per Gregorium pristinum statum recipiũt, et Christiani fiunt. mystici sacrificij celebrauit, & nouis miraculis incolas dæmones ex eà regione ex
turbauit. Sunt qui Gregorium unà cum Teridate ad Imperatorem magnum
Constantinum uenisse tradunt, eumq; tam miranda & inopinata audientem ma
gnopere lætatum esse, & Gregorium ipsum totius eius regionis episcopum ordi
natum, eò misisse. Gregorius igitur Teridatis suffragio comprobatus, quùm
idolorum fana ibi euertit, tum CHRISTO sacra templa erexit, & miraculis præ-
cipuis uniuersam gentem ad fidem nostram redactam baptizauit, atq; ad seruа-
torem CHRISTVM adduxit.

CAPVT XXXVI.

Origo et propagatio Christianismi apud Persas.

NOn longè post, per finitimos populos ad plurimos dogma no-
strum peruenit: à quibus & ad Persas doctrinam tum pertigisse exi-
stimo. Nonnulli etenim ex Persis, cum Osroenis & Armenijs fa-
miliarius agentes, & cum sanctis quibusdam uiris uerba conferen-
tes, paulatim uirtutem illorum experti, ad uitæ illorum æmulationem tacitè fer-
ri, & Christianismum amplecti cœpere. Vbi autem cum tempore numerus eo-
rum est auctus, ecclesiæ constructæ, sacerdotum ordo institutus, aliaq; quæ no-
strorum sunt sacrorum peracta, non mediocrem ea res Magis attulit plagam.
Ii enim

* *Alium hunc Gregorium Mirificum fuisse iudico, ab eo, quem suprà Origenis discipulum, & episcopum Neocæsariensem in Ponto extitisse legimus.*

A li enim antiquitùs, ueluti familia quædam ad quam sacerdotium pertineat, rem *Magis ibi, & Iudæis, Christũ colì, dolet.*
diuinam apud eos procurant. Quin & Iudæis qui ibi sunt, ægrè fuit, iamdu-
dum odio atque inuidia aduersus religionem nostram, nobis infensis. Ii Sapo-
rem, qui tum regnum in ea regione obtinebat, adeunt: & Symeonem Seleuciæ *Ti Symeonem episcopũ Persidis calumnioſe apud Saporem regẽ deferunt.*
& Ctesiphontis, primariarum in Perside urbium, episcopum, per calumniam
deferunt, ueluti Romanorum Imperatori amicum, rebusq; Persarum infestum.
Et rex fide illis habita, primùm Christianos uehementer uexauit, præfectos illis
uiros sæuos constituens, & tributa grauia imponens, ut scilicet egestate & exa- *Grauis persequutio Christianorum in Perside.*
ctorum crudelitate expugnati, religionem repudiarent: id quod ei magnope-
re studio fuit. Deinde sacerdotes atque episcopos, tanquam eorum præfectos
iugulare, ecclesias demoliri, sacra donaria publicare, & Symeonem perinde at-
que religioni simul & regno Persarum insidiantem corripi iussit, Itaque magi
Iudæis adiuuantibus, ecclesias statim solo æquant: & Symeones ferreis com- *Symeones cõprehenditur.*
pedibus uinctus, apud regem sistitur. Vbi sanè uirum se honestum & bonum *Ad regem uinctus adducitur.*
præstitit. Post multa namque uerba introductus, non amplius, uti consue-
tudo eius fuerat, adorare illum sustinuit. Quapropter ira percitus tyrannus,
Regem legitimè de causa nõ adorat, solita reuerentiæ obseruãtia omissa, Symeones. quid id tandem esset, quod nunc demum præter morem faceret, interrogat.
Atque ille, Quòd nunquam antea, inquit, sicuti nunc, productus sum, ui mihi
illata, ut uerum Deum prodam. Quum quidem nulla inter nos esset dissen-
sio, quæ moris Persici sunt feci: nunc autem nefas id esse duco. De ueritate nam- *Idem Soli sacrificare iubetur.*
que & fide nobis est certamen. Porrò Sapores illi, ut Solem adoraret, necessi-
tatem imponit: quod nisi faceret, non ipsum modò, uerùm etiam omnem quæ
ibi esset Christianorum gentem, interituram esse minatur. Sedenim quum ne-
que minis illum territans, neque promissis demulcens, quidquam proficeret,
ac nulla spes esset reliqua, illum uel sacra sua proditurum, uel Solem adoratu- *Reducitur in carcerem.*
Vsthazanes eunuchus, qui fidem abiurat, ab eo despicitur. rum, uinctum remittit in custodiam. Quem, dum abducitur, Vsthazanes ue-
tulus eunuchus, Saporis olim pædagogus, primam in aula regia obtinens di-
gnitatem, assurgens, ut martyrem adorat: tum enim forte pro aulæ palatio con-
sidebat. Symeones uerò ne uerbo quidem eum dignatus, quasi iniuria affectus
præterijt: illud in eo detestans, quòd non ita pridem † coactus Solem adoran- *βιάσθεὶς Adorare est, summissionis gratia se inclinare, aut incuruare.*
dum duxerit. Tum eunuchus oculos lachrymis suffusus, ingemiscit, uestem
splendidam ponit, pullam sumit, atq; pro ædibus considens luctum gemitu & la-
Vsthazanis pœnitẽtis luctus. chrymis mistum continuat, talia subinde uerba referens: O me miserum, qua-
ἀβλογοῦντος lem erga me futurum sperem, qui à me † nullâ adhibita ui pernegatus est CHRI-
STVM? quando Symeones iste ueteri consuetudine mihi coniunctus, ea de cau- *Vsthazanis publica apud regem Saporem peccati confessio.*
sa ne aspectu quidem me dignatus, præterijt? Hæc Saporem latêre non potue-
runt. Itaq; accito eunucho, si quid domi suæ ei aduersi acciderit, rogat. Ille, nihil
infortunij domi esse dicit: felicitatis quippe id esset, si quid domi esset mali. facili
us namq; id futurũ fuerat, quàm tãta opprimi calamitate. Lugeo autem, inquit, *Resipiscentia constans.*
quòd & uiuo, & solem aspicio, iamdudũ qui morerer meritus: propterea quòd
non ex animi sententia, tua gratia, diuinum Soli exhibui honorẽ. Itaq; utroq; no
mine me mori debere iudico, tum quòd tantopere desideratũ, rerum longè pul-
cherrimarum proditor factus, negauerim CHRISTVM: tum quòd te quoque ip
sum decepi. Atque his dictis, adiurat, haud quaquam se posthac mutaturum sen-
tentiam. Sapores ad tantam eunuchi mutationẽ consternatus, Christianis quàm
maximè succenset, imposturis atque incantationibus talia ab eis agi existimans.
Et propter familiarem consuetudinem gratiamq; qua nutritium suum prosequе
batur, modis omnibus à proposito illum deducere tentat, crudelitatem mansue
tudine temperans. Vt autem perficere, quod uoluit, non potuit, Vsthazane nõ

Vsthazanes à rege condemnatus, ad supplicium capitale ducitur.

tam se esse simplicem aut stupidum dicente, ut pro factore & creatore creaturam A colendam esse statuat: ira uictus Sapores, caput ei amputari iubet. Enimuerò quum iam ille abduceretur, fidelissimum quendam ex eunuchis ad regem mittens, hæc renunciari ei iubet. Qua ab ineunte ætate, ô rex, beneuolentia in te, patrem tuum, & familiam omnem fuerim, alacriter uobis inseruiens, nihil mihi testibus opus esse credo: scire enim te omnia noui. Sedenim pro eo quòd semper

Extremæ Vsthazanis ad regem suum preces.

gratificari uobis studui, unam hanc peto gratiam: quam te quidem, qui multas acceperis, reddere est æquum. Grauiter enim moriturus fero, quòd perinde atque infidus, maleque de familia uestra meritus, pœnas pendam. Quapropter

Non uult is ut maleficus, sed ut Christianus mori. Quod satis ad supplicium capitis fuit causæ.

præconem publicè omnibus promulgare iubeto, Vsthazanem morte mulctari, non qui in regiam aut regnum quidquam admiserit, sed qui † à maioribus suis sacra Christianorum professus, minimè regi parêre uoluerit, ut quem ardenter coluerit Deo negato, pro illo Soli diuinum ferret honorem, propterea supplicium sustinere. Atque internuncius hæc ita significat. Sapores autem petitionem implet. Rectè namque promulgationem eiuscemodi casuram putabat. Etenim si Christiani cum animis suis reputarent, nulli decæterò parsum iri, quando nutricius & tam charus regi uir necaretur, celerrimè eos CHRISTVM colere desituros. Præterea uerò factum id Vsthazani quoque commodum accidit. Quemadmodum enim quum timore adductus, Solem adorauit, multos ex Christianis transuersos egit: ita imitatores eius rursum futuri fuerant illi, quum pro ueritate religionis cæsum esse cognoscerent. Atque Vsthazanes quidem ita præclarè uitam suam finijt. Postera autem die Symeonem quoque rex trucidari præcepit. Erat autem ea dies, quæ uenerandam Dominicam resurrectionem præcepit. Erat autem ea dies, quæ uenerandam Dominicam resurrectionem CHRISTI præcedit. Quin & alios itidem centum uinctos, qui ex episcopis & alio sacro ordine erant, tum iugulari iussit. Symeones igitur productus, neque B ipsi regi, neque Soli adorationis cultum exhibere uolens, perquàm liberè & fortiter de dogmate suo decertauit. Maximus porrò Archimagus, siue magorum princeps, quum illos abductos, an uiuere, & rem diuinam de regis sui more facere uellent, interrogasset, atque id illi cuncti detrectassent, ad supplicium omnes condemnati sunt. Symeones uerò præsenti animo esse, & confidere eos iussit: atque in memoriam eis reuocauit mortem simul & uitam sempiternam, resurrectionem quoque, & ueram pietatem. Et testimonia quædam sacrarum literarum adducens, facile fidem faciebat orationi suæ: Mortem scilicet affirmans esse uitam. At si quis per timiditatem cultum Dei deserat, id demum ueram esse mortem. Neque ita multum abesse tempus, etiamsi nemo occidat, quin sua ipsa sponte mors præstò sit: quippe quam nemini, qui genitus sit, effugere liceat. Quæ autem futura sint æterna, & æuum ipsum testem habentia, non omnes ex æquo prorsus consequutura: sed unicuique certam quandam & exactam adhibitum iri, quæ uitam hic actam examinet, amussim: accepturum que quemlibet pro operibus suis bonis præmia immortalia, atque itidem rursum supplicia pro malis perpetratis sempiterna. Maximum esse, prorsus uitam ipsam pro nomine Dei proijcere, atque apud nos bonorum omnium summum & felicissimum. Eiusmodi uerbis Symeones, ueluti quidam bonus pædotriba, ad certamina discipulos suos inungens, ingenti fiducia illos ad cædem progredi est cohortatus. Cæterùm postquam centum illi iugulati sunt, postremò & ipse Symeones gladio est percussus. Inter hos etiam fuere Abdechalas & Aninas, senes iam, & † seniores seu presbyteri ecclesiæ eius. Tremenți uerò Aninæ, dum ad cædem præparatur, Pusices regiorum artificum præfectus: Conniue, inquit, paululum ô senex, & oculos claude, & fidenti animo ensem excipe:

in προγόνων

Vsthazanis martyrium.

Symeonis & centum Ecclesiasticorum uirorum splendidissimum pridie Resurrectionis Dominicæ martyrium.

Quibus uerbis Symeones commartyres suos in extremo supplicio capitis ad constantiam et fortitudinem sit exhortatus.

Martyres Abdechalas et Aninas.

πρεσβύτας δὴ καὶ πρεσβυτέρους.

A sem excipe: statim enim uidebis magnum lumen Dei. Hæc quum dixisset, correptus, & ad regem tractus est. Vbi quum Christianum se professus esset, quòd liberioribus uerbis doctrinam defendisset, & pro martyribus contra regem stetisset, quasi non opportunè aut decenter dicendi libertate usus esset, nouo quodam modo ad mortem est condemnatus. Ceruice namque perfossa, lingua inde eius est extracta. Præterea uerò ex calumnia quorundam, filia quoque eius sacra uirgo interfecta est.

Aulicus ad animositatem cohortans, martyrio quoq; ipse coronatur.

Filia item eius uirgo sacra.

CAPVT XXXVII.

ANno proximo, ipso * luculcto Resurrectionis die, edictum Saporis Christianos morte mulctans, passim est propositum. Ibi tum innumerabilis eorum multitudo dicitur martyrio esse sublata, quod multi etiam ex regia aula sustinuere. Inter quos & Azades, apud Saporem maximè gratiosus, certamen pertulit: propter quem in magnum coniectus mœrorem rex, multitudinem ipsam postea iugulari non sustinuit, solos autem religionis antesignanos gladio feriendos censuit. Simul quoque tum comprehensa est sacra quædam uirgo, cum famula, eiusdem uitæ instituti sectatrice. Cui soror etiam fuit, quæ post mariti obitum nuptijs secundis renunciauerat. Tarbula porrò ea, quam simul comprehensam esse diximus, erat episcopi Symeonæ soror. Erat autem per calumniam in uincula coniecta, quòd Iudæi eam detulerant, propter fratrem Symeonem iratam, cædis eius gratia ueneficio insidiatam esse reginæ. Ægrotabat enim ea cum extremo periculo, & calumniam perinde atque uera esset, approbabat. Facilimè siquidem fidem habuit rebus detestandis, quæ sic ærumna oppressa faceret: præcipuè quum ex genere ludæorum esset, institutisque eorum uiueret, eosque sibi sincerè & ex animo bene uelle putaret. Quæ res illis satis præbuit occasionis, ad odium explendum. Itaque sacras illas uirgines, in partes duas serra discissas, in crucem egerunt: reginamque ægrotam, ut per medias illas iret, permouerunt, ut scilicet piaculum abominandum in ipsas immitteret. Tarbulam hanc forma atque uultu ualde uenustam, quidam ex magis, amore eius ex conspectu antea captus, clàm ad se accitam, de concubitu compellauit, atque si se potestari eius committeret, mercedem ei calumniæ eius abolitionem est pollicitus. Tantum uerò abest ut illius cupiditati puella assentiretur, ut contumelia impudicam eius petitionem prosequuta sit, moricque potius decreuerit, quàm uirginitatis pudicitiam prodere. Saporis edicto passim promulgato, ut cæteris quidem, sicuti suprà dictum est, parceretur, in duces autem religionis solos capitaliter animaduerteretur: magi, eorumque principes ea re exultantes, incredibile dictu est, quanta cum improbitate Persidem peragrantes, episcopos & sacerdotes occiderint. Potissimum autem in regione Adiabenorum crudelitatem omnem exhibuere. Est porrò ea Persica regio, CHRISTVM tota profitens. Eadem tempestate & Acepsimas episcopus ductus est, & cum eo ex eius clero permulti. Atque alios quidem facultatibus eorum direptis dimiserunt: Acepsimam autem magi flagris multis uerberatum, ingenti ui ad Solem adorandum

Martyrium Azadis eunuchi.

Multitudine martyrũ permotus rex, in antesignanos tantum & primarios Christianorum animaduertendũ esse statuit.

Veneficiũ his obtectum.

Martyriũ Tarbulæ uirginis, Symeonæ martyris et episcopi sororis. Item puellæ, & uiduæ sacræ.

Iudæi maleficium piaculo nõ absimili amoliri instituunt.

Tarbula quum stupro uitam redimere posset, mori cœlebs maluit.

Magi per Persidem omnẽ edicto regis adducti, in episcopos & clerum sæuiunt.

Acepsimæ martyriũ.

* ἐκατὸ τλὴ ἑπαλήχιον ἡμέραν τῆς ἀναστάσεως. Nic. ἐκατὸ τλὴ ἡμέραν ἢ τῇ μεγάλῃ τῶν χριστῶ ἀναστάσεως ἐπεξελεῖτο, τῆν δὲ ἐν νεκρῶν ἀνάστασιν ἢ παντήγυρις προσεδοκῶτο. Sozom. Quibus uerbis eleganter Parasceues & passionis Christi dies significatur.

Ante constitutionem istam, alio Saporis edicto, innumeri Christiani in Perside gladio sunt cæsi, qui seipsos Magis quæstiones oppidatim agentibus obtulerunt, ne silentio Christum negarent, ueriti. Sozom. libro 2. cap. 11. Vno passionis Christi die ibi sedecim millia martyrum uarijs supplicijs sublata esse, passim in locis multis scribit Hieronymus.

adorandum adigere ſunt conati. Cæterùm ubi nihil egere, carceri eum incluſe- A
runt. Quem Iacobus quidam dignitate presbyter, ſua ſponte ſequutus, magos
orauit, ut in eundem cum illo carcerem protruderetur. Ibi epiſcopo grandæuo
ſubſeruijt, ærumnasq; eius ſedulitate miniſterij ſui alleuauit. In eiſdem uinculis
fuere, Aithalas presbyter, † Ioſeph, Azadanes, & Abdieſus, diaconi, plurima fla-
gella propter doctrinam perpeſsi. Poſtea uerò ubi Archimagus, re cum Sapo-
re communicata, poteſtatem ab eo in illos, pro arbitrio ſuo, niſi Soli diuinos of-
ferrent honores, animaduertẽdi obtinuit, regisq; ſententiam uinctis declarauit,
atq; illi in continenti, CHRISTVM abnegare, multoq; magis Soli diuinam rem
facere, reclamarunt, multos crudeliter eis intulit cruciatus. Et tum quidem Ace
pſimas conſtantis fortitudinis ſpecimine edito, in flagrãti certamine uitam finijt.
cuius cadauer Armenij quidam, clàm ſublatum, ſepeliere. Reliqui uerò, & quidẽ
plures, loris corpora conſciſsi, pietate tamen nihilominus integri & ſalui, denuò
in uincula ſunt cõiecti. In ijs, Aithalæ, dum tortus neruis extenditur, adeò ſunt
brachia luxata, humerisq; diuulſa, ut deinceps emortua, uſu nullo dependerent,
neq; ei ad cibum ori admouendũ ſufficerent. Quapropter aliorũ ea in re eum mi
niſterio uti oportuit. Sed & complures alios ſacerdotes, diaconos, monachos, ſa
cras uirgines, alios q; præterea ſingulari in doctrinam Chriſtianã ardore prædi-
tos, magnoq; labore in ſacris eccleſiaſticis uerſatos, excruciauit. Horum numerũ
inire non fuit. In quibus fuere epiſcopi, Barbaſymes, Paulus, Gadiabes, Sabinus,
Mareas, Mocius, Ioannes, Hormiſdas, Papas, Iacobus, Romas, Maares, Agas, †
Bocchoris, Abdas, Abdieſus, Ioannes alter, Abramius, Abdelas, Sapores, Iſaac,
& Dauſas, in regione Zabdæa (hoc enim illi nomẽ erat) à Perſis bello captus.
Ea tempeſtate, unà cum † loci eius epiſcopo Mareade, etiam mortuorum excita- B
tor Milas, cum clericis ducentis quinquaginta numero, qui à Perſis itidem capti-
ui abducti fuerant, innotuit. Milas ſanè Perſicus miles fuerat, mutatoq; uiuendi
more, Apoſtolicum ſequutus eſt inſtitutũ. Et oppidi cuiuſdam in Perſide epiſco
pus factus, quum ſæpe multas graueſq; ſuſtinuiſſet plagas, ubi neminẽ Chriſtia-
nam religionẽ amplecti uelle animaduertit, dira incolis imprecatus, inde diſceſ-
ſit. Non longè uerò pòſt, quum primarium ibi magiſtratum gerentes † maie-
ſtatẽ regiam læſiſſent, adducto eò exercitu longè maximo, Perſa oppidum diruit,
locumq; eius bobus aratro iunctis proſcidit, & conſeuit. Milas aũt ex eo oppi-
do, ſicuti dixi, diſcedens, ſola pera in qua ſacrum Euangeliorum librum ſeruabat,
accepta, Hieroſolyma precationis ergò uenit. Deinde Aegyptum, ad uiſendos
ibi Monachos, petijt. Quantus autem uir is immenſis miraculis edendis, mor-
tuiſq; adeò reſtituendis fuerit, Syri ipſi, qui uitam & res eius geſtas in literarum
memoriam retulerunt, libris ſuis teſtabuntur. Mihi ſatis fuerit, hæc tantum de eo
dixiſſe, eorumq; duntaxat meminiſſe, qui apud Perſas ſub Sapore diuinum ſuſti-
nuere agonem. Aegrè enim quiſquam numerum inierit, & qui nam, & unde fue
rint, aut quomodo, quæ ue ſubierint ſupplicia. Varij namq;, multorumq; gene-
rum cruciatuũ apud Perſas ſunt modi: qui in eis etiam cum ambitione quadam,
laudem & gloriam maximè oſtentant. Quantum autem ratione complecti licet,
eorum qui tum ibi martyrium abſoluerunt, & alicuius fuere nominis, uiri & mu
lieres, extra multitudinem eam quæ numerum excedit, ad millia ſedecim fuiſſe di
cuntur. Quorum nomina recenſere operoſum iudicantes, qui Edeſſæ
ſunt, Perſę & Syri Chriſtiani, hoc tantummodo me
moriæ commendarunt.

Poſteaquam

Iacobus preſbyter cum Acepſima epiſcopo in eundem carcerem includi rogat.

† *Pro Ioſepho Sozomen. habet Iacobum.*

Aithalæ brachia in tormentis loco ſuo mota, & inutilia reddita.

Epiſcoporum martyrum in Perſide catalogus.

Sozom. habet Bochras.

χωρεπισκόπων Mareades epiſcopus.

Milas, alij Mileſium uocant.

Et 250. clerici martyres.

ἑξακοσίων κληρικῶν βασιλέα.

Oppidũ quoddam apud Perſas contempto uerbo Dei in crimẽ læſæ maieſtatis apud regem ſuum, et deinde in perniciem eſt collapſum.

De numero martyrum Perſarum.

Aithalas.

Ioſeph, Azadanes, Abdieſus, martyres.

Profectio Hieroſolymitana religionis ergò.

CAPUT XXXVIII.

A PRoſteaquam autem laudatiſsimus Imperator, Chriſticolas ibi ita af-
fligi intellexit, ægrè id ferens, magnopere eſt perturbatus. Et para-
tus quidem ad opem illis ferendam erat: ſed quod faceret ut illi eo
quoque loco quietam ducerent uitam, non habebat. Sedenim acci-
dit ut legati tum ex Perſide ei adeſſent: quorum optatis quum ſatisfeciſſet, rectè
ſe facturum putauit, ſi Sapori de Chriſtianis qui ſub eius regno eſſent, quidquam
etiam ſignificaret. Itaque epiſtolam ad eum, dignam profectò illam quæ maxi-
mè celebretur, dedit: maximam ſe illi debiturum eſſe gratiam oſtendens, ſi quie-
tem eis qui ſacra CHRISTI colerent, permitteret. Neque eſſe quòd religionis
eius cæremonias criminaretur: quippe illos non uictimis mactatis, quemadmo-
dum ipſos, ſed incruentis gaudere ſacrificijs: & preces ad Deum fundere, cui
non effuſus ſanguis gratus eſſet, ſed anima uirtutem ſincerè exhibens, & dogma-
ta ueræ pietati maximè conuenientia. Proinde laudandos eos eſſe magis, qui ſi-
bi ita credendum, Deumq; colendum ſtatuerent. Ad hæc Deum illum propi-
tium habiturum eſſe recepit, ſi Chriſtianorum pietati conſulendum putaret. At-
que ad id indicandum, Gallienum illum & Valerianum, præterea uerò ea quæ
ſub ipſo acciditſſent, produxit. Illos enim, tantiſper dum Chriſtianos quieſcere
paſsi eſſent, facilè imperij curſum tenuiſſe: eoſdem autem, potiſsimùm uerò Va-
lerianum, poſteaquam, ſicuti reliqui Imperatores Romani, perſequutionem ad-
uerſus Chriſtianos excitaſſet, ab ipſis Perſis uictum, in diſcrimen diuinæ uindi-
ctæ incidiſſe, & apud eos captiuum miſerè uitam finijſſe. Sedenim ſibi ipſi, prop-
ter fidem in CHRISTVM, Deum opitulatorem fuiſſe, omnemq; inde Romani
B imperij ditionem ab ipſo uſque occidentali Oceano, cum bona Orientis parte,
in poteſtatem ſuam perueniſſe: multa à ſe bella confecta, & de grauibus tyrannis
diuino nutu tropæa eſſe ſtatuta. Ad quas res nihil ſibi opus fuiſſe uel hoſtiarum
mactatione, uel uatum ariolorumq; prædictione: ſed ad uictoriam omnẽ ſatis
fuiſſe, ſolam Crucis, quæ copijs ſuis præierit, armaturam, & orationem præte-
rea ſanguinis prorſus expertem. Ad finem porrò epiſtolæ hæc etiam uerba af-
» fert: Hoc hominum genere, Chriſtianorum dico (de his enim mihi eſt ſermo om-
» nis) quomodo me elatum iri lætitia putes, ſi audiam, Perſarum quoque res flo-
» rentiſsimas, pro eo atque cupio, plurimùm exornari? ut res ſimul & tibi pulcher-
» rimè, & illis itidem optimè, atque ita utriſq; ex æquo feliciter eant. Sic namque
» uniuerſitatis huius Deum clementem habiturus eſſes, & benignum. Hos igitur,
» quando ea amplitudine es, tibi commendo. Hos ipſos, quoniam pietate quoque
» præclarus es, tibi trado. Hos congruenti tibi humanitate & beneuolentia com-
» plectere, à te ipſo ſimul, & à nobis, per fidem, immenſam initurus gratiam. Tanta
diuino huic uiro, de omnibus qui ubiuis locorum in cognitionem CHRISTI
ueniſſent, inerat ſolicitudo. Quapropter talis quum fuerit, abunde quoq; diuina
Victoriæ insignes. cura fretus, Europa, Libya, & plurimis Aſiæ prouincijs ditioni ſuæ ſubiectis, ſub-
ditis ſuis, qui perlibenter ei paruere, beneuolis uſus eſt. Iam uerò & ex barbaris
plurimi, partim ſua ſponte, partim bello ſubacti, non grauatè eum coluere. Vbi-
que denique tropæa excitata, uictorem Imperatorem eum promulgarunt.

CAPUT XXXIX.

ATque ipſe quidem eiuſcemodi actionibus ſuis efflictim religionem
noſtram auctam honeſtatamq; uoluit. Sed & ipſa per ſeipſam in ma
gna fuit gloria, per eos qui tum ad uirtutem aſpirabant, homines.
Multi enim adhuc ex Confeſſoribus ſuperſtites erant, in eccleſijs
enitentes.

Conſtantini ad Saporem perſarum regem pro Chriſtianis epiſtola.

Exẽpla, Chriſti perſequutoribus principibus res eſſe aduerſas, defenſoribus aũt Chriſtianorũ ſecundas.

Ampliſsimus pietatis Conſtantini fructus.

Subditorum beneuolentia.

Barbararum nationũ obſeruantia.

Religio Chriſtiana ſub Conſtantino per ſeipſam quoq; florens.

Propter Confessores adhuc superstites, & propter Monachos.

enitentes. Qui etiam celebrem eam reddidere, fidemq; ampliore gloria auxe A
re, morum splendore, qui eo tempore monasticam solitariamq; consectaban-
tur uitam. Nam ueluti arcana & diuina quædam res, cœlitùs ad homines dela-
psa est hæc Philosophia: quippe quæ & disciplinarum artes, & disputationum
nugas, ut quæ superuacaneæ sint, otiumq; quod in studijs melioribus poni
queat, sibi uendicent, impedimentoq; adeò ad puritatem uitæ sint, prorsus ne-
gligat: solaq; natiua utens uirtute, ea quæ ad illam perficiendam, & ad uitia tol-
lenda faciunt, doceat & excolat: quæ uerò inter hæc habentur media, eorum
nullam ducat rationem, prorsus autem circa res uersetur honestas: atque eos
qui à uitijs longè absint, uirtutem autem minus consectentur, prauos atque im-
probos censeat. Non enim ostentationem, sed actionem uirtutis admittit: ni-
hili prorsus eam, quæ ab hominibus prouenit, gloriam faciens. Et quùm genero-
se fortiterq; animæ perturbationes expugnat, tum necessarias naturæ res parum
admodum curat, uilipendens etiam quaslibet corporis imbecillitates. Viri-
bus autem à diuina mente acceptis, ad immortalem illam mentem sublimis tolli-
tur, nocte dieq; illam cogitans atque intuens: mirificis etiam modis colens, con-
tinuisq; precibus concilians. Puritate uerò animi, bonorumq; operum factis,
ad sinceritatem religionis grassans: externas expiationes, & quæcunque eius ge-
neris sunt lustrationes despuit, & unum piaculum esse peccatum ipsum putat.
Atque ita rebus externis superior facta, imperiumq; (ut ita dicam) in eas obti-
nens, neque ab inordinata uita, neque ab ulla necessitate, ab honesto debitoq;
proposito suo transuersa agitur, neque contumelijs affecta perturbatur. Sed ne-
que indignum quidquam patiens, uindictam meditatur. Tantum etiam abest,
ut uel moribus, uel rerum necessariarum inopia, eam adurgens, de statu suo de-
turbet, ut talibus quoque grumnis magis lætetur, generositatem & mansuetudi- B
nem suam declarans. Per uitam itidem omnem illud studet, ut quàm minimo
indigeat, atque quantum humanæ naturæ captus permittit, proximè ad Deum
accedere nititur. † Transitum autem, siue diuerticulum præsentem existimans
esse uitam, neque occupationibus negotiorum irretitur, neque prouidentia re-
rum præsentium tenetur. Et habitum hominis * succinctum expeditumq;, qui
nullis sit superfluis rebus oneratus, laudans, ad futuram respicit beatitudinem,
felicemq; illam quietem expectat: omni quoque erga Deum pietate, in animo
suo, ueluti in domicilio excepta, uerborum fœditatem, ut rem ingratam, repu-
diat. Quas enim illa actiones à moribus suis longè proscripsit, earum neque
mentionem uerbis facere sustinet. Naturæ uerò necessitates paulatim constrin-
gens, & carnem moderatione domans, lasciuiam castitate comprimit, iniusti-
ciam æquitatis amusi propellit, mendacium exigit ueritate, composito uiuendi
more omnem accidit inæqualitatem. † Familiarius etiam pro societate humana
se hominum moribus accommodando, & proximorum animis conformando,
bene uiuendi institutum confirmat: extraneorum simul & amicorum, ut eis pro-
uideat, curam habet, egentium res suas & opes ducit esse communes, & quæ
cuique debentur tribuit. Gaudet illa cum gaudentibus, mœrentibus nihil non
adhibet consolationis. In summa, ad id † quod reuera summum bonum est,
studium omne conuertens, sermonibus castis & cogitationibus spiritualibus
se ipsam erudit, cultum formæ superfluum prorsus negligit, maledicta magno-
pere auersatur: colloquia cum ueneratione & honoris præfatione ingreditur,
auditorem prius ueluti medicamento curans. Longè ab ea abest iracundia,
conuicium, iurgium. Quòd enim uera ratione prædita est, irrationalem om-
nem declinat motum: & ut semel dicam, perturbationum, quæ uel in anima,
uel in

Describitur uera uita Monastica, qualis omnino etiam esse debet Christiana.

ἀγαθὸς ἐπίδοσις ἐστὶν ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἀεὶ τῆς αἱρετῆς, ἀλλὰ προάγειν μᾶλλον αὐτήν.

πάροδον

τὸ αὐθωρον καὶ ἀπέριττον

τῷ κοινωνικῷ τῶν ἠθῶν καὶ τῷ τοῖς πέλας ὁμοιοῦσθαι.

τὸ ὄντως ὂν ἀγαθὸν

ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤ. ΗΙΣΤΟΡΙΑΕ ΛΙΒ. VIII. 361

A uel in corpore sunt, omnium domina existit. Verumenimuerò authorem diui-
næ istius Philosophiæ quidam laudant Heliam illum † æmulatorem, quidam
uerò Ioannem Baptistam. Philon autem, ille genere Hebræus, secta autẽ Pytha-
goreus, temporibus suis Iudæos quosdam, uiros graues & uenerandos, dicit in
regione quadam frequentes habente tumulos, circa lacum Maræoticum ad Ale
xandriam pertinentem, nouũ philosophandi morem complexos esse: quorum
domicilia, uitæ consuetudinem, aliaq; instituta omnia, talia aliquis esse ex descri
ptione eius colligat, qualia prisci apud Aegyptios Monachi sunt cõsectati. Nam
uitæ id genus ingressi, possessiones suas propinquis relinquebãt: ac rebus om-
nibus nuncio remisso, extra oppida uiuebant, atq; in hortis quibusdam & agris
solis habitabant. Erant autem eis & mansiones, quæ monasteria rectè dicantur,
ubi solitarij cum grauitate & sanctitate sacris initiabãtur, carminibusq; diuinis,
hymnis & psalmis Deum laudabant atq; colebant. Nullus horum prius cibum,
quàm sol occidisset, capiebat. Fuere etiam, qui tribus aut pluribus quoque
diebus sine alimẽto perseuerarẽt: uino autem & sanguinolẽtis prorsus abstine-
rent, certisq; diebus consultò humi decumberent. Cibus eis erat panis, sal, & hy-
sopum: potus, aqua. Prope eos mulieres etiam uetulas fuisse scribit, quæ philo-
sophiæ eius amore, eundem uitæ cursum delegerint. Quapropter & † consilio
uoluntario cœlibatum consectatæ, uitam ita transigebant. Philon sanè in libro
quem de Vita cõtemplatiua, siue supplicũ, inscripsit, memoriæ hæc mandauit.
Videtur autem eos significare, qui ex Hebræis tum nuper admodum Christia-
nismum susceperint, Iudaicis adhuc opinionibus præditos, moresq; eorum ser-
B uantes. In nulla enim gente alia, præterquam apud nos, tale uitæ institutum inue
niatur. Equidem ab illis Aegyptijs tantopere hoc uiuendi genus inualuisse con-
iicio. Sunt uerò qui dicunt, persequutionum tempora huic instituto derepen-
tè primùm causam præbuisse. Quum enim à tyrannis religio exagitaretur: qui si
bi fuga consulebant, in montibus intonsis & saltibus quibusdam uersabantur, in
quibus ne deprehensi caperentur, de industria errabundi sedes mutabant. Et
quum ei uitæ assueuissent, paulatim deinceps institutum id ad mortem produce
bant: & ad magna incrementa, multis per æmulationem conuersationem talem
& uitam subeuntibus, transmittebant.

φιλωτὸν. Philo Iudæus sub Iudæorum quorundã nomine, primoriũ ad Alexandriã, et in Aegypto, Christianorum monachorum institutum describit.

Diæta monastica.

Asceticæ.

γυναῖκα ἐπιστήμῃ τοῦ νοητοῦ γάμου ἐκπαιδεύσασι.

Persequutionum tempora plurimos Monachos fecerunt.

CAPUT XL.

Antonius magnus Monachus.

SEdenim siue Aegyptij, seu priores illi, quos diximus, aut etiam alij
quicunque instituti huius authores fuere, & eiusmodi philosophia
alijs præiere, illud quidem certè nemo non confitetur, ad summii, &
moribus ipsis, & accurata uiuendi ratione, institutum hoc, ita ut opi
nio obtinet, exercuisse celebrem illum & magnũ Antoniũ: quem tum in Aegy-
pti montibus uiuentem, propter uirtutis præstantiam, germanum sibi amicum
fecit clarissimus Imperator Constantinus, frequentibus ad eum datis literis ho-
minem honorans, & ut † de institutis suis se certiorem faceret, rogans. Fuit au-
tem is genere Aegyptius, [a] primas in patria sua partes ferens, in uico cui nomen
erat Conia ortus, qui [b] finitimus est Arcadũ quæ apud Aegyptios est Heracleæ.
In iuuenili autem ætate, relictus à parentibus orphanus, quidquid ei fuit agri,
loci eius incolis donauit, reliquam substantiam egentibus distribuit. Ita enim
decere existimauit, ut qui philosophari constituisset, non solum pecunias relin-
queret, sed etiam pro eo atque deceret, inopibus eas expenderet. Sanè qui-
dem qui tum rebus pulchris uacarent, eis se coniungens, quæ in unoquoque
eorum præstantissima essent, ea est æmulatus. Quòd namque sciret optimam

† τὰ πρῶτα τῆς παλιρροίας φερόμενος. Nicephor. τῷ γένει τῶν σὺν παλιρροίᾳ, Sozom. lib. 1. cap. 13. hoc est, claro loco natus.

Monastica Antonij politia.

Hesiod. sententia.

a Nicephor. & Sozom. hoc est, de rebus quibus indigeret.

b ὅμορος δ' αὖτη πεφυκυίης τῶν περὶ αἴγυπτον πλείστοις ἐφικτόν. Nicephor. τοῖς περὶ αἴγυπτον πλείστοις ἔθνεσι. Sozom. hoc est, Aegyptiorum mõtibus.

H quamq;

quamque uitam consuetudine dulcem gratamq́ fieri, quamuis grauis primùm A
σκυτάλιον sit & molesta, in † cõpendiosis perfectisq́ se magis exercuit uirtutibus. Et quotidie quasi principio iacto, magis ac magis in uniuersa animi moderatione proficiebat, nouam quandam & uigentem indies præ se ferens alacritatem. Et corporis quidẽ uoluptates crumnis eius iugibus suppressit, animæ autem inordinatos impetus pertinacia propositi sui constrinxit. Semel autem interdiu post occasum solem cibum sumpsit. Persæpe uerò biduum totum, quandoq́ etiam triduum, escas non attigit. Cibus ei erat panis, obsonium simplex sal, potum præterfluens torrens præbuit. Per totam autem semper, ut sic dicam, uigilans noctem, aliquam etiam diei partem precationibus dabat. Quod si cubi somnus ei obrepsisset, breuis is admodum fuit: humi uerò in nudo solo plurimùm cubabat. Et omnino olei simul unguini, & lauationis usui renunciauerat: quòd illum non latêret, robustum quoque & firmum corporis habitum humidis sensim ad mollitiem & luxum conuerti. Haud unquam eum à quopiam nudum esse uisum tradunt. Et quùm literas ipse non didicit, tum neque earum peritos admiratus est. Mentem uerò bonam ut literis ipsis antiquiorem, taliumq́ adeò artium inuentricem, ualde laudauit. Quin neque ijs quidquam opus esse dixit, si mens per seipsam ualida sit. Mitis porrò atque humanus, ut non magis alius quisquam, & in colloquijs gratiosus maximè, atque item acutus † inuictusq́ fuit. In disputationibus præcipuè, etiam si qui interdum contentioſe cum eo conflictarentur, ne perturbaretur, seruabat. Præstantiori siquidem sapientia quadam, & nouo more, unà cum diuina prudentia, temerè illatum contentionis studium facilè contrahere, & ad moderationem conformare nouerat. Vehementiam autem collo quutorum temperans, mores eorum simul reddebat meliores. Diuinam inde cognitionem, atque etiam præcognitionem consequutus, nihil admodum B esse iudicabat futura præuidere: uanumq́ etiam, quod in ea re collocaretur, studium esse dicebat. Neque uirtutem ullam esse docuit diuinare: quòd è diuerso, neque in uitio, cuius gratia pœnam quis metuat, sit, futurum non nosse. Cæterùm unum illud beatitudinis esse existimabat, ritè Deum colere, legesq́ eius & mandata inuiolata seruare. Si cui autem amor futura cognoscendi incessat, puram modò, inquit, habeat animam, & futuri perspectio eum consequetur, Deo ueluti per speculum aliquod cognitionem futuri exhibente. Socordiam autem detestans, omnes qui rectè uiuere uellent, admonuit, ut opus facerent: & ut se ipsum quisque in iudicium & rationem diu noctuq́ factorum adduceret, atque si quid contra decorum feciſſet, ut id literis annotaret. Sic enim fore, ut seipsum uereatur homo, & deinceps ab absurdis animi motibus, ne multa annotata reperiat, abhorreat: fore etiam ut metuat, ne scriptura tali à quopiam deprehensa, improbus ipse manifestò inueniatur. Acriter quoque, si qui iniuriam accepissent, defendebat, eaq́ue causa frequenter urbes adibat. Multi namq́ue eum accedentes, calamitatesq́ suas deplorantes, cogebant ut urbes ingrederetur, & pro eis precator atque interceſſor apud magistratus fieret. Illi porrò plurimi faciebant, si ipsum uiderent, & Sirenem uerborum eius audirent, quum populum principibus magistratibusq́ obedire iuberet. Ipsi enim studio in primis fuit, latêre, & in solis locis uersari. Et quod eo esset animo, siquando in publicum prodiret, confecto quanta potuit celeritate, cuius gratia in urbem uenerat, negocio, rursum se in solitudinem recipiebat. Siquidẽ dicere solitus erat, lethalem esse piscibus extra undas conuersationem: neq́ minus Monachum in periculum cœlestis uitæ & professionis sanctioris amittendæ uenire, si moras in urbibus trahat. Et quùm iucundum se omnibus præbuit, tum ne summissus nimium & adulator

Fomenta mollitiei.

Menti bonæ nil opius est literis.

ἀναλγωτιχὸν

Antonius non magnũ esse putauit, futura præuidere & prædicere.

Vera beatitudo.

Optimũ Christianæ, atq; etiam honestæ uitæ præceptum, Virgilio uiro bono consonum.

Oppressorum defensio.

ἀναιδὲς

Quod piscis in arido, hoc Monachus in oppido.

A lator esse uideretur: præterea ne ex eo quòd ab omnibus honore afficeretur, quodq́ ei quos iussisset, morem gererent, fastu & arrogantia efferretur, curauit. Scribenti aliquando Constantino ad se ut ueniret, mirificè enim hominem amabat, detrectauit id primùm, dicens: Siquidem ad Imperatorem uenero, Antonius ero: sin minus, abbas Antonius. atque eo tandem modo ad illum adire sustinuit. Verùm hæc tanquam gustus quidam & exigua imago Antonij uitæ & instituti, sint exposita: ut ex his uniuersam eius, qualis fuerit, philosophiam colligamus. Quam rebus omnibus optimus Athanasius, cui etiam fuit charissimus, copioſè memoriæ posteritatis literis mandauit: certaminibus eius contra dæmones, & artibus quas aduersus illos adinuenit, alijsq́ uitæ prodigijs & rebus quibusuis conscriptis, ut liber is monastici instituti ceu † finis quidam esset. Itidem ut idem Athanasius * in uita Syncletices fecit, ut, sicuti in hoc mulieres, ita in illo scripto uiri, quòd sequerentur institutum, tanquam in commentario expressum, haberent. Habuit autem discipulos multos, probatos admodum, & qui magistrum uitæ institutione, sapientiæ studio, & uirtute reliqua satis feliciter retulerunt. Qui partim in Aegypto & Libya, partim in Palæstina, Syria & Arabia sunt philosophati. Præstantissimi sanè ij sunt, atque itidem successores eorum. Et profectò ingentis esset laboris, uel omnes qui Deo uitam suam dicarint inquirere, uel facienda ab eis addiscere: præsertim quum illi magna cura, ut & ipsi & eorum facta latêrent, studuerint: non perinde scilicet, atque nostrorum temporum Monachi, facientes, qui † fastu & ambitione inani insolenter per forum sese inferentes uenditant. Multi sanè spectati fuere sectatores eius: & in primis Paulus ille, qui ex uirtute Simplex est B cognominatus. Quem ferunt rusticam uitam agentem, & cum formosa coniuge habitantem, posteaquam eam † in flagranti crimine cum mœcho concumbentem uidisset, grauiter subridentem, adhibito iureiurando, coniunctionis eius renunciasse: eaq́ue statim dimissa, ad Antonium peruenisse. Mitis uerò admodum fuisse, & obedientiam præcipuè coluisse dicitur. Monasticis quoque studijs & certaminibus cum magistro contendit, omnem adhibente curam atque diligentiam, ne quid quod ab illo degeneraret, in imitatione eius deprehenderetur. Qui sanè testimonium ei perfectionis in optimo instituto, monasticaq́ philosophia perhibens, nihil ei deinceps præceptore opus esse dixit. Ipsum quippe per seipsum philosophari egregiè admodum, iam sẽnem: qui scilicet studium id non à puero esset meditatus, sed non ita pridem ad certamen tale descendisset. Sed & Deus cœlitùs, quæ de eo Antonius pronunciauerat, authoritate sua confirmauit: breuiq́ue ita clarum reddidit uirum, ut melior etiam præceptore, ad dæmones lucta supplantandos atquè propellendos, esset.

Moderatio animi.

Scitè Antonij dictum.

Athanasius uitam Antonij Monachi conscripsit.

† ὅρος

** ἐν τῷ βίῳ αὐγκλητικῆς*

In Vitis patrum, Syncletice inter sacras Abbatissas allegatur.

Hieron. Athanasium libris de Virginitate conscripsisse testatur.

Discipuli et sectatores Antonij.

τύφῳ καὶ ἀλαζονείᾳ φιλοτιμίᾳ σοβοῦντες, καὶ ἀλλὰ τῆς ἐγχωρίου ἐμπορίας ἐχόμενοι

Paulus Simplex.

ἐπ' αὐτοφώρῳ μοιχεύοντα μένλεν

CAPUT XLI.

ISodem tempore & Amon ille Aegyptius itidem uiguit, qui à propinquis & familiaribus coactus, uxorem quidem duxit: cum ea tamen coniugij more, uti uiri consueuere, congressus non est. Quumnamq́ nuptiarum dies aduenisset, & sponsa, sicuti fieri assolet, in thalamum eius deducta esset, solus cum sola colloquutus, finem iam suum nuptias habere dixit: & magnum quiddam fore, si uirgines uitam exigerent, docuit: præmiaq́ cœlibatus commemorans, persuadere ei conatus est, ut solitariam pro se uterque sectarentur uitam. Et puella quidem uerba eius laudibus extulit, segregari tamen ab eo prorsus noluit. Itaque Amon decem & octo annos cum ea uixit,

Amon Aegyptius

Sponsa et sponsa 18. annos cœlibes unà uiuunt.

seorsim cubans, & quod secundum Deum est uitæ institutum colens. Mulier- A
cula uerò æmulatione illius, & ipsa spe animo{que} erecta, iniquum esse existima-
uit, sua causa tantum uirum in obscuro latére: & utrunque potius ab altero se-
gregatum, pietatem exercere debere censens, separari à uiro petijt. Atque ille
relicta mulieri domo, ipse meridiem uersus ad lacum Maream, in solitudine,
circum Scetin & Netriæ montem, duos uiginti annos Monasticam est philo-
sophatus, bis quotannis adire & uisere mulierem solitus. Multos & hic ueluti
dux habuit sectatores, & multa diuina edidit opera. Multa dicta eius memo-
rantur, quæ ab Aegyptijs monachis, accuratè talia & studiosè inquirere, uete-
rum{que} monachorum facinoribus, siue in scriptum sint relata, siue minus, delecta
ri solitis, per temporum successionem percepta, hodie quoque feruntur, au-
ditoribus perquàm iucunda. Quorum ut gustum aliquem proponamus,
hæc subiungere libet. Petebat magnus iste uir solitudinem quandam, cum
discipulo suo Theodoro: quum{que} fossam quandam undis scilicet repletam
trajicere opus haberent, ne uestes altius attollentes, alter alterius nuditatem
conspiceret, retrò cedere paululum Theodorum iubet. Quum uerò seipsum
quoque nudum uidere uereretur, diuino momento in sublime sublatus, in ulte
riorem peruenit ripam. Vt autem Theodorus quoque satis madens transgressus, ultra Lycum (sic enim incolæ fossam eam nominabant) uenit, ue-
stem{que} & pedes Amon siccos uidit, precibus senem fatigans, causam eius rei
ut sibi diceret petijt. Ille tectum id, quidquid esset, tacitum{que} esse uoluit. Vt
uerò magis magis{que} Theodorus contendit, nihil se de petitione ea remissurum
professus: Amon tandem pacto prius interposito, se uiuo nemini id prolatu-
rum, rem actam exponit. Quapropter is postea præstantioris cuiusdam na-
turæ uirum eum esse credidit. Porrò quòd etiam præcognitionis diuinæ B
plenus fuerit, id quod nunc dicemus, satis indicabit. Puer quidam parentum
iniustorum à rabido cane morsus, in ea expectatione, ut quamprimùm more-
retur, erat. Ille: Non ego, inquit, sed uos, siquidem uoletis, eum curabitis.
si enim, quem surripuistis bouem, dominis suis restituere uolueritis, statim ma-
lo omni puer liberabitur. Bos redditus est, & periculum omne confestim pro-
fugiens, uacuum ærumnæ omnis puerum reliquit. Quum autem aliquo pòst
tempore Amon decederet, animam eius Antonius dicitur in cœlum deduci ui-
disse, diuinis uirtutibus eam comitantibus, uenerationeq; & stipatione multa,
atque etiam ineffabili quodam hymnorum carmine prosequẽtibus. Et quum,
qui tum cum Antonio erant, per consternationem in aerem suspiciente, & rei
tantæ faciem admirante, causam ab eo requirerent: ille uisum id haudquaquam
occultum habuit. Et uerba eius re ipsa sunt confirmata. Postquam enim à Sce
ti multi uenere, & tempus obitus Amon indicauere, illud ipsum tempus esse co-
gnitum est, quum Antonius stupore correptus in cœlos suspexit. Vterque sa-
nè meritò beatus habendus: Amon quidem, quòd sic è uita præsenti sit subduc-
tus: Antonius uerò, quòd eum Deus uisione ea sit dignatus: quum quidem
inter utriusque habitationis locum, magnum interuallum atque dierum ali-
quot intercederet iter. Atque hæc quidem de Antonio & Amon, memoriæ
sunt prodita. Eodem uerò tempore, & in Olympo Bithyniæ Eutychianus
ille uersatus, monasticæ philosophiæ nauauit. Tantopere siquidem per uirtu-
tem diuinæ gratiæ particeps est factus, ut miracula & prodigia plurima edi-
derit, morbos{que} incurabiles sanauerit. Quapropter Constantinus quoq; Impe
rator magno studio amicitiam consuetudinem{que} eius ambiuit. Accidit tum, ut
ex Imperatoris satellitio quidam, tyrannidis affectatæ suspectus, & circa Olym
pum

Seiunguntur tandem ij, ut rectum monasticam philosophiam colere possint.

Verecundiæ conseruatæ exemplum.

Amon diuina uirtute ultra Lycum fossam transfertur.

Aliud Amonis miraculum.

Antonius Amonis morientis longè ab eo dißitus animã in cœlum ferri uidit.

Eutychianus monachus.

A pum occultatus, captus{que}, in uincula sit coniectus. Et quum per quàm acerbè in carcere cruciaretur, propinqui & cognati eius Eutychianum conuenien-
tes, ut legationem precationem{que} pro eo apud Imperatorem susciperet, atque
aliquo modo prouideret, ut interea uinculis liberaretur, ne scilicet ante legatio-
nem obitam acerbitate tormentorum interiret, rogarunt. Atque ille ad carce-
ris custodes, ut hominem uinculis leuarent, oratum misit. Vt uerò illi petitio-
ni eius non acquieuere, ipsemet ad carcerem uenit. Et ecce custodiæ portæ sua
sponte claustris fractis, ad uiri præsentiam statim patuere, & compedes ferreæ,
numellæ, uincula{que} ceruicis uinctum relinquentia, cum strepitu delapsa sunt, &
huc atque illuc dispersa. Deinde ad Imperatorem, qui tum Byzantij erat, pro-
fectus, illicò reum condemnatum supplicio liberauit. Nihil enim Constantino
difficile aut molestum fuit, quod uir ille peteret, quem uehementer amabat, &
magno in honore habebat. Fama autem fert, Eutychianum postea † ad No-
uati hæresim defciuisse, & ea quæ ei inerat gratia excidisse. Et hæc quidem, ali
qua ex parte, nobis de Monachorum instituto & philosophia sint dicta. Qui
autem talia scrutari uolet, multos inueniet libros, in quibus plurimi, qui ea æta
te atque deinceps integritate uitæ enituere, commemorantur. Potissimùm
uerò, quæ de ijs Lausus Præpositus conscripsit. Multam quoque & utilem de
eis historiam Sophronius Hierosolymitanus nobis reliquit, Prati & noui Para
disi titulo, scripto ei indito.

Is uinctum & ad mortem cõdemnatum liberat.

Lausus Præpositus, & Sophronius Hierosolymitanus, de Monachis sanctis scripserunt.

† *Καρσιμιδὲ τὸν Νοουατιανῶν αἱρεσιάρχην μετεβάλετο φησὶ Σωκράτης &c. Sozom. lib. 1. cap. 14. hoc est, Nouatianorum hæresis quum esset, gratiæ diuinæ particeps fuit.*

CAPVT XLII.

B Vandoquidem uerò & Spiridonis, & Nicolai mentionem me factu-
rum esse recepi, hoc loco fidem mihi liberandam esse duxi. De-
ijs namque Confessoribus & Hierarchis, qui innumerabilia & mi-
rifica passi sunt & fecerunt, & quorũ multi, quæ in eis fuit, gratiæ ro
bore mortuos quoque excitarunt, suprà exposuimus. Ipsi quidem diuo Spiri-
doni tanta diuini spiritus incessit gratia, ut quæ de eo celebratur fama hoc quo-
que tempore, uirtutem eius astruere possit. Rusticus enim cum esset, coniu-
gem{que} in matrimonio, & liberos ex ea susceptos haberet, nõ propterea in rebus
diuinis deterior aliquo fuit. Tanta namque is sanctitate erat, ut & è pastorali
uita non abhorreret (Trimmythus autem, quæ una in Cypro insula urbium
* est, sorte ei obuenerat) à fastu tam alienus, ut eodem in loco & oues pabulo, &
homines doctrina atque uitæ exemplo pasceret optimè. Quum autem multa
sint, quæ de eo liber in ipsius uitam compositus recenset, ne socordiæ sustineam
crimen, neue rursus extra propositum longius digredi uidear, duorum aut
trium egregiorum eius factorum meminero. Fures aliquando noctu irruisse
dicuntur in sancti uiri ouile, insidias gregi eius tendentes, & clàm oues aliquot
rapere conantes. Et quum nemo eis compedes iniiceret, derepentè diuinitùs
uincti sunt. Aurora illucescente, magnus ille uir adest, manus eorũ post terga re
dactas inuenit, subridet: uincula illa, quæ sub oculis non caderent, soluit: do-
cens eos admonet, licuisse illis si quid petijssent, accipere, neque opus fuisse, cur
noctu se ærumnose fatigarent: mores eorum ad meliorem uitam, ut iusto quæ-
stu uitam tolerarent, trantformat: & postremò ærumnæ eorum miser tus, Abi-
te, inquit, & arietem hunc accipite, ne noctem hanc frustra peruigilasse uidea-

De Spiridone ouiũ simul & hominum pastore, rustico uidelicet, & Trimmythunte in Cypro episcopo, eiusq; miraculis.

Fures diuinitùs per miraculum uincti, ad meliorẽ frugem reducti.

* *Spiridonem istum, cum episcopus esset, oues pascere non puduisse, per summam humilitatem & simplicitatem, Suid. scribit. Quod in ueterum episcoporum paupertate, non adeò mirum fuit.*
Eidem Deus ante tempus, promissam mortuorum resurrectionem, per filiam eius rediuiuam, exhibuit. Socrat. lib. 1. cap. 12.

mini: reprehensionemq; mihi, propter toleratos domi meæ labores, ueluti A
qui uacui abieritis, impingatis. Vnum hoc est quod à Spiridone, non sine admiratione facerè est factum. Nec illud quidem non admiratione dignum. Erat beato illi filia Irene, germana tanti patris puella. Apud hanc ex notis quidam magni precij gestamen atque † ornamentum deposuit. Illa ut rem certam tutamq; sequeretur, domi quidquid id erat defossum, terræ seruandum credidit: nec ita multo pòst, nullo eius rei indicio post se relicto, è uita migrauit. Venit breui qui id deposuerat, & nunc incusando, nunc orando, molestus erat Spiridoni. Vt uerò gestamine tali diu multumq; domi quæsito, id non inuenit, suam ipsius senex putauit esse calamitatem: hospitis, qui tantopere lugeret, capillum conscinderet, ac sese prorsus conficeret, iacturam. Itaque, Agedum (inquit) ad filiæ sepulchrum eamus, eamq; interrogemus. Vbi eò uentum, nominatim filiam uocans Spiridon interrogat, quonam loco gestamen deposuerit? Ibi illa subitò apparens, beato illi rem omnem exactè exponit, & rursum sepulchrum subit. Spiridon porrò ornamentum, quo illa loco indicauerat, inuentum, homini reddit, eumq; dimittit. Alteri quoque indigenti homini, & inopia magna circumuento, serpentem ad sepem & maceriam sese uoluentem, in aurum conuertit, eumq; illi dedit, ut eo mutuam pecuniam sumens uteretur, penuriamq; suam solaretur. Cæterùm, quum se ille inopia depulsa aliquantum locupletasset, Spiridon serpentem ita ut tum erat, ad locum suum circa sepem reposuit. Qui uiri sancti precatione pristina recepta natura, rursum reptans, ac sese circumuoluens, latebras suas intrauit. Verumenimuerò illud quoque factum eius ut memorem, conuenire mihi uisum est. Mos beato illi erat, sementem & fructus qui ei prouenissent, uẽdenti, partim pauperib. largiri, partim sine fœnore utendos dare. Siue igitur daret, seu acciperet quidquam, non id B
per manus eius gerebatur: sed quæ ei erat repositoria cella, ad se uenientibus commonstrata, uel accipere eos, uel usui acceptum reponere iubebat. Quidam sanè qui mutuum ab eo acceperat, ut debitum redderet, ad eum uenit. quum autem is more solito, cellæ rursus inferre quod acceperat, iussus esset, reponens id, sustulit potius. Non enim tantùm debitum nõ reddidit, sed insuper aliquid quoque harpagatum secum ferens abijt: ita tamen, quasi mutuum dissoluisset. Cæterùm celare factum non potuit. Aliquanto namque tempore pòst rursus illum, mutuum accipere uolens, conuenit. Et ille ex consuetudine sua hominem ad loculos granarios mittens, metiri quantum uellet, iussit. Vt autem is nihil ibi frumenti inuenit, id patri significauit. Ibi ille: Mirum profectò, inquit, si uni tibi cella uacua uidetur. Quapropter considerare conuenit, an quum prius nihil reposueris, recipere nunc quidquam conere. Sciens enim esto, nisi fallaciæ quidquam subsit, uoti te compotem fore. Vade ergo denuò cum certa, te inuenturum esse, fiducia. Atque ita ille demùm deprehensus, ueniam fraudis petiuit. Tale quiddam alij quoque, qui oues à uiro sancto mercabatur, euenit. Centum erant, quas emerat. At ille capram unam insuper annumerauerat: quæ quum ab illo ui traheretur, ipsa minimè sequebatur. quodammodo enim resistens, balatu hominis iniquitatem traducebat. Et ille, quum nihil non ageret, in humeros tandem eam sustulit. capella autem & calcibus & cornibus ceruicem eius acrius petens, delapsa est, & in stabulum suum recurrit. Quod ubi Spiridon cognouit, illi ut ritè metiretur & numeraret, suasit. Atque ubi ille factum statim confessus est, hic noxam remisit, capramq; sequi illum iussit: quod alacriter sanè illa faciens, sua sponte emptorem est sequuta, interdũ etiam eundem properans præcessit. Pulchra quidem sunt hæc. Constantiam uerò eius

Filia Spiridonis Irene è sepulchro iam mortua patri, quo loco ornamentum apud se ab hospite depositum recondiderit, ostendit.

Miraculum huic propè simile de diuo Stanislao Cracouiensi apud Polonos episcopo fertur. Serpens in aurum uersus.

Infidus commodatarius miraculo in officio esse docetur.

Infidus itidem emptor.

A eius uiri, ecclesiastico ritu seruando, simplicitatem q; diuinis traditionibus colendis, quomodo silentio prætream? Conuentus aliquando agebatur, in quo Triphyllius ille quoque erat, † Ledrensis episcopus, literarum artibus probè eruditus, & legibus discendis diu Beryti uersatus. Hic episcoporum iussu populum docens, Spiridone præsente, quum dictum quoddam referre deberet, quo CHRISTVS ad paralyticum est usus, illud scilicet, Tolle grabatum tuum, & ambula: † pro grabato, lectum dixit. Quod molestè ferens Spiridon: Non tu
* quidem, inquit, præstantior es eo qui grabatum dixit; qui igitur, malùm, pudor iste est, uerbis illius cum decoro non uelle uti? Atque his dictis, in conspectu omnium episcopali sede exurgens, fastum & supercilium eorum qui oratione affectata sese efferrent, contrahere est conatus. Rectè enim id facere potuit, quamuis apertus omnino & simplex esset. Magna quippe dignitate gloriaq; uenerandus, propter mirifica quæ edebat opera, atque ætate prouectiore, sincerè & grauiter episcopali munere gerendo clarus erat. Sed & quàm fuerit in amicis accipiendis dexter & humanus, ostendam. Magnum quadragesimæ ieiunium agebatur, & ex amicis quidam ad eum ex itinere longinquo uenit, & quidem eo quo ipse ieiunaret tempore. Certis enim quibusdam diebus à cibo omni abstinens, postea uescebatur. Illum igitur sacratis eis diebus uenientem, quũ de itinere fessum uideret, filiæ suę ut pedes illius lauaret, mensamq; proponeret, præcepit. Atque illa ubi neque panem neque farinam domi esse, propter præsentem abstinentiam & ieiunium, dixit: precatione ipse facta, † succidiam ad focum pendentem recipere eam, et quam primùm ad ignem torrere iussit. Et ut assa satis fuit, hospiti & ipse assidens, cibóque manus admouens, comedit, & amicum ut itidem faceret est hortatus. Atque ille quum detrectaret, Christianum
B se esse dicens, neque tali tempore eiuscemodi esca indigere confirmans: Spiridon illum, ne, quidquid id esset cibi, pro ea rerum inopia aspernaretur, admonuit. † diuinum enim oraculũ extare, quod mundis omnia munda esse declaret. Multa porrò alia hisce similia ab illo acta, institutum nostrum cõmemorare non permittit, quæ Rufinus primùm Romano exposuit sermone, aliáque præterea plurima ad rem Ecclesiasticam pertinentia. Et de Spiridone hactenus. Floruit etiam tum Nicolaus, apud Myra Lyciæ episcopus, Spiridoni, uita, morum simplicitate, naturæ que conuenientia par: nec non miraculis, & accurata certa que doctrinæ obseruantia perquàm celebris. Huic ea fuisse dicitur gratia, ut qui eum complecteretur, familiarius q; secum ex animo colloqueretur, diuini quiddam doni hauriret, momentum que inde aliquod reciperet, uitæ ad optima quæque opera conformandæ. Eius actiones ueluti omnibus notas, prætermitto. Par istis etiam fuit Parthenius, urbis unius in Hellesponto episcopus, uitæ splendore, humanitate, & prodigijs ingentibus clarus, adeò ut accepta à Deo potestate, mortuos excitarit, dæmonibus imperarit, & uariorum morborum curator gratuitus ac promptus fuerit. Ac de his hactenus. Ad hunc scilicet modum, doctrina fidei in nationibus, solitudinibus, & urbibus omnibus, magno consensu frequentata est: atque in ecclesia Dei indies incrementis suis eluxit, in cœlum usque sublata. Cæterùm hisce dimissis, orationem ad ea quæ in ecclesia gesta sunt, rursum conuertam.

τὸν λεδρῶν ἐπίσκοπον. Beryti olim præclara docendarum legũ schola fuit. σπουδαστήριον ἦν τῶν νομικῶν λόγων ἐν Βηρυτῷ

Nicolaus Myrorum in Lycia episcopus; alterius Nicolai Mirifici auunculus et decessor.

Parthenius Hellespontiacus episcopus.

H 4 Lauda-

* *Non tulit Spiridon, in conuentu publico episcopum Triphyllium uerba Euangelica per affectationem mutata allegantem. Quid hic, Deus bone, hodie nostris faceret Theologis?*
† *Penuria, charitas, & bona conscientia, de ciborum delectu dispensat.*

CAPUT XLIII.

Acta Synodi Nicænæ in cõtrouersiam re tractæ.

Arius ab exilio reuocatus.

Eusebius & Theognis ecclesias suas receperunt.

Pœnitentiæ eorũ libellus.

Fidei formula Nicænæ ij subscripserunt.

Arij condemnationi non itidem.

πληροφορεῖσθαι γὰρ συγκατάθεσιν.

Eusebius & Theognis Imperatoris Constãtini bonitate abusi sunt: quem Synodo peracta, Socrates in Occidentales partes profectum esse scribit lib. 2. cap. 13.

AUdatissimus quidem ipse Imperator, omnem mouebat funem, ut A
religio nostra magis ac magis augeretur, & incrementa sua caperet: quippe qui Apostolico cœlestiq; prorsus esset animo. Inter ecclesiarum præsides, rerum'que sacrarum magistratus tum erant, qui non solum cum illo ædificandum, uerùm etiam destruendum sibi, & ecclesiæ fundamenta funditùs euertendum statuerant: sicuti stylo progressi ostendemus. Arius enim Synodi ipsius atque Imperatoris calculo condemnatus, & exilio mactatus fuerat: atque itidem Eusebius Nicomedienſis, sectatoresq; eius, qui professioni quidem fidei subscripserant, Arij autem exauthorationem sententijs suis comprobare noluerant. Et Arius non longè post Nicænam Synodum ab exilio quidem est reuocatus, Alexandriam autem ire prohibitus. Cæterùm postea quoque ei ab Eusebio, post palinodiam & recantationem, reditus in eam urbem impetratus est: id quod suo loco dicetur. Breui quoque & Eusebius & Theognis ecclesias suas receperunt: eis qui in eorum locum surrogati fuerant, Amphione Nicomedia, & Chresto Nicæa electis. Quum namque pœnitentiæ libellum primarijs episcopis misissent, Imperatoris iussu sunt reuocati. Libellus autem is de uerbo ad uerbum talis fuit. Quum quidem calculis uestris ante iudicium factum, à pietate uestra damnati simus, silere debuissemus de pietatis uestræ decretis. Quandoquidem uerò absurdum fuerit, silentio ipso sycophantiæ opinionem & indicium contra nos ipsos præbere: eam ipsam ob causam ad uos referimus, nos professioni fidei consensisse, sententiaq; τὸ ὁμοούσιον & consubstantialis explorata, pacatos prorsus fuisse, neque ulla ex parte hæresi adhæsisse. Certitudinis autem ecclesiarum causa, quæ nobis in mentem uenerant, in medium protulimus. Atque ipsi tandem certò † persuasi, aliosq; etiam quos oportebat itidem à nobis persuasis, fidei subscripsimus. Anathemati uerò subscribendum non duximus, non quidem quòd fidem ipsam carperemus: uerùm quòd eum qui accusatus fuerat, talem esse non crederemus. Ex epistolis enim eius ad nos datis, sermonibusque in faciem collatis, certiores facti sumus, talem non esse. Quod si sancta uestra Synodus de eo sic persuasa est, nos nihil repugnamus. Cæterùm consensum nostrum ad decreta uestra accommodantes, per hasce literas, † plena fide consensum nostrum confirmamus: non nos quidem grauiter exilium ferentes, sed suspicionem hæresis amolientes. Quod si dignabimini nos in conspectum uestrum admittere, unanimes in omnibus habebitis, rebusq; uestris iudicatis stantes. Et quum pietati uestræ placuerit, eum qui criminis huius nomine est delatus, humaniter reuocare: absurdum esse duximus, posteaquam reus ipse reuocatus, de intentata sibi calumnia causam dixit, ut nos prorsus taceremus, contra nos ipsos reprehensionis occasionem exhibentes. Facite igitur, sicuti pietati uestræ Christianæ conuenit: ut Dei amantissimum Imperatorem admoneatis, preces nostras eidem offeratis, & quamprimũ quæ uos facere decet, de nobis statuatis. Post hanc palinodiam & recantationem, reuocati Eusebius & Theognis, ecclesias suas receperunt, eis qui illis suffecti fuerant repulsis: sicuti dictum est. Sic illi sub prætextu ouium pellibus amicti, lupos egerunt. Nam Imperatoris humanitate ad seductionis commoditatẽ abusi, & continuo Imperatoriæ aulæ aditu pristinam dominationem consequuti, quemadmodum deinceps dicemus, res pessimas admiserunt.

Tum

CAPUT XLIIII.

Athanasius Alexandri episcopi Alexandrini in episcopatu successor.

Apollinaris de Athanasij in Alexandrina ecclesia successione.

Vel inuitus ab Alexãdro Athanasius episcopus substituitur.

οἱ τῆς αἱρέσεως συμμορίαι. Ariani illegitimè electũ esse cauillati sunt.

Diuino nutu Athanasius episcopus est lectus.

Athanasius episcopus αὐτοδίδακτος.

Ἄπαις ἀρρένων γονεύσιν. Athanasius puerũ, nõdum ephebus, à pueris episcopus lectus, episcopalia munera obijt. Sozom. lib. 2. cap. 17.

A VUm temporis post quintũ Synodi mensem, Alexander Alexandriæ antistes moriturus, sedis suæ successorem, diuini iudicij (sicuti conijcere licet) calculo, celebrem reliquit Athanasium. Quum namque Athanasius refugeret atque reluctaretur, Alexãdrum ferunt uim illi inferentẽ, uix tandem ut thronũ susciperet, persuadere potuisse: sicuti id quoq; Apollinaris Syrus ad hunc modum scriptum reliquit. Non desijt uerò postea
» quoque belligerari impietas. Sed primùm quidem aduersus beatum uiri huius
» magistrum, cui hic perinde atq; patri filius, patronus affuit, arma sumpsit. deinde uerò in hunc quoq; ipsum, postquam ad episcopatus peruenit successionẽ,
» multa quidem ille usus tergiuersatione, sed tamen consilio Dei productus. Sicuti beato quoque illi uiro, qui ei episcopatum quasi in manus tradidit, diuinis in-
» dicijs, non alium uidelicet quàm hunc successorem fore, est significatum. Euocabatur namque è uita, iamq; adeo prope obitum erat Alexander, quùm nomina-
» tim Athanasium uocauit absentem: atque ibi, quum qui tum aderat eiusdem nominis, uocationi audiens esset, ad eum, ueluti quem non uocasset, conticuit, de-
» nuoq; uocatione est usus. Et quum id ab eo sæpius fieret, consiluit tandem Athanasius præsens, declaratus est autem alter absens. Et prophetico demũ spiritu beatus Alexander: Athanasi, inquit, effugiturum te credis, sed non effugies.
» Quo uerbo ad certamen eum euocari ostendit. Hæc Apollinaris. † Arij autem tribules iactant, post Alexandri mortem communicasse consilia inter se, qui Melitium, quiq; Alexandrum sequuti fuerant: conuenisseq; in eundem locum, ab utraque parte, ex Thebaide & reliqua Aegypto episcopos quinquagin-
B ta quatuor, & decretum ab eis esse, ut cõmunibus suffragijs ab eis legeretur, qui Alexandrinæ præesset ecclesiæ antistes. Septem uerò episcopos quosdam, iureiurando proculcato, præter sententiam & uoluntatem omnium reliquorum, electionem Athanasij, ad id ab eo coactos, in ea quæ nominatur Dionysij ecclesia, furtim peregisse. Mihi uerò magnus iste uir, non absque diuino numine ad episcopatum peruenisse uidetur: qui sanè talis fuit, qualem ea flagitarunt tempora, ad intelligendum, dicendum, atque etiam scribendum idoneum maximè; & qui quod telo peteret, tangere atque assequi posset, quiq; ad resistendum insidijs structis esset firmissimus. Erat præterea uir admodum ecclesiasticus, & ad sacra peragenda aptissimus, atque (ut sic dicam) in rebus eiusmodi αὐτοδίδακτος, & à se ipso doctus. Ferunt namque, † quum necdum ad ephebos accessisset, à Deo eiusmodi quiddam in eo adumbratum et simulacro quodam repræsentatum esse. Alexandrini in urbe sua festum quendam diem insignem agunt, quo die Petrus, qui apud eos ecclesiam rexit, martyrio est defunctus. Hasce ferias, ut moris erat, Alexander quoque, præfectus tum ecclesiæ, celebrabat, & sacris mysticisque cæremonijs operatus sedebat, eos qui cum eo assurrecturi fuerant, præstolans. Quum uerò sederet sublimior, oculos ad mare coniecit, & pueros quosdam in arena ludentes uidit. Ludus erat, rerum quæ in ecclesia peraguntur imitatio, & episcopi tandem electio. Atque aliquatenus quidem id nihil habebat periculi. Vt autem arcaniora mysteria, sacraque non tangenda, pueri attigere, grauiter factum id tulit: accitisq; cleri primoribus, pueros ostẽdit, eosq; ad se adduci iussit. Illi ubi sunt adducti, de ludicro eos interrogauit: mox etiam quæ egerint, dixit. Pueri pudore simul & timore correpti, primùm quidem rem negarũt: deinde uerò, ut uerbera eis Alexander minatus est, actum omnem exposuerunt, ut scilicet Athanasius episcopi munus fortitus, multos

baptizarit,

baptizarit,& impositione manuum in ordinem ecclesiasticum sacerdotes et dia- A
conos cooptauerit. Inquisiuit etiam rem quamque Episcopus, quùm quid um
bratilis † episcopus per ludum ritus sacros peragens dixerit, tum quid respon-
derint qui sacris ab eo initiati essent. Atque ubi rem quamlibet iuxta ecclesiasti-
cam traditionem seruatam reperit, cum episcopis qui ei tum aderant, re delibe-
rata, non denuò baptizãdos esse censuit, qui semel per simplicitatem diuina gra-
tia digni effecti essent. Et tantummodo ea quæ sacerdotibus facere fas est, in my
sterio adimplere iussit. Pueros autem eo quem in ludo cœperant ordine, ipsum
Deum testem faciens, in ecclesiam induxit: & propinquis suis traditos, ut ab eis
custodirentur, atq; in imitatione ad progressus faciendos instruerentur, qui sic
abundè institutionem puerilem assequuti essent, rogauit. Maximè uerò id de
Athanasio egit: quo deinde notario & familiari usus, non ita longo pòst tempo-
re eum in diaconorum ordinem euexit. Atque hic in grammaticis literis exer-
citatus, & apud Rhetores uersatus, præterea uerò etiam in sapientiæ studijs in-
stitutus, quum ex eis artibus tantum percepisset, quantum ad hoc satis esset, ne
ab eis qui in illis eximij sunt & clari percelleretur, Nicæam est perductus, ubi ma
ximè decertauit: quippe qui propter firmitatem sermonum ueritatis non mini-
mi ibi actionum omnium pars fuerit. Specimen uerò ille quoque in ætate iuue-
nili, sapientis spectati, & † senilis uiri præbuit. Postquam autem Alexander
mortuus, & ipse successor eius factus est, tum magis gloria eius enituit, uirtute
ipsius in rebus omnibus seipsam confirmante atque laudante. Quam ingentem
quoque reddidit magnus Antonius, quùm optima quæq; de eo testificans, tum
etiam iussis eius morem gerens. Nam & eius causa ex montibus in urbes fre-
quentius uenit, & in ecclesia cum eo est uersatus. Tum autem, sententiæ eius
quam de Deo habuit, calculum suum addidit: eis qui inimicitias contra eum su- B
scepissent aduersus, ipsius autem Athanasij amicus initimus & summus. Quin
& Ariani Athanasium illustriorem reddidere, qui unà cum Melitio Aegyptum
motibus cõpleuerant. Insidias enim sine intermissione ei molientes, capere eum
legitimè non potuerũt. Et nuper admodũ Eusebius ab Imperatore ab exilio re-
ductus, nõ mediocrẽ sibi usurpabat libertatẽ, ab illo in magno honore habitus,
perinde atq; is qui à praua opinione ad rectæ pietatis sententiã transijsset. Quo
circa libertate ea abusus, maiorem etiam in ecclesia turbam excitauit, per eam
quæ ei inerat falsam opinionem, easq; quas aduersus Athanasium susceperat ini
micitias, ex quo in Synodo in illum ueluti ueræ pietatis propugnaculum impe-
git. Et primùm quidem electionem eius Eusebiani reprehendebant, tanquam
neque legitimè, neque ab idoneis, quæ fidem mererentur, personis factam. Vbi
uerò insimulationem eam refellit, magno animo pro fide Nicena decertãs, aliam
illi texuere telam, eo consilio, ut Athanasio exilium struerent, atque Ario redi-
tum in urbem Alexandrinam pararent. Ita enim facilimum ipsis fore putabant,
ut ὁμοούσιον consubstantialis fidem eijcerent, & pedetentim impietatem suam
pro ea inducerent. Tentauitq; adeò, ad Athanasium scribens Eusebius, ut ab il
lo susciperetur Arius. Sin minus, sine scripto per internuncium magnum illi mi
natus est malum. Postquam autem omnem mouens lapidem, persuadere id illi
non potuit: eos qui in doctrina res nouas induxissent, nouamq; hæresim insti-
tuissent, & eam ob causam à tam frequenti Synodo proscripti essent, minimè re-
cipiendos esse contendenti: alio modo conatus est, ut Arius reciperetur, Alexan
driamq; reduceretur, Imperatori persuadere. Id quod tandem, sicuti
suo loco dicam, ægrè effecit.

Tum

ὁ τῆς παιδιᾶς ἡγεμὼν
Etiam per ludum baptisati, denuò baptisandi non sunt, sed cæremoniæ tantũ solennes in eis implendæ.
Athanasius Alexandri notarius. Idẽ diaconus ordinatus.
Magnus eius in Nicæna Synodo usus fuit.
ἀνῆβησαν
Præclara Athanasij gloria.
Ariani Athanasium illustrarunt.
Eusebius Nicomediẽsis Athanasij aduersarius.
Eusebius modis omnibus apud Athanasium, ut Arius Alexãdriã reducatur, agit.
Sed id ei persuadere nequit.

CAPUT XLV.

AVm uerò alia etiam turba inter coniunctos episcopos exorta, eccle- *Contentiõ nõua inter episcopos coniunctos de consubstantialis uocabulo.*
ἀνεβόλησαν
siam excepit, qui de uerbo ὁμοούσιος cõsubstantialis † nimirũ subtiliter
inquirentes, coq; sese exercentes, intestinũ inter se ita cõmouere bel-
lum, † ut cõcertatio eorum nihil à nocturna pugna differret. Necq; e-
ὡς μηδεμίαν τὴν νυκτομαχίαν διαφέρειν.
nim alius alium intellígebat in eis uerbis, unde sese inuicẽ blasphemijs expeti pu
tabant. Siquidem qui consubstantiale non probabant, opinabantur eos qui id
recíperent, Montani et Sabellij sententiam sequi: blasphemosq; uocabant, uelut *Ardor altercãdi facit, ut cõtendẽtes se nõ intelligant.*
qui filij Dei existentiam euerterent. Qui uerò consubstantiale complecteban-
tur, illos auersabantur, ac si Græcismum pluresq; deos assererent. Potissimum
uerò de ijs Eustathius Antiochenus, & Eusebius Pamphili, congressi decerta-
runt: atq; uterque in subsistentia filium Dei, atq; unum Deũ in tribus subsisten-
tijs profitebatur. Et Eustathius Eusebium incusabat, quòd professionem fidei
Nicænam nouaret. Atque hic rursum, acquiescere se in decretis Nicænis dice-
bat, illi autem Sabellij errorem criminando obijciebat. Enimuerò ea de re Syno *Cogitur ea de causa Antiochiæ Synodus. Sozom. lib. 2. cap. 19.*
do Antiochiæ coacta, episcopatus Eustathio abrogatur, re quidem uera, quòd
Nicænam fidem propugnans, Eusebium, Patrophilum Scythopolitanum, &
Paulinum Tyrium, quorum sententiæ Orientales episcopi astipulabantur, ut
Arianos auersaretur: sicuti autem illi ipsi Ariani præ se ferebant, tanquam is qui *Eustathius Antiochenus episcopus ibi exauthoratur iniquissimè.*
cum Sabellio faceret, aliasq; item non optimas ob causas: quemadmodum de
omnibus episcopis, qui exauthorantur, multa dici, moribus est receptum. Cæte
rùm res tota sycophantia erat, cum calumnia coniuncta. Veluti enim Episcopa-
lem dignitatem impudicæ mulierculæ concubitu, fœdeq; uoluptatis usu turpi-
B ter contaminasset, sancto uiro eam ademerunt. Nam meretriculam uultu uenu- *Idem per calliniam stupri insimulatur, & condemnatur.*
sto, formæ ætatisq; florem cuiuis mercede prostituentem, conductam, ut lin-
guam illis daret, uerbisq; subseruiret, permouere. Et conuentu coacto, in quo
ducenti & quinquaginta erant, alios quidem omnes exire, mulierculam autem il
lam rerum usu proteruam ingredi iussere. Progreditur illa, lactentem infantem
in ulnis gerens, eumq; impudenter ex Eustathij consuetudine se cõcepisse & pe-
perisse clamitat. Eustathius, si quem alium facinoris eius conscium, aut qui tale
quidquam nosset, haberet, rogat. Quæ quum id negaret, iusurandum ab ea iu *Meretriculæ subornatæ periurium.*
dices acerbi postulant: quum quidem disertis uerbis lex uociferetur, quę de quo
piam siniſtrè uulgentur, ea duobus aut tribus testibus firmitatem obtinere: & *Iniquus iudicij corrupti processus.*
Apostolus rursum, aduersus presbyterum actionem recipi absque duobus aut
tribus testibus, prohibeat. At illi nulla legis ratione habita, & nullis testibus, ad-
uersus tantum uirum iudicium instituere. Posteaquam enim illa, uerba sua iura-
mento cõfirmauit, infantẽ uidelicet Eustathij improbæ libidinis opus esse, ilicet *Obtinet id nunc quoq; in quibusdam cõsistorijs, ut pellis utilitatis iuramentũ à iudicibus deferatur.*
illi ueluti contra mœchum calculos produxerunt: Episcopis alijs, qui insidias
structas ignorabant, frustra contrà nitentibus, & non legitimè uirum damna-
tum esse contendentibus. Porrò qui fabulam hanc concinnauerant, nulla in-
terposita mora Imperatorem adeuntes, eiq; legitimè per sententiã Eustathium
damnatum esse persuadentes, Episcopatu hominem mouere atque exigere sunt
conati: tantum nimirum ueræ pietatis & castitatis defensorem, & quasi marga-
ritum. Grauis autem, propter illius abrogationẽ, Antiochiæ coorta est seditio: *Seditio propter Eustathium Antiochiæ orta.*
ut parum admodum abfuerit, quin eam prorsus euerti atq; aboleri contigerit:
quippe quæ in duas discesserit partes, alteriq; factioni manus militaris opem fer
ret. quæ res plurimũ Eustathio nocuit. Vbi enim Imperator cognouit ecclesiæ
seditionẽ, uehementer indignatus, Eustathium tanquam hominem factiosum,

eò nomine

τῶν εἰ περιφανεῖς γραφέντων

Eam ob causam Eustathius iussu imperatoris in exilium abducitur.

eo nomine suspectũ habuit: & quendam † honoraria militiæ illustris dignitate præditum eò misit, qui quùm tumultũ ibi sedaret, tum Eustathium occultè inde abduceret. Itaq; ille per Thraciam in Illyricum est deportatus, perplacidè calumniã ferens, quòd hoc sic præstare iudicaret, uir rebus omnibus honestus, bonusq;, et orationibus componendis facundia iucunda & copiosa, sicuti id opera eius testantur: eloquutionisq; priscæ pondere, sententiarũ castitate, uerborũ elegantí gratia, & pronunciationis uehementia præcipuè pollens. Deinceps uerò infelix illa muliercula graui circumuenta morbo, sycophãtiæ eius actũ confessa, tragœdiam omnẽ, ut edita fuerat, exposuit. Dixit etenim, sacerdotes plurimos, qui eam pecunia corrupissent, flagitiũ id facere ausos: seipsam autem non omnino mendacem esse, quod scilicet ex Eustathio quodam † illiberalis artis opifice, puerum cõcœpisset. Quum Arianorum phalanx Antiochiæ contra sanctum uirum hæc admittere ausa fuisset, ita insuper ipsi secum rationẽ duxerunt & constituerunt, si Imperatori notum quempiam atq; eloquentia præclarũ uirum in Antiochenò throno collocarẽt, facilimè eos uniuersos in opinionem suam pertracturos. Proindeq; Eusebium Pamphili, alijs prælatum, traducere in eum locum studuere. Quo decreto Imperatori significato, illud præterea addidere, uirum eum plurimi à populo Antiocheno fieri, gratiosumq; ibi esse. Hoc sic præcipuè scripserunt, qui hostili erga Eustathium animo erant. Ipse uerò Eusebius decreto ei reluctatus, literas ad Imperatorem, quibus Antiochenam sedem deprecabatur, dedit. Imperator uerò consilium eius, qui sic Ecclesiasticum canonem seruaret, ab ecclesiaq; quæ semel ei administranda credita esset, ad episcopatum alium transferri renueret, admiratus: & populo, & ipsi Eusebio rescripsit, sententiam eius gratam habens, beatumq; eo nomine uocans: quippe qui non tantum Antiochiæ, sed uniuersi etiam orbis episcopatum recipere dignus esset. Ad eundem modum Synodo quoque scripsit. Et quòd sincera fide esse opinaretur presbyterum Cappadociæ Euphronium, & Arethusæ Georgium, alterum istorum, aut alium certè quenquam, quem magis idoneum iudicarent, designare, & sedi Antiochenæ præficere præcepit. Atque illi ante Eusebij electionem, Eulalium episcopum creauerant: qui quum paulo pòst uitam finisset, tum demum Eusebium transferre properauerant. Quod quia ille refugit, Imperatorq; translationem eam inhibuit, uacuam sedem eam fuisse annis ordine octo ferunt: deinde Euphronium electum. Quo post annum & menses aliquot defuncto, Phlacito eius ecclesiæ præfecturam commissam. Omnes autem Ariana contagione magnopere erant infecti: quamuis clandestinè eam fouere uiderentur. Cuius sanè rei gratia multi ex clero & sacerdotum ordine, alij præterea qui nihilomnius rectè sibi pietatem colendam statuissent, conuentibus in ecclesijs relictis, ipsi seorsum congregabantur. Habebant ij Eustathianorum nomen, quòd ei post illius etiam discessum maximè fauerent. Ac quæ Antiochiæ de Eustathio accidere, hæc sunt.

Meretricula ea tandẽ fraudem iudicij detegit.

Ex opifice quodã ea puerum concœperat.

Ariamisantes episcopi Eusebium Pamphili Cæsarea Antiochiam traductum uolũt.

Eusebius id detrectat, imperatore consilium eius approbante.

Nicænæ Synodi canon est de non transferendis ex una ecclesia in aliam episcopis.

Socrat. lib. 1. cap. 24.

Sedes Antiochena octo annis uacat.

Euphronius, Phlacitus episcopi Antiocheni Ariani.

Eustathiani suos sibi conuentus cogentes, Antiochiæ ab Ecclesia secessionem faciũt.

Eustathij egregia laus.

βεβέωσαν μετιόντος τεχνῶ

Arethusa Syriæ oppidum.

CAPUT XLVI.

Episcopi Romani.

YIuestri autem in ecclesia Romana, ante quem prius eam Marcellinus, deinde Miltiades, non ita diu gubernauerant, Iulius successit. Post Macarium uerò, sedem Hierosolymitanam obtinuit Maximus, qui antea in Diospolitana ecclesia, à Macario episcopatu acceptò, tandem à Hierosolymitanis est retentus. Quòd etenim superioribus temporibus confessor extitisset, aliterq; uir bonus esset, populi suffragijs designatus fuerat, qui Macario uita functo, episcopatum eius reciperet. Vbi uerò Diospolitani

Hierosolymitani.

A Diospolitani uiro eo orbati, id ferre non possent, & certamen propterea moueretur, alium antistitem Diospolitanis legendum: Maximum autem apud Macarium, cum quo unà episcopalem gereret curam & functionem, censuerunt: atque ubi ille decessisset, hic in locum illius surrogaretur. Illud porrò scire oportet, quòd qui hæc diligentius inquisiuere, de sententia Macarij multitudinem, quod de Maximo ingenti studio egerant, fecisse confirmant. Macarium namque post illam Maximi electionem, * pœnitentia ductum esse: atq; cum animo suo considerantem, & quòd uir is rectè de Deo sentiret, & quòd multitudini propter strenuè obitum confessionis certamen ualde charus esset, necessariò eum qui sibi succederet, retinendum esse censuisse. Non paruus enim ille animum eius subijt metus, ne ipso morte sublato, Eusebius & Patrophilus opportunitate temporis arrepta, alicui ex Arianis episcopatum suum concederent.

ἐφεδρεύσειεν

Quandoquidem se adhuc superstite, nouas res moliri cœpissent: & à se excommunicati, nugas tandem suas repudiassent. Nondum uerò, qui in Aegypto quoque coortus fuerat motus, sopitus fuerat. Arij nempe hæresis à Nicæna Synodo proscripta, Melitius uerò eis quas suprà exposuimus conditionibus receptus erat. Et Alexandro in Aegyptũ reuerso, Melitius quas extra ordinem non rectè tenuerat ecclesias, restituerat. Ipse Lyci agebat. Atque ubi Melitius decessit, Ioannem quendam, † qui eadem cum eo de Synodi Nicænę dogmate sentiebat, in locum suum substituit: qui noui rursus motus in ecclesijs author fuit. Quod ubi Ariani uidere, neque ipsi rerum suarum negligentes fuere. Et quod apud factiosos eiusmodi homines fieri assolet, hi quidem Arij opinionem laudibus
B ferebant: illis uerò magis conuenire uidebatur, ut ecclesijs Melitiani præessent, quibus etiam plericq; magis erant addicti. Atque antea quidem utrique ab alteris dissidebant. Vbi uerò animaduertere, multitudinem episcopos Catholicæ ecclesiæ sequi, conuentu coacto, fœdus inter se pepigere, communecq; aduersus pium Alexandrinę urbis clerum suscepere bellum. Et adeò criminationes simul & defensiones ex æquo communiter decertantes protulere, ut tempore procedente, Ariani uocarentur Melitiani, & Melitiani Ariani. Atque Melitiani de ecclesiarum præfecturis tantum decertabant. Ariani autem malè sentiebant de Deo. Veruntamen quòd sibi communiter inimicitias contra nos sumpserant, consensum atque concordiam assimulabant, utrique arbitrati facilius sibi eo modo res ex sententia successuras. Cæterùm temporis processu propter perpetuos de rebus ciusmodi sermones & colloquia, ad eum peruenere habitum, ut idem de Deo sentirent. Sedenim deinde Melitiani, iuxta pristinam secessionem, ab Arianis sunt disiuncti. Simul namque & clerus & populus alij ab aliorum abhorrebant communione. Multasq; urbeis id peruasit malum, maximè uerò Arianismus uiguit in Bithynia & Hellesponto, nec non in ipsa Constantinopoli. Inde adeò, quòd Eusebius Nicomediensis & Theognis Nicænus, arte quadam eum, cui decretum Nicenæ Synodi asseruandum commissum fuerat, dicuntur circumuenisse, subscriptionesq; suas deleuisse: atque liberè & propalàm docuisse, non oportere filium patri consubstantialem dicere. Ii quoque primi Athanasio authores fuere, earum quas pertulit ærumnarũ. Multam namque ab Imperatore consequuti potestatem & libertatem, Arium quidem, qui consentiens & amicus illis esset, Alexandriam reducere: illum uerò ueluti ex diametro eis repugnantem, abigere inde contenderunt. Et sanè uix tandem consilium id ad exitum suum perduxere. Quomodo autem id conficere potuerint, & quo pacto Imperator ut Arium reciperet, adductus sit, quàm potero breuissimè dicam.

Idem uersus distinguuntur.

Duo eodem tempore Hierosolymis consentientes episcopi, sicuti apud nos quoq; Coadiutores assumi solent. Sozom. lib. 2. cap. 20.

* Qua uidelicet illum Diospolis designauerat episcopũ.

Pia Macarij de successore & posteritate solicitudo.

Melitius noui motus moricꝰ in Aegypto, causa est.

τῶν ἀμοιβαίως περὶ τὸ δόγμα τῆς ἐν νικαίᾳ συνόδου. Niceph. τῶν αὐτῶν τῷ συνεῖδον παρὰ τὸ δόγμα τῆς, etc. Sozom. libro 2. cap. 22. hoc est, familiarem fuit contra Nicænæ Synodi decretum.

Melitiani & Ariani inter se dissidentes, cõtra Catholicos conuniuntur: communes inuicem actiones & defensiones, ipsaq; eiusmodi nomina faciunt.

Eusebius Nicomediensis. & Theognis Nicænus, subscriptiones suas in Nicæno decreto fraudulenter indicit atq; delet.

I Presbyter

CAPVT XLVII.

Qua fraude Ariani effecerint, ut Constantinus Alexandriam reducẽ dum cẽsuerit. Presbyter Arianus Constãtiæ Constantini sorori, iniuriam Ario factã esse persuadet.

PResbyter quidã ægritudine Ariana, quãuis ea occultior esset, occupatus, Constantiæ Imperatoris sorori, quam Licinius in matrimonio habuerat, familiaris erat & amicus. Is ex familiaribus colloquijs, quum multa apud eam uteretur sermonum libertate, illata aliquando Eusebij mentione, de Ario quoque uerba asperſit, minus rectè de eo statutum esse dicens: per inuidiam quippe & æmulationem Alexandri damnatum, simul & à patria exulem, & ab ecclesia extorrem, in miseria uiuere, séq; indigna pati: neque ea esse, qua plerique credant, opinione. Hæc uera esse Constantia arbitrata, apud seipsam celauit. Nihil enim nouare audebat, confirmatum esse sciens, stabilemq; in Synodi decretis Imperatorem. Et quamdiu superstes fuit, tectam tacitamq; opinionem eam habuit. At ubi graui est oppressa morbo, à fratre frequenter eam uisente, supremam hanc petijt gratiam, ut presbyterum, de cuius eximia pietate testificabatur, familiarem haberet, rectè eum sentire, sinceramq; ei beneuolentiam conseruaturum esse. Se quidem iam decedere. Ei uerò, ne quid pateretur, admodum metuere affirmans, quòd à nonnullis persuasus, uiros graues perpetuo mulctasset exilio. Atque illa his dictis, fatis concessit. Presbyter uerò libertate inde sumpta, paulatim eosdem apud Imperatorem mouebat de Ario sermones, quos ad sororem quoque eius dudum retulerat: nihil scilicet contra Synodi decreta Arium sentire, uenientem eum, si ipse iubeat, uera hæc esse: & quòd præter rationem sycophantia circumuentus sit, in faciem ostensurum. Imperator, siue sorori gratificans, seu presbyteri dictis credens: Si

Idem is Constantino quoque à Constantia moritura ei commendatus persuadet.

Arius, inquit, † recipit, fidemq; facit, se cum Synodo sentire, accipio hominem, cum honore omni Alexandriam eum remissurus. Ad hæc uerba, literas quoque eiusmodi ad illum addidit. Victor Constantinus Maximus Augustus, Ario Iampridem firmitati tuæ, ut in † aulam nostram uenires, & conspectu nostro fruerere, significatum est. Quod te illico non fecisse, ualde miramur. Itaque publico uehiculo conscenso, ad nos uenire propera, ut beneuolentia curaq; nostra adiutus, in patriam redire queas. Deus te seruet, dilecte. Datæ ante Quint. Cal. Decemb. Hæc Imperatoris est epistola. Mihi autem admirari in mentem uenit, ipsius de uera pietate ardorem & æmulationem. Apparet enim ex ijs quæ scribit, sæpius illum ab eo ad pœnitentiam excitatum esse. Quapropter eum reprehendit, qui multoties literis admonitus, ad ueritatem non redierit. Ille igitur literis eis acceptis, cum Euzoio Constantinopolim uenit. Erat autem Euzoius diaconus & ipse ab Alexandro exauthoratus, quum Ario presbyteri dignitas adempta est. Imperator in conspectum suum admissos, an fidei promulgatæ assentirentur, rogauit. atque illis id asseuerantibus, libellum eos offerre iussit, qui eorum de Deo sententiam complecteretur. Tum illi declinata priore uia, quam sententijs quibusdam inueniendis inierant, simplicibus alijs notisq; diuinitùs inspiratæ scripturæ uerbis, nouam formulam & expositionem texuere: iureiurando cõfirmantes, ita se ex animo credere & sentire, necq; aliter unquã sensisse. Scriptum id hisce uerbis conceptum fuerat: Pijssimo Deoq; amantissimo domino nostro Imperatori Constantino, Arius & Euzoius. Sicuti Deo gratia pietas tua Imperator domine præcepit, ita in scripto exponimus fidei nostræ professionẽ. Et coram Deo testamur, sic nos, omnesq; qui nobiscum sunt, quemadmodum subiecimus, credere. Credimus in unum Deum patrem omnipotentem. Et in Dominum IESVM CHRISTVM filium eius, ex eo ante omnia secula genitum, Deum uerbum, per quem omnia facta sunt, quæ uel in

Euocatur in aulam Imperialem Constãtini literis Arius.

Socrat. lib. 1. cap. 25.

Benigna literarum earum interpretatio.

Arius & Euzoius ad Imperatorẽ ueniũt.

Libellus professionis fidei Arij et Euzoij Constantino oblatus.

A uel in cœlo, uel in terra sunt, qui uenit, & carnem assumpsit: qui passus est, & resurrexit: qui reuersus est in cœlos, & rursum ueniet iudicaturus uiuos & mortuos. Et in spiritum sanctum, & carnis resurrectionem, & uitam uenturi seculi, & regnum cœlorum: & unam ecclesiam Catholicam Dei, quæ à finibus ad fines mundi est. Hanc uerò fidei persuasionem ex sanctis Euangelijs accepimus, dicente Domino discipulis suis: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomen patris, & filij, & spiritus sancti. Quod si nõ ita credimus, & uerè recipimus patrem, & filium, & spiritum sanctum, sicuti cuncta Catholica ecclesia, & sanctæ scripturæ docent, pro eo atque omnino persuasum habemus, iudex noster erit Deus, & nunc & in uenturo illo die. Itaque pietatem tuam, Deo dilectissime Imperator noster, cohortamur, ut nos, qui ecclesiastici sumus, fidemq; & sententiam ecclesiæ & sacrarum scripturarum obtinemus, per pacificam & diuinam pietatem tuam, matri, uidelicet Ecclesiæ, unias atque coniungas, quæstionibus, & quæ ex quæstionibus oriuntur superfluis, & ad rem non pertinentibus uerbis accisis. Vt & nos et Ecclesia per pacificationem inter nos cõciliati, solitas preces pro pacifico & pio imperio, totaq; familia tua communiter omnes peragamus.

Imperator Cõstantinus per crudelitatis errorem formulam hanc fidei ecclesiasticæ concordiæ cam se laudat: eãq; consentui episcoporum Hierosolymitano perpendendã mittit.

Hoc scriptum nonnulli insidiosè compositum dicebant. Illos namque uerbis quidem ecclesiæ conciliari, nihilominus tamen prioribus opinionibus suis inhærere, uerborum ipsorum significatione id satis declarante, ambiguè in utramque partem inclinantium, & ad ancipitem sensum uergentium. Imperator autem existimans eos Nicænis decretis assentire, supra modum lætitia efferebatur. Verumtamen ante legitimam, pro recepto more, explorationem atque inquisitionem eorum qui summam † rei ecclesiasticæ tenebant, sibi hoc nõ sumpsit, ut illos ad communionem admitteret: sed ipsos ad eos, qui tum Hierosolymis conuenerant, episcopos misit, quibus significauit, ut nouam illorum formulam expenderent: humaniter perspicere iubens, siue illi rectè sentientes per inuidiam circumuenti insidias pertulerint, seu malè opinantes per pœnitentiam in rebus iudicatis tandem acquiescerent. Eusebiani porrò † commodum nacti tempus, imperialium literarum prætextu, † Synodo nondum acta, ad communionem eos admisere. Atque hoc quum fecissent, Imperatori rem eam insinuarunt: & ecclesiæ Alexandrinæ, Aegypto, & Libyæ omni, episcopisq; & cleris earum scripserunt, ut non grauatè eos reciperent: quorum & Imperator ipse piam fidem esse testaretur, cuius etiam fidei formulam epistolæ sua adiunxerunt, Imperiali iudicio Synodi calculum addentes.

τῶν λοιμῶν τῆς ἐκκλησίας

ἕνεκεν λοιμὸν τῆς συνόδου γενομένου.

Eusebiani ibi Arium et Euzoium recipiunt, & alijs recipiendos commendant.

CAPVT XLVIII.

Arius Alexandriam uenit.

OC modo Arius Alexandriam uenit, Cæterùm † mẽdacij molitio ueritati succubuit. Tantũ namq; abest ut eum facer admiserit Athanasius, ut etiam perinde atq; piaculum aliquod sit auersatus. Arius ibi manens, hæresim rursus commouebat. Et Eusebiani Athanasio scripserunt, & Imperatori quoq; ut scriberet persuasérũt, ut ita ille rem, quo Arius reciperetur, moderans administraret. Id uerò Athanasius facere omnino recusauit, & ad ipsum Imperatorem literas dedit, fieri nullis modis posse, ut ij ad communionem admitterentur, quos tam frequens Synodus, propter ueræ pietatis fidem proculcatam, anathemate notasset: præcipuè quum non legitimè, pœnitentia ac conuersione interueniente, resipuissent. Id Imperator grauiter tulit: maximo enim studio ad sarciendam ecclesiæ concordiam incumbebat. Itaq; Athanasio rescripsit, ne quem ab ecclesia arceret. Ac si contemptim iussa sua acciperet, missurum se eò qui illum inde exigerent, est minatus. Qua de re particulã epistolæ Con-

Ab Athanasio non suscipitur.

ἀνὴ ἡ τῶν λοιβῶν ἀσεβοῦς πανουργίας ἥττων ἐφάνη. ἐκεῖνος γὰρ τοῦ μεγάλου ἀθανασίου τὴν πανουργίαν σαφῶς ἐπιγνοὺς, τὸν μὲν ἄνδρα ἐθαύμασεν, ἐκείνους δὲ ἀπεστρέφετο.

Socrat. lib. 1. cap. 27.

Imperator indignatur.

Exilium Athanasio minatur.

læ Constantini annectere scripturę huic libet, quę sic habet. Quum igitur uolun A
tatem meam perspectã habeas, omnibus quicunq; intrare in ecclesiã uolent, libe «
rum prębe ingressum. Si enim cognouero quenquã à te ab ecclesia repulsum, aut «
ab introitu eius prohibitũ esse, præsto ibi cõfestim erit, qui à me missus, iussione «
mea exauthoratũ te ex eis locis deportandũ curet. In hanc sententiã Constanti «
nus scripsit, utilitatẽ publicã in cõsilio habens, & ecclesiã scissam uidere nolens.

Benigna uerborum Constãtini interpretatio.

Athanasius autem quum Imperatori denuò scripsisset, nõ esse participandã cum
Arianis cõmunionem: rursum Ario imminens, Alexandria eum expulit. Tum
demũ Eusebiani animaduertẽtes, se uoti sui impotes fore, nisi episcopatu Atha
nasius detrusus esset: exacerbatum Imperatoris aduersus illum animum, in occa
sionem consilij desiderijq; sui perficiendi arripuerũt. Erant autẽ qui contra sanctum uirum cõspirauerant: Eusebius Nicomedię, Theognis Nicææ, Maris Chalcedonis, Vrsicius Singidonis superioris Pannoniæ, & Valens Mursorum Pannoniæ episcopi. Quũ uerò nõ satis occasionis haberẽt ad tantã calumniã, ex Melitianis quosdã accusatores eius pecunia clàm cõductos subornarũt. Ac primam apud Imperatorẽ, Esione, Eudemone, & Callinico, Melitianis episcopis calumniantibus, illam accusationem sustinuit, quòd Aegypto lineam uestem Alexandrinæ ecclesiæ pendendam imperasset, & tributum exegisset. Quam sanè calumniam apud Imperatorem, quum eum † fortè fortuna aliam ob causam Nicomediæ conuenissent, Alypius et Macarius presbyteri falsam esse coarguerũt. Imperator ergo delatores literis perstrinxit, Athanasium autem ad se euocauit. Nondum autem ad Constantinũ uenerat, quum ei Eusebiani aliud crimẽ intendẽre: insidias eum clàm Principi tẽdentem, Philumeno cuidam arcam auro refertam misisse. Quam rem ubi Imperator meram itidem esse sycophantiam manifesto deprehẽdit, in Psamathia, quod ex suburbijs Nicomediæ unum est, tum agens, cum ingenti honore Athanasium Alexandriam remisit: literis datis, quibus omnia quæ in hominem dicta fuerant, ementita esse ostendebat: & insuper testificabatur, perhumanum eum ac rectè credentem planeq; diuinum esse uirum, qui propter inuidiam crimen sustinuerit, & superior tamen accusatoribus euaserit. Cohortabatur quoque multitudinem, ne dissideret, sed modis omnibus concordiam consectaretur, & Deum suspiceret. Atque ille quidem talia scribendo, pacem conciliare studebat. Melitiani autem & Ariani crimina alia aduersus Athanasium instituerunt. Quorum unum erat, mysticum eum comminuisse poculum, sacram mensam euertisse, & diuinos quosdam libros combussisse. Alterum uerò, Arsenij cuiusdam Melitianorum hæresis episcopi, quam ei amputauerit, manum secum habere, † per quam prodigia ederet. Arsenium porrò apud presbyterum quendam Patrinem nomine in monasterio quodam cum cũra & diligentia occultantes, humanitate benignitateq; omni fouebant, ut tectus ibi maneret, & neutiquam in publicũ prodiret. * Res Arsenij huius Ioannes etiam monachus, criminator, adornauit. Et authores rei istius technis insidijsq; talibus structis, ubiq; obambulabant, sermones serentes, & Athanasiũ traducentes. Vehementius uerò in eum inimici eius inuehebant: & Ischyras ille maximè, qui in Mareote colebat, quæ regio Alexandriæ est, plures frequentesq; habens uicos, in quibus multæ & magnæ sunt ecclesiæ episcopo Alexandriæ subiectæ, cuius urbis censent esse parœciæ seu uiciniæ. Ibi agens Ischyras, † sua spõte & ex sese natus domo prodierat sacerdos: quod quidem facinus pœnam omnẽ longè supergre

Arius ab Athanasio Alexãdriæ exigitur.

ἐπὶ τῶ παρὰ πολὺ τοῦ. Niceph. τότε τυχηρῶς αὐτὸν ὑπομιμνήσκειν τυγχάνοντες. Socrat. ut suprà.

Exilium Athanasio minatur.

* παρεσκεύασε δὲ πρὸς τοιαῦτα λοιπὸν ἰωάννης μοναχός τις ὁ γραφόμενος. Sozom. lib. 2. cap. 23. hoc est, Institutus uerò ad eiusce modi quoq; crimination ẽ est Ioannes monachus quidam accusator.

Imperator honestè cum prolixa cõmendatione Athanasium à se Alexandriam remittit.

Nouæ aduersus Athanasiũ Arianorum et Melitianorũ criminationes, sacrorum prophanatorũ, cædis & magicarum artiũ. Ischyras sibi ipsi sacerdotalem arrogans dignitatẽ, Athanasij accusator.

Tales multos nostra tulere tempora.

A supergreditur. Qua in re ab Athanasio deprehensus, quũ in cum inquireretur, fuga sibi consulens, Eusebianis Nicomediæ est iunctus. Atq; illi, pro eo quo aduersus Athanasiũ ardebant odio, ueluti presbyterum susceperunt, episcopali se eum dignitate ornaturos polliciti, si accusationẽ Athanasio intenderet. Ille sanè † ea quæ dicta erant, facile instituit. Imperator porrò his rebus auditis, * Censorij Dalmatio fratris filio res Antiochenas in Syria administranti scribit, ut de eis rebus iudicet, iustasq; exigat pœnas. Mittit quoq; ad eum Eusebium & Theognidem, ut eis assessoribus iudiciũ de Athanasio peragereẽ. Quod ubi Athanasius ex Censore, qui eum euocauerat, cognouit, secum ipse perpendẽs, quàm arduum sit causam dicere apud minus beneuolos & æquos iudices: illorũ artibus aduersus eos cõcertat, & modis omnibus ueritatẽ minimè oppressum iri sperat. Et quia difficile ei uidebatur, rem omnibus probare, Arsenio non cõparente; & ipse secum reputabat, non aliter se innocentiã suam declaraturũ esse, nisi uiueret eum ostenderet, quẽ ipsi mortuũ esse asserebant, ex familiaribus quendam diaconum in Ægyptum mittit, qui Arseniũ quærat. Ille postquã Thebaidem peruenit, ubi ageret cognouit: apud Patrinem scilicet, qui eum occultabat. Atq; ipsum quidẽ ibi non inuenit: aduentu enim diaconi cognito, in inferiorẽ transierat Aegyptum: Patrinem autẽ, & simul Eliam, qui illum aliò traduxerat, assumptum, Alexandriam adduxit. Qui ambo apud præsidẽ, uiuere Arsenium cõfessi sunt, qui ab ipsis antea occultatus, eo tempore in Aegypto esset. Hæc ad Imperatorem quoq; sunt relata. Is Athanasio scribit, suadẽs, ut cum cura episcopatũ retineret atq; administraret, Melitianorũ delationes nõ metueret. Et prærerea digna pœnas legibus persoluturos esse recepit, qui tam grauia auderent, & quie scere quidem nollent, tumultus uerò in ecclesia concitarẽt; eos scilicet homines, qui non modo bonis atque innocentibus per inuidiam insidias struerẽt, uerùm etiam † ordini ueræq; pietati detrimento essent. Hæc quum ad Athanasium scripsisset, publicè is epistolam recitari iussit. Melitiani in metum coniecti, † deinceps minas Imperatoris uerentes, conquieuerunt. Et ecclesia in Aegypto pacata est, quæ à tanto Pontifice administraretur. In dies quoq; ea augebatur, frequentiorq; fiebat: quòd multi ex superstitione etiam Græcorum ad fidem accederent, & populi toti ad Christianismum aggregarentur.

τὰ ἐγκλήματα ἀνεχέρδως ἐξετάσειεν.

Constantinus nouarum aduersus Arium institutarũ calumniarũ Dalmatiũ iudicẽ delegat, eidemq; Eusebium & Theognidẽ assessores attribuit.

* Legendũ puto Cæsari, ex Eutropio, qui de Constantino scribit: Tricẽnalibus suis Dalmatiũ fratris sui filium Cæsarẽ legit. In Catalogo Consulum Rõmanorum, 25. Imperij Constantini, Consul reperitur Dalmatius Cæsar.

Athanasius aduersariorũ suorum assessorum forum declinat: & se prudenter ad dicendam in legitimo iudicio causam parat, & probationes quærit.

CAPUT XLIX.

Constantinus literis suis Athanasium absoluit.

ἀσταξίας, ἀνυπεθείας, τὸ λοιπὸν. Niceph. τέως, Sozom. ut suprà: hoc est, tum.

ON longè deinde pòst, aduersariorum technæ rursum Athanasio negotium exhibuere, odiumq; apud Imperatorem creauere. Nam accusatorum turba coijt. A quibus uix tandem Imperator permotus, Synodum Cæsaraeæ Palæstinæ cogi iussit. Quò euocatus Athanasius, ad menses triginta aduentum suum distulit, eius qui ibi sacris præsidebat Eusebij Pamphili, & cognominis ei Nicomediensis, factionisq; eorum dolum suspectum habens. Atque eò quidem uenire supersedit: postea uerò acriorẽ ei adhibita ui, Tyrum uenit. Imperator namq; ad dedicandum Hierosolymis templum, quod ipse construxerat, Synodum congregari iusserat: quò, ut † spectaculo esset, Eusebius, & qui factionis eius erant, cum multo & regio apparatu ibant. Eam Synodum Imperator ex itinere Tyrum diuertentem, prius Athanasij causam discutere iussit, ut iurgijs nugisq; omnibus è medio sublatis, pacatioribus animis templo Deo consecrando, † mystica sacra perficerent. Tum autem trigesimus Imperij Constantini agebatur annus. Et aderant ex episcopis Oriẽtalibus sexaginta numero, quos Dionysius Consularis coegerat. Eò † ferreis catenis uinctus ex Alexandria Macarius presbyter, militari eum ducente

Cogitur Cæsaraeæ Palæstinæ episcoporum conuentus, Athanasij causa: sed is eò non uenit.

Conuentus eorum alius dedicandi templi Hierosolymitani gratiâ.

Is Tyrum iussu Imperatoris, ut ibi Athanasij causam discutiat, diuertit.

ἐκπομπεύουσι. Ita etiam Ceres Eleusinæ sacra mystica dicta sunt: ὀνομαζόμενα.

Macarius Alexandrinus presbyter uinctus Tyrũ adducitur.

manu, uenit. Athanasius autem citatus, primùm quidem moras nectebat, non A tam criminationes timens, quàm ne quid de fide aliter quàm in Nicæna Synodo decretum fuerat, nouaretur cauens. Veritus tamen Imperatoris literas, quæ, nisi sua sponte ueniret, inuitum eum ui eò abductum iri minabantur, Tyrum uenit. Dei autem prouidentia quædam, qui mortuus dicebatur, uiuum Arsenium eò quoque ire impulit. Non enim rationem habuit uel acceptæ à sycophantis pecuniæ, uel eorundem de occultatione mandati, quin Tyrum ipse quoq; clàm ueniret, quem nam tandem finem res habituræ essent cogniturus. Porrò Archelai consularis ministri in caupona quadam uino & ebrietati uacantes, quum ex quodam, eum qui interfectus esse dictus fuerat, Arsenium adesse, & in quadam domo latitare audissent, rem hero renunciarunt: qui eam statim iniquissimam atque compertam præsit, certamq; reddidit: & Athanasium secretò per internuncium fidelem, bono animo esse iussit, quòd uiuens scilicet Arsenius adesset. Ataque ille præsens, † quum in potestate eorum esset, eum se esse pernegabat. Paulus autem Tyri episcopus, qui hominem iamdudum nouerat, ipsissimum eum esse profitebatur. Et prouidentia quidem rem eam disponens, sic est moderata. Athanasius uerò postquam citatus apud Synodum constitit, crimina sibi obiecta partim diluit: partim ut de eis amplius disputaret, dilationem petijt, (ualde namque difficilis & impedita ei res erat, qui accusatores apud iudices gratiosos esse, testes multos ex Arianis & Melitianis sententias illorum comprobantes, dispositos: & delatores in eis criminibus, de quibus ipse eos conuicerat, uenia dignos iudicatos esse, uideret:) potissimum uerò in accusatione de Arsenio: & rursum de muliercula quadam, quam muneribus datis inuitam noctu uitiasse arguebatur. Quas sanè ambas deinde ridiculas esse ostendit. Siquidem quum mulier in medio consilio assistens Athanasium incusaret, presbyter quidam Alexandrinus Timotheus, qui ibi aderat, sicuti ei cum Athanasio clàm cõuenerat, causam scilicet perinde atq; propriam in se recipiens: Itáne tandem, inquit, mulier à me tibi oblatum esse uitium dicis? atque illa, Anuerò non à te? (ipsum digito demonstrans) dixit, tempore quoque & modo, ut uis ei illata esset, adiecto. Et hoc quidem crimen, ut ridiculum, sic facilè est refutatum. Deinde manus Arsenij producta: & accusatio non iam uerbis, sed factis instituebatur. Ille uerò dextrè admodum & prudenter criminationi obuiam ijt. Interrogauit namque, an ex præsentibus quisquam Arsenium nosset. Atque nonnullis, nosse se eum dicentibus: Arsenium in concilium adduxit, sub ueste manum utramque tegentem. Et tandem: En uobis, inquit, mortuus præstò adest. atque una illius, mox quoque altera producta manu: En, ait, Arsenium habetis, manus duas habentem: tertiæ autem locum ubi quis inueniat, accusatores mihi ostendant. Deus siquidem conditor in principio hominem prorsus † trimanum non creauit. Calumnijs his apertè ad eum modum confutatis, doli architecti rerum suarum satagentes, turbæ se immiscuere, & fuga sibi consuluere. Et crimen quidem hoc à se Athanasius, Arsenij uita remouit. Deinde Ischyram † exceptione repulit, in primis quòd is presbyter non esset. Insuper etiam, non debere quenquã ab inimicis iudicari, allegans, Eusebianos submouit. Et quum alia quoque accusationis capita in medium proferrentur, uisum concilio est, Mareoten ire: ut † in re præsenti, quæ in controuersiam erant deducta, inquirerentur. Vt uerò ad rem inuestigandam electi sunt, quos Athanasius per exceptionem iudices reiecerat (mittebantur enim eò, Theognis, Maris, Theodorus, Macedonius, Valens, & Vrsicius) ipse reluctabatur, & apud uniuersum concilium, rem eam † insidiosam esse molitionem, uociferabatur:

'Athanasius Arsenium Tyri adesse, certior fit.

'Accusationũ capita plura, quæ Athanasio sunt intentatæ, apud Sozomenum inueniuntur lib. 2. cap. 25.

Calumniã stupri pulchrè et sapienter Athanasius à se amouet.

Arsenium quoq; uiuum exhibens, cædis crimen refellit.

παρεγγράφειρό. Iudicium Ischyræ & Athanasij.

Mittuntur ab episcopis Mareoten quidã, qui in re præsenti causæ statum inquirat.

εἰ χεροὶ νόμιμος, συλλαφθείς. Socrat. lib. 1. cap. 28. hoc est, captus.

Suspectum omni ex parte Athanasij iudicium.

τεκμήριον

ονομάζων

ἐν μονοπρόσωπε ἢ δίπτυ

ὑποκινήματα μονοπρόσωπα

ἐρήμου τινὸς ἐκκλησίας ὑπηρέτου

A rabatur: ac si accusator unà cum suspectis & inimicis iudicibus adesset, iniquum id † uniusq; tantum partis iudicium esse protestabatur. Hæc quum ille diceret, neque quisquam rationem eius haberet, atque insuper metueret, ne manus sibi per uim & cædem afferrent, ex consessu eo ad Imperatorem profugit. Postquam qui Mareoten missi fuerant, rediere, atque † adtestationes uniformes, sub una scilicet persona, uera esse quæ aduersus Athanasium accusator dixisset, confecere: Synodus primùm eum nullo defendente, ueluti contumacem condemnauit: deinde etiam sententiam qua ei dignitas Episcopalis abrogata est tulit, in qua sententia uirum conuicijs multis ut seditiosum & Aegyptum motibus turbulentis implentem prosciderunt: simul & de muliercula illa, & de Arsenij cæde probrum prætermittentes. Ad omnes quoque locorum omnium episcopos literas dedere, ne uel sermone uel usu & commercio aliquo cum eo communicarent, néue ei Alexandriæ esse permitteretur. Verum quoque esse asseruerunt, mystici poculi comminuti crimen: & accusationum capita quæque attingentes, singulari quadam arte calumniam pertexuerunt, sycophantas conuictos silentio tegentes, & accusatores eius omnes laudantes. Ioanni quoque illi qui Melitio successerat, sectatoribus'que eius, aut quicunque ex clero eius erant, honorem dignitatem'que tribuere. Ipsum etiam Arsenium, qui cæsus esse dictus fuerat, receperunt: qui tum quoque Melitianorum sectator, & tanquam Hypselopolitarum episcopus, iniquæ illi Athanasij abrogationi subscripsit. Quain re illud nouum mirum'que usum est, quòd qui ab Athanasio iugulatus esse dicebatur, is uiuens, quantum in eo situm erat, Athanasium exauthorando iugulauit. Hoc tam iniustum insanum'que iudicium, multi etiam B qui ibi affuere episcoporum deprehendere. Nam Paphnutium confessorem tum præsentem, dicunt, apprehensa Maximi Hierosolymitanæ ecclesiæ antistitis manu consurrexisse, atque utrique minus conuenire arbitratum esse, qui confessores extitissent, oculos'que propter sermonem ueritatis effossos, & articulorum iuncturas mutilatas circunferrent, ut commune quidquam cum prauis improbisq; hominibus haberent, & aduersus ueræ pietatis propugnatores sententiam ferrent.

Athanasius omnis in iudicio sinistrè agi cernens, ad imperatorẽ confugit.

Testificatio suspecta.

Athanasius ut cõtumax damnatur.

Dignitas eidẽ abrogatur.

Iudicium corruptorũ fraus et peruersitas.

Arsenius quoque ipse Athanasium sententia sua iugulat.

Paphnutius Thebæus & Maximus Hierosolymitanus episcopi, peruersum hoc iudicium damnant.

* Ischyræ, seu Ischyrionis (ita enim eum Sozomenus nominat) causa in eo statu fuit. Arrogabat is sibi & usurpabat sacerdotis dignitatem, & quæ presbyteri sunt munia obibat. Eum uerò quum Athanasius in facto flagranti mysticis sacris operantem deprehendisset, mensam sacram euertit, calicem confregit, & impiam temerarij hominis audaciam inhibuit. Qua de re accusante Ischyra, Athanasius causam apud iniquos iudices dixit. Acta nostra multos uidit Ischyras, Athanasium nullum. Porrò Athanasius ea quæ modò dicta sunt, per Macarium presbyterum Ischyra exauthorando egit, qui & ipse è uinculis causam dixit.

CAPVT L.

EO tempore, quo & trigesimus Imperij Constantini annus compleba tur, & templum Hierosolymis in Caluariæ loco magnificentissimè absolutum fuerat, quod magnũ martyrium dicitur: Marianus quidã ampla dignitate uir, ab Imperatore cum literis ad Synodũ uenit, quibus quamcelerrimè Hierosolymam adire, propter sacri eius templi dedicationẽ * iubebant. Atq; illi protinus ut potuere, Hierosolyma cõtenderunt, dissidio atq; discordia omni sepositа, templumq; ipsum dedicarunt, donaria simul & ornamẽta ab Imperatore missa maximi prorsus precij consecrantes: quæ longo sanè post

Episcopi Tyro Hierosolymaire iubentur, ad templiq; nouæ Hierusalem dedicandum.

I 4 tempore

* Constantinus hoc sic fieri literis suis iusserat. An autem Episcopi id præstiterint, dubitari potest.

tempore ibi fuere, ſtuporem & conſternationẽ planè ſpectantibus conciliantes. A
tanta illorum erat magnitudo, tantum precium. Erat is decimusquartus menſis
Septembris dies, qui ab eo tempore in eccleſia Hieroſolymitana quotannis pu-
blicè ab omnibus feſtus & celebris agitatus eſt, octo ex ordine diebus conuenti-
bus celebrandis. Quibus diebus ex omni terrarũ orbe homines eò cõueniunt, et
ad feſtos conuentus concurrunt, arcana ſacra peracturi, et loca ſancta cognituri.
Deinceps uerò & decantatã illam ibi egere Synodũ, in qua Arium & Euzoiũ ſu-
ſcepere, Imperatoris uidelicet literis adducti, quibus ille rectè eos de fide ſentire
ſignificabat. Scripſerunt illi quoq; ad eccleſiã Alexandrinã, multam eſſe, odijs di
ſcuſsis, eccleſijs pacem conciliatam: Arium reſipuiſſe, eumq; accepto ab homine
pœnitentię libello, ritè ſuſceptũ, prorſus in eccleſiæ poteſtate eſſe. Acta ea ad Im
peratorẽ etiam retulere. Atq; illi quidẽ hæc ſic egere. Athanaſius autem Con-
ſtantinopolim contendens, de iniurijs quas acceperat, apud Imperatorẽ eſt qui-
ritatus. Et quum ibi nonnulli qui eum ſentẽtijs ſuis damnauerant adeſſent, illud
ab Imperatore ſupplex petijt, ut rerum Tyri de ſe actarum in eius præſentia in-
quiſitio & iudiciũ fieret. Porrò Imperator Athanaſium æquum petere cenſens,
ad epiſcopos qui Tyri cõuenerant, eos ad ſe uenire iubens, in hæc uerba ſcripſit.
Ego quidem quę ſint res à Synodo ueſtra per tumultũ, & quaſi procellã quandã
iudicatæ, ignoro. Videtur tamẽ quodammodo tumultuanter per inordinatam
conſultationem ueritas eſſe deprauata, quòd ſcilicet uos propter nugandi aduer-
ſus proximos ſtudium, quod quidem inuictũ eſſe uultis, ea quę Deo placita ſint,
peruidere non poſsitis. Enimuerò diuinæ prouidentiæ fuerit, ut quùm contен-
tioſi ardoris uitium manifeſtò deprehẽſum diſcutiat: tum apertè nobis declare-
tur, num in conuentu iſthic ueſtro curæ uobis ueritas fuerit, & res abſq; odio &
gratia ſint iudicatæ. Quam ob cauſam ut properè ad pietatem noſtram ueniatis
uolo, ut & rerum à uobis actarum exactam rationem nobis exhibeatis, & de uo
bis ipſis ſatisfaciatis. Qua re autem ut hæc ad uos ſcriberem, & uos per literas ad
me euocarem, adductus fuerim, ex uerbis ſequẽtibus intelligetis. Ingredienti mi B
hi iam cognominem nobis & modis omnibus felicem urbem Conſtantinopo-
lim, (accidit autem ut equo tum ueherer) derepentè Athanaſius epiſcopus, cum
alijs quibuſdam quos ſecũ habebat, in media publica uia, ita præter expectatio-
nem obuius eſt factus, ut conſternationis etiam præberet cauſam. Teſtem au-
tem facio † inſpectorem rerum omnium Deum, me illum qui fuerit non nouiſ-
ſe. Atque quibuſdam de iniurijs quas ſuſtinuit eum percunctantibus, quę æquũ
erat nobis renunciauit. Ego quidem eo tempore cum eo uerba non feci, neq; col
loquutus ſum. Vbi uerò ille id poſtulauit, ego autem denegaui, & parum admo
dum abfuit quin eum reijci iuberem: ille tamẽ cum multa libertate nihil peteret
à nobis aliud, quàm ut uos præſtò eſſetis, quò neceſsitate urgẽte, in præſentia ue
ſtra, quę paſſus eſſet, ſatis deplorare poſſet, & ego id rationi & tempori conue-
nire duxi, perlibenter hæc ad uos ſcribi præcepi, ut omnes quicunq; conuentui
Tyrio interfuiſtis, citra procraſtinationem, in † aulam manſuetudinis noſtræ ue
nire acceleretis, & rebus ipſis iudicationis ueſtræ ſinceritatem & ueritatem, me
cognoſcente, declaretis: quem ſanè germanum Dei famulum eſſe non negaue-
ritis. Per meã certè quidẽ erga Deum religionẽ, pacata ſunt ubiq; omnia. Quin
ipſi etiam barbari nomini Dei ritè laudib. benedicũt, qui hactenus ueritatẽ igno
rarunt. Manifeſtum aũt eſt, † qui ueritatẽ nõ norit, eum neq; Deum noſſe. Ve-
rumtamẽ, quemadmodũ modò dixi, & barbari per me germanũ Dei miniſtrũ,
Deum cognouerunt, & metuere didicerunt. Ipſumq; me ubiq; tutari, & rebus
ipſis mihi proſpicere ſenſerunt. Vnde maximè Deum norunt, quem illi quidem
propterea

Anniuerſarius Exaltationis ſanctæ Crucis dies.
Profectio Hieroſolymitana religionis ergò.
Athanaſij ad Imperatorem Conſtantinum preces.
Conſtantinus cõuentum Tyrium epiſcoporum Conſtantinopolim adſ cendat.
Recti uiuendi cupiditas res diuinas proſpicere cogit.
λοιπόν
ἔφορον
Grauis & imperatoria contentioſorũ Epiſcoporũ obiurgatio.
Τὸ τελὸ ἀληθὲς ἀμ᾽ ἀγνοοῦμ᾽, ἀδὲ τὸν θεὸν ἐπιγινώσκει.
Deum ſibi in rebus omnib. aſſiſtere gloriatur Conſtantinus.

A propterea quòd nos metuunt, colunt: uos autem, qui arcana ſacra benignita-
» tis eius † præſerre (quid enim dicam † ſeruare?) uidemini, uos inquam nihil
» agitis aliud, quàm quod ad diſcordiam & odium facit, & quod (ut ſimpliciter di
» cam) ad generis humani exitium refertur. Verùm properate, ſicuti dictum eſt,
» & ad nos quamprimùm omnes uenire maturate: illud perſuaſum habentes, o-
» mnibus neruis conaturos nos eſſe, ut ijs quæ corrigenda ſunt, emendatis, in lege
» Dei omnia ritè ſeruentur, ut quę eis neque probrum neque praua aliqua opinio
» & ſuſpicio inhærere poſsit: diſsipatis nimirum, prorſumq; attritis, atque adeò
» ſublatis omnino legis inimicis, qui quidem ſub prætextu ſpecioſi nominis, uã-
» rias atque omnigenas præbent blaſphemias, & obtrectandi occaſiones. Ta-
lia Imperator quum ſcripſiſſet, alij quidem epiſcopi maximo territi metu, pro
ſe quiſque domum redibant. Euſebiani autem ſe in oculos Imperatoris ingeren
tes, iuſtam eſſe Synodi ſententiam aſſeuerarunt. Et multis in Athanaſium con-
uicijs conjectis, non iam de poculo fracto, aut menſa, aut uiui hominis brachio,
quòd uera ea eſſent, inſtabant: ſed ad nouam aliam confugêre calumniam. Mina
tum enim eſſe Athanaſium dixerunt, inhibituros Aegyptios eſſe, ne frumen-
tum pro eo atque Conſtantinus ſanxiſſet, quotannis Alexandria Conſtantino-
polim ſubueheretur: ea que uerba audiuiſſe Adamantium, Annubionem, Ar-
bathionem, & Petrum, epiſcopos. Hæc allegantes, cauſam calumnijs obtinue-
re. † Sæpenumero namque mendacium uincit, quum is qui calumniam ſtruit,
bonæ fidei opinionem conſequitur. Confeſtim igitur Imperator iracundia cor-
reptus, in Galliam ad Treuiros uirum proſcribit. Idq; ita feciſſe Conſtantinum
opinio eſt, non tam quòd uera eſſe quæ in eum dicta fuerant, crediderit, quàm
ut eccleſiam ad unitatem & epiſcopos ad cõcordiam perduceret. Quod quidem
aliter fieri non potuit, niſi Athanaſius relegaretur. Communionem enim Aria-
norum omnino auerſabatur. Atque ille ad eum quidem modum ad Treuiros in
Galliam eſt abductus.

προβάλλε-σθαι, φυλάττειν.
Euſebiani tantum Epiſcopi Conſtantinopolim ueniũt.
ἐχθρὸς γὰρ πολλάκις τὸ ἀληθὲς, ὅταν ὁ διάβολος τὸ ψεῦδος βάλλωμ τὸ πιστότερον ἔχῃ.
Athanaſius calumnijs nouis Euſebianorũ circumuentus, Conſtantino cenſente, ad Treuiros relegatur.

CAPUT LI.

ARius autem Hieroſolymis Alexandriam rediit. Quum uerò eccle-
ſia Aegypti nihil ſibi communionis cum eo eſſe uellet, ille cum ſecta-
toribus ſuis denuò turbas ciere, & hæreſim ſuam fraudulenter sere-
re cœpit. Plebs quùm ipſius reditum, tum paſtoris ſui exilium gra-
uiter tulit. Ac Imperator ubi Arij ſententiam deprauatam eſſe cognouit, Con-
ſtantinopolim hominem uocauit, peruerſæ opinionis cœptorumq; ſuorum ra-
tionem redditurum. Conſtantinopoli populus in duas partes diſceſſerat. At-
que ij quidem nihil prorſus de Nicænis decretis mutandum eſſe dicebant, alij
autem Arium rectè profiteri contendebant. Et maximo in urbe motu excitato,
homines plericq; ut conuentus cogeretur, conabantur. Alexander porrò Con-
ſtantinopolitanæ eccleſiæ antiſtes, qui dudũ Metrophani ſucceſſerat, uir præ-
ter cæteros Dei maximè amans, ut motum eum ſedaret, nihil non experiebatur.
Quod ubi ei minus ſucceſsit, in maximum ſe demiſit certamen. Et quum quod
faceret aliud nõ haberet, pacem & cõmunionem cum Ario tum deprecatus eſt.
Nefas enim eſſe, minimeq; cõſuetudini eccleſiaſticæ cõuenire dixit, quæ ab ipſis
atq; eis etiã qui ex terris omnibus quæ ſub ſole ſunt, Niceam cõcurrerant, decre-
ta eſſent, abrogare. Euſebius autem poſt conuicia multa apertè minabundus ei
denunciauit, exauthoratum eum iri, niſi ad certum diem Arium in communio-
nem admitteret. Abſque eo ſi eſſet, ipſum quidem extorrem ab eccleſia futu-
rum, ſucceſſorem autem eius cum Ario communicaturum. Hæc ubi ſunt dicta,
tum

Arius Alexandriam reuerſus contemnitur.
Idem Conſtantinopolim ab Imperatore euocatur.
Conſtantinopoli quoq; in religione diſſidetur.
Contentio Alexandri Conſtantinopolitani epiſcopi & Euſebij Nicomedienſis, de Ario.
Conſtituitur Alexandro die, quo Arium in cõmunionẽ admittat.

tum quidem colloquio soluto discessere: Eusebius quidem etiam atq; etiam, ut quæ minatus fuerat, ad exitum perducerentur moliens: Alexander uerò, ne ad rem conferrentur, quæ fremens ille denunciauerat, precationibus incumbens. Quem, non tantum ut ipse exauthoraretur mouebat, quantum ne quid de doctrina mutaretur sollicitabat. Pertimidum eum maximè Imperator faciebat, qui quodammodo in aduersariorum uerbis acquiescere uidebatur. Itaq; in ea solicitudine & anxietate trepidans diuinus senex, rebus omnibus posthabitis, festinabundus † ad sanctius confugit sacrariũ, ieiunio & orationi sese dedens: neq; quidquam rerum earum remittens, quæ ad placandum exorandumq; Deum facerent. Et in ea ecclesia quæ Pacis cognomen obtinet, se clausit, & ore in sacram sanctioris sacrarij mensam procũbens, & lachrymans, continuè dies noctesque orauit. Cuius illa fuit oratio, ut siquidem opinio Arij uera esset, ne ipse constitutum uideret diem: sin quam ipse coleret, sententia maximè ueritate niteretur, ut Arius dignas lueret pœnas, ueluti malorum in professione fidei omnium author. Sic episcopus Alexander precabatur. Sed & Imperator periculũ de Ario facere uolens, in regiam suam eum accitum, num & ipse Nicænis decretis assentiret, rogauit. Atq; ille, citra moram & deliberationem omnem, in conspectu Principis, decreto Synodi callida simulatione subscripsit. Factum id admiratus Constantinus, iureiurando quæ scripserat cõfirmare eum iussit. Quod & ipsum confestim † dolosa adhibita fallacia, sicuti eos qui de hac re memorant, dicere audiuimus, fecit. Quòd namq; prauam suam de diuino numine opinionem Arius in charta descriptam sub axillis in sinu ferebat, ita se uerè sentire, quemadmodũ scripsisset, iurauit. Quare Imperator persuasus, Alexandro, ut Arium reciperet, scuerius mandauit. Sabbathum erat, & postridie ut ad cõmunionem admitteretur Arius, expectabat. Cæterùm uindicta nequaquã morata est, quæ ue B stigia eius qui tam † absurdis cauillationibus usus esset, in pedibus ipsis est insecuta. Ex Imperatoris palatio à quibusdam Eusebij satellitibus Arius deductus per forum insolenter gradiebat, & per mediam urbem uenditans sese inferebat. Vbi ad Constantini forum uentum est, ubi ingens illa Porphyretica Constantini ipsius columna magnificè in altum excurrit (serũ autem diei erat) timor derepentè ex cõscientiæ uulnere Ario incessit, eumq; alui laxitas consequit. Et urgebatur eo casu maximè: proindeq; secessum publicum, qui in propinquo erat, petit. Ibi animo ei defecto, sua sponte incrementa effluunt: & † ui naturæ constringente soluta, sedes ipsa procidit, & multus sanguis effunditur, constitutio quoque interna corporis omnis ũnà cum intestinis epate & splene diffluit. Atq; ita ille perit. Quum autem inde nõ exiret, ingressi quidam propter diuturniorem eius moram, mortuũ in fœdo subsellio reclinatum inuenere. Secessus is longo pòst tempore est ostensus retro forum, & macelli porticũ. Perpetuaq; loci eius & mortis Arij est memoria, quippe quem prætereũtes omnes digito semper designare soliti fuerint. Diu uerò postea, fama est neminẽ subsellio eo usum esse. Omnes enim locum eum fugerũt, pro detestando habentes, in quo uidelicet Arius impietatis pœnas persoluisset. Postea autem Arianus quidam, uir perq; opulentus, locum emit: & forma eius priore abolita, domum magnificam in eo constituxit, ut obliuioni res ibi acta mandaret, neq; amplius mors Arij sempiterna memoriæ succesione, † ueluti per Comicũ ludum posteritati exhiberetur.

Obitu uerò eius publicato, uariè de eo hominũ fuere opiniones. Quibusdam enim uidebat repentina ægritudine correptus, & per animi liberiorẽ relaxationem, ut cui res ex sententia cecidisset, ex immẽsa, quæ cor eius affatim offuderit, lætitia, subitò extinctus esse. Alij impietatis dignum luisse supplicium putabant.

Familiares

Alexander ad preces confugit.

τῷ θεοστυγεῖ αἱρεσιάρχῃ

Alexandri precatio cõtra Arium.

Arius Nicænis decretis apud Constantinopolim subscribit.

ἐπορκοῦσι.

Subscriptionẽ dolo malo per iusiurandum confirmat.

Socrat. lib. 1. cap. 38.

Vindicta diuina eum consequitur.

Constantini forum.

ῥύσεως σφιγκτήρων

Repentina & horrenda Arij mors.

In loco eo ubi Arius interijt ad abolendam mortis eius infamiã, magnificæ ædes ab Arianis constructæ.

Variæ de morte Arij opiniones.

A Familiares eius, ab obtrectatoribus ex insidijs per incantationem & ueneficium necatũ dicebant. Non mediocris uero animi sollicitudo Nicomediensem cepit Eusebium. Factum namq; istud nõ urbem modò, sed uniuersum propè orbem percurrit, fama de eo uelociore passim increbrescente. Imperator sanè re ea maiorem in modum est delectatus, & propterea professionẽ fidei Nicænam perinde atq; à Deo ipso dictatam, magis etiam defendit, Christianæ religioni mirificum in modum addictus. Locus ipse postulare uidetur, ut quæ magnus Athanasius de Arij rebus scripta reliquit, referamus. Quæ sic se habent. Nam & ipse Arius hæresis quidem princeps & antesignanus, Eusebij uerò particeps & socius, studio & opera Eusebij & amicorum eius, uocatus à beato Constantino Augusto, & ab eodẽ ut in scripto persuasionẽ fidei suæ exponeret flagitatus, in libellũ eam dolo malo, impudentibus de impietate sua dictis suppressis, retulit: uerbaq; scripturarum simplicia, sicuti in eis expressa reperiunt, itidem ut diabolus assimulauit. Deinde quum beatus Constantinus dixisset, Siquidẽ nihil præterea tectum in mente habes, ueritatẽ testimonio iurisiurandi cõfirma. Vlciscetur enim te, si falsò iuraueris, Dominus ipse. Iurauit miser, neq; habere se, neque aliud quàm tum scripserit, quamuis dictum aliquando ab eo sit, sentire. sed illicò egressus, tanquã pœnas pendens concidit, & suspensus crepuit medius. Atque omnibus quidem hominibus communis uitæ finis constitutus est mors ipsa: neque cuipiam, etiam si is inimicus fuerit, qui uita defunctus sit, insultare conuenit: quòd incertum sit, an nõ idem sibi ante uesperam accidat. Sed Arij obitus quandoquidem non simplex fuit, dignus propterea est qui commemoretur. Quum enim Eusebius se eum in ecclesiam introducturũ minaretur, episcopus quidem Constantinopolitanus Alexander id futurũ negauit: Arius autẽ ui & B minis Eusebij cõfisus est. Sabbathum quippe erat, & postridie sperabat se ecclesiæ conuentui aggregatum iri. Certamen erat acre: his quidem minitantibus, Alexãdro autem orante. Sedenim Dominus, iudicio suo interposito, aduersus homines iniquos iudicauit. Nondũ enim sol occiderat, & necessitate eum in locũ suum pertrahente, ibi pessum ijt, utroq; simul & cõmunione & uita cõfestim orbatus. Beatus certè quidem Constantinus re audita, admiratus eam est, periurium eius uindicatum esse perspectũ habens. Omnibus autem tum manifestum fuit, quùm Eusebij minacem denunciationem, tum Arij spem & expectationẽ frustra fuisse. Declaratum quoq; rursum, Arianum furorem ab ipso Seruatore excluſum esse à communione, & hic, & in primogenitorũ ecclesia. Quis igitur non miretur, homines istos magno contentionis studio uidens iusticiæ laudem ei tribuere, quem condemnauit Dominus? eosdemq; cernens hæresim defendere eorum, quos excommunicatos esse conuicit Dominus, ducem eius ecclesiam ingredi non passus? Hæc de Ario Athanasius.

Athanasius de Arij periurio & obitu.

ὁ δεῖνος ἐπεμβάλλειν.

Nullius calamitati insultandum. Nescis quid serus uesper uehat.

CAPVT LII.

FOtam fœda morte sublato, finem tamen nugamenta eius non habuere. Neque qui factionis eius erant, uel ad breue tempus desierunt insidias eis struere, qui in diuersa erant sententia. Populus sanè Alexandrinus frequenter ad Imperatorem, qui ei de restitutione Athanasij miserabiliter supplicarunt, misit. Et ad eundem scripsit multa uirtute pollens Antonius, ne omnino Melitianis fidem haberet, sed potius ut sycophantiam omnino esse, intentatam Athanasio accusationem crederet, orans. Imperator autem nequaquam persuaderi potuit: sed populo Alexandrino rescribens, dementiam atque † inordinatam confusionem obiecit. Sacerdotibus autem, & cœlibatum colentibus, Monachis scilicet, ut quieti essent, mandauit.

Non persuadetur Constantinus, ut Athanasium ab exilio reuocet.

ἀτακτίαν

dauit. Neque enim unquam se mutaturum de Athanasio sententiam, neque eum reuocaturum esse asseruit: tanquam uirum seditiosum, & malorum patratorem, præsertim quum ecclesiastico iudicio condemnatus esset. Clàm quoque Antonio significauit, se Synodi decreta non facilè irrita facere posse. Nam etiamsi pauci, inquit, fuerint, qui hostili animo sententia sua illum iugularint, tamen reliquam conuentus eius multitudinem bonorum & probatorum uirorum, non ita simpliciter & temerè prorsus illorum calculos fuisse sequuturam. Addidit insuper, effreni esse lingua, & contumeliosum uirum Athanasium, atque ad seditiones & discordias concitandas idoneum. Ita namque qui hostili in eum erant animo, apud Imperatorem de talibus criminibus eum detulerant: quum Imperatorem scirent uitia eiusmodi supra modum grauiter ferre. Porrò quum multitudinem in duas esse sciret factiones diuisam, & aliam Athanasio, aliam autem Ioanni fauere, qui Melitij successor, in Synodo Tyria communione uti, honorem'que suum in clero suo, sicuti & sectatores eius, habere iussus fuerat: ualde ea re commotus, ipsum quoque ab ecclesia proscripsit. Quod quidem præter opinionem Athanasij inimicorum accidit: accidit tamen. Neque Ioanni profuere quidquam, quæ Tyri à Synodo acta decretáque fuerant. Imperator namque nulla supplicatione aut deprecatione flecti potuit, si quando suspicionem in quenquam, ad seditionem eum & discessionem Christianum clerum concitare, concepisset. Scire autem oportet, Arij dogma, quamuis à multis magno studio in sermonibus & disputationibus frequentaretur, sine nomine tamen etiam tum fuisse, neque in corpus proprium coaluisse. Nam præter Nouatianos, Phryges, Valentinianos, Marcionistas, & Paulianos, omnes alij simul communicabant, & in una conueniebant ecclesia. Quippe contra quos lege lata, Imperator precatoria eorum aboleri, eos'que in Catholicis ecclesijs cum alijs congregari iusserat. Alibi uerò illis neque priuatim neque publicè conuentus agere licere, sed in uno communiter omnes loco conuenire uoluit. Per quam legem, quantum ego colligo, multæ hæreses, memoria earum sublata, diffluxere. Superioribus enim temporibus, quicunque CHRISTI appellatione censerentur, quamuis diuersarum essent opinionum, eodem tamen loco apud eos qui Græcam susciperent superstitionem, erant: & quum ab illis affligerentur, de discrimine si quod inter eos esset, curiosè ipsi inquirere supersederunt, communibus quippe calamitatibus expositi. Quapropter facilimè conuenientes, conciones habebant: frequentioríq; cõsuetudine, quum pauci essent, in partes et factiones multas non discedebant. Constitutione autem ista promulgata, difficile eis fuit publicè seorsim conuenire, multò uerò minus clandestinos cœtus cogere, episcopis loci cuiusque id obseruantibus. Proinde metu eo coerciti, Catholicæ ecclesiæ sunt uniti. Quod si fortè aliqui in sua sententia perstitere, decedentes nullos reliquere successores, quum neque conuentus eis agere permitteretur, neque liberè hæresim docere possent. Cæterùm hæreses aliæ uel propter authorum improbitatem, uel propter dogmatum ineptias, non ita multis sunt frequentatæ. Nouatiani autem, ut qui eadem cum uniuersali ecclesia de CHRISTO sentirent, diutissimè statum suum retinuere, neque illis constitutio ea obfuit. Videtur uerò & Imperator ipse non illibenter aliquid de rigore & seueritate remisisse, & terrere potius quàm perdere subditos maluisse. Et Acesius, qui tum Nouatianorum episcopus fuit, maximè ecclesiæ suæ profuit, apud Imperatorem propter sanctiorem uitam gratiosus. Phryges uerò, præterquàm in Phrygia & locis finitimis, eadem in alijs Imperij partibus, quæ aliæ hæreses, sunt passi. In locis autem suis, ex quo Montanus extitit, sectæ

Plurimũ Constantinus iudicio conuentus Ecclesiastici, qui Athanasiũ damnauerat, tribuit.

Eidem persuasum erat. Athanasium seditiosum uirũ esse.

Ioannem quoque Melitianũ episcopum Cõstantinus exauthorat.

Seditiosorum hominum inimicus Constantinus.

Ariani nondũ collegium & ecclesiã suam habuere.

Lex Constantini, ut certis exceptis hæresibus, cuiuscũque opinionis Christiani in unũ conuenirent ecclesiã, neq; suos sibi cogerent cœtus.

Nouatianorũ ecclesia.

Phrygum contumelia.

A sectæ suæ exordio sumpto, longo permanserunt tempore. Eò autem anno Eusebius & Theognis, nouas res de dogmate Nicænæ synodi, scriptis moliri cœperunt: & nudo quidem capite, quòd dicitur, τὸ ὁμοούσιον consubstantiale reijcere ausi non sunt, satis enim sciebant, Imperatorem ipsum ita sentire, & mirificè formulam eam complecti. Aliam autem componentes scripturam, seu formulam fidei, interpretationibus quibusdam complecti eam, ea quæ Nicææ decreta essent, Orientalibus episcopis significarunt. Atq; ex eius uerbis, eorumq; sensu, in disputationem prior quæstio est deducta. Quæ tametsi finem suum consequuta esse uidebatur, tamen eo pacto in controuersiam est reuocata. Et res quidem de Ario sic sunt actæ.

Eusebius & Theognis nouã fidei formulã compositã Nicæna decreta retexuere.

CAPUT LIII.

SVb idem tempus episcopi Constantinopoli congregati, Marcello quoq; Ancyræ minoris Galliæ episcopo dignitatem, ueluti qui noua inuexisset dogmata, abrogarunt. Asterius namq; quidam ex Cappadocia sophista, qui ostentationis & quæstus causa philosopharetur & doceret, eo studio posthabito, Christianam religionem se culturum professus fuerat. Et libris aliquot compositis, Arij opinionem astruere contenderat. Cum quo itidem Christũ Dei uirtutem esse scripserat, uti Moses erucam & locustam magnam uirtutem Dei esse dixit. Aliaq; hisce similia cauillans, Arianis adhærebat: atq; in synodis eis assistens, plurimùm eos adiuuabat. Illud autem in consilio habebat, ut præclaræ alicuius urbis episcopatum consequeretur. Verùm id quod constituerat, parum ei successit. Persequutione enim non tolerata, B dijs sacrificauerat: eamq; ob rem, sacrorum administratio ei est denegata. Porro quos composuerat libros, in Syria uulgauit. Aduersus quos Marcellus scribens, siue sciens, seu imprudens, in errorem ex diametro illi contrarium est delapsus, & cum Paulo Samosateno Christum merum esse hominem dixit *. Quod ubi intellexerunt qui Tyri & Aeliæ coacti fuerant episcopi, Asterio quidem ipsi nihil obiecerunt, quòd scilicet sacris ecclesiastici ministerij initiatus non esset: Marcello autem episcopali dignitate prædito, quùm plurima uitio uerterunt, tum quòd perperam scripsisset, dicam impegerunt: aboleréq; cum libros, qui nihil à Samosateni scriptis differrent, iusserunt. Atque ille facturum se id pollicitus, minimè tamen fecit. Cæterùm ubi Eusebius inde literis Constantini uocatus Byzantium uenit, rursum Marcelli causa in disceptationem est deducta. Postquam autem minimè illi uisum est, ut impietatis libros, sicuti receperat, igni consumeret: episcopatum ei Eusebiani ademere, & Basilio cuidam eloquentia & uaria doctrina præclaro uiro, Galatiæ ecclesiam regendam tradidere. Scripserunt ij quoq;, ut Marcelli scriptum, ubicunq; reperiretur, prorsus aboleretur: capitibus quibusdam ex eo scripto, ut dissonantibus, epistolæ insertis. Quod sanè scriptum libris tribus, quemadmodum audiui, pulcherrimè refutauit Eusebius Pamphili. Marcellus autem in Synodo Sardicensi postea episcopatum suum recuperauit, quòd non ita sentire existimatus esset. Non enim satis perpensa & intellecta à multis eius scripta, ob eamq; causam in Pauli eum opinionem incidisse, calumniam homini obiectam esse, sicuti suo loco à me referetur, creditum est. Simulq; dictum, * per modum quæstionum à Marcello scripta ea esse instituta. Et Imperator ipse, manifestam esse Eusebianorum contra eum calumniam deprehendit. Admodum enim infesti illi erant, quod neq; in Phœnicia quæ aduersus Athanasium ipsi constituerant, neq; rursus Hierosolymis quæ pro Ario decreuerant, comprobasset. Sed neq; in dedicando Caluariæ templo,

Marcello Ancyrano episcopo in conuẽtu episcoporum Constantinopolitano dignitas adempta.

Asterius Cappadox ex Sophista Christianus factus, sed Arianus.

Is martyrio rẽpudiato, dijs sacrificauit.

Itaq; in presbyterorum ordinem non est receptus.

Marcelli Ancyram hæresis

Libros is suos abolere ab episcopis iussus, dicto audiens non fuit.

Basilius episcopus Ancyranus.

Marcellus postea episcopatum suum recuperauit.

Scripta eius non satis à plerisq; intellecta

ὁμοούσιον Eusebianis Marcello infensis.

** Filiũ eũ Dei ex Maria initiũ sumpsisse, & regnum eius finem habituru esse, dixit. Sozom. li. 2. ca. 33.*

K templo,

templo, quod magnum martyrium est cognominatum, à communione eorum B se subducens, eis affuisset. Quapropter ad Imperatorem scribentes, præter alia

ὁν βασιλέα ὑβρίσαι.

uiro obiecerãt * in Imperatorem ipsum contumeliam, eo quòd ecclesiam splendidissimè conditam, cum reliquis episcopis consecrare supersedisset. Hæc de Marcello.

CAPUT LIIII.

Constantinus Imperij ditiones inter filios diuidit.

IMperator imperio filijs iam diuiso, Constantino quidem & Constãti, partem occidentalem designauerat, Constantio autem Orientem dederat. Quorum primo imperij sui decennio Constantinum, secundo Constantium, tertio minimum natu Constantem Cæsarem dixit. Deinde anno uno & mẽsibus aliquot peractis, † sexaginta & quinq; annos

sexaginta sex, Eutrop.

natus, corpore male affecto, Helenopolim Bithyniæ transijt, ut ibi quæ in propinquo sunt, sua sponte profluentibus & naturalibus lauacris uteretur. Quum uerò grauiorem sentiret imbecillitatem, lauatione posthabita Nicomediam uenit: atq; ibi in suburbano agens, quemadmodum Hermes, Socrates, & Theodorítus ecclesiastici scriptores dicunt, diuinum percepit baptismum. Quorum uerba hic apponere uisum est. Hermes enim Sozomenus sic inquit: Ibi sanè quum in suburbano ageret, sacro initiatus est baptismo: qua de re uehementer lætatus, Deo egit gratias. Socrates autẽ: Helenopoli Nicomediam est profectus, ibiq; in suburbano agens, Christianum suscepit baptismum. Itidem & Theodorítus: Trigesimus imperij eius præterierat annus, atq; anno insuper & mensibus paucis exactis, Nicomediæ in Bithynia agens, ægrotare cœpit. Quum uerò quàm incerta sit hominis uita cognitum haberet, diuinum baptismi donum suscepit: quem ad id usq; tempus ideo distulerat, quòd in flumine Iordane percipere concupiuisset. Hæc illi quidem nescio quo modo dicunt: nos uerò Ecclesiæ uniuersali consentientes, Romæ eum sacro lauacro tinctum esse, Syluestre administram ei imponente manum, diximus. Ac de his quidem satis. Porrò B testamento condito, Imperium tribus filijs, sicuti antea distribuerat, reliquit. Et multis ueteri Romę, & cognomini ei urbi honoribus & præmijs concessis, uita est defunctus, sexagesimoquinto ætatis anno: quum quidem imperasset annis triginta duobus, mensibus aliquot decollantibus, uigesimoprimo mensis Maij die, Feliciani & Tatiani Consulatu, qui ducẽtesimę octuagesimæ septimæ Olympiadis secundus annus fuit. Moriturus reuocari Alexandriam Athanasium iussit, Eusebio alijsq; qui ei aduersabãtur, præsentibus. Nemo uerò miretur, quòd tantos uiros deceptus exilio mulctauerit. Nam qui id ei persuasere, Antistes sacrorum fuere, intra se quidem fraudem illi & dolum occultantes, extrà uerò splendorem magnificum præ se ferentes: quando etiam diuinum & magnum illum prophetam Dauidem nõ pontifex aliquis, sed domesticus uerbero seruus decepit. Sibam enim illum, satis scio quod legeritis: qui confictis mendacijs regem contra Miphibosset, ut agros illi auferret, concitauit. Quod quidem non ideo, ut Prophetam accusem, dixi: sed ut Imperatorem defendam, & naturæ humanæ imbecillitatem declarem: simulq; illud admoneam, ne statim prorsus accusatoribus, etiam si sint * exacta ætate uiri, fides habeatur, sed ut auris altera semper aduersario reseruetur. Testamentum apud presbyterũ deposuit, quem Arij laudatorem Constantia soror eius, eademq; Licinij coniunx, moriens ei ut uirum bonum commendauerat. Id iuramento interposito, Constantio, quum ex Oriente ueniret, dandum præcepit. Ex filijs enim decedenti nullus affuit.

Idem ad Nicomediam baptizatus ab Eusebio Nicomediensi episcopo. In eadem sententia est Rufin. Oros. Cassiod. & Pomp. Lætus.

Constantini mors. Ea biennio antè per insitatæ magnitudinis cometam denunciata est.

Constantinus moriturus, ab exilio reuocari Athanasiũ iussit, quẽ ab Episcopis deceptus proscripserat.

Hæc temporis obseruatio cum aliorũ Chronographorum ratione nõ prorsus concordat.

Theodor. li. 2. ca. 33.

ἀναβεβαιωθέντες

Testamentum Constantini.

CAPUT

Constantinus spadonum & aulicorum omnium uehemens domitor fuit, quos tineas & forices Palatij appellare solitus erat.

CAPUT LV.

A HIc ille quidem sic ad meliorem regni felicitatẽ migrauit. Duces autẽ & præfecti, satellitiumq; eius omne, arcæ aureæ corpus eius impositum, in cognominem ei urbem duxere: & in suggestu quodam ei collocato, quicũq; uiuo honor & ordo præstitus, idem quoq; defuncto tum à comitatu aulico est exhibitus. Vniuersi etiam perinde atq; patre, cuius benignitatem omnes experti fuerant, orbati, perquàm amarè luxere. Sed quid dicere attinet, qua eum sint illi prosequuti honorificentia & cultu, donec aliquis liberorum eum humaturus aduenireť? Atq; ubi Constantius certior de morte eius factus ex Oriente affuit, magnificentissimè patrem funere elatum, in ecclesia quæ Apostolorũ dicitur, sepeliuit, ubi superstes adhuc ille sepulchrum sibi ipsi extruendum curauerat, quod Græcorum ara antea sub duodetim deorum nomine fuerat, admirandum sanè spectaculum. Ibi in urna marmorea, unà cum matre Helena repositus est. Vnde mos postea sequutus, ut deinceps ibi quoq; Christiani Imperatores sepelirentur. Quin & Constantinopolitani, alijq; item uirtute insignes episcopi in Apostolorum delubro sunt tumulati, perinde atq; Imperatoriæ dignitati par honore esset sincerè obitus Episcopatus. Idq; factum, ut nõ longè ab Apostolorum reliquijs abessent. Magna enim gloria postea bonorum conciliator Deus uirum eum, ueluti fidelem ministrum accumulauit, sanationũ & miraculorum gratia & urnæ & statuæ ipsius, quæ in Porphyretici marmoris columna posita est, immissa, ut deinceps nulla ægritudo contrectatis eis non cederet, & fides uerbi illius Christi adimpleretur, dicentis: Ego glorificantes me, glorificabo. Maximus aũt hic uir Christianæ religionis laudator fuit. Et quùm primus Imperatorum omnium curam ecclesiasticarum rerum suscepit, tum ita

Corpus eius Cõstantinopolim perlatum.

Luctus publicus eius.

Sepultura Constantini.

ἀναστὰς ἐπὶ βῆμα θεοῦ

Commune hũ peratorum sepulchrum Cõstantinopoli.

ibidem quoq; episcopi sepulti.

Ingentia miracula ad monumentum Constantini edita.

B cas auxit, ut ad summam amplitudinem nihil esset reliqui. Et nescio an quisquam alius, ut ipse, quascunq; aggressus est res perfecerit. Nam & sine Dei numine nihil prorsus egit. Foris in bello fortissimus extitit uictor: domi autem tam facilè rempublicam administrauit, atq; ut ei uisum fuit composuit, ut celeriter consiliũ aliud & senatum & urbem imperantem constituerit. Græcorũ religionem quæ diutissimè magno studio frequentata, ad summam superstitionem peruenerat, plurimumq; uigebat, facillimè, quam primum est aggressus, sustulit. Moribus bonus, mitis, & mãsuetus admodum, animi fortitudine magnificentiam exhibuit. Mentis acumine, bonarum artium disciplina, recto iustitiæ cultu, & munificentiæ alacritate, omnes superauit. In prælijs uir, formæ decore nemini secundus: et quùm gratiosus maximè fuit, tum decentiæ ipsi magnificentiam coniunxit. Statura quoq; corporis spectandus. nam neq; nimium procerus esse habitus, & exiguam breuitatem longè supergressus est. Humeris latis, sensim ceruicem crassiorẽ prætulit. Colore corporis rubicundus, minus densum habuit capillũ, eũq; flauescentem. Barba mediocriter tenuis & rara, neq; admodũ demissa erat, ita ut in pleraq; faciei parte succrescere nõ uideret. Oculi, quales uirũ decent, & placidi: ex quibus mirifica quædã eminebat gratia, acutioresq; illi & grandiores. Nasus subadũcus, cui carnosum quiddã insidebat. Facies ipsa latior, & magna anima admodũ. Denicq; supra alios Dei maximè amãs fuit. Totius enim uitæ tẽpus sexaginta & quinq; anni fuere, quorũ triginta & duos in Imperio egit, mẽsib. aliquot deficientib. sicuti suprà diximus. Imperiũ cũ summa potestate solus uiginti sex annis obtinuit. Complectit porrò octauus iste historiarũ liber, à primo Constãtini imperij anno, ad obitũ usq; eius, annos triginta duos. Quiũ cõditi mundi annus fuit, quater millesimus octingentesimus quadragesimus septimus. A natiuitate aũt Domini tũ agebat annus trecẽtesimus quadragesimus secundus.

Constantini laus.

Statura & forma eius.

NONI TOMI CAPITA.

I Proœmium, totius libri argumentum exponens.

II Ut Eusebius Nicomediæ episcopus, eiusq; sectatores, Arij dogma cõfirmare uolentes, per quendam Arianum presbyterum turbas in ecclesia concitarint.

III Ut Athanasius ex Gallijs redierit cum literis Constantini Cæsaris, de obitu eiusdem Constantini. Item de Acacio, qui successor Eusebij Pamphili fuit.

IIII Ut Alexandro Constantinopolitano episcopo defuncto, Paulus & Macedonius piorum & Arianorum electione locum eius obtinuerint: & ut Paulo in exilium acto, Eusebius Nicomediensis in eius locum sit suffectus.

V Ut Eusebius coacta Antiochiæ Synodo, aliam fidei promulgarit expositionem. Et ut episcopatum abrogarit magno Athanasio. Item de Eusebio Emeseno.

VI Ut Athanasio eiecto, Gregorius militari manu stipatus ecclesiam occuparit. De Iulio Romano episcopo, quomodo is Athanasij casum ægrè tulerit.

VII Ut post Eusebium Paulus rursum sedem receperit, Ariani autem Macedonium contra eum fouerint. & de cæde Hermogenis ducis: & ut denuò Paulus sit eiectus.

VIII Ut Athanasius & Paulus literis Iulij freti, sedes suas receperint.

IX Ut Imperator Paulum per Philippum præfectum in exilium agi curauerit, Macedonius autem in episcopatum sit restitutus: & ut Athanasius fuga sibi consuluerit.

X Quomodo Iulius Romanus Pontifex episcopis Orientalibus pro Athanasio scripserit: item Constanti fratri Occidentis Imperator Constans. & quomodò, qui ex Oriente in Italiam uenerant, aliam fidei uulgauerint expositionem,

XI Ut occidentalibus & Orientalibus partibus de doctrina fidei triennium dissidentibus, episcopi orientales expositionem fidei composuerint, quam longiorem nominarunt, & occidentalibus misserunt.

XII De Sardicensi Synodo.

XIII Quæ Socrates scriptor ecclesiasticus de opinione Eusebij Pamphili memoriæ prodiderit, & quæ Occidentis Orientisq; de fide Nicæna fuerit sententia.

XIIII De Aegyptijs monachis, Scetiotis scilicet et Tabennesiotis. Atq; inibi de duobus sanctis Macarijs. Item de Pambo & Pachomio. Item de Apollonio, & de Anub.

XV De Palæstinæ & Syriæ monachis.

XVI De monachis Ponti, Europæ, & Italiæ. & inibi de Eustathio Sebastiæ episcopo, qui author et antesignanus eorum fuit. item de sancto Ephraim.

XVII De Didymo. item de Aetio & Apollinari, hæretieis.

XVIII De Theophilo Indo.

XIX De Philostorgio, & quæ is scripta reliquerit: de felici Arabia, de quatuor magnis fluminibus, & de Paradiso.

XX De egregio in Christianam religionem filiorum Constantini magni studio, & de opinionibus eorum: & ut aliquantulum Constantius transuersim actus fuerit, & de dissidio seu contentione super consubstantiali & aequisubstantiali: & de figmento Arianorum.

XXI Ut post Sardicensem Synodum minis Constantis Cæsaris adductus Constantius, ab exilio reuocauerit Paulum & Athanasium: & quæ Constantius Athanasio scripserit.

XXII Epistola Iulij Romani, pro sancto Athanasio Alexandriam missa.

XXIII De Antiochenis episcopis. & de maleuolentia Stephani, cui Leontius successit.

XXIIII Ut Athanasius sit receptus, utq; sectatores eius sedes suas receperint.

XXV Epistola Constantij ad Alexandrinos, pro Athanasio.

XXVI Ut ciuitates Athanasium exceperint, & de Synodo Hierosolymis propter eum coacta, & quæ ea Synodus Alexandrinis pro Athanasio scripserit.

XXVII Ut Ursitius & Valens Ariani, libellum resipiscentiæ Iulio Romano pontifici obtulerint: et ut Nicænam fidem amplexi, cum Athanasio in gratiam redierint.

XXVIII Ut eo tempore res quoq; publica male haluerit. & de Saporis Persarum regis contra Nisibin expeditione: & de occidentalibus tyrannis Magnentio, Britannione, aliisq; qui post mortem Constantis Cæsaris extitere.

XXIX Ut rursum Arianorum opera Athanasius sit expulsus, ipseq; se fugæ commiserit: et ut denuò Georgius Alexandriam sit perductus, Alexandrinisq; infinita mala conciliarit: quemadmodum ea de re in oratione de fuga sua Athanasius scriptum reliquit.

XXX Ut eadem & Macedonius Constatinopoli, circũq; ea loca fecerit: et ut martyrio perfuncti sint Marcianus, Martyrius, & Paulus Constantinopolitanus episcopus.

XXXI De hæresiarcha Photino, et de tribus fidei formulis in Sirmio editis, et maximè de Marci Arethusij episcopi fidei expositione.

XXXII Ut tyranni Occidetales sint deuicti, Britannio scilicet & Magnentius. De Iudæis Diocæsarien sibus, & ut Gallus sit interfectus.

XXXIII Ut denuò Ariani Synodos Antiochiæ et Mediolani celebrantes, Athanasium oppugnarint: & quæ consilia de peruersione fidei Constantius cæperit.

XXXIIII Quas calamitates sub Imperio Constantij magnus pertulerit Athanasius, & ut DEVS sæpe eum ex maximis liberarit periculis, & ut is multa diuinitùs præuiderit.

XXXV Ut Liberius Iulij Romæ successor, quòd se Constantio opposuerit, in exilium sit actus, & Felix locum eius occuparit.

XXXVI De blasphemia Aetij Syri, et item Eudoxi Antiocheni. Item de Synodo Ancyræ coacta. Et quæ Georgius Laodicensis episcopus & Constantius Imperator contra Aetium & Eudoxium ad eam Synodum scripserit.

XXXVII De rebus in Sirmio actis: & ut Liberius Romam reuersus, cum Felice successore suo episcopatũ administrarit, donec paulo post è uiuis Felix excesserit.

XXXVIII Ut institutam Nicomediæ propter Eudoxium & Aetium Synodum, motus terræ coortus soluerit: & ut tum Synodum in Oriente & Occidente scindi atq; diuidi placuerit.

XXXIX De Ariminensi Synodo, in qua Occidentales ab Orientalibus dissenserunt.

XL Epistola Ariminensis concilij, Constantio Imperatori missa.

XLI De episcoporum Arimini congregatorum cum Imperatore dissensione: & de Synodo dolo malo Nicæ, quæ Thraciæ ciuitas est, coacta.

XLII Quæ mala Ariani intulerint consubstatiale colentibus: de Macedonij crudelitate. Quæ etiam mala Nouatianis propter consubstantiale acciderint. Ut Macedonius translatis in alium locum Constantini reliquijs, tumultum populi concitarit: quam ob causam Constantius est indignatus.

XLIII De Synodo Seleuciæ congregata, & alia fidei formula quam Acacius promulgauit.

XLIIII De rebus Constantinopoli post Seleuciæ Synodum actis. Ut Aetio episcopatus abrogatus sit: & ut qui Seleuciæ congregati fuerant, & simul Occidentales Ariminensi subscripserint fidei: ac deinceps Constantinopoli quinquaginta in Synodo congregati episcopi, Ariminensem fidem comprobarint, quibusdam illi uerbis ab Acacio additis. Catalogus uariarum fidei expositionum.

XLV Ut Acacius & Eudoxius episcopatibus priuarint Macedonium, Eleusium, Basilium, et Sophronium, non doctrinæ causa, sed propter priuata quædam crimina.

XLVI Ut etiam Cyrillus Hierosolymitanus episcopus episcopatu deiectus sit, & qui in locum abrogatorum suffecti. De improbo & importuno sophismate Eudoxij Constantinopolitani, & de persequutione tum ab Acacio profecta.

XLVII De hæresi Macedonij, & Marathonij Nicomediæ, & Eustathij Sebastiæ episcoporũ, qui primi contra Spiritum sanctum blasphema proferre uerba cœperunt, & propterea Pneumatomachi appellati sunt.

XLVIII *Ut Eudoxio Constantinopolim traducto, Meletius ex Sebastia Antiochiam sit translatus: & ut eo ejecto, Euzoius locum ibi obtinuerit.*

XLIX *Ut Acacius Antiochenus etiam uerbum æquale ex Ariminensium fide eximere contenderit: & ut idem, quum præstare id non posset, conquieuerit. & de Alexandrino Georgio, ut is Alexandrinis grauis molestusq; fuerit.*

L *De Imperatoris Constantij obitu, & quæ Gregorius Theologus de eo scripta reliquerit.*

ECCLESIASTICAE Historiæ Nicephori Callisti Xanthopuli, Tomus IX.

CAPUT I.

Nicendorum propositio.

QVAE catholicæ ecclesiæ superstite adhuc Constãtino acciderint, abũdè à nobis dicta esse uident. Superest, ut quę cõsequuta, & à sacro episcoporũ ordine sub filijs eius acta sunt, persequamur. Atq; equidẽ in hoc libro cõmemorabo, quẽadmodũ Athanasius ex Gallijs reuersus, Eusebio restiterit. Et ut imperiũ ad Cõstantẽ simul & Cõstantiũ, deinde aũt ad solũ Constãtium peruenerit. Dicã præterea de Paulo, Eusebio, & Macedonio, Constãtinopolitanis antistitibus, & quę sub his acta. Et quas res Antiochię & Alexãdrię gesserint, qui ibi minus dignè sacro sunt magistratu functi. Et ut Roma cũ Constantis & Iulij literis reuertentes Paulus & Athanasius, sedes suas receperint, & mox ex eis rursum sint expulsi. Item de uarijs & in Occidente & in Oriente concilijs: in Sardica, Sirmio, Mediolano, Palæstina, & Seleucia coactis. Dicemus quoq; de Gallo Cæsare, & de quibusdam hæresiarchis, Photino, Aetio, Macedonio, Eudoxio, & duobus Apollinaribus. Faciemus etiam mentionem clarorum quorundam propter uirtutem uirorum. Præterea Eustathij & Meletij, Antiochię & Sebastiæ episcopi. In fine, quomodo minus laudabili morte uitã finierit Constantius, exponemus. Initium autem inde sumemus.

CAPUT II.

Ariani Constãtino defuncto animos sumunt.

VIuente adhuc Constãtino, nemo apertè cõtra Nicænã fidei professionem niti audebat: quãuis nonnulli clàm eam non receperint. Postq; autem is decesserit, qui in cordis recessu hæresis uenenũ occultũ antea habuerant, & ob id tum quoq; suspecti fuerant, confestim alicunde progressi, clandestinis colloquijs posthabitis, nudo (ut dicit) capite cum omnib. congrediebant, ut Arij maximè opinio obtineret laborãtes. Quorũ duces erant episcopi Bithyni, Eusebius & Theognis. Facilius aũt consilium suum ad optatũ exitium peruenturũ putabant, si Athanasij in urbẽ Alexandrinã reditũ impediret. Et quũ eis sic esset instituta ratio, tum ueluti manu quadã in rebus omnibus usi sunt administro presbytero, qui author etiam ut Arius reuocaretur extitit, nõ apud Constantinũ tantũ, sed etiã apud Constantiũ maximè gratiosus, quòd per eũ res pleraq; ex uolũtate sua peragebat. Dudũ enim Oriẽtis imperio potiri uoluerat; quod ei tũ ex testamẽto patris, à presbytero eo illi in manus tradito, per-

Presbyter Arianus effecit, ut Arius ab exilio reuocaretur.

A permissum erat. Quã ob rem hominẽ in honore habuit: & libertatẽ ei multam, si mulq; apertũ ad Imperialem aulam aditum dedit. Quæ res notitiã ei apud omnes conciliarunt, & gratũ uereq; charũ Imperatoris coniugi, & qui Imperatorio cubiculo præerãt eunuchis effecerũt: quorũ princeps tũ fuit Eusebius nomine, maximã quoq; in tota Imperatoris domo potestatem obtinens. Hic ex presbyteri eius de rebus sacris institutione, Arij rabie imbutus, accerrimus sectatorum eius laudator fuit, pluresq; in aula Imperiali celeriter in sententiam ipse suam adduxit. Quin ipsam quoq; Imperatoris coniugẽ, per mulierculas quæ in Gynæceo erãt, & per presbyterũ ipsum in impiã opinionẽ pertraxit. Et malũ hoc paulatim per omnem serpẽs aulam, ad ipsum quoq; transijt Imperatorem. Et breui per aulæ interiora uagatum, extra quoq; aulam apertè progressum, omnẽ ubiq; percurrit urbem. Ibi tum † bellum quoddam dialecticũ atq; disputatorium est exortum. Et in uicis, congregationibus, cauponis, conuentibusq; adeò omnib. mulieres quoq; & pueri non aliud studio habuere, quàm de dogmatibus blaterare: his uidelicet Arij opinioni ueluti honestæ & bonæ addictis, his aũt decreta magis Nicæna cõplectentib. unde rixæ, æmulationes, & inimicitiæ excitatæ.

Presbyteris in aula Imperiali gratiosus.

Eusebius Archimanchus Arianus.

Arianismi prò pagatio in urbe Constantinopolitana.

Διαλεκτικὸς τῶν νέων λόγων

Disputationes de religione populares.

CAPUT III.

Eusebius & Theognis Arianorum antesignani.

IIs rerum status in urbibus Orientis erat, Occidentales enim Nicenũ decretũ inuiolatũ retinuere. Porro Eusebio & Theognidi res, quæ incrementa sua in deterius capiebant, & quotidie, ut ita dicã, magis magisq; excitabantur, ex sententia procedebãt. Qui in primis studebant, id quod cõstituissent, ad exitũ perducere. Id uerò erat, ut unum aliquẽ qui opinionis eorũ esset, Alexandrinæ ecclesiæ Hierarchã præficerent. Sed consiliũ
B eorum ab Occidẽte reuersus impediuit Athanasius, unius Augustorũ, iunioris uidelicet Constantini, qui Occidentalib. Gallis imperabat, literis fretus. Is nãq; ubi cognouit, patrẽ cognominẽq; suum, Athanasij exiliũ testamento abrogasse:
» reditu concesso, ut Alexandriam is reuerteretur, cura uit. Literæ quas secũ attu-
» lit, hisce uerbis scriptæ erant. Constantinus Cæsar populo catholicæ ecclesiæ
» Alexandrinorũ. Non puto sacris animis uestris excidisse, quã ob causam Atha-
» nasius adorandæ legis sacerdos, ad tempus in Gallias missus fuerit. Quum enim
» sanguinariorũ infestorumq; inimicorum feritas capiti eius ad periculũ creandũ
» immineret, ne per improborũ peruersitatem extremum discrimen adiret, sed ut
» immanitas ea eluderet, è faucibus ingruentiũ ei uirorũ ereptus, in ditione mea
» uiuere iussus est, ita ut in ea qua uersatus est urbe, res ei necessariæ omnes abun-
» dè suppeditarent. Quamuis præclara eius uirtus, diuino confisa auxilio, durio-
» ris fortunę graues ærũnas maximè subleuet, atq; adeò contẽnat. Sedenim tamet
» si dominus noster beatæ memoriæ Constantinus Augustus, pater meus, episco
» pum hunc in locũ suum apud gratissimã pietatẽ uestram restituere constituerit:
» tamen posteaquã humana sorte præuentus prius obdormiuit, quàm uotũ suum
» impleuerit: conuenire mihi uisum est, consiliũ diuinæ recordationis Imperato-
» ris, per successionẽ ad me transmissũ, perficere. Qui uir ubi in conspectũ uestrũ
» uenerit, qua apud me acceptus fuerit ueneratione, cognoscetis. Neq; adeò mi-
» randum est, si quid à me pro eo est factum. Animum namq; meum ad id, quùm
» desiderij uestri facies, tum tanti uiri species mouit & excitauit. Diuina prouiden
» tia uos conseruet, fratres dilecti. Secundum hasce literas, suauiter ab Alexandrinis susceptus Athanasius, Aegypti ecclesias administrauit. Eusebius uerò tanquam telo quopiam, sic reditu illius ictus, sycophantijs oppugnare eum rursus, & rem ad seditionem perducere est aggressus, negotiumq; adeò ei nouis calumnijs exhibuit. Citra moram enim omnẽ Imperatore adito, illum ut uirũ sedi-

Athanasius ex Gallia Alexandriã reuersus.

Constantini iunioris ad Alexandrinos pro Athanasio epistola.

Nouæ aduersus Athanasiũ. Eusebij calumniæ.

tioſum,& qui eccleſiaſticas cõſtitutiones ordinẽq; turbarit, ac citra epiſcoporũ A
ſententiã ſibi ipſi ingreſsũ in eccleſiã uſurparit, detulit. Tãtopere certè Imperato
rẽ permouit, ut illũ rurſus ſede epiſcopali deturbarit, ſicuti poſtea dicemus. Eo
Euſebij Pãphili mors. tẽpore Euſebius quoq;, qui Pãphili cognomẽ ſortitus fuerat, ſimul & epiſcopali
functione Cæſareæ Paleſtinæ, & uita ipſa relicta, Acaciũ habuit ſucceſſorẽ. Qui
Acacius eius ſucceſſor. quũ magiſtro illo ſacras leges didiciſſet, ardorẽq; & emulationẽ illius referret, fa
cundia ucnuſta & faceta celebris admodum fuit. Et quùm libros multos non
pœnitendos reliquit, tum præceptoris ſui uitam pulchrè deſcripſit. Nec mul
Conſtantini iu nioris cædes. Corpus eius in flu. Alſam eſt proiectum. to poſt Conſtantinus Cæſar fratri Conſtanti aduerſus (nam in ditionem illius
impetum fecerat, unde graue bellum inter eos motum) à ducibus illius non lon
gè ab Aquileia cæſus eſt. Sic Romanum imperium quod in Occidentem uergit,
Conſtanti: Orientale autem, Conſtantio ceſsit.

CAPUT IIII.

COnſtãtinopoli uerò tumultus alius eccleſiam inuaſit: Alexãdro enim
epiſcopo, qui precationib. Ariũ expugnauerat, epiſcopatus quidem
ſui uigeſimo tertio, ætatis aũt nõageſimo octauo anno, uita defuncto,
Alexandri epiſcopi Conſtantinop. mors. Succeſſor eius Paulus. Paulus in locum eius eſt ſurrogatus: ut quidem Ariani calumniãtur,
ſibi ipſi dignitate ea præter Euſebij Nicomediæ & Theodori Perinthi, quæ nũc
Heraclea dicitur, epiſcoporũ ſententiam (ad quos dudũ, utpote uicinos maximè
Byzantij epiſcopi electio pertinuerit) uendicata: ut autem ueritas ipſa fert, Alexandri iudicio & deſignatione, epiſcoporumq; qui tum ibi aderãt, ſuffragio ac
Alexãder moriturus, duos per optionem ſibi deſignat ſucceſſores: Paulũ, uel Macedonium. cepta. Siquidem in extrema ſenectute Alexander iam moriturus, familiaribus
eius cum rogantibus, cui nam ſedes ea committenda eſſet: è duobus alterum eli
gendum ſuaſit. Ac ſiquidẽ epiſcopus creandus eſt rebus diuinis probatus, & ad B
docendum idoneus, Paulum habetis, inquit, presbyterum, qui ætate quidẽ iuue
nis eſt, animum uerò ſenilem obtinet. Sin deligendus, qui rebus agendis aptus
ſit, et ad conſuetudinem magnorũ uirorum, qui cum poteſtate rempub. gerunt,
accõmodatus: ea re, & præterea religionis ſpecioſo obtẽtu multis modis præſtã
tior fuerit Macedonius. Et ambos, Macedonij laudatores teſtimoniũ ab Alexã
dro tuliſſe dixerũt: Paulum quidem ut doctrina & eloquentia clarum, Macedo
nium autem ueluti uita meliorem. Iidem Paulum ob delicias & uitam liberio
rẽ reprehendere. Videtur ſanè Paulus eruditione ſingulari fuiſſe, & ad docen
dum in eccleſia ualde commodus. Tractandis aũt profanis negocijs, & in homi
nũ conuictu, poſteriores partes tulit. Sicuti pericula, quæ ei accidere, oſtendũt:
quorũ ille nullum, ſicuti harum rerum peritus faciũt, diſcuſsit. Et quamuis multi
tudini uehementer charus eſſet, malè tamen ab eis eſt acceptus, qui Nicæna de
creta oppugnarunt. Ac prima ſtatim accuſatione, quaſi non ſecundum leges ui
ueret, ſede deiectus, & perpetuo damnatus eſt exilio. In quo etiam, inimicis eius
Pauli exilium & cædes. id procurantib. ſtrangulatus, mortẽ oppetijt. Sed hæc poſtea accidere. Tũ uerò
de epiſcopi electione ingens motus eſt exortus. Superſtite namq; Alexandro,
non multa Ariani uſi ſunt libertate, ſuperioresq; eis fuere qui ὁμοούσιον conſub
ſtantiale profiteri docuere: quòd ſcilicet Arium fœdiſsima morte, per diuinam
prorſus uindictam, abſumptũ uidiſſent. Vt uerò Alexãder mortuus eſt, plebs
in duas partes ſciſſa, ad apertas progreſſa eſt inimicitias, & cõtentio dubia multi
Diſſenſio Conſtantinopoli inter Catholicos & Arianos de electione epiſcopali. tudinẽ occupauit. Nicænæ enim fidei ſectatores Paulũ epiſcopũ deſignabãt: A
riani aũt Macedonio ſacrã adminiſtrationẽ cõmittere cõtendebãt. In ea ſanè ec
cleſia quę Pacis nomẽ obtinet, quæq; Dei Sapiẽtiæ tẽplo uicina eſt, ubi maximè
defuncti epiſcopi ſententia colebaſ, Paulus epiſcopus eſt renũciatus. Quã electio
nẽ Imperator grauiter tulit; peregrè enim tũ aduenerat, & conſilio ueterũ Pau
li

Ali inimicorũ coacto, illum quidem ut ſacro munere indignũ deiecit, thronũq; Eu
ſebio Nicomedienſi cõceſsit: quum quidẽ id Canon eccleſiaſticus interdiceret,
epiſcopos ex una urbe in aliam tranſire uetans. Nihil autem mirandum eſt, qui
ſic contra Vnigeniti diuinitatem rabie furentes ferant, ſi abſq; timore omni le
ges quoq; eius tranſgrediantur. Sed hoc ille non tum primùm auſus eſt. Antea
namq; quum Beryti epiſcopatum gereret, Nicomediam quoq; inde tranſiluit.
His actis, Conſtantius Antiochiam uenit.
Conſtantius Euſebium Nicomedienſem, epiſcopum Cõſtantinopolis facit.
Translationes Euſebij ex uno epiſcopatu in alium.

CAPUT V.

VSebius autem, ampliore eo modo auctus poteſtate, nõ moderatè ſe
geſsit: ſed omnẽ, ut in prouerbio eſt, mouit lapidẽ, ut quod ſemel ſtatu
iſſet, efficeret. Et commodũ eccleſia Antiochena decimo tũ poſt ia
cta eius fundamẽta anno abſoluta erat: quã Conſtãtio adminiſtro u
ſus magnificè ex ipſis fundamentis magnitudine ſimul & pulchritudine nulli ſe
cundã Cõſtãtinus extruxit. Itaq; prætextu & occaſione encæniorũ, & dedicatio
nis tẽpli eius, peropportunũ Euſebio uiſum eſt, conciliũ cogere, ad profeſsionẽ
τῆ ὁμοουσίῳ conſubſtantialis apertè abolendã, & decreta Nicæna immutãda. Et
conuenere undequaq; Antiochiã epiſcopi nonaginta ſeptẽ numero: ubi tũ poſt
Euphroniũ, eccleſiæ Phlacitus præfuit: Hieroſolymis aũt, poſt Macariũ, Maxi
mus: qui conſultò ad Synodũ eam uenire renuit, ſecum ipſe cõſiderans ne quid
rurſus præter animi ſententiã faceret: ſicuti antea, quũ inuitus etiam Athanaſij
exauthorationi ſubſcripſit. Sed neq; Romanus epiſcopus Iulius, Sylueſtris ſuc
ceſſor, uel per ſeipſum, uel per quempiã qui locũ eius obtineret, Synodo ei inter
fuit: quũ quidẽ eccleſiaſtico Canone ſanctũ ſit, † nõ oportere eccleſias citra Ro
mani epiſcopi ſententiã in Synodis quidquam ſtatuere. Ex Italia quoq; ipſa &
B prouincijs ulterioribus nemo eò uenit. Quintus tum à Conſtantini obitu an
nus erat, & Synodus Imperatore præſente agebatur. Euſebiani Athanaſium ac
cuſarunt, quòd ſanctiones eccleſiaſticas tranſgreſſus eſſet, prius ſcilicet thronum
eum recepiſſe, quàm ei à Synodali epiſcoporũ conuentu id permiſſũ eſſet, aſſeue
rantes. Et quòd multis preterea mortis cauſa extitiſſet, ſeditione in ingreſſu eius
coorta: in qua nonnulli cæſi, nonnulli iudicũ quæſtioni traditi, pecunia mulctati
eſſent. Multis inſuper aliis calũnijs in Athanaſiũ textis, primùm Euſebiũ, qui
Emeſenus cognominatus eſt, Alexandriæ antiſtitẽ deſignarunt; de quo poſtea
dicemus. Eo uerò Alexandriã adire metuente, Gregorium ſuffragijs ſuis delege
re. Deinde quæſtione de doctrina mota, nihil illi quidẽ, quod in Nicænis actis
reprehenderent, habuere: opportunitatẽ tamẽ crebras Synodos cogendi, aliaſq;
fidei formulas promulgandi præbuere, ut alia atq; alia ſubinde mutatione pede
tentim in gurgitem Arianorũ homines delaberentur. Hæc quemadmodũ pro
ceſſerint, apertius hiſtoria ipſa indicabit. Quæ aũt ad urbium epiſcopos paſsim
ſcripſere, hæc fuere. Nos neq; Arij ſectatores fuimus: quomodo enim epiſcopi
presbyterũ conſectaremur? neq; aliam quampiã fidem, præterquàm quæ ab ini
tio promulgata eſt, recepimus. Sed excuſſa exploratáq; eius fide, illũ potius rece
pimus, quàm ſequuti ſumus. Id quod ex uerbis noſtris cognoſcetis. Didicimus
namq; ab initio, credere in unũ rerum uniuerſarũ Deum, omniũ intelligibiliũ ſi
mul & ſenſibiliũ conditorẽ & * prouiſorẽ. Et in unũ filiũ Dei unigenitũ, qui an
te omnia ſæcula extat, & ſimul exiſtit cũ eo qui eum genuit patre: per quẽ omnia
facta ſunt, uiſibilia iuxtà et inuiſibilia. Qui extremis diebus, iuxta beneplacitũ pa
tris deſcendit, & carnem ex uirgine ſancta recepit, & omnem paternam eius uo
luntatẽ ſimul expleuit. Qui & paſſus eſt, & reſuſcitatus: & reuerſus in cœlos, ſe
det in dextra patris. Qui uenturus eſt ad iudicandum uiuos & mortuos, & man
ſurus

Prærogatiua Rom. Eccleſiæ in Concilijs. μὴ δεῖν εἶναι γνώμας κύριον τὸ ῥωμαίων ἐπίσκοπον τῆς ἐπιδημούσης αὐτοῖς ἐκκλησίας χωρὶς ἐκείνου.

Actiones Synodi cõtra Athanaſium.

Euſebius Emeſenus.

Gregorius Athanaſio ſuffector à concilio Antiocheno loco eius deſignatur.

Crebræ Synodi Eccleſijs ob ſunt.

Formula fidei Antiochenæ.

ingenerandum.

surus rex & Deus in sæcula. Credimus etiam in Spiritum sanctum. Si uerò adde A
re oportet, Credimus quoq; de carnis resurrectione, & uita æterna. Hæc pri-
mùm scripta ad episcopos miserunt, silentio, utrum coæternus sit, aut consub-
stantialis patri filius, an contrà, prætereuntes. Porrò Antiochiæ morati, pe-
rinde atque priorem formulam damnassent, professionem aliam fidei edidere;
Formula eiusdem concilia-bul. prolixior in omnibus Nicænæ consonam: nescio tamen an non occulta uerbis eius senten-
tia quæpiam insit. Ea sic habet. Credimus, pro eo atq; Euangelica & Apostoli
ca traditio docet, in unum DEVM patrem omnipotentem, rerum uniuersarum
conditorem atq; factorem. Et in unum Dominũ IESVM CHRISTVM, filiũ eius
unigenitũ Deum, per quem omnia facta sunt, genitum ante omnia sæcula ex pa-
tre Deum, de Deo, totum ex toto, solum ex solo, perfectũ ex perfecto, regem ex
rege, Dominum à Domino, VERBVM uiuens, sapientiam, uitam, lumẽ uerum,
uiam ueritatis, resurrectionem, pastorem, ostium, immutabilem atq; inalterabi-
lem, diuinitatis ipsius substantiæ & potestatis & consilij & gloriæ patris ipsissi-
mam atq; per omnia similem imaginem, primogenitum omnis creaturæ, in prin
cipio existentem apud DEVM, VERBVM DEVM: pro eo atq; in Euangelio est di
ctum, ET DEVS ERAT VERBVM: per quem omnia facta sunt, & in quo omnia
consistunt. Qui diebus extremis descendit de cœlo, & natus est ex Maria uirgi-
ne, secundũ scripturas: & homo factus, mediator Dei & hominum, & Aposto-
lus fidei nostræ, & dux uitæ (quemadmodũ dixit, DESCENDI DE COELO NON
VT FACIAM VOLVNTATEM MEAM, SED VOLVNTATEM EIVS QVI MI-
SIT ME.) Qui passus est pro nobis, & resurrexit pro nobis tertia die: & ascendit
in cœlos, & cõsedit in dextra patris. Et iterum uenturus est cum gloria & uirtu
te, ad iudicandos uiuos & mortuos. Et in Spiritũ sanctum, qui consolationis & B
sanctificationis & perfectionis gratia credentibus datus est. Sicuti & Dominus
noster IESVS CHRISTVS discipulis mandauit dicens: EVNTES DOCETE OM
NES GENTES, BAPTIZANTES EOS IN NOMEN PATRIS ET FILII ET SPI-
RITVS SANCTI. Manifestum porrò est, Patrem uerè esse patrem, & filiũ uerè
esse filiũ, & spiritũ sanctũ uerè esse spiritum sanctũ: nominibus hisce non simpli-
citer neq; ociosè positis, sed cuiuscunq; eorum qui nominantur, propriam certò
significantibus subsistentiã, ordinem & claritatem. Ita ut subsistentiæ quidẽ tria
sint, consentione autẽ unum. Ad finẽ porrò hæc adiecere. Hãc igitur obtinẽtes
fidei persuasionẽ, coram DEO & CHRISTO ipso, omnem hæreticã prauãq; ana-
themate iugulamus opinionẽ. Et si quis cõtra sanã rectãq; scripturarum fidẽ do-
cet, dicẽs aut tẽpus aut sæculum esse, uel fuisse, anteqũ filius DEI fuerit, anathema
sit. Et si quis dicit filium creaturam, perinde atq; unam aliquã creaturarũ: aut ge-
nimen, perinde atq; unũ aliquod geniminũ, & nõ sicuti diuinæ scripturæ de præ-
dictis omnib. prodidere: aut si quis aliud docet uel annũciat, præterquàm quod
accepimus, anathema sit. Nos enim omnia quæ ex sacris literis à Prophetis & A-
postolis tradita sunt, uerè atq; apertè & credimus & sequimur. In hac formula
cõsulto in hac formula nomẽ hæreseos omissum. Formula hæc Luciano martyri callidè ad scripta, quũ immutabilẽ et inalterabilẽ filij diuinitatẽ, imaginẽq;, non differentẽ à diuina
substãtia & cõsilio & potestate & gloria, atq; primogenitũ omnis creaturę clarè
dixerint: nescio quomodo etiã cõsubstantialẽ ipsum patri dicere detrectauerint.
Vulgarũt sanè quidã, fidẽ talẽ sic se inuenisse scriptã, & à Luciano conceptã, qui
Nicomediæ martyrio decertauit, uiro diuino, & in sacris literis supra cæteros ap
primè erudito: amplitudine, ut equidẽ puto, martyris, celebritatẽ potius scripto
suo uendicãtes, quàm uera dicẽtes. Interfuit aũt concilio huic, Eusebius, qui ex
Nicomediẽsi ad Cõstantinopolitanã sedẽ est trãslatus: Acacius, Eusebius Pãphi
li, throni iuxta & eruditionis successor: Patrophilus Scythopolitanus: Theodo-
rus

A rus Heracleotes, seu Perinthius, uir præclarus, qui Euangeliorũ expositiones e-
didit: Eudoxius Germaniciensis, qui post Macedonium Constantinopolitanam *Primarij episcopi qui Concilio Antiochẽno interfuere.*
ecclesiam gubernauit: Gregorius, quem ecclesiæ Alexandrinæ episcopum desi-
gnauerant, qui omnes eadem sentiebant: sed & Dianius Cæsareæ Cappadocum,
& Georgius Laodiceæ Syrorum episcopi, aliiq; plures insignium thronorum Me
tropolitana dignitate prædíti Antistites: præter Iulium Romæ, & Maximum
Aeliæ, episcopos, qui ob eas quas paulo antè recensuimus causas non affuere.
Ad illos etiam Eusebius Emesenus accessit. De eo, qui fuerit, nunc dicam. Hic E- *De Eusebio Emesẽo.*
dessæ Osroenorum claris parentibus genitus, sacras primùm literas, postea etiã
Græcas disciplinas, ab eius loci magistris didicit. Deinde cũ Eusebio Pãphili fa-
miliarius agẽs, atq; etiam cum Patrophilo Scythopolita, accuratius in sacris est
eruditus literis. Antiochiã uenit, quum ibi Eustathius propter crimen ei intenta
tum ex authoritate Synodi condemnatus est: atq; cum successore eius Euphro-
nio cisdẽ in ædibus egit. Sacerdotalem aũt dignitatem deprecatus, scholas Ale-
xandrinas frequentauit. Ibiq; quantũ opus erat exercitatus, Antiochiã redijt: &
cũ Phlacito, qui in episcopatu Euphronio successit, fuit. Hic Eusebius Constan-
tinopolitanus quũ Synodũ celebraret, Alexandrinę sedi hunc destinauit. Quòd
enim & eloquentia polleret, & bene honestèq; uiueret, breui is Aegyptios ab a-
more & desiderio, quo in Athanasium ferebantur, abducturus esse existimaba-
tur. Eam functionem ubi repudiauit, id quod res erat secum reputans, iustam ni
mirum erga se odij causam facile Alexandrinos reperturos, qui alium nemínem
pro Athanasio cernere sustinerent episcopũ, Emesam est missus: Gregorius aũt *Olim episcopis Mathematicam et Astronomiam Apotelesmaticã tràctare religio erat.*
Alexandriam deductus. Ille calumnia Emesæ expetitus, quasi eius partis Astro-
nomiæ quæ Apotelesmatica dicit, responsis scilicet dandis occupata, studiosus
B esset, Laodiceã ad Georgiũ episcopi isthic munere fungentem, ueterẽ amicũ pro
fugit: & cũ eodẽ Antiochiã ad Phlacitũ & Narcissum profectus, inde apud Eme
senos in episcopatũ suum restitutus est. Fuit aũt & Constantio Imperatori per-
gratus, qui eum secũ aduersus * Persas bellũ gesturus duxit. Multa nãq; diuinũ
numen prodigia per ipsum edidisse, Laodicensis refert Georgius, qui uitã eius
cõscripsit. Et quãuis tantus uir fuerit, nõ tamẽ inuidorũ, qui honestis imminere
soliti sunt, laqueos effugit. Obiectũ enim ei est, quòd in eadẽ esset cũ Sabellio sen
tentia. Tum sanè quidẽ, uti dixi, Antiochię decretis faciendis cũ alijs suffragator
interfuit. Hæc de Eusebio. Et Synodus Antiochena rebus ita gestis, soluta est.

CAPUT VI.

Socrat. habet, aduersus Barbaros. Ex Eutropio uidetur esse legendum, Parthos.

Clades reipub. Franci Galliã uastant. Terræ motus diuturnus. Gregorius militari manu in possessionẽ Ecclesiæ Alexandrinæ perducitur.

EA uerò tẽpestate res etiã publicę infeliciter administratę. Frãci enim,
gens bellicosa, Galliã occidentalẽ percurrentes, maximè uastarũt. In
Oriente aũt loca pleraq; seuis terræmotibus sunt cõcussa: Antiochia
uerò maximè. Integro namq; anno id pertulit malũ. Quo tempore cũ
magna militũ manu (quinq; hominũ millia erãt, quos Syrianus ducebat) Grego
rius Antiochia Alexandriã est profectus. Milites propterea eũ sequuti, ut tutò
& absq; seditione omni ingredi eã urbẽ posset. Incredibili enim erga Athanasiũ
desiderio multitudo tenebatur. Non parũ tamẽ Ariani quoq;, qui Alexandriæ
erãt, quomodo Athanasius exigeret dispiciẽtes, hac in parte profuerũt. Metue-
bant enim illi, ne tumultu in plebe excitato, malè ab ea acciperentur. Quod & ip-
sum Athanasius ueritus, sensim fugiebat. Serum iam diei erat, & ipse in eccle-
sia, quòd Synaxis et cõmunio in expectatione esset, rebus sacris intẽdebat. Et ma
nus iam militaris ecclesiã per manipulos ordine suo occupauerat; quum ille pre-
catione peracta, psalmodiam continuare iubet. Milites quieti tum erant, quòd
intempestiuum, impetum in eum facere, existimarent, quum concentu uno car-
mina

mina resonarẽt. Atq; interea, quòd omnes una porta egrederentur, Athanasius A in media psalmos canentium turba tectus, incolumis euadit, atq; Romam recurrit. Gregorius porrò, illo profugiente, thronum recipit. Propter quod factum multitudo malè animata, ecclesiam quæ apud ipsos sub Dionysij episcopi nomine erat, igni combussit. Eusebius cum suis ea re ad uoluntatẽ suam peracta, magno què studio episcopis in Oriente catholicis reiectis, & alijs qui eadem secum sentirent, insignioribus sedibus, Alexandriæ, Antiochiæ ad Orontem, & in ipsa ad Hellespontum imperante urbe præfectis, admodum morigeros omnium eorum locorum habuit episcopos. Iulius autem Romanus Pontifex, & totius Occidentis episcopi, constãtes Nicænæ Synodi suffragatores & laudatores, rebus quæ in Oriente præter spem acciderant, grauiter afflígebantur. Ipsum quoque Athanasiũ ad se uenientem perbenignè susceperũt: & uirum tantum, eadem'què cum eis sentientem, honore sunt prosequuti, causam'q; eius ad iudicium cognitionem'q; suam transferendam duxerunt, & scriptis eam ob rem literis Synodũ ad se euocarunt. Quibus literis Eusebius exacerbatus, missis ad Iulium legatis, iudicium ei rerum in Tyria Synodo aduersus Athanasium decretarũ permisit.

Athanasius Romam refugit.

Plebs tumultuans ecclesiam Dionysij incendit.

Eusebius Arianus regnat.

Occidentales Episcopi dissidijs Orientalibus perturbantur.

Eiusdem Synodũ Antiochenam & Tyriam in occidentẽ euocant.

CAPUT VII.

RIusquam autem responsum Roma accepisset, Eusebius diem suum obijt, nõ diu à Synodo Antiochena superstes. Porro belua ea sublata, Constantinopoli cœtus piorum studio & ardore, quo erga Nicæna decreta ferebãtur, Paulum in ecclesiã reduxere. Tum quoq; Arianorum factio, & Theognidis atq; Theodori Perinthij (Heracleotem eum nominant) sectatores, in ea quæ Pauli dicitur ecclesia, conuentu acto, Macedonium Constantinopolitanum elegerunt episcopum. In quibus quùm alij multi, tum Vrsicius & Valens, alter quidem Singidonis superioris Mysiæ, alter autẽ Mursorum superioris Pannoniæ episcopi fuere, qui postea resipuere, & libello pœnitentiæ Iulio Romæ episcopo oblato, ὁμοουσίῳ consubstantiali assensere, & ad communionem admissi sunt. Tum temporis autem acres Arianæ opinionis æmulatores, non paruos ecclesiæ motus excitarunt, quorum unus etiam Macedonius fuit. Ciuili namq; ex ea causa bello exorto, plebs quotidie ferè seditionem concitabat: & multitudine utrinq; concurrente, plurimi atterebantur atque peribãt. Qua re Imperator cognita, quũ adhuc Antiochiæ moraretur, ira percitus, Hermogeni duci, qui tum in Thraciã missus fuerat, mandauit, ut ex itinere cum equestri manu in urbem imperatricem diuerteret, et Paulum ecclesia eiiceret. Qui ubi affuit, et Imperata facturus militarem manum adhibuit, plebs ei restitit. Eam uerò, ad uim uindicandam paratam uidens Hermogenes, amplius etiam militari robore instítit. Ibi multitudo ad seditionem & tumultũ paulatim concitata, præter rationem ad impetum prosiluit: & deinde unà simul omnes ruentes, Hermogenis domum incẽdêre, ipsum'q; occidêre: fune quoq; ad pedes eius alligato, per urbis uias traxere. Hæc ubi ad Constantium sunt relata, equo uehens Constantinopolim uenit. Et quum grauiter in multitudinem animaduertere statuisset, noxam eis, quòd lachrymãtes ei obuiam ierant, remisit. Dimidiã tamen circiter frumenti partẽ ademit, quod Constantinus quotannis ex Alexandriæ & Aegypti tributis, ciuibus suis largitus fuerat. Melius fortasse Constãtius esse ratus, sic seditionum, quàm aliter, accidere causas, quæ ex luxu plurimùm & secundarũ rerũ licẽtia emergere solent. Octo enim myriades medimnorũ frumenti quotannis à Constãtino plebi datæ fuerãt, cuius dimidiã partem tum Constantius diminuit: ira omni in Paulum conuersa, quẽ non solum throno, sed urbe etiã eiecit. Macedonio

Eusebij mors.

Noua Byzantij de electione episcopi seditio.

Paulus in Ecclesiã Constantin. reductus.

Macedonius iterum eius cõpetitor.

Constantius ad ejiciendum ecclesia Paulum, Hermogenem ducem Constãtinopolim mittit.

Hermogenes à plebe furente interficitur.

Constantius dimidiã partẽ annonæ publicæ plebi, mulctæ loco adimit.

Paulũ proscribit.

A donio quoq; succensens, ut seditionum, tumultuum, atq; adeò cædis Hermogenis author: qui iniussu suo episcopatum recepisset, atq; electione eius neq; comprobata neq; abrogata, in ea qua conuentus agebat ecclesia, eum sic manere passus Antiochiam reuertit. Interea Ariani Gregorium perinde atq; in religione segnem, & Alexandrinis minus gratum, & propter ecclesiæ, quæ Alexandriæ Dionysij episcopi fuerat, in introitu eius conflagrationem, episcopatu mouent: & Georgium quendam Cappadocem genere, qui circa panem uiliorem & furfur ætatem egerat, succidiæq; adeò fuillæ promus cõdus fuerat, quòd in religione tuenda industrius esset, pro eo in Alexandrina sede collocarunt.

Alexandriæ Ariani Gregorio repudiato, Georgiũ ei substituunt.

CAPUT VIII.

AThanasius autem Romę agebat, Constante Constãtini minimo natu filio toti Occidenti imperante. Venit eò Constantinopolitanus quoque Paulus, & Marcellus Ancyranus, propter eam quã diximus causam. Asclepas etiã Gazæorum episcopus, qui & ipse cp fortiter Arianis reliterat, accusationem iudicium'q;, quasi sacrificij aram euertisset, sustinuit: & ob id episcopatum deponere coactus fuit, quem Quintianus est consequutus. Lucius præterea Adrianopolitanus eodem crimine delatus, & dignitate itidem spoliatus, Romam confugit. Horum causa Iulius antistes Romanus cognita, quòd consentientes sibi de Nicænis decretis inuenit, communione eos est dignatus. Pro amplitudine autem sedis suæ, ex ueteri priuilegio & prærogatiua, persuasum habens, omnium ubiq; episcoporum curam & iudicium ad se pertinere, datis cuiq; liberrimè scriptis literis, suas eis ecclesias reddidit, eosq; in Orientem remisit: eos qui temerè illos exauthorassent, perstringens, ut qui nõ recta sequerentur consilia, motusq; & turbas ecclesijs crearent, neq; semel Nicææ fa-
B ctis fidei decretis starent. Ad hæc præcepit, ut quidam ex eis ad diem constitutum Romæ præstò essent, qui rectè sententiam in condemnatos latam esse probarent. Sin minus, minas addidit: nisi à rebus nouandis desisterent, se ab eis sacras exacturum pœnas. Athanasius, & qui cum eo erant, missis ad Orientales episcopos literis, ecclesias suas receperunt. Illi contumeliã esse rati Iulij obiurgationem, Antiochiæ congregati, de sententia omnium epistolam ad eum misere, luculenter quidem illam scriptam, ironijs autem aculeatis'q; uerbis refertam, forensem'q; & iudicialem in modum compositam, & quæ styli ui & grauitate minarum expers non esset. Scripserunt enim, Romanæ quidem urbi ab omnibus obseruantiam exhiberi, & honorem: quippe quæ antiquitus Apostolorum domicilium & schola, ueræq; pietatis, ut aliquis dicat, Metropolis & primaria urbs fuerit: quamuis ex Oriente præcones eius eò uenerint, se tamen non ideo secundas ferre debere, quod Ecclesiæ magnitudine superiores nõ essent, quum uirtute & rebus alijs priores se esse existimarent. Illud etiam criminis loco obiecere, communicare eum cum Athanasio animum induxisse: id'q; indignè tulere, ueluti contumelia Synodi eorum sententiæ irrogata esset. Et factum ipsum, ut quod contra sanctiones Ecclesiæ processisset, iniquũ esse, sunt calũniati. Atq; ægrè id eis esse, rectèq; se eum reprehendere, quum dixissent: postremò, siquidem quùm sententiam ipsorum qua illos condemnassent, tum electionem eorum quos pro illis ecclesijs præfecissent, comprobaret, pacatos etiam se fore, & secum communicaturos. Sin aduersari eis pergeret, & ipsos coniunctos aduersus eum ituros esse intulere: quum neq; maiores eorum contra Cornelium Romæ episcopum conati aliquid fuerint, quum ille Nouatum presbyterum ecclesia summouisset. De rebus uerò Nicænis nihil rescripsere, superfluum id esse arbitrati, etiamsi plurima quæ scriberent haberent: quæ tamen ut omitterent, res præsentes necessariò efflagitarent. In eam sententiam Orientales episcopi ad Iulium literas dedere.

Catholici episcopi ex Oriẽte Romã profugiunt.

Episcopus Rom. profugos episcopos ad communionem admittit.

Ecclesiæ Romanetus priuilegium.

Profugi episcopi in integrũ restituuntur.

Orientalium episcoporũ ad Iulium Rom. antistitẽ acres literæ.

Sententia eius scripti.

L CAP.

CAPUT IX.

COnstantio uerò Imperatori Antiochiæ agenti scribẽtes, illos ut seditiosos homines à se expulsos esse, sunt calũniati. Ille ubi Paulũ recuperasse locum suũ audiuit, admodũ ferocijt: & ad Philippũ urbis præfectũ, secundam ab Imperiali potestate dignitatẽ tum obtinentem, scripsit, ut Paulo urbe electo, Macedonio ecclesiã traderet. Philippus ex Hermogenis casu cautior factus, quòd multitudinis furorẽ metueret, arte quadã rẽ est aggressus. Priusq; enim ea uulgaretur, perinde quasi de publicis quibusdam rebus consilium habiturus, Paulum ad se in Zeuxippum (quod publicũ & celebre amplissimumq; est lauacrũ, postea Numerorũ cognominatũ) uocauit, eiq; decenti cum honore aduenienti, Imperatoris literas exhibuit. Ac hominem per palatiũ Imperiale, lauacro q̃ diximus uicinũ, ad mare deductũ, nauigioq; impositũ, Thessalonicã misit: quam etiã patriam habere, & à maioribus suis inde oriundus esse dicebatur. Eidemq; Oriente toto interdicẽs, in Illyrico & ulterioribus terris uiuendi liberam permisit potestatẽ. Præfectus ex eo loco, unà cum impio Macedonio, incitato cursu in ecclesiam ire contendit: & multitudo ex omni hominum ordine mista, ea re audita, pro se quisq; locum antecapere festinans, ad eam ecclesiam cucurrit. Innumeri prorsus, qui eò confluebant, erant. Et militaris manus armata ad terrorẽ plebis consequebatur. Atq; ea ubi proximè ad ecclesiam uenit, nec ei accessus propter undiq; concurrentẽ turbã patẽret, milites ui homines reijcere per audaciam cœperunt. Quum uerò illi propter multitudinem oppidò in angustum redactam, cedere & considere non possent, resistere eos, milites, neq; sponte transitum dare uelle opinati, strictis usi gladijs, ueluti reluctantes cecidẽre, multosq; (ut fieri solet) neci dedere. Non pauci etiam inter se conculcati atq; attriti interijsse dicuntur, ita ut occisorum turba trium millium centum & quinquaginta numerum superauerit. Porro Macedonius, perinde atq; noui nihil factum esset, tanq; innocens & purus, in Epibateriorum introitusq; arcaniorib. sacris, quasi ex aliqua prestigiarum scena aliquis, aut Deus (quod dicitur) ex machina, de improuiso Hierarcha apparẽs, à præfecto magis, quàm ex ecclesiæ consuetudine, ab episcoporum ordine in thronum est deductus. Ad hunc modum, & per has cædes Macedonius & Ariani ecclesiam occupauere. Ita etiam Paulus solum iniqui exilij gratia uertere est coactus. Athanasius aũt Constantij minas ueritus, fuga sibi consulens disparuit. Nam ille capite in eum se animaduersurum denũciauerat, quòd obtrectatores eius & insidiatores eum ut seditiosum detulerant, reditu eius ex urbe Romana in ecclesiã, multitudinem ingentem conculcatam interijsse allegãtes. Maximè uerò Constantiũ in eũ incitauerat calũnia ab Arianis ei intẽtata, ueluti annonã pauperũ, quã Imperatoris pater Constantinus Alexãdriæ in egenorũ alimẽta distribuendã fanxerat, Athanasius uendidisset, atq; in pecuniã redegisset. Obseruandũ illud, eo tẽpore quo Macedonius episcopatum recepit, Constantiũ magnã ecclesiã ædificasse, quæ σοφία, Sapientia nominata est: proximè ad cognominẽ Paci ecclesiã, quã Constantinus Constantij pater, quum prius exigua fuisset, ad eã quæ nũc cernit amplitudinẽ perduxit: ita ut duorũ istorũ templorũ oræ cõtiguæ, unusq; ambitus & muri esse uideantur.

Constantij iussu Paulus episcopus Constantinopolitanus in exilium mittitur.

Macedonius in possessionẽ episcopatus deducitur.

Cædes hominum multa in ingressu Macedonij in ecclesiam.

Macedonius uir sanguinarius subitò episcopus apparet.

Athanasij fuga

Per grauem calumniã in inuidiam Athanasius apud Constantium adducitur.

Sapientiæ Dei templũ, quod Constantinus non absolũit. Supr. li. 7. cap. 49.

CAPUT X.

IVlius Romanę urbis episcopus literis, quas Eusebius ante obitũ suum cõtra Athanasiũ scripserat, alijsq; quas ij qui Antiochiæ cõuenerãt dedere, atq; alijs rursus quorundã Ægyptiorũ episcoporũ, ementita esse aduersus Athanasiũ omnia declarãtibus, eisq; sic inter se pugnantibus, acceptis, Antiochenis illis rescribens, epistolæ eorum arrogantẽ & præfaciã sententiã coarguit: & quòd latenter aggressi essent, contra decreta Nicæna, fidẽ nouare

Iulij ad Antiochenum concliabulum responsum.

A uare & adulterare. Præterea quòd præter ecclesiasticam consuetudinẽ, se quoq; in Synodum uocare intermisissent. Extare enim ecclesiasticum Canonem, authoritatem omnem eis abrogans, quæ præter Romani antistitis sententiam peracta essent. Rursum quòd in rebus quas in Tyro urbe & Marcote decreuissent, non legitimè processissent, inquisitione uidelicet una tantum præsente parte facta. Arsenij autem manum liquidò apparere, apertam sycophantiam esse, eis obiecit. Et secundum ea omnia, æquum esse ut Athanasio & Paulo subueniretur, intulit. Breui namq; pòst, Paulus quoq; Corinthius se ire assimulans, in Italiam uenit, & casum suum miserandum in modum deplorauit. Verumenimuero ubi Iulius scriptis suis apud Orientales episcopos nihil effecit, Occidentis Imperatorem Constantem, de rebus Athanasij & Pauli certiorem fecit. Qui ei etiam adito, Arianæ factionis subdolas fraudes exposuere: patris mentione illata, ut ille œcumenicam & uniuersalem Synodum coegerit, constitutioneq; decreta illius stabilierit, referentes, & eum ad paternam æmulationem consectandam cohortantes. Constans rebus eis cognitis, casum eorum uirorum calamitatem suam prorsus esse putauit: & ad fratrem scribẽs, cum admonuit, ut paternæ religionis incorruptam integramq; seruaret normam. Ille enim, inquit, uera pietate imperio stabilito, tum tyrannos Romanos omnino sustulit, tum barbaros hostes circumcirca deuicit. Significauit eidẽ etiã, ut tres ex Oriente in Occidentem mitterentur episcopi, qui rationem de Athanasij & Pauli exauthoratione exponerent. Ad id delecti sunt, Narcissus Irenopolis Ciliciæ, Theodorus Perinthi, & Marcus Arethusæ Syriæ episcopi. Qui in Italiam quum uenissent, Imperatori Constanti iustam esse, quæ contra illos lata fuerat, sententiam persuadere uoluerunt. In Athanasij uerò colloquium uenire non sustinuerunt.

Authoritas Ro. episcopi, ad alios exequè præjudicans non posse nouum quid statui.

Soer. lib. 2. cap. 17.

Athanasius & Paulus apud Cõstantẽ imp. quaritantur.

Constantis ad Cõstantiũ pro orthodoxia literæ.

Tres Orientales episcopi in Occidentẽ legati.

B Porrò ubi de fidei eorum ratione quæsitum est, aliam eius, quàm quæ Antiochiæ composita erat, Constanti formulam obtulere, hisce uerbis expressam.

» Credimus in unum patrem omnipotentem, creatorem & factorem uniuersorum: ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur. Et in unigenitum » eius filium Dominũ nostrũ IESVM CHRISTVM, ante omnia secula ex patre genitũ, Deum de Deo, lumen de lumine, per quẽ facta sunt omnia in cœlis & in terra, uisibilia simul & inuisibilia: Verbum existentẽ, & sapientiã, & uirtutẽ, & uitã, » & lumẽ uerũ. Qui in extremo dierũ propter nos homo factus, & genitus est ex uirgine sancta. Qui crucifixus, & mortuus, & sepultus est: & resurrexit ex mortuis tertia die, & ascendit in cœlos, & consedit in dextra patris, uenturus in consummatione seculorũ ad iudicandum uiuos & mortuos, & reddendũ unicuique » secundum opera sua. Cuius regnum interminatum in infinita permanet secula. » Sedet namq; in dextra patris, non solum in seculo præsenti, sed etiam in futuro. » Et in spiritũ sanctũ, hoc est paracletũ: quẽ quũ Apostolis promisisset, post ascẽsionẽ suam in cœlos misit, ut doceret & suggeret eis omnia. Per quem etiam sanctificabuntur, quæ sincerè in eum credidere animæ. Eos aũt qui ex nõ existenti » bus dicunt esse filium, aut ex alia substantia, & non ex Deo, & fuisse quãdoq; tẽpus quũ nõ fuerit, alienos esse nouit Ecclesia catholica. Hãc exhibuere formulã.

Formula fidei, quã legati isti imp. Constanti obtulere.

Constãs aũt perspectũ habẽs, eos iniquè contra diuinos uiros cõspirasse, neq; criminũ aliquorũ gratia, neq; propter uitæ prauitatẽ, sicuti attestationes declarabant, communionẽ illorũ auersatos, sed dogmatis dissonantiã prorsus causam dissidij esse: infecta cuius causa uenerãt re, eos dimisit. Et Orientalibus atq; Occidentalib. ueluti chasma seu hiatus fuit, quæ eis intercesserat, dissensio. Qua tẽpestate & in Sirmio, quæ Illyrici urbs est, Photini hæresis emersit: qui in minore Gallia ortus, & à Marcello, de quo diximus, loci eius episcopo eruditus, ecclesijs ibi præfuit, merũ esse hominẽ Dominũ docens. De quo suo tempore dicemus.

Constãs Arianorum fraudẽ & calumniam cognoscit.

Dissidium inter Orientales & Occidentales.

Photini hæresis.

CAPVT XI.

Orientales per episcopos alios μακρόστιχον, hoc est, longiorem fidei formulam ad Occidentales miserunt.

RIennio deinde elapso, Orientales episcopi scripto alio cõpositο, ad Occidentales id misere: quod μακρόστιχον, hoc est, longiorẽ uocarũt formulã, seu expositionẽ, quòd scilicet uerba & sentẽtias plures complecteret. Verùm ne in eo quidẽ substantię Dei nominatim mentionẽ fecere. Eos uerò qui filiũ ex non existentibus, aut ex alia subsistentia cęq; ex Deo esse: & fuisse quandocq; tẽpus aut seculũ, quũ ille nõ fuerit, dicerẽt, proscripsere. Scriptũ id pertulit Eudoxius Germaniciæ antistes, qui etiã post Macedonium Constantinopolitanæ præfuit ecclesiæ: & Martyrius, & Macedonius Mopsuestiæ Ciliciæ episcopus. Occidentales episcopi scriptum non receperunt: sufficere sibi Nicęnam fidei professionem, necq; se ulterius anxiè nimis & curiosè inquirere de ea uelle, dicentes: atq; illud etiam prætexentes, aliena lingua libellum scriptum esse, & se uerborum sententiam non intelligere. Longior aũt illa expositio ad uerbum hæc est cõplexa. Credimus in unum Deum, patrem omnipotentem, creatorem & factorẽ uniuersorũ: ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominat. Et in unigenitũ filium eius IESVM CHRISTVM, Dominũ nostrum, ante omnia genitũ ex patre, Deũ de Deo, lumẽ de lumine, per quẽ facta sunt omnia in cœlis & in terra, uisibilia & inuisibilia: Verbũ existentẽ, & sapientiam, & uirtutem, & uitam, & lumen uerum, Qui extremis diebus propter nos homo factus, & ex uirgine sancta natus, crucifixus & mortuus & sepultus, tertia die resurrexit: & receptus in cœlos, sedet ad dextrã patris, uenturus in cõsummatione seculorũ ad iudicandũ uiuos & mortuos, & reddendum cuiq; secundũ opera eius. Cuius regnũ interminatũ, & in infinita secula permanet. Sedet enim in dextera patris non tantũ in seculo isto, sed & in futuro. Credimus uerò & in Spiritũ sanctum, hoc est, in Paracletũ, quem Apostolis promissum, post ascensionem suam in cœlos misit, ut doceret & suggereret eis omnia: per quẽ etiã sanctificantẽ, quæ sincerè in ipsum credunt animæ. Qui uerò dicunt, ex nõ existentibus esse filium, aut ex alia subsistentia, & non ex Deo: & quòd fuerit aliquando tempus, quum non fuerit: eos alienos nouit esse sancta Catholica Ecclesia. Non minus & eos, qui dicunt tres esse Deos, aut Christum non esse Deum ante secula; neq; Christum, nec; filium Dei ipsum esse: aut eundũ esse & patrẽ & filiũ & spiritũ sanctũ, aut ingenitũ filiũ aut quòd nõ ex proposito necq; uoluntate pater filiũ genuerit: anathemate ferit sancta & catholica Ecclesia. Non enim ex non existentibus esse filiũ, dicere tutum est: quandoquidẽ nullibi hoc in diuinitùs inspiratis scripturis de eo fertur. Necq; sanè * ex alia subsistẽtia præter patrẽ, prægredièe: sed ex solo Deo germanè seu natiuè ipsum genitũ esse, docemus. Vnũ nãq; ingenitũ et principij expertẽ CHRISTI patrẽ, diuinũ docet uerbũ. Sed necq; illud, fuit aliquando quũ non fuit, quod præter authoritatẽ scripturæ periculosè dicunt, tancq; temporale interuallũ præconsiderandũ: sed solus, qui eum sine tempore genuit, Deus contẽplandus. Nam & tẽpora & secula per ipsum facta sunt. Necq; uero † simul principij expers, necq; simul ingenitus cũ patre filius esse putãdus est. Etenim simul principij expertis et simul ingeniti, nullus propriè pater aut filius diceꝛ. Sed patrẽ quidẽ solum principij expertẽ existentẽ, & incomprehensibilẽ genuisse incomprehensibili, & quẽ omnes consequi nõ possint modo scimus, filium aũt genitũ esse ante secula. Et necq; itidẽ ut patrẽ ipsum quoq; ingenitũ esse: sed principiũ habere, qui eũ genuit, patrẽ ipsum. Caput nãq; Christi Deus. Enimuero tres confitentes res, & tres personas patris & filij & spiritus sancti, secundum scripturas, nõ tres propterea facimus deos, Quandoquidẽ * per seipsum perfectũ & ingenitũ, principioq; carentem, & inuisibilẽ Deum, unũ tantum nouimus, Deum & patrẽ unigeniti, solum ex seipso essentiam habentẽ, solum alijs omnibus abundè

ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως πρὸ τὸν πατέρα προυπαρχούσης.

ἀνυπάρκτους. ἀγεννήτους.

ὑπαρξιν

A dè † existentiã largientẽ. Necq; sanè dum unũ Deum esse dicimus, domini IESV CHRISTI patrẽ solum ingenitũ, propterea Christũ Deum esse antesecularẽ negamus: quales sunt Pauli Samosateni sectatores, post inhumanationẽ eum † ex profectu deificatũ esse dicẽtes, eo q; natura merus homo factus sit. Scimus enim ipsum, etiãsi subiectus est patri & Deo, tamẽ genitũ ex Deo, Deũ natura esse perfectum & uerũ, & nõ ex homine postea Deum, sed ex Deo hominem factũ propter nos esse, necq; unq; desijsse esse Deum. Execramur uerò insuper, & anathematis subijcimus eos, qui uerbum quidem ipsum Dei nudum & * sine subsistẽtia fictitiè uocant: in alio uerò essentiã habens, aliquãdo sanè ut uocale seu * enũciatiuum, aliquãdo uerò ut † internũ seu mẽtale à quibusdã dictum. Christũ autem ipsum & Dominum & Deum, & mediatorem, & imaginem Dei esse ante secula uolunt: sed cum ex eo tempore Christum esse factum & filiũ Dei dicunt, ex quo nostram ex uirgine carnem assumpsit, ante trecẽtos quinquaginta annos. Ex eo enim tempore initiũ regni Christũ habuisse, & finem id habiturũ esse post consummationẽ & iudiciũ, uolunt. Tales aũt sunt Marcellus & Photinus Ancyrani in Galatia, qui antesecularẽ subsistentiã & diuinitatẽ Christi, & similiter interminatum eius regnũ abolent, eo modo, ut ipsis uideẽ, monarchiã seu unius imperium constituentes. Nos enim scimus, esse non simpliciter uerbum enunciatiuũ, aut internum: sed, uiuentem Deum uerbum, per seipsum subsistentem, & filium Dei & Christum, & ita * præscienter simul existentem & simul agentẽ ante secula cum suo patre, & ad omnẽ eius administrantem creationẽ, siue inuisibiliũ seu uisibiliũ, ut qui * subsistentiale uerbũ sit patris, & Deus ex Deo. Hic enim est ad quem pater dixit, Faciamus hominem secundũ imaginẽ nostrã & similitudinẽ, qui & à patribus uisus est quũ legẽ ferret, & loquereꝛ per Prophetas: & qui postremò homo factus est, & patrem suum omnibus hominib. manifestauit, quiq; regnat in secula seculorũ. Siquidẽ nihil nouæ dignitatis Christus assumpsit, sed eum antea perfectũ, & patri per omnia similẽ esse credidimus. Atq; itidẽ eundẽ esse patrem & filiũ & spiritum sanctũ, & unius eiusdẽq; rei & personæ tria hæc nomina impiè accipientes, meritò ab Ecclesia proscribimus: quoniã patrem qui comprehendi nequeat, atq; perpessioni obnoxius non sit, & comprehẽsibilem, & perpessioni obstrictũ per inhumanationẽ constituunt. Tales sunt, qui Patropassiani apud Romanos, Sabelliani apud nos dicunt. Siquidẽ nouimus patrem quidem, qui miserit, in suo immutabilis diuinitatis statu permãsisse: qui uerò missus est Christũ, inhumanationis œconomiã & munus obijsse. Consimiliter aũt eos qui impiè, non consultò, necq; uolũtate genitũ esse Christũ dicunt, necessitatem uidelicet quandã imponẽtes, & substantiã uolũtate & delectu carentẽ Deo tribuentes, ita ut inuitus filiũ genuerit, impijssimos & à ueritate alienissimos cognoscimus. Quoniã aduersus cõmunes de Deo * notícias, atque etiam aduersus diuinitùs inspiratæ scripturæ sententiam, talia de eo statuere audent. Nos etenim absolutissimæ potestatis eũ esse, perfectissimíq; iuris sui Deũ scientes, sponte & uoluntate sua filiũ genuisse, piè existimamus. Et cũ timore illud de eo dictũ esse credentes, Dominus creauit me in initio uiarum suarum ad opera sua: non itidem eum ut creaturas facturasq; eius genitũ esse arbitramur. Impiũ enim est, & ab ecclesiastica fide alienũ, conditorem cũ creaturis per eum conditis cõparare, eundemq; etiã eum generationis modũ cum eis quæ ab eo sunt aliena habere putare. Solum namq;, & solo, seu unico modo unigenitum filium germanè seu natiuè atq; uerè genitum esse, nos diuinæ litęrę docent. Quin necq; dum filiũ per seipsum esse, uiuere, & existere consimiliter patri dicimus, propterea eũ à patre segregamus, loca & interualla quædã inter eorum coniunctionem corporaliter imaginãtes. Credimus enim sine medio, & sine spacio ullo, ipsos cõiunctos esse,

Paulliani hæretici. ἐν προσωπῳ θεοπαθῶς.

ἀνύποστατος. προφορικὸν. ἐνδιάθετον

Marcellus, Photinus, hæretici. προφορικῶτερον

αὐτοπάτορα

Patropassiani. Sabelliani.

ἐννοίας

αὐτοπρέπτορα

ὁμοούσιον & inſeparabiliter à ſeipſis exiſtere: patre quidē cōplectente, & *pectori applican A
te filiū totū: filio uerò toto prorſus deuincto & applicato patri, eoq; ſolo perpe-
tuo in ſinu paterno conquieſcente. Itaq; in modis omnibus perfectā & ſanctiſsi-
mam trinitatē credentes, patrēq; Deum dicentes, & filium, nō ipſos duos deos,
ſed unum confitemur, iuxta diuinitatis amplitudinem, & unam certam abſolu-
tamq; regni coniunctionem. Vniuerſarum quidem rerum per omnia cum ſum-
† πατρὶ ἐξουσίᾳ ma poteſtate † imperium obtinēte, & * ipſo Deo: filio autem patri quidem ſubie-
* Ipſo filio, a- cto, extra uerò eum uniuerſa poſt eū quę per ipſum facta ſunt regente, & ſpiritus
pud Socr. li. 2. ſancti prolixè ex uoluntate patris gratiam ſanctis donante. Ad hunc enim mo
cap. 19. dum, ordinem & rationem monarchiæ, uniuſq; imperij in Chriſto conſtare, no
bis ſacra prodidere oracula. Hæc ut poſt breuiorem fidei formulam fuſius expo-
neremus, neceſsitas nobis impoſita eſt, non per ſuperfluā ambitionem, ſiue uen-
ditationem: ſed ut omnem alienam ſuſpicionem cōtra ſententiam noſtram con-
ceptam, apud eos qui res noſtras ignorant, abſterger emus: & ut Occidentales
omnes quùm calumniæ aduerſariorū impudentiam, tum eccleſiaſticam Orien-
talium opinionem cognoſcant, cui opinioni diuinitùs inſpiratæ ſcripturæ, quæ
apud eos inuiolatæ conſeruantur, per nullam coactam aut uiolentam interpreta
tionem, perhibent teſtimonium. Hoc quidem modo prolixior illa expoſitio fue-
rat inſtituta.

CAPUT XII.

VT autem ab Occidentalibus eſt repudiata, Conſtans Cęſar unū illud
à fratre ſibi dari poſtulauit, ut Paulus & Athanaſius ſedes ſuas recipe
rent. At quum literis ſuis nihil effeciſſet, propterea quòd aduerſarij B
contrà niterentur: & quum populus ea de cauſa ſeditionem moue-
ret, Paulus & Athanaſius rurſum Conſtantem adiere, & ut uniuerſalis Syno-
dus cogeretur petiere, ut de profeſsione fidei & de eorum cauſis accuratius res
explorari poſſet. Exauthorationis enim ignominiam ſe propter fidei ſincerita-
tem ſuſtinere affirmarunt. Quapropter de duorum Imperatorum iſtorum ſen-
Inſtituitur Cō cilium Sardicē ſe de Conſtātij & Conſtantis uoluntate. tentia ſtatutum, ut utriuſq; Imperij epiſcopi ad diem certum Sardicam, quæ Il-
lyrica ciuitas eſt, conuenirent. Id quod Conſtans ſic petierat, Conſtantius au-
tem aſſenſerat, ut uidelicet ſeditio ſolueretur. Atq; ex Occidentis partibus circi- 300. epiſco
ter trecenti conuenere epiſcopi, ſicuti alicubi ſacer dicit Athanaſius: ex Oriente pi Occidē-
tales, Oriē
Sabinus Hera- uerò, Sabino Macedoniano referente, ſex & ſeptuaginta. Quibus accenſus eſt tales epiſco
cleæ Thraciæ & Iſchyras ille, ex ſeſe ortus presbyter. Ob quam cauſam, quum negocium ei cum pi 76.
Macedoniano
rum epiſcopus. Athanaſio eſſet, in aduerſariorum partes conceſsit, apud quos propter menda-
Iſchyras ὁ τῶν cia conficta epiſcopus apud Mareoten eſt creatus. Reliqui autem anguſtias con
μακρὸς presby- ter. ſtituti temporis prætexentes, atq; alius aliam cauſam allegantes, non comparue-
re. Potiſsimùm uerò in Iuliū culpam eius rei conferebant, quum quidem menſi-
bus uiginti ante epiſcoporum aduentum, dies eſſet conſtituta. Decimus is erat
annus, ex quo Conſtantinus Imperatoris utriuſq; pater, ad meliorē migrauerat
Orientales A- thanaſium & Paulum à con cilio excluſos eſſe nolunt. uitam. Et Orientales, qui Philippopolim in Thracia uenerant, Occidētalibus,
qui Sardicæ iam præſtò erant, ſcripſere, ut Athanaſium, eiuſq; ſtudioſos, ut qui
bus ſacris miniſterijs interdictū eſſet, à concilio remouerent: aliter enim fieri nō
poſſe, ut in unum cōuenirent. Quod quidem poſtea quoq;, quū Sardicæ eſſent,
Occidentales iniquum id eſ- ſe cenſent. obtinere contendebāt. Occidētales aūt, atq; in primis Hoſius Cordubēſis Hiſpa-
nus, & Protogenes Sardicēſis, reſpondere, nunq; ſe cōmunionē illorū deuitaſſe,
neq; porrò etiā uitaturos eſſe: quum Iulius epiſcopus Romanus, cauſa eorū per-
ſpecta, iniquè eos inſidijs circumuentos eſſe iudicarit. Adeſſe ipſos quoq;, & re-
darguere iniquū illud iudiciū uelle. Plura quoq; alia ultro citoq; & ſcripſere,

A & per internuncios alteri alteris ſignificauere, unde maior etiā inter eos eſt exci-
tata ſimultas, maius odiū, dies quoq; cōſtituta præterijt. Et cōfeſtim diſceſsione Diſsidiū inter
facta, ſeorſimq; utriſq; conſilia agitantibus, contrarias alteri aduerſus alteros ſen- Orientales &
tentias tulere. Oriētales nāq; Philippopoli conuentū egere, atq; ibi decretis ſuis Occidentales.
in Athanaſiū, Paulum, Aſclepam, & Marcellū magis etiā confirmatis, Iulio inſu-
per Romæ antiſtiti magiſtratū eccleſiaſticū abrogauere, q; primus ipſe cū illis cō
municaſſet. Confeſſorē etiam Hoſium ea de cauſa, & præterea quòd amicus Eu- Mutuæ inter
ſtathij & Paulini Antiochenæ eccleſiæ epiſcoporū fuerit, exauthorarūt. Deinde eos exautho-
& Maximinū Treuirorum antiſtitem, qui primus ad cōmunionem Paulum ad- rationes.
miſerat, reditūq; eius in urbē Conſtantinopolitanā procurauerat; inſuper quòd Maximinus
Orientales epiſcopos in Occidentē uenientes proſcripſerat. Nec ijs tantū ſacram Treuerenſis
ademere dignitatē, ſed & Protogeni Sardicenſi: quoniā Marcellum Ancyranum epiſcopum.
quē antea calculo ſuo damnauerat, ope ſua ſubleuaret: atq; itē Gaudentium, quia
quòs illi per abrogationē ignominia affecerant, multo proſequeretur honore: &
q; aliter de rebus diuinis quàm Cyriacus ſentiret, cuius ipſe ſucceſſor erat. Por- Oriētales Phi
rò in cauſa fidei ὁμοούσιον conſubſtantiale quidē repudiarunt, τὸ ἀνόμοιόν inæqua- lippopoli cōa-
cti, ἀνόμοιον,
litatis uerò opinionē literis in partes omnes ſcriptis diuulgarunt. In quibus loco hoc eſt, inæqua
rum plerorūq; epiſcopis quoq; ſignificarunt, ne eos quos proximè ſententia ſua litatē in Trini
notaſſent, uel in cōmunionem reciperēt, uel literis etiā dignarentur. Alij autē di- tate inducunt.
cunt, eos de fide, iuxta prolixiorē quam præmiſimus formulā, credere iuſsiſſe; in-
qua τὸ ὁμοούσιον conſubſtantialis, uerbo nullo meminere: ſed eorū tantum qui tres
Deos eſſe, aut CHRISTVM nō eſſe Deum, aut eundē eſſe patrē & filium & ſpi-
ritū ſanctū, aut filium ingenitum, aut fuiſſe aliquando tēpus aut ſeculū quū ipſe
non fuerit, dicunt. Hæc quidē epiſcopi Orientales Philippopoli in Thracia age- Occidentaliū
B bant. Hoſius aūt, & qui cū eo Sardicæ erant, primū quidem illos indicta & deſer- epiſcoporum
ta cauſa, propter contumaciā damnarunt: Athanaſiū receperūt, & quæ aduerſus Sardicæ acta.
eum Tyri acta fuerāt, anathemate ſunt perſequuti. Aſclepæ epiſcopatū Gazęo-
rum authoritate ſua confirmarūt, qui antea quoq; multorū antiſtitū, & maximè
Euſebij Pamphili ſuffragio Epiſcopalem ſuſceperat dignitatē, cuius rei certitu-
dinē acta iudicij declarabant. Luciū etiam, quòd accuſatores eius profugerant,
reſtituerunt. Horumq; parœcijs & eccleſijs ſcripſerunt, ne alios quàm hoſ ipſos
haberent epiſcopos, eorumq; quamprimū expectarent aduentum. Abrogarunt
quoq; epiſcopatū Gregorio Alexandrino, Baſilio Ancyrano, & Quintiano Ga-
zæo: & ut non modò epiſcoporū, ſed ne Chriſtianorū quidem appellatione ho
norarentur, ſtatuere. Idem fecerunt Theodoro Perinthio, Narciſſo Irenopoli-
tano, Acacio Cæſarienſi Euſebij Pamphili ſucceſſori, Menophanto Epheſio, Vr-
ſicio Singidonis, & Valenti Murſiæ Pannoniorum epiſcopis, & Laodicenſi
Georgio, quamuis Synodo Orientalium is nō intereſſet. His omnibus dignitate
adempta, cōmunione interdixerunt, quòd filium Dei à paterna ſubſtantia ſepa-
rarent: & quòd, qui dudum propter Arianam hæreſim reiecti fuerant, eos rece-
piſſent, & ad ampliorem miniſterij Dei euexiſſent dignitatem. Eis damnatis, ad
omnes ubiq; epiſcopos miſerunt, ut decreta ea rata haberent & confirmarent,
nec non Nicænis placitis conſentirent. Quibus roboratis, τὸ ἀνόμοιον inæquali Occidentales
tatem repudiarunt, τὸ ὁμοούσιον conſubſtantiale apertè promulgarunt. Et ſcripto τὸ ἀνόμοιον in
quodam cōpoſito, quod diffuſius quidem quàm Nicænū eſſet, finitionem autem Trinitate dam
eius ſeruaret, uerbisq; non admodum ab illo differret, id paſsim ad loca omnia nant.
miſerunt. Ne uerò notare quidquā contra Nicæna decreta uiderentur, Hoſius Magno cū me-
& Protogenes, qui tum Synodo præierant, cū certa atteſtatione ad Iulium lite- tu et religione
ueteres de fide
ras dederunt, authoritatē ſuam ſe Nicænæ fidei profeſſioni integrā relinquere: noni aliquid e-
perſpicuitatis autem gratia, quæ Nicææ conſtituta eſſent, non ita multis latius didere.

extendisse, ne scilicet Ariani cõpendio professionis fidei ad absurdas opiniones eos abducerent, qui dialecticæ sunt imperiti. His ita peractis, domũ reuertêre. Et utrique in ea erant sententia, rectè ab eis quæ sententijs proscriptionis ferendis egissent, esse facta. Orientales quidem, quòd Occidentales, quos ipsi sacro ordine mouissent & reiecissent, eos ad cõmunionem admisissent. Occidentales autem, quòd illi qui Athanasium & alios damnationis sententia notassent, ante publicam cognitionẽ profugissent. Et quòd ij Nicæna decreta complectebantur, illi uerò ea deprauare & adulterare audebant. In Sardicensi concilio Marcello quoque, de quo suprà diximus, Ancyræ Galatiæ episcopatum rursum mandarunt. Nam is Synodo exposuit, à multis libri sui scripta intellecta non esse, unde illi suspicionem conceperint, eadem se cum Samosateno Paulo & Sabellio sentire.

Marcellus in Ancyranũ epi scopatũ ab Occidentalibus restitutus. Eius scripta à multis non satis intellecta, et proinde pro hæreticis habita.

CAPUT XIII.

SCiendum sanè, Eusebiũ Pamphili tribus libris suspectum illum Marcelli cõmentariũ refellisse. Scripto nãq; eo in partes suas diuiso, deinde confutationẽ infert: idq; in toto opere facit. Ex quibus libris Socrates scriptor ecclesiasticus plurima allegat, quapropter Eusebius quasi Arianus taxatus sit. Ac deinceps refert, primæ Synodo cum interfuisse, alijsq; episcopis decretis faciendis consensisse: sicuti Eusebius ipse in tertio ad Constantinum libro memorat. Profert uerò idem & piam in illud, Dominus creauit me in initio uiarũ suarum, interpretationem, in qua hæc sic scribit: Quòd Dominus " seipsum creatũ esse ait, nõ hoc sanè ita dicit, tanquam qui antea non fuerit, ac tum " primũ esse cœperit: ut quemadmodũ reliquæ creaturæ, itidem & ipse ex nõ exi- " stente extiterit, quod nonnulli non rectè acceperunt: sed ut constans quidem & " uiuens & præexistens atq; subsistens ante totius mundi constitutionẽ, ad regen- " dum aũt & administrandũ uniuersa à Domino suo ipsius patre ordinatus: ut eo " loco hoc uerbum creauit, pro uerbo ordinauit seu constituit, sit dictum. Apertè " certè quidem hominũ principes & duces, creaturã nominauit Apostolus dicẽs, " Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ, propter Dominum, siue regi qua " si præcellẽti, siue ducibus tanquã ab eo missis. Et propheta ex persona Dei dicẽs, " Ecce ego firmans tonitrũ, & creans spiritum, & annuncians ad homines CHRI- " STVM eius: hoc uerbum Creans, nõ ea sententia, quòd antea nõ fuerit, accepit. " nõ enim tum Deus Creauit Spiritum, quum CHRISTVM eius per eum omni " bus hominibus annunciauit: neq; recens sub sole fuit. Sed fuerat quidem ille, & " præextiterat: missus aũt tum est, quo tempore Apostoli cõgregati erant, quum " instar tonitrus è cœlo sonitus prouenit, tanquam aduenientis flatus uehemẽtis: " hoc uerbo Creans, pro eo quod est demittens, aut ordinans, seu statuens, posito: " tonitru uerò ipso, alio quodam modo Euangelicam prædicationem significante. Tale est & illud, Cor mundum crea in me Deus: ubi nõ ille quidem tanquam " cor non habens, sed ut tandem habenti & purificaretur & perficeretur, precatus est. Et illud, Vt crearet duos in unum nouum hominem: pro cogeret, seu cõ- " gregaret. Vide porrò an non tale sit & illud, Induite nouum hominem, secundum Deum creatum. Item illud, Si quis in CHRISTO noua creatura: & quæcunque sunt eiusmodi. Vt ne mireris, si metaphoricè & per translationem in uerbis istis, Dominus creauit me in initio uiarum suarum: Creauit, pro constituit, " aut ordinauit, dictum sit. Hæc in tertio ad Marcellum libro Eusebius. So- " crates autem hæc quoq; hisce uerbis pro Eusebio refert: Quum itaq; Eusebius " Nicænæ Synodi mentionem faciẽs, soluta esse & constituta, quæ tum in contro- " uersiam deducta fuerant, atq; omnes consensu uno eadẽ sensisse atq; dixisse refe- " rat, quomodo quidã illum Arianisare suspicantur: Falluntur uerò Ariani etiam, " qui

Eusebij Pamphili uerborũ, Dominus creauit me, &c. expositio.

Verbum creare in scripturis quomodo accipiatur.

Socratis pro Eusebio Pamphili Apologia, cum Arianis eũ non sensisse.

A qui illum cum eis sensisse existimant. Sed dicet aliquis, in scriptis eius Arianũ " esse eum uideri, propterea quòd frequenter dicat, per CHRISTVM. Cui respon- " demus, hac loquutione sæpenumero ecclesiasticos uiros usos esse, alijsq;, quibus " œconomia seu munus humanitatis Seruatoris nostri significat. Et ante omnes " istos Apostolus ipse uerba hæc usurpauit: & nunq; tamen ueluti prauæ opinio " nis habitus est doctor. Ac rursum hæc infert: Non enim ostendere habebũt, " Eusebium principiũ existẽtiæ tribuere filio Dei, quãuis in libris eius œconomiæ " siue dispensationis humanæ uerbis abuti eum inueniãt. Maximè uerò, quòd admirator & æmulator Origenis librorũ fuit, in quibus ubiq; filiũ ex patre genitũ " esse reperiunt, qui Origenis librorũ acumen assequi possunt. Hæc & alia Socrates afferens, sinceritatem doctrinæ Eusebio adscribere contendit. Ego quidẽ talem potius uirum eum fuisse uelim: Ecclesia autem Catholica nõ talem fortasse iudicat, quam potius sequi par est. An uerò ille certò in pietatis sinceritate sit, sicuti iste qui quidẽ Nouatianus est, dicit, id accuratè certoq; occulta omnia perspicienti Deo relinquendũ. Et de his quidem satis. Sardicensi uerò cõuentu ita peracto, domũ se quisq; recepit. Ac deinceps Occidens ab Oriente per secessionẽ diuisus est. Non amplius enim Occidentales cum Orientalibus, haud eadem secum sentientibus, negotij sibi quidquã & coniunctionis esse uoluere. Et communionis finis Occidentalibus fuit inter Illyricum & Thraciam, circa montem qui Susacis dictus est. Vltra eum autem locum propter uariãtem fidem, minimè inter se inuicem cõmunicare uoluerunt. Vt uerò fieri solet in ecclesijs, calumniæ & dissensiones erant. Et ingens turba & confusio Ecclesiam catholicam inuasit. Antea siquidem, etiamsi dissiderent, consuetudine tamen inter se iungebantur, nec adeò grauẽ eam rem putabant. & consuetudinẽ eiusmodi, eundem B de CHRISTO sensum esse existimabant. Et ut paucis dicam, ecclesia Occidentalis omnis patriæ insistens religioni, contentionis expers, & à studio de dogmatibus nugandi aliena fuit, sincerè professionem fidei Nicænã sonãs atq; profitens. Quamuis etiam tum Vrsicius Pannonius & Auxentius Mediolanensis conati sunt ecclesias distrahere, & ad Arianã opinionẽ traducere: efficere tamen id nequiuere, sede Romana & alijs Occidentalibus episcopis uigilantibus, & hæresis eius surculos illico exstirpantibus. Oriens aũt post Antiochenum concilium seditiones cõcitauit, & propalàm aduersus Nicenã fidem disceptans iudicio contendit: reuera tamen, sicuti colligere est, plures sententiã Nicæni dogmatis comprobabant, filium ex substantia patris esse confitentes: contentionis uerò cupiditate deuincti, aduersus uerbum τὸ ὁμοούσιον consubstantialis, impotentibus animis pugnabant. Nonnulli quidem, sicuti quidã tradidere, quòd iam inde ab initio cõtra id uerbum stetissent: & quemadmodum eiusmodi homines facere solent, ne uicti esse, si cederẽt, uiderentur, in sententia propterea perstiebant, & uocabulũ id abolere studebant: probro sibi fore, si opinionẽ mutarẽt, arbitrati. Nonnulli aũt, quòd frequenter de his nugati essent, ita opinari ex animi sententia malebãt. Et quum semel ab eo quod dicebãt excidissent, opinionem suam firmiter retinebant. Erant qui indecorũ contendendi studium secũ ipsi perpendentes, ad gratiosiorẽ declinarent sententiã, uel propter gloriam aut timorem, uel propter uim aut familiaritatẽ, plerunq; etiam propter amicitiã, & fortasse alias ob causas, quibus homines adducti, ut sese res tulit, etiã in his quæ parum decent, gratificantes alijs obsequuntur: deniq; quòd nonnulli liberè & palàm, quę ab aduersarijs obijcerẽtur, redarguere atq; refellere nõ possent. Non pauci uerò eius temporis homines, ineptias prorsus & superfluas nugas esse existimantes de rebus eiusmodi conflictari, ab illorum consuetudine sciuncti, taciti secum Nicæna decreta complectebantur & colebant.

Offendiculo olim fuit pijs, si Christus sine pliciter sine præfatione honoris, & illatione diuinitatis nominarẽtur.

Socrates Nouatianus.

Dissidiũ apertum inter Occidentales & Orientales.

Susacis mons. Apud Socr. est Tisucis.

Dissidij eius magnitudo.

Occidentales constantissimè Nicænum Symbolum retinuerunt.

Vrsicius & Auxentius Ariani.

Orientales uerbum ὁμοούσιον exagitarunt.

Hominum pertinacis contentionis uitium.

Hominum à cõtentione alienorum animos.

Supra

CAPUT XIIII.

* Pâbo quũ illitteratus esset, doctorẽ Psalmos exponẽtem audisset. et quũ primũ uersũ Psal. 38. (Dixi custodiã uias meas, ut nõ delinquã in lingua mea) audiisset, discessit, sufficere sibi inquiens uersum istũ, ut illũ factis exprimere addisceret. Doctorem eo expostulauit, quòd eũ ab eo tempore totis sex mẽsibus nõ uidisset. At Pâbo respondẽs, Quòd nõdum re ipsa uersum primũ assequutus esset, se excusauit. Multi intercessere anni: & amico cuidã roganti, nũ uersũ eũ ad dum didicisset? Vix tandẽ, ait, decẽ & nouem annis, factis ipsis eum addidicit. Eidẽ auri certum numerum quidam in pauperum alimẽta dedit, & Numera quod datum est, inquit. Tũ ille: Numero hac in re opus non est, sed animi affectione pia & benigna. Socr. lib. 4. cap. 23. Idem Pâbo ab Athanasio episcopo euocatus, ex eremo Alexandriã uenit. Ibi scentea gesticulatrice usa, prolixè illa crymauit. et amicis fletus eausam inquirẽtibus, duplicem esse respondit:

VPra omnes autem qui in Oriente magna cum libertate saniorem doctrinã defenderunt, tenacissimè Nicæna decreta retinuere, Paulus Constantinopolitanus, & Athanasius Alexandrinus, episcopi, atq; cum ijs uniuersus Aegyptiorum monachorum cœtus: quibus præijt Antonius adhuc superstes, quisq; cum eo erãt (plurimi aũt erant) in Aegypto & alijs Romani imperij locis ascetæ: quorum multi usq; ad Cõstantij imperiũ & posteriora etiã tempora durauere: quales fuere (Amonem enim, & Thebæũ Paulũ omitto) eodem uero q; nomine dicti Macarij, hoc est beati: Aegyptius scilicet ille, & cui † Vrbani cognomẽ inditũ fuit. quales etiã circa Illyricum & Thraciã Martinus Sabariæ ortus Pannonius, & Hilarius Pictauiensis, homines admirandi: de quib. paulo pòst suo loco referemus. Multi denicq; alij aliter spectati uiri, eisdem annis uiguere, atq; in ecclesijs Dei enituere: inter quos præcipuè eruditione & eloquentia floruit Eusebius Emesenus episcopus, Titus Bostrensis, Serapion Thmuæus, Basilius Ancyranus, Eudoxius Germanicienſis, Acacius Cæsarienſis Eusebij successor, Cyrillu, squi post Maximũ Hierosolymitanam administrabat ecclesiã, & Theodorus Perinthius: qui omnes doctrinæ suæ fœtus haud pœnitẽdos ecclesijs reliquere. Videt aũt omnes hac in parte gloria præcellere, atq; ecclesiam uniuersalẽ exornare, Ephraim Syrus. Tũ quoq; extitere, Lucifer, Didymus, & Aetius, admodũ quidẽ illi eximij uiri, sed aduersus ueritatẽ plurimũ etiam pugnarũt. Atq; ut summatim dicã, præfecti ea tẽpestate ecclesiarũ exactissimis uitæ institutis dediti erãt, à quibus plebes ritè gubernata, CHRISTI religionẽ constãter coluit, & indies fides est adaucta, atq; ecclesia sensim pro insita ei uirtute atq; bonorũ operũ splẽdore, & q; à sacris alijsq; ecclesiasticis uiris prodigia diuinaq; miracula fiebãt, ad ingentẽ gloriã peruenit: Græcorum aũt superstitio pessum ijt, et ab improbis nugis ad uerã fidẽ transijt. Et quoniã sanctorũ istorũ uirorũ facta est mẽtio, faciendũ esse duxi, ut breuiter eos, & si qui insuper eo tẽpore illustres homines cum laude floruere, oratione persequar. Ac primo loco percelebres illi cõmemorenẽ uiri, qui Scetis montium q; eius duces fuere. Vtriq; nomẽ erat Macario: quorũ alter in Aegypto ortus erat, alter Alexandriã patriã habuit, & cognomẽ Vrbani: ambo certè diuini, prsus uiri, atq; in Monastica philosophia admirãdi, diuinarũ prædictionũ nõ expertes, dæmonũ industrij expulsores, & prodigiorũ sanationũq; prõpti & expediti authores. Horũ alter, Aegyptius scilicet, mortuũ quoq; excitauit: ut quendã alieni dogmatis sectatorẽ, ad credendũ mortuos resurgere, persuasione ea adduceret. Hic ultra nonaginta annos uixisse perhibet, quorũ plus quàm dimidiam partẽ in uita solitaria transegit. Et adolescens admodum sapientiæ studijs excelluit: & ob id παιδλαφιογδρωφ, quasi puerum senem dicas, cognomen obtinuit. Presbyteri dignitatem quadragenarius suscepit. Vrbanus uerò breuiore tẽpore ad eandẽ peruenit dignitatẽ. Exercitia pietatis omnia ad summũ excoluit, quæ partim ipse inuenit, partim ex alijs audita modis omnib. absoluere est conatus. Adeò aũt extenuatus & macie cõfectus fuit, ut nõ esset unde pili barbæ excrescerẽt. Et Aegyptius, cũ reuerẽtia quadã austerus: Alexandrinus aũt quum in alijs omnibus par Aegyptio esset, in hoc tantum ab illo uariauit, q; in colloquijs hilaris & iucũdus, urbanis salibus utens, iuuenes ad studium & exercitationẽ pietatis adduceret. Horum discipulus fuit Euagrius, apud quos Philosophiæ sanctioris præcepta factis exprimere didicit, quũ antea uerbis solis sapiẽtiæ studiũ professus fuisset. Eodẽ uerò tẽpore, & eisdẽ in locis, cum illis philosophati sunt, decantatus ille * Pâbo: atq; qui angelicã prorsus, si quis alius, &

alteram, mulierculæ ipsius exitium: alteram, quòd ipse non tantum studij in hoc impenderet ut Deo placeret, quantum illa ut hominibus fœdis placeret. Idem ibid.

Catholici in Oriẽte.

Præclari eius tẽporis & orthodoxi uiri.

memorãdi.

Christianismus sanè floret.

Idololatria interit.

De sanctis eius ætatis Monachis.

Duo Macarij: Aegyptius, & Politicus, seu ciuilis.

Mortuus ad fidẽ resurrectionis confirmandã excitatus.

Euagrius Macariorum discipulus.

Catalogus sanctorum Monachorum.

A us, & ipse exercuit uitam, Pacsius: item Heraclides Cronius, Paphnutius, Putubastes, Arsesius, & magnus Serapion. Præterea Pityrion ille, qui tamen alibi, apud Athenas uidelicet, ascererium, seu exercendæ pietatis domicilium habuit. Insuper ingens quoq; ille Pachomius, qui dux & author uitæ Tabennesiotarum fuisse dicitur. Noua aũt quædã illis est uitæ ratio, in quibusdam rebus à reliquis Monachis cuarians. Animũ enim assuefacit ad uirtutem aspirare, & terrena proculcare, & rursum respicere semper: ut facilè deinceps sit puluerem hunc deponentibus, in cœlestem peruenire regionẽ. Siquidem indumentum illis erat melota, seu pellis ouilla: symbolum atq; monumentum, ut opinor, generosæ & fortis illius Heliæ Thesbitæ rei Venereæ & concupiscentiq macerationis atq; mortificationis, ut æmulatione & ardore eiusdem cum illo spei, ad continentiã & castitatem strenuè grassarentur. Cæterùm reliquorum quoque Aegyptiorum monachorum amictus, ut opinio fert, ad exemplum aliquod & specimen arcanioris philosophiæ spectat. Non enim illi temerè à communi habitu uestitum suum mutauere. Amiculum namq; manicis carens, indicium atque institutionem esse arbitror, ne manus ad iniuriam inferendam faciles sint & promptæ. Capitis uerò tegmen acuminatum, ut simplices sint, & iniurias non uindicent, pure'que & innocenter uiuant: lactentium puerorum instar, quorum capita eiusmodi lineis mitris operiri solent, quę partem rationis principatum imperiumq; obtinentem tegunt atq; fouent. Zona porrò, & quæ humeros & brachia comprimit cinctura, promptam alacritatem in ministerio Dei subobscurè indicat: ut quæ adimplere iussi sunt, succincti perficiant. Fortasse autem alij alias reddiderint rationes monasticæ philosophiæ appositas: mihi hęc dixisse sat est. De Pachomio uerò dicitur, quũ primùm in antro quodam constanter philosophiæ huic incũberet,
B ei angelũ cœlitùs assistentẽ mãdasse, ut nouũ Monachorũ cœtũ cogeret. Oportere nãq; cum qui ritè ueriorẽ irreprehensibili uita repræsentaret philosopliam, ducẽ multorum, quibus prodesse posset, fieri, eosq; certis instituere legibus. His ille dictis, tabulã ei dedit, & seipsum ut stola indutus fuerat, exhibuit. Quæ sanè tabula ad hodiernum usq; diem seruatur. In eo scripto leges præscribentis more expositũ erat, permitti debere unicuique, ut quantum posset & uellet, ederet, biberet, operaretur: atque itidem ut pro arbitrio suo ieiunaret, aut non ieiunaret. Et ut ualidius cibum capientibus, duriores labores: qui uerò parcius alimentis uterentur, & ad pietatis exercitium incitatiores essent, leues atque faciles operæ mandarentur. Domicilia autem religiosa circumcirca eis extrui iussit, in quarum unaquaq; tres manerent. Cibum porrò in unis amplioribus ædibus ut caperent constituit, idq; cum alto silentio considentes: facie ita operta, ut neque alius alium, neque præterea aliud quidquam, quàm mensam & cibum propositum, cernere posset. Cum ijs ne alius quisquam habitu alio in eadem mensa cibum sumeret, præterquam si hospes eò diuertens acciperetur. Signis autem quibusdam, manuum impulsione, uel nutibus rem necessariam ab eis quibus forte, ut mensæ præessent, obuenisset, insinuando peterent. Quod si quis cum illis uiuere uellet, ut tribus prius annis mutato paulùm habitu, duriores perferret labores: atque ita tandem arcanis eorum sacris institutus, eodem cum illis loco esset. Vestimentum autem ut esset sagum pelliceum, & capitis tegmen mitra lanea: quæ mitra quibusdam purpureis distincta filis, puncta sua haberet, crucis formam referentia. Tunicæ autem & zonæ itidem ut lineæ essent: in quibus simul & in sagis considentes, super extructis toris mediocrem caperent somnũ. Domicilijũ porrò ut ita sepimento circumuallaret, ut id lectũ cuiusq; cõcluderet. Primaria autem & Dominica die ut ad communionem & perceptionem diuinorũ mysteriorum accedentes, solutas zonas & sagula pellicea deponerent.

Institutum uitæ Monachorum Tabennesiorum, quorũ dux Pachomius fuit.

Non temerè Monachi peculiarem sibi sumpsere habitum.

Quid sibi uelit mysticè Monachorũ habitus.

Monachorum Tabennesiorũ leges.

Ascetæ eiusdem fuisse dicti sunt, Monachi, nisi opus faciat, amaro homini esse persimile.

Anni duodecim, hoc est probationis.

Perceptio sacrosanctæ Eucharistiæ.

Atq;

Atq; ut duodecies interdiu ſemper orarent: itidem uerò ad ueſperam, noctu ſimiliter, & item hora nona, tertiò. Et quum cibus eſſet capiendus, ut orationem quamq; pſalmus præcederet. Præterea ut ad numerum græcarum literarum cœtum monachorum cohabitantiũ in uiginti quatuor ordines diuideret, & cuique ordini congruentem, ſicuti animus uita & mores cuiuſq; ferrent, imponeret appellationem: ſcilicet ut ſimpliciores, ι & ο: qui uerò praui eſſent, & minus recti, ϛ & ϛ uocarentur: atq; aliter alij, iuxta cuiuſq; inſtitutum, & literæ ipſius habitũ, aptum accommodando cognomen. Eiuſmodi ſanè legibus Pachomius monachos ſuos rexit. Qui quidem humanus maximè & DEI amans fuit, eò amplitudinis progreſſus, ut res quoq; futuras non ignoraret: quippe quas præcipuè ex cõtinuo angelorum colloquio cognoſcebat. In Thebaide autem philoſophiæ ſuæ officinam habuit, in quadam inſula quæ Tabenna nominata eſt: à qua hucuſq; Tabenneſiotæ dicuntur. Qui cum tempore magna cepere incrementa, adeò ut ſepties mille, & quidem admodum celebres, qui uitam eis quas diximus legibus ad exactam prorſus rationem egerunt, extiterint. Intra Tabennam namq;, cum quibus etiam Pachomius erat, circiter mille & trecenti fuiſſe dicuntur. alij autẽm per Thebaidem, & reliquam Aegyptum coluere. Eorum omnium unum erat inſtitutum, unus uiuendi modus, communia omnia inter ſe habentium. Inſulam ipſam quaſi metropolim quandam eſſe putabant: & qui ibi rebus præerant, patres. Ex quibus quoq;, qui inſtituti eius æmulatores erant, cœtui cuiq; & domicilio præfectos ſuos accerſentes accipiebãt. Hæc de Pachomio. Eadem uerò ætate & Apollonius ingenti erga diuinam philoſophiam amore flagrans pollebat: qui quindecimo ætatis anno ſolitariæ philoſophiæ initiatus ſacris, quadragenarius diuinæ obſequens uiſioni, in publicum rurſus prodijt, atq; in Thebaide tuguriolum ſibi condidit. Et quum in primis DEI eſſet amantiſsimus, admiranda B edidit opera: nihilq; rerum omiſit omnium, qui in eis præcipuè excelleret, quæ cũq; ad id genus philoſophiæ pertinent. Moribus fuit optimis, & in pietate prolixè docenda magna gratia. In precationib. adeò habuit benignum & propitium Deum, ut ab eo orans nihil non exoraret. Et pro ſapientia ſua ea prorſus petebat, quę facile Deus tribuere ſolet. Floruit tum quoque Anub ille, quem poſt confeſsionem pro CHRISTO in perſequutione obitam, ferũt nunquam poſtea mentitũ eſſe, neq; quidquam terrenæ rei concupiuiſſe: quæ uerò à Deo oraſſet, omnia obtinuiſſe: angeloq; adeò inſtitutore uſum, pietatis uirtute exercenda ad ſummum uſq; peruenisſe.

Tabenna inſula.

Septies mille eiuſdem inſtituti monachi.

Apollonius monachus.

Anub.

CAPUT XV.

EDenim de Aegyptijs monachis hæc ſatis eſt dixiſſe. Inde uerò etiã Palęſtina peragata, eandẽ philoſophãdi rationẽ complecti cœpit. In qua primus floruit Hilarion: cui patria fuit uicus nomine Thebaſa, quę nõ minus quàm quindecim ſtadijs à Gaza abeſt, auſtrum uerſus ad torrentẽ ſita, qui mare influens uernaculo à uico ipſo accepit nomẽ. Quũ aũt Alexãdrinas frequentaret ſcholas, Antonij fama quæ tum increbuerat audita, uidendi eius gratia ſolitudinẽ petijt: & aliquantulũ cum eo moratus, idẽ uitæ inſtitutum ſequi cõſtituit. Quòd uerò ad Antoniũ quotidie multi uentitarẽt, uoti compos fieri non potuit. Itaq; in patriã reuerſus, quũ parentes eius è uita hac migraſſent, ſubſtantia ſua omni fratrib. & egenis diſtributa, nihil ſibi ex ea reliquum fecit. Et mox deinde in loco quodã maritimo, uiginti ſtadijs à uico diſtãte, tuguriũ è latere ſibi exſtruxit, cõgerie fractarũ teſtarũ tectũ. Cuius tãta fuit latitudo, lõgitudo & altitudo, ut ſtantẽ eũ caput inclinare, recũbere autẽ uolentẽ pedes ad ſeipſum cõtrahere neceſſariò oporteret. Hic rebus omnib. per aſſuetudinẽ, promptã ſibi & paratã faciebat ęrumnã. Atq; in moderatione & tẽperantia egregiè elaborãs, nullum

Hilarion Palæſtinus monachus.

A nullum prorſus ex factis ſuis cõcœpit faſtum, quum quidem ea in re ſuperiorem haberet neminem. Corporis autem uoluptates & animæ blanditias edomans, cum inedia, ſiti, frigore, & æſtu ſtrenuè conflictabatur. Moribus integris prædítus fuit, ſermone humanus & placidus: & quæcunq; ſacrorum oraculorũ didiciſſet, accuratè memoria tenebat. Tantopere porrò pietatis uirtute charus DEO factus eſt, ut hodie quoq; pro data ſibi gratia, multi à morbis incurabilibus liberentur: & dæmones ab eis profugiant, qui ad monumentum eius accedunt, non tantum apud quos prius ſepultus fuerat Cyprios, uerumetiã apud Palæſtínos, ad quos poſtea peruenit. Quum namq; in Cypro degẽs uitam finijſſet, traditus ſepulturæ, magno ibi cultus eſt honore. Poſtea Heſychas, ex diſcipulis eius celeberrimus, corpus eius arte quadam ſublatum, ad domicilium eius in Palæſtínam detulit. Ab eo tempore, more eius regionis ſic obtinente, publicitùs memoria eius celebratur. Ita namq; Palæſtini præclaros apud ſe uiros cohoneſtare ſolent. Sicuti etiam in Abrillo Anthedonio faciunt, & in Alexione Bethagathonio, & in Alaphio Aſalienſi: qui eadem ipſa ætate piè uitã exegere, & uirtutum abundantia maximopere ucræ pietatis religionem adauxere, in urbibus maximè quæ Græcæ eſſent ſuperſtitionis, ſub Cõſtantij imperio decertantes. Tum etiam apud Edeſſam accuratiore & angelico uiuẽdi more, magnus ille Iulianus eſt philoſophatus: cuius tanta fuit cõtinentia, ut oſſa carnibus carentia cuti conſtricta habere uideretur. Vitam eius Ephraim etiam Syrus conſcribendam ſibi eſſe duxit. Porrò DEVS ipſe hominum opinionem de eo cœlitùs authoritate ſua confirmauit, nam & uariarum ægritudinum ſanationes homini præbuit, & pellendorũ dæmonum poteſtatẽ exhibuit: in quibus omnib. unum erat promptum & expeditum remedium, precatio. Multi uerò & alij per eam Edeſſeni no B mi regionem, & apud Amidam, & ad montem Gaugalium, qui dicitur, Chriſtianam philoſophiam ſunt complexi: quorum præfecti erant Daniel & Symeon. De monachis Syris, hæc in præſentia ſint dicta. DEO autẽ uolente, fuſius etiam poſtea & de eis, & de eorum ſucceſſoribus dicemus.

Miracula ingentia ad diui Hilarionis monumentum.

Memoria diei eiuſdem.

Item Abrilli, Alexionis, Alaphij.

Iulianus monachus ad Edeſſam.

Daniel. Symeon.

CAPUT XVI.

APud Armenios uerò & Paphlagones, atq; in Ponti montibus, Monaſticam philoſophiã colere primùm cœpiſſe Euſtathius fertur, qui Sebaſtiæ Armeniorum ſacris Eccleſiæ rebus præfuit. Tanto autem ſtudio conſectatus eſſe dicitur inſtitutum, uitam, ueſtitum (quo ſcilicet utendum eſſet, & quo non) morumq; exactum modum, ut etiam qui Baſilio magno adſcribitur liber, & Aſceticus dicitur, opus iſtius eſſe, à multis feratur. Vulgatum porrò de eo eſt, nimis eum exacta cura & diligentia in abſurdas quoque impegiſſe obſeruationes, Eccleſiaſtico canoni minimè accommodatas. Sunt tamen qui eum reprehenſioni eximũt, & quoſdam ex ſectatoribus eius eo nomine incuſant. Nam illi precationibus, in domibus uirorum qui in matrimonio uiuerent, etiamſi presbyteri eſſent, operari recuſarunt, eoſq; nec alloquio dignati ſunt. Diebus quoq; Dominicis ieiunia ſeruarunt, & conuentus eccleſiaſticos plurimùm domi egerunt. Locupletes extorres prorſus regno cœlorum eſſe duxerunt. Qui uel ſemel carnes ediſſent, eos repudiarunt. Veſtitum monachorum aliorum conſuetum reijcientes, nouo atque inſolito amictu ſunt uſi. Sed & alia multa nouarunt. Ab ijs multæ non obſcuro loco natæ fœminæ ſeductę, ſub continentiæ prætextu, maritos ſuos quibus adoleſcentulæ nupſerãt, reliquere. Poſtea aũt quum continere ſe non poſſent, in libidinis lubricũ ſunt cõiectæ. Fuere ex eis quæ capillo cęſo, quod mulieribus fas non eſt, uirilem habitũ ſumpſere. Horum gratia ab epiſcopis finitimis, Gangrenſis apud Paphlagones Synodus

Euſtathius Sebaſtienſis Armeniæ epiſcopus, antea monachus.

Abſurdæ ſectatorũ eius obſeruationes.

Fœminæ capite raſo.

Gangrenſis Synodus horum inſtitutũ damnauit.

M coacta

coacta est: in qua decretũ, ut ab ecclesia catholica illi excluderentẽ, nisi ea quæ di- A
ximus omnia anathemate confodere animũ induxissent. Quo tempore & Eusta
thius, ut ostenderet, non importuni aut præfracti moris causa, sed pietatis erga
DEVM exercendæ gratia, se eiusmodi leges tulisse, uestem insolitã mutauit, & ha
bitu eodem quo reliqui sacerdotes deinceps usus, itidem ut illi in publicũ est pro
gressus. Et quum uita talis esset, sermonẽ quoq; congruentem ei habuit, non ille
quidem eloquentia pollens, quã exactiore cura & diligentia nõ didicerat, mori
bus aũt admirandis utẽs, facile multos persuasione sua quò uolebat duxit: adeò
ut uiros quosdã & mulieres in fornicatione degentes, castiorẽ exactioremq; ui-
Par fornicato rum cœlibatũ & monachatũ præferens. uendi rationẽ sequi persuaserit. Ferũt sanè, uirũ quendam & mulierem per præ-
textum Ecclesiastico more cœlibatũ colere assimulasse, eosdemq; in clandestinæ
consuetudinis infamiã decidisse. Eustathium porrò magnopere persuadere eis
annisum esse, ut cõgressu eiusmodi supersederẽt. Quum aũt nihil efficeret, altius
suspirio ducto, dixisse, pleraſq; mulieres quæ cum uiris suis secundum matrimo
nij leges, ut fas est, uixissent, ab eorũ uirorũ conuictu oratione sua adductas de-
sciuisse, castitatemq; cõplexas esse. apud hos autem qui inter se contra leges con
suessent, inefficacẽ orationis suæ suadelam esse. Atq; hic quidem in eis orbis par-
tibus summi instituti absolutæq; philosophiæ dux & author fuit. In Europa au-
tem per Thraciam & Illyricũ, etiamsi homines monasticam consuetudinẽ ad id
usq; tempus ignorarent, nõ omnino tamen uiris Christianę philosophiæ peritis
Diuus Martinus Pannonius. regiones istæ caruere. Floruit apud hos Martinus ille, qui Sabariam Pannoniæ
patriam habens, quùm generis tum militiæ splendore adeò clarus fuit, ut hono-
res etiam sit meritus, & ordines duxerit. Sed ille Cæsarianã diuinæ militiæ post-
habuit. In Illyrico primùm est philosophatus: atq; inde uarijs persequutionibus
& insidijs expetitus, secedere coactus. Multos namq; ex episcopis, qui Arij con- B
tagionem conceperant, manifestò deprehensos coarguit. Ac deinde Mediolani
secum ipse uixit. Vnde Auxentij, eius urbis episcopi non rectè de Nicęnis decre
tis sentientis, insidias ueritus, discessit: & se in insulam quandam, quæ uernacu-
lo nomine Gallinaria dicebaẽ, abdidit. In hac alimento radicũ herbarum uixit.
Insula aũt ipsa exigua admodum est, & ædificijs carens, Tyrrhenũ respiciens ma
Mortuorum resuscitatio, et alia eius mira cula. re. Atq; inde abductus, administrationẽ ecclesiæ Turonensis suscepit. In tantum
uerò diuinis resplenduit donis, ut & mortuos in uitam restituerit, prodigiaq; &
Hilarius Pictauiensis. miracula plurima, quæ non multũ ab Apostolicis abessent signis, ediderit. Eo-
dem & tempore & loco simul quoq; Hilarius ille uiguit, uir diuinus, qui quum
Martinus profugeret, eandem sustinuit fortunã: quippe qui eodem cum illo ar-
dore in fidem ferretur. Hic Pictauiensem gubernauit ecclesiã, atq; de fide, & ad-
uersus quosdam qui alienas à sana doctrina afferrẽt opiniones, libros ad persua-
Eusebius Vercellensis episcopus. dendum ualde appositos cõdidit. Apud Italos sanè & in locis ulterioribus eni-
Lucifer Sardous. tuere Eusebius & Lucifer, patriæ eloquentiæ ui alios omnes antecellentes. Euse
Flauianus. bius etiam ecclesiæ Vercellensi præfuit: Lucifer uerò, sicuti mox dicemus, nomi-
Paulinus. nis sui hæresi præijt. Præterea Flauianus & Paulinus clari tum fuere, qui po-
Eustathius Antiochenus. stea Antiochenæ ecclesiæ res administrauere: quibus etiam Leontius, cp senten-
tijs ab eo discordarent, episcopatũ abrogauit. Ii sunt, qui Eustathio in exiliũ de-
portato comites fuere: qui sanè nihil prorsus temporibus illis, de sacris Antioche
Ephraim Syrus. næ ecclesiæ curis, ac potius de tota sinceriore pietate uitiari sustinuit. Eadem
hac ætate & Ephraim Syrus præclarus fuit, qui quidẽ longo interuallo omnes
præcessit. Hic Nisibin patriã habuit, & in monachorũ philosophia exercitatus,
breui tantum in lingua Syrorum, quum quidem eam prius ab alijs non didicis-
set, neq; specimen aliquod aut spẽ, talem eum fore, præbuisset, profecit, ut quùm
pietatis

A pietatis exercitio ad summũ cõtemplationis peruenerit, tum splendore facilitate
& suauitate uerborũ, nec non densitate & grauitate sententiarũ, etiã præclarissi-
mos quosq; Grecorũ qui eloquentia antiquitùs excelluissent, superauerit. Eteñ
si quis illorũ Græca scripta in Syrorũ fortè aut aliorũ peregrinã linguã transfer-
ret, & florentẽ illã Græcorũ ornamentorũ gratiã, decentemq; nitorẽ & fucũ uer
borũ detraheret, illico quoq; adscitijs coloríb. deficientibus, sententiarũ obscu-
ritas sese prodebat. At Ephraim lõgè alia erat oratio. Nã quũ eo adhuc superstí-
te, atq; etiã defuncto, postea libri eius in Græcã linguã cõuerterentẽ, nõ longè ad
modũ à propria & natiua decedebãt uirtute. Mirũ quidem auditu est, eundẽ &
Græcè & Syriacè legi. Quam ob causam magnus ille & oratione & uirtute Basi- *Ephraimẽ Basilius magnus admiratus est.*
lius, q Cappadocũ metropolim episcopatu suo exornauit, summopere uirũ est
admiratus, eundẽq; eruditionis nomine beatũ censuit. Vt tanti uiri tam certò te
stimonio manifestũ sit, cõmuniter quoq; à Græcis, qui tũ clarum in eloquentia
obtinuere nomẽ, præstantissimũ omnium Ephraim iudicatũ esse. Vox sanè Ba-
silij talis, nõ temerè prolata esse existimãda est. Dicitur aũt diuinus Ephraim tre- *Ephraimωδὸς χιλιάρχης.*
centas uersuum myriades cõscripsisse. Multi quoq; ei fuere discipuli, qui institu- *Discipuli eiusdem.*
tionẽ & philosophiã eius sunt æmulati: in quib. celebriores sunt, Abbas, Zeno-
bius, Abrahã, Maran, & Simeõ, apud Syros ingenti gloria uiri; & quib. cũ præ- *Paulonas. Anarad. Bardesanes. Harmonius.*
terea hunc uitę modũ illi cõmunicauere. In locis uerò eisdem, facundia maximè
præstantes, Paulonas & Anarad extitere: qui deinde lapsi, sana excidere fidei do
ctrina. Alij insuper apud Osroenos fuere, eodẽ præclari modo, Bardesanes, & fi-
lius eius Harmonius. Et pater quidẽ nominis sui hæresim instituit: filius autem
Græcis disciplinis satis eruditus, patrijs uocibus legitimis modis musicisq; nu- *Syrorum Musica.*
meris inclusis, † ordine circulari eas cani instituit, quos ex eo tẽpore hucusq; Sy- *κατὰ κύκλον ᾠδεῖσθαι λόγος ἐστὶ παράδοξος.*
B ri psallentes usurpãt: nõ illi quidẽ carminibus ipsis sicuti ab illo sunt prodita, sed *Bardesanes hæresiarcha.*
sonis tantũ corũ utẽtes. Nam ille ad paternã delapsus hæresim, eadẽq; cum Græ
cis de animę generatione & corporis interitu, nec nõ de futura regeneratione o-
pinatus, lyricis modulis doctrinas eiusmodi asperſit. Quibus multi ex Syris pro
pter uerborũ uenustatẽ & sonorũ numeros demulsi, paulatim opinionibus tali
bus recipiendis sunt assuefacti. Cæterùm diuus Ephraim ea re cognita, quamuis
Græcarũ artium expers, Harmonij numeros moderatus est: atq; eiusdem modu
lis, carminibus Ecclesiasticæ sentẽtiæ cõsonis, adiectis, Syris ad hoc usq; tempus
ea canenda dedit. Nam diuinos hymnos plurimos, quibus DEVM in primis cele
brat, & laudes præterea uirorum qui uitæ instituto DEO placuere canit, ad Har-
monij carminũ leges cõposuit: à quibus, ut equidẽ puto, per æmulationis ardo-
rem, posteriores ecclesiæ cantores modulorũ formulas mutuati, magis etiã atq;
magis augere atq; propagare eas sunt aggressi. Qualis igitur is sermone fuerit,
uel ex hoc ipso conijcere licet. Vita uerò ei ualde exacta, & bonis operibus spe-
ctata fuit. Quietẽ etiam multo studio est sectatus. Et propter morum castitatem
tantopere calumnias deuitauit, ut ferè à cõspectu mulieris prorsus abhorruerit.
Fertur sanè, quum mulier quædã nulla prorsus uitæ disciplina, & pudore nullo, *Acutè meretricula cuiusdam ad Ephraimiũ dictum, quod ipse uersib. Syris inclusit.*
in angusto admodũ loco ei obuia facta, siue cõsultò ueluti uirũ tentatura, seu ab
alijs ut hoc faceret mercede cõducta, oculos sine intermissione in eum cõijceret,
increpans in terrã eam prospicere iussisse, illamq; respõdisse: Sed quomodo tan-
dem terrã ego intueaq; quum æquius sit te eam respicere, qui ex ea cõditus sis, cp
me ortum ex te habentẽ, proindeq; rectè te respectantem. Quod mulieris uerbũ
ille admiratus, deinde scripto mãdauit. Atq; id Syri in primis memoratu dignũ
ex illius rebus esse censent. Et primùm quidẽ is sæpe ira uictus est: postea quam *Ephraim irã in potestate sua habere didicit.*
aũt monasticæ philosophiæ incumbere cœpit, nunquam cõmotus esse uisus est.

Atq; aliquando, quum dies multos pro consuetudine sua ieiunio transegisset, & A minister tempore cibum ei afferret, accidit ut is ollam frangeret. Ephraim uerò pudore iuxtà & timore correptũ illum tridens: Bono, inquit, esto animo. Quandoquidem enim obsonium ad nos uenire renuit, nos age ad id accedamus. & ad olłæ fragmenta cõsedens comedit. Enimuerò ut uana etiam gloria superiòr fuerat, inde liquidò patebit. Designabatur urbi cuidam episcopus, & iam qui eum ad electionẽ abducturi erãt, aduenìebant. Ac ipse statim eo cognito, in forũ progressus, ueluti mente captus indecorè gradiebatur, nõ satis honestè uestẽ post se trahens, & quæ uenalia erant surripiens, propalamq; comedens. Sic ille mentis impos existimatus, electionẽ effugit. Et tantisper dum alius episcopatũ reciperet, occultãs sese latuit. Plurima sanè & alia memoratu digna, & qui de eo conscriptus est liber, & prouinciales eius, Romani simul & Syri de eo referunt, quæ cuiuis cognoscere est procliue. Vnum illud sanè q̃ memorabile, historiæ huic inserere uisum est, q̃d ab eo ante obitum est gestum. Fames ingẽs Edessenorũ urbem premebat: atq; ipse, qui multos annos non fuerat domo progressus, tum philosophandi studio aliquantũ intermisso, prodijt: & in homines locupletes, qui sic turpiter rerum necessariarũ inopia ciues suos pereuntes despicerent, acriter est inuectus, arguens eos, q; animarũ cura neglecta, studium omne in corpore fouendo collocarent. Illi aũt integritatem & paupertatẽ uiri obseruanter ueriti, minimè id sic esse affirmarunt: facile enim & promptũ eis esse, indigentibus facultates distribuere: deesse saltẽ, qui in eo ministerio, pro eo atq; deceret, fidelem se præberet, omnesq; lucro inhiare, & talia fœdè in quæstum suũ uertere, dixere. Tum Ephraim: Ego uerò, inquit, qualis uobis esse uideor? & illi, Honestus atq; bonus, respondere: & talis prorsus, qui opinioni quæ de eo fertur, uita ipsa respõdeat. Itaq;, ille ait, paratus sum omnib. hac in re inseruire. Et multo ab eis B sumpto argento, trecentas parauit mensas: & † in publicis porticibus eos qui fame affecti erant, acceptos, diligenter & benignè fouit: aduenas quoque, & alios qui inopia affligerent, humaniter curauit. Idq; tantisper fecit, dum fames ibi est grassata. Ea uerò depulsa, ipse ad philosophiæ suæ officinã reuersus, ibi paucos post dies uita est defunctus. In Ecclesia clerici ministeriũ sumpsit. Vita aũt monastica percelebris, ex æquo cum ijs qui episcopatu, doctrina, & uitæ sanctitate clari sunt, laudat. Hæc pauca ex multis, quæ ab Ephraim rectè pieq; facta sunt, diximus. Res nãq; eius omnes si pro dignitate earũ exponere nos oporteret, aut etiam aliorũ qui tum in eodẽ philosophandi genere elaborarũt, ut scilicet eorum quisq; uixerit, & quali morum instituto usus sit, qualis ipse fuit, scriptore esset opus. A nobis certè quidẽ id præstari omnino non potest, quũ propter orationis & styli tenuitatẽ, tum quòd res eorum rectissimè gestas ignoramus. Nam illorũ multi in solis degentes locis, ut plurimùm latuere. Quòd si nonnulli in urbibus domicilia sua habuere, quòd uiles esse apparerent, & nihil ab alijs differre uiderentur, consultò actiones suas celarunt. Nam humana laude repudiata, solo'que DEO actorum suorum teste aduocato, minimè ab hominibus gloriam sunt aucupati. Atq; equidem de uiris qui imperij eius tempore monasticam philosophiã sunt sectati, & secũdum ecclesiæ leges perfectè & exactè in plerisq; Romani Imperij locis tum uitam exegere, hæc mihi comperta sunt.

Eiusdem facetè dictum & factum.

Simulatione insaniæ, quo minus episcopus cõsecratus sit, Ephraim effugit.

Ephraim famis tempore pauperibus ecclesiastis, quam à locupletibus acceperat, distribuenda inseruijt.

Sancti monachi τὸ λαθεβιοῦσαι consectati sunt.

CAPVT XVII.

Didymus Alexandrinus doctor, & Ecclesiasticus scriptor, cæcus naturæ miraculũ.

EMporibus autẽ eis clarus etiã fuit ecclesiasticus scriptor Didymus, scholæ sacrarum disciplinarum Alexãdriæ præfectus. Neq; uerò laudem in ea eruditione tantũ meritus fuerat, uerumetiã omne genus alterius sapientiæ summo excoluerat studio. Poeticã nãq; & Oratoriã perfectis-

A perfectissimè didicerat, de astronomia aũt & geometria, numerorumq; proportionib. & cõuenientijs nihil eũ latebat. In diuersas philosophorũ opiniones tãta incubuerat, ut eas exactè perdisceret, cura, ut præterea aliud nihil scire uideret. Quę sanè omnia acumine mẽtis & auditionis perceperat. In pueritia nãq; usum prorsus amisit, quũ elementa prima discẽda ei essent. Ephebus uerò artiũ liberaliũ eruditionẽ adamauit, atq; in scholis præceptores audiebat tantum. Eò uerò sapientiæ breui peruenit, amplitudine & celeritate ingenij, ut mathematicarũ artium obscura, & theorematũ speculationũq; arcana exactissimè addidicerit. Et quũ cæcus esset, literarũ noticiã manuũ cõtrectatione assequutus esse dicit: nam earũ formas in tabula altius exsculptas, sæpius tangẽdo cognouit. Alia porrò, ut syllabas, literarumq; cõnexiones, & quæ ordine consequuntẽ cætera, propter naturæ acumen, animo & auditu peruestigata percepit. Præcipuũq; ipse miraculũ fuit, quũ audiret & conspiceret. Multi quidẽ uel ut uirũ cum tantũ uiderent, uel ut suauẽ gratamq; eius orationẽ audirẽt, Alexandriã uenere. Pro Nicænis uerò decretis pugnans, Arianis restitit, eosq; orationis suæ suadela, quã ui nulla adhibere uidebat, pressit. Et ad eos qui secũ disputabãt, uerba faciens, rerũ cõtrouersarum iudiciũ detulit. Et quùm ad morẽ gerendũ & cedendũ facilis, tum orthodoxis eo nomine charus maximè fuit. Nec ab his tantũ, sed etiam à monachis Aegyptijs magno honore cultus est. Præcipuè uerò eũ clarissimus ille pietatis exercitio Antonius admiratus est. Quem dicũt, quum Alexandriã uenisset, ut Athanasio firmæ certæq; fidei perhiberet testimonlũ, hæc ad Didymum proloquutũ
» esse uerba: Non est Didyme, quod teipsum mœrore cõficias, propterea q; oculis
» careas, quos mures, lacertæ, & uilia animalcula habent. Voluptate potius & lætitia efferri te cõuenit, qui itidẽ ut angeli internis maximè uigeas oculis: quib. clarè immortalẽ & diuinã cognitionẽ percipis, ueritatemq; ipsam exactè perspicis.
B Hic hosce reliquit libros: In totũ Psalmorũ librũ uarios cõmentarios, in Oseam & Zachariam libros quinq;, in Esaiam libros duodeuiginti, in Euangeliũ secundum Matthæũ & secundum Ioannẽ non paruos cõmentarios scripsit. Insuper cõtra Arianos, & de Spiritu sancto, aliaq; scripta plurima cõposuit. Floruit eadem ætate Syrus quoq; Aetius, qui ab eis disputator admirãdus habitus est, qui diuersa à nobis docẽt. In altercationibus quippe, uerborumq; cõtentionibus, ratiocinationibus, & fallacijs ludificantibus, ualde cõmodus, ut qui ex professo in rebus eiusmodi studiũ omne consumpsisset. Et proinde quòd talis esset, quodq; facile quidquid sors tulisset, malè feriatus de DEO theologaretur, seu blateraret potius, ἄθεος & contemptor deũm appellatus est. Patria ei fuit Cœlesyria. Cuius pater quũ in militia aduersis rebus cõflictatus, tandem interijsset, bona eius quitũ rerum potiebatur Princeps publicauit. Qua re unà cum matre Aetius ad extremã redactus pauperiem, ad aurificum artẽ discendam se cõtulit, ut quocunq; posset modo uictũ sibi pararet. Ea arte ubi satis est usus, propter ingenij uim ad dicendi disciplinã est conuersus: Paulinumq; audiuit, qui ex ecclesia Tyria Antiochiam fuerat translatus. Porrò mortua matre, cuius gratia aurũ conformanti arti operã nauauerat, totus statim in dicendi studiũ incubuit. Breuiq; certamen subiens, multos disputando cõuicit. Postquã aũt Eulalius post Paulinum in Antiochenam sedem est collocatus, multitudo ingẽs motu aduersus Aetium concitato, urbe eum expulit. Quo tempore Anabarzũ Ciliciæ concesit, atq; ibi artẽ rursus suã ita parandi uictus gratia exercuit, ut nõ prorsus dicẽdi certamẽ omitteret. Accidit tum, ut Sophista quidã Aetij ingeniũ admiratus, artẽ suam cum eo cõmunicandã duceret. Atq; ille in Sophistæ domũ receptus, homini inseruiens, omne (ut fieri solet) famuli ministeriũ præstitit. Sophista grãmaticen & logicen

Præclarũ Antonij Abbatis ad Didymum dictum.

Didymi libri.

Aetius.

ἄθεος is dictus.

Idem, propter penuriam aurifex factus.

Idem in matrẽ pius.

Aetius Antiochia expulsus.

Anabarzi Sophistæ operã dat.

Sophista cũ domo exigit.

ei tradidit. Ipſe uerò quũ herũ ob minus rectã de diuinis oraculis opinionem ar- A
gueret, mercedẽ bene de ſe meritæ domus abdicationẽ tulit. Atq; inde eiectus,
cũ Athanaſio Anabarzi antiſtite uixit, apud quẽ Euangeliſtas exactè excutiens

Sacras literas Tarſi diſcit.

legit. Deinde Tarſum ad Antoniũ, Luciano martyri notũ, uenit. A quo Apoſto
lum diſcẽs, ſatis diu cũ eo, quũ adhuc in presbyterorũ ordine eſſet, mãſit. Vbi ue-
rò Antonius epiſcopi functionẽ ſuſcepit, neq; iam doctrinæ, qua Aetiũ erudie-

Antiochia rurſum exigitur.

bat, uacare poſſet, ille Antiochiã eſt reuerſus. Et ibi quũ à Leõtio adhuc presby-
tero (Luciani martyris & hic habitus ſectator) prophetas, atque in primis Eze-
chielẽ doceret, propter linguæ intemperantiã, & ſentẽtiæ impietatẽ, inde rurſus
eſt expulſus. Itaq; Sophiſticã exercẽs, & certamine cũ eis qui clari eo ſtudio erãt

Idem medicus factus. Gratuitò egenos curauit.

congrediens, loca multa circumijt. Poſtea uerò & medicã artẽ accuratè didicit.
Sopolis in tali diſciplina doctor eius fuit, uir in eo ſtudio nemini ſecundus. Ipſe
etiã Aetius optimus in eo habitus, gratuitò pauperes curauit. Quod ſi aliquãdo
egeret, noctu ad quempiã artis ſuę peritũ, ne interdiu à ſtudijs potioribus abdu-
ceretur, adibat: & aurum, q̃d accuratiore arte elaborandũ eſſet, petebat: atq; ope
re celeriter perfecto, & à conductore operæ ſuæ mercede accepta, uitã tolerauit.
Leontio uerò ad epiſcopatũ Antiochenũ euecto, Aetius ab eo diaconus deſigna

Aetius Antiochenus doctor.

tus, & ad munus in eccleſia docendi delectus eſt. At ipſe diaconatũ ſuſcipere ue-
ritus, docendi functionẽ nõ reiecit. Atq; ibi ſatis diu uerſatus, Alexandriã uenit,
Athanaſiũ oppugnaturus. Vehementer nãq; de conſubſtantiali propugnando

Idem epiſcopatũ contempſit.

Athanaſius egit. Et quũ à quibuſdã ad epiſcopatũ Aetius recipiendũ delectus
eſſet, dignitatem eam contempſit. Sanè antequã Aetius ad Arianos defeciſſet, ta-

Actio ſuaſore prorſus ſe Ariani à catholicis ſeiunxere.

metſi illi ab ὁμοούσιον conſubſtãtiale profitentibus diſſidebãt, nihilominus tamẽ
preces, hymnos, cõſilia & res prope omnes cũ eis cõmunicabãt, myſtico dũtaxat
ſacrificio excepto. Ex quo aũt ille primus ſeceſsionẽ facere cœpit, omnib. cõſen B
tientis cõuentus, amicitiæ, & cõſuetudinis uinculis ruptis, in aduerſas eis qui in

Eunomius Aetij ſectator.

alia eſſent opinione, maximè partes per factionẽ trãſiere. Tum uerò & Euno-
mius Aetij ſapientiæ fama adductus, ex Cappadocia Antiochiã profectus eſt, &
Secundo ſe ibi cõiunxit: qui illũ Aetio Alexandriæ adhuc degenti, cõmendauit.
Atq; hic alter alteri obſtrictus, ille quidẽ docens, hic aũt diſcens, in ſacris uterque

Aetius Galli ſimiliaris.

defudabat doctrinis. Aetius Gallo quoq; Cæſari notus fuit: cui quùm religio
magnopere curæ, tum uiri q ſacris literis & eccleſijs nauarent, chari fuere. Qua-
propter talium diſſertationũ cauſa, in hoc quoq; genere diſputationũ, ut illi gra-

Galli in eundẽ odium.

tior eſſet, ſe exercuit. Dictus enim eſt Ariſtotelica quoq; opera perlegiſſe, & ad
eos qui talia Alexandriæ docerẽt frequentaſſe. Cæterùm q̃d in Galli odium, pro
pter peruerſam ſuã opinionẽ inciderat, iuſſu illius alterum ei crus perfractũ fuiſ-
ſet, niſi Leontius Antiochenus diſſuaſione ſua condẽnationis calculũ amouiſſet.

Gallus Iulianũ fratrem ab idololatria auertere per Aetium ſtuduit.

Verùm enimuerò Gallus in cõſpectum ſuũ eum primũ admiſſum, charũ maxi-
mè habuit: & ad Iulianũ crebrò miſit, quũ illum ad Græciſmũ & idolorũ cultum
deficere intellexiſſet, ut ſcilicet hominẽ ex impietatis barathro extraheret. Quin
& diuinarũ literarũ doctorẽ illum Gallus inſtituit. Hæc de Aetio. Quomodo
aũt ad epiſcopatũ euectus, nõ exigua pars eorum fuerit, qui τὸ ἀνόμοιον καὶ ἑτερούσιον, hoc eſt, inæquale & alteroſubſtantiale docuerũt, atq; etiã exauthoratus ſo-
lum exilij cauſa uerterit: Eunomius autẽ multo eo deterior, factione eius ſyco-
phantia circumuenta, in locũ eius ſuffectus ſit, & de ipſo etiam Eunomio, poſtea

Duo Apollinares.

dicemus. Eodem tempore Laodiceæ in Syria uiri etiã duo floruere cognomi-
nes, pater uidelicet & filius: utriq; enim Apollinaris nomẽ erat. Et pater presby-
teri, filius lectoris ordinẽ obtinebat. Ambo Græcarũ diſciplinarũ, Grammaticæ
pater, Rhetoricæ filius, magiſtri erãt. Senex Alexandriæ ortus, Beryti docuit: &

ducta

A ducta Laodiceæ cõiuge, Apollinarim filium progenuit. Et cum Epiphanio So- *Epiphanius ſophiſta Laodicenſis, Apollinariũ amicus.*
phiſticã profitente, illi ſimul florentes, eum ut ueri amici ſunt cõplexi. At Theo-
dotus Laodicenſis tum epiſcopus, q̃p metueret ne continua illius cõſuetudine ad
Græcã impietatem declinarẽt, familiaritate illius eis interdixit. Sed illis Epipha-
nij amicitia, epiſcopi edictis potior fuit. Proinde & Theodoti ſucceſſor Georgi- *Apollinares propter cõſuetudinẽ quæ illis cũ Epiphanio fuit, excommunicati.*
us, quum multa tentaſſet, ut illorũ dirimeret coniunctionẽ, poſtquã operã ſuam
fruſtra eſſe uidit, Eccleſiaſtica eos prohibuit cõmunione. Quo facto pro inſigni- *Hæreſis Apollinariſtarum.*
cõtumelia accepto, filius Sophiſticis fretus capturis & argutijs, nouã quandam
hæreſim inſtituit, nomẽ authoris ipſius referentẽ. Eſt & alia opinio, non ob eam
quam ſcilicet diximus cauſam, illum à Georgio deſciuiſſe: ſed quòd is aliena pror
ſus & abſurda opinione nunc Arij defendẽs ſententiam, nunc æqualẽ patri filiũ
profitens, conuentui Seleuciæ acto aſſenſiſſet: ea illum arrepta occaſione, diſceſ-
ſionem ab eo feciſſe: & quum id nemo curaret, opinionem nouam inducere cona
tum fuiſſe. Docuere autem Apollinares, Dominum carnis œconomiam & fun-
ctionem factis ipſis obeuntẽ, animã nõ recepiſſe. Ac rurſum ueluti abſurditate ea
per pœnitentiam correcta, animã quidem recepiſſe addidere, eam autem huma-
nam non habere mentem. Satis namq; ei pro anima diuinitatem fuiſſe, quæ homi
nẽ aſſumpſerit. Atq; ea re una ab Orthodoxis diſſidentes, in alijs cadẽ quę Nicæ *Socrat. lib. 3. cap. ult.*
norũ decretorũ ſtudioſi, ſentiebant. Verùm de his poſtea quoq; loco ſuo dicet.

CAPUT XVIII.

Theophilus Indus.

VIt tum etiã ptopter uirtutẽ & doctrinã magnopere laudatus Theo
philus ille, qui cognominatus eſt Indus: nõ ille quidem hæreſis alicu-
ius author, ſed Arianiſmo plurimũ addictus. Qui ſub Conſtantino
ab Adiabenis admodũ adhuc iuuenis, † obſes, in Romanorũ ditionẽ

† κατὰ ὁμηρείαν.

B fuerat miſſus. Adiabene uerò regio eſt Indica, ampla & celebris. Ac Theophilus *Adiabene.*
conſuetudine diuturna adeò mores ad Romanorum inſtituta confirmauit, ut &
monaſticã delegerit uitã, & diaconi ſuſceperit dignitatẽ, Euſebio Nicomedien- *Apud Plin. Adiabene Aſſyriorum eſt initium, lib. 6. capite 13.*
ſi manus ei imponente. Quum autem legatio à Conſtantio propagandæ uerę pie
tatis & cõfirmandæ fidei gratia, ad Orientales nationes mittẽda eſſet, ambitioſa
munificentia eam inſtituit: & princeps eius, quem modò dixi, Theophilus deſi- *Theophilus ad Orientales populos legatus à Cõſtantio miſſus, Chriſtianiſmi propagãdi gratia.*
gnatus eſt. Cõſtantius ſanè perc̃p magnificè, ut c̃p maximè poſſet gratioſum eum
redderet, ad ducẽtos generoſos è Cappadocia equos nauib. impoſitos, aliaq; in-
ſuper dona ad illos perferenda Theophilo dedit, ut ſcilicet illi ſimul & liberalita-
tis eius amplitudinẽ & animi magnitudinẽ admirarenẽ. Et Theophilus legatio-
nem obijt, eamq; ad finẽ debitũ perduxit. Nam qui in regionib. eis regnum obti-
nebat, à Græca ſuperſtitione ad ueræ pietatis religionẽ deflexit. Et eccleſias tres
in diuerſis locis erexit, non tantum quæ ab Imperatore miſſa acceperat donis, ſed
maximè etiam quos ipſe addiderat ſumptibus, per animi alacritatẽ cum illo con-
certans. Eccleſiarũ iſtarum una in metropoli & principe urbe totius gentis, Ta-
pharum eam nominãt: ſecunda in loco ubi Romanum imperium erat, extrorſum

Taphararum Adane regio: Homeritæ Arabici populi ſunt. Plin. libro 6. cap. 28.

ad Oceanum uerſum, regio Adane uocatur: tertia in alia terræ eius parte, ubi eſt
quod Perſicum emporium dicitur, in Perſici maris ore conſtructa. Theophilus
porrò rebus apud Homeritas ampliter diſpoſitis, templiſq; eis conſecratis, atq;
etiã pro rerum copia exornatis, in Adiabenen, quam patriam eius eſſe diximus,
traiecit: ac deinceps in reliquam quoq; Indiam tranſijt, multa'que quæ apud eos
non ritè agebantur, correxit. Etenim conſidentes Euangelicum audiebant o-
raculum, alia'que multa faciebant, ſquæ ſanctiones Eccleſiaſticæ non iubebant.

Res Eccleſiaſticas in Oriente Theophilus ordinat.

Apud Suid. eſt, Theophilum hunc ueluti quandam Apoſtolicam imaginem fuiſſe, qui etiam Iudææ cuiuſdam mortuum reſuſcitaſſe dictus ſit. Teſtatumq; id de eo eſſe, Thalaſſium ſimiliarem eius, uirum in quem mendacij ſuſpicio non caderet: multoſq; præterea alios, qui ætate ea uixere.

Ea omnia pulchrè immutãs, ad Eccleſię placitũ morẽ cõpoſuit. Vna ſaltẽ, & qui A dem maxima re incõmodans, q̃d τὸ ἑτεροούσιον alteroſubſtantiale colere docuit.

Auxumitæ populi. *Rubri maris duo ſinus.*

Porrò ex India & Arabia magna, ad Auxumitas Aethiopes eſt progreſſus, q̃ in primis rubri maris littoribus habitabant, q̃d Oceanus ſeſe illi inſinuãs efficit. q̃d ſanè rubrũ mare, in maximã longitudinẽ protenſum, in duos diuidit̃ ſinus. Horum alter quidem ad Aegyptũ exundans procedit, ubi etiã nomen ſibi ſuũ ferre deſinit; quẽ antiquitùs filij Iſrael Aegyptios fugientes, ſiccis pedibus tranſiere.

Aela urbs.

alter ad Palæſtinã excurrit, propè urbẽ cui uetus nomen eſt Aela. In rubri iſtius maris partibus exterioribus, ad ſiniſtrã Auxumitæ ſunt, quorum metropolis eſt

Auxumis. Aξωμίτης.

Auxumis. Ante hos uerò ad extimũ pertingentes Oceanũ, Orientẽ uerſus, Aſſyrij: apud quos etiã hanc appellationẽ habent, quos Alexander Macedo ex Syria pulſos, colonos eò deduxit. Ii ad hoc uſq; tẽpus patria utunt̃ lingua. Omnes autẽ nigerrimi ſunt, acutis ſolis radijs eos adurẽtibus. Apud quos maximè prouenit xylocaſia, & caſſia, & caſamum, & cinamomũ, nec nõ innumerabilis elephantorũ multitudo. Et Theophilus rectè cõſtitutis Auxumitarũ rebus, in Romanorum reuerſus eſt ditionẽ. Atq; poſt reditũ in magno habitus honore, ſuam quidẽ ille urbẽ, aut eccleſiã, cui epiſcopus præeſſet, ſortitus nõ eſt. Vbiq; tamẽ locorũ pro-

Exilium Aetij, Eudoxij, Theophili.

pter hominis reuerentiã, in eũ ut miraculũ q̃ddã, omniũ cõiecti oculi erãt: donec Aetio & Eudoxio in exiliũ, q̃d conſilia cũ Gallo cõmunicaſſent, eiuſq; reb. fauiſſent, actis, & ipſe Heracleam in Pontũ eſt deportatus, Gallo in intimis habitus.

CAPUT XIX.

Ex Philoſtorgio, de amni Tigride.

EDenim, quæ DEO inuiſus Philoſtorgius de ſentẽtia Theophili, quem diximus, memoriæ literis mandauit, ea nunc paucis perſtringemus. Dicit enim, in ſinũ Perſici maris, quòd ea in parte Oceanus ſeſe effundens, uaſtũ & circumcirca multas gentes complectens efficit, quùm a- B lios maximos fluuios, tum Tigrim ſe undis ſuis inferre. Qui quum Apeliotẽ uerſus ſub Hyrcano mari in Cordyæis manifeſtò ſibi ipſi redditus emerſit, iuxta Syriam profluens, ſimulatq; Suſidem terrã pertingit, Euphrate ibi ſe ei cõmiſcẽte, magnus iam & aquarũ ui rapidus, ingenti & fragoſo ſonitu prouoluitur. Vnde illũ Tigridis ferè cognomẽ accepiſſe ferunt. Priuſquam aũt in mare delabitur, in duo ingentia flumina ſciſſus, oſtijs duobus longè inter ſe diſsitis, in Perſicum ſe mare cõijcit, multũ terræ in medio cõcludens: eam q̃ fluuialẽ ſimul & maritimã

Meſene regio. Mons Ararat in Armenia.

inſulã efficiẽs, quam gens Meſenorũ incolit. Euphrates aũt fluuius ex Armenijs manifeſtò apparẽs exoritur, ubi mõs eſt Ararat, ab incolis ita appellatus: ad quem arcã Noæ conſtitiſſe, ſacræ produnt literæ, cuius etiã nunc ibi lignorũ &

Reliquiæ arcæ Noæ. De Euphrate. Euphrateſia. Syria.

clauorũ non paucæ ſeruant̃ reliquiæ. Inde primũ exiguus profluens Euphrates, quo longius fert̃, eo maior exiſtit, plurima alia flumina in alueũ ſimul & nomen ſuum excipiẽs. Maiore aũt & minore Armenia emenſa, ultrà progreditur, eam quæ peculiari nomine Euphrateſia dicta eſt, deinde etiã reliquam ſecans Syriã. Hac porrò & illa poſt ſe relicta, omniſq; generis qua fluxit, Helice diuulſa, ubi Arabiæ propinquaturus eſt, refringitur: ac obliquè in circulum cõtra mare rubrũ prolabẽs, & regionem non paruã ſinuoſe claudens, ad Cęciã uentum curſum cõuertit. Inde ubi inter Boreã & Apelioten medius cõſtitit, & ad Tigridẽ flumẽ procurrit, nõ totum ſe ei immiſcet, ſed portionibus tantũ quibuſdam medio interuallo amiſsis, parte reliqua, eaq; maxima & nauigabili, in Tigrim apud Suſas omnis incidit, ac nomine ſuo amiſſo, cum illo in Perſicum deuoluitur ſinum. Id

Meſopotamia.

porrò quod intra duo iſta flumina protẽditur terræ, Meſopotamiæ nomẽ obtinet. Enimuerò Tigris & Euphrates, quib. in locis emergentes appareant, dictũ eſt: ſacræ autẽ literæ noſtræ è Paradiſo eos profluere, ueriſsimè commemorant.

Ex eo

A Ex eo namq; fontes & primordia lympharũ ſuarum recipientes, fortaſſe ad cer- *Tigris & Euphrates è Paradiſo profluunt.*
tum uſq; locum ſuper terrã ptofluũt. Deinceps uerò à ualta & harenoſa ſolitudine excepti, atq; ibi in profundum per cuniculos abſorpti, nõ prius deorſum uerſum currere deſinunt, q̃ſ ad angulta & lapidoſa eius terræ loca pertigerint, progreſſumq; eorũ ad inferiora præcipitẽ ſolum durius & ſolidius prępedierit. Vbi undæ eorũ continuè & cõfertim confluentes, ui & magnitudine ſua directũ eos deinde curſum tenere cogũt. Qui deinde ſubterraneo meatu fluentes, partem aquarum eorum nõ minimã quæ in medio eſt terra carpẽte, minores & tenuiores iam ad ea loca perueniunt, ubi ex cuniculis in apertũ erumpunt. Quòd illi autem *Fluuij iſti ſub terra aliquandiu fluunt.*
occulti ſubterraneo curſu longiſsimè uoluantur, id nõ debet uideri incredibile. Sunt enim & alia paſsim flumina & maxima & rapidiſsima, quæ ſub terra ferũtur. Apparet id ex eo ſonitu, qui ad aures noſtras ab eis cum ſtrepitu & fragore ruẽtibus perfertur. Et nõnulli, q̃d quum ſupra eos fluuios puteos effodiſſent, & q̃d ſe eis infernè obtulit ſolũ lapidoſum paululũ rupiſſent, unde perſtrepẽs curſum ſurſum uerſum cum ui quadam moliretur, ux ab eis qui ad ſummũ putei os cõſtiterant, ſunt retracti & recepti. Atq; illa ſubſequuta in riuũ euaſit, quẽ nulla cœli ſiccitas propter uim & fluxum perpetuũ turbarit. Ineffabilis namq; DEI ſapientia, tanq; uenas quæ opus eſſent ſuppeditãtes, ſic aquarũ procurſus tum occultos tum manifeſtos perfecit. Vnde quoq; propheta Dauid illud cecinit: Ipſe
» ſuper maria fundauit eam, & ſuper flumina præparauit eam. Maria ſcilicet quàm maximis terræ ſinubus theſauri inſtar accumulans, ſolo eorũ robuſtius conſolidato, ad tantã uim & molem, quæ in ea inferuntur, aquarũ ſuſtinendam. Flumina aũt, commoda & mirifica eius conſtitutione tranſitum eis liberũ prębens, regionibus ſemper ex alto ſe ſummittentibus atq; recedentibus, & ex ſublimioriB bus ad humiliores oras aquarũ ruentium momentis locũ concedentibus. Idem *Paradiſus ubi ſit.*
ipſe cõiectura ductus, Paradiſum ad Orientẽ ſub æquinoctiali ſitũ eſſe ait circulo. Primùm ex eo, q̃ ad meridiẽ manifeſtum eſt loca ferè omnia eſſe habitabilia, ad extremũ uſq; duntaxat mare, q̃d iam ſol adurit, anno toto radios ſuos in id emittens. Hæc quippe eſt illa quę media zona dicit̃. Deinde quòd is qui nunc Hy- *Hyphaſis, ſeu Phiſon flu. itidem è Paradiſo profluit.*
phaſis dicitur fluuius, in ſcripturis ſacris Phiſon nominatus, & ipſe è Paradiſo ortum ducẽs, ex Arctois magis Oriẽtis partibus meridiẽ uerſus profluere uidetur, & in eius ipſius oræ Oceanũ aquas ſuas cõijcere exaduerſo Taprobanæ inſulæ. Ad cuius fluminis ripas inueniẽ quod caryophyllum uocatur, ſiue id fructus, ſeu *Caryophyllũ.*
flos eſt. Et perſuaſum habent qui ibi habitãt homines, arborẽ eius, ex eis quæ in Paradiſo ſunt, unã eſſe. Etenim ea quæ ſupra eos eſt terra, admodũ deſerta eſt tota, & ſterilis. Quod aũt is fluuius florẽ eum adfert, ſatis cõſtat eum ſuper terram totũ ferri, neq; uſpiã ſub terrã in cuniculos demitti. aliter enim, q̃d ibi natũ eſſet, perferre nõ poſſet. Habet & aliam flumẽ hoc notã terrenæ cum Paradiſo cõmiſtionis. Fertur enim, ſi quis febri laboret ardenti, & in flumine eo mergat̃, derepentè eum morbo liberari. Tigris uerò & Euphrates, quod terrã ſubeant, & rur *Hyphaſis unda febribus medetur.*
ſus emergãt, nõ aliquid inde, ut Hyphaſis, efferre poſſunt. Sed ne Nilus quidem, nã & hũc ipſum inde profluere, inſpiratæ Moſę literę teſtant̃. Gæõ ab ipſo, à Grę- *Gæon quoque, ſiue Nilus è Paradiſo fluit.*
cis aũt Aegyptius appellatus. Hic nãq;, quãtũ cõijcere licet, è Paradiſo proruẽs, priuſquã habitabilẽ orbis partẽ attigit, ſub terrã cuniculis immiſſus, inde Indicũ mare ſubit, ſub quo in orbẽ circumuolutus (ut coniectura eſt, quis enim hominũ hæc certò aſſeueret & demõſtret̃) & præterea ſub omni ea q̃ in medio protẽdit̃ terra, ad mare rubrũ procurrens, ac ſub eo quoq; prolapſus, in alterũ eius defertur littus, ſub id quod dicit̃ Lunæ promontoriũ, (ubi duos fertur efficere fontes, *Lunæ promontorium.*
non parũ inter ſe diſtantes, et ſurſum uerſum magna ui et fragore prorũpentes)

& inde

& inde per Aethiopiam prouolutus, in Aegyptũ procurrit, per altiſsimas rupes A
ſtrepitu immenſo præcipitãs. Addit inſuper & illud, tractũ illum orbis ad Oriẽ-
tem & meridiem omnẽ, quantumuis in immẽſo ardore, maxima tamen & robu-
ſtiſſima ferre omnia, quæ uel terra uel aqua gignunt. In eo enim mari admirandę
magnitudinis immania cete reperiunt, quæ ſæpenumero Oceanũ eum nauigan-
tibus, pelago innatantia & emergentia apparuerunt, & terra ipſa elephantos ha-
bet longè maximos & uaſtiſſimos: præterea eos qui † ſpurij elephanti dicuntur,
quorũ genus cæterà quidem boues ſunt maximi, pelle aũt & colore, ipſaſq; adeò
magnitudine elephanti. Sunt ibi quoq; dracones, ſiue ſerpentes craſsitudine tra-
bibus nõ minores, longitudine ad quindecim protenſi orgyas ſeu paſſus, quarũ
exuuiæ etiam Romã uiſæ ſunt perferri. Eſt apud eas gentes Monoceros, ſeu u-
nicornis animãs, caput draconis habẽs: & cornu non magnum quidem illud, ſed
tortuoſum. Mentũ illi omne barba obſitũ, collũ longum in altum protenſum, &
ſerpentis tractui q̃ ſimilimum. Reliquum corpus ceruo ſimilius: pedes aũt ſunt
leonis, cuius effigiẽ coloribus expreſſam à pictoribus conſpicere licet. Camelo-
pardalis etiam regionis eius eſt ſoboles, quæ quidẽ alijs partibus cerui magnitu-
dinem refert, proceritate autẽ cameli corpus imitat. Collum longiſsimũ, & reli-
quæ corporis proportioni & cõuenientiæ minimè reſpondens, in altum erectũ
geſtat: & pelle tota à ſummo capite ad imos pedes uerſicolore. Quàm proximè
ad pardalim accedit, pedesq; priores poſterioribus altiores habet. Eſt itẽ apud
eos qui dicitur Ægopithecus, ſimia quædam. Plurima enim ſunt ſimiarum gene-
ra: arctopitheci ſcilicet, leontopitheci, & cynocephali, & aliæ alijs multarum ani-
mantium ſpeciebus ſimiarũ forma permiſta. Quarũ permultæ etiã ad nos perla-
tæ, hoc manifeſtò declarant. Ex quib. etiam eſt is qui dicitur Pan, capite, uultu & B
cornibus caprã referens, & ab ilibus item deorſum uerſum caprinis pedibus in-
ſiſtẽs, uentre aũt pectore & manibus mera ſimia: quem tum quoq; Indorum rex
Conſtantio miſit. Quod ſanè animal ad tempus aliquod, quũ ferreẽ in cauea pro-
pter ferocitatẽ incluſum, uixit. Vbi uerò mortuũ eſt, aromatib. cõdierunt exen-
teratum, qui ferebant, & inſolitæ formæ oſtentandæ gratia Conſtantinopolim
ſeruatũ pertulerũt. Videntur aut mihi animal hoc olim uidiſſe Græci, eos q; in-
ſolentia aſpectus exterritos, deũ ſibi cõſtituiſſe: quũ ſolenne hoc illis eſſet, ut quę
fidẽ excellerent, ea in Deos referrent. Id quod in Satyro quoq; ab eis eſt factum,
qui & ipſe ſimia eſt, facie rubra, ad motũ facilis, & caudã habẽs. Quin & Sphinx
ex genere ſimiarum eſt: cuius reliquũ corpus, ut aliarũ ſimiarum, hirſutũ eſt, pe-
ctus autẽ ad collum uſq; glabrũ. Mammas porrò mulieris habet: totum q; cor-
pus, quà nudum eſt, rubra quædã & tenuis milij ſpecie eminentia in orbẽ circun-
dat, & multũ decoris atq; gratiæ colori, qui in medio humanus eſt, cõciliat: facies
pluſculum rotunda & acuta eſt, & ad muliebrẽ inclinans formã. Vox itidẽ pror-
ſus humana, ſed nõ articulata, celeriter cum quadã quaſi indignatione & dolore
obſcurũ quiddã uociferãti ſimilis: grauior aũt eſt & moleſtior, ſi ea acueẽ. Ipſum
porrò animal ferũ admodum eſt, aſtutũ & maleuolum, neq; adeò facilè domaẽ.
Hoc antiquitùs mihi uideẽ Thebas Bœotiæ eſſe apportatũ: et quũ fortè in quoſ-
dã, qui ad ſpectaculũ eius cõfluxerant, inſiluiſſet, & uultus eorũ unguibus de-
maſſet, nõ ferentẽ Oedipum ciuium ſuorũ contumeliam, ferã interemiſſe, & no-
men inde illuſtre retuliſſe. Cæterùm fabulæ Oedipo fortitudinis laudẽ adornan-
tes, alas beluæ iſti affingũt, q̃d celeriter in obuios inuolaret. Eædẽ illi pectus mu-
lieris & corpus leonis accõmodãt: illud propter nuditatis cõmoditatẽ & mulie-
bris formæ ſimilitudinẽ, hoc ꝓpter ferocitatẽ, & q̃d plurimũ quatuor inſiſtat pe-
dibus. Sermonẽ quoq; ei figmẽtũ tribuit, q̃ uox eius humanæ cõformis eſſet: tri-
buit

In Oriente & meridie terra ſimul & mari magna creantur omnia.
Cete.
Elephantes.
ὠκεάνοφωνες.
Dracones.
Monoceros.
Camelopardalis.
Pardalis.
Simiarum uariæ ſpecies.
Pan.
Quomodo Græci Panem ſimiam deum fecerint.
Item Satyrum.
Sphinx.
Fabula de Sphinge & Oedipo unde originem cæperit.

A buit & ænigmata, quòd obſcura & non intellecta uociferareẽ. Neq; hoc mirum
eſt. nam & multa alia Græci fabulis fingendis mutare cõſueuerunt. Hæc eadem
regio & aſinos feros magnitudine ingentes fert, pelle mirificè præter morẽ uer- Onagri.
ſicolores: albo ſcilicet & nigro colore admodum inter ſe uariatis, & zonæ quæ-
dam à ſumma dorſi ſpina ad latera & uentrẽ demiſſæ, atq; ibi diuiſæ, & conuer-
ſionibus quibuſdam inter ſe implicatæ, mirificam & nouã efficiunt plicaturã &
uarietatem. Sedenim & phœnix, decantatiſsima illa uolucris, apud eos eſt; & Phœnix.
pſitacũ inde ad nos apportari ſcimus, auium loquaciſsimã, & ad æmulationem Pſittaci.
humanæ uocis accõmodatiſsimã. Et item uarias punctiſq; diſtinctas aues, quas Garamantides aues.
quidam Garamantidas uocant: nomine à gente, unde plurimæ afferunt, eis im-
poſito. Plurima porrò alia apertè eximia & præſtantia ibi gignuntur, quorum
multitudinẽ præſens cõmemoratio reformidat. Nam & aurum hic naſcitur pu- Aurum puriſſi-
riſsimum, quaſi quibuſdam aureis capillamentis ſponte ſua è terra exiſtentibus, mum.
quæ ſibi inuicẽ impoſita iacent, & manifeſtum ei prouentum præbent. Sunt e-
tiam ibi fructus tum pulcherrimi, tum maximi: ex quibus nota ſunt carya. Ve- Bis pomis uti-
rùm enimuerò & tractus earũ gentium, quæ ſupra Homeritas ſunt, uſq; ad ma- lis arbor.
re rubrum, bis anno fructus edit: unde & regionẽ eam Arabiam felicem cogno- Arabia felix.
minarunt. Et omnino cuncta quæ ad orientem ſolem eſt ora, longè reliquam ter
ram rebus omnibus excellit. Paradiſum aũt, quem extremũ mare Orientale al- Paradiſi felici
luit, quĩ totius Orientis pulcherrimus & puriſsimus ſit, cœlum lætiſsimũ amœ- tas.
niſsimumq; habens, & aquis pellucidiſsimis rigetur, ſatis conſtat incomparabili
præſtantia, quàm terram quæ ſub ſole eſt omnẽ, omnia gignere & ferre meliora.
Atq; hæc tametſi per digreſsionẽ ſunt extra inſtitutũ argumentum dicta, tamen
neceſſaria, ut puto, eſſe uidebuntur doctrinæ piæ & liberalis ſtudioſis. Præter
B hoſce uerò & alij plures extitere uiri, qui ſacras literas probè intellexerunt, & de
eis copioſè diſſeruerunt. Eos aũt omnes recenſere, præterquàm quod præſentis
operæ nõ eſt, difficile fuerit. Cæterùm nemo me rectè reprehenderit, q̃ nõnul- Hæretici etiã
los hæreticarũ ſectarum authores, aut ſectatores, inter eos uiros qui optimè de quidam inter
ſacris religionis profeſsionisq; noſtræ ſenſerũt atq; ſcripſerũt, commemorarim. orthodoxos ui
Non enim nunc de fide nobis, & opinionibus eorum, iudicium ſumpſimus: ſed ros non teme-
propterea tantum mentionem talium uirorum, quod ab eloquentia graui & feſ- rè recenſiti.
tiua multum ualuerint, intulimus. Minimè namq;, ſicuti diximus, conſtitutum
nobis eſt, de dogmatibus ſententiam ferre: ſed ſimpliciter ita, ut quæque res ſuo
tempore ſeſe dedere, exponere decreuimus, nihil ex arbitrio noſtro temerè adij-
cientes. De opinionibus ſanè quidem, alijſq; eiuſmodi rebus, manifeſta propa-
làm extat ueritas. Atq; de eis, quibus hoc per leges conceſſum eſt, iudicium face-
re poſſunt. Porrò qui tempeſtate ea uirtute inſigni & eruditione præclara ex-
celluere, ij ſunt. Deinceps uerò poſteros quoq; loco ſuo recenſebimus.

CAPUT XX.

NVnc autem hiſtoriã inſtitutam proſequamur. Non ſolum quos dixi- Propagatio
mus DEI amantes uiri, uita & ſapientiæ ſtudio pollentes, religionem Chriſtianiſmi
nouis exercitijs adaugẽtes cohoneſtarũt: ſed etiã Imperatores ipſi æ- ſub Conſtanti
mulatione paterna res Eccleſiaſticas & diuinũ cultũ in delicijs habue ni magni libe-
re. Clerũ enim DEI, eiusq; liberos & propinquos inſignibus honorib. & immu- ris.
nitatibus decorarunt, bonisq; & honeſtis patrijs legibus, alios & ipſi pro ſuo in
DEVM amore, ad religionem adduxerũt. Qui ſanè oẽs idolorũ cultũ ſimulacro-
rũq; curã ſuſtulerũt: & ubiq; locorũ clauſtra Græcorũ tẽplis impoſita ſunt, quæ-
dã etiã in materiæ rationẽ à noſtris reuocata, & funditùs ſtatim diruta. Nec pa-
uo illis ſtudio fuit, ſacra eccleſiarũ delubra temporis diuturnitate penè collapſa
reſtituere,

Templū apud Emesam à Cōstantio conditum.

restituere, quædam etiam ex ipsis fundamentis construere. Quorum unum est et pulchritudine & magnitudine alijs multis præstantius, q̃d apud Emesam Constantius condidit. Ad hæc lege sanxerunt, ne quis ludæus mancipium Christianum, cuiuscunq; tandem sectæ, ære & libra emptum haberet. Si quis aliter fecisse cōpertus esset, seruū eum publicum fore. Quod si eum circumcidisse deprehensus esset, capitis supplicium eum subiturū, bonis eius publicandis. Quum enim constitutū in animis suis haberent, Christianū cultum propagare, hoc etiam maximè prouiderunt, ut ne temerè à Iudæis aliqui in religionē suam pertraherētur: sed potius ueræ Ecclesiæ omnes, de quib. aliqua spes esset, conseruarent, & Christiani fierent. Christiana enim pietas ex Græcis & gentilibus magis incrementa sua capiebat. Verùm enimuerò primùm Constantini filij paternam opinionē integram certamq; seruarunt: & uterq; acer Nicænæ fidei laudator fuit. Constans quidem ad finē usq; in ea perstitit: Constantius uerò aliquandiu eam sequutus, postea τὸ ὁμοούσιον consubstantialis uerbo passim iactato, aliquantulū de sententia sua cessit: nō ille quidem ita prorsus ab ea desciscens, ut non filium æqualem substantia patri apertè profiteret. Sed Eusebius Nicomediensis, & alij eius temporis Orientales episcopi, uirtute & doctrina magnā gloriam consequuti, differre loquutiones has assueuerabant, τὸ ὁμοούσιον cōsubstantiale, & † substantia æquale, id quod etiã ὁμοιοούσιον æquisubstantiale dicebant. Subijciebant namq;, ὁμοούσιον cōsubstantiale propriè de corporibus dici, utputa de hominibus & alijs animantibus, item de arboribus & plantis, quibus omnib. cōmunicatio & generatio ex æquali est. ὁμοιοούσιον æquisubstantiale aũt, de rebus materia carentibus usurpari debere dicebãt, ueluti de DEO & angelis: horũ enim quodlibet, si per seipsum mente & intelligentia quis cōtempletur, pro se seorsim subsistat. Quibus uerbis, ut uideꝛ, Constantius seductus, & aliter quàm antea persuasus, aliquãtum transuersim est actus. Atq; equidem, quantū coniȝcio, animo & sententia idem is cum patre & fratre sensit: uerbo autē mutato, minimè se in pietatis cultu labi putauit, uidelicet si pro ὁμοούσιον cōsubstantiali, ὁμοιοούσιον æquisubstantiale diceret. Quod sanè eis qui id afferebant, rectius certiusq; esse uisum est. Affirmabant namq;, nisi quis hoc sic diceret, periculum deinde esse, ne corpus esse quod incorporeū est & diceret & sentiret. Id sanè ut stupiditatis plenum, multis ridiculum uisum est. Cæterùm illud eos scire oportebat, q; rerum, quas mente & intelligentia contemplamur, nomina, à rebus apparētibus † per transumptionē necessariò accipiunt. Quod uerò potest esse in nominibus periculum, quū in ipsa intelligentia & mente nullus sit lapsus & error? Inde etiam coniȝcere est, magnū illum in Theologia Gregorium, in suis in Iulianum inuectiuis orationibus, dum in laudando Constantio totus est, non iniuria mirificis eum ornare præconijs, pietatemq; eius ita deprædicare, ut illum à morte scilicet productum angelicæ etiã uirtutes stipantes, nouisq; & admirandis honorantes carminibus, sint prosequutæ: sicuti in fine Tomi huius exponemus. Necq; mirum uideri debet, Imperatorē rerum administratione occupatū, magnorum hominū suasu uerbum hoc approbasse: quando multi tum ex sacris uiris animo & sententia Nicæno dogmati assentientes, citra contentionē omnem simpliciter id quoq; recepere. Aliqui autē nihil prorsus de utraq; dictione suspicantes siniſtri, uno eodemq; sensu piæ sententiæ alterutrum usurparunt. Vnde illud satis cōstat, tumorem merum & fastum esse, quod Ariani suo uidelicet cōmodo confinxere. Aiunt enim, post trecentorū decem & octo sanctorū patrū conuentum, episcopos multos, in quib. etiam Eusebius & Theognis Bithyni fuerint, noluisse filium ὁμοούσιον consubstantialem patri dicere, quum quidem formulæ fidei subscripsissent. Qua etiam re cōmotus Constantinus,

Constans constanter professionem fidei cā substantialis retinuit.

Cōstantius episcoporum quorundam suasu à uerbo eo recessit.

ἐκτὸς ὄντων ὁμοιον

Differētia inter ὁμοούσιον et ὁμοιούσιον.

ἀπὸ μετάληψιν

Gregorius Nazanzenus prolixè Constantium laudauit.

Defenditur Cōstantij laps⁹.

Arianorum figmentū contra Nicæna decreta.

A tinus, exilio eos mactarit. In somnis autē Imperatoris sorori diuinitùs oraculo ostensum esse, iniquè illos in exilium actos, qui rectè de DEO opinarentur. Atq; deinde reuocatos eos Imperatorem interrogasse, curnam ita aliter quàm Synodus statuisset, sentirent, qui suffragatores & participes scripturę rerumq; aliarum in ea fuissent. Atq; illos respondisse, non exanimi sententia se decretis eis assensisse. Timorem enim eos inuasisse, ne cōtentione eā de re orta, Imperator ipse à Christiano dogmate uelut inutili & controuerso deficeret, & ad pristinā relabereꝛ superstitionem: qui heri & nudiustertius, ut dicitur, Christianus esse cœpisset † & non ita pridem baptismo initiatus fuisset, proindeq; consilio mutato persequutor Christianorū fieret. Quibus uerbis auditis, Constantinū exilium quidem illis remisisse, rationemq; consilij & facti eorū comprobasse: meditatū uerò esse, ut Synodū aliam cōgeret. Atq; id facere uolentē, mortē impedijsse. Cōstantio aũt, ut filiorū natu maximo *, ut consilium id exequeretur, mandasse: † q; religionem nihil profuturā esse, nisi omnes concordes essent, dixerit. Proinde hūc patris iussa transgredi nolentē, Ariminense indixisse concilium. Sed figmenti istius mendacium prudenti facile est deprehendere. [a] Vigesimus primus imperij Constantij annus erat, quum Synodus Arimini coacta est: multis alijs cōuentibus ante id tempus celebratis, in quibus maximè quæstio τὸ ὁμοούσιον consubstantialis, & τὸ ὁμοιοούσιον æquisubstantialis, est disputata. Substantia aũt [b] æqualem patri filium docere, omnes omnino renuerunt, donec Aetius Syrus hac de re perperā sensit: propter quem, quòd malè opinans, non melius doceret, eodem tempore Arimini & Seleuciæ Constantius omnes undequaq; episcopos cōuenire iussit, opinionem eiusmodi abolituros. Vt iam omnibus liquidò pateat, Constantium non ob eam quā Ariani ementiti sunt causam, Ariminensem instituisse Synodū: sed propter opinionē, quā Aetius perperā uulgauerat. Atq; hæc uera esse, historia procedēs declarabit. Cæterū ista quāuis per digressionē, argumento tamē instituto consentanea, necessariò à me sunt exposita. Sed eò, unde diuertimus, redeamus.

Ariminēsis Synodus. Commenti Arianorū refutatio. a Sozom. iii gesimus secundus.

b Videtur esse legendum, inæqualem: infrà cap. 36. eod.

Apud Sozom. est, ἵνα ἐφεξῆς γένηται ὁ υἱὸς, hoc est, & nōdum baptizatus esset lib. 3. ca. 19.

** Si quis illum cum Constante cōferat, nam Constantium Constantinus ætate præcessit.*

† τότε ὁ Ἀετὸς ἔρασθεὶς τοῦ κατὰ βάπτισιν, εἰ μὴ συμφωνεῖ τῷ δόγματι τῷ θείῳ ἀφωσιώθη τῷ

Ariminense & Seleucenū Concilium.

CAPUT XXI.

CONstans Occidentis Imperator, actis Sardicensibus cognitis, duobus episcopis & Saliano duce quodam, pietate & iustitia claro uiro, ad fratrem missis, per literas etiam quæ Sardicæ gesta essent, ei declarauit. Et Paulo atq; Athanasio, qui iniuria affecti fuerāt, ecclesias suas reddere iussit. Quū aũt Constantius frustra tempus extraheret, alia epistola ei Constans instituit, ut aut Paulum & Athanasium reciperet, eisq; thronos suos reddendos curaret: aut nisi hoc faceret, ad bellum se præpararet. Atq; ille re cum quibusdam episcopis deliberata, de eorū sententia, satius esse statuit, Athanasio de ecclesia decedere, quàm ciuili decertare bello. Constantis literæ Laconicè his uerbis scriptę erant.

» Venit ad nos Athanasius, & ad se episcopatū Alexandriæ pertinere probauit.
» Quapropter illum ope tua fac consequatur. Alioquí namq; armis eum meis re-
» cuperabit. Hisce literis adactus Constantius, Athanasium publica dispositā uectura ad se uocauit. Atq; illo, quod aduersariorū dolos suspectos haberet, reditū differente, iterum sæpiusq; Cōstantius literis eum ad se inuitauit: quas ad fidem, dictis faciendam, historiæ inserere libet. Constantius uictor Augustus Atha-
» nasio episcopo. Diutius tanq; sæuis pelagi fluctibus te differri & affligi, non pa-
» titur mansuetudinis nostræ humanitas: neq; patrijs expulsum laribus, bonisq;
» spoliatum, atq; in inaccessis ferarū locis oberrantem, despicit indefessa pietas nostra. Quamuis diutius ad te animi mei sententiam perscribere distulerim, sponte
» tua te ad nos uenturū, atq; laborum remedium petiturum esse opinatus. Verùm
» quum fortasse cōsilium propositumq; tuum timor impedierit, literas hasce mu-

Constās Athanasium & Paulū in integrum uult restitui.

Literæ Cōstantis ea de re ad Constantium.

Constantius literis suis Athanasiū reuocat.

nificentiæ plenas, ad firmitatem tuã dandas exiſtimauimus: quo citra metũ om- A
nem in conſpectum noſtrũ quàm celerrimè uenire properes, ut quùm integrum «
ſtatũ tuũ recipias, tum humanitatem noſtram expertus, in ea quæ iuris tui ſunt «
reſtituaris. Hac enim de cauſa & dominũ atq; fratrem meum Conſtantẽ Victo «
rem Auguſtum pro te rogauimus, ut redeundi tibi facultatem permitteret, quo «
ad eum modum, utriſq; nobis annuentibus, in patriam reducaris, & hoc noſtræ «
Literæ aliæ Cõſtantij eiuſdem ſententiæ. in te gratiæ pignus habeas. Conſtantinus Victor Auguſtus Athanaſio epiſco «
po. Etiamſi prioribus literis noſtris tibi ſignificauimus, ut abſq; ſolicitudine om «
ni in comitatum noſtrum uenires, quòd te maximè in ius tuum reſtituere cupia- «
mus: tamen nunc quoq; haſce ad firmitatẽ tuam dedimus. Quapropter te hor- «
tamur, ut diffidentia metuq; omni ſepoſito, publica conſcendas uehicula, & ad «
nos uenire contendas, ut quarũ rerum recuperandarũ deſiderio teneris, eiſdem «
Aliæ ltẽ eiuſdem litere. potiri queas. Conſtãtius Victor Auguſtus Athanaſio presbytero. Quum E- «
deſſæ ageremus, & presbyteri tui ibi præſtò eſſent, placuit nobis, ut miſſo ad te «
presbytero, in comitatũ noſtrum uenire properares: quo in conſpectũ noſtrum «
admiſsus, cõfeſtim Alexandriam proficiſcerere. Quandoquidem uerò plurimũ «
iam præterijt temporis, ex quo literis noſtris acceptis non ueniſti: nunc quoque «
commonere tẽ uoluimus, ut aduentum ad nos tuum matures, & ſic patriæ tuæ «
reſtitui, & uoto tuo potiri poſsis. Miſimus aũt ad te Achetam diaconum, ut ple- «
nius hæc ad te referret: ex quo animi noſtri uoluntatẽ, te ſcilicet quod optas con- «
ſequuturum eſſe, cognoſcere poteris. Athanaſius epiſtolis Aquileiæ (ibi enim «
degebat) acceptis, Romam ad Iulium, ut de rebus ſuis cum eo conſtitueret, pro-
fectus eſt. Cui quidem Iulio, & Romanæ eccleſiæ, ille plurimum attulit lætitiæ,
quum literas eis exhibuiſſet. Credebant enim Orientis quoq; Imperatorem cum
eis profeſsioni fidei aſſentire, qui tam humaniter ad ſe Athanaſium inuitaret. Et B
Iulius rebus quibus oportuit illum inſtruxit, uiaticoq; donauit: & literas inſuper
ei ad clerum & populum Alexandrinum dedit, quibus ſe lætari & gratulari eis
indicat de tanti præſulis reſtitutione. Ad uerbũ epiſtola hoc modo ſcripta erat.

CAPUT XXII.

Iulij Romani epiſcopi ad Alexandrinos pro Athanaſio epiſtola.

IVlius epiſcopis & presbyteris & diaconis & populo Alexandriam «
incolenti, dilectis fratribus, in Domino ſalutẽ. Congratulor & ego «
uobis, fratres dilecti, uos fidei ueſtræ fructũ oculis ueſtris percipere. «
Id enim uerè quiſpiã fieri dicat, in fratre & coepiſcopo noſtro Atha- «
naſio: quem & propter uitæ eius puritatẽ, & propter ueſtras preces, DEVS uo- «
bis reſtituit. Ex hoc ſanè perſpicere eſt, puras ueſtras charitatisq; plenas oratio- «
nes ſemper ad DEVM eſſe delatas. Cœleſtium enim promiſsionum charitatisq; «
in DEVM memores, quam ex doctrina eiuſdem fratris quem diximus noſtri ad- «
didiciſtis, illud certò cognouiſtis, & pro inſita uobis recta fide percepiſtis, nõ ad «
finem uſq; à uobis ſegregatum eum iri, quem in pijs ueſtris animis ueluti præſen «
tem ſemper habuiſtis. Itaq; nõ multis mihi opus eſt uerbis, ad uos ſcribẽti. Quæ- «
Precum eccleſiæ concordis uis. cunque enim à me dici uobis poſſunt, ea fides prius ueſtra anticipauit. Et profe- «
ctò impletæ ſunt per gratiam CHRISTI cõmunes omnium ueſtrũm precatio- «
nes. Gratulor igitur uobis, iterum enim id dico, inuictas uos in fide animas ue- «
ſtras conſeruaſſe. Nec minus fratri meo Athanaſio gratulor, q̃ rameſtì luctuoſa «
multa eſt perpeſſus, nulla tamen hora charitatis ueſtræ & deſiderij in obliuionẽ «
uenit. Quamuis namq; corpore ad tempus à uobis diſtractus eſſe uiſus eſt, ſpiri- «
Fides in tentationibus perſpicitur. tu tamen continuè ueluti præſens uobiſcũ fuit. Atq; equidem, dilecti, tentatio- «
nem & ærumnã eius omnẽ, nõ puto gloria ſua carere. Nam ſimul & ueſtra & il- «
lius fides multis eſt perſpecta & explorata. Niſi enim hæc interceſsiſſent, quis «
tandem

A tandem credidiſſet, aut uos tantũ iudicium, tantumq; erga talẽ epiſcopum obti- *Explorant aduerſa uiros.*
» nere amorẽ? aut illum tantis eſſe accumulatũ uirtutibus? per quas cœleſti etiam
» ſpe non excidet. Conſequutus nãq; eſt uarijs modis, & in præſentia, & in futuro
» glorioſum cõfeſsionis martyrium, teſtimoniumq; ; q̃d multis terra ſimul & mari
» ſæpius procellis iactatus, inſidias & fraudes Arianæ hæreſis omnes cõculcauit;
» & ſæpius per inuidiam in periculum inſidioſè cõiectus, mortẽ contempſit: præ-
» ſidio ſcilicet omnipotentis DEI & Domini noſtri IESV CHRISTI tectus, ſpe-
» rauit ſimul et inſidias aduerſariorum ſe euaſurũ, & ad uos cõſolationis ueſtrę gra
» tia rediturum. Et ſimul uobis ex cõſcientia ueſtra præclara tulit tropæa, per quæ
» ad orbis uſq; terminos explorata uitæ ſanctitatæ præclarus cognitus eſt: multa
» ille quidem libertate propalàm animi inſtituto & cœleſti doctrina uſus, abundè
» autem perpetuo & cõſtanti ſe à uobis iudicio eſſe amatum teſtatus. Redit igitur
» ad uos multo etiã ſplendidior, q̃ à uobis diſceſsit. Si etenim precioſiorẽ materiã,
» aurũ dico & argentũ, ad puritatẽ ignis explorat: quid nam quiſq; pro rei digni-
» tate de uiro iſto dixerit? qui tot & tantis ærumnarum incendijs & periculis deui-
» ctis, uobis redditur purus & inſons, non à uobis tantũ, ſed à cuncta etiã Synodo
» receptus. Suſcipite ergo, dilecti fratres, cum omni quæ DEO accepta eſt gloria
» & lętitia, epiſcopũ ueſtrũ Athanaſium, unà cum eis qui aduerſarum rerum eius
» participes fuere. Et gaudete, q̃ optatis ueſtris fruimini: & q̃d paſtorem ueſtrum,
» ut ita dicam, deſiderantẽ & ſitientẽ pietatẽ ueſtram, ſalutaribus ſcriptis aluiſtis
» & potaſtis. Siquidẽ ei peregrè uerſanti, uos ſolatio fuiſtis, eumq; in mediis perſe-
» quutionibus, procellis, atq; inimicorũ inſidijs, fideliſsimis animis & mẽtibus ue-
» ſtris fouiſtis. Me uerò iã exhilarat, quod mecum in animo cõſidero & præuideo
» uniuſcuiuſq; ueſtrũm in reditu illius gaudiũ, & multitudinis ſanctiſsimæ occur-
B ſationes, nec nõ præclaros & feſtos concurrentium hominũ conuentus. Et quæ
» tandem & qualis ea futura eſt dies? quũ frater quidem meus reſtituetur: qui uerò
» ante eum fuere, deſtituentur, & honoratiſsimus optatiſsimus' que reditus in lęti-
» tiam gaudio pleniſsimã uos efferet omnes? Quod ſanè gaudium maxima ex par-
» te ad nos etiam pertingit, quib. à DEO & hoc conceſsum eſt, ut in tanti uiri noti-
» tiam peruenire potuerimus. Sed enim pulchrum fuerit, epiſtolã precatione clau-
» dere. Omnipotens DEVS, atq; huius filius Dominus & Saluator noſter IESVS
» CHRISTVS, gratiam hanc uobis perpetuã eſſe uelit, qui præmium admirandæ
» fidei ueſtræ dedit, quã in epiſcopo ueſtro præclaro teſtimonio exhibuiſtis: & ut
» uobis & poſteris ueſtris, & hic & in futuro, bona ea maneãt, quæ nec oculus ui-
» dit, nec auris audiuit, nec in cor hominis cõſcendẽre, quę ſcilicet p̃parauit DEVS
» diligentibus ſe, per Dominũ noſtrũ IESVM CHRISTVM, per quem omnipo-
» tenti DEO gloria ſit in ſecula ſeculorum: Amen. Valere uos opto, fratres dilecti.

CAPUT XXIII.

IIſce inſtructus literis Athanaſius, in Orientẽ Antiochiam Syriæ, ubi *Episcopi Antiochęni.*
tum Conſtantius agebat, profectus eſt. Eccleſiam aũt ibi regebat eo
tempore Leontius. Ex quo enim Euſtathius exulare iuſſus fuerat, ſi-
cuti ſuprà diximus, primus ſedem eam obtinuit Euphronius, cui ſuc-
ceſsit Phlacitus: atq; huic rurſum Stephanus. Hic uerò propter dolũ & inſidias, *Stephanus epiſcopus Antiochenus legatis Romanis inſidiatus, & proterea epiſcopatu priuatus eſt.*
quas per propinquũ quendam ſuum animo ſimul & moribus ferociſsimũ, Ona-
grum nomine, Roma uenientibus Cõſtantis, qui eaſdẽ quas Conſtantius malo-
rum hominum dirimebat calumnias & cœpta ſiniſtra, legatis, Euphratæ & Vin
centio epiſcopis pro Athanaſio miſsis, tetenderat: à Conſtantio iudice, ut ea di-
gnitate indignus, reiectus eſt. Veritati enim aduerſus, omnis generis ærumnis
eos qui pro uera doctrina ſtabant, afflixit. Et forum perambulans, domoſq; in-

Euphratas & Vincentius episcopi.

gredíens, nõ uiros tãtum, sed & mulieres pudore & sanctitate uitæ spectatas pul A
sauit, conuicijsq; prosciдit. Vel ex eo solo, q̃d in legatis admisit, qualis uir fuerit, satis conijcere licet. Metuens namq; ne Athanasius, cuius gratia maximè legatio ista missa fuerat, ecclesias reciperet, ancillam per Onagrum suum è prostibulo mercede conductam, in episcoporum hospitio collocat: deinde non longè ab eo loco improbissimè insidias per homines seditiosos disponit, ut cũ impetu in sanctorũ uirorum irruerent ædes. Quorum alter quum impudicæ illius aduenientis strepitum sensit, dæmonem esse ratus, psalmum succinuit. Huius fabulæ & sycophantiæ, unde & quomodo instituta esset, quæsitore ipso Imperatore, author repertus Stephanus, ut nefarij sceleris artifex exauthoratus est, & Leontius Antiochiæ episcopus delectus. Quem Athanasius propter dogma deprauatum deuitans, cum Eustathiãnis, qui in priuatis ædibus ecclesias & conuentus agebant, communicauit.

Athanasius Antiochiæ cũ Eustathianis communicat.

CAPVT XXIIII.

IT Cõstantius quidẽ non illibenter eum susceрit, nihilominus tamen beneuolentiam humanitatemq; eius tentauit. Captioso enim sermone eum, aduersariorũ suggestione, fallere uolens, sic ad eum loquutus est: Ego quidem de communi Synodi sententia, fratrisq; & mea, tibi quod optas perficio, & thronum tibi tuum trado. Æquũ uerò est te quoq; mihi hanc reddere gratiam, ut unã Alexandriæ ecclesiã eis permittas, qui à te dissidentes, à cõmunione tua abhorrent. Atq; Athanasius: Aequissimũ sanè est, ô Imperator, inquit, ut mos tibi geratur. Sed eandem rursum te gratiam peto, quando-quidem & Antiochiæ quidã sunt, qui sacerdotũ ordinem hic auersant, iube eos quoq; ecclesiã suam habere, in qua liberè placitas sibi & statas peragãt cæremonias. Ad hęc quum Imperator quod diceret nõ haberet, satius esse duxit, aduersarios quietos esse, petitioneq; sua ut parũ commoda supersedere. itaque nihil amplius mouere. Atq; illi rectè profectò eam rem putarunt, nihilo scilicet minus Alexandriæ res catholicorũ incrementũ suum habituras, quum Athanasius non solum suos à periculo tueri, sed alienos etiam ad se allicere, pro industria sua posset. Si uerò Antiochiæ, quod ille petebat, fieret, non exigua augmenta Eustathianis, qui nõ pauci essent, accessura. Et fortasse eos ad res nouas aspiraturos esse, quum sine periculo quæ cõsueuissent, agere possent. Ille quoq; nõ minor metus animos eorũ subijt, quod etiamsi penes eos ecclesiarũ eius loci potestas summa esset, non omnẽ tamẽ clerum & populum obedientẽ haberent. Sententiã enim quã quisq; de DEO obtineret, in choro stantes, ad finẽ psalmodiæ declarabant. Quidam enim patrẽ & filium eodẽ honore celebrantes, nonnulli patrem in filio (præpositione interiecta obscurius secundas partes filio tribuentes) alij, gloria patri per filium in spiritu sancto: quidam etiam, gloria patri & filio in spiritu sancto, canebant. Primum omniũ ferunt Antiochenũ Flauianum monachorũ coacta caterua clarè accinuisse, Gloria patri & filio & spiritui sancto. Quod quidem, ut nihil habens suspicionis, in ecclesijs DEI obtinuit. Id uerò Leontius uidens, inhibere eos, qui iuxta Nicænæ fidei traditionẽ DEVM laudibus prosequebãtur, non audebat, seditionẽ timens. Atq; aliquando caput canis floreſcens manu demulcens, dixisse fertur, niuem eam solutã lutũ multum subsequuturum esse: ænigmate obscurius subindicans, dissonantiam celebrandi DEI apud populum aliquando inseditionẽ euasuram, neq; eos qui factionis suæ essent, cũ reliqua multitudine consensuros. Constantius Athanasio & alijs, scripto quoque edito, ecclesias suas reddendas curauit: cum quo scripto (iubebat enim eos non grauatè recipere) illi in uacuã sedíũ suarum possessionem rediere. Et Asclepam Gazæi facile admisere.

Cõstantius ecclesiam unam Alexãdriæ Arianis petit, ab Athanasio.

Athanasius iidem Constantium, ut Antiochiæ Catholicis ecclesia una detur, rogat.

Constantius petitioni non annuit.

Quur hoc sic ab eo Arianis suadentibus fáctum.

Antiochiæ uariantes de fide opiniones se in hymnodijs exhibuere.

Hymnus, Gloria patri, &c.

Leontij episcopi Antiochení diuinantis pulchrè dictum.

Athanasius & alij catholici episcopi in integrum restituuntur.

Itidem

A Itidem & Adrianopolitæ Lucium. Ancyræ uerò Marcello reuertente, propter Basilium pulsum nõ paruus concitatus est motus: qui motus aduersarijs ad conuiciandum præbuit occasionẽ. Non inuitus quoq; Paulo Macedonius thronũ concessit, & nõ ita diu seorsim in delubro quodam intra urbem Synaxim & conuentus egit. Ne ipsi quidem Athanasio difficilis in Aegyptũ reditus fuit. Constantius enim per epistolam Georgium acciuerat: qui in patriam indignabũdus profectus, ibi uitam egit, suas sibi res gerens. Athanasio uerò alias etiam literas Constantius dedit, quibus ei reditum permisit: & ea quæ uarijs modis in iudicijs contra eum gesta fuerant, aboleri atq; obliuioni tradi iussit. Literas eas, atque itidem alteras, hic subijciendas esse duxi, quæ sic habent.

CAPVT XXV.

» VIctor Constãtinus Maximus Augustus, Episcopis & presbyteris catholicæ ecclesiæ Alexandrinæ. Non destitutus est diuinâ benignitate reuerendissimus episcopus uester Athanasius. Sed quãuis ad breue tempus humanæ obiectus est explorationi, tamen debitum ab ea
» quę omnia respicit Prouidentia tulit calculum, uoluntate DEI & iudicio nostro
» patria simul & ecclesia, cuius præfectura diuino ei nutu contigit, recepta. Quem
» æquum fuit, ut sententia cõsentanea nostra quoq; imitaretẽ mansuetudo: uidelícet ut omnia quæ antehac cõtra eos qui cum ipso cõmunione usi essent, decreta
» sunt, nunc obliuione oblíterentẽ, suspicioq; aduersus eum omnis deinceps intercidat: & immunitas, quam dudum qui cum eo fuere clerici habuere, pro eo atque
» decet, literis hisce cõfirmetur. Quin & illud nostræ erga cum benignitati meritò
» adijciendum esse iudicauimus, ut uniuersi, qui in sacri ordinis albo sunt, cognoscant securitatẽ adauctam esse omnibus, qui ei fuere coniũcti, episcopis simul &
B clericis. Certũ uerò uniuscuiusq; rectæ sententiæ indiciũ erit, si cum hoc unitus
» cõiunctusq; fuerit. Quicunq; enim præstantiore sorte & iudicio communionem
» ipsius sequendam sibi delegerint, eos omnes ad similitudinẽ, quæ nos præuenit,
» prouidentiæ, hac nostra, DEI uoluntate exhibita, gratia & benignitate perfrui
» iussimus. Victor Constantius Maximus, populo catholicæ ecclesiæ Alexan-
» drinæ. Quum in rebus omnib. proposita nobis sit uestra, quæ ex recta iuris le-
» gumq; cõstitutione prouenit, felicitas: & non ignoremus, satis diu episcopi uos
» caruisse prouidentia: Athanasium antistitẽ, uirũ propter insitam sibi fidei sinceri
» tatẽ morumq; natiuã probitatẽ hominibus omnibus spectatũ, æquum esse duxi
» mus, ut ad uos remitteremus. Eum ita ut cõsuetudo fert & decet, susciрiẽtes, pre
» cumq; ad DEVM uestrarum adiutorẽ constituentes, quæ & uobis cõgruit, & no
» bis accepta est, cõcordiam & pacem, iuxta ecclesiæ sanctionẽ, prolixè seruare stu
» dete. Minimè enim omniũ conuenit, discordiam aliquã aut seditionem inter uos
» cõcitari, in ista temporũ nostrorũ tranquillitate. Atq; eam quidem incõmoditatem abesse à uobis omnino uolumus. In precationibus uerò ut eo quem diximus
» authore & adiutore sedulò utẽtes, diuinis rebus more recepto insistatis, uos admonemus: ut tali animorũ uestrorũ proposito ad uniuersorum uota transeunte,
» ex gentibus etiam qui adhuc idolorũ errori sunt implicati, ad sacrosancti sacrifi-
» cij cognitionẽ peruenire, Alexandrini charissimi, maturent. Quare uos iterũ admonemus, ut in ijs quæ diximus perſistatis. Episcopũ uerò DEI ipsius nutu &
» sententia nostra ad uos missum, libenter recipiatis, atq; eum ex animo cõplecten
» dum uobis esse existimetis. Id q̃d & uos decet, & mansuetudíni nostrę conuenit.
» Vt enim tumultus & seditionis occasionẽ omnẽ eorũ qui consultò deteriora cœ
» pta cõsectantẽ, præcideremus, iudicibus qui apud uos sunt, literis nostris manda-
» uimus, ut oẽs quos seditiosos esse cognoscerẽt, legũ subijciãt uindictæ. Itaq; quũ

Constantij ad ecclesiam Alexandrinã, pro Athanasio literæ.

Clarigiæ iniuriarum.

Immunitas ecclesiastica.

Inuitat rectè sentientes ad Athanasij communionem.

Constãtius ad populum Alexandrinum.

utrunq; perſpiciatis, ſimul ſcilicet & diuinã noſtramq; ſententiam, curam etiam A
quã de uobis atq; cõcordia ueſtra gerimus, & legitimã aduerſus improbos pœ-
nam, ea quæ ſacræ religionis ſanctionibus cõueniunt, ritè ſeruantes, & quẽ dixi-
mus epiſcopũ omni honore & reuerentia proſequentes, preces quùm pro uobis
ipſis, tum pro uitæ totius & reipub. proſperitate, ad rerũ uniuerſarũ Deum pa-
trem fundere ſeduló ſtudete. Eodem exemplo præfectis Auguſtonicæ, The-
baidis, & Libyæ ſcripſit, in quib. & illa fuere. Quod ſi quãdo antehac cũ ignomi
nia & detrimẽto eorũ qui cũ Athanaſio epiſcopo cõmunicarũt, quidquã actũ re
perit, abolitũ id nũc uolumus. Immunitatẽ nãq; quã clerici prius habuerũt, ean-
dem eos recipere ſtatuimus, et cõſtitutionẽ hanc noſtrã ſeruari p̃cipimus, ut red
dito eccleſiæ Athanaſio epiſcopo; participes quoq; eius quã antea habuere, im-
munitatẽ retineant; eã ſcilicet, quã reliq habẽt clerici, ut & ipſi ea utẽtes gaudeãt.

Constantius ad Augustonicæ, Thebaidis, & Libyæ præfectos.

Immunitas Ecclesiastica.

CAPUT XXVI.

Athanasius Alexandriam reuertens, Arianos ecclesijs exigit, eisq; orthodoxos substituit.

Vnde nouæ aduersus eum criminationes sunt exortæ.

Iuſcemodi literis munitus Athanaſius, per Syriã in Aegyptũ conten
dit, & inde per Peluſium Alexandriã profectus eſt. Peragrãs autẽ ur
bes in Aegypto, quos ibi Ariano dogmati addictos reperit, illis ex-
authoratis, quorum doctrinam exploratã probaſſet, eccleſiarũ eis ad
miniſtrationẽ cõmittebat. Idq; itidem, quũ per nationes alias iret, feciſſe dicitur:
ſiquidem ibi quoq; eccleſiæ Arianis gubernandæ mãdatæ fuiſſent. Quæ res po-
ſtea ei aliarum criminationũ initium & cauſa fuit, q̃ nimirũ in parœcijs, quæ ad
iuriſdictionẽ eius nõ pertinerent, electionẽ Eccleſiaſticam uſurpare auſus eſſet.
Et quum reditu ſuo nõ ex aduerſariorũ ſententia inſtituto, propter Conſtantis
amicitiam, maiore eſſet animo: eo minus contemnendus uſus eſt, quo in maiorẽ
illuſtrioremq; honorem & gloriam ita euectus fuerat, ut ex aduerſarijs multi ani
mos deſponderint: & q̃d in eum gerebant odio depoſito, cõmunioni eius ſe ag- B
gregarint. Quemadmodũ quidam Palæſtini fecere, & Maximus Hieroſolymo-
rum epiſcopus, qui in Licinij perſequutione egregium ſe oſtẽdit martyrẽ, quum
ei ex oculis alter propter uerã pietatẽ effoſſus eſt. Expoſitis namq; apud hos Sar
dicenſibus actis, & literis Imperatoris quæ idem decernebãt exhibitis, in ſenten-
tiam eos ſuã Athanaſius pertraxit. Atq; illi, Synodo ex Syria Paleſtina & regio-
ne finitima coacta, ad cõmunionẽ eum receperunt, debitumq; dignitati eius ho-
norem exhibuerũt. Vnde nõ minima ab eis qui Athanaſio malè uolebant, Maxi
mo prouenit inuidia & reprehenſio, quod qui antea Tyri ſuffragator Athana-
ſium cõdemnantium fuiſſet, nunc ſeorſim ſententiã pro eo talem tuliſſet, author-
itate ſua dignitatẽ illius cõfirmaſſet, & alacritate ſumma cum eo cõmunicaſſet.
Quæ uerò pro eo Synodus Hieroſolymitana in Aegyptũ, Libyam, & ipſam Ale
xandriã ad presbyteros & diaconos & plebẽ reliquã ſcripſit, talia fuere. San- C
cta Synodus Hieroſolymis cõgregata, eis qui in Aegypto, & Libya, & in ipſa A-
lexandria ſunt, presbyteris, diaconis, & populo, dilectis deſideratiſq; fratribus,
in CHRISTO ſalutẽ. Vniuerſarũ rerũ DEO, dilecti, pro rei dignitate debitas
agere gratias, propter ea quæ ſemper fecit admiranda, non poſſumus. Fecit autẽ
nũc quoq; cum eccleſia ueſtra, paſtore ueſtro & domino collegaq; noſtro Atha-
naſio, uobis reddito. Quis etenim ſe oculis ſuis uiſurũ ſperauit, quę nũc uos reb.
ipſis percipitis? Sedenim uerè profectò orationes ueſtræ exauditæ ſunt ab uni-
uerſitatis huius DEO, qui eccleſiæ ſuę curã gerit: quiq; lacrymas ueſtras & luctũ
reſpexit, & propterea preces ueſtras exaudiuit. Eratis namq; ſicuti oues iactatæ
& diſperſæ, nõ habentes paſtorẽ. Et uerus in cœlo paſtor, oues ſuas curans, red-
didit uobis quem deſideraſtis. Ecce enim & nos, qui nihil pro Eccleſiaſtica pace
nõ agimus, & cum ueſtra conſpiramus charitate, illum prius receptũ cõplexi ſu-
mus.

Athanasius Maximũ Hieroſolymitanũ & alios episcopos in sententiam suam adducit.

Maximus confessor.

Synodus prouincialis Hieroſolymitana, ad communionem Athanaſium recipit.

Synodi eius ad Alexandrinos pro Athanasio scriptum.

Communes ecclesiæ preces efficacissimæ.

A mus. Et per eum in cõmunionẽ uos recipiẽtes, hoc ſcriptũ & gratiarũ actionem
» noſtrã ad uos dedimus, ut dilectionis uinculo nos & illi & uobis unitos atq; con
» iunctos eſſe intelligatis. Debetis uerò etiã pro pietate DEI amantiſsimorũ Impe- *Pro principibus orandis.*
» ratorũ orare. Qui ſanè & ipſi, tum deſiderio in illum ueſtro, tum ſinceritate eius
» cognita, reſtituere eum uobis cum omni honore ſunt dignati. Itaque obuijs cum
» excipite ulnis, & debitas pro eo gratiarum actiones, à quo hanc tantam recepiſtis
» gratiã DEO reddere ſtudete, ut perpetuò cum DEO lætari, & Dominum cele-
» brare ualeatis, in CHRISTO IESV Domino noſtro: per quem patri ſit gloria,
» in ſecula ſeculorũ. Hæc Maximus & Paleſtina Synodus pro Athanaſio ſcripſit.

CAPUT XXVII.

Vrſicius et Valens Ariani Athanasio se cõiungunt.

Vrſicium alij Vrſacium uocant, cõuenienti Hungarorũ linguæ nomine, quaſi Urſam dicerent.

Caeterùm alij quoq;, tametſi ingenti erga Arianã religionẽ ardore eſ-
ſent, in illius tamẽ cõceſſere ſententiã. id q̃d & Vrſicius & Valens fece
re, qui cũ Theognide & alijs apud Mareoten fuere, ea quæ Iſchyras di
xerat, de cõfracto myſtico poculo, & alijs reb. inquirentes. Ii priore o-
pinione mutata, Romã profecti ſunt: atq; ibi Iulio epiſcopo libello pœnitentiæ
oblato, uictos ſe ab Athanaſio eſſe ſunt confeſſi, ſimulq; in poſterũ ſe τῷ ὁμοουσίῳ
cõſubſtantiali aſſenſuros eſſe receperũt. Ad ipſum etiã Athanaſiũ ſcribentes, be-
nignè ſe cũ eo cõmunicaturos eſſe ſignificarũt. Quæ ſanè res publicitùs in maxi-
mum euaſit ueluti triũphũ, & documentũ certũ, iniquas eſſe Tyri dictas latasq;
in Athanaſiũ ſententias. Ad Iuliũ epiſcopũ Romanũ quæ ſcripſerant, hæc fuere.

Vrſicij & Valentis pœnitentiæ libellus, Iulio episcopo Rom. oblatus.

» Beatiſsimo dño Papæ Iulio, Vrſicius & Valens. Quandoquidem antehac multa
» & grauia de Athanaſio epiſcopo ſcriptis noſtris ſuggeſsimus, bonitatis tuæ lite-
» ris in ſententiã aliam traducti, negotio eo dẽ quo ad te ſcripſimus impediti, ratio-
» nẽ corũ reddere nõ potuimus. Sedem̃ præſentibus nũc fratribus noſtris presby-
B teris omnibus, apud humanitatẽ tuã profitemur, omnia quæcũq; antea de nomi
» ne, quẽ diximus, Athanaſij ad aures noſtras peruenere, falſa et cõficta, modis̃ que
» omnib. aliena ab eo eſſe. Quapropter cõmunionẽ eius cupidè affectamus, præci
» puè quũ pietas tua, pro inſita ſibi integritate, gratiam nobis erroris facere eſt di-
» gnata. Profitemur & illud, ſi quãdo Orientales malignè, aut ipſe etiã Athanaſius,
» nos de reb. his in ius uocare uoluerint, nos p̃ter animi tui ſententiã eò nõ ituros.
» Ariũ aũt hæreticũ, eiusq; defenſores, q̃ dicũt, fuit aliquãdo quũ nõ fuit filius: &;
» Chriſtũ ex nõ exiſtente eſſe: &, qui Chriſtũ Deum eſſe & filiũ Dei ante ſecula ne
» gãt, ſicuti & in priore libello noſtro Mediolani oblato, ita nũc quoq; anathema-
» te mactamus. Hæc aũt manuũ noſtrarũ ſubſcriptione annotãtes, iterũ iterumq;
» profitemur, nos, quẽadmodũ modò diximus, Arianã hæreſim & authores eius
» dãnare, in ſeculũ. Ego Vrſicius, pfeſsioni huic meæ præſens ſubſcripſi. itidẽ uerò
& Valens. Hæ quidem ad Iuliũ. Quæ uerò ad Athanaſiũ ſcripſere, ſic habebant.

Vrſicij & Valentis ad Athanaſiũ ſcriptũ.

» Dño fratri Athanaſio epiſcopo, Vrſicius & Valens epiſcopi. Occaſionẽ per fra
» trẽ & cõpresbyterũ noſtrũ Muſæũ, qui ad dilectionẽ tuã proficiſciẽ, frater dile-
» cte, nacti, cõpellandũ te ex ipſa Aquileia duximus: optantes, ut ſaluus literas no-
» ſtras legas. Addes aũt nobis fiduciã, ſi tu q̃q; ſcribendo nobis reſponderis. Scito
» nãq; pacatos nos eſſe, & eccleſiaſticã tecũ cõmunicare cõiunctionẽ. Indicium ea-
» rum rerum eſt, literarum noſtrarum iſthæc compellatio. Res Athanaſij ita ſe ha-
» buere. Et ſic ille ex Occidente in Orientales partes reuerſus, eccleſias in Aegypto
rurſus gubernauit. Itidem uerò & Paulus, & Marcellus, & Aſclepas, & Lucius,
ſedes ſuas recepere.

CAPUT XXVIII.

Constantini iuniores cædes.

De Constantini tribus filijs ita scribit Eutrop. libro 10.

A tempeſtate & reſpub. laborarũt. Ex trib. enim Cõſtãtini filijs, qui
natu maximus, patrí cognominis erat, à ducib. Cõſtãtis fratris truci-
datus eſt, nõ iubẽte illo q̃dẽ, ſed nec phibẽte etiã; ſicuti à nobis ſuprà

Constantinum primum filium decennali suo trāsalpinis gētibus præfecit.

Constantiū secundū, nicenali in Orientem misit. Constanti natu minimo tricennalibus Illyricum Italiam & Africam protinus eius dedit.

est dictum. Illud quoq; nō omittendū uidetur, una cum Constantini, post mortem eius, filijs, imperasse patri suo cognominē Dalmatium Cæsarem, prosperrima indole patro persimilem iuuenē. Sed eum breui iugulatum esse à militibus, Constantio sinente potius q̄ iubente. Deinde minus quoq; feliciter Cōstantio res in Oriente succedere, maxima namq; à Persis expeditione suscepta, perinde atq; nox quædam cōfertim Romanis offusa esset, uictoria uerè ad Persas inclinauit. quū Athanasius uarijs casibus iactatus, & de consubstantiali aduersus eum bellum est excitatū. Nisibim, quæ etiam Antiochia Mygdoniæ à quibusdam dicitur, Sapores ad dies septuaginta oppugnauit, tormētis per circuitū dispositis, uallo in magnā altitudinem excitato, omni genere armorum bellicarumq; ad expugnandas urbes machinarū emisso, fossisq; & aggeribus ductis. Vt aūt res omnes expertus nihil egit, fluuiū Mygdonium (ita enim dicitur, qui mediam secat urbē) longius à muro aggeribus ex utraq; parte prærtis, qui undas cohiberent, constructis inhibuit, & derepentè quasi tormentū quoddam mœnibus immisit. Atq; illa quòd uim & impetū undarum non sustinerēt, in parte utraq; meatum illi præbentia, cessere atq; concidere. Persa aūt in spem urbis potiundæ erectus, postridie lutosis aquosisq; locis exiccatis, ad muri qui cōciderat, partes cum copijs omnibus accedens, mœnia ipsa ita ut antea fuerant, restaurata uidit. Vrbis namq; episcopus Iacobus, diuinæ sortis minimè expers, oratione celeriter ea restituit. Et accedentes præterea ad ea Persas, quæ in conspectū non caderent, depulit telis. Quod Sapores cernens, consternatus obstupuit. Et q̄d circa murū urum splendido regioq; cultu ornatū uidisset, Constantium eum esse arbitratus, cædem eis minatus est, qui eum nō adesse renunciauerant. Vbi uerò illi uera esse quæ dixissent, Constantiū scilicet Antiochiæ esse, confirmarūt, agnouit uisionis eius prodigium, DEVMq; res Romanas propugnare dixit. Eaq; de re ad iram prolapsus, in aerē tela, uulneraturū se esse eum qui corpore caret, ratus, miser cōiecit. Ephraim aūt, qui apud Syros optimus fuit scriptor, muro conscenso, ubi innumerabilem illā hostium multitudinē uidit, Iacobum qui tum ibi, ut dictum est, episcopū agebat, rogauit, ut muliones & culices Persis immitteret: quibus illi, etiam per minima animalia DEVM eis abundè auxiliū ferre, cognoscerent. Et ecce, simul cum ipsa precatione, animalculorū aereus exercitus nubis instar confertim in illos inuolat, & in elephantorū proboscides, quæ ueluti tibiæ directæ eminebant, equorumq; & aliorum iumentorū aures & nares irruit. Illi uerò animalculorum eorum non ferentes congressum, nullo seruato ordine, cum impetu discurrentes miscentur, fugientesq; turpiter cōcidunt. At Sapores ex rebus minimis maximo DEI subsidio cognito, quum multa per eam expeditionem tentasset, cum probro tamen & ignominia inde discesset, clade sibi ipsi potius quàm uictoria parta. Constantio aūt bello Persico in Oriente occupato, Magnētius in Occidente tyrannidem arripuit, qui imperatorē Constantē apud Gallias per insidias interemit, imperiūq; illius sibi subdidit. Vnde ciuilis belli causa extitit. Huius namq; impotentē animū uerita Imperatoris soror Constantia, Britanioni Imperiale imposuit diadema, eumq; aduersus tyrannū ducere iussit. Quod ubi Constantius cognouit, & ipse Imperatoris insignia eidem misit. Sed & hic imperandi libidine corruptus, in tyrannidē apud Sirmiū erupit. Romæ quoq; nō mediocris tumultus fuit, q̄ Nepotianus Constantij ex sorore Eutropia nepos, imperium sibi in urbe uendicans, fortē ex gladiatoribus satellitibus exercitū cōtraxerat.

A *Dalmatij tiuntoris cædes.*

Sapores Persarum rex Nisibim oppugnat.

Mœnia Nisibis fluminis inhibiti subito impetu sternūtur.

Iacobi episcopi eius ob his precibus ea restituuntur.

Deus Nisibim defendit.

B

Ephraim monachus.

Culices & muliones diuinitus Persis immissi, uictoriā ab eis reportant.

Constantis cædes.

Magnentij in Occidente tyrannis.

Item Britanionis.

Item Nepotiani.

Constans ad deliciās delapsus, Magnentij, qui comes ordinum Augustæ, Germaniæ urbis, erat, insidijs, haud lōgè ab Hispanijs, in oppido Helene occisus est. Eutrop. qui Augustam, Augustodunum nominat. Nepotianum die uigesimo octauo Magnentius oppressit: & caput eius hastæ infixum, in urbe circumlatum est. idem.

A traxerat. Eum tamen nō diu rerum potitū, Magnentius necauit: qui loca omnia in ipso Occidente uastare non intermisit. Tantum breui tempore malorū est accumulatū. Erat is quartus à Sardicensi Synodo annus. Constantius porrò, qui Orientis Imperator declaratus fuerat, Occidentē quoq; potestati suæ subijcere contendit, bellumq; aduersus tyrannū, qui ibi grassabat, adornauit. Eo tempore Athanasius episcoporū Aegyptiorū Synodū Alexandriæ coegit: in qua quæ de eo uel Sardicæ uel in Palæstina decreta essent, cōprobarentē atq; cōfirmarentur.

Cædes eiusdem.

Alexandrina pro Athanasio coacta Synodus.

CAPVT XXIX.

IMperator autem aduersantis sectæ importuna solicitatione trāsuersum actus, priorem mutauit sententiā. Suggesserant enim ei, Athanasium rursum Aegyptum & Libyā turbare. Addiderant etiam, in parœcijs quæ iurisdictionis eius non essent, episcopos & presbyteros designasse. Et quod omnium maximum foret, ipsum quoque fratrem Constantem ad inimicitias aduersus eum concitasse. Quibus criminibus apud Constantium, ut qui Euripus esset, effecere, ut quæ Sardicæ constituta fuerant prorsus aboleret, & eos qui per eam Synodum restituti fuerant episcopi, exigi iuberet. Ita factum, ut Marcello deiecto, Basilius Ancyram Galatiæ sit reductus, & Orestiadis episcopus Lucius uinctus in carcere interierit: Paulus uerò Constantinopolitanus perpetuo exilio mulctatus, in oppidum quoddam Armeniæ in solitudine quadam situm, Cucusum nomine, deportatus sit: ubi laqueo strangulatus, Macedonianorū opera perijt. Tantum aūt calumnia Athanasio apud Imperatorem intentata ualuit, ut is quendam summiserit, qui caput illi ubicūq; reperto amputaret: & cum eo Theodulo itidem, & Olympio, ecclesiarū quarundam in Thracia episcopis. Quā rem ubi Athanasius præsensit, minis illius cedens, fuga
B uitæ suæ cōsuluit. Quam deinde fugā Ariani sunt calumniati, & maximè Narcissus Neroniadis episcopus, & Leontius Laodicensis, tum aūt Antiochenus episcopus. De quo Athanasius dicit, presbyterū eum ministerio, q̄d seipsum castrarit, motū esse. Nam is ancillæ cuidam Eustoliæ uenustæ mulierculæ cohabitans, quum inualescentē eam ob causam fœdam suspicionē abolere studeret, seipsum castrauit, ut liberè deinde cūm ea esse posset. Cæterùm ne eo quidem facinore suspicionē sustulit. Nam eam ob rem tum illi dignitas adēpta: postea autem Constantij opera, Laodicensi primùm, deinde etiam post Deo inuisum Stephanum, qui Phlacito post Euphronium successerat, Antiochenæ præfectus est ecclesiæ. Verùm enimuerò post Athanasij quæ dicta est fugam, Georgius in locum eius surrogatus, ecclesias Aegyptias malè tractauit. Quæ autem is commiserit, ea ex Athanasij uerbis, qui eis rebus interfuit, easq; pertulit, rectius intelliget. Nam in Apostolico libro, quē de Fuga inscripsit, defensionem aduersus eos qui eum carpserant instituens, mentionem quoq; eorum quæ tum ibi acta essent facit, &
» hisce utitur uerbis. In Alexandriam rursum irruerunt, qui nos ut occiderent
» inquirebant. Et facta sunt posteriora deteriora prioribus. Subitò enim milites
» ecclesiam circumuallarunt, & pro precatione bellum instituū. Deinde quadra-
» gesima ipsa, qui ab eis è Cappadocia missus fuerat Georgius ingressus, clades
» quas ab illis cognouerat, adauxit etiam. Post Paschę hebdomadam uirgines in
» uincula conijciebantur, episcopi à militibus uincti ducebantur: pupillorum &
» uiduarum domus & panes diripiebantur, impetus in ædes fiebant. Noctu Chri
» stiani submergebantur, domus resignabantur: clericorum fratres pro fratribus
» periclitabantē. Et dura quidē ista: quæ uerò subsequuta sunt, duriora. Hebdo-
» mada enim post sanctā Pentecostē, ieiunio ābsoluto, populus ad cœmiteriū ora
» tum, propterea q̄d communionem cū Georgio omnes auersarentē, egressus erat.

Athanasius & alijs quibusdā episcopis pernicissor subornatur.

Athanasij fuga.

Leontius Antiochenus episcopus, adhuc presbyter, seipsum castrauit.

Georgius Athanasio fugato, ecclesiā Alexandrinam regit.

Athanasius de calamitatibus ecclesiæ Alexandrinæ, quas illa in fuga eius pertulit.

Ieiunium post Pentecosten.

Atq;

Atque eo cognito, improbissimus ille ducem Sebastianum Manichæum exci- A
tauit. Et ipse adeò cum ingenti militum, arma, strictos enses, arcus & sagittas fe- «
rentium manu, ipso die Dominico contra populum processit, & paucis qui pre- «
cabantur (plurimi namq; iam propter diei horam domum se receperant) reper- «
tis, talia ibi fecere, qualia ab eis fieri decebat. Rogo enim accenso, & uirginib. ad «
ignẽ admotis, ut se Arianę fidei esse dicerẽt, cogebat. Atq; ubi eas superiores esse, «
ignemq; nihil curare uidit, denudatis eis ita facies uerberibus cõtudit, ut ad tem- «
pus aliquod uix cognoscerentur. Et uiris quadraginta comprehensis, nouo eos «
diuerberauit modo. Virgis namq; è palmarum arboribus repentè desectis, qui- «
bus adhuc acumina sua inessent, terga eorum tam crudeliter cõscidit, ut quidam «
ex eis sæpius à chirurgis propter acumina infixa curati: quidam uerò quòd curã «
eam ferre nequirẽt, mortui sint. Reliquos uerò simul omnes, atq; unà uirgines in «
magnam Oasim in exilium egit. Mortuorũ porrò corpora primùm reddi suis nõ «
permiserunt, sed ea insepulta ut uoluere celarunt: quòd existimarent crudelitatẽ «
tantam se occulturos esse. Et fecerunt illi hoc, opinione sua seducti, homines de- «
mentes. Dum enim defunctorum familiares lætarentur quidem propter confes- «
sionem obitam, lugerẽt autem propter corpora denegata, magis ac magis impie «
tatis simul & crudelitatis contra eos increbuit crimẽ. Confestim etiã ex Aegypto «
& Libya exilio mulctarunt episcopos, Ammoniũ, Thmuim, Caium, Philonem, «
Hermen, Plinium, Psenosirim, Nilammonem, Agathonem, Anagamphum, Am- «
monium alterum, Marcum, Dracontium, Adelphiũ, Athenodorum: & presby- «
teros, Hieracem & Dioscorum. Eosq; tam acerbè exegere, ut nonnulli quidem «
in itinere ipso, quidam autem in exilio decesserint. Expulere uerò episcopos plu- «
res quàm triginta. Studio enim eis erat, iuxta Achab, si fieri posset, tollere ueri- «
tatem. Et quæ Alexandriæ à Georgio sint acta, talia fuere.

Horrenda Ariani in Catholicos admittunt.

Episcopi Catholici ab Arianis in exilium acti.

CAPUT XXX.

Macedonij Cõstantinopolitani sæuitia tyrannica in Orthodoxos.

NOn secius uerò & Macedonius Constantinopoli post Paulum eccle B
sia ibi occupata sæuiebat. Accepta enim plurima ab Imperatore
potestate, bellum contra ecclesiam suscepit, nihilq; ad tyrannicã cru
delitatem reliqui fecit. Et Imperatore arte circumuento, cõstitutio-
ne eius rapinas & direptiones suas, quas in ecclesijs peragere decreuerat, confir-
mauit. Circumferebanẽ per urbes Imperatoris literæ. Militaris manus sanctio-
nibus subseruiebat: & non solum ecclesijs, uerumetiam urbibus ipsis pellebantur, qui Paulo fauebant, & τὸ ὁμοούσιον consubstantiale profitebantur. Ac pri-
mùm quidem persequutionẽ tantum urgebant: deinde uerò necessitatem quo-
que talem, ut cum illis communicarent, eis imponebãt, cui ad sæuitiam eam nihil
deesset, quæ olim eis qui ad idolorũ sacrificia adacti sunt, illata fuerant. Nõ enim
proscriptione tantum res agebatur, sed & publicatione atque direptione bono
rum, præterea flagris, uerberibus, uariisq; generis cruciatibus, & exilijs. Multi
plagis confecti interiere. Alijs ius ciuitatis ademptum. Quidam in fronte notis
compuncti, ut dignosci tanquam stigmatici possent. Clades ea ad cædes etiam
processit. Namq; cum multis alijs, & Marcianus & Martyrius, cum magna for-
titudinis laude sunt mortui, qui familiares & scribæ Pauli fuerant. Eos Mace-
donius præfecto tradidit, crimen illud obiectans, quòd seditiosi essent, & plurimum opis ad Hermogenis cædem contulissent. Horum Marcianus subdiaco-
nus fuit: Martyrius autem psaltes, seu cantor, diuinarumq; scripturarum lector.
Sepulcrum eorum extra urbis murũ est celebri fano clausum, quod fanum mar-
tyrum monumentum esset. Id Ioannes Chrysostomus primus construere cœ
pit, Sisinius deinde absoluit: qui postea ambo ecclesiæ Constantinopolitanæ
præfue-

Marciani & Martyrij martyrium.

A præfuere. Rectè enim putarunt, dignos esse honore martyrũ, qui gloriam à DEO
consequuti essent, quùm dæmonum ejiciendorum, tum uariorum aliorum mor
borum contactu monumenti sanandorum. Itaq; locus is damnatus antea, appa-
ritionibusq; simulacrorum horrendus, expiatus ab eis est, & purgatus. Et Mace
donius quidem hæc sic in Orientis urbibus gerebat. Vrbes uerò Occidentis &
Græciæ ad Illyricũ usq;, nihil eiusmodi pertulere: ꝙ concordes essent, & iam in-
de ab initio Nicænæ Synodi decreta constanter retinerent. Cæterùm Paulus,
sicuti antea quoq; dictũ est, Cucusi exulans, impiorũ hominum crudelitate per-
* strangulationẽ uitam finijt. Obitus eius Athanasius quoq; in defensione fugæ
» suæ meminit, hisce uerbis: Constantinopolis enim episcopum Paulum, quĩ pro-
» sequuti essent, & inuenissent, propalàm suffocandũ curarunt in oppido Cucuso,
» carnifice ad cædem eam usi Philippo præfecto: erat namq; hæresis eorum ante-
» signanus, & prauorum consiliorum administer. Hæc sanè sic ferebantur.

Miracula monumentorum eorum edita.

Sozom. addit, Capite damnatos ibi morte multari solitos.

Occidentales in orthodoxia colenda constantes.

Paulus Constantinopolitanus episcopus Cucusi strangulatus.

* *De cæde Pauli lib. 4. cap. 2. Paulus ad exilium perpetuum condemnatus, & Cucusum Armeniæ deportatus est. ubi etiam uitam finijt, morbone dicam, an ui ei adhibita, non satis scio. Fama certè hodie quoque obtinet, à Macedonianis laqueo strangulatum esse.*

CAPUT XXXI.

COnstantius aũt ex Oriente in Illyricũ aduersus tyrannos exercitũ du-
cebat. Et quæ contra eos gesserit, paulo pòst referam. Quum aũt Sir-
mij esset, Photini dogma in disquisitionẽ adduxit. Qui eloquens qui-
dem, & ad persuadendũ idoneus, ecclesiæq; Sirmiensis Antistes fuit:
noua aũt hæresi instituta, multos in sententiam suam pertraxerat, quam etiam in
Imperatoris præsentia propalàm & liberè in primis promulgabat. Dogma eius
B erat, unum esse Deum omnipotentẽ, qui uerbo suo uniuersitatẽ hanc constitue-
rit. Antesecularem uerò uerbi generationẽ & existentiam prorsus negabat. Ex
Maria aũt CHRISTVM initiũ sumpsisse docebat. Eo dogmate ubiq; locorum di
uulgato, uniuersi tam in Oriente quàm in Occidente episcopi, siue Nicænam se-
querentur fidem, seu Arianam complecteretur sententiam, grauiter id tulere: ꝙ
ex æquo contra omnes, nouas res inducere existimaretur. Ne ipse quidem Im-
perator mediocriter dissidio eo est cõmotus. Quapropter etiam concilium ibi
coegit. Conuenere eò ex Oriente episcopi, Marcus Arethusius, Georgius Ale-
xandrinus, quem Ariani miserant: Basilius Ancyranus, Pancratius Pelusius, &
Hypatianus Heracleotes. Ex Occidente, Valens Mursorũ, & propter uirtutem
magnus Hosius Cordubæ Hispaniæ urbis episcopus, confessor, & Nicænæ Sy-
nodi particeps, qui quidem perinuitus tum Sirmij affuit. Arianorum enim dolo
non dudum antea in exilium pulsus, annitentibus eis qui Sirmium conuenerãt,
Imperiali edicto reductus fuerat. Sperauerãt enim illi, si is suffragator eorũ siue
persuasione seu ui fieret, multum eum ad cõstituendum stabiliendumq; dogma
eorum momenti allaturum esse: ut qui spectata fide testis, & ueluti miraculum
quoddam eius ætatis hominibus haberetur. Verùm ubi assentiri eis renuit,
uarios rursum contracto iam extenuatoq; grauiore ætate corpore sustinuit cru-
ciatus, adeò ut ad fidiculas & uerbera peruenerit. Quibus ille coactus, tribus eo
rũ formulis assensit & subscripsit. Sedenim Synodus, quũ Photinũ cum Sabel-
lio Libyco & Paulo Samosateno facere, eadẽq; docere manifestò deprehẽdisset,
statim ei episcopalem abrogauit dignitatẽ. Quod sanè ut ritè atq; ordine factũ,
& tum & postea omnes cõplexi sunt, & cõprobatione debita dignũ iudicarunt.
Cæterùm

Photini Sirmiensis episcopi hæresis.

Concilium Sirmiense propter Photini hæresim coactum.

Hosius confessor.

Hosius tormẽtis coactus, tribus Arianorũ fidei formulis subscripsit.

Photinus, Sabellius, Samosatenus, Sirmij damnati.

Sirmiensem conuentum coactum tradunt post Sergij & Nigriani consulatum: quo anno, neq; ex Oriente, neq; ex Occidente quisquam Consul creatus fuerit, propter tyrannorum motus, & reipub. perturbationem. Socrat. lib. 2. cap. 29. Sozom. lib. 4. cap. 6. Chronici tamen obseruatores, Cossannotant, Constantium Aug. V. Constantium Gallum Cæsarem.

Cæterùm illi diutius ibi manentes, perinde atque priores fidei formulas damna A
rent, tres alias promulgarunt. Atq; unam quidē Græca lingua Marcus Arethu-
sius composuit, reliquæ Latino sermone fuerant conscriptæ: quæ simul & uer-
bis & eorum structura atq; compositione ab Arethusij expositione prorsus dis-
sidebant. Quin neq; eadem quæ priores formulæ, cōplectebantur. Græca nāq;
neq; ὁμοούσιον consubstantialem, neq; ὁμοιοούσιον æquisubstantialem patri filium
dicebat. Et eos qui docerent filium principij expertem esse, aut qui filium dilata-
tam DEI substantiam facerent, aut qui etiam coniunctum, non autem subiectum
patri dicerent, excōmunicabat. Itidem uerò & altera Latina de substantia agens,
ὁμοούσιον consubstantialē iuxtà & ὁμοιοούσιον æquisubstantialem omnino dicen-
dum esse inhibebat: ut quæ uerba neq; in scripturis sacris uspiam inuenirentur,
neq; notitijs primis aut cognitione hominū perciperentur. Constituit sanè, pa-
trem maiorem dicendum esse quùm honore & dignitate & diuinitate, tum ipso
paternitatis nomine. Decernit etiam cum omnibus, filium subiectum esse patri.
Et principij quidem expertē esse patrem, omnibus uerò (patre excepto) filij ge-
nerationem esse incognitam. Quam formulam ut minus rectè compositam, po-
steaquam multis promulgata traditaq; fuerat, episcopi retractare contenderūt.
Et Imperator ipse id serio, coercionē eis & pœnam qui eam in lucem prolatam
non reddidissent minatus, mandauit. Verùm ea quòd in multorū manus peru-
nerat, nō prorsus est abolita. Alteram quidem ex Latinis, ei quæ ab Arethusio
Marco edita est connexam, in præsentia referam. Alteram aūt quæ postea lecta
est, loco suo reponā, quum res Arimini actas cōmemorabo. Quam Marcus di-
ctauit, sic se habet. Credimus in unum DEVM patrem omnipotentem, creato-
rem & factorem uniuersorū: ex quo omnis paternitas & in cœlo & in terra no-
minatur. Et in unigenitum eius filium Dominū nostrum IESVM CHRISTVM,
ante omnia secula ex patre genitum, Deum de Deo, lumen de lumine: per quem B
facta sunt omnia, in cœlis & in terra, uisibilia & inuisibilia. Qui est uerbum, & lu
men uerū, & uita. Qui extremis diebus, propter nos homo factus, & natus è uir
gine sancta, & crucifixus & mortuus & sepultus est. Et resurrexit à mortuis ter-
tia die, & receptus est in cœlum, & consedit ad dexteram patris: uenturus in con
summatione seculi, iudicare uiuos & mortuos, & reddere unicuiq; secundum o-
pera sua. Cuius regnum interminatum in infinita secula permanet. Sedet namq;
in dextra patris nō solum in seculo isto, sed & in futuro. Et in spiritum sanctum,
hoc est, paracletum, quem quum se Apostolis post ascensionem in cœlos missu-
rum promisisset, ut eos doceret & admoneret omnia, misit: per quem etiam san-
ctificantur, quæ in eum sincerè credunt, animæ omnium. Eos uerò qui dicunt, ex
non existentibus esse filium, aut ex alia subsistentia quàm ex Deo: & quòd fuerit
tempus aut seculum, quum non fuerit, alienos esse scit sancta Catholica Ecclesia.
Ac rursum dicimus, si quis patrem & filiū duos profiteatur deos, anathema sit.
Et si quis Deum dicens Christum, antesecularem filium Dei administrasse patri
in rerum uniuersarum creatione nō profiteatur, anathema sit. Si quis ingenitū,
aut partē eius ex Maria progenitā esse dicere audeat, anathema sit: Si quis iuxta
præscientiam eum qui ex Maria genitus est filium esse dicat, & nō ante secula ex
patre natum apud Deum esse, & per eum facta esse omnia, anathema sit. Si quis
dilatatā substantiam Dei filium facere dicat, aut dilatationem substantiæ eius fi-
lium nominet, anathema sit. Si quis substantiam Dei uel dilatari uel contrahi di-
cat, anathema sit. Si quis uel † mente conceptum, uel ore prolatum uerbum dicat
filium Dei, anathema sit. Si quis hominem solum dicat filium, ex Maria progna-
tum, anathema sit. Si quis Deum & hominem ex Maria genitū profitens, Deum
ingenitum

Triplex fidei formula Sirmij ab Ariani sanctibus composita.

Primæ formulæ summa.

Secundæ.

Formula fidei Sirmij à Marco Arethusio composita.

ἐνδιάθετον, προφορικὸν.

A ingentium ipsum intelligat, anathema sit. Si quis illud, EGO DEVS PRIMVM,
, & ego postea, & præter me nō est Deus: quod de abolitione idolorū, & eorum
, qui dij non sunt, dictū est: ad abrogationem unigeniti antesecularis filij Dei Iu-
, daicè accipiat, anathema sit. Si quis illud, VERBVM CARO FACTVM EST, au-
, diens, Verbum in carnem mutatū, aut conuersionē subijsse, & sic carnem assum-
, psisse existimet, anathema sit. Si quis unigenitū filium Dei crucifixum audiens,
, corruptionē, uel perpessionem, uel mutationē, uel diminutionem, uel abolitio-
, nem secundū diuinitatē sustinuisse dicat, anathema sit. Si quis illud, FACIAMVS
, HOMINEM, nō patrē ad filium, sed ipsum ad se ipsum Deum dixisse profiteatur,
, anathema sit. Si quis cum Iacob, nō filium ut hominē, sed ingenitum Deum aut
, partē eius colluctatā esse dicat, anathema sit. Si quis illud, † PLVIT DOMINVS ἐβρ.
, A' DOMINO, non de patre & filio accipiat, sed seipsum à seipso pluisse dicat, ana
, thema sit. pluit enim Dominus filius à Domino patre. Si quis audiens Dominū
, patrem, Dominū filium, Dominū & Dominum patrē & filium dicat, & Domi-
, nus ex Domino dicens duos statuat Deos, anathema sit. non enim componimus
, filium patri, sed patri subiectū esse dicimus. neq; descendit in corpus absq; con-
, silio patris: neq; pluit à seipso, sed à Domino, authore patre. neq; sedet à dextris
, à seipso: sed audit patrē, Sede à dextris meis. Si quis patrem & filium & spiritum
, sanctū unam personā dicat, anathema sit. Si quis spiritum sanctum paracletū pro
, fitens, ingenitum Deum intelligat, anathema sit. Si quis, sicuti Scriptura nos do-
, cuit, nō alium à filio dicat paracletum: dixit enim, ET ALIVM PARACLETVM
, mittet uobis pater, quem ego rogabo, anathema sit. Si quis spiritum partem di-
, cat patris, aut filij, anathema sit. Si quis patrem & filium & spiritum sanctum tres
, dicat deos, anathema sit. Si quis proposito Dei filium Dei ut unam creaturarum
B factum esse dicat, anathema sit. Si quis nō uolente patre genitū filium dicat, ana-
, thema sit. non etenim inuito patre, naturali necessitate coactus ille, nolēs genuit
, filium: uerùm unà cum ipsa uoluntate, & absque tempore, & absq; perpessione,
, ex se genitū ipsum exhibuit. Si quis ingenitū & principij expertem dicat filium,
, tanq; duo ingenita & duo principio carentia dicens, & duos deos statuens, ana-
, thema sit. caput nāq; est & principium omnium filius, caput autē Christi Deus.
, Ita enim ad unum initio carens rerū omnium principium, per filium piè omnia
, referimus. Ac denuò Christianismi certius accuratiusq; sententiam inquirētes,
, dicimus: Si quis CHRISTVM IESVM filiū Dei antesecularē administrasse pa-
, tri in rerum uniuersarū creatione non dicat, sed ex quo Maria genitus est, tum fi
, lium & Christum uocatū esse, & principium ut Deus esset cœpisse asserat, eum
, anathema esse: sicuti Samosatenū Paulum. Fidei formula aliter apud Sirmium
, Latinè edita, & Græcè uersa. Quandoquidem placitū est, ut de fide considera-
, retur, & omnia certò exquisita et exposita sunt Sirmij in præsentia Valentis, Vr
, sicij, Germinij, & reliquorum: constitit, unum esse Deum patrē omnipotentem,
, quemadmodum & in uniuerso orbe annunciat. Et unum unigenitū eius filium
, IESVM CHRISTVM, Dominū & Deum & Seruatorē nostrū, ex eo ante secu-
, la genitum. Non autē duos oportere dicere deos: siquidem & ipse Seruator di-
, xit, Vado ad patrē meum & patrē uestrum, & Deum meum & Deum uestrum.
, Propter quod & omnium Deus est, sicuti Apostolus quoq; docuit: An Iudæo-
, rum Deus tantum? non autem & gentium? profectò gentium quoq;. Siquidem
, unus Deus, qui iustificabit circumcisionē ex fide. Et reliqua quidem omnia con-
, sona sunt, & nihil habent dubij. Quoniā uerò permultos mouet substantiæ uer
, bum, hoc est (ut certius intelligat) τὸ ὁμοιοούσιον æquisubstātiale, siue τὸ ὁμοούσιον
, consubstantiale, neminē prorsus mentionē dictionum earum facere, neq; eas in

Hæc paulò aliter referuntur apud Socratē lib. 2. cap. 30.

Secunda fidei formula Sirmij scripta, quā author eius magnopere suppressam uoluere.

Repudiantur omnino uerba hæc ὁμοούσιον, & ὁμοιούσιον.

Ecclesia docere oportet, propter hãc causam & rationẽ, qp illę in diuinis scripturis non reperiantur, & captum humanæ mentis & cognitionis excedãt: quodcp nemo generationẽ eam explicare possit, quemadmodũ scriptum est, Generationem eius quis enarrabit? Soli aũt patri manifestum est, quomodo filium genuit: & item filio, quomodo ipse genitus sit à patre. Nemini etiam dubiũ est, maiorem esse patrẽ honore dignitate & diuinitate, & ipso adeò nomine paterno maiorem esse: ipso etiam testificante filio, Qui me misit pater maior me est. Illud quoqp catholicum esse nemo ignorat, duas esse personas patris & filij: & patrem quidem maiorẽ, filium aũt subiectum cum omnibus quæ ei pater subiecit. Et patrẽ principium nõ habere, & esse inuisibilẽ & immortalem, & passionis expertem: filium uerò genitum ex patre, Deum de Deo, lumen de lumine: eiusqp generationem neminẽ nosse, sicuti dictum est, nisi solum patrẽ. Ipsum porrò filium Dominum & Deum nostrũ, carnẽ, siue corpus, hoc est hominem assumpsisse, quemadmodum & Angelus renunciauerat, & scripturæ omnes docẽt: atqp in primis Apostolus ipse gentium doctor, Hominẽ CHRISTVS ex Maria uirgine assumpsit, per quẽ & passus est. Caput aũt fidei totius & firmamentũ est, ut Trinitas semper seruetur, ita ut in Euangelio legimus, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomen patris & filij & spiritus sancti. Integer autem & perfectus est trinitatis numerus. Paracletus aũt spiritus sanctus per filium missus, iuxta promissionem uenit, ut Apostolos & credentes omnes sanctificet & designet. Hæc ea formula est, cui ut Photinus etiam post episcopatus abrogationẽ assentiretur, & subscriberet, hominẽ sunt hortati: dignitatem se ei episcopalem unà cum throno reddituros polliciti, si quidem per pœnitentiam quæcunqp perperam docuisset, anathemate iugularet. Ille ne audire quidem hoc sustinuit, sed eos ad disputationem prouocauit. Et iussu Imperatoris in locũ unum, quicunqp doctrina, eloquentia, & honore antecellere alios uidebantur, conuenientibus, conditionẽ disputandi accepit Basilius, qui tum Ancyranam curabat ecclesiam. Concertatio ea longius producta, & notarij celeres utriusqp dictata exceperunt, quibus longè superior fuisse existimatus est Basilius. Porrò Photinus ad exilium est damnatus. In quo ille degens, opinionẽ suam Græcè & Latinè (multa enim ei in utroqp sermone erat gratia) scriptis mandauit. Quod uerò in eis maximè elaborabat, illud erat, quòd præter opinionẽ suam, alias aliorum omnes nihil esse, parum decorè probare est conatus. Photini quidẽ, eiusqp sententiæ res, ad hunc se habuere modũ.

A

B

Hæretica pertinacia in Photino.

Disputatio Photini cum Basilio Ancyrano.

Huic disputationi multos adhibuisse Cõstantium Senatorios uiros, dicit Socrat. libro 2. cap. 30.

Photinus exulat.

CAPUT XXXII.

IMperator aũt aduersus tyrannos exercitum duxit, & conditionibus pactisqp certis bellum cum Britanione decîdit, militibus illius ut animos mutarent, & se unũ Imperatorẽ acclamationibus renunciarent, persuasis. Nam insidijs eis cognitis, Britanio ad pedes Imperatoris supplicis habitu miserabiliter est prouolutus. Et Constantius ei Imperij insignia purpurã & coronã detraxit, quietumqp & priuatum esse iussit: Seni magis conuenire dicẽs, ut in ocio uiueret, quàm nomen tumultuũ plenum obtineret. Sumptus aũt ex publicis uectigalibus ei, ut seni, ad Prusam circa Olympum amplos attribuit: ubi ille degens, postea ad Imperatorem scripsit, gratiasqp ei egit, qui se tantis & tam multis curis & ærũnis, quæ in Imperio essent, liberasset. Rebus de Britanione prosperè confectis, maximã copiarum suarum, quas secum habebat, partem, in Italiam aduersus Magnentium misit. Patruelem aũt fratrem suũ Gallum,

Britanio à Cõstantio in gratiam receptus.

Imperium curarũ & ærumnarum nomen est.

Britanionem magistrum militum in Pannonia ad Mursam milites Imperatorem renunciauerant, grandæuum iam, & omnibus charũ uirum: quippe probum, & priscorũ morum, iucunda & facilitatis: sed omnium liberalium artium expertem, adeò ut ne primarum quidem literarum elementa, nisi in extrema ætate, addidicerit. Eutrop.

A lum, Constantij (frater autem hic Constantini magni patris fuerat (filium, in Orientem & Syriam ire iussit, ut prouincijs isthic aduersus Persarum excursiones præsidio esset: eundemqp cum nominis sui adiectione Cæsarem fecit, Cæsarem Constantium renuncians. Quo sanè tempore, illo Antiochiam proficiscente, rursum crucis signum in cœlo ad Hierosolyma apparuit, solem radijs suis præcellens, arcu quem irim uocant ingenti ad instar coronæ circumfusum, hora diei tertia, Pentecostes feriis ineuntibus: Cyrillo tum Hierosolymis post Maximum res Ecclesiasticas gubernante. Cæterùm crucis illa lux sparsim non diffluebat, quod in cometa fieri solet, sed multo magno'que fulgore densa & perspicua consistebat. Occupauerat autem cœlo incumbens circiter quindecim stadia. Longitudo eius, quantum colligere licuit, à Caluariæ monte ad eum qui dicitur Olueti pertingebat: latitudo autem, quæ longitudini ei proportione conueniret. Ad miraculum timor etiam, in re tam insolita & inexpectata, omnibus incesit. Itaqp omnes cum coniugibus & liberis ad templum maius Deum laudibus ferentes, relicto à quoqp quod tum fortè faceret, opere confugerũt. Et ea res in terras omnes promulgata, homines consternauit, quòd eam ex prouincijs cunctis, qui peregrè precationis ergò Hierosolyma uenerant, ubiqp uulgarent. Multos sanè & ex Iudæis, & ex Græcis, ad Christianismum perduxit. Factus etiam de ea certior est Imperator, familiarium suorum & ipsius Cyrilli literis. Et diuinitùs ea quasi prodigium exhibita esse dicebatur, à peritis, ut quæ antiquitùs in sacris expressa esset literis. Splendidum hoc & uenerandum spectaculum, ipsi quoque exercitui non fuit inuisum. Apparuit namqp signum id, quum Imperator ad Occidentem Britanionem & Magnentium tyrannos deuinceret: ubi exercitus uario labore fatigatus, miraculo tanto uiso, immensa eius luce afflatus & lustratus est. Nam Magnentius ueteri Roma capta, grauiter ibi sæuiebat, & multos ex Senatu atqp ipsa etiam plebe crudeliter necabat. Vbi autem Constantij exercitum adesse cognouit, cedens istinc, Galliam per Alpes Iulias petijt. Ita enim peranguſtus transitus dicitur, altissimis ex utraqp parte montibus in locum unum, ut propè complicentur, coeuntibus, angustijs quæ in Thermopylis sunt perquàm similes. Et Alpes quidem Iuliæ Gallias ab Italia diuidunt. Quæ uerò uocantur Susacenses Alpes, inter Daciam & Thraciam sunt. Porrò ubi aliquoties acies inter se concurrere, & nunc hi nunc illi prælio superiores fuere, postremò uictus Magnentius ad Mursam Galliæ castellum profugit. Quo loco copias suas casu eo perculsas animare, & ad fortitudinem atque fiduciam excitare conatus est. Quum autem & ipsæ militari more acclamatione sua illi ut Imperatori fausta ominari deberent, uel inuitæ pro Magnentio Constantium Augustum promulgarunt. Vnde ille imperium sibi non esse à DEO delatum intellexit: & castello eo derelicto, ulterius est profectus. Verùm quum eum Constantij exercitus magna celeritate persequeretur, solus profugiens in urbem Lugdunensem peruenit. Atque ibi fratrem Desiderium, per beneuolentię causam scilicet, ut eum hostium manibus & iniurijs eriperet, deinde matrem, postea etiam si quis ex propinquis suis alius adesset, iugulauit. Et tandem in gladium sibi ipsi intentatum incumbens, dorso etiam ipso perfosso, uitam finijt, quum non totos quatuor annos tyrannide potitus esset. Paulo deinde pòst, qui ei alter erat frater, Decennius Cæsar ab ipso dictus, laqueo etiam seipsum interemit. Sedenim ne sic quidem, respub. pacatæ fuere. Statim enim tyrannus alius, nomine Syluanus, apud Occidentales Gallos extitit: quem non ita diu res turbantem, Constantij duces interemere. Enimuerò Iudæi quoqp Diocæsareæ Romanis rebellantes, & seruitutis iugum excutientes arma sumpsere, & Palæstinã uicinasqp in circuitu regiones percurren-

B

Constantius Gallus Cæsar in Oriente.

Gallus crucem relucentem fẽrè medio die in cœlo Hierosolymis cernit.

Hierosolymitana precationis ergò profectio.

Signũ hoc crucis itidem Constantij exercitui in Occidente apparuit.

Magnentij tyrannis & exitus.

Alpes Iuliæ.

Angustiæ Thermopylarum.

Alpes Susacenses.

Prælijs istis uires Romanæ fẽrè consumptæ sunt. Bellatorũ enim quinquaginta quatuor millia periere. Oros. Eutrop.

Magnentius charissimos sibi quosqp primùm, deinde etiam seipsum necat.

Decennius frater Magnentij αὐτόχειρ. Alij Decentiũ uocant.

Syluani tyranni interitus.

Iudæi Diocæsareæ rebellantes à Gallo coercẽti.

tes uastarunt. Contra quos ex Antiochia, ubi agebat, profectus est Constantius Gallus, eisq; superatis tropæum ingens statuit, & urbem eorum ex ipsis fundamentis diruit. Cæterùm rebus feliciter gestis, fortunam blandientem prosperitatemq; eam non bene tulit. nam & ipse ad res nouas aspirare, & tyrannidem meditari cœpit. Sed breui conatus eius manifestò comperit Constantius. Siquidem ille per effrenẽ audaciam Orientis præfectum Domitianum, & quæstorẽ Montium suapte potestate necauit, cædis eius causa Imperatori non significata. Quæ res aliéq; insuper ad eam accedentes effecere, ut Imperator eum, ut sibi iniurium, sublatum uellet. Et ira incitatus, ad se eum euocauit. Atque ille in deteriorem partem eam uocationẽ fieri suspicatus, sibiq; propter ea metuens, etiam inuitus profectus est, uxore sua Constantia, quæ pro eo precaretur, præmissa. Ea in itinere mortua est. In comitatu Galli Theophilus etiam Indus fuit, de quo suprà diximus. Nam is medium se inter Gallum & Constantium gerebat, coniunctionem eorum & concordiam confirmans, quũ Cæsar Gallus designaretur, & pacta fierent. At Gallus, adempta ei primùm purpura, circa Phlanonem insulam in Occidentalibus partibus, ex insidijs Eusebij eunuchi trucidatus est. Quod quidem ita tum fieri iussit Constantius: post ea autẽ eum facti pœnituit. Breui pòst fratrem eius Julianum ex Ionia accitum, quòd Imperij grauitatem secum perpenderet, Cæsarem creauit: & aduersus barbaros in Galliam misit, qui res ibi turbulentas pacaret & constitueret. Sed de Iuliani rebus in historia sequenti accuratius omnia exponemus.

Gallus res nouas molitur.

Est hoc crimẽ læsæ Maiestatis.

Galli cædes.

Julianus Cæsar dicitur.

Julianus in Galliam missus.

CAPUT XXXIII.

Constantius cura & periculo tyrãnorum liberatus, uenit Romã: ubi de tyrannis triumphum sibi agendum esse duxit. Eodem tempore ad concordiam dogmatis Orientales simul & Occidentales episcopos, sicuti putabat, adducturus, Synodum cogi in Italia præcepit. Iulius tum, uigintiquinq; annis Romana ecclesia administrata, decessit, prouinciamq; eius Liberius sortitus est. Tum uerò opportunitatem sibi oblatam esse existimantes, qui professionem fidei Nicænam abrogauerant, calumnias rursum contexuerunt, ut Ὁμοούσιον consubstantialis professores, quos antea ut sententiæ alterius sectatores exauthorauerant, ecclesijs prorsus exigerẽt. Constante namq; adhuc superstite, non ausi fuerant fraudulenta temeritate imperia inter se cõmittere. Quippe bellum fratri Constans denunciauerat, nisi Athanasium, sicuti dictum est, reciperet. Potissimùm uerò Athanasium illi expellere studio omni contendebant: qui sanè etiam Constante nondum cæso, Constantio autem propter illum, Athanasium se complecti assimulante, (tantum illorum erat odium) conquiescere non potuerunt. Sedenim triginta ex maligna eorum multitudine Antiochiæ congregatis, Narcisso uidelicet Cilice, Theodoro Thrace, Eugenio Nicæno, Patrophilo Scythopolitano, Menophanto Ephesio, atque alijs, reditum Athanasij illi tanquam illegitimum culpabant, & omnibus ubiq; episcopis scribebant, ne cum illo communicarent, neue ad illum scriberent: sed Georgium honore prosequerentur, quem ipsi episcopum constituerant. Athanasius autem nihil prorsus hæc curabat. Id ita factum, donec Constantius tyrannis sublatis, unus ipse Orientis simul & Occidentis imperio est potitus. Et Constantius quum in Occidente esset, cum episcopis Ὁμοούσιον consubstantialis fidei assentientibus se coniunctum esse, & cum eis sibi conuenire simulauit: & fortasse in partibus eorum esse omnino cõstituit. Arte certè usus est, quum uim nullam eis primùm adhiberet, sed tantum persuaderet, ut eandem contra Athanasium, quam Orientales episcopi tulissent, ipsi etiam sententiam ferrent. Sic etenim quodammodo putauit,

Cõstantius Romæ triũphat.

Liberius Julij Romæ successor.

Ineunt rursum Ariani fraudulenta aduersus Athanasiũ & orthodoxos consilia.

Cõciliabulum 30 Arianorum episcoporũ Antiochiæ aduersus Athanasiũ congregatum.

Cõstantius per unanimẽ Athanasij condemnationẽ inter Orientales & Occidentales unionem fidei conciliare contendit.

A putauit, si omniũ Orientalium iuxta & Occidentaliũ calculis Athanasius dãnaretur, facilimũ sibi fore, ut religionẽ pro arbitrio suo cõstitueret atq; ordinaret. Itaq; in Italia Mediolani cõuentus coactus est. Et ex Oriente quidem pauci admodum ibi præstò fuere, Itineris enim magnitudo, & morbus, & ætas grãdior, multorũ impedijt aduentũ. Occidentales aũt plures quàm trecenti conuenere. Enimuerò Orientalium cõsilium fuit, ut Athanasius damnaretẽ, eiq; Alexandrina urbe interdiceretẽ. Et relíqua Synodus siue errore, aut metu, seu etiã ignorantia pedibus in eam ibat. Soli uerò ex omnibus Dionysius Albæ, quæ una ex metropolitanis in Italia urbs est, & Eusebius Vercellarũ Liguriæ, & Paulinus Treuirorum in Gallia, episcopi, & præterea Rhodanus & Lucifer, dolo deprehẽso, Orientales euertendi Nicæni dogmatis gratia condemnationẽ Athanasij urgere, assurgentes, uociferati sunt: Fraude Christianissimũ circumueniri, neq; uerbis eiusmodi de Athanasio agi: sed insidias decretis ritè atq; ordine de Deo olim factis, Imperatorẽ & Arianos tendere. Hæc ubi dicta, cõuentus rebus infectis solutus est. Qui aũt liberius sententiã dixerãt, condemnati, solum exilij causa uerterunt. Inter quos Hilarius etiam Pictauiensiũ episcopus fuit. Porrò uerũ fuisse, quòd sub obtentu nominis Athanasij aduersum fidem Nicænã Mediolanensis Synodus sit cõgregata, ea quæ sequunt confirmabunt. Nam quæ paulo pòst eodem tempore & Arimini in Italia, & Seleuciæ in Isauria, acta sunt cõcilia, res nouas contra Nicænas cõstitutiones molita sunt: quemadmodum mox declarabimus. Imperator stomachabũdus uniuersale cõcilium cogere, & episcopos Orientales omnes in Occidentẽ pertrahere uolebat, omnẽ mouens funem, si quo modo facere posset, ut ad concordiã omnes adduceret. At ubi re deliberata, difficile id uisum est, q̃d ei itineris longinquitas obstaret, unã quidem, sed duobus
B in locis cõgregandam esse Synodum statuit. Et Occidentales Arimini, Orientales uerò Nicomediæ conuenire, literis suis iussit. Imperator sanè quidem hoc sic concordiam omnium spectans instituit: sed consilium eius aliter cessit, utrinque enim dissensio inter eos intercessit. Neq; enim Arimini qui conuenerant, concordes erant: maius autem inter eos qui Nicomediæ quidem per terræmotum coire impediti, Seleuciæ uerò deinde congregati fuerant, dissidium est ortum. Cæterùm quæ utrobiq; sint acta, historia ipsa deinceps ostendet. In præsentia autem, quæ Athanasio per omne Constantij Imperium acciderint, breuiter referemus, ut ordine suo nobis procedat oratio.

Synodus Mediolanensis.

Orientales per damnationem Athanasij callidè Nicæna decreta supprimunt.

Dolum orientales paucissimi tiunt.

Mediolani nihil agitur.

Hilarius Pictauiensis & quidam alij catholici in exilium aguntur.

Constantius Ecclesiasticæ concordiæ gratia Occidentales Arimini, Orientales Seleuciæ in Isauria cõuentum eodem tempore agere iubet.

Consilium eius frustra fuit.

CAPUT XXXIIII.

Ille siquidẽ auditis quæ aduersus eum in Imperatoria aula facta fuerãt cõminationibus, ad tempus profugit. Deinde quinq; qui sub eo erant episcopis delectis, in quibus Serapion etiam † Thmuæus, uir DEI in primis amans, atq; in dicendo & scribẽdo grauis, fuit, ad Imperatorem in Occidente degentẽ eos misit, tribus ex ecclesia sua presbyteris additis: qui, si id Imperator iussisset, aduersariorũ calumnias confutarent. Dum illi proficiscuntur, Imperatoris interea literæ, quibus ad eum cuocabatur, afferunt. Itaq; ipse cum suis in graui erat cura & solicitudine. Neq; enim tutũ satis esse putabat, dicto Imperatoris audientem esse, qui in professione fidei hallucinaretur. Neq; uerò illi morem nõ gerere, periculo carebat. Mansit sanè. Et qui literas attulerat, uacuus ad Imperatorẽ rediit. Porrò æstate ineunte, alter uenit, cum quodam Alexandrinæ urbis illustri ciue: atque is Athanasium urbe expellere, & clerum malè accipere incœpit. Sedenim quum plebs rebellans uim pararet, & ipse nihil efficeret, retrocessit. Postea intempesta nocte ordinum ibi militarium dux,

Res gestæ Athanasij sub Constãtio. Sozom. habet Thebæus.

Athanasius è manibus propè multùm euasit.

& qui ab Imperatore missus fuerat, atq; hæc curabat, Hilarius, ubi Athanasiũ in ecclesia occultari intellexit, quæ Theonæ dicitur, cũ delecta Aegyptiorũ fortíq; manu ei institit: & postibus effractis in templum quidem irruit, sed Athanasium quæsitum non cõprehendit. Diuinitùs enim ei irruptionis huiusmodi consilio manifestato, paulo antè inde exiuerat. Milites aũt tardius ad cõprehendendum cum uenerant. Dicitur sanè hic uir multa & diuersa diuino iudicio euasisse pericula. Quod namq; DEO esset perquàm charus, quæ futura erant, itidem ut præsentia, per gratiã DEI prouidebat. Multa certè admiranda futurorũ cognitionẽ uiro ei contestantur. Primo namq; Constante adhuc uiuente, & Constantio insidias ei struente, quum fuga sibi consuluisset, apud notum quendã hominem in subterraneo & caliginoso specu, aquæ olim cisterna, latuit, nemine præter ancillam conscio: quæ quòd fidelis esse uideretur, ad usus necessarios ei inseruiebat. Postquam aũt in hoc magno studio aduersarij incubuere, ut uirum uiuum caperent: & ancilla ea, pecunia ab illis corrupta, mercede eum proditura erat: præueniens DEVS, insidias ei indicauit. Ita ipse alió concessit. at illa, ut quæ contra heros suos falsa dixisset, plagas reportauit. Grauis siquidẽ eis constituta fuerat pœna, qui Athanasium celare cõperti fuissent, ut qui contra Imperatoria iussa niterentur, & rectam reipub. administrationem tollerent. Multi sanè eo nomine res duras sunt experti. Persimile quiddam alio quoq; ei tempore euenit. Eandem namq; ob causam in Aegyptum profugiens, aduerso nauigabat Nilo. Quum aũt fuga eius indicata, quidam eum persequerentur, cœlitùs id cognouit, & nautas atq; uectores Alexandriam redire secundo flumine iussit: & in descensu persequutoribus suis præteritis, populi deinde turbę in urbe frequentissima mixtus, latuit, incolumisq; permansit. Quapropter non solum Ariani, sed & Græci atq; gentiles eum ut magum & præstigiatorẽ, tales ob res criminati sunt. Aliquando namq; urbem eo ingrediente, cornix in aere uolans crocitabat: & Græcorum quę illic stabat turba, scommate eum ueluti impostorem persequens, quid nam cornix diceret, interrogauit. Et ille perquàm urbanè & suauiter ridens, Cras, inquit. Portendit namque, crastinum diem uobis non bene cessurum. Mandatum enim ab Imperatore ueniens, festum diem uestrum inhibebit, & magnificentia uestra iniucunda uobis erit. Porrò id Athanasij dictum exitũ suum habuit. Ab Imperatore enim literæ uenere, quibus magistratus iubebantur, de cætero Græcos prohibere, ne ad templa accederent, & more superstitionis suæ dies festos peragerent. Et celebritas ea quæ iam aderat, & ab illis plurimi fiebat, uenerationeq; maxima colebatur, tum soluta est, neq; postea peracta. Declarare hæc satis possunt, diuinum eum uirum, & prophetici doni non expertem fuisse. Ipso autem, ut dictum est, profugo, clerus eius ecclesias tenuit: donec aduenies dux cum armatis, Georgium expectãtibus eas tradidit, & ipse postea Georgius aduenies occupauit. Is quòd nõ apparatu aut more episcopi administrationem suam institueret, terribilem se exhibuit. In Athanasij autem laudatores ferus admodum fuit: ac uiros simul & mulieres arripiens, tanquam sæuus tyrannus, in uincula coniecit. Quamobrem publicum populi odium in se concitauit. Perijsset certè quidem, nisi periculo uitato ad Imperatorẽ procurrisset. Ibi tum sectatores Athanasij ecclesijs præfuere, quamuis ad breue tempus. Præfectus namq; Ægypti illis eiectis, eas factioni Georgij restituit. Nec longè pòst & ipse rediit, terribilior quidem quàm antea, non minus autem omnibus inuisus: quippe qui Imperatorem ad iram contra eos cõmouisset. Infidelis uerò, & fastu plenus à plerisq; increpitus est: & ab Ægyptijs monachis maximè, quos hominum multitudo in primis, quũ quòd uera dicere existimati sunt, tum quòd philosophicè planè

S.epenumero Athanasius diuinitùs periculà præsentiâ effugit.

Idem in specu latitauit sex, ut quidã scribũt, annis.

Ancilla infida perfidiæ mercedem recipit.

In Nilo nauigans, persequutionem inimicorum eludit.

Athanasius ab Arianis et Græcis Magiæ insimulatus.

Abolitionẽ idololomaniæ Alexãdriæ is Græcis prædixit.

Eiusdem scitè dictum.

Georgij Ariani episcopi Alexãdriæ in catholicos crudelitas.

Plebs fidem monachorum orthodoxorũ est æmulata.

A planè uirtutem & pietatem exercere perseuerarunt, sequebatur. Res Athanasij, sicuti sub Constantio uario euentu fuere, breuiter & ordine expositæ, sic se habuere.

CAPUT XXXV.

IMperator uerò priusquam Romã iret, & solitũ ob uictoriam triumphum ageret, accito Liberio Romanorum episcopo, Iulij successore, persuadere ei conatus est, ut in sententiam quos secum habebat episcoporũ iret: quorum unus Eudoxius erat. Quod ubi ille ei resistens se facturum negauit, ad exilium est damnatus. Berrœa autem Thraciæ, quò deportaretur, designata fuerat. Sed & alia condemnationis eius causa fuisse dicta est: uidelicet quòd renunciare Athanasij cõmunioni noluerit, eundemq; apud Imperatorem defenderit: qui Athanasium accusabat, quòd & ecclesias iniuria affecisset, & causa necis duobus fratribus suis fuisset. Idem comprobanda esse quæ Tyri aduersus Athanasium, per inuidiam alienæ sententiæ sectatorum acta constitutaq; fuerant, dicebat. At Liberius pœnitentiæ libellum Vrsicij & Valentis Iulio decessori suo oblatum, Imperatori exhibuit: in quo falsa esse & ementita, quæ apud Mareoten acta erant, significantes, noxæ gratiam petierunt. Rogauit insuper, ne ita indicta causa Athanasium dãnaret, neue quę perperàm decreta & manifestæ calumniæ essent, comprobaret. De fratribus autem ne prorsus episcopali manu uindicatam iniuriam uellet, dixit: quam manum Deus non ad eiusmodi facta, sed ad sanctificationem & omne aliud bonum opus constituerit. Sedenim Constantius nihil omnino illum de sententia sua decedentẽ uidens, biduò ad deliberandum ei permisso, nisi animum mutaret, in Thraciam deportari iussit. Atq; ibi Liberius: Mihi uerò, inquit, dudum hæc deliberata atque con
B stituta sunt. Et paratus adeò sum in exilium ire. Porrò quum iam abduceretur, Constantius ei quingentos aureos misit. quos ille reiecit, & ei qui illos attulerat, Imperatori renunciari iussit: Non indigere se eis: daret eos quos secum in aula haberet adulatoribus, & ad simulandum dissimulandum'que compositis hominibus, quorum insatiabilis cupiditatis inopia animis eorum semper insidens, eosq; excrucians, nunquam expleri posset. Mihi namq; CHRISTVS, inquit, patri æqualis, largitor semper alimentorum atque conciliator, & promus condus bonorum omnium erit. Hæc Liberio causæ, ut in Thracia exularet, extitere. Felix autem Romanæ ecclesiæ diaconus, administrationem eius sortitus est. Qui Nicænam quidem fidei professionẽ retinebat, & in religione reprehensione carebat: unum tamen illud uicio ei uertebatur, quòd priusquam episcopus creatus esset, eum diuersæ opinionis studiosis communicare sustinuerit. Vbi uerò Constantius Romam uenit, populi & nobilitatis illustriores fœminæ, pro Liberio deprecantes, ut illum restitueret, ei institere. Et Imperator cum episcopis suis re communicata, redditurum se eis hominem pollicitus est, si in eandem cum episcopis suis concederet sententiam.

Liberius exulare iubetur.

Causæ exilij eius.

Colloquium Constantij & Liberij.

Ne per episcoporum manus inimicitias exercueris, aut uindicaris, Imperator. Ecclesiasticorũ nãq; hominum manus sanctificatione operari debent. Theodor. li. 2. ca. 16

Liberius exulaturus donum quingentorum aureorũ à Constantio sibi missum reijcit.

Felix Romæ Liberio substituitur.

Romani restitui sibi Liberiũ à Constantio petunt.

CAPUT XXXVI.

PEr idem tempus, quem suprà diximus, Aetius Syrus manifestò & liberè suam de DEO opinionẽ diuulgabat. Diaconus tum adhuc erat, sicuti à Leontio Antiochiæ episcopo castrato illo creatus fuerat. Opinabatur aũt itidem ut Arius, conditũ, & ex nõ existentibus, atq; inequalẽ patri filiũ esse. At q̃d ingenti contentione acriusq; de Deo differere auderet, uarijsq; uteretur ratiocinationibus, factionis suæ popularib. diuersus esse, atq; ab eis dissidere ijsus est. Quam ob causam ecclesia eorũ pulsus, arte quadam per

Aetij hæresis.

Idem ab Arianis reiectus.

dissimulationē eos uitabat, communionēq; eorum detestabatur, ueluti qui se Ario post periurium cōiunxissent, quum ille pœnitentia ductus, Constantino Imperatori consentanea se cū Nicæna fide sentire adiurauit. Sed de his satis. Quum Imperator adhuc in Occidente esset, nuncij uenere, Leontium Antiochenū episcopum diem suū obijsse. Et Eudoxius Germaniciæ antistes, qui in Imperatoris comitatu erat, per cubicularios eunuchos uacantē eam sedem ambit & uēdicat. Assimulans enim locū cum consolatione & custodia indigere, ut sibi in Syriā ire liceret, ab Imperatore petijt. Quod ubi ei est permissum, ingenti celeritate eò uenit: ac throno recepto, repētè perinde atq; ex se ipso ortus episcopus Antiochiæ extitit, re cū celebrioribus Syriæ episcopis, utpote cum Marco Arethusio, Georgio Laodicensi, qui eandem sententiā sequebantur, atq; alijs ad quos more quodā patrio electio pertinebat, non cōmunicata. Dictum etiam est, de uolūtate Imperatoris, & eorū qui in aula rerū potiebantur, id factū esse: qui unà cum Eudoxio Aetij sententiā sequebantur, inæqualem patri filiū esse docentis. Postquā uerò Antiochiam ita obtinuit, ampliorem̄q; adeptus est potestatē, propalàm iam Aetij opinionē propugnabat, & adiuuare illum maximè conabatur. Et contendebat ille quidē episcoporū cogere cōcilium, atq; illi diaconatus honorē restituere: sed id efficere minimè potuit, q̄d apud omnes Eudoxij dignitas & studiū post Aetij odium esset. Congregauit tamen tum consentientiū ei episcoporū conuentū Antiochiæ: in quib. erāt, Acacius Cæsareæ Palestinæ Eusebij successor, & Vranius Tyri episcopus: qui unà cum æquisubstantiali, & consubstantiale reijcebat, subobtentu Occidentalium episcoporū authoritatis, qui hoc sic Sirmij statuerint. Admirandus nāq; ille Hosius, atq; unà cum eò qui ibi cōuenerant, quū propter contentionē qua aduersus Vrsicium, Valentē, & Germiniū usi fuerāt, uim multam, ut diximus, passi fuissent, ut neq; cōsubstantialis neq; æquisubstātialis filius diceretur, concesserant, tanēq; ea uerba tam expresse in diuinis scriptis nō apparent: prætereaq; supra humanæ mentis captū esset, de substantia Dei subtiliter nimiū & anxiè inquirere. Et quod eis tum usum esset, cœptis suis Hosij literas multū allaturas esse momenti, epistolam tum Hosij aliorum̄q; Occidentaliū nomine, Sirmio ad Orientales dederant, ingentes Vrsicio, Valenti & Germinio agentes gratias, & q̄ Occidentales rectè tandem sentirent, eius beneficij causam illis asscribentes. Sed enim Eudoxio ita res nouante, multi Antiochia qui rectū dogma defendebant, et ei aduersabantur, ab illo pulsi, Georgiū Laodicensem adiere, eiq; quæ Antiochiæ agerentur exposuere. Atq; ab eo literis acceptis, Ancyrā Galatiæ sunt profecti. Basilius enim, qui ibi post Marcellum episcopatum gerebat: plures ex uicinis episcopis ad se dedicandæ quam recens construxerat ecclesiæ gratia conuocauerat. Ibi illi per querelam re omni exposita, literas reddidere, hisce uerbis conscriptas: Reuerendissimis dominis, Macedonio, Basilio, Cyropio, Eugenio, Georgius in Domino salutē. Aetij naufragium penè omnem occupauit Antiochiā. Quos enim uos ignominia notastis, execrandi Arij discipulos, eos omnes Eudoxius receptos in clericorum ordinem cooptat, & Aetium hæreticum maximo honore prosequitur. Subuenite igitur tātæ urbi, ne in illius naufragium orbis totus pertrahatur. Et consilio eorū coacto, quicunq; ad esse possunt, ab reliquis episcopis subscriptione decretorū uestrorum accepta, postulate: ut quàm Aetium Eudoxius ex Antiochia eijciat, tum sectatores eius ex sacro clericorum albo tollat. Aut certè si perrexerit cum Aetio inæqualem dicere, atque eos qui hoc dicere audent, illis qui id non faciunt, honorē præferre, sicuti modò dixi, Antiochia uobis perierit. Hęc Georgius. At qui Ancyræ congregati erant, quum compertum haberent, eo quòd sibi ipsi Antiochenæ sedis

Eudoxius Germanicien sis ante aulica episcopatum Antiochenum inuadit.

Eudoxius Aetianus.

Eudoxius populariū sectæ fuæ concilabulū Antiochiæ cogit.

Vranius Tyrius ὁμοιούσιον simul & ὁμοούσιον reijcit, Sirmiensis Synodi prætextu.

Ariani Hosij et aliorū catholicorum nomine emēditas literas Sirmio ad Orientales dederunt.

Orthodoxi episcopi Antiochia ab Eudoxio pulsi.

Pro his Georgius Laodicensis ad conuentum episcoporum Ancyram scribit.

Sacrum clericorum album.

A sedis dignitatē arrogasset, Eudoxiū res nouas inceptare, Imperatori statim rem eam significarūt, eundem̄q; obsecrarūt, ut ope sua interposita, uideret, ne ea quæ Sardicæ, Sirmij, & in alijs cōuentibus constituta essent, cōuellerentur: in quibus omnib. filium patri substantia æqualem esse decretū sit. Legationē etiam ad Imperatorem misere, ipsum Basilium Ancyranū, Eustathium Sebastiensem, Eleusium Cyzicenū, & Leontium ex Imperialibus cubicularijs presbyterū. Hi ubi ad Constantium uenere, presbyterū quendam Antiochenū Asphalium, qui Aetij studiosus maximè quascunq; uoluisset ex sententia confectis rebus, cōpererunt iamiam cum literis Imperatorijs abiturū esse. Imperator autem Ancyranorū oratorum postulatis cognitis, epistolam quam Asphalius profecturus secum laturus fuerat, retractauit, alioq; scripto Eudoxiū condemnauit. Cuius scripti hæc fuere uerba: Victor Constantius Maximus Augustus, sanctæ ecclesiæ Antiochenæ Eudoxius non à nobis ad uos missus uenit: ne quis hoc putet. Longè alia nobis mēs est, quàm ut ciusmodi hominibus faueamus. Quod si quùm alia, tum hoc sic astutè mentiuntur, satis manifesti sunt, erga Deum eos arrogantes & uersutos esse. A' quibus enim rebus illi se libenter abstineant? qui potentiam aucupantes, urbes ingressi, ex una in aliam transiliunt: & perinde atq; coloni quidam solum subinde mutantes, angulos omnes rerū ampliorū cupiditate curiosè perscrutantur, circulatores meri & fraudatores, quos ne nominare quidē fas sit. Officinæ prauę & impię prorsus factionē eos esse, uos quoq; intelligitis. Et satis ex uerbis suis authorē ipsum, sectatores q; hæresis huius cognoscitis. Quorum hoc unum est studium, ut populum depraueț. At uersuti isti, & ad omnē audaciam prompti, temerè iam apud quosdam uulgare nō dubitarūt, nos electione quam sibi ipsis subornarunt, lætari. Quæ quidē ita ab eis dicuntur, qui talia in uulgus efferre consueuerunt, prorsus uerò facta non sunt. Atq; ipsi mihi in animum reuocate doctrinā illam primā, quum de fidei sententia deliberantes inquisiuimus, in qua Saluator noster & filius DEI & substantia patri æqualis declaratus est. Verùm boni isti uiri, qui facile quæcunq; eis in mentē uenere, de DEO dicunt, eò proclerere impietatis, ut etiam alia quædam quàm res ferat arbitrentur, aliosq; ea docere contendant. Atq; ea in capita ipsorum redundatura esse, ualde persuasum habemus. Sed nunc satis erit, à Synodis eos & conuentibus arcere. Nam ferè eò productus scribendo fuerā, ut in præsentia dicerem, quæ illi breui passuri sunt, nisi à rabie ista discesserint. Isti uerò (quid enim nō inferant mali?) improbissimos quosq; perinde atq; mandatū haberent, aggregantes: hos inquā hæresium antesignanos in cleri album referunt, ordinē uenerandum tam turpiter dehonestantes, non aliter atque eis concessum sit † agere & ferre omnia. Enimuerò quis mortalium omnium istos perferat? qui urbes quidem impietate implent, exilium aūt piaculis tegunt? Vnum illud studio habentes, ut omnib. bonis perpetuò sint infesti. Facessat importuna factio, & sanctis insidere thronis desinat. Nunc tempus est, ut ueritatis alumni in lucē prodeāt, quiq; medij tales hominū mores fugientes dudum metu sese continuere. Istorū namq; sapienter institutа consilia in medium producta iam apparent. Sed nihil non quod aggressus fuerit perficiet, qui hosce ab impietate eximet. Bonorum uirorū fuerit, maiorū fide uere, eamq; unā, ut dictum est, asserere, neq; ulterius quidquā anxiè nimis & curiosè inuestigare. Quin & illos admonuerim, ut aliquando tandem ex barathro prorumpentes, animis mutatis, ad sententiam istam accedant, quam diuina præditi sapientia de Deo ritè atque ordine episcopi tulere. Tantum scilicet paruo momento periculum fuit, ut inæqualitatem asserentium opinio obtineret, nisi Imperator ipse episcoporum opera & diligentia interceſsisset.

Legatio ab eo cōuentu ad Imperatorē ea de re mittitur.

Ariani iam res suas in aula cō fecerunt.

Sed hæc à Constantio retractantur.

Constantij ad Antiochenos literæ contra Eudoxium.

Describuntur ambitiosi et rerum nouarum studiosi episcopi.

πάγαν πολυπράγμονες.

Breui

CAPVT XXXVII.

BReui deinde quum Roma in Sirmiũ Constantius redijsset, Occidentalibus episcopis precãtibus, Liberius ex Berrœa reductus est. Atq; ibi in præsentia eorum quos diximus, aliorumq; plurimorum Orientalium episcoporũ, Imperator suadere Liberio, ut filium non esse patri consubstantialem opinaretur, tentauit. Egit id quoq; Basilius, & qui cum eo erant: eamq; rem illi Imperatori, apud quem in magno erant precio, suggesserе. Et afferentes, quæ uel de Paulo Samosateno, uel de Photino apud Sirmium constituta fuerant omnia: & præterea formulam fidei Antiochiæ Encæniis in ecclesiæ consecratione, ob ὁμοσσίαν consubstantialis causam editam allegantes, ueluti contenderent quidam hæresim propriam per prætextum & occasionem consubstantialis instituere, in sententiam suam adducere studuere Liberium, & Athanasium, & Alexandrum, & Seuerianum, & Cręscentem, Africanos episcopos. Non minus id quoq; conabantur Vrsicius & Valens, & Germinius Sirmiensis episcopus, & qui pręterea ex Oriente ibi aderant. Liberius autem aliam quoq; seorsim fidei conscripsit professionem, quæ omnes ab ecclesiæ cõmunione arcebat, qui filium patri non secundum substantiam & per omnia æqualem dicerent. Id propterea fecit, quòd Eudoxius, & qui factionis eius fuere, non itapridem Antiochię propter Aetij hæresim congregati, quum Hosij epistolam in manibus haberent, plurimum uerborum fecerant, quibus Liberium per calumniam traduxerant: perinde atq; τὸ ὁμοούσιον consubstantiale repudiasset, & patri filium omnino inæqualem dixisset. Romani legati reb. ita bene gestis, assumpto secum Liberio Romam reuerterunt, literas ab episcopis Sirmij congregatis ad Felicem Romanæ tum ecclesiæ præfectum, & ad clerũ populumq; ecclesię eiusdem afferentes: quibus, ut pastorem suum libenter susciperẽt, admonebantur. B Ambobus porrò & Felici & Liberio permissum est communiter sacra curare, et munus Apostolicum administrare. Qui quidem concordes fuere, & quidquid medio tempore acciderat rerum aduersarum & tristium, per amnestiam & oblиuionem aboleuere. Quòd namque admodum bonus uir esset Liberius, quodq; pro recta ecclesiæ doctrina Imperatori constanter restitisset, multa pietate & benignitate populus Romanus in eum fuit: usq; adeò certè, ut in eius eiectione per seditionem eius causa motã res ad cædem processerit. Sed paulo pòst Felix mortuus est, & solus Liberius episcopatũ administrauit. Quod sic DEVS rectè prouidit, ecclesiæ, ita ut decebat, rebus consulens: ne primaria Apostolorum sedes fœdam illam & incommodam à duobus gubernata ducibus cõtraheret notam: quæ res ab ecclesiæ constitutionibus perquàm est aliena, discordiamq; ut plurimum conciliare solet. Hæc in Sirmio acta.

Constantius et Arianizantes episcopi Liberium à professione τῆς ὁμοουσίου abducere conantur.

Formula professionis fidei Liberij.

Liberius Romam redit.

Duo eodẽ tempore Romæ episcopi cõcordes.

Felix moritur.

Liberius solus ecclesiã regit.

CAPVT XXXVIII.

ETpulchrè cõuenire tum Orientalibus cum Occidẽtalibus est uisum. Res uerò aliter se habebat. Imperatoris enim metus id faciebat: cui ppter Aetij & Eudoxij in urbe Antiochena excitatas res nouas, rursum Nicęę Synodũ cogere placuit. Quũ aũt Basilius Ancyranus cõtrà niteretur, q; primùm ibi de fide disquisitũ esset, magis cõuenire, ut id Nicomediæ fieret, est uisum. Et ex nationib. iam omnibus, qui uel à prudẽtia, uel ab eloquẽtia aliquid ualerent, episcopi eò cõtendebant. Quũ terræmotus ingens exortus urbẽ, et simul templũ nuper admodũ constructum, ex fundamentis ipsis cõcusserit atq; deiecit, multosq; pro eo atq; hoc uel illo quemq; loco deprehẽdit, uel seruauit, uel interemit. Cecropius quidẽ Nicomediẽsis, & † alius quidã episcopus, paruo momento periculũ euasere. Quę res fama ubiq; uulgata, episcoporũ aduẽtũ prohibuit. Atq;

Cõstantius Synodum aliã indicit.

Terræmotus Nicomediæ.

† Bosporanũ hunc Antistitẽ fuisse, Sozom. ait.

A Atq; illa Nicæam quoq;, & Cõstantinopolim, & Perinthum, alias que Thraciæ ciuitates tali casu euersas esse promulgauerat. Dictum tum est, Arsacio cuidam, qui sub Licinio confessionem fidei obierat, milesq; antea & leonum ferarumq; aliarum domitor & custos in Imperiali comitatu fuerat, tum autem Nicomedię in turri prærupta pietati studens philosophabatur, cladem eam diuina uisione reuelatam: eamq; ab eo, ex turri digresso, clero populoq; prædictam esse. Sed tantum abest ut fides ei habita sit, ut derisus etiam fuerit, qui casum tam inexpectatum promulgaret. Illum autem rursum in locum suum conscendisse, supinumq; in solo iacentem, DEVM deprecatum fuisse. Vbi etiam in ipso cladis eius impetu, turri ipsa immota & stabili permanẽte, orantis habitu martyr mortuus est repertus à multis, qui eò concurrerant, ut terræ motum ex loco superiore spectarent. Orasse aũt eum, precatumq; à DEO esse ferunt, ut uitam prius finiret, quàm eam urbis calamitatẽ uideret, in qua CHRISTVM cognouisset, & ecclesiastica philosophia initiatus esset. Multa is etiam supra uim & captum hominum fecit. dæmones namq; eiecit, aliis quoq; casibus afflictos homines restituit, & ad sanio rem mentem multos reduxit. Et draconem, siue alterius reptilium generis uenenosam feram uiæ publicæ incubantem, & afflatu solo uiatores necantem, oratione, ex latibulo ut sponte sua prodiret, & per seipsam caput semel atq; iterum terræ illideret, & sic tandem rumperetur, protraxit. Multi sanè mortales Nicomediæ ruinis ædificiorum interierunt, multi sibi fuga in solitudinẽ & agros contulerunt. Etenim incendij flãma è furnis & balneis officinisq; artificum, qui ad ignem opus faciunt, coorta, & ruderibus decidentium culminum circumclusa, materiaq; proxima & sarmentis, ut fieri solet, ei admistis, tabulatisq; resinam exsudantibus, & ad concipiendum propagandumq; ignem cõmodis aucta, tanta alimenti copia in partes omnes proserpens, & ad seipsam reuertẽs, ueluti unum B (ut ita dicam) ardentem rogum urbem ipsam effecerat. Quo incendio, quòd exædibus transitus non patẽret, multi sunt consumpti. Et quoniam Nicomedien sis casus episcoporum conuentum interturbauit, primùm quidem Imperatori, ut Nicææ rursum congregarentur, placuit. Basilius aũt de eo loco diu multumq; deliberauit. Et sic in urbe Nicæna, populo ibi omni terræmotu conturbato, deliberatio hærebat. Porrò Marco Arethusio, Georgio Alexandrino, & Basilio Ancyrano, qui tum Sirmij cum Imperatore, in negotio quisq; suo agebant, Tarsus Ciliciæ commoda uisa. Vt uerò & hæc aliis minus conuenire existimata est, tandem ut Seleuciæ in Isauria Synodus ageretur, cõstitutum. Atq; hoc sic decreto, quia ibi aderant Valens, Vrsicius, & Eudoxius, qui potissimum inæqualitatis opinioni præibant, effecerunt illi, ut episcopi eo loco congregati, formulæ fidei ex tempore compositæ subscriberent. In qua formula substantiæ nomen insertum non erat. Adhæc in animis ipsi secum perpendere, episcopos Seleuciæ coactos partim Nicænam fidem, partim Antiochiæ in templi dedicatione professionem editam complexuros, & per æmulationẽ ardentius defensuros. Vtranque uerò formulam substantiæ nomen habere, & filium patri per omnia similem disertè promulgare. Ac si in locum unum episcopi cõuenirent, omnino eos Aetij opinionem, quam ipsi laudãtes studio omni stabilire conabantur, repudiaturos esse, hoc illis minimè dubiũ fuit. Quid ergo faciunt? Dolum instituũt, ut Occidentales quidẽ Arimini, Orientales uerò Seleuciæ cõgregarentur, ut eo facilius quod agebãt perficeret. Procliuius namq; putabant, paucis, q; multis, quod uellent, persuadere. Et patribus ita segregatis, siquidẽ possent, utrãq; etiã Synodum dissidio in utraq; instituto: sin minus, alterã saltem in sententiam suam se pertracturos esse cõfidebant. Illo prouiso, ut ne calculis omniũ hæresis eorũ damnaretur.

Hæc

Arsacius cladẽ hanc Nicomediensem prædixit.

Mors Arsacij istius.

Precatio eiusdem ante mortem.

Miracula eiusdem.

Dæmoniacus quidã esse fertur Nicomediæ per forum currebat, et homines omnes ad conspectũ eius diffugiebant. Ibi et Arsacius occurrit, & le sum Christum nominauit. Ita confestim dæmonium pulsum est, atq; miser ille purgatus, & ad frugem bonã reductus. Sozom. lib. 4. cap. 16.

Deliberatio de loco Synodi celebrandæ.

Concilium Seleuciæ Isaurorum coactum.

Formula fidei composita.

Eius doli causa.

Dolosum Arianizantium cõsilium, ut Orientales episcopi Seleuciæ, Occidentales Arimini cõgregentur.

Eusebius eunuchus aulæ imperatoriæ præfectus.

Hæc agebant per eunuchum Eusebium, Imperatoriæ tum aulæ præfectum, Eudoxio quàm maximè assentientem: & alios quosdam, qui magistratus & honores gerentes, & gratia pollentes, ex sententia omnia perficiebant. A quibus persuasus Constantius, perinde atq; incõmodum simul & reipubl. propter graues impensas, & ipsis episcopis propter itineris magnitudinẽ esset, si in eodem loco conuenirent, Synodum diuisit, eamq; Arimini & Seleuciæ celebrare iussit. Atq; in literis suis constituit, ut primùm controuersia de fidei professione decideretur, deinde de alijs ecclesiasticis sanctionibus deliberatio fieret. Tum autẽ de eis qui per iniuriam exauthorati, & in exilium acti uiui essent, in quibus etiam Cyrillus Hierosolymorum episcopus fuit, consultaretur: postea de eis quoque episcopis, qui rei agerentur, inquireretur. Permulti enim accusabantur, & ab Aegyptijs maximè Georgius: quòd scilicet alienorum bonorum rapinis gauderet, & contumelioſis quibusdam hominibus delectaretur. Postremò, ut per decem delectos legatos se de actis suis certiorem facerent.

Cõstãtius processum Synodis præscribit.

Crimina Georgij Alexandrini episcopi.

CAPUT XXXIX.

Arimineñsis Synodus.

Episcopi, sicuti Imperator iusserat, cõuenere: & primùm quidem Arimini, Occidẽtales quadringenti, & aliquot præterea nũmero. Et qui grauiter in Athanasium animati erant, minimè omnium de eo quidquam mouendum esse duxere, quòd hoc sic cõmodius esse putarent. Cæterùm postquã de fide, quomodo eam profiteri cõueniret, quæstio proposita est, ibi Valens & Vrsicius, qui primùm Arij opinionẽ defenderant, medio autem tempore libello supplici Iulio Romano antistiti dato, τῷ ὁμοουσίῳ cõsubstantiali assenserant, quemadmodum diximus, temporibus sese & rebus obtinentibus semper accõmodantes, alijs alia sicuti fieri solet censentibus, dixere, priores fidei formulas abolendas esse: unamq; eam obtinere oportere, quæ nõ ita pridẽ Sirmij lingua Romana composita, ab ipso etiam Imperatore plurimi fieret. Debere quippe Synodum quoq; de sententia illius professionem eam approbare, necq; ulterius quidquã curiosius indagare: ut eo modo omnis discordiæ occasio, uerbis nihil ambigui habentibus, quæ subtili & accurata exploratione perpensa essent, in formula insertis, præcideret. Longè præstantius esse asserentes, cum rusticitate quadam rectã de DEO tenere opinionẽ, quàm ex Græcorũ nugamentis nouis petitis uerbis, quæ non intelligerentur inducere uocabula. Quibus illi dictis obscurè innuebãt, seu potius propalàm τὸ ὁμοούσιον cõsubstantialis uerbũ per calumniam reprehenderunt, ueluti in sacris literis nõ expressum. Sub hæc uerba charta prolata, legi eam postularunt, in qua æqualem patri filium secundum scripturas dicebant: mentionẽ uerò substantiæ in Deo omnino fieri interdicebant, & pro eo æqualẽ per omnia filium patri reponi uolebant. Hæc porrò formula illa erat, quã antea quidem pressam seruauerant, tum uerò in lucẽ proferebant. Eam maximè probabant Germinius & Auxentius, & Caius & Demophilus. Ea lecta, plurimi nihil opus esse noua fidei formula eo tempore affirmabãt, cõtentos se esse professione Nicæna. In præsentia propterea in locũ unum conuenisse, si quid nouatũ esset, ut id inhiberetur. Et ut ea quæ tum lecta essent, nihil haberent nouarũ rerum: ut dicerent tamen eos qui scriptum id composuissent, atq; ut illi ipsi Arij dogma, quippe quod turbas ubiq; in ecclesijs concitarit, anathemati primùm subijcerent, petebant. Vbi Valens & Germinius petitionem eam repudiarunt, illi formulas hæreticorũ & item Nicænã in medium proferre iussere, ut illæ quidem damnatæ reijcerentur, hæc uerò authoritate denuò & suffragijs Synodi confirmaretur. Et ut de cætero necq; disputatio de fide moueretur, neque Synodus peteretur, sanxerunt. Sufficere enim quæ à maioribus dudum con-

Vrsicius et Valens ueri Prothei.

Latinam ij fidei formulam Sirmij compositã defendũt.

Patrum decretorũ defensio.

A constituta essent: ea complecti posteros debere: & perquàm absurdum esse, nũc demum fidem conscribere eos, qui nuper admodũ credere cœpissent: & ueterũ traditionem abolere, per quam & ipsi & patres eorum ecclesias gubernassent, ex quibus plures martyrijs & obitæ confessionis coronis condecorati fuissent. Et ij quidem sic dicta sentẽtia, antiquitùs decretis stare, nihilq; nouũ inducere constituerunt. Illi aũt, Valens scilicet, & reliqui, quos paulo antè nominauimus, contrà nisi sunt. Ibi tum episcopi, ut fidem propositam complecterentur, ab eis contenderunt. Quod ubi illi renuerunt, damnationis sententia ab eis sunt exauthorati. porrò Synodus professionem Nicænam amplius etiam confirmauit. Illi autem damnationem ægrè ferentes, ad Imperatorẽ confugêre. Cæterùm Synodus ea non solum formulæ illorum præfationẽ, sed ipsam quoq; formulam reprehen
» dit, cuius uerba erant: Composita est fides catholica in præsentia Domini no
» stri Constantij perpetui Augusti, cõsulatu clarissimorum uirorũ Eusebij & Hy
» patij, Sirmij, ante XI. calen. Iun. Ac deinde: Credimus in unum solum & uerum
» Deum, patrẽ omnipotentem, creatorem et conditorem omniũ. Et in unũ unige
» nitum filiũ DEI ante omnia secula, & ante principiũ omne, & ante omne quod
» mente cõcipi intelligiq; potest tempus, & ante considerationem & cogitationẽ
» omnem, siue perpessione siue affectione genitum ex Deo: per quem secula condita, & omnia facta sunt. Genitum uerò unigenitum, unum ex uno, à patre, Deũ
» ex Deo, æqualem qui ipsum genuit patri, secundum scripturas: cuius generatiõ
» nem nemo nouit, præterquam solus qui eũ genuit pater. Hunc ipsum unigenitũ
» filium eius scimus nutu paterno aduenisse cœlitùs, ad abolitionem peccati. Et natum ex Maria uirgine, & conuersatum cum discipulis, & omnẽ œconomiã siue
» administrationem exequutum, secundum paternam uoluntatem: crucifixũ, &
B » passum, & mortuũ. Qui descendit ad inferos, atq; res ibi constituit: ad cuius cõ
» spectum infernalium portarũ ianitores exhorruerunt. Qui etiam resurrexit ter
» tia die, & cum discipulis conuersatus est. Et diebus quadraginta expletis, rece
» ptus est in cœlum, & cõsedit ad dextrã patris: uenturus extrema die cum pater
» na gloria, & redditurus unicuiq; secundum opera eius. Et in spiritum sanctum,
» quem ipse unigenitus filius Dei IESVS CHRISTVS se missurum pollicitus est ge
»» neri hominum, paracletum siue consolatorẽ, pro eo atq; scriptũ est, VADO AD
»» PATREM MEVM, & rogabo patrem meum, & alium paracletum mittet uobis,
»» spiritum ueritatis: ille de meo accipiet, & docebit atq; admonebit uos omnia. Et
» circa finem hoc etiam addidere: Nomen substantiæ per simplicitatem à patribus
» positum, non intellectum uerò à populis, scandalo & offendiculo est. Et quoniã
» scripturæ id quoq; non habent, placitum est id tollere, & deinceps nullam omni
» no substantiæ in Deo facere mentionẽ, propterea q; diuinæ scripturæ patris &
» filij substantiæ prorsus non meminere. Aequalem aũt filium patri per omnia di
» cimus, sicuti sacræ scripturæ & dicunt & docent. Ridiculum porrò episcopis
uisum est, Imperatorem quidem perpetuum seu æternum nominare, filium aũt DEI sempiternum uocare nolle: certumq; tempus editæ fidei formulæ præfigere, manifesta quoq; calumnia ea iudicata est aduersus maiorum fidem. Maximè uerò eam Athanasius criminatus est, ut alicubi ad suos scribens ostendit. Et inseruissem hic confutatoriam eius epistolam, nisi orationis prolixitatem fugiens, studioſis eam inquirendam, atque ex ea rem omnem cognoscendam, relinquerem. Damnati illi, sicuti dixi, formulam secũ ferentes, ad Imperatorẽ confugere. Concilium uerò decem ad eum legatis episcopis, literis quoq; rem actam declarauit, quæ in hanc formam scriptæ fuerant.

Nicænam formulam propugnantes, Arianisantes exauthorant.

Condemnationis eius causam præcipuã fuisse Socrat. scribit, quòd Arianũ dogma Arianisantes damnare noluerint. libro 2. cap. 37.

Latina Sirmiensis cõuentus fidei formula.

Arianisantes uerbũ substantiæ ex Symbolo tollunt.

Quomodo sit mulam istã Sirmiẽsem Patres catholici acceperint.

Epistolæ istius pars ad finem Tomi huius est adiecta.

CAPVT XL.

Literæ Synodi Ariminẽsis catholicæ ad Imperatorẽ Constantium.

TDEI iussu, & pietatis tuę mandato, quæ antiquitùs constituta sunt, A credimus. Ariminũ namq; ex omnibus Occidentis urbibus episcopi omnes in locũ eundẽ cõuenimus, ut simul & fides Ecclesiæ catholicæ cognosceretẽ, & qui aliter sentiũt manifesti fierent. Atq; ubi rem omnẽ diu multumq; consideraui mus, faciendũ esse cõperimus, ut quę fides antiquitùs obtinet, & quam Prophetæ & Euangelia & Apostoli per Dominum nostrum IESVM CHRISTVM imperij tui custodem, ualetudinisq; etiã tutorẽ, promulgarunt, eam à maioribus acceptam seruemus, & seruatã ad finem usq; custodiamus. Et absurdum nefariumq; esse putauimus, quæ rectè & legitimè à patribus constituta, & Niceæ cõmuniter unà cum gloriosissimo parente tuo Imperatore Constantino deliberata sunt, ex eis mutare quidquam: quorum doctrina & sententia ad omnes omnium hominum aures & animos uulgata peruenit, quæ unà Arij hæresim expugnauit atq; extinxit: per quam non solum ea ipsa, sed & reliquæ hæreses sunt euersæ: cui omnino uel addere quidquã non tutũ, uel adimere etiam periculosum est. Atq; si alterutrum in ea fiat, licentia aduersarijs detur, ut quod libeat, facere eis liceat. Proinde & Vrsicius atq; Valens, quòd iamdudum suffragatores & participes Ariani dogmatis fuerint, à cõmunione nostra exclusi sunt. Ad quam tamen postea admissi sunt, quàm se errasse cognouerunt: atque ut ad pœnitentiam admitterentur, & noxæ gratiam consequerentur, orauerũt: id quod scriptum eorum attestatur. Quapropter ut in gratiam reciperentur, & uenia eis delictorum daretur, obtinuerunt. Factum id eo tempore, quũ Mediolani Synodus est coacta, presbyteris quoq; Romanæ ecclesiæ præsentibus. Norunt illi, eum qui etiam post obitum memoria dignus est, Constantinum, omni adhibita exquisitiore cura & diligentiore inuestigatione, fidei professionẽ, quæ edita est, publicasse. Posteaquam autẽ baptizatus ille, inter homines esse desijt, & ad debitam sibi quietem translatus est, ineptum esse sciunt, nouæ quidquam rei inuehere, & tot sanctos patres cõfessores & martyres dogmatis ipsius authores atque inuentores despicere: qui quidem patres, iuxta ueterem Ecclesiæ catholicæ sanctionem, omnes in eadem sententia perseuerarunt: eorumq; etiam fidem DEVS ad Imperij tui tempora transmisit, per Dominum nostrũ IESVM CHRISTVM: cuius beneficio imperiũ obtines, rerumq; in orbe etiam nostro potiris.

Fides Nicæna prophetica, euangelica, & apostolica est.

Excommunicatio Vrsicij et Valentis.

Vrsicius et Valens post pœnitentiam ab Orthodoxia ad Arianismũ relapsi.

At rursus miserandi & ærumnosi illi impia mente nefarioq; ausu, præcones scipsos impiæ opinionis renunciarunt, & ueritatis constitutionem euertere conati sunt. Postquam enim iuxta mandatum tuum, Synodi concilium coactum est, seductionis fraudisq; suæ illi consilium detexerunt. Contenderunt nãque uersutia quadam tumultuosè sese ingerentes, nouare quiddam, ubi sodalitatis impietatisq; eiusdem suæ compertos homines inuenissent, Germinium, Auxentium, & Caium, dissidij & seditionis authores: quorum inconstans doctrina, blasphemiarum omnium aceruum impietate sua longè excedit. Vbi uerò animaduertere nos non eiusdem hæresis esse, neq; prauis opinionibus eorum assentiri, in consilium se nostrum insinuarunt, perinde atq; aliud quidquam decreturi. Perbreue autem intercessit tempus, quod eorum sententias in lucem coarguens protulit. Verùm enimuerò ne res ecclesiæ semper eodem affligeretur calu, turbaq; & tumultus prouolutus omnes comprehenderet, tutissimum uisum est, ut quę antiquitus decreta sunt, integra atq; inuiolata seruarentur: atq; illi quos diximus, à cõmercio communioneq; nostra segregarentur. Quam ob causam Oratores nostros ad humanitatẽ tuam misimus, qui eidem consilij nostri sententiam per scriptum quoq; indicẽt atq; declarent. Quibus illud quoq; præcipuè mandauimus, ut ex

Commẽdatio legatorum Synodi, ut eis fides habeatur.

A ut ex antiquis legitimisq; decretis, ueritatis fidem faciant, eamq; confirmẽt. Declarabunt illi etiam sanctitati tuæ, minimè futuram, sicuti Vrsicius & Valens dixere, pacem, si quid in legitimis cõstitutionibus immutatum fuerit. Quomodo namq; pacem seruent, qui pacem ipsam tollunt? Quin contentio potius & turba per cœpta eiusmodi quùm alibi, tum in Romana ecclesia exorietur. Itaq; humanitati tuæ supplicamus, ut sereno uultu respicias, benignisq; auribus oratores nostros audias, neque cum defunctorũ iniuria nouare quidquam & mutare permittas: sed nos in ijs quæ à maioribus nostris definita legitimeq; constituta sunt, conquiescere sinas: quos profecto solerter & prudenter omnia spiritus sancti afflatu egisse dixerimus. Quæ uerò nunc ab istis nouantur, fidelibus quidem incredulitatem, infidelibus autem ferocitatem afferunt. Supplicamus præterea, ut episcopos qui in longinquis alienisq; regionibus degunt, & uel ætatis grandioris imbecilitate, uel paupertatis grauioris difficultate premuntur, cum bona uenia redire ad suos iubeas, ne ecclesię, episcopis eorum ab eis disiunctis, diutius in tali solitudine permaneant. Ad hæc insuper omnia, illud quoq; te oramus, ut ne quid adimatur, néue addatur ad ea quæ prius extant, quidquam: sed ut omnia intacta integraq; permaneant, sicuti à patris tui pietate ad hoc usque tempus sunt cõseruata. Ac ne deinceps nos itineris labore affligi, atq; alienos longè que dissitos à paroecijs nostris esse permittas: sed ut episcopi potius cum populo suo in pace sacris epulis & rebus diuinis uacare possint, pro tua salute, imperio, & pace orantes, quam tibi diuinum numen largiri dignetur prolixam. Legati uerò nostri, & subscriptiones & nomina episcoporum secum ferunt: qui quidem etiam ex ipsis sacris literis, de sententia nostra certiorem facient tuam pietatem. Hæc episcopi Arimini congregati, ad Imperatorem scripsere.

Supplicatio pro episcopis exulibus restituendis.

CAPVT XLI.

Oratores Synodi Vrsicius & Valens præuenerunt.

B SEd Valens & Vrsicius legatos præuenerunt, & Imperatori rem omnem arbitratu suo exposuerunt: scriptoq; quod legerant ostenso, Synodum apud eum calumniose prosciderunt, ut quæ formulam non receperit, cui conscribendæ ipse affuisset. Atq; ille Synodo succensens, oratores, quibus diuturna mora in aula molesta erat, diem de die diffundens, differebat: contrà autem, quos illi damnauerant, in precio habebat. Et uix tandem excusans se, scripsit, quòd necessitate urgente, ut contra hostes iret, per expeditionem eam legatos facile uidere non potuerit: Adrianopoli autem redeuntem se expectare illos iusserit, ut ibi ab extremis tumultibus liber, per ocium et legationem audiret, & quæ opus essent constitueret. Addidit & illud, de rebus diuinis deliberare uolentẽ, negotijs alijs uacuum, animumq; sincerum atq; quietũ obtinere debere. Ad quæ Synodus rescripsit, nihil se aliud omnino quàm decretum esset, etiamsi quidquam præterea statueretur, facturam. Et non modò scripsit, sed id quoq; dicere legatos iussit. Insuper eidem supplicauit, ut placidè oratoribus receptis, & quæ dicturi essent benignè acciperet, & quæ ipsi scripsissent diligenter cognosceret. Durum etiam quodammodo esse significarunt, ipso imperante tot ecclesias tanto tempore uiuis adhuc episcopis orbari. Opusq; esse, si ipsi quoq; uideretur, prius eos ad ecclesiam quẽq; suam redire, quàm hyems eos opprimeret. Hæc atq; alia hisce similia, ita uti supplices episcopos decebat, quũ oratione ad persuadendum appositа per epistolam grauem & tersam ad eũ scripsissent, atq; ipse celeriter eis nihil respondisset, satis diu adhuc ibi morati, deinde ad sedes suas sunt reuersi. Atq; quòd episcopi quidem Arimini congregati Nicænam confirmauerint fidem, satis iam constat. Quòd uerò postea multi formulæ ab Vrsicio & Valente ex Sirmio allatæ subscripserint, id quoq; declara

Summa responsi Cõstantij ad Synodum scripti.

Aliarum literarum Synodi ad Cõstantium sententia.

Ariminẽsis Synodus soluitur.

Quomodo deinde plures Occidentales episcopi uiri eis illata, symbolo Sirmiensi subscripserint, opinio duplex.

bimus. Qua de re duplex fertur opinio. Harum altera est: Imperatorem occasione arrepta à Synodo, quasi non sua uoluntate soluta, Valenti eiusq; sectatoribus facultatē permisisse, ut quas uellent in Occidente ecclesias administrarent, omnibusq; lectam ab eis fidem traderent: & quicunq; subscribere illi nollent, sedibus suis deijcerent, atq; alios factionis suæ illis surrogarent. Qua potestate accepta, illos ui omnes, ut quam diximus formulam comprobarēt, adortos esse: & qui id facere noluissent, quamprimum ecclesijs expulisse. Primumq; Liberium, cp dicto audiens non fuisset, ui exactum esse. Quidam sanè secundam hanc proscriptionem eius fuisse dicunt. Alij aūt primam, quum ea etiam quæ suprà de Felice dixi mus, acta sunt. Atq; illos rebus ita per Italiam gestis, eadem per Orientē quoque facere constituisse. Et per Thraciam euntes, ubi in oppidum quoddam regionis eius nomine Nica peruenissent, conuentū coegisse: fidemq; Arimini a se lectam, ex Latina in Græcam linguam conuersam stabilire conatos esse: atq; publicè sermonibus sparsisse, formulam eam Nicæ à Synodo uniuersali ritè atq; ordine edi tam confirmatamq; esse: ut uidelicet nominum uicinitate per fraudem simplicio res scriptum id, perinde atq; Nicææ in Bithynia cōpositum esset, accipientes, decipere possent. Verùm calliditatem cauillationemq; eam deprehēsam, in risum atq; ludibrium abijsse. Atq; hoc sic nonnulli tradidere. Altera autē opinio fuit. Quum episcopi Arimini cōgregati, cp Imperator responsum differret, quodq; illis redire ad sua non liceret, macerarent: qui alteri sententiæ addicti erant, subornarunt quosdam qui dicerent, non conuenire, quòd quidam unum substantiæ uerbum tantopere propugnarent, ut propterea omnes ubiq; episcopi per seditionem dissideant. Licere æqualem patri filium dicere, & uniuersalem orbis contentionem sopire. Episcopos Orientales, nisi substantiæ nomen tolleretur, conquieturos non esse. Hæc quum ab eius sententiæ studiosis cum uersuta quadam gravitate & ui dicta essent, ægrè tandem Synodum adductam esse, ut Vrsicij & Valentis formulæ subscribendum putaret. Obstitisse aūt istis metus ille dicitur, ne legati apud Imperatorem Occidentalium episcoporū constantē quā inde ab initio præstitissent alacritatem, & τῶ ὁμοουσίῳ consubstantialis tollendi causam exponerent. Quare illud eos inuenisse consilium, ut Oratores in oppido Thraciq quod dictū est Nica distinerentur, per causę eiusmodi obtentū, propter hyemis asperitatē & itinerum difficultatem, iumēta progredi & uiæ laborē ferre nō posse. Atq; in ea interim mora constituisse, fidem ab ipsis compositam ex Latino in Græcum sermonem trāslatam, ad Orientales mittere episcopos. Sic namq; fore, quum illi ad sententiam eorum inclinati essent, ut quod ageretur, perficerent. Fallaciam uerò talem non deprehensum iri ab eis, qui rem hanc confutaturi essent, conuentum uidelicet Ariminensem inuitum ab ὁμοουσίῳ consubstantialis uerbo recessisse: utpote ab Orientalibus episcopis, qui dictionem eam prorsus reiecissent, coactū. Quod quidē reipsa falsum erat. Ferè enim omnes in Oriente, paucis exceptis, substantia patri æqualem filiū sunt opinati. Et controuersia in eo tantū erat, cp partim quidem ὁμοούσιον cōsubstantialem, partim autem ὁμοιούσιον equisubstantialem filium dicerent. Et hæc quidem in Occidentis partibus acta.

Synodus Nicæ in Thracia ab Arianis coacta.

A

B

CAPVT XLII.

Turbæ ecclesiarum Orientalium.

IN Oriente uerò, prisquam Synodus Seleucię coiret, non minores erant turbę. Arianæ enim hæresis propugnatores ingenti confidentia ex Imperiali inclinatione concepta, effrenato atq; impotenti erant animo, semperq; nouis studebant rebus. Proinde Acacius Cæsariensis, & Patrophilus Scythopolitanus, Maximo exauthorato, Cyrillo Hierosolymitanæ ecclesiæ curam cōmisere. Et Macedonius Constantinopolim, uicinasq; ei præ-

Cyrillus episcopus Hierosolymitanus.

A ci præfecturas & urbes miscens turbabat: episcopos eis quos rebus suis idoneos esse sciebat, designans. nam Eleusio Cyzicenam attribuit ecclesiam, qui antehac loco splendido in imperiali aula stipendia fecerat. Marathonium autē Nicomediæ sacrorum antistitem creauit, qui ecclesię ipsius diaconus quum fuisset, egregium se præstitisse uirum dicitur, indigentium hominum domicilijs, uirorumq; & mulierum scholis extruendis atq; curandis. Et quum amborū istorū uita probaretur, affligendis tamen eius qui ὁμοούσιον cōsubstantialem patri filium profitentur, nimium erant industrij: uerumtamen ea in re Macedonio dissimiles. Is etenim nō modò crudeliter eos persequebatur, qui communionem eius uitarēt: sed in uincula quoq; conijciebat inuitos, & iudicibus tradebat. A communione eius abhorrentes, ad eam ui intentata cogebat, multosq; religione preclaros pulsabat, & fuste ora eorum diducens, uel inuitis sacra mysteria ingerebat. Qui quidem ingens uisus est esse cruciatus, tormenta alia longè superans. Ad eundē modum & mulieres atq; pueros, qui de rebus sacris nondum instituti essent, aut baptisati, arripiēs, ad percipiendas sanctiores epulas adigebat. Quod si quis renueret, aut responsaret, cum plagæ, flagra, uincula, carcer, & quæ ijs conuenientia sunt, consequebantur. Cæterum unius atq; alterius exempli eius mentione facta, satis omnino erit, quanta Macedonij feritas, eorumq; qui cū eo uiguere crudelitas fuerit, & inhumanitas, ostendere. Quarundam enim fœminarum quæ eius auersabantur communionem, mammas arcis & cistis cōpressas auulsit. Erāt quibus eadem corporis partes nunc ouis ad summum igne tostis, nunc ferro cādenti adureret. Insolitum sanè id, exoticumq; supplicīū, ab eis qui CHRISTVM profesi sunt inuentum, quod ea quæ olim Græcorum tyranni magno studio & ambitione excogitarunt, longè post se relinquit. Quin multas quoq; ecclesias so-

Eleusius Cyzicenus.

Marathonius Nicomediēsis.

Macedonius Cōstantinopolitanus orthodoxorum acer persequutor. Horrēda sanctæ eius exempla in orthodoxos edita.

B lo æquauit, Imperatoris literas præferens, quæ domos precatorias τὸ ὁμοούσιον consubstantiale profitentium statim euertere iubebant. Ex qua causa etiam Nouatianorum ecclesiam, quæ in uico Τροπαιοφόρῳ, hoc est ciconiæ erat, est demolitus, quòd eos quoq; τῷ ὁμοουσίῳ consubstantiali assentiri sciret. Quo tempore illi egregium strenuæ manus opus ēdidere, forsitan eos ut eiusdem sententię asserores adiuuantibus τῷ ὁμοουσίῳ consubstantialis professoribus. Ecclesia enim illa ab eis quibus hoc commissum fuerat, euersa: illi coacta manu uniuersi cum cōiugibus & liberis, quod opus erat & conueniebat, pro se quisq; afferentes, supra modum laborarunt: & breui temporis momento, in loco cui nomen est συκαῖ, hoc est ficus, èregione urbi euestigiò aliam condidere ecclesiā, eamq; ἀναστάσιον, id est uastitiem, siue resurrectionem uocauere, ex euentu ipso nomen id ei imponentes. Quam deinceps rursum Iuliano imperante atq; permittente, in priorem locum materia ex ficis deportata transtulerunt, opere utroq; incredibili celeritate perfecto. Hæc quum à Macedonio ita gererentur, Nouatiani ferè, & catholicæ Ecclesiæ τὸ ὁμοούσιον consubstantiale profitentes, coniuncti atque uniti sunt, eandem obtinentes sententiam, atq; eisdem exagitati malis. Pacem namq; inter se agebant, conueniebant, orationesq; & alia communicabant, nullo ab Arianis qui ecclesias omnes occupauerant, catholicis relicto templo. Ita consuetudinis assiduitate, & rerum aduersarū æquabilitate, frustrà illi esse, si inter se dissiderēt, existimantes, ad mutuā communionem erāt propensi. Et perfecta res fuisset, nisi multitudinis alacritatem parua quædam inuidia intercedēs impediuisset: multis morem rursum uetustum retinendum, atq; communionem imperfectā auersandam esse dicentibus. Eisdem porrò modis Cyzici Eleusius Nouatianos affligebat: templum enim eorum ibi prorsus sustulit. Idem qui Mantinij habitabant, & alij quoq; in Paphlagonia Nouatiani patiebātur. Quos eijcere Macedoniani

Nouatiani cū orthodoxis τὸ ὁμοούσιον pariter profitētur.

Horum etiam tēpla, sicuti et catholicorum, Macedonius est demolitus.

ἀνάστασις & ἀναστασία uastitatem, et per contrariam significationem restitutionē atque resurrectionē designat.

in utrāque sanè partem templo ei appellatio ista conuenit.

Catholicorum & Nouatianorum temporanea cōiunctio.

Nouatianorū persequutio.

In ea persequutione Nouatiani Paphlagones uim ui repellentes, Macedoniană magnum malè accipiunt.

quum non possent, Imperatoris opẽ implorarunt, qui eis quatuor millia armatorum attribui iussit: fore ratus, ut illi in solito armorum metu cederent atq; uincerentur. Verùm res aliter cecidit. Populus enim falcibus & clauis & securibus, alijsq; armis, ut fors ferebat, correptis, cum militari manu pro se quisq; congressi sunt. Et prælio utrinq; commisso, multi quidem etiam ex Paphlagonibus, milites autem ferè omnes conciderunt. Quamorbem à multis, popularibus etiam suis, Macedonius est reprehensus. Alienauit quoq; ab eo beneuolentię ardorem Imperator, neq; adeò bene posthac erga eum animatus fuit: utpote qui tot fuisset cædium author. Et quum aliud etiam quiddam accidisset, Imperatoris erga eum odium magis est auctum. Templum in quo urna & corpus Constantini situm erat, ruinã minabatur. Atq; ubi custodib us eius & sacerdotibus ea de causa non minimus incessisset metus, Macedonius Imperatoris ossa in alium transferre locum uolebat. Ea re cognita, multitudo tumultuari cœpit, nefas esse uociferans, magnum Imperatorem ita transferre: quòd ea res nihil à sepulchri uiolatione differret. Cum quibus uerbis etiam concordabant dogmatis Nicæni professores, contumeliam Imperatoris translationem eam esse putantes. Ad id accessit, quòd de industria Macedonio aduersarentur. Ille autem uerbis ciusmodi contemptis, corpus in templum transfert, ubi etiam cadauer Acacij martyris est sepultum. Quod quum fieret, ingens est populi inter se dissidentis facta concursatio. Atq; his factum laudantibus, illis autem reprehendentibus, primùm quidem iniuriam arcentes se tuebantur: deinde uerò alteri in alteros conuersi, eò usq; cordiæ processerunt, ut & eam ipsam ædem sacram, & proximum in circuitu locum, sanguine & cædibus compleuerint. Imperator autem in Occidente adhuc degens, ubi quid de paterno sepulchro actũ esset intellexit, graui id tulit animo. & Macedonio, iniuria ab eo affectũ esse patrẽ, qui illũ præter uoluntatẽ suã transferre ausus fuerit: ipsum quoq; cædis tãtæ multitudinis causam esse, denunciauit. Et postea ex Occidente ad partes Oriẽtales trãsijt. Et Iulianũ patruelẽ fratrem tum Cęsarẽ factũ, ut prouincijs Occidẽtalibus præsidio esset, in Gallã misit.

Idẽ è loco suo diui Constantini ossa in templũ aliud transfert.

Acacius martyr.

Populi tumultus in translatione ea exortus.

Iulianus Cæsar in Galliam missus.

A

B

CAPUT XLIII.

Acta Synodi Seleuciæ celebratæ.

Aeterùm ut Macedonius throno suo sit deturbatus, multorũq; malorum exiguam eam luerit pœnã, paulo pòst dicam. Nunc ad Synodum Seleuciæ celebratã transeo, quam Constantius propter uiæ difficultatem Ariminensis æmulam in Oriente agi præcepit. Seleuciæ apud Isauros centum & sexaginta episcopi conuenere. Cum quibus Leonas fuit, qui dudum apud Imperatorem pręclarum in aula obtinebat locum. Sub eo fidei disquisitionem literis Constantius fieri iusserat. Affuit ibi quoq; Lauricius, gentis eius dux, mandato ab Imperatore accepto, ut si qua in re opus esset, & illi & episcopis adesset. Vbi in unum locum conuenere, celeresq; notarij affuere, quæcunq; ibi dicerent scriptis excepturi: in primo consessu multi abesse cõperti sunt, in primis Cõstantinopolitanus Macedonius, Basilius Ancyranus, & Scythopolitanus Patrophilus. Hic quidẽ ægrũ se esse, ille aũt ex oculis laborare, atq; alius aliud quidquã prætexens: reipsa uerò, q̃ accusatorum metuerent ora, conuentũ uitantes. Postquã autẽ propter istorum absentiam, Synodus rerũ controuersarum disquisitionem instituere detrectauit: Leonas sic quoq; unumquemq;, q̃d sibi uisum esset, in quæstionẽ producere iussit. Ita alij primùm doctrinã constituendam, alij in eorũ uitã qui inter ipsos rei agebantur inquirendum esse censuerunt: atq; id propter Cyrillũ Hierosolymitanũ, & Eustathiũ Sebastiensem, atq; alios protulerunt. Cui rei causam etiam Imperatoris literæ, nũc de fide primùm, nunc de moribus inquirere iubentes, præbuere. Proinde in uerborum contentionem delapsi,

Leonas Synodi præsidens.

Lauricius Isauriæ dux.

Primus cõsessus.

Disceptatio de processu Synodi.

A delapsi, alteri alteros malè accepere: & rixandi studio in duas discessere partes, quarum alteri Acacius Cæsariensis præijt, & Georgius Alexandrinus, & Vranius Tyrius, & Eudoxius Antiochenus, habentes secum alios triginta & duos: alteri aũt Georgius Laodicęę in Syria, Sophronius Pompeiopolis in Paphlagonia, & Eleusius Cyzici episcopus, quos reliquus Synodi cœtus sequutus est. Vicit tamen corũ sententia, qui primùm de fide disputãdum censuerunt. Huc ubi uentum, Acacius formulam fidei Niceę editam abrogandam, aliamq; nouã promulgandum esse censuit. Altera aũt factio, quæ etiam numero superior erat, Nicænam formulam complectendam comprobandamq; esse dixit, ut modò unum τὸ ὁμοούσιον consubstantialis uerbum induceretur. Contentio hæc ad uesperam usq; extracta est, donec Syluanus Tarsensis ecclesiæ antistes, uoce magna, Non opus esse exclamauit, aliam fidei scripturam componere: sufficere enim quę Antiochię prius accuratè & subtiliter dictata esset: eam ipsam retinendam esse. Quibus uerbis commotus Acacius, cum factionis suę popularibus ex cõuentu abijt. Qui uerò ibi remansere, Antiochenam fidei professionem tum in consilio recitari iusserunt. Et sic consessus solutus est. Postridie autem templum diuæ Theclæ ingressi, foribus clausis, sententijs suis quæ lecta fuerant comprobarunt, seorsimq; subscriptionibus confirmarunt. Quidam etiam mandatum ab alijs absentibus habentes, lectores & diaconi, authorũ suorum nomine eis subscripserunt. Quod factum Acacius reprehẽdit: quę occultò gererẽtur, minus laudanda esse, atq; à sinistra suspicione non abesse, dicens. Conabatur aũt nouam inferre fidem, quam etiam, sicuti ipsi uisum fuerat, à se cõpositam, priuatim principibus uiris Leonæ & Lauricio legit, & obtinere maximè contendit. Hæc in secundo congressu acta. Tertio porrò die, iam etiam qui abfuerant præstò erãt, Macedonius B Constantinopolitanus, & Basilius Ancyranus. Cæterùm Acacius cum factione sua in conuentum se uenturũ negauit, nisi qui ab ipsis & antea exauthorati, & tũ accusati essent, confessu exigerentur. Et multa inde coorta rixa, placitum est tandem, ut illi secederent. quod etiam est factũ. Illi enim cessere. Statuerunt hoc sic patres, Acacium causam Synodi soluendæ fingere rati, ut simul & Aetij hæresis præsenti disquisitioni eximeretur, & qui rei agebãtur iudicium effugerẽt: ipsi q̃ adeò Acaciani, de quibus arguebantur criminibus, causam non dicerent. Atque ubi illis digressis, Acacius cum suis introijt, Leonas libellum quem sibi ab Acacio & popularibus eius datum, nõ fidei formulam continere dicebat, exhibuit. Simul enim is & clàm & palàm eos qui in Synodo aderant oppugnabat, nec minus libellus apertè & clandestinè lectores infestabat. Illis igitur tacentibus, & considẽtibus, q̃d minimè fidei formulã esse in scripto eo putarent: Acacij tũ fidei professio est publicata, cũ præfatione ad hũc concepta modum. Nos qui Seleucię Isaurorum Imperatoris iussu hesterno die (qui dies erat ante v. Cal. Octobr.) cõuenimus, omni studio in hoc incubuimus, debitã moderationẽ omnẽ adhibẽtes, ut pacẽ Ecclesię conseruaremus, & de fide grauiter & constãter, sicuti DEI amãtissimus Imperator noster Constãtius p̃cepit, iuxta propheticas & Euangelicas uoces tractaremus, & nihil præter scripturã in Ecclesiasticã fidei professionẽ inferremus. Quoniã uerò in Synodo nonnulli quosdã ex nostris iniuria afficere, quibusdã ora, nõ permittẽtes eos sententiã dicere, obstruxere, alios excluserẽ inuitos: atq; eos, quib. dignitas adẽpta est ex uarijs prouincijs, uel qui contra canones in ordinẽ ecclesiasticũ cooptati sunt, secũ adduxere, ita ut ex omni parte conuẽtus turbis repletus sit: quemadmodũ id clarissimi uiri, Leonas Comes, & Lauricius, puincię huius præfectus, oculis ipsi suis cõspexere. propterea profitemur, nos non defugere authoritatẽ fidei, quę Antiochię encæniis ipsis publicata

Duæ Synodi factiones.

Contentio de fidei formula.

Antiochenum fidei Symbolum.

Secundus consessus.

Tertius consessus.

Surreptitia in Concilio nouæ fidei formulæ Acacij Cæsariensis recitatur.

est, quam etiam proferimus. Et quamuis patres nostri tum quæstionis in præsen A
tia propositæ gratia conuenerint, quando quidem multos τὸ ὁμοούσιον consubstã- c
tiale, & τὸ ὁμοιοούσιον æquisubstantiale præsentibus temporibus, atq; adeò nunc c
quoq; perturbauit, & nuper admodum quidam per res nouas inæqualem esse c
patri filium promulgarunt: ea ipsa de causa & τὸ ὁμοούσιον consubstantiale, & τὸ c
ὁμοιοούσιον æquisubstãtiale, ut uoces à scripturis alienas, reijcimus. ἀνόμοιον, hoc c
est, inæquale aũt anathemati subijcimus: & omnes qui hoc opinantur, alienos c
ab ecclesia esse censemus. Aequalitatem uerò filij ad patrem disertè profitemur, c
de Apostoli sentẽtia, qui de filio dicit: QVI EST IMAGO DEI INVISIBILIS. c
Primogenitus omnis creaturæ. Profitemur porrò, & credimus in unum Deum patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, uisibilium & inuisibilium. Credimus uerò etiam in Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, filium eius, ex eo genitum citra perpessionẽ omnem ante omnia secula, Deum uerbum ex Deo, unigenitum, lumen, uitam, ueritatem, sapientiam: per quem omnia facta sunt, quæcunq; in cœlis, quæcunq; in terra, siue uisibilia seu inuisibilia. Hunc credimus in consummatione seculorum, ad abolitionem peccati carnem sumpsisse ex sancta uirgine Maria, & hominem factum, passum pro peccatis nostris. Qui et resurrexit, et receptus est in cœlos, ut sedeat in dextra patris, uenturus rursum in gloria ad iudicandum uiuos & mortuos. Credimus autẽ & in Spiritũ sanctum, quem Paracletũ nominauit, & missurũ se post abitionẽ suam Apostolis promisit, sicuti & misit, Saluator & Dominus noster: per quem & sanctificat in Ecclesia credentes, & baptisatos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Qui uerò præter hanc fidem aliud quidquã prædicant, eos ab Ecclesia catholica esse alienos. Hæc est Acacij formula. Cui etiam populares eius triginta duo illi subscripsere. Ad quam Sophronius Paphlago Pompeiopolitanus episcopus apertè hæc uerba dixisse fertur: Si quotidie uoluntatem suam exponere, fidei formulam edere est, destituet nos ueritatis ipsius certi- B
tudo. Sophronius quidem hoc tum sic uoce magna dixit. Ego uerò censuerim, si & qui ante eos fuere, & qui eos sunt sequuti, itidem de Nicæna fidei professione cogitassent atq; egissent, sincerum Ecclesiæ dogma cõseruaturos, & deliramenta omnia longè à sacris mœnibus abfutura fuisse. Actũ quidem quum alteri alteros accusantes, plurima & dixissent & audissent, confessus est solutus. Quarto congressu multa futiliter nugati sunt. Et Acacius nihil obstare, quin alia fides ederetur, contendebat, quandoquidem semel Nicæna formula mutata esset. Semel autem? imò sæpius etiam. Ad quæ Eleusius Cyzicenus: Hæc Synodus, dixit, coacta est, non ut addiscat quæ prius nouit, neq; ut probatiorem inueniat fidem, quàm ea est quę à patribus Antiochiæ est promulgata. Nam in eius finibus assensu conquiescens, quamuis aliud quidquam ab ea edatur, non tamen unquã illam relinquet. Cui ego obuians dixerim: Quomodo tandem, Eleusi pessime, qui Antiochiæ congregati fuere, patres uocas? Multo enim magis patres te nominare eos conueniebat, qui Niceæ conuenientes, una uoce τὸ ὁμοούσιον consubstantiale promulgarunt: quùm q; tempore sunt uetustiores, tum quòd qui Antiochię coacti sunt, ab illis sacrorũ munerũ functionẽ acceperũt. Quòd si isti patres suos reprobarunt, parricidas potius q; patres eos dicas. Quis itaq; tales uiros sequatur? Et illorũ fides si reproba est, nec electio siue ordinatio eorum prorsus non potest in dubiũ uocari. Namq; si ante istos illi spiritũ sanctum nõ habuere, qui per impositionẽ manuum maximè uenit, neq; isti omninò inter episcopos & sacerdotes cẽsendi. Quomodo enim dignitatẽ talẽ ab eis accipere potuerũt, qui illam nunq; habuerint? Hisce uerbis quisquã contra Eleusium uenire potuisset. Porrò disputatione progrediente, ad quæstionẽ aliam peruenere. Et quoniam in formula

τὸ ὁμοούσιον et τὸ ὁμοιοούσιον repudiantur.

ἀνόμοιον condemnatur.

Sophronij Pompeiopolitani pulchrè dictũ.

Quarta sessio.

Refutatio eorum acuta, qui cornicum oculos configunt, & patrum decreta abolent.

Impositio manuum.

A formula æqualem dixerant patri filium, Acacij factio interrogata est, quánam re æqualem patri filium profiterentẽ? Atq; illa, uoluntate sola, non aũt substantia æqualem dicente: alij omnes, etiam substantia æqualem dicendum esse confirmabant. Qua de re toto eo die maxima fuit contentio. Conuicerunt quoque ipsum Acacium, q; sibi ipsi propter uariam scriptionem in libris suis quos ediderat, nõ constaret, in quibus prius æqualem per omnia patri filium dixerit, idemq; cum ipsis senserit: nunc uerò tandem substantia æqualem esse negaret. Ad quæ ille, neq; ex recentioribus, neq; ex antiquis quenq; ad scriptorum suorũ rationẽ reddendam obstrictum esse, respondit. Contentione inde maximè gliscente, postremò Eleusius Cyzicenus: Siquidẽ Basilius, inquit, aut Acacius, aut Marcus, per se aliquid agant, uel ipsi mutuò sese de quopiam criminentur, nihil id ad Synodum pertineat. Sed neq; quæ ipsi de fide siue rectè seu perperàm perscripsere, nec esse habemus curiosius de eis inquirere. Peropus aũt esse iudico, in professione Antiochena à nonaginta et septẽ patribus prodita acquiescere. Si quis aũt aliam subijcere uelit fidei formulam, eum equiũ esse ut omnes à uera pietate & ecclesia alienum esse censeant. Hisce uerbis conuentus rursum solutus. Posterò autẽ die Acacius & Georgius cum sectatoribus suis in cõuentum uenire noluerunt. Atq; ipse Leonas, uocatus quoque nõ uenit. Apertè namq; cum illis sentiebat, illam præ se ferens causam, ab Imperatore se ad Synodi concordiam conciliandam missum esse. Quandoquidem uerò ita nullo seruato ordine inter se dissiderent, non facile ei esse ad eos accedere. Si uerò ipsi uellent, abirẽt, atq; in ecclesia sedentes nugas agerent. Ita tempus extrahebatur. Et uocabatur quidem cũ suis in conuentum Acacius. Illi autem certos episcopos in Leonæ domum, ubi frequentes ipsi esse solebant, uenire uoluerunt: atq; insuper asseuerarunt, mandatum se ab
B Imperatore habere, ut alios iudicarent. Sed neq; eandem cum alijs fidem profiteri, neq; ad obiecta crimina respondere sustinuere. Quin etiam ad Cyrilli Hierosolymitani causam audiendam inuitati, quem ipsi episcopatu abire iusserant, non affuere. Neq; enim qui eos cogeret, aderat quisquam. At alteri illi non modò liberè hæc egerunt, sed Acacium etiam, & quicunq; ad eum cõfugissent, quippe qui intentata eis crimina diluere timuissent, dignitate priuarunt: Georgium scilicet Alexandrinum, Vranium Tyrium, Patrophilum Scythopolitanum, & Eudoxium Antiochenum, alios autem excõmunicationis canoni subiccere, donec de criminibus eis obiectis per causæ dictionem satisfacerẽt. Atq; id quod de eis actum esset, parœciæ cuilibet perscripsere. Et in Eudoxij locum Antiochiæ Hadrianum surrogauere, ecclesiæ Antiochenæ presbyterum: quem confestim Acacius comprehensum, Leonæ & Laurício tradidit, qui sub militari custodia eum tenuere, & postea exilio condemnauere. Et res quidem Seleuciæ in Synodo actæ, sicuti eas compendiosè exponere potui, hunc habuere finem. Qui uerò accuratè omnia cognoscere uelint, ex monumentis ea petant, quæ dispositi notarij diligentia summa confecere. Rebus ita gestis, Acacius celeriter ad Imperatorem est profectus. Alij uerò domum quisq; suam se receperunt.

Inepta Acacij Cæsariensis uox.

Quinta sessio.

Acaciani in cõsessum uenire nolunt.

Leonas itidẽ.

Acaciani partim excathedrãtur, partim excommunicantur.

Hadrianus designatus episcopus Antiochenus.

Idem in exilium pulsus.

CAPVT XLIIII.

IMperator tũ ex Occidẽtis partibus Cõstantinopolim uenit, quũ pro cõsulari abolita dignitate, Honoratũ primũ urbi præfectũ constituit. Synodus de cõmuni sentẽtia, decẽ ad Imperatorẽ miserat episcopos, qui Cõstantinopolim ueniẽtes, decẽ quoq; alios ex Arimino legatos ibi repererunt, atq; etiã Acaciũ cũ suis quę uellet conficientẽ, beneuolentia principis sibi per aulæ purpuratos conciliata. erant enim nonnulli eiusdem cũ eo sententiæ: quidam sacris ecclesiæ donis corrupti, alij illecebris Acacij blanditiarũ deliniti.

Decem legati Synodi Seleucenæ ad Imperatorẽ missis.

Acacius hos præuenit.

deliniti. Non enim uel in consultando, uel in dicendo contẽnendus uir fuit Aca- A
cius, & ad res quas instituisset conficiendas non incommodus. Ecclesiam quoq;
celebrem administrabat, & Eusebiũ Pamphili præceptorem habuerat, cuius
etiam episcopatum sortitus fuerat: & quum plurima addiscere contendisset, exi
stimatione simul & librorum copia quùm illum, tum alios antecellere iudicatus
Constantinopoli de Actij hæresi agitur. est. Et quòd talis erat, non difficile ei fuit, ex sententia res plerasq; conficere. Sed
enim quum ab utraq; Synodo isthic adessent uiginti episcopi legati, & alij item
qui eò ob negotium fortè uenerant, de Aetio ij primùm consilium habere atque
Error eius deprehenditur. iudicare sunt iussi, multis etiam maiorum gentium senatoribus præsentibus, qui
bus Honoratus quem dixi præijt. Postea uerò in præsentia quoque Imperato-
ris, quum disquisitio denuò fieret, deprehensus est Aetius admodum in fide hal-
lucinari. Proinde & Imperator, & honores apud eum gerentes, malè in eum fue
Acacius resipiscit, & Actij opinionem reijcit. re animati, propter manifestam blasphemiam. Acacius autem cum popularibus
suis per pœnitentiam resipuit, simulans se hæresim eam primùm ignorasse. At
ille in primis contendens operam dederat, ut princeps obiter & extra ordinem,
causam eius iudicandam præciperet, inexpugnabilem esse argumentis Aetium
putans, satisq; idoneum, ad eos qui secum disputando congrederentur, uel uer-
borum persuasione, uel rationum ui conuincendos, atq; ad opinionem suam in-
Efficit idem, ut Orientales & Arminenses legati formulæ fidei Sirmiensi Arimini lectæ subscribant. uitis omnibus confirmandam. Vbi uerò cœptum ei non successit, scriptum Ari
mino allatum in medium produxit, atq; id decem illos qui Seleucia uenerant e-
piscopos recipere iussit. Eisq; quòd uchementer resisterent, fierique omnino non
posse dicerent, ut substantiæ nomen prętermitterent, iuramenti per DEI nomen
sacramento interposito, se filium substantia inæqualem non profiteri, paratũq;
esse, qui aliter sentirent, eos ab Ecclesia proscribere, ut Ariminensi formulæ sub
scriberent, suasit. Quum uerò præter omnem opinionem Occidentales ex Ari- B
mino præstò essent episcopi, & substantiæ uerbum omitterẽt, quàm plurimi a-
pud eos esse eiusmodi fidei professionem Acaciani dixere. Existimabant namq;,
Eandem formulam laudat Imperator. si ea formula reciperet, substantiæ nomine prorsus tacito, τὸ ὁμοούσιον consubstan
tiale quoq; in alto futurũ silentio: quod sanè episcopi Occidentales ob Nicænæ
Synodi reuerentiam magnificiebant. Sed enim ipse etiam Imperator eam for-
mulam apprimè laudauit. Reputabat namq; secum, quum tot Antistites uiri Ari
mini fuerint, non tantopere lapsuros eos fuisse, ut temerè ὅμοιον, hoc est, æqualem
profiterentur, antea ὁμοούσιον consubstantialem professi. Nihil quidem apud se,
quo ad sensum, referre, si uerbis quæ sacræ scripturæ ignota essent, non usus no-
mine eiusdem efficaciæ, & quod nihil haberet controuersiæ τῷ ὁμοίῳ æquali scili
cet, sententiam suam profiteretur. Hęc quum eius esset ratio, suadere episcopis
Seleucia missis non desijt, donec & ipsi Ariminensem formulam comprobarent.
Acacius uerò, atq; eius studiosi, Constantinopoli diutius morantes, Bithynos
Theophilus Gotthorũ episcopus, qui Nicænæ Synodo interfuit. etiam acciuere episcopos: in quibus erant, Maris Chalcedonis, atque Vlphilas
Gotthorum episcopus, qui prius Nicænam comprobauerat fidem, decessorem
suum sequutus Theophilum, qui Synodo Nicenę interfuerat, & calculo suo sen
tentiam confirmauerat. Et quum quinquaginta Antistites conuenissent, Arimi-
ni lectam fidei professionem authoritate sua stabilierũt: illo insuper addito, se de-
inceps in DEO nequaq; substantiam aut subsistẽtiam nominaturos: & prẽter eã
ipsam, aliã fidei formulam uel antea editã, uel postea edendam, non recepturos.
Et quãuis hanc prius retulimus, faciẽdum tamen esse duxi, quũ id locus poscere
Formula fidei Sirmiensis Arimini lectæ. uid eat, ut hic quoq; quantũ fieri posset, insererem. Ea cum appẽdice sua de uerbo
ad uerbũ sic se habet. Credimus in unũ solum DEVM, patrẽ omnipotentẽ. Et in c
unigenitũ filiũ DEI, ante omnia secula, & ante principium omne genitũ ex DEO, c
per

A per quem omnia facta sunt, uisibilia & inuisibilia: genitum autẽ unigenitum so-
» lum ex solo patre, DEVM ex DEO, æqualem qui eum genuit patri, secũdum scri-
» pturas: cuius generationem nemo nouit, nisi solus qui eum genuit pater. Hunc
» scimus unigenitum DEI filium, mittente patre, è cœlis aduenisse, sicut scriptum
» est, ad abolendum peccatum & mortem: & natũ esse ex spiritu sancto, ex Ma-
» ria uirgine, secundum carnem, sicut scriptum est. Et uersatum cum discipulis: &
» œconomia seu functione omni secundum paternam uoluntatem completa, cru-
» cifixum esse, & mortuum, & sepultum. Et descendisse ad inferos, ipsumq; Orcũ
» cum exhorruisse. Qui & resurrexit à mortuis tertia die, & uersatus est cum disci-
» pulis. Et diebus quadraginta expletis, receptus est in cœlos, & sedet in dextra
» patris, uenturus die extremo resurrectionis in gloria paterna, ut reddat unicui-
» que secundum opera sua. Et in spiritum sanctum, quem ipse unigenitus DEI fi-
» lius Dominus & DEVS noster se missurum promisit generi hominum paracle-
» tum, seu consolatorem, quemadmodum scriptum est, Spiritum ueritatis, quem
» eis misit quum receptus est in cœlos. Substantiæ autem nomen, quod simpli-
» cius à patribus positum est, & populis non intellectum, scandalum seu offendi-
» culum artulit: propterea quòd & scripturæ id nõ habent, placitum est tollere, &
» eius de cætero nullam omnino fieri mentionem: quandoquidem diuinæ quoq;
» scripturæ, neutiquam substantiæ patris & filij meminere. Neq; enim subsisten-
» tia de patre & filio & spiritu sancto nominari debet. Aequalem autẽ profitemur
» filium patri, sicuti diuinæ scripturæ dicunt & docent. Omnes autem hæreses, &
» quæ iam antea sunt damnatæ, & si quæ nouæ sunt ortæ, scripto huic promulga-
» to aduersæ, anathema sint. Hæc est fidei formula primùm quidem Arimini,
tum uerò etiam Constantinopoli lecta. Quandoquidem uerò nos uix tandem
B ex formularum fidei labyrintho expediuimus, breuiter iam numerum etiam ea- *Numerus symbolorũ, seu formularum fidei Christianæ.*
rum inire uisum est. Ac primùm quidem professio fidei Nicææ rectè est dictata.
Secunda formula Antiochiæ in dedicatione templi dupliciter est prolata. Ter-
tia, à Narcisso sectatoribus' que eius, Imperatori Constantino iuniori in Gallijs
est exhibita. Ad has quarta Eudoxij accessit, quæ in Italiam est missa. Sirmij tres
aliæ editæ, quarum una Arimini quoq; est recitata. Octauam Seleuciæ Acacius
composuit. Nona & ultima Constantinopolitana est, cui etiam Arimini appen-
dix addita, ne in DEO uel subsistentia uel substantia nominaretur. De his satis.

CAPUT XLV.

VErùm enimuerò Acacius & Eudoxius cum factionis suę popularibus
studio quoq; habuere, quum Byzantij essent, aduersæ partis episco-
pis dignitatẽ adimere: non religionis quidem, sed aliarum rerum cau
sa. Communiter quidem, ęcclesias perturbassent, & sanctiones ea- *Acacius et Eudoxius Cõstantinopoli aduersus episcopos non propter fidem, sed alias uarias ob causas exauthorant.*
rum cõmisissent: seorsim autẽ, unicuiq; alij alia crimina intentabant. Atq; illi de
fidei professione inter se dissentientes, in sententijs exauthorationis fidei crimen
Aetio diaconatus additur. non inserebant. Et primùm Aetium diaconatu priuant, ut qui turbæ & seditio-
nis in ecclesia author extiterit, disputationibusq; contentiose Sophistarum mo-
re ad ostentationẽ cum mala fama, contra Ecclesiæ consuetudinẽ & institutũ, a-
busus fuerit, & eundem in scribendo modum seruauerit. Hũc quidem ita, nõ ex
animi sententia, sed ut opinionẽ multorum abolerent, quod ferè omnib. eadem
quæ ille sentire uiderent, exauthorarunt. Imperatoris aũt ira quasi quodam sub-
sidio usi, qua ille quùm aduersus alios plerosq;, tum maximè in Macedoniũ com *Exauthoratio Macedonij.*
motus fuerat, propter eas quas diximus seditiones & cædes, nec nõ ob urnę cine
rum Constantini patris translationẽ: & quòd insuper diaconum in fornicatione
depre-

Eleusij Cyziceni. deprehensum ad cõmunionem admisisset, ei quoq; dignitatem abrogãt. Eleusio A
præterea Cyziceno, crimine illo obiecto, quòd Heraclium quendam Tyrium, sacerdotẽ Herculis Græci dei in urbe Tyro, manifestum impostorem, inconsideratè ad baptismum admissum, in diaconorum quoq; ordinem legisset, quum qui dem is Christianismum tantũ simularet, & propter imposturas Tyro profugisset: tum autem, q̃ quum postea talem eum esse cognouisset, nihilo tamen magis sacro ordine mouisset. Præterea quòd uiros quosdam à Mari, qui tum Constantinopoli conuentui isti affuit, Chalcedone damnatos atq; proscriptos, contra ca-

Basilij Ancyrani. nones sacerdotali dignitate ornasset. Basilium quoq;, qui & Basilas, ut binominis, dictus est, & pro Marcello Ancyranam ecclesiam obtinuit, exauthorant, q̃ hominem quendam præter rationem omnem ad tormẽta tradidisset, & catenis uinctos lõgo tempore in custodia habuisset. Et q̃ graues calumnias clericis quibusdam Antiochenis, Cilicibus, Galatis & Asianis texuisset, quibus indicta causa prouinciarũ rectoribus traditis mulctæ exilijq; causa extitit. Item q̃ Diogeni presbytero Alexandria Ancyram eunti, chartas quas secum ferebat abstulisset, eundemq; uerberibus affecisset. Aliam quoq; ei impegere dicã, q̃ Imperialibus scilicet mandatis resistere ausus fuisset, quibus præcipiebat, ut Actius & alij quidam, ad Cecropium, causam de criminibus quæ eis objicicbantur apud eum dicturi, ducerẽtur. Et q̃ Hermogeni duci atq; etiam Syriæ rectori scripsisset, quos & quónam locorum deportandos curaret: pro quibus quum Imperator, in patriam eos reducere iubens, scripsisset, ipse tamen arte quadam ut aliud fieret effecisset, magistratibus simul & episcopis aduersus. Insuper q̃ Sirmij Germinij clerum ad rebellionem cõcitasset, & cum eodem cõmunicasset, quodq; in periurio deprehensus fuisset: q̃ Illyricis, Romanis, & Aphris per literas discordiæ & seditionis causam præbuisset: q̃ ad Africanos scribẽs episcopos, Vrsicium & Va- B
lentem calumnioſè criminatus esset: q̃ ancillam uinctam falsum contra heram suam testimonium dicere cõpulisset: q̃ uirum cum muliere fœda consuetudine uiuentem baptisasset, eidemq; diaconi dignitatem contulisset: q̃ exploratorem quendam itinerũ, qui multis necis causam attulerat, ecclesia nõ exclusisset: q̃ ad mysticam mensam coniurationes fecisset, clerumq; ibi iurisiurandi sacramento, ne alius alium accusaret, obstrinxisset, id quod dolo ab eo factum, ut scilicet ipse primam in clero dignitatem obtinens, iudicia eo modo effugeret, atq; ut Basilio

Eustathij Sebastienſis. Ancyrano episcopatus adimeretur, causæ hæ fuere. Eustathio autem Sebastiæ Armeniorum antistiti, primùm quidem quũ presbyter crearetur, quòd eum pater eius Eulalius prejudicio suo damnauerit, & ecclesia eiecerit, propterea quòd habitu qui sacerdotem non deceret, uteretur. Fuit autẽ Eulalius Cæsareę Cappadocum episcopus. Deinde q̃ Neocæsareæ in Ponto à Synodo isthic coacta excõmunicatus fuerit, propterea q̃ minus fideliter res quasdam sibi commissas gessisset, quam notã ei intulit Eusebius primùm Beryti, deinde Nicomediæ, postea uerò etiam Constantinopolis, post Paulum, episcopus. Adhæc, q̃ ei in Synodo Gangrensi, propterea q̃ aliter quàm cõuenit, & sensisset, & in ecclesia docuisset, episcopalis dignitas sit abrogata. Et q̃ in Antiochena Synodo periurij fuerit cõuictus: quodq; conatus sit ea quæ rectè in Melitinensi conuentu constituta fuerant, abolere. Et quũ tot criminibus reus ageretur, iudicis sibi tamen partes sum-

Eortasij Sardiani. pserit, alienos à fide alios uocãs. Eortasium uerò Sardis episcopatum gerentem damnarunt, q̃ episcopi Lydij electionem eius non approbassent. Dracontiũ au-

Dracõtij Pergameni. tem Pergamenum, q̃ in Galatia prius ecclesiæ episcopus præfuisset; & adempto

Sophronij Pẽpetopolitani. illi episcopatu posteriore, ad priorẽ quoq; eum redire non permisere. Sophronium porrò Paphlagonem, q̃ auaritiæ studio in ecclesię pecunia quęstũ fecerit:
& quòd

A & quòd semel atq; iterũ citatus, uix tandem uenerit, & responso Synodi dignatus non sit, profanũ iudicem per prouocationẽ appellans. Præter hos Sataleno-

Elpidij Sataleni. rum episcopũ Elpidium, ut Basilij socium, & ordine sublato confusionis & turbæ authorẽ, qui etiam Eusebiũ quendam, cui Melitinensis Synodus sacerdotalem ademerat dignitatẽ, temerè citra inquisitionẽ in presbyterorũ ordinem restituerit. & Nectariæ cuidam, cui propter iusiurandũ uiolatum, cõmunione interdictum fuerat, diaconatũ contulerit: & ad honorẽ ecclesiasticum eam, quum nondum iuxta ecclesiasticæ disciplinæ morem pœnitentiam egisset, admiserit.

Neonis Seleuceni. Neon a ũt Seleuciæ pontifex propterea ad episcopatũ deponendum est damnatus, q̃ ex cõposito in ecclesia sua Hadrianũ Antiochiæ episcopũ creari permiserit: prætèrea q̃ nonnullos sacrarum literarum imperitos, & ecclesiasticarũ constitutionum ignaros, maleq; insuper uiuentes, re non deliberata, episcopos fecerit; qui deinde pecunias Episcopali dignitati præferentes, literis suis attestati

Syluani Tarſenſis. sunt, malle se opes habentes res sacras curare, quàm sine illis episcopatum gerere. Syluanus autem, quòd alijs & Seleuciæ & Constantinopoli uecordiæ causa fuerit. Porrò Theophilus Castabalenorum ecclesiæ antistes, quòd antea ab e-

Theophili Caſtabaleni. piscopis Palæstinæ Eleutheropolis episcopus lectus, non ex animi sententia iurauerit, se aliam ecclesiam non esse suscepturum. Obseruandum autem illud,

Cauſa quare Euſtathius Sebaſtẽſis in Synodo Gangrẽ-ſi ſit damnatus. quòd Gangrensis Synodus Eustathio Sebastiensi, antea quoque in Cæsariensi cõuentu exauthorato, propterea episcopatũ ademerit, q̃ multa præter ecclesiæ consuetudinẽ fecerit atq; statuerit. Coniugium enim prohibuit, & à carnium ci-
bo abstinendum esse docuit. unde factum, ut multi coniugalem coniunctionem dissoluerent. Et qui cõmunionẽ in ecclesia uitarẽt, eis in priuatis ædibus ut cõ-
B municarent, suasit. Seruos, qui Deum colere uel cum prætextu pietatis constituissent, etiã præter dominorũ uoluntatem libertate donauit. Et quùm ipse singularem sibi & insolitum philosophorũ more habitũ sumpsit, tum nouas quoq; sectatoribus suis uestes dedit. Mulieres nẽ comã haberent, constituit. Stata ieiunia auersatus, Dominicis diebus potius ieiunandum esse docuit. In coniugũ domibus precationes fieri prohibuit. Ac si laicus quisquam coniugem in matrimonio legitimo habens, presbyter lectus esset, eius benedictionem & communionem perinde atq; piaculum abominandum, deuitare iussit. Hæcille, atq; alia hisce similia & docuit & egit: quapropter Gangrensis in Paphlagonia Synodus eum exauthoratum, cum institutis suis, anathemate quoq; iugulauit.

CAPVT XLVI.

Condemnatio Cyrilli Hieroſolymitani, Cyrillia. POst hos tredecimũ damnarunt Cyrillum Hierosolymitanũ, ingenti uirtute, & ad populum docendum egregium uirum: cuius scripta sunt, quæ ecclesia Cyrillia nominat. Vt autẽ damnaretur, causæ illæ fuere: primùm quòd cum Eustathio & Elpidio cõmunicauerit, qui Melitinensi Synodo, cuius & ipse potissima pars fuerat, aduersati sunt. Et quòd itidem Basilium & Georgium Laodicensem, posteaquã in Palæstina episcoporum ordine moti fuerant, in cõmunionem receperit. Insuper quũ Hierosolymorum episcopus creatus Apostolicũ thronum conscendisset, q̃ de iurisdictionis ecclesiasticæ finibus & iure Metropolitano cum Acacio Palæstino disceptarit. Qua ex causa in mutuum adducti odium, alter alterum, q̃ non rectè de Deo sentiret, est criminatus. Acacius enim Arianę erat sententiæ, Cyrillus aũt τὸ ὁμοούσιον consubstantiale laudantes probabat. Eam ob rem malè in eum animatus Acacius, episcopis Palæstinis qui secum faciebant congregatis, administratione sacrorum ei interdixit: talem insuper maximè præferens causam. Fames Palæstinam affligebat, & plebs in rerum necessariarum inopia ad episcopum respectabat.

Cyrillus in ſumma plebis propter famem penuria, eccleſiæ aulæis ueſtimẽtis & donarijs uendendis, egenis ſubuenit.

bat. Et quum ille neq; pecunias neq; frumentũ haberet, donaria templi & sacra A
aulæa uendidit, & quoad potuit penuriam populi est solatus. Et quidam ur ho
† nestus donarium suũ agnouisse dicitur, † uestẽ uidelicet, qua fœmina ex scenicis
atq; thymelicis quędam amicta erat. Vbi res inquisita est, à mercatore quodam
comparatã esse, qui ab episcopo eam prius emerit, compertum est. Huius præte-
xtu rei Acacius Cyrillum episcopatu abire coegit. Talem quidem condemna-
tionis eius causam fuisse audiui, sed nõ satis certè rum, ut mihi uidetur, cõuenien-
tem: quoniam fames & penuria uenditionis causa fuere. Quibuscunq; aũt A-
Acacłani pertinaci episcopo, qui Constantinopoli fuere, sententiæ suæ assentiri coegerunt. cacius factionisq; eius populares dignitatẽ abrogauerãt, eos etiam omnes Con-
stantinopoli expulerunt. Erant aũt in ea factione decẽ, qui sententias talium ab-
rogationum calculis suis cõprobare noluerunt. Eos in loco certo asseruari iusse-
re, ut ibi priuati agerent, neq; rem diuinam attingentes, neq; eorum quidquam
quæ Episcopalis muneris sunt agẽtes, donec condemnationũ sententijs subscri-
berent. Et nisi intra menses sex per pœnitentiam resipiscerẽt, & rebus omnibus
quæ Synodus constituerat assentirentur, ipsis quoq; adempturũ ecclesias, alijsq;
Sententiam suam episcopus absentibus insinuant. cõmissum iri, qui cũ eis consentirent, sicuti fieri solet, minabantur. Hoc ubi con
stituerunt, consiliumq; suum ad exitum perduxerũt, ad episcopos ubiq; omnes
literas dederunt, ut Ariminensem fidei professionẽ unà cum adiectione sua ser-
uarent, eamq; subscriptionibus suis confirmarent. Aliter si facerent, solũ exilij
Eam Constantius cõfirmat. causa uerterent. Ad quæ Imperatoris quoq;, cœpta eorum comprobans, acces-
sit sanctio. Certiorem quoq; de his Patrophilum Scythopolitam fecere, qui se
Successores dãnatorum episcoporum. statim Seleucia ad suam cõtulerat ecclesiam. Et paulo pòst, Eudoxius cum se-
ctatoribus suis, alios alijs in sedibus episcopalibus substituit. Ipse quidem Eudo
xius primus Macedonio surrogatus est: Basilio aũt Ancyrano Athanasius. Por
rò Eleusio successit Eunomius, qui etiã hæresis nominis sui princeps extitit. Et
pro Eustathio Sebastiæ, diuus Meletius ecclesiæ præfectus. Macedonius Con- B
Macedonius in Clausris priuatus habitauit. stantinopolitano episcopatu priuatus, è regione urbi Orientem uersus in loco
cui nomen Clausira, diutius degens, ibi aduersus Spiritũ sanctum blasphemiam
ore minimè clauso euomuit, & malè uitam transegit. Porrò Acacius, & secta-
Iniquum iudicium. tores eius, Eudoxium in possessionem uacuam ecclesiæ Constantinopolitanæ
deduxerunt, longè ab eis quæ paulo antè iudicauerant diuersa statuentes. Qui
enim non ita pridem Draconcio episcopatum, quod ex Galatia Pergamũ trans-
lisset, ademerant, non animaduerterũt, se, dum Eudoxium nõ in unam, sed iam
in alteram ecclesiam transferrent, contraria sibi ipsis decernere & facere. Por-
Ineepta & impia Eudoxij Constantinopolitani uox, in ingressu Ecclesiæ primo, acumen & salem affectatis. rò quùm is ecclesiã recepit, tum & magna ecclesia quæ Σοφία, hoc est, Sapientia
dicitur, Encænia celebrauit, quindecimo Februarij mensis die. Hic ille in thro-
no suo considens, primùm diuulgatam illam in ecclesia edidit uocem: Pater, in-
quiens, ἀσεβής, hoc est, si simpliciter accipiaẽ, impius: aliter, non colens. Filius aũt
εὐσεβής, hoc est, uerè pius, & rectè colens. Et tumultu ad talia uerba, sicuti par
erat, à populo & seditione mota, ne turbam cierent, hortatus est. Pater enim, in-
quit, neminem colit, & sic ἀσεβής est: Filius uerò εὐσεβής, meritò enim & rectè pa
trem colit. His dictis tumultus sopitus est, & magnus subsequutus risus. Arque
Eudoxius & Acacius Nicænum symbolũ abolere conẽdunt. hodie quoq; dictum id ridiculum habetur. Talibus impij illi rebus occupati, &
cauillationibus eiuscemodi usi, ecclesiam ad absurdas opiniones distraxerunt.
Omniq; prorsus cura & studio & ipse Eudoxius & Acacius summopere in hoc
incubuere, ut in obliuionẽ Nicæna decreta adducerent. Proinde Ariminensem formu-

† *Apud Theodoritum lib. 2. cap. 27. scriptum est: Vestem istam auro contextam, à laudatissimo Imperatore Constantino magno Macario episcopo Hierosolymitano, ut ea indutus episcopus sacrosancti baptismi perageret cæremonias, donatam esse. Eam quum Cyrillus uendidisset, & deinceps à mercatore Thymelicus saltator emisset atq; induisset, in ipsa saltatione eum exanimatum concidisse.*

A formulam cum appendice sua ad loca omnia miserunt: & qui eam non recipe-
rent, sicut dictũ est, exilio eos perpetuo mulctarunt. Quod sanè quĩ facile rem *Eam rem persequutio gratis catholicorum est subsequuta.*
præter rationem susceptam perfecturum esse uideretur, aliarum calamitatũ ini-
tium præbuit: & non modò ecclesijs, sed & urbibus omnibus magnum conci-
uit motum. Persequutio namq;, quæ nulla in re Græcorum tyrannidi & crude-
litati cederet, Romanum peruasit imperium. Quamuis enim, quantũ ad corpo-
rum supplicia pertinet, minor fuerit: probrum tamen ipsum, maiorem grauio-
remq; eam apud eos qui rem rectè putarunt, fecit. Nam & qui persequerentur, *Ædes hominum rebus in ecclesia novis per licentiã studentium.*
& qui persequutionẽ exciperent, eiusdem erant ecclesiæ & religionis. Tanto uc
rò id malum propter fœditatẽ maius fuit, quanto turpius ciuibus quàm alijs in
fertur bellum: quum quidem id etiam erga exteros facere, episcopalis functio-
nis prohiberent sanctiones. Et res nouæ tum laudabant, paulatimq; incremen-
ta sua capiebant, atq; ad mutationem insolitam spectabant: eoq; demũ præfra-
ctæ temeritatis peruenerunt, ut homines ueteres & patrias leges contemnerẽt,
& nouas sibi pro se quisq; conderet. Atq; equidem eadem de DEO plericq; cum
turbulentis illis sentire nolebant, sed noua identidem quædam dogmata com-
miscebantur, neque se ab alijs super alias nouis rebus inueniendis continere
poterant. Talis tum fuit rerum status.

CAPUT XLVII.

MAcedonius namq;, qui etiamsi antè idem cum Eudoxio & Acacio
sensisset, nihilominus tamen ex ecclesia sua deturbatus, non eandem
porrò quam illi sequebatur opinionem: sed fidei professionem An-
tiochiæ primũ, postea etiam Seleuciæ confirmatã, quam ipse, seu po-
B tius Marathonius, quem ipse Nicomediæ episcopum fecerat, ut quidam putãt, *Macedonij hæresis.*
ὁμοιούσιον, hoc est, æquisubstantialem appellabat, obtinere debere censuit. Ve-
rùm non id modò egit, sed etiam in Theologia, seu diuinitatis ratione exponen
da, Spiritum sanctum personam unam Trinitatis dicendam esse negauit. Ac fi-
lium quidem DEVM perfectũ, & substantia patri æqualem esse dixit: Spiritum
sanctum aũt expertem honoris & dignitatis eiusmodi statuebat, famulum eum
& administrũ, Angelicisq; ordinibus paulo præstantiorẽ esse docens. Et in ea- *Eiusdem adstipulatores.*
dem cum eo sententia erant Eleusius Cyzicenus, & Sophronius Paphlago, &
Eustathij Sebastiẽsis de spiritu sancto opinio. Eustathius Sebastiensis, qui tamen alijs æquior, neque DEVM neq; creaturam
Spiritum sanctũ dicere maluit. Suffragabantur eis & alij multi, & ferè omnes
quibus à parte aduersa dignitas abrogata fuerat. Nec minimam secum partẽ po-
puli in urbe Constantinopolitana, atq; in Bithynia, Thracia, Hellespõto, & alijs
Hæreticorũ uitæ sanctitas. uicinis in circuitu populis trahebant. Vita namq; & moribus (quos potissimũ
multitudo spectare solet) probatis erant. In publicum cum grauitate quadam
ueneranda prodibãt. Instituta eorum non multum à monasticis aberant. Et ser-
mo affectata quadam sanctimonia mistus, uim ad persuadendum satis accõmo-
datam præferebat. Qualis sanè & Marathonius fuit, qui publicorũ uectigalium
inter milites sub ducibus stipendia facientes rationalis, loculis probè refertis,
post quam eum quæstum posthabuit, egenorũ publicis domibus curator præ-
fuit, & ęgrotis inseruijt. Deinde asceticam, siue monasticam quoq; uitam, Eusta
thio Sebastiensi authore, sequutus est. Insigne is etiam monasterium Constan-
tinopoli construxit, quod ad longum durauit tempus. Tam studiosus uerò Ma-
cedonij hæresis fuit, ut pecunia sua expensa, propagandam eam curauerit: Ma- *Macedoniani quoq; Marathonij dicti.*
rathonianosq; populares eius appellandos esse, illis persuaserit. Et unus ipse, ne
prorsus secta ea Cõstãtinopoli interiret, obstitisse uisus est. Macedoniani nãq;,

ex quo tempore episcopatu Macedonius est deiectus, neq; ecclesiã neq; episcopũ postea, eis quos exauthoratos paulo antè nominauimus exceptis, donec Arcadius ad imperium peruenit, habuere. Siquidem Ariani, omnes qui alterius essent quàm suæ sectæ, ecclesijs exactos, plurimis etiam alijs malis afflixere. Cæterùm isti non tantum Macedoniani & Marathoniani, uerumetiam πνευματομάχοι, hoc est, oppugnatores spiritus, sunt nominati. Ac qui eo tempore episcopi sedibus suis sint eiecti, operosum esset omnes recensere: ut autem breuiter dicã, nulla ferè fuit in Romano imperio gens, quæ calamitatem eam experta non sit.

Item πνευματομάχοι.

CAPVT XLVIII.

VTum Eudoxius ad Cõstantinopolitani episcopatus opes respiceret, & iã professionẽ eius obtineret, non parua per ambitionẽ de Antiochena sede orta est cõtentio. Quod namq;, ut ita dicã, unusquisq; episcopatũ eũ ad se pertinere putaret, seditiones in clero simul & populo, ut fieri solet, sunt motæ. Et cuiusq; opinionis sectatores, in ea episcopatus consequendi expectatione, ex popularibus suis quenquã deligi studuerunt. Ingens namq; adhuc in multitudine de dogmate erat dissidium. Vnde in psalmodijs quoq; nõ concordabant, sed unusquisq; pro ea quã obtinebat opinione, carmina cõformabat. Et quũ talis esset Antiochiæ status, Eudoxio sectatoribusq; eius placitũ est, in eam urbem transferre, qui dicẽdo atq; persuadẽdo egregius, simulq; uitæ consuetudine laudatus maximè, eiusdemq; antea cum eis sententiæ suffragator fuisset, Meletiũ. Magnam enim cõcœperant spẽ, fore ut multis eius uiri primarijs dotibus non solum Antiochenos in sententiam suã pertraherent, sed etiã uicinas circũcirca urbes, & eos maximè qui à diuo Eustathio Eustathiani uocabantur, & fidem Nicenã integram seruabant, suas ipsi sibi synaxes & cõuentus seorsim agẽtes. Cæterùm magnopere opinione sua sunt falsi. Et ad Meletium, ubi Antiochiam peruenit, permulti Ariani, permulti etiam alterius partis, quæ Paulinũ sequuta fuerat, accessere. Et alij quidem propter tanti uiri gloriam (celebris enim aduentũ eius præcesserat fama) alij aũt uidendi eius gratia. Quibus quoq; studio fuit, ad quam partẽ inclinaturus esset, rescisc ere. Vulgatũ quippe rumoribus erat, plurimi eum Nicæna decreta facere: sicuti etiam exitus cõprobauit. Ac primùm ille quidem ut de dogmate uerba faceret, secundo loco habuit, † doctrinã autem morũ publicè coluit. Deinde uerò progressus, Nicænam etiam fidem intulit, & ὁμοούσιον consubstantiale prædicauit. Fertur sanè quidem, cleri tum Archidiaconum ad illum quum doceret accessisse, cauamq; ei manum iniecisse, atq; os obstruxisse. Illum autem manu magis quàm uoce fidei sententiam indicasse, tres apertè digitos extendentẽ, eisq; rursum leniter cõtractis, unum tantũ directè erigentẽ. Qua ille re omnibus per imaginẽ quandã exhibuit, quæ sentiens dicere non potuit. Vbi uerò diaconus ore relicto, manum eius cõpressit: tum illum ore libero & uoce graui disertè sententiam de Deo suã promulgasse, & omnibus Nicænam fidem cõmendasse: apertè, qui aliter sentirent, eos à recta opinione aberrare testatum. Quum autẽ non cessaret uel uerba faciens, uel manu gesticulãs, animi sui sententiam uicissim, ut ferebat, aduersus Archidiaconi inhibitionẽ atq; contentionẽ astruere, & concertatio ea inter episcopos, perinde atq; pancratio, hoc est, omni certaminum genere & uiribus opibusq; omnib. decertantes, diutius duraret, Eustathianos lætitia plenos exultasse, & uociferatos esse, Arianos uerò pudore atq; ignominia affectos cessisse. Et eam ob causam Eudoxium cum suis indignabundum, ab ecclesia Meletium proscripsisse: eundemq; deinde ut sentẽtiæ suæ suffragaturũ, (ita enim existimabat) & priora dicta correcturum, restituisse. Nam Meletius Arianorũ suffragijs

Meletius episcopus Antiochenus designatur, antea quidem Arianizans, deinde autem Orthodoxus.

ἀδιαλείπτως ἀπὸ Δαλματίου.

Meletius simul ex manus indicio & uoce libera trinitatẽ ὁμοούσιον publicè deprædicat.

συγκυπτόντων ἀγωνιζομένων.

Meletius ab Eudoxio proscriptus. Mox idem restitutus.

A gijs Sebastiæ episcopus creatus, atq; inde rursum per eosdem Berrhœam Syriæ translatus fuerat, & Seleuciæ in concilio Acacij fidei formulæ subscripserat. In Constantinopolitana præterea Synodo affuerat: & cum illis quæ eis placita erant, egerat & sanxerat, atq; ab eisdem ad Antiochenam sedem euectus fuerat. Sed illi, ut diximus, cum restituere. Vt autẽ à recta sententia deduci minimè potuit, Imperator ea re intellecta, exilio eum mulctauit: & Euzoio Arij familiari, cum quo etiam antea damnatus fuerat, ecclesiam Antiochenam cõmisit. Porrò qui Meletium consectati, doctrinam eius laudabãt, ab Arianis seiuncti, suas ipsi sibi ecclesias & conuentus agebãt. Paulini siquidem sectatores, & τὸ ὁμοούσιον consubstantialis assertores, qui Eustathiani uocabãtur, Meletium eiusq; studiosos auersati sunt, neq; cõmunionẽ sibi cum eis esse uoluerunt: propterea quòd Meletius Arianorum electione episcopus factus, sectatoresq; eius corundẽ baptismo initiati essent. Atq; ij sanè quamuis sententijs essent coniuncti, tamẽ propter solam electionis causam à seipsis sunt disiuncti. Ita factũ, ut in ecclesia Antiochena dissidium, duabus quæ idem sentirent partibus, intercederet. Eodem tempore Cõstantius Persas res nouas moliri cognouit, & se Antiochiam contulit.

Idem à Cõstantio in exilium actus.

Euzoius Antiochenus episcopus.

Pauliniani orthodoxi cum Meletianis Catholicis Antiochiæ propter Arianam Meletij electionẽ, non communicarunt.

Cõstantius Antiochiã uenit.

CAPVT XLIX.

ACacius, & populares sui, quiescere rursum non potuerunt: & quum eos rerum suarũ pœniteret, priora decreta sua mutare sunt aggressi. Quam ob rem cum paucis Antiochiã uenere, atq; ibi Euzoio ecclesias gubernãte, & Imperatore præsente, in fidei formula primùm Arimini, deinde Constantinopoli edita, τὸ ὁμοίον, hoc est, æqualitatis nomẽ inducere atq; abolere constituerunt. Iam enim nõ occultè, sed propalàm, citra pudorem, per omnia substantia simul & uoluntate inæqualem patri filium, & ex non existentibus genitum esse docebant & prædicabant: sicuti & Arius à principio opinatus est. His aũt maximè suffragabantur, quicunq; Aetij sententiam cõprobarunt: qui primus post Arium eiusce modi nomina in publicum produxit, & liberè cum magna confidentia promulgauit. Vnde ipse quidem ἄθεος, hoc est, contemptor deũm: sectatores aũt eius ἀνόμοιοι, hoc est, inæquales & † non existentiales, Antiochiæ ab Homousianis seu cõsubstantialis professoribus cognominati sunt. Qui quidem tum propter Meletium, quemadmodum diximus, segregati erant, ut à me paulo antè dictum est. Sedenim Ariani à nostris interrogati, cur nam, quum antea in professione fidei suæ, filium Deũ ex Deo dixerint, inæqualem nunc, atq; ex nõ existentibus, profiteri auderẽt? Propterea, respondebant, q; & Apostolus Paulus: OMNIA AVTEM EX DEO, inquit. Proindeq; unũ etiam esse rerũ omnium filiũ: & ob eam causam in fidei formulis addi illud Secundum scripturas. Huiusmodi illi cauillationibus respõsiones & refutationes suas instituere. Quarum autor Georgius Laodicensis fuit, qui nõ bene loquutiones eiusce modi assequutus, superioribus temporibus hæc Origenẽ inuestigasse, & Apostolicas uerborũ proprietates fusius interpretatũ esse ignorauit. Cæterùm tametsi arroganter ista in responsionib. suis iactarent, conuicia tamẽ multorum tum perferre, & per interrogationes eos urgentibus satisfacere non potuerunt. Et quum quod in aduersarios crimen regererent, non haberent, confirmata denuò quam Constantinopoli ediderant formula, conciliabulum suum soluerunt, & se domũ receperũt. Eadem hac tempestate Athanasio adhuc latente, Georgius Alexandriæ non eos modò qui diuersum ab opinione sua sentirẽt, malè accipiebat, sed Græcis quoq; ipsis grauis erat. Nam eos etiam, sicuti ipsi uisum esset, opinari atq; sentire uolebat, & facere id nolentes persequebatur, quin

Acacij sententia et Arij eadem.

ἄθεος.

† ξενόντιοι.

Quomodo Ariani τὸ ἀνόμοιον author Georgio Laodicenſi defenderint.

Ariani hac in parte Ab Origene refutati.

Georgius Alexandriæ homines. omnibus, præterquã Arianis suis grauis & molestus.

uniuersæ quoq; urbis eius plebi moleſtũ ſe exhibebat: principũ maximè uiro- A
rum obiurgator, & doctis atq; claris, quòd eos cõtemnebat, nec nõ multitudini
ipſi inuiſus, ueluti tyrannicus, & qui dominationem ſibi quaſi iure ſuo uendica-
ret. In primis uerò Græcæ ſuperſtitionis cultores exacerbauit, quòd eos patrijs
ſuis ſacris operari, dieſq; feſtos peragere prohibuit. Et militari ex Aegypto ad-
ducta manu, deorum imagines atq; alia donaria, & quicquid præterea in tem-
Hieroſolymi- plis corũ eſſet ornamenti, diripiens abſtulit. Quæ ſanè omnia, ut necaretur, cau-
tani epiſcopi. ſam præbuere: ſicuti libro proximo oſtendemus. Cyrillo eccleſia Hieroſolymi-
tana, eo quo ſuprà dictũ eſt modo, adempta eſt, & Herennio mãdata. Cui Hera
clius, atq; huic rurſum ſucceſsit Hilarius. Iſti nãq; uſq; ad Theodoſij imperiũ ec
cleſiã eã adminiſtraſſe traditi ſunt, poſt quos Cyrillus ipſe ſedẽ ſuã recuperauit.

CAPUT L.

Iuliani præcla- VLianus ſanè Cæſar bello barbaros † ad Rhenũ uicit, pleriſq; cæſis,
ræ victoriæ. quibuſdam etiã captis. Et quòd militibus tum propter moderatio
† Prope Argẽ nis animi & æquitatis obtentũ præclarus eſſe uideretur, Imperator
toratiũ. Eutr. Romanorũ ab eis eſt declaratus. Quæ res ubi Conſtantio eſt renun-
Apud Pariſios. Ammian. ciata, anxia cum cœpit ſolicitudo. Et Antiochię ab Euzoio ſacro tinctus lauacro,
exercitum inde aduerſus Iulianũ duxit. Atq; ubi ad Mopſocrenas, hoc eſt, Mo-
Conſtantij pſi fontes, qui inter Cappadociã & Ciliciam ſunt, uenit, curis confectus, per apo
mors. plexiam uitam finijt. Qualis aũt & moribus & religione Conſtantius fuerit, in
præſentia cõmemorarẽ, niſi uehementiſsimus orator Gregorius theologus uir
tutes eius pulcherrimè oſtendiſſet. Et quũ uerbis illius qualis is fuerit declarare
De Conſtantio liceat, ſuperuacaneũ eſſe duxi, aliter res eius referre uelle. In prima igitur in Iulia B
Imperatore ex num inuectiua, ueluti reprehendens Cæſarẽ eum creatum eſſe, hæc ad uerbum «
Gregorio Na- pro Conſtantio refert. Quid hoc fuit Imperatorum ſanctiſsime, & CHRISTI «
zanzeno. amantiſsime (prouehor enim oratione, ut te ueluti præſentẽ & hæc audientem «
incuſem: quãuis te longè ſuperiorẽ reprehenſione noſtra eſſe ſciam, qui ad Deũ «
translatus ſis gloriæ cœleſtis hæres: & tanto à nobis longius ſeceſſeris, quanto «
imperium illud quod cum hoc cõmutaſti, eſt auguſtius) quod'nam hoc cœpiſti «
Non ſatis pru- conſilium? qui prudentia & animi ſolertia omnes, non modò qui ætate tua, ſed «
denter Cõſtan- antea quoq; fuere principes, longè ſuperaſti: qui foris finitimas circumcirca re- «
tius Iulianum giones à barbaris repurgaſti, & domi tyrannos compeſcuiſti: atq; alios quidem «
Cæſarem crea- uerbis flexiſti, alios aũt armis uiciſti: & eo ſanè utrũq; modo peregiſti, ut alterũ «
uit. in altero nihil tibi afferret difficultatis. Et quum multa ſint bello & armis parta, «
maiora tamen & illuſtriora, quæ nullo effuſo ſanguine conſtituiſti tropæa. Ad «
quem undequaq; legati & ſupplices ex gentibus uarijs ueniebãt, quarum non- «
nullæ iam imperata faciebãt, nonnullæ aũt facturæ erant. Qui quicquid ſperaſ- «
ſes, confectum tibi iam propè fuit. Adeò manu DEI ad conſilia & actiones om- «
nes es productus. Cuius prudentia quidem magis quàm fortitudo, magis uerò «
etiam fortitudo quàm prudentia admirationi fuit: amplius autẽ, quàm utræq; «
Conſtantius iſtæ, laudata pietas. Et paulò pòſt: Quis enim eorũ etiam, qui aliqua ſaltem «
princeps Chri- ex parte eum nouere, neſcit, illũ propter ueram pietatẽ, ſummumq; in nos amo «
ſtianiſſimus. rem, & quòd nobis omnia uoluerit conciliare bona, non tantũ contempturum «
uel omnem generis ſui honorem, uel imperij partem, uerum etiam incolumitatẽ «
ſaluremq; noſtrã imperio ipſo rebusq; ſuis omnibus, atq; adeò animã ipſa, qua «
nihil eſt omnibus hominibus charius & præſtabilius, cõmuturum fuiſſe? Ne- «
mini ſiquidem unquam tantus rei alicuius, quantus illi, ardor et amor inceſsit, ut «
Chriſtiani aucti honeſtiq; eſſent, & ad ſummam gloriam & potentiam peruenirent. «

A rent. Non enim tot gentes imperio eius ſubactæ, non reſpub. ab eo ritè guber-
» nata, non ingens pecuniæ uis, non gloriæ amplitudo, non quòd regum princeps
» atq; Imperator & eſſet & nominaretur: non aliæ denique res, quæcunq; ad ho-
» minum felicitatem facere uidentur, tantùm cum exhilararunt, quantùm ut nos
» quidem per ipſum, per nos autem ipſe, & apud Deum, & apud homines lau-
» dem conſequeretur, & conſtans nobis perpetua'que permaneret poteſtas. Ere- In Chriſti ſer-
» nim quùm alia multa, tum illud præcipuè ſublimius, Imperatoricq; magis quàm uatoris aduen-
» alij multi conſiderans, optimè nouerat, cum Chriſtianorum rebus unà Roma- tu Romanum
» num auctum eſſe imperium: atque aduenient CHRISTO, rerum adminiſtra- auctum Impe-
» tionem ad unius principis, quod antea ex omni parte factum nunquam fuerat, rium.
» ſummam poteſtatem peruenisſe. Quam ob cauſam meritò ille mihi uiſus eſt res Perfecta Rom.
» Chriſtianorum tantopere ornare, & fouere. Qui etiamſi dolorem aliquem no- Monarchia.
» bis attulit, non id tamen uel per contemptum, uel cum contumelia, uel ut alijs Excuſatur Cõ
» præ nobis gratificaretur, ſed ut omnes unum eſſemus, & idem ſentiremus, nec ſtantius, quòd
» ita ſectis atque diſsidijs diſſecti atque diſiuncti eſſemus, fecit. Deinde eum ad- Arianiſare ſit
uerſus obtrectatores, qui ei ignauiam rerumq; imperitiam defuncto criminan- uiſus.
» do obijciebant, defendens, hæc addit: Pudendum profectò eſſet, ſi tanto ab eo
» honore aucti, & tantum uera pietate excelluiſſe eum certò perſuaſi, merito ſuo
» eum non defenderemus: quod præſtare etiam de nobis nihil meritis debemus,
» qui uerbi & ueritatis miniſtri ſumus: poſt obitum præcipuè eius, quum iam aſ-
» ſentationis probrum effugimus, & oratio omni ſuſpicione ſuperior eſt. Quis e-
» nim non ſperauit, Iulianum, ſi aliud nihil, honore ſaltem accepto, manſuetiorẽ?
» Quis uerò non ex fide earum rerum quæ ei creditæ ſunt, etiam, præterquã con- De eo, quòd
B ſentaneum eſſet, æquiorẽ fore? Et ſimul maiorẽ Conſtantius Iuliani arrogatio- Conſtantius Iu
» ne obtinuit animũ, non tam quòd fidem illius magni fecerit, quàm ſi quid potentiæ liannm Cæſarẽ
» ſuæ conſiſus ſit. Sed cur hoc ſic urgeo? quum cedens atque uictus uincere, & ar- fecerit.
» gumentis ſuperior eſſe poſsim? Si namque qui alij credidit malus eſt, quis tan-
» dem ab eo is fuerit, cui creditum eſt? Et ſi mores prauos non prouidiſſe, culpa nõ
» uacat, quo loco prauitatem ipſam ponemus? Verùm enimuerò ea res eſt mali-
» tia, ut ratione nulla regi & flecti queat: neque fieri poteſt, ut homines improbos
» meliores quiſquam efficiat. Quando & ille, ex quibus rebus meritò beneuolen-
» tior eſſe, & ſi quam malignitatis habuiſſet ſcintillam, eam extinguere debuiſſet,
» ex eis rebus ad maius excitatus eſt odium: & quo pacto egregia merita atque be-
» neficia, per malam gratiam, in authore ſuo ulciſceretur, circumſpexit. Hæc
quidem in priore inuectiua ille refert. In poſteriore autem hæc ſcribit: Quan- Conferitur ſta-
» doquidem uerò etiam nobis funus eius eſt, qui ante Iulianum è uita exceſsit, in- tus Conſtantij
» ſpiciamus hic quantũ duo iſti Imperatores inter ſe differant. Siquidem hoc quo cum funere Iu-
» que aliquid in defunctis uel ad felicitatem, uel ad infelicitatem cõfert. Ac noſtri liani.
» quidem funus producitur publico apparatu, auſpicatiſq; ominibus & acclama- Lucernæ &
» tionibus: noſtris dico, & ſanctioribus iſtis carminibus, item nocturnis hymnis carmina funera-
» & lucernarum ignibus, quibus Chriſtiani obitum pium cohoneſtandum cenſe- lia.
» mus. Et corpus ipſum celebri lugentium conuentu effertur. Quod ſi uerba iſta
» fidem mererentur, ad multorũ certè hoc quibuſdam referentibus peruenit aures:
» quum defuncti cadauer Taurum montẽ ſuperaret, ut ad patriam urbẽ, cogno-
» minem eis iſtam & præclaram dico, duceretur, auditam eſſe à quibuſdam ex ſu-
» perioribus locis uocem ueluti pſallentium ac producentium, Angelicarum opi
» nor poteſtatum, ut honor iſte pietati illius & quaſi funebre munus datum ſit. Si
» etenim rectam fidei opinionem loco ſuo mouere uiſus eſt, importunitatis erro-
» ris'que purpuratorum eius id fuerit crimen, qui acceptum in poteſtatem ſuam,

Quòd in profeſſione fidei hallucinatus ſit Conſtantius, cõſiliatorum eius culpa id factum.

ſimplicem eius, facilem & procliuem ad pietatem, & minus barathrum & perni-
ciem prouidentem animum, quò uellent, duxere: & certioris inquiſitionis præ-
textu, zelum & ardorem in prauitatem conuertêre. Sed enim nos communem
magis, pietatis ſcilicet & fidei opinionem, & patrem ob oculos & animum, qui
fundamenta Chriſtianitati imperialis poteſtatis & fidei iecit, ſortemq; quæ in il-
lum dogmatis noſtri conſtituendi incidit, ponentes, ira ut decuit, rabernaculum
corpusq; eius, qui iuſtè imperaſſet, & uitam ſancta morte finiſſet, nobisq; ſum-
mam poteſtatem reliquiſſet, honore iuſto proſequuti ſumus. Vbi autẽ ad ma-
gnam & Imperatricẽ urbem appropinquauit, quid dicere attinet, uniuerſi exer
citus ſatellitium, & armatorũ ordines, qui tanquam uiuo adhuc Imperatore af-
fuere: aut ſplendidæ urbis effuſionem, & omnium qui uel fuere uel futuri ſunt,

Iulianus quoq; Conſtantij ad Cõſtantinopolim exequijs interfuit, ſed cogentibus militibus mutus.

celeberrimum occurſum? At ſtrenuus ille & generoſus noua purpura ſeſe uen-
ditans, atq; eo nomine, ut conſentaneum eſt, ſuperbiens, fuit & ipſe pars aliqua
honorificæ iſtius pompæ, eandem & dans & recipiẽs gratiam: & illam quidem
inuitus, hanc autem libens, ſicuti dicunt. Copiæ namq; militares omnes, tametſi
præſentis eius potentia uincerentur, plus tamen honoris defuncto habentes,
(quãdoquidem natura beneuolentiæ affectu recentes ærumnas proſequimur)
& amoris miſericordiæq; inclinatione mortuo condolentes, eamq; ob cauſam
minimè ſe continentes, quin illum uelut Imperatorem honorificè exciperent, a-
poſtatæ & deſertori perſuadent, atq; eum ſimul ferè cogunt, ut defuncto habitu
cõuenienti obuiam procederet. Erat autem habitus is, ut diadema de capite de-
poneret, & demiſſo uultu Imperatori extremum præſtaret officium, eumq; ad

Sepultura Cõſtantij.

ſepulcrum, cum reliquo comitatu in præclarum diuorum Apoſtolorum tem-
plum, qui ſacrum hoc genus & ſuſcepere, & conſeruant, eoſdem propè cum illis
honores, percipiens, deduceret. Theologus quidem hæc, & alia plura, in inue
ctiuis pro Conſtantio dicit: ne in alijs quidem orationibus ſuis prauitatem illi, B
ſed ſimplicitatem potius quàm leuitatem tribuens. Alij uerò hiſtorici eum non
recta in religione ſententia fuiſſe produnt: in quibus eſt & Theodoritus Cyri
epiſcopus. Ego uerò potius propugnatoris ueræ pietatis Gregorij magni au-

Cur tantopere Gregorius in inuectiuis ad uerſus Iulianũ orationib. Cõſtantium laudarit, quẽ in ſeriptis alijs aliquantum perſtrinxit.

thoritatem ſequor. Nam quidam tradunt, minimè mirandum eſſe, ſi in reliquis
orationibus illum leuiter perſtringẽs, in Inuectiuis magnificis prorſus exornet
laudibus. Ardorem enim, quo aduerſus religionis deſertorem incitatus fuit, ita
immutaſſe uirum magnum dicunt, ut amicus illi beneuolusq; prorſus factus ſit,
qui non malitia, ſed ſimplicitate res noſtras aliquantum perturbarit. Qui & il-
lum ſancti eius patris morem fuiſſe uolunt, ut grauiſſimas etiam eis noxas con-

Chriſtiani animi in cõdonãdis noxis pietas.

donaret, qui eas ignorantia & lapſu aliquo admiſiſſent. Quod ego quidem ra-
tioni cõſonum eſſe dixerim: in rebus autem pietatis noſtræ gratificari cuiquam
uoluiſſe tantum eccleſiæ doctorem, negauerim. Res Conſtantij ſic ſe habue-
re. Mortuus enim eſt, ſicut diximus, ad Mopſi fontes, tertio Nouembris menſis
die, uixit annos quadraginta quinq; imperauit autem triginta & octo, cum pa-

Libri huius ſumma.

tre quidem tredecim, reliquos uigintiquinque ſolus. Quos quidem annos
nonus iſte hiſtoriarum complectitur liber: quum à mundo condito
quatermilleſimus octingenteſimus ſeptuageſimus ſecundus,
à CHRISTO autem naro trecenteſimus ſexageſi-
mus ſeptimus ageretur annus.

EPISTO-

EPISTOLAE ATHANASII AD AMICOS, DE formula fidei in Sirmio compoſita datae, pars: ſicuti apud Socratem Eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 2. cap. 27. reperitur.

A Vid enim in doctrina ueræ pietatis eccleſiæ catholicę defuit, ut
iſti nunc de fide diſquirant, & Conſulatum præſentium tempo-
rum uerbis ſuis, quæ de fide promulgarunt ſcilicet, adijciant?
Fecerunt ſanè Vrſicius, Valens & Germinius, quod neque fa-
ctum, neque auditum unquam eſt apud Chriſtianos. Quum
namq; ſcripſiſſent, quemadmodum ipſi uoluerunt, credendum
eſſe: Conſulatum & menſem & diem adiecerunt, ut declararent cordatis omni-
bus, nõ antea extitiſſe, ſed nunc primùm ſub Conſtantio initium cępiſſe eorum
fidem. Omnes etenim illi hæreſim ſuam ſpectãtes, ſcripſerunt. Adhæc, de Domi-
no ſeſe ſcripturos aſſimulantes, alium ſibi nominatim deſignant dominum, Con
ſtantium. Is enim fuit, qui poteſtatem illis impietatis præſtitit. Et dixerũt illi Im-
peratorem ſuum perpetuũ, quum filium DEI æternũ negent. Adeò per impiẽ-
tatem CHRISTVM oppugnant. Fortaſſe aũt annotandi Conſulatus cauſam &
occaſionẽ à ſanctorũ prophetarum temporis adſcriptione acceperunt. At ſi hoc
ipſum dicere auſi fuerint, inſcitiam ſuam admodũ prodent. Sanctorũ namq; ho
minum prophetiæ temporũ continent memoriam. Sic Eſaias quidem, & Oſeas,
in diebus Oziæ & Ioatham, & Achaz, & Ezechiæ: Hieremias autẽ temporibus
Ioſiæ, Ezeciel porrò & Daniel ſub Cyro & Dario fuere. Atq; item alij alijs annis
ſunt prophetati, non iacientes ueræ pietatis initium. Ante illorum enim tempo-
ra, & perpetua ea fuit: quippe quam ante mundi conſtitutionẽ DEVS in CHRI-
B STO nobis præparauit. Neque fidei ſuæ illi tempora indicarunt: nam & ante ea
ipſa tempora fideles ipſi fuerant. Sed tempora promiſſionũ per eos factarum o-
ſtenderũt. Promiſſiones uerò de aduentu Saluatoris noſtri præcipuè factæ: qui
bus tanquam acceſsio quædã & ſequela, res in Iſrael & apud gentes futuræ ſunt
annexæ. Et tempora annotata non ſunt, ſicuti dixi, q̃d tum cępiſſet initium fidei:
ſed ut ipſorũ prophetarũ ætas, qua illi qui talia uaticinati eſſent, uixere, oſtende-
retur. At noſtri iſti ſapientes nõ hiſtoriam commemorantes, neq; futura prædi-
centes, ſed ſcribẽtes, PROMVLGATA EST FIDES CATHOLICA, ſtatim Cõ-
ſulatũ adiecerũt, & mẽſem & diẽ. Et ſicuti ſancti uiri hiſtoriarũ & miniſterij ſui
tẽpora declararũt: ita iſti fidei ſuæ tẽpus annotarũt. Atq; utinã de ſua ipſorũ fide
expreſſè ſcripſiſſent. Illi uerò in initio fidẽ allegant, quã conſectati nõ ſunt. Nõ e-
nim ſcripſerunt, Ita credimus: ſed, PROMVLGATA eſt fides catholica. Itaque
quùm cõſilij eorũ temeritas ſummã declarat impietatẽ, tum nouũ inſolẽsq; ſcri-
pturę inuentũ Arianũ æquat inſtitutũ. Atq; hoc ita ſcribentes, ſatis docuerunt,
tum eos primùm credere cœpiſſe, atq; ab eo tẽpore fidem eorũ in mediũ annun
ciari uoluiſſe. Et quẽadmodũ ſecũdum Euangeliſtã Lucã, propoſitũ publicè eſt
decretũ deſcriptionis ſiue cenſus agendi, atq; idipſum decretũ prius quidem nõ
extitit, uerùm ab eis ipſis diebus eſſe cœpit à promulgãtę uulgatũ: itidem & iſti
ſcribentes, PROMVLGATA nunc eſt fides, oſtenderunt recentẽ eſſe hæreſis ſuæ
ſententiã, nec antehac eã extitiſſe. Quod ſi addũt, Catholica: nõ animaduerterũt,
ſe in Phrygũ incidere præuaricationẽ. Ita ut & ipſi perinde atq; illi dicãt, Nobis
primùm reuelata eſt, & à nobis initiũ cepit Chriſtianorũ fides. Et ſicut illi Maxi-
millam & Montanũ, ſic iſti pro CHRISTO Dominũ Conſtantium profeſsioni
ſuæ inſcribunt. Quod ſi iuxta eorum uerbà, ab annotato Conſulatu fides initiũ
habet: quid patres facient? quid beati martyres? quid ipſi quoq; de eis facient,

qui

qui ab ipsis de fide sunt instituti, & ante consulatum eum obdormierunt? quo A modo cos resuscitabũt, ut quæ prius docuerunt, in illis abstergant: & quæ nunc inuenta scripserũt, eis inserant? Adeò sunt imperiti, nihil aliud quàm prætextus confingere scientes, eosq; absurdos et incredibiles, ut qui secum ipsi statim suam afferant redargutionem.

DECIMI TOMI CAPITA.

I *De uita & institutione præuaricatoris Iuliani: & ut permissione* DEI, *Romanorũ Imperator sit renunciatus.*

II *Ut præuaricator & apostata per Thraciam proficiscens, Constantio defuncto, Constantinopolim peruenerit.*

III *Ut Christianismo abiurato, Iulianus idola coluerit: & ut inter sacrificandum in horrenda spectra inciderit.*

IIII *Ut idolorum templis apertis, uetusta priuilegia & prouentus Christianis ademptos illis dicarit: & quæ Gazæ & Cæsareæ propter idolorum templa fecerit.*

V *Quomodo, ut fauorem plebis aucuparetur, omnes passim Episcopos à Constantio in exilium pulsos reuocarit, cùm propter Constantij odium, tum quòd ecclesiam turbari uellet.*

VI *Ut etiam magnus Athanasius tum apud uirginem pudicam occultatus, publico se commiserit, & ecclesiam receperit, Georgio Ariano à populo interempto.*

VII *Iuliani epistola ad populum Alexandrinum missa, de Georgij cæde.*

VIII *De Eusebio, Nestabo, & Zenone fratribus, qui Gazæ martyrium sustinuerunt: & de S. Hilarione, miraculorum editore.*

IX *De calamitatibus in Phœnice & Heliopoli & Emesa toleratis: & de Aemyliano, & Dorotheo, & Domitiano, & Marco Arethusiorum episcopo.*

X *De Theodulo & Tatiano Phrygibus: præterea de ijs qui Ancyræ in Galatia martyrio sunt affecti, Busyride & Basilio: item de Euptychio Cappadoce.*

XI *De sancto Artemio: item de sanctis Manuel, Sabel, & Ismael: & de beata Publia uirgine.*

XII *Ut Apostata res uenales in foro polluendas contaminandasq; mandarit. De sancto Theodoro tyrone: & de sanctis martyribus, Iuuentino & Maximino.*

XIII *De reliquijs sanctorum prophetarum, Eliſei, & Ioannis præcursoris & baptistæ.*

XIIII *De Lucifero et Eusebio: ut Antiochiæ in locum Meletij Paulinus sit surrogatus. Item de Alexandrina synodo, quæ consubstantialem patri & filio sanctum spiritum diuinitùs asseruit, Athanasio præsidente.*

XV *Quæ eadem synodus Alexandriæ de istis uerbis, substantia & subsistentia, euidenter & clarè decreuerit.*

XVI *Quæ Athanasius in oratione quam de fuga inscripsit; commemoret.*

XVII *Ut eo tempore Antiochiæ tres episcopi fuerint, Meletius, Paulinus, & Euzoius: & ut Lucifer Eusebij reprehensionem ægrè ferens, hæreseos suæ autor extiterit: & ut Eusebius Vercellensis & Hilarius Pictauiensis episcopi in Occidente, Illyricis, Gallis & Italis Romana simul & græca lingua sanam Nicænæ fidei doctrinam annunciarint.*

XVIII *De Macedonianis, ut tum magna libertate impietatem suam docuerint. Quid ij senserint, & quibus defensionibus aduersus eorum accusatores sint usi.*

XIX *De sancto Athanasio, ut ab apostata inquisitus, arte mirifica profugus euaserit.*

XX *Ut Iulianus denuò idololatriam Græcorum uehementius & acrius coprobarit. & de Eleusio Cyzicenò, Tito Bostrensi, & Mari Chalcedonensi, episcopis.*

XXI *Quomodo Iulianus arte & dolo idololatriam confirmaturus, religionis nostræ proprios ritus idoloru cultui accommodare instituit.*

XXII *Epistola Iuliani ad Pontificẽ Galatiæ Arsacium, ut Christianorũ mores imitando cõsecletur.*

Quæ

XXIII *Quæ contra pietatem nostram impius egerit, & ut dolo exercitum ad Deorum sacrificia, donatiuo ea de causa dato, pellicere tentarit.*

XXIIII *De Constitutionibus eius contra nos publicatis, & ut pecunias colligere cœperit.*

XXV *Ut insuper Apostata lege lata, Christianis Græcarum artium & institutionum literis interdixerit: & ut Gregorius magnus, & duo Apollinares Syri, sacras scripturas omni genere carminum expolientes, consilio & instituto eius obsliterint.*

XXVI *De Græcis & Ethnicis artibus & literis, etiam Christianis pietatem consectantibus eas utiles esse, easq; Christianos addiscere oportere.*

XXVII *Ut Iulianus expeditione in Persas susceptea, Antiochiam uenerit: atq; ibi propter barbam prolixam ludibrio habitus, contra Antiochenos librũ Μισοπογωνα, hoc est, barbæ osorem composuerit.*

XXVIII *Quæ præuaricatori huic in Antiochenorum luco Daphne acciderint: & de tumulo sancti Babylæ martyris, & de sancto Theodoro confessore.*

XXIX *De fraude Græcorum oraculorum. Commemoratio eorum quæ per uindictam diuinam passi sunt, qui sacra Christianorum & res diuinas contumelia affecerunt.*

XXX *De statua Christi, quã in Phœnice Paneade mulier illa quæ fluxu sanguinis laborarat, erexit.*

XXXI *De fonte qui Nicopoli, siue in Emaus est: & de Perſea arbore Hermopoli, morbos incurabiles incolatu* CHRISTI *sanante.*

XXXII *Ut impius religionem nostram extinguere conatus, etiam Iudæis permiserit Hierosolymis templum restaurare: & quæ tum ibi fidem propè omnem excellentia euenerint.*

XXXIII *De igne, qui tum ibidem repentè est exortus: & quæ uestimentis hominum figura crucis adhæserunt, signis: & de diuino Euangelio in fundamentis inuento.*

XXXIIII *Ut Iulianus impetu in Persiden facto, per errorem naues ad Euphraten exusserit: & prælio commisso, occulta plaga ictus interierit.*

XXXV *Quòd uisiones diuinæ quibusdam apparentes, Iuliani apud Persas necem portenderint.*

XXXVI *Quæ Libanius in funebri oratione Iuliani cotra nos scripserit. Et respõsum, dicta eius refellẽs.*

XXXVII *Ex secunda Gregorij Theologi in Iulianum inuectiua, de ingenio, moribus, gestu corporis, morte & sepultura Iuliani.*

XXXVIII *De imperio pij Imperatoris Iouiniani in Perside.*

XXXIX *Ut Iouinianus episcopis exulantibus exilium remiserit, & ut stata Christianorum sacra in ecclesijs honorificè restituerit, & idolorum cultum aboleuerit.*

XL *Ut Iouiniano etiam Macedoniani Antiochiæ libellum supplicem obtulerint: & ut Synodus ibidem Nicænam fidem approbarit, confessionemq; suam scriptam ad Imperatorem miserit.*

XLI *De sancto Athanasio, ut ab exilio reuocatus, in magno honore apud Iouinianum fuerit, & res ecclesiarum Aegyptiarum denuò cum potestate administrarit.*

XLII *De Synodo Alexandrina, cuius decretum magnus Athanasius ad Imperatorem miserit: et ut professio fidei Nicæna multo iam tempore exagitata, in pristinum statum sit restituta.*

XLIII *Ut Imperator Iouinianus in Dadastanis, cum magna piorum omnium iactura, uitam finierit.*

ECCLESIASTI-

ECCLESIASTICAE Historiæ Nicephori Callisti Xanthopuli, Tomus X.

CAPUT I.

Cõstantius ab episcopis fedu ctus.

VNÇ finem uitæ Constantius habuit: quem quidem A nõ parum, quòd aliquid de paterna fidei professione mutauerit, pœnituit. Sedenim quamuis facilitate ingenij & illecebris religionis ab episcopis, in quorum potestate fuit, seductus sit, & τὸ ὁμοούσιον consubstantialis uerbũ ex fidei symbolo, sub unionis coniunctionisq; omnium prætextu sustulerit, sinceram tamẽ dictionis eius sententiam est professus. Quùm etenim DEVM VERBVM germanum filium et ante secula ex patre genitum dixit, tum certus manifestus'que eorum qui creaturam illum uocare ausi fuissent, hostis extitit. Et absq; eo quod diximus, uerum is fuit patris sui exemplar in rebus omnibus, maximè uerò in pietate & DEI cultu, atq; in simulacrorum erroris & superstitionis abolitione. Iulianus autem, repugnante nemine, imperium accepit. Postquam uerò nos in hunc locum historia ipsa deduxit, paucis de eo, qui fuerit, unde ortus, et quibus studijs atq; institutis ad Imperium peruenerit, est exponendum. Sed paulo altius res repetenda, non ut uerborum atq; orationis uenustatem & elegantiam ostentemus, sed tenui simplicíq; stylo, quem etiam sacra historia flagitat, sicuti ab initio propositũ nobis est, res gestas persequamur. Constantinus magnus duos habuit frates, ex uno quidem secum B patre Constante, alia autem matre genitos: Dalmatium, qui alterius Dalmatij pater fuit: & Constantium, cuius filij fuere Gallus & Iulianus. Vbi Constantinus decesset, atq; imperium ad filium Constantium peruenit, tyrannidem metuens, & genere sibi propinquos suspectos habens, non bene eos tractauit. Proinde iunior Dalmatius, quum iam Cæsar esset, à militibus cæsus est. Et parum abfuit, quin & duo isti perierint. Sed Gallum consilio cædis morbus exemit, ex quo propediem moriturus esse existimatus est. Iuliano autem ætas tenerior profuit, quòd uixdum octauum attigisset annum. Vbi uerò ira Imperatoris aduersus eos deferbuit, primùm eis ut in Cappadocia ageret, permissum est, in loco quodam qui Macellum dictus est, non longè à Cæsarea ad Argæum montem sito, regiam domum, lauacra, hortos, & fontes perennes habente. Ibi pro eo atque decebat, curati sunt, disciplinisq; & exercitijs ætati ei conuenientibus exculti, sacris quoq; literis à magistris & præceptoribus eò usq; docti, ut in album postea cleri relati sint, & sacros libros populo legerint. Atq; illi non uerbis modò, sed & factis studium ardoremq; in religione suum ostenderunt. Nam qui sacris dignitatibus exornati, atq; aliter etiam boni uiri, & propter pietatem uirtutemq; clari erant, eos ampliter honorarunt: in sacris illi etiam ædibus frequentes fuerunt, & martyrum urnas honoribus & donarijs ornarunt & consecrarunt. Atque ut alacritatẽ suam martyribus colendis ueluti spectaculo aliquo exhiberẽt, honorem sepulcri Mamę martyris inter se, ut id magnifico circũdarent templo, diuise-

Idẽ patris sui imitator egregius.

Res Iuliani Imperatoris.

Dalmatij iunioris cædes.

Galli & Iuliani educatio et institutio.

Idem sancto Mamæ martyri templũ construunt. Socrat. lib. 3. cap. 1. & item Eutrop. Gallum in Ionia

A diuiserunt. Et quum inter se ut par erat, decertarent, & ambitiose splendore & magnificentia structuræ alter alterum superare niteretur, res præter opinionem admiranda accidit. Quæ profectò incredibilis propè esset, nisi qui ibi præsentes eam uiderunt, per traditionis successionem eam usq; ad hęc tempora cõseruassent. Ædificium namq; Galli pulchrè & ex arbitrio eius processit, & quotidie sua incrementa habuit. In ea uerò parte quã Iulianus cõstruebat, partim parietes ipsi iam excitati conciderũt, partim ex ipsis fundamentis sursum uersum, ueluti uis quæpiam aduersa contrà niteretur, cementa & materia alia eiecta, atq; in terram tanquam uento ualido prostrata sunt. Quidam etiam lapides coniungi glutinaríq; non potuerunt. Admiranda sanè spectantibus res uisa, quæ postea certius est cognita. Fuere tamen, qui tum quoq; intellexere, non ex animo illum religionem colere, sed metu Imperatoris Christianismũ simulare: & proinde minus gratum acceptumq; martyribus cultum accessumq; ad se eius esse. Pietatem Christianam Iulianus primùm ariolorum consuetudine adductus abiecit. Remissa autem amplius etiam ab Imperatore ira, Gallus deinde Ephesi degebat, in scholis studijs operam nauans: ubi etiam paternæ erant possessiones. Iulianus uerò Constantinopoli in Basilica docẽtes præceptores audiuit: tenuíq; in publico usus est uestitu, Mardonij eunuchi ductu. Grammaticen eum docuit Nicocles Lacon: Rhetoricen autem Hecebolius, qui tum Christianã complexus fuerat religionem. Prouiderat hoc sic Cõstantius, ueritus ne ad superstitionẽ, si Græco uteretur magistro, declinaret. Et quũ disciplinis discendis præclaro esset ingenio, & cum multis familiarius uiueret, celebrẽ est famam, ad res quoq; administrandas idoneum eum esse, consequutus. Quin & ad imperium B ipsum gerendum optimus est iudicatus. Qua de re quum sermones inualescerent, Constantius est perturbatus, Itaque ex urbe maxima Nicomediam translatus est: ubi nè ad Libanium Syrum Sophistam iret, ei est interdictum. Eo enim tempore à pædagogis urbe Constantinopolitana expulsus ille, Nicomedię ludum aperuerat, ubi aduersus pædagogos stomachum ostendens, orationẽ contra eos præclaram conscripsit. Iulianus quum propter religionem Libanij consuetudinem fugere iussus fuisset, quo'd tamen summè ei animi beneuolentia coniunctus esset, clàm libros eius comparauit, eosq; diligenter imitari studuit. Interea Maximus philosophus, non Byzantius ille, sed qui Ephesum patriã habuit, & postea à Valentiniano magicarum impostturarum cõuictus, cæsus est, Iuliani fama permotus Nicomediã uenit: cuius quùm in Philosophia auditor, tum etiã in superstitiõe imitator atq; amator acerrimus fuit. Hic illũ dicitur non mediocriter ad imperandi libidinem excitasse: quum, sicuti fama uulgatum est, ariolorum sacris initiatum instituisset, & ad Christianismi odium produxisset. Quod quia Constantium latère non potuit, in grauium rerum suscipionem incidit. Et spe simul ea, in quam faustis augurijs erectus erat, adductus, capite tonso monachus factus est. Ita ille, quem antea reuera receperat, eum tum falso præ se tulit Christianismum. Et occultè philosophiæ operam dedit: apertè autem in lectorum Nicomediæ ordinẽ lectus, sacras legit literas. Qua re, eam quam de illo Imperator cõcœperat, suspicionẽ aboleuit. Deinde uerò eò est prouectus, ut si quę ars esset rerum futurarum diuinatrix, scrutaretur, necessarioq; eam sibi discendam esse putaret. Propterea si quẽ eius rei studiosum cognouit, statim eum sibi amicum fecit. Et paulatim cum plerisque suorum sodalium consiliũ suum communicauit. Et tum demum urbes gloria florentes fore, quasi diuinans prædixit, quum ipse ad rerum summam peruenisset. Ob quam causam etiam Nicomedia relicta, Asiam petijt: & cum eiusmodi hominum genere quum ibi familiarius

R uiueret,

Ephesi, ubi possessiões paternas habuit, Iulianum autem Cõstantinopoli, sub magistris & præceptorib. uti ipse scribunt, doctum atque educatum esse. Iulianum in lectorũ ordinẽ coopta tum esse, & in publicis ecclesiæ conuentib. sacros libros populo legisse, Theodoritus dicit li. 3. ca. 2.

Præceptores eius.

Libanius Sophista.

Oratio eius cõtra Pædagogos.

Maximus Ephesius philosophus.

Iulianus monachus factus, propter suspicionẽ Constantij de se conceptam.

Idem diuinationibus studet addiscendis.

Imperium sibi ipse ariolans pollicetur.

uiueret, magis atq; magis rerũ talium ſtudium in eo eſt cõfirmatum. Porrò ubi frater eius Gallus Cæſar factus, & res eum nouas moliri nunciatũ eſt, & hic affectati imperij ſuſpectus fuit, & propterea ſub cuſtodia habitus eſt. Cæterùm quũ pro eo Euſebia Conſtantij uxor precata eſſet, Athenas ad philoſophos eſt miſſus. Et hunc quidem profectionis eius obtendit prætextum, uelut Græcis ibi diſciplinis operam nauaturus eſſet. Res autem ipſa erat, ut de rebus, quas ſibi perſequendas ſtatuerat, cum impoſtoribus ageret magis. Atq; Athenis agens, unà cum Baſilio & Gregorio ſcholas frequentauit, qui ex indicijs quibuſdã abditam hominis improbitatem, mentis oculis deprehenderunt. Et Conſtantius, ut paucis rem explicem, illum inde accitum Cæſarem creauit: & in matrimonium ei ſororem Conſtantia tradita, in Occidentalem Galliam miſit. Stipendiarij enim milites, quos aduerſus tyrannos Magnentium & Britanionem in Occidente Conſtãtius ductos alebat, nulli ei erãt uſui. Quin potius barbaro corrupti inſtituto, Gallias uaſtabant: & cum detrimento illius, imperio Romano ſubditas urbes diripiebant. At quòd iuuenis adhuc eſſet, nihil ei, quod ſine ducũ qui in eius comitatu erant, conſilio ageret, permiſit. Vbi uerò illi non rectè rem militarem adminiſtrarent, ipſe ut potuit per ſe bellum geſſit, militibus ardorem quendam indidit, animoſioresq; ad prælia committẽda & pericula adeunda cohortationibus præmijſq; ob barbaros cæſos propoſitis reddidit. Quæ ſanè res initiũ præbuit, ut barbarſubi inde uicti inferiores eſſent, ipſe autẽ & gratia & egregia fama poleret. Atq; ubi Cõſtantio ducum languorem & ignauiam indicauit, alios ab eo pro illis accepit: quorum conſilio & opera, cum hoſtibus prælio ſæpe cõmiſſo, uictoriam fortiter reportauit, eosq; ad legationem mittendam coegit. Cæterùm illis Conſtantij prætendentibus literas, quibus eos rurſum ad fœdus & ſocietatem belli cum Romanis ineundam inuitabat, ipſe tempus ex induſtria extraxit, & oratorem eorum ubi aliquandiu diſtulit, & ſpem eidem fecit acceptũ à Conſtantio iri, præter expectationem omniũ copijs ſuis barbaros adortus, maxima uictos clade afflixit, regemq; eorum uinctum ad Conſtantium miſit. Ea uictoria ex ſententia potitus, à militibus Romanorum Imperator eſt renunciatus. Atq; ubi tum Imperatoriæ coronæ copia non fuit, ex ſatellitibus quidam, torquem quam in collo geſtabat, capiti illius impoſuit. Obtinet fama, antea quoq;, quum oppidum quoddã ingrederetur, coronã inter duas columnas ſuſpenſam, ſicuti mos eſt urbes exornare, quàm aptiſsimè in caput prætereũntis decidiſſe. Quæ res permultis pro omine & indicio accepta eſt, Imperij quoq; ſummam ad eum peruenturam eſſe. Illud quoq; ſermonibus uulgatũ fuit, ab inſidiante uitæ eius Conſtantio bellũ id aduerſus barbaros ei mandatũ eſſe, ut cum illis manu conſerta interiret. Sed fama ea apud me parum admodũ habet fidei. Cur enim Cæſaris illi primùm dignitatem tribuiſſet, ſororemq; ei nuptui dediſſet? Cur optatis eius, ut ſocordibus alij ſurrogarentur duces, morem geſsiſſet: & qui ad prælia commitenda ſtrenui eſſent, bellumq; rectè gererẽt, miſiſſet, niſi amico & beneuolo in eum fuiſſet animo? Itaq; colligere ſatis licet, bene ei ab initio Imperatorem uoluiſſe, & ob id Cæſarem eum declaraſſe. At ubi ille ſe non permittente, Auguſtus eſt renũciatus, uel metuentem eum ſibi, propter iniurias, quas illi tenero adhuc fratriq; eius intulerat, uel parem illius cum ſuo honorem moleſtè ferentem, per eos qui dicti ſunt barbaros, poſtea fortè inſidias ei ſtruxiſſe. Sed hoc, iudicio cuiuſque relinquimus.

Euſebia Conſtantij cõiunx.

Iulianus Athenis apud philoſophos. Baſilium & Gregorũ Nazanzenum cõdiſcipulos habet.

Idẽ Cæſar creatus, in Gallias miſſus eſt.

Iulianus in Gallia rectè rẽgerit.

Conſtantiæ ſoror Conſtantij, Iuliani coniunx.

Socrat. & Eutrop. legatos in uincula coniectos eſſe addunt.

Apud Argentoratũ ingentes hoſtium copias deleuit.

Stabant acerui cadauerũ montiũ inſtar, fluebat cruor fluminum modo, captus rex nobilis Chonodomarius, &c.

Eutrop. An Cõſtantius Iulianũ, quod perditum eum uellet, contra Barbaros miſerit.

Iulianus imperator à militibus ſuis.

Imperium eius prodigio deſignatum.

CAP.

† *Iulianus hoſtes ex Gallia ultra Rhenum fugauit. Ad undecim millia Rom. qui iure belli capti ſeruiebant, ab Almanis recepit, Agrippina occupata. Idem cum Almanis eiſdem bellum geſſit, & per Hariobaudem tribunum caſtra Herculis, Quadriburgium, Stricenſium, Niueſium, Bonnam, Antenacum, & Bingium, ciuitates cepit. Sarmatas item & Quados uicit, Oroſ. Ammian.*

CAPUT II.

AD hunc certè quidem modum Iulianus imperium arripuit. An uerò philoſophici inſtituti ſint, quæ mox deinde geſsit, & idipſum in medio cuiq; diſpiciendum relinquo. Nam (quod alioqui fieri ſolet) nulla ad Conſtantiũ adhuc ſuperſtitẽ, à quo beneficia multa ſe accepiſſe, ſeruatumq; adeò eſſe ſciebat, legatiõe, quæ illum excuſaret & defenderet, miſſa, ſtatim eos magiſtratu abire exauthoratos, quos ille euexerat, coegit, & alios in eorum locum ſuffecit, omniaq; ad uoluntatem tantũ ſuam egit. Et Cõſtantium ridens, pleriſq; in locis epiſtolas eius recitauit, quibus ille barbaros contra Magnentium euocans, in Romanorũ ditionem adduxit. Multitudinem quoq; arte circumuentam, & ab illo alienatam, in partes ſuas pertraxit. Ac derepentè ſimulationi quoq; illi, qua Chriſtianũ ſe eſſe finxit, nuncio remiſſo, dæmonũ templa frequentauit: & ſacrificans, ſimulacriſq; ſeſe dedens, Pontificem ſeipſum uocauit, feſtos Græcorũ dies peragere permiſit, & qui ſub poteſtate eius erant ciues ad eundem cultum ſuaſionibus perducere intendit. Et profectò ciuile ille concitaſſet bellum, & quantum in ipſo ſitum erat, ſanguine fuſo de exuberanti philoſophia eius iudicium factum fuiſſet, niſi DEVS, qui omnia, ignota & occulta ratione in melius dirigit, alterũ ad ſe cũ nullo aduerſarij ipſius detrimẽto tranſtuliſſet. Quum enim Conſtantius in Syria excurſiones atq; expeditiones Perſicas compeſceret, illi interea uiſum eſt, Illyricum ſine prælio imperio ſuo ſubijcere. Atq; aſsimulans ſe ad Cõſtantium tendere, ueluti culpam, perinde atq; inuitus imperij inſignia recepiſſet, deprecaturus, ulterius inde Thraciam uerſus proceſſit: & ubi in eius regionis montes peruenit, quum poſt uindemiã Vergiliæ occiderent, uites gemmis & uuis recẽtibus germinarunt, & ros exaere in ipſum comitesq; eius ita diffuſus eſt, ut gutta quælibet in ſagis illorũ crucis formã repræſentaret. Et alij quidem aliter prodigia atq; indicia hæc acceperunt. Cæterùm per uuas immaturas, intempeſtiuũ eius minimèq; diuturnũ imperium eſt deſignatum. Crux aũt Chriſtianorum doctrinam cœleſtem eſſe, omneſq; ea conſignari oportere portendit. Vtrumq; ſanè poſterioribus temporibus uerum eſſe confirmatum eſt. Iulianus ubi in Thracię montanis fuit, Conſtantius extinctus eſſe ad Mopſi fontes dictus eſt. Et ipſe Conſtantinopolim ingreſſus, Imperator eſt ſalutatus. Ibi Cõſtantij funus magnificè curauit, atq; id dempto è capite ſuo diademate producens ſequutus eſt, mortuũ eum honore afficiens, cuius uitam infeſtis ſignis petierat. Græci ſanè ſermonibus tum iactarunt, Iulianum uaticinandi quadam arte eam rerum mutationem præuidiſſe, & ob id in Thraciã properaſſe. Quod hercle certum haberi poſſet, ſi ſuum ipſe quoq; obitũ iamiam ei imminentẽ, qui quaſi in ſomnis imperiũ tantũ deguſtauit, uidiſſet. Eſſet namq; à ſtultitia non alienũ, ſi ipſe & Conſtantij mortem, & ſuam in Perſarum finibus cædem proſpectam habens, ſua ſpõte ad interitum proſiluiſſet. Hoc quidẽ non aliud eſt, quàm ipſi inconſulram temeritatẽ & Imperatoriæ artis imperitiam accommodare: Imperiũ autem Romanorũ in tantum conijcere periculũ, ut id ferè totum, aut maxima certè ex parte Perſis ſit ſubditum. Hæc quidem hactenus.

Minimè philoſophica Iuliani inſtituta.

Conſtantij uiuentis ſuggillatio.

A Chriſtianiſſimo operta deſertio.

Diuina prouidentia Conſtãtium ante bellũ ciuile mortuum.

CAPUT III.

IVlianus porrò imperio potitus, tam impudenter & apertè dicitur religionem abiuraſſe, ut ipſum etiam pernegauerit CHRISTVM, & ſacrificijs quibuſdã dæmonumq; deteſtandis inuocationib. & uictimarum ſanguine ſacrũ abluerit lauacrũ, atq; ſeipſum à myſterijs eccleſiæ exauthoratum excluſerit: & deinceps nõ modò priuatim, ſed publicè etiam, quæcunq; Græcis

Iuliani apoſtaſia.

Profectio Iuliani in Thraciã. Prodigioſe uites poſt uindemiã germinãt. Ros crucis forma in Iulianẽ decidit.

Quid prodigia ea portenderint.

Iulianus Conſtantinopoli ſtatuas Conſtantij curat.

Crux coronata se in extis victimæ sacrificanti apostatæ exhibet.

permittuntur sacra & sacrificia, eis uteretur. Enimuero solennem ei hostiam macranti, in extis eius crucis signũ corona circundatũ apparuisse dicitur. Quod eis qui illi operã dabãt, nõ paruũ incussit timorẽ, CHRISTI potentiã doctrinamq; nostrã perpetuò duraturã, suspectam habentibus: quòd corona uictoriæ signũ esset, & circularis forma omni ex parte initiũ capiens, atque in seipsam desinens, finem nullũ portenderet. At sacerdos qui sacro præfuit, ne ea re perturbaretur,

Sinistra eius portenti expositio.

illum admonuit: uictimam enim nouũ quiddam ostẽdere, Christianum scilicet dogma iam cõprimi, & ad seipsum reuerti, circulo: ne sicuti prius, finibus nullis constitutis, quocunq; uellet loco longè lateq; propagaretur, in angustum redactum. Alio item tẽpore, quum celebre quoddã adytũ diuinationis gratia subiret, & subitò sese horrenda quædã spectra ingererent, eius rei propter quam ingressus fuerat oblitus (ætate enim prouectiore ad idolorum sacra se cõtulerat) quòd in reb. dubijs & periculosis crucis signaculo tanq; præsenti auxilio uti consueuisset, ueluti discrimine circumuentus, ad consuetũ præsidium confugit. Per timorẽ enim se CHRISTI signo cõsignauit, & confestim omnia euanuere. Ita res quæ tanta fuerat, infecta tum permansit. Sacri uerò eius antistes, quòd quid ageret, nesciret: causam aũt cur dæmones disparuissent, nõ ignoraret: Aufugerunt illi, inquit, quod signũ hoc perinde atq; execrandũ piaculum odere. Et admonitum illũ, ut forti esset animo, neq; quicq; Christianæ rei exhiberet aut cogitaret, rursum ad sacrũ id duxit. Christiani ubi hæc audiere, nõ mediocriter sunt perculsi, metuerunt enim sibi: & Imperatorẽ sacris eiuscemodi addictũ uidentes, in persequutionis timorem inciderũt. Et expectatio periculorũ periculis ipsis maior fuit. Quũ enim aliquandiu iam ærumnas & calamitates dedidicissent, uel sola ueterũ malorum recordatio eos terrens, metu contrahebat. Omnes certè animis consternati erant, quòd tantum Imperatoris eius in religionẽ odium cernerent, qui antea Christianus fuisset, parentibus pijs & dogmatis ipsius studiosis progenitus, iuxta ecclesiæ mores & constitutiones productus, sacris literis edoctus, & à sacerdotibus & episcopis educatus. Quapropter tantam illius immutationem insustentabilem fore putabant.

In ipsa idolomania tulianus spectris dubius conterritus, signaculo crucis se fugat.

Propter tulianum defectionem Christiani mirum quantopere sibi metuebant.

B

CAPVT IIII.

Idololatriã Iulianus, quod potest, in integrũ restituit.

PRorsùs quum solus rerũ potiretur, statim quæcunq; in Oriente idolorum tẽpla reliqua fuere, aperuit: & quæ negligẽtius curata fuissent, restaurari iussit. Si quæ autẽ prorsus diruta essent, denuò ea extrui præcepit, aras repurgauit: & ueteres reditus nobis auferẽs, illis rursum sacrauit. Antiquos urbium ritus, prisca sacrificia, & uæsanas ineptias renouauit. Neq; enim puduit publicè dijs sacrificare. Et identidem Ibans, qui cum eo eiusmodi sacris uacabant, eos maximis est prosequutus honoribus. Rerum sacrarum præfectis, sacerdotibus, & canephoris, quæ consuetudo prisca tulerat, dedit. Et authoritate sua eos confirmauit: id quod ante Constantinum Imperatores quoq; alij fecerant. Rebus eiusmodi uacantibus, immunitatẽ tributorum sanctione dedit, annonã templorũ sacrorumq; ministris donauit: & ut cathari, hoc est, puri siue sacrosancti essent, lege lata cauit, & ab alijs hominibus eos secreuit. Nili cubitũ Serapidi deo restituit: & uetusta præterea patria que iura, quæ Constantinus ciues suos ad ueram pietatem cohortans, ecclesiæ CHRISTI tribuerat. Vrbibus, quas sacra Græcorũ sequi cognouisset, quas uoluere donationes affatim dedit: quas autem in CHRISTI religione ardentiores esse sciret, infestus eis fuit, neq; ad eas diuertere uoluit. Et persæpe quum legationes ad eum propter casum aliquem qui incidisset prouinciales mitterent, preces eorum reiecit, Quod sanc ciuitati Nisibenę accidit. Quum enim expeditionẽ aduersus eos Persę

Philochorus dicit, Erichthonio regnante, Athenis primũ constitutũ esse, ut uirgines dignitate præstantes cunstra Iunonis deæ ferrẽt in quib. ea erãt quæ ad sacrificia Panathenaicis, alijsque conuenit. perigẽla. perficiẽt. Suid. Dicũtur hæc ut

λαθεροὶ.

Iulianus idololatriæ benignissimus, Christianis autẽ infensissimus.

Persæ susceperunt, & ipsi ea de causa Oratores suos ad eum miserunt, nõ modò auxilium eis ferre noluit, sed etiã minatus est, se urbem eam oculis suis non uisurum: neq; eò uenturũ, ut quæ sacra et detestanda esset, neq; templa deorum aperire, aut Græcorum religionem suscipere uellet. Et Constantienses in Palæstina eodem nomine arguens, ciuitatem eorũ Gazęis subiecit. Constantiam namque, sicuti suprà diximus, quum Gazæorũ nauale esset, & Maiuma uocaretur, Constantinus propter egregiũ eius in fide Christiana ardorem, iure ciuitatis exornauerat, & filio Constantio dicatam, legibus suis uti per constitutionẽ iusserat: minus conuenire arbitratus, ut ea Gazæ ciuitati Græcis ritibus admodũ addictæ, subiecta esset. At ubi Iulianus imperiũ est consequutus, Gazæi aduersus Constantienses iure egerunt. Quorũ ipse iudex, sicuti antea fuerat, ita Constantiam iuri Gazæorũ ad uiginti stadia ab ipsis distantem adiudicauit. Cõstantij quoq; appellationẽ ei ademit, & portum Gazæ uocauit. Et unũ utraq; loca præfectũ, eosdẽq; magistratus habuere: ecclesiæ solæ duas esse ciuitates ostendẽre. utraq; enim sub suo uixit Episcopo & clero, & fines ambarum templa cuiusq; designarunt. Cæterùm Gazæorum quidam episcopus postea, quum suus apud Maiumitas antistes decessisset, hoc egit, ut utræq; in unam ecclesiã redigerentur: non æquum esse dicens, ut duo essent in una ciuitate episcopi. Cui quum Maiumitæ resisterent, Synodus prouincialis rectè rem decidit, & suũ Maiumæ episcopum legit: conuenire arbitrata, ut qui semel à pio Imperatore propter ueram religionem primario ciuitatis iure honorati essent, non aliud per impij principis iudicium sequerentẽ & facerẽt. Proinde illi merito honore, qui semel eis datus esset, ecclesiæ fruerentur, & res ea loco suo immota maneret. Atq; hoc quidẽ sic non

Constantiũ Palæstinæ Gazæis subijcit.

Gazæ portus.

Cæsaream Cappadocum in ordinem Iulianus redigit. Tyrãnicè eam urbem tractat.

B longe post est actum. Eodem anno Cappadocum quoq; Cæsaream urbem magnam & locupletem, Iulianus è ciuitatũ albo expunxit, & Cæsaris ei cognomen abstulit. Primùm enim Mazacam eam uocatam, Claudius Cæsar appellatione mutata, nomine suo cohonestauit. Summo aũt ciuitatem eam odio persequebatur tyrannus, quòd propter eximium in CHRISTVM amorẽ & desideriũ maximè celebris esset, & uetusta simulacrorũ delubra euertisset: Ionis scilicet πολιοῦχοῦ, hoc est tutelaris, et Apollinis πατρῴου, id est patrij. Vbi uerò postea Fortunæ templum sunt demoliti, plurimũ toti urbi succensuit, & Græcos non adeò multos eam incolentes incusauit: ac si quid durius perferendũ sit, tum ferẽdum pro fortuna fuisse, eis obiecit. Trecẽtas sanè auri libras ab eis qui fines urbis eius coluere, ui exegit. Clerum aũt omnem muneribus & ministerijs militaribus in ea regione attribuit: quod quùm sumptibus onerosum, tùm ignominia contumelioſum existimatũ est. Et Christianis omnib. tributo impositò, urbe ea perinde atq; uico aliquo est usus. Iure quoq; iurando interposito, minatus eis est, nisi cẽs primùm templa deorum restituerent, quicquid posset calamitatis ciuitati se illaturũ, & postremò capita etiam ablaturũ esse Gallilæis: sic enim per contumeliam Christianos nominauit. Atq; ille minas eiusmodi ad rem cõtulisset, nisi fatalis necessitas morte eum præuenisset. Neq; ab initio per misericordiã humaniorẽ se erga Christianos exhibuit, minusq; grauiorẽ ueterib. persecutoribus: sed quòd nihil momẽti Græcorũ superstitioni cõstituendæ, Christianorũ intolerabilia etiã supplicia afferre, quinetiã dogma nostrum maiora per ea capere incrementa sciret. Ingens enim ex eo Christianis accessit gloria, quòd ex eis multi fortiter mortẽ sibi obeundã duxerint. Præterea uerò laudẽ eam nobis inuidit. Et à tormentis quidẽ, & igne, & ferro, & pelagi undis abstinuit: neq; uiuos uel in barathrũ coniecit, uel in terra defodit, quæ alij ante eum persecutores fecerãt, quod hæc necessariò animi sententiã non mutarent: cohortationib. uerò & persuasionibus

Sub monte Argeo Mazacã, quæ nunc Cæsarea nominatur. Plin. lib. 6. ca. 3.

Gallilæi à Iuliano Christiani nominati. Quo consilio idem humaniorẽ se primùm erga Christianos esse assimularit.

suasionibus multitudinē ad impietatem pertrahendam esse censuit. Eo modo sa A
cile se superiorem fore, & quod uellet effecturum esse, ratus est: aut fortasse, ut admirandus esse, & præter expectationem perhumanus in eis uideretur, non sta tim uim eis adhibendam esse putauit.

CAPUT V.

Iusmodi agitans cōsilia, qui à Cōstantio in exiliū pulsi ꝓpter religionem fuerāt, omnibus potestatē redeundi fecit: & quorū bona publicata fuerāt, ea illis restituit. Edicta publicata, ne Christiani iniurijs afficerentē, néue per uim aut cōtumeliam ad sacrificia adigerentē. Si qui uerò sua spōte ad aras accedere uellēt, eos prius deorū placandorū gratia lustraClero Iulianus annonam suam adimit.
ri purgaríq; debere. Annonā & immunitatē, quā Constantinus ꝓ sua erga Deū obseruantia clericis cōcesserat, ipse abrogauit, & in publicos prouentus retulit.
Viduis & uirginibus sacris ægrè eam concedit.
Quæ uerò uiduis & uirginib. propter inopiā cleri, alimēta è publico largienda destinata erant, ægrè & difficulter exigebantē. Constantinus namq;, quū eccle- Donatio Cōstantini.
sias constitueret atq; ordinaret, ex cuiusq; urbis prouentib. toti clero, quantum ad uitam tolerandā satis esset, rerum necessāriarum tribuit, eamq; rem sanctione legis cōfirmauit, quę hucusq; conseruat. Sub Iuliano exactio eorū prouentuum dura admodū & grauis fuit, sicuti id exactorū ipsorum testantē monumēta. Cæterùm parū fuit tyranno, tam hostili esse erga nos animo, nisi suū aduersus eccle-
Sacras Christi anorū ædes Iulianus diripit.
siam odiū ad excidiū eius prorsus conuerteret. Quæcūq; enim ei suppeditabant sacra uasa & donaria, ea abstulit, & in idolorū delubris reposuit. Vim etiā illam eis adhibuit, qui sub Cōstantino & Constantio templa deorū euertissent, ut uel ea celeriter restaurarēt, uel æstimationē structuræ eorū persoluerēt. Sin hoc minus facerent, ut durius acciperentē, & in uincula cōiicerentur, mandauit. Vnde
Quæ re mitior, qua item sæ uior prioribus ecclesiæ persequutorib. is fuerit.
illud satis coniicere licet, in eo quidē illum ueterib. persequutoribus, quòd corpora cum cōtumelia nō excruciauerit, moderatiorē fuisse: rebus aūt alijs modis omnibus illos exuperasse. Omni namq; ex parte ecclesiam afflígere, manifestè est
Quur episcopos idē ab exilio reuocauerit.
uisus: & uno tantū modo humanior iudicatus, quòd episcopos sub Constantio B
exilio mulctatos reuocauit, & in urbes suas redire permisit. Atq; id ille nō misericordia fecit, sicut colligere est: sed ut episcopos inter se cōmittens, ad intestinū armaret bellū, & suis ipsa dissidijs ecclesia labefactaretur. Fortasse etiā, ut Constantiū apud Romani imperij subditos in odiū & inuidiā adduceret: tum Græcos, qui eisdem secū operarentur sacris, fauore prosequens: tum episcopos, qui
Eusebij eunuchi cædes.
propter CHRISTVM afflicti essent, ab iniuria uindicans. Itaq; eunuchos quoq; imperiali aula exegit. Eusebium aūt, qui primū in ea locū tenuerat, morte etiam
Aetius ab exilio reductus.
mulctauit. cui aliam quoq; ob causam infensus fuit: suspectū enim ueluti fraternæ necis suasorē habuit. Syrum aūt Aetium, autorē & ducem hæresis Eunomij, & Cōstantij sententia, qui eum propter familiaritatē Galli suspectū quoq; habuerat, damnatum, & in exilium actum, perq; benignis literis reuocauit, & publica
Eleusius Cyzicenus Nouatianorū ecclesiam diruta restituere iussit.
uectura reduxit. Propter Constantium quidē, Eleusium etiā Cyzicenū impensis propriis, quam solo æquauerat sub Constantio Nouatianorū ecclesiam, uno atque altero mense restituere iussit. Sed & ex alijs plurimis rebus æstimare est, propter Constantij odium, quùm multa in nos ipsum duriter fecisse: tum quæ ab alijs quoq; fiebant, eis delectatum esse.

CAPUT VI.

Athanasius cū annis aliquot latuisset, subitò Alexādriæ apparet.
Vm Athanasius etiā, q multis annis latuerat, Cōstantij morte cognita, noctu Alexādriæ in ecclesia apparuit, & miraculo derepentè omnibus quasi mortuus quispiā ab inferis reuersus fuit. Ex q eū Georgij insidijs, & Cōstantij iussu Aegypti præfectus eum nō cepit, atq; ipse fuga sibi consuluit,

A consuluit, ad Iuliani usq; imperiū, apud mulierē quandam uirginē Alexandriæ occultatus latuit: quæ tantū forma excelluisse traditur, ut stuporē prorsus ea spectantibus incuteret, & nemo eorū qui castiorē uitam sectari cōstituissent, in colVirgo formosissima, castissima, Athanasiū Lucem sunt.
loquiū eius ueniret, ne scilicet eo nomine reprehensione nō careret. Atq; illa tametsi ita florēs & uiuida esset, pudicitia tamē & sanctitate uitæ nō excidit. Quæ res solæ, quāuis nihil adiumēti à natura ad decorē accedat, ornamēto esse solent. Vt propè uerū esse non uideatur, quod à maioribus dictū est: Qualia sint corpora, tales etiā esse animos. Quin è diuerso potius, ad animorū instituta corporum quoq; mores cōformantur: & quale quisq; exercet studiū, talis etiā esse apparet, quocunq; id accidat tēpore. Atq; ad hanc rationē si quis rem certò exigat, rectè id sic eū dicturū, neq; quempiā qui reluctetur habiturū esse, existimarim. Athanasius quidē diuina prouidētia ad uirginē hanc deductus, atq; apud eam seruatus est. Et si quis euentū rei cōsiderare uelit, diuinā prorsus dispositionē esse reperiet. Vt enim nihil molestiæ & negocij Athanasio & familiarib. eius exhiberetur, si quis tentare aut iuramēto cogere quenquam ex illis, ad eum scilicet prodendū, uoluisset: rectè hoc sit institutū, ut latēs apud mulierē occultaretur, quā nemo id perlaturā esse putauit. Propter formæ uerò uenustatē neq; in suspicionem cuiquā incidit, apud eam episcopū occultari. At illa uirili planè animo uirū eum ad se recepit, & prudētia mira ad finē usq; thesaurum tantū seruauit. Tanta aūt in eum honestis præstādis ministerijs fuit fide, ut & pedib. lauandis, & cibo alijsq; naturæ nostræ necessarijs utilibusq; rebus exhibendis una ipsa ritè ei inseruierit, & de libris quib. opus habuit, cōmodauerit. Atq; id quū longo tēpore fecisset, nemo tamē qui Alexandrinā incoluit urbem, cognouit. Athanasius qui ita subitò apparuit, ab uniuersa multitudine receptus, in ecclesias est deductus.
Diuina prouidentia in Athanasio conseruando.
Ariani aūt eiecti, seorsim cōuentus egere, Lucio quodā, qui eis episcopus præfLucius Arianorum Alexandriæ episc.
set, lecto. Georgius enim à plebe interfectus fuerat. Postq; enim Constantiū deB
cessisse, et Iulianū ad imperij summā peruenisse cognitū est, statim impetu omni quicquid erat Alexandriæ Græcæ superstitionis sectatorū, ad seditionem prorupere: & clamore uno incursionē in Georgiū, tanquā eum interēpturi, fecere. Et tum quidē à cæde abstinuerūt, atq; carceri eum incluserūt: uerùm nō multo
Cædes Georgij Ariani Alexandrini episcopi.
post inde extractū, ferro necarūt. Deinde camelo quasi nouū quoddā clitellarū genus impositū, per mediū forū cadaueri per furorē & contumeliā impudenter insultantes, duxerūt: circa crepusculū aūt ueluti ea iniuria satiati, quicquid à raptatione ea superfuit corporis, igni cōbusserunt. Arianis quidē hoc sic Georgio ab Athanasij studiosis accidisse uidetur: sed res aliter habet. Nam ille odio suo
Abolenda ydololatria Georgius Alexādrinus odium Ethnicorū in se ad cædē usq; concitauit.
Græcos in se cōcitauerat, eo ꝙ patria eorū sacra inhibuisset, tēpla deorū destruxisset, simulacris cōuiciando illusisset, & bona eorū publicasset. Adhæc inuidiā quoq; eius auxit, ꝙ multū apud Imperatorem autoritate ualuisset. Solent enim multitudini, qui aliquā obtinent potestatē, esse exosi. Insuper tum quoq;, quod de Mithrio actū fuerat, tumultū contra eū motū admodū auxit. Nam locū eum diu neglectum, Constantius ecclesiæ Alexandrinæ donauerat. Georgius autem eum repurgans, ut ædem sacram Deo excitaret, subterraneum antrum reperit: in quo simulacra, & alia quædam symbola, & signa Græcarū nugarum & præstigiarum, ut ita dicam, eorum q; qui sacris ab ipsis instituti atq; initiati fuissent, erant. Quæ sanè ridicula, & noua cernentib. sunt uisa, proindeq; meritò per ludibriū irrisa. * Græci aūtem pudore propter mysteria & arcana sua reuelata affecti, confertim manu coacta, gladijs, lapidibus & clauis impetum in Christia-
Idolomaniæ fœditas in publicum producta.
*Idololatræ sacra sua acerrimè propugnarunt.
nos fece-

† Mithram Persæ solem esse putant, cui hostias multas sacrificant. Huius sacris nō initiabatur, nisi per gradus quosdam tormentorum ad ea peruenisset, & sanctum se, perpessionisq; expertem esse declarasset. Suid. Mithrion, Solis templum: Mithriaca, Solis sacra. Lamprid. de Commodo: Sacra Mithriaca homicidio uero polluit.

nos fecerunt, & multos occiderunt, quosdam uulnerarunt, & nonnullos etiam ex eis ad dogmatis contumeliam in crucem egerunt, atque abierunt. Georgius cœptum opus imperfectũ reliquit. Græci porrò Iuliani imperio tanctq; opportunitate quadã oblata, ꝓ eo atq; uoluere usi, ipsum etiã Georgiũ interemere. Hoc ipsum Imperator quoq; literis suis, magis scilicet populũ Alexandrinũ, ctq; Christianos incusans, testatur: ꝙd ille profectò non fecisset, nisi cum ueritatis uis coegisset: Christianos certè, qualescunq; illos tandẽ, Georgianæ cædis, ctq; Græcos, autores fuisse maluisset. Sed ille minimè rem celauit, quamuis grauius etiã nos perstringẽs. In epistola enim ad Alexandrinos, stomachari se simulãs, uerbis eos perstringit, coercionẽ remittens. Id quod se facere dicit, ob reuerentiã tutelaris dei Serapidis, & conditoris eius urbis Alexandri, atq; item auunculi Iuliani, qui Alexandriæ & Aegypti præfectus fuit: uir superstitioni Græcarũ nugarum deditissimus, & Christianorum hostis uehementissimus. Tanto enim is erga nos odio flagrauit, ut citra Imperatoris sententiã, multis author fuerit, ut ad sanguinem usq; martyrij certamẽ peragerent. Mihi etiam molestũ non erit, epistolam eam Iuliani, operi huic nostro annectere, atq; etiã quæ auunculus eius Iulianus aduersus fidei nostræ professionem egerit. Epistola hisce uerbis conscripta fuit.

Nẽ orthodoxi Christiani, sed gentiles Græci Georgium necarunt.

Iulianus Iuliani Imp. auunculus, Aegypti præfectus.

CAPUT VII.

Iuliani epistola ad Alexandrinos, de Georgij cæde.

IMperator Cæsar Iulianus Maximus Augustus, populo Alexandrino. Siquidem Alexandrũ, qui urbem uestrã condidit, & præ eo magnum atq; sanctiss. deũ Serapidem nõ uereremini, quomodo publici cõmodi, humanitatis & decori nullam prorsus rationem habuistis? addo etiã nostri? quos diꝝ omnes, in primis uerò magnus Serapis, imperare toti orbi uoluerũt. Conueniebat certè, ut iudiciũ de ijs qui iniuriã uobis intulere, nobis reseruaret. Sed ira fortasse & furor uos decepit: qui sanè mentem hominibus auferẽs, grauia solet admittere flagitia. Deinde aũt impetu sedato, cõsilio, quod subitò rectè à uobis captũ erat, mox per contemptũ legum uim publicam adiecistis: neq; uos, * qui populi nomine cẽsemini, ea tentare & facere puduit, quę in illis rectè reprehẽdistis atq; odistis. Dicite namq; mihi, per Serapidẽ, quæ nam ob delicta Georgio succensuistis? Beatissimũ, uidelicet dicetis, Constantium in nos cõmouit, deinde in urbem sacrã exercitum induxit. Et Aegypti præfectus, ubi sanctissimũ Dei templum inuasit, imagines, donaria, & sacrũ ornatum diripuit, nobis meritò indignãtibus, & Deũ, seu potius bona Dei defendere uolentibus. Atque ille armatos in nos iniquè, illegitimè & impiè immittere est ausus. Et fortasse Georgiũ magis ctq; Constantium metuẽs, seipsum remoratus fuisset, si moderatè nobiscũ & ciuiliter, nec tam tyrannicè egisset. Cæterùm eas ob iniurias deorũ hosti Georgio infensi, sacrã piaculo contaminastis urbẽ, cum illũ iudicũ calculis subijcere potueritis. Sic eñ res ea nõ cædes, neq; legũ uiolatio, sed legitimũ fuisset iudiciũ: quod uos quidẽ innocuos cõseruasset, illum aũt qui maxima cõmisit facinora coercuisset, atq; omnes præterea ad meliorẽ frugem reduxisset, qui deos cõtemnũt, & tãtas urbes populosq; florẽtes nihili faciũt, potestatiq; suæ, quæ eos persequit, seueritatẽ, perinde atq; accessionẽ quandã adijciũt. Cõferte hãc cũ ea quã paulo antè ad uos dedi epistola, & quantũ inter se differãt cognoscite. Quas enim tũ ad uos laudes scripsi? Nunc uerò per deos ipsos iuro, laudarem quidẽ uos libẽter, facere id aũt propter leges uiolatas nequeo. Audẽt ne populus, ut canes solẽt, hominẽ discerpere? Deinde illũ eius rei nihil pudet, neq; puras manus cõseruare curat, ut eas absq; sanguinis cõtaminatiõe innocuas ad deos tẽdat? Verùm Georgius, qui talia patereť, dignus erat: Imò fortasse, ego dixerim, hisce grauiora & acerbiora. Et uestra causa dicetis. Idẽ ego quoq; dico:

Animos irritat.

Sin

A Sin ut à uobis hæc pateretur, dicatis, id iam non concesserim. Leges enim sunt, quæ delicta coercent. Et maximè quidẽ pro se quisq; uniuersi eas seruare debẽt. Et quamuis accidat, ut ex ciuibus nonnulli contra leges agant, respub. tamen & populus ipse legibus regi, & constitutionibus parêre, neque quæ ab initio rectè statuta sunt, uiolare debet. Fœlicitatis loco, uiri Alexandrini, ducere potestis, quod delictũ hoc uestrũ in Imperij mei tempora incidit: qui propter reuerentiã erga Deũ, & propter cognomínem mihi auunculũ, qui Aegypto & urbi uestræ cum imperio præfuit, fraternam erga uos beneuolentiam conseruo. Non enim populũ aliquem audere conuenit, potestatẽ summam, quæ contemni nõ debet, & seueritatẽ sinceritatemq; imperij obtinet, despicere: ne temeritatem tantam, sicuti grauem aliquem morbũ, acerbiore repurgare opus sit remedio. Exhibeo aũt & propono uobis, ob eas quas modò dixi causas, perq; placidè cohortationem, & uerba, quib. uos (sat scio) persuadebimini: si quidẽ, ut audio, ab origine Græci estis, atq; nunc etiã ex ueteri illa nobilitate in animis studijsq; uestris impressa est insignis aliqua & generosa indoles. Præponatur: Ciuibus meis Alexandrinis. Sic Imperator scripto isto non Christianis magis, ctq; Alexandrino populo, causam eius cædis adscribere uidetur. De Iuliani aũt, cuius modò meminimus, sæuitia, hæc feruntur. Quũ is ecclesiæ Antiochenæ mundum atq; ornatum permagni precij auferre, & imperialib. thesauris inferre, ac templa orationumq; domos fidelibus claudere constituisset: clerus quidẽ reliquus profugit, solus aũt Theodoritus presbyter ibi permansit. Hunc quòd sacrorũ donariorũ custos esset, & indicare ea, si uellet, posset: quodq; ui admota id facere nollet, arreptũ crudeliter excruciauit, & postremò gladio interemit: quum quidem ad quælibet intentata sibi tormenta generosæ mentis responsum dedisset, & ita ut uirũ decet, pro dogmate decertasset, Iulianus sacra uasa direpta, & solo illisa, per ludibriũ risit: atq; ubi quæ uoluit blasphemans in CHRISTVM dixit, tandẽ contumeliã aucturus, super eis consedit. Vindicta autem statim est subsequuta.

Iulianus Iuliani auunculus, templa Christianorum compilauit.

Theodoritus ecclesiæ uasorũ custos martyr. Apud Sozom. Theodorus nominatur.

Blasphemia & contumelia Iuliani præfecti in Christũ et templi sacra uasa.

CAPUT VIII.

QVandoquidẽ eò sum oratione prouectus, ut Georgij & Theoditi cædem cõmemorarim, aliarũ quoq; mentionẽ facere uisum est, & in primis Eusebij, Nestabi, & Zenonis fratrũ: quos Gazęorũ populus de templorũ euersione & Græcæ superstitionis abolitiõe accusatos, primùm in domo quadã sub custodia habuere, deinde flagris cæsos carceri incluserunt. Postmodũ quum diu multumq; in theatro discurrissent, & quòd uulgus facere consueuit, alius aliũ concitasset, furibundi in carcerẽ irruerunt, & uiros inde productos crudelissimè necarunt, præcipites atq; supinos trahentes, atq; ad saxa illidẽtes: & alij fustibus, alij lapidibus, alij quæ fors obtulit telis alijs diuerberantes. Dicunť mulieres quoq; à lanificio excurrẽtes, radijs & fusis punctim eos conuulneraſſe: & coci in foro publici, lebetes & ollas aqua bullienti feruentes à chytropodibus raptas, corporibus eorũ nudis diffudisse. Quidã ueru-bus & subulis illos perfodisse. Atq; ubi satis eos cõcidissent, capitaq; & ossa eorum adeò cõminuissent, ut cerebrũ ad instar aquæ diffluęret, extra urbẽ eos, in locũ ubi morticina animantia congerere soliti erant, duxerũt, atq; ibi igni accensa corpora eorũ combusserunt. Et quæcunq; ossa propter soliditatẽ flamma nõ consumpserat, camelorũ & asinorũ quę disiecta ibi erãt, ossibus miscuerũt, ut ne facilè à quærentib. inueniri possent. Sed frustra id fuit. Noctu enim Deus mulierculæ cuidã, oppidi eius inquilinę postea, ut reliquias eas tolleret, insinuauit. Quæ eas dispositione diuina collectas, & urceo inclusas, apud martyrũ eorum nepotẽ Zenonẽ ipsi ignotũ depositi, numinis indicio ad domicilĩ eius deducta.

Sanctorũ Eusebij, Nestabi, et Zenonis, fratrũ, martyrũ luculentissimũ apud Gazæos.

Ossa eorum diuina prouidentia mirificè cõseruata.

Zeno eorũ nepos, qui ea in monumẽto reposuit.

cta. Latebat nimirũ & ipſe, propter perſecutionẽ excitatam. Quũ enim uulgus A patruorũ eius cædibus occupatũ eſſet, ipſe tum Anthedonem in maritimam urbem profugit, ſtadijs ferè uiginti Gaza diſtantem, Græcaq; ſuperſtitione maximè gaudentem, & ad ſimulacrorũ cultum plurimùm animorũ conſternatione ſtupentẽ. Atq; ibi multa à ciuibus perpeſſus, in Gazæorũ nauale inde ſe cõtulit, & in eo loco occultè latuit. Vbi etiã mulierecula ei reperto oſſa ſacra dedit, quæ aliquandiu domi ſuæ habuit. Poſtea uerò quàm Theodoſio imperante, Gazæorum epiſcopatũ eſt ſortitus, extra oppidũ ſacrum delubrum condidit, atq; in eo martyrũ reliquias repoſuit, prope confeſſorẽ Neſtorem: qui unà cum conſobrinis ſuis cõprehenſus, uincula & flagra permulta communiter cum eis ſuſtinuit. Tortores aũt eius, quòd forma eſſet præſtanti, & corpore uigẽti, miſerti (& iam in expectatione mortis erat, et parũ admodũ cum difficultate ſpirabat) ante portam eum abiecerunt. Quem ſublatũ, nonnulli ad Zenonẽ, quem diximus, detulerunt: apud quem plagas & hulcera curans eſt mortuus. Gazæi tam audaci facinore peracto, in magno fuere timore: & fama uulgauerat, iratũ eis Imperatorem eſſe, populumq; eum decimare uelle. Sed falſum id fuit, plebiſq; rumor uanus ex conſcientia patrati facinoris a' pleriſq; ſparſus: ad quem præter rationem & cauſam omnẽ homines ſunt tumultuati. Nam ne uerbis quidẽ fortaſſe, quod Alexandrinis fecerat, Gazæos ille incuſauit. Quin tantũ abeſt ut per literas eos obiurgarit, ut duci etiã qui tum ei genti præfuit, dignitatẽ ademerit, maleq; ſuſpectũ habuerit. Et quum cum legibus obnoxium feciſſet, quòd ſententia non damnarit atq; necarit, id humanitati ſuæ accepto latũ uoluit. Obiecit aũt criminis loco uiro ei, quòd ex Gazæis quoſdã ſeditionis & cædis eius authores comprehẽſos carceri incluſiſſet, pœnas ab eo legibus poſcens. Quid enim criminis, inquit, admiſerũt, ſi paucos Galilæos ob plurimas grauiſſimasq; ab eis acceptas B iniurias, ob uiolatos deos, & uetuſta corũ templa euerſa, legitima uindicta ſunt ultiſ? Atque hæc quidem ita ſunt iactata. Eo uerò tempore & Hilarion ille inter monachos præclarus, à Gazæis ad cædem quæſitus, in Siciliam abijt: & ligna humeris ſuis ex mõtibus in urbem uicinam ferens, ea uendidit, & inde uitam tolerauit. Cæterùm à uiro quodam, qui admodum dæmonijs exagitatus, ea plaga per ipſum liberatus fuerat, indicatus, in Dalmatiam profectus eſt: ubi quũ multa etiam edidiſſet miracula, & marcẽſtus magno impetu terram inundare ſolitũ oratione uinxiſſet, inde rurſus abijt: neq; enim libẽter apud eos qui ſe laudarent, degebat. In primiſq; ſtudio habebat, ut migratione crebra obſcurior eſſet, & quamprimùm opinio & gloria de eo excitata dilaberetur. Poſtremò autem permultis ob eam quæ dicta eſt cauſam peragratis locis, Cyprũ præternauigãs, Paphum peruenit, & à Cyprio eius temporis epiſcopo inuitatus, circa Charybrim (ita enim locus nominabatur) quòd eo delectaretur, perlibẽter ibi uerſatus eſt monaſticæ philoſophiæ, ita ut par erat, uacans. Quo minus aũt martyrio ſit functus, fuga in cauſa fuit. Fuga uerò uſus eſt, quatenus diuinum oraculũ perſequutores fugiendos eſſe permittit: at ſi quis comprehendatur, ut fortiter conſiſtat, & perſequentium tormenta & ſupplicia generoſe perferat.

Neſtor eorundem martyrũ conſobrinus, et ipſe martyr.

Impunè apud Iulianũ Imperatorẽ Gazæis idololatris uarijs martyrum ipſorum cædes fiunt.

Iulianus præſidẽ urbis eius reũ egit, quòd legib. an cædis eius autores animaduertere noluerit.

De ſancto Hilarione monacho.

Sozom. habet Charybrim.

Quatenus in perſecutionib. fuga uti liceat.

CAPUT IX.

SEdenim non apud ſolos Alexandrinos & Gazæos ita in nos ſæuitũ, uerumetiam Heliopoli ad Libanum in Phœnice ſita, & Arethuſæ apud Syros, hiſce deteriora atq; crudeliora ſunt facta. Quæ urbes per crudelitatis ſummæ contentionẽ id egere, ut ſecũdas partes, quæ alibi deſignata eſſent, habere arguerent. Heliopolitæ enim (quod quidẽ incredibile dictu eſſet, niſi ab eis qui tũ rei geſtæ affuere, ad nos relata fuiſſet) ſacras quaſdam

A dam uirgines, quæ etiã uiros aſpicere non ſuſtinuerint, ueſtibus ſpoliatas & nudas, in medio populo ad ſpectaculũ, & cuiuſq; qui illudere eis uellet iniuriam, conſiſtere coegerunt. Vbi autem & conſpectu tali & rebus alijs, pro cuiuſq; libidine, ſancta illarum corpora abundè contumelia affecerunt, poſtremò ab inferioribus eas partibus totonderunt atq; diſciderunt: & ſuperficie uulneris eius atq; ſciſſuræ porcorum alimentũ, cui illi aſſueuerant (hordeum autem fuiſſe, aut ſimile quiddam, ueriſimile eſt) conſperſa, eos ad conſuetas eſcas prouocarunt. Itaq; quum impetu agreſti irruentes porci, ſecernere alimentum facilè non poſſent, ſimul uiſcera ſunt aggreſi: & ſoliti cibi cupiditate, famiſq; neceſsitate adurgente, unà cum hordeo interna etiam membra, quum illæ adhuc uiuerẽt, & cruciatum eum ſentirent, depaſti. Exiſtimo autem Heliopolitanos inde eò furoris, ut ſic contra ſanctas uirgines ſæuirent, euaſiſſe, quòd patrium eis fuerit, ut uirgines prius proſtituerẽt, & à quocunq; uiciari curarent, quàm ad coniugij cõmunionẽ cum ſpõſis ſuis uenirẽt. Quod Cõſtantinus magnus lege lata primus, ne amplius fieret, prohibuit: & Veneris templo ibi diruto, eccleſiã DEO extruxit, quemadmodũ ſuprà loco ſuo à me eſt dictum. Quod aũt ibidem inſuper auſi ſunt, quomodo ſilẽtio præteriri poteſt? Cyrillo namq; Heliopolitano diacono crudeliter occiſo, uentrem quoq; eius inciderunt, & iecur deguſtarunt. Verùm talia auſos, uindicta ſtatim diuina eſt conſequuta. Quicunq; enim tanti piaculi participes fuere, dentes, linguas, & palatũ, per ſæuam putredinẽ, oculoſq; adeò ipſos amiſerunt. Per quas plagas, uis & efficacia ueræ pietatis eſt deprædicata.

Sanctimoniã uirginum apud Heliopolitanos mirandum.

Quis talia fando, temperet à lachrymis:

Heliopolitæ in Phœnicia uirgines ſuas ante legitimas nuptias publicitus proſtituere ſoliti?

Statua Bacchi Androgyni

Porrò Emeſæ, quæ finitima ei urbs eſt, Dionyſio mulierbri mancipio ædem ſacram dedicarunt, atq; ibi ſtatuam Androgyni, ambiguo inter marem & fœminam ſexu ridiculã, ei collocarunt. Doroſtoli aũt Thraciæ, Aemylianũ inuictum B athletam, Capitolinus Thraciæ præfectus uiuum cõbuſsit. Dorotheus item certator egregius, qui magnã conſcripſit eccleſiaſticã hiſtoriã, & Tyri epiſcopatum tenuit, neci datus. Domitium uerò celebrem monachũ in ſpelũca ſua latentem, præteriens inhumaniſsimè aggere lapidũ quiſpiã obruit. Nec Marcus, qui Arethuſæ grauia perpeſſus eſt, tacẽdus. Peropus aũt nobis eſſet Aeſchyli & Sophoclis dicendi grauitate, ut martyrij eius tragœdiã rectè exponeremus. Hũc enim Arethuſij, ubi epiſcopus diu fuerat, & uita & doctrina, canicieq; inſuper ſpectatum & uenerandũ, immaniter occiderunt. Dudũ uerò antea infenſi ei fuerant, quòd ſub Conſtãtio multos Græcæ ſuperſtitionis ſectatores nõ perſuaſione, ſed poteſtate quadã grauiore Chriſtianorũ ſacra colere coegerit, & templũ celebre ſtructuræq; precio & magnificentia nulli ſecundũ ſolo æquauerit. Porrò rerum ſtatu mutato, quũ ſimul & uulgus commotũ eſſet, & Imperatoris mandatũ acceſsiſſet, quo Marcũ ſententia lata uel eſtimationẽ templi ſoluere, uel id quale antea fuiſſet reſtituere iuſsit: ubi utrũq; facere prorſus nõ potuit, alterũ etiam non dico epiſcopo, ſed ne priuato quidem Chriſtiano facere ullo modo fas fuit, primùm quidem fuga uſus eſt. At ubi multos ſua cauſa affligi, & plurimas calamitates ferre cognouit, ex fuga reuerſus, ſeipſum exhibuit, & populo quidquid uellet de ſe facere permiſit. Et quum admirari uirum, qui ſic philoſophicũ planè animum oſtendere decreuiſſet, debuiſſet, contemni ſe arbitrata multitudo omnis in eum irruit. Tractus eſt per mediam urbem & ſenex, & Epiſcopus: membraq; eius omnia, ut ſors tulit, diuerberata, lacerata & iactata. In eũ quippe ætas omnis, fœmineq; & pueri cum indignatione & ardore deſæuierunt, uſq; adeò, ut etiã tenuibus quibuſdã funiculis aures ſeni abſciderint. Pueri quoq; in ſcholam ad magiſtros euntes, ludibrio eum habuere, trahẽtesq;, atq; in ſublime ſubinde tollentes, graphijs pupugerunt, & crudeliter excruciarũt. Et iam toto corpore

Martyriũ diui Aemyliani, item Dorothei.

Domitij monachi.

Marci Arethuſij epiſcopi.

Illuſtriſſimum decrepiti ſenis martyrium.

uulnera acceperat,parumq; adhuc uita conclamata ſpirabat: quum eum garo & melle perunctum, in ſportam ex iunco confectam immiſerunt, & in ſublime ita æſtatis tempore ſublatum apibus & ueſpis excruciandum expoſuerunt. A quibus inuolantibus & depaſcentibus, quum uiuens uoraretur, præclarum id uerbum dixiſſe fertur: Vt ego quidem ſublimis ſum, uos autem humi iacentes deſpicio. Vnde quæ deinde & ipſi & Arethuſijs euentura fuerant, cõiicere licet. Præfectus quidem, qui Græcorũ ſacra quàm maximè colens, uir magnus & fortis, atq; ob eam cauſam præclarus, tum prouinciæ ei præfuit, tantam Marci generoſitatem admiratus eſt: & Imperatorem reprehendit, probro ſe dignos eſſe dicens, quòd ab uno ſenc, qui per tantam conſtantiam & fortitudinem tot mala animo magno pertulerit, uincerentur: adeò ut periculum eſſet, ſe quidẽ meritò irriſum: eos autem, quibus ea mala inferrent, ſumma gloria auctũ iri. Et ad hunc ſanè modum beatus Marcus, uirili planè animo multitudinis furorem, et graues illos cruciatus pertulit, ut non modò à nobis Chriſtianis, ſed etiam à Grçcis ipſis ſimulacrorum cultoribus meritas tulerit laudes.

CAPUT X.

Martyriũ Macedonij, Theoduli, & Tatiani, apud Meroen Phrygũ oppidum.

Eodem tẽpore & Macedonius, & Theodulus, et Tatianus, Phryges, egregiè pro CHRISTO certamen pertulere. In Meroe namq; Phrygum urbe, gentis eius præſes templum, quod diuturno ſqualore deformatum fuerat, aperuit, atq; repurgauit. At illi quos dixi, noctu in fanum ingreſſi, deorũ ſimulacra comminuerũt. Et quum multi eius rei ſuſpecti in iudiciũ pertraherentur, ipſi ſeipſos detulerunt. Atq; ubi dijs ſacrificare, quòd per id, ſi feciſſent, abſolui potuiſſent, & præfectus ut ea re delictum ſuum cõperſarent petijſſet, noluere: primùm eos torſit, & tandẽ nudos craticulis impoſuit, ignemq; ſuccendit. Et quamuis tam crudeliter illi urerentur, attamen ad præfectum dixere: Si Amachi (id enim illius nomen fuit) carnes aſſas expetis, age in alteram nos uerte partem, ne tibi edẽti, ſi ſemiaſſi ſimus, inſuauior fiat cibus. Hoc pacto & iſti fortiter certamine obito, in craticulis uitam finierunt, uoluntaria ſacrificia & innocuas uictimas ſeipſos offerentes DEO. Tum quoq; Buſirim dicunt ſplendidè & fortiter confeſsionẽ Ancyrę in Galatia propter religionẽ pertuliſſe: qui antea hæreſis Encratitarum, hoc eſt, continentium fuit. Quum enim ſtrenuè rem aduerſus ſimulacra gereret, cõprehenſus, ab eius loci præfecto tormentis eſt adiudicatus. Itaq; in publicum productum ille, ad ſtipitem tormento rum ſuſpendi præcepit. Buſiris aũt utraq; manu in caput ſublata, latera nuda exhibuit, & ad præſidem conuerſus: Ne fruſtra, inquit, carnifices, ut me in ſtipitem extollant, & rurſus dimittant, fatiges. paratus enim ſum cẽ diu uelis, illis ad uerbera & tormenta latera præbere. Ibi ille quùm promiſſum uiri admiratus: tum magis etiam, ubi periculum conſtantiæ eius fecit, eſt conſternatus. Nam habitum eum ſtatumq; corporis retinens, & manus conſtanter ſuſtollens, quàm diu præſidi uiſum eſt, excarnificandum ſe dedit, plagasq; intenta fortitudine excepit. Deinde in carcere uinctus ſeruatus eſt, liberq; paulo poſt dimiſſus, ubi Iulianum interfectum eſſe renunciatum eſt. Atq; is ad Theodoſij uſq; imperium uitam produxit. Hocipſo tempore & Baſilius, Ancyranæ eccleſiæ presbyter, martyrio eſt defunctus: atq; item Cæſariẽſis Eupſychius Cappadox, ueteri familia loco q; claro natus, qui nõ ita pridem uxore ducta ueluti ſponſus adhuc fuit. Eupſychius propter Fortunę templum, quod euerſum non ſatis fortunatũ fuit, & cuius gratia Imperator iram in Cęſarienſes uniuerſos, ſicuti ſuprà dictum eſt, concepit, necatus eſt: & qui authores præterea atq; adeò patratores eius facinoris in fano eo euertendo fuere, alij morte, alij exilio perpetuo ſunt mulctati.

Idẽ ſuppliciũ, eadẽ nox Lauretij martyris fuit.

Martyriũ Buſiridis, Ancyrani cõfeſſoris

Baſilij Ancyrani.

Eupſychij Cæſarienſis.

Baſilius

A Baſilius uerò religionis Chriſtianæ ſtudioſiſsimus, ſub Conſtantio contra Arianos ſtrenuè rem geſſerat: quamobrẽ Eudoxij popularium q; eius ſententia damnatus, publicos conuentus agere prohibitus fuerat. Vbi uerò Iulianus imperiũ eſt adeptus, publicè obambulans, Chriſtianos apertè eſt cohortatus, ut conſtanter religionem ſuam retinerent, & ſe à Græcorum ſacris & libationibus piaculis q; que omnibus abſtinerẽt, nec non Imperatoris honores floccifacerent, ut qui fluxi & caduci non aliam mercedem afferrent, quàm perniciem ſempiternam. Eam ob cauſam illum Græcorum ſacrorum ſectatores ſuſpectum habuere, atq; odio proſequuti ſunt. Quos etiam aliquando publicè ſacrificantes uidens conſtitit, & maiorem in modum ingemiſcens, ne quis Chriſtianorũ in errorem tantum incideret, precatus eſt. Et tandem comprehenſus, iudicibus traditus eſt: & cruciatibus omnibus in eo certamine uirili animo perlatis, martyrij curſum abſoluit. Hæc quamuis præter ſententiam Imperatoris, nihilominus tamen facta: & quidem contra expectationem, & animi eius uoluntatem. Verùm alios quoque fortes martyres Imperij eius tempore rectè ſe geſsiſſe ſcimus: quorum conſtantiam & certamina omnia ſingillatim commemorare, ingentis & grauis eſſet operæ. Hoſce autem, ut dilucidiorem eccleſiaſticę rei ſtatum facerem, collectos recenſui, quamuis diuerſa aliquantum eorum tempora martyrij fuerint.

Præter uoluntatem Iuliani tam præclara martyria peracta.

CAPUT XI.

INnumeros namque alios etiam per Græcos ſimul & barbaros excruciauit. Nam & his propter religionis noſtræ odium, quidquid uellent, ut contra nos agerent, permiſit: & fecerunt illi in nos longè peiora atque atrociora, quàm Græci ipſi. Artemium autem generoſum fidei propugnatorem, ducem & Auguſtalem Antiochiæ, qui etiam copiarum militariũ in Aegypto Conſtantio imperante fuit, per ſeipſum torſit: re quidem ipſa, quòd Conſtantio ſubſeruiens, ardoreq; diuino flagrans, delubra multa deorum deiecit atque euertit: & quòd diuorum Apoſtolorum, Andreæ, Lucæ, & Timothei oſſa Patris & ex Achaia & Epheſo Conſtantinopolim pertulit: obtentu uerò & prætextu, quòd fratri Gallo ipſe necem ſtruxerit. Bonis enim omnibus martyri ſpoliato, dignitate q; orbato, poſt plurimas alias intolerabiles q; pœnas, tandem & caput reſecuit. Afflixit quoque oratores Perſas, qui ad eum Chalcedone uenerant, Manuel, Sabel, & Iſmael, propterea quòd Chriſtianam colerent religionem: neque in eis legatorum ius, contra receptum gentium omnium morem, uiolare eſt ueritus. Sedenim Publia quoque fœmina præcipuum præclarum q; ex uirtute nomen eſt conſequuta: quæ quum non ita diu in matrimonio uixiſſet, admiratione dignum edidit fructum. Nam Ioannes ille, qui longo tempore presbyter Antiochiæ fuit, & quum aliquoties legitimis ſuffragijs ad ſedem Apoſtolicam recipiendam lectus eſſet, ſemper dignitatem eam repudiauit, fundi iſtius germen extitit. Hæc igitur uirginum quæ caſtè uitam ſibi degendam conſtituerant, cœtui præfuit, Deoq; continuè ſeruijt, hymnis & laudibus continuis illum celebrans. Porrò quum aliquando peſtis iſta harum ædem prætergrederetur, riſu eum & conuicio dignum exiſtimantes, illa Dauidicorum carminum uerba uoce altiore concinuerunt, quæ ſimulacrorum imbecillitatem traducunt: Simulacra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum: Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Quod ubi præuaricator audiuit, ſilentium eis imperauit. At illæ magis etiam pſalmis incumbentes, illud quoq; accinuere: Exurgat DEVS, & diſſipentur inimici eius. Eam ob rem indignatus tyrannus, è pſallentium choro princi-

Martyriũ Artemij Auguſtalis Antiochiæ.

Sedes Apoſtolica Antiochiæ.

Oſſa diuorum Apoſtolorum Andreæ, Lucæ, & Timothei, Conſtitinopolim delata.

Iulianus propter odiũ Chriſtianiſmi iuris legatorum uiolauit.

Ioannes preſbyter Antiochenus Publiæ filius, epiſcopũ Antiochenum reiecit.

Pulcherrimæ Chriſtianiſmi confeſsio Publiæ Abbatiſſæ ſanctimonialium.

S pem

pem adduci iussit: & neq; uenerandam illius senectutẽ, neq; è uirtute efflorescen
A tem in ea obseruantiam ueritus, tam acerbè maxillam eius utramque diuerbera-
ri præcepit, ut admodum sanguine suffunderentur. Atque illa honorem potius
quàm ignominiam esse rata, quam pro CHRISTO pertulerat iniuriam, in do-
munculam suam est reuersa, atq; ibi rursum spiritualibus eum cantilenis est per-
sequuta. Et alio quodam modo debacchãtes in eo dæmones, quos ad se ille spon
te sua introduxerat, compescuit: quemadmodum psalmorum ille magister lyra
sua sæuientem in Saulo spiritum demulsit.

CAPUT XII.

PAulùm uerò progressus desertor, liberius, ac potius impudẽtius im-
pietate usus, arma sua contra pietatem expediuit. Et quum quod fa-
ceret non haberet, res in foro uenales inquinatione imbuit. Infecta
namq; sunt sacrificiorum sanguine & contaminatione esculenta: pa-
nes uidelicet, caro, poma, & placentæ. Quæ quum primùm non animaduerte-
rent, qui Seruatoris nomine censentur, cœlitùs eius rei prouidentia diuina sunt
admoniti. Nã DEVS Theodoro martyre arcano modo misso, urbis eius episco-
po (Euzoius is fuit) mãdauit, ut qui piè uiuere statuissent, eos abstinere à rebus
iuberet, quæ in foro uenum propositæ essent: triticum autem in ollis coquerent
(κόλυβα, hoc est, frumentum coctum apud Euchaitas nominare solent) eoq; i-
nopiam solarẽtur. Id uerò magno ieiunij die præceptum: ex eo tempore facti me
moriã renouãs ecclesia, & celebrẽ agens conuentũ, ad hunc usq; diem obseruat.
Theodorus autem iste est, qui ex Tyronum ordine, Tyronis nomen accepit: &
sub Maximino ad ignem damnatus, cursum suũ in martyrij stadio pulchrè per-
egit. Cæterùm permulti gemitu & lamentis factum hoc Imperatoris sunt execra
B ti: nihilominus tamen Apostolicis sanctionibus innixi, quæ proponebãtur sum-
psere. Omne enim, inquit, quod in macello uenditur, edite, nihil interrogantes, cc
propter conscientiam. Abominationem hanc desertoris duo quidam † scuti-
geruli, qui ampla stipendia in militia faciebãt, in quodã conuiuio perquàm scitè
quasi in triumphum deduxere. Verba enim illa præstantium in Babylone puero
rum concinuerunt. Tradidisti nos regi iniquo & transgressori, desertori & pes- cc
simo supra omnes gentes terræ. Porrò ex conuiuis quidam rem eam ad Impera- cc
torẽ detulit. Et ille optimos eos uiros ad se accitos, quid nam id esset quod in cœ
na de se dixissent, interrogauit. Ibi illi qui in uera pietate educati essent, magna
usi libertate, dixere: Optimis ó Imperator legibus respublica est administrata,
quas laudatissimus princeps Constantinus & filij eius tulerũt. Nunc autem pia-
culum tantum in cibis atq; poculis cernentes, meritò factum id deploramus. Et
quùm domi uicem nostram lugemus, tum in tua præsentia, ut uides, mœrentes
tristamur. His auditis, tyrannus diuerberari eos acriter iussit, & post cruciatus
multos capite etiã plecti præcepit. Atq; illi ita abducti sunt: DEVS aũt uictorib.
eis martyrij coronas donauit. Alter horũ Iuuentinus, alter Maximinus uocatus
est. Hos Antiochena ciuitas, ut egregios pietatis propugnatores meritò nõ solũ
urna sacra honorauit, uerumetiam magnificè anniuersariæ memoriæ cõsecrauit.

Res esculentæ uenales Antiochiæ sacrificiorum sanguine Iulianus pollu-uit.

Theodorus Tyro martyr.

Magnus ieiunij dies.

De ciborũ delectu.

ἀσιτοδοφάγοι

Duo pij aulici in cõuictio impietatẽ Imperatoris apostatæ traducunt, Iuuentinus & Maximinus.

Eorundẽ martyrium.

CAPUT XIII.

Cineres Eliſei prophetæ & Ioannis Baptiſtæ prophanati.

QVùm à Græcę superstitionis professoribus ubiq; talia aduersus Chri
stianos patrarentur, tum illud quoq; omniũ longè maximè indignũ
atq; horrendũ Sebastiæ in Palæstina est admissum. Ossa namq; Elisei
prophetæ, & Ioannis Baptistæ (uterq; enim sepulcrum ibi suum ha-
buit)

A buit) loculis suis extracta, et irrationalium animantiũ ossibus (ó immanem auda
ciam) mista, atq; igni tradita, in cineres redacta, atq; in aerẽ dissecta sunt. Adhæc,
Christiani comprehensi alicubi tanquam uictimæ super aras accensas præcipita-
ti; & homines ad alia nefanda flagitia contra nos furijs sunt cõcitati. Nam Patro
phili apud Scythopolim reliquias effoderunt, et earũ partem reliquã dissiparũt.
Caluariam autem eius altius sublatã contumelia, nihil ad execrandã iniuriam re-
liqui facientes, sunt prosequuti. Plurima uerò & alia, & ipse & Iudæi & Græci
contra nos indigna egere. Quę quum ille audiret, certoq; sciret, nõ modò eis nõ
offensus, sed etiam maximopere gauisus est: quum quidem talium facinorum in
famia in alios redundaret, animi autem eius sententia illorum factis perficeretur.
Verumenimuerò ubi per furorem talem, consilium suum minus succedere, &
Christianorum animos inde augeri magis atq; confirmari uidit, fraude alia epi-
scopos eos qui propter causam aliquam sedibus suis ciecti fuerant, cum successo-
ribus eorum ad certamen, sicuti antea diximus, impulsos commisit; & parti utri
que facultatem omnem dedit, ut quęcunq; possent ad res suas defendendas atq;
stabiliendas liberè facerent. Ita illi inter se cõgressi, multum ignominiæ et repre
hensionis, quòd desertori studio fuerat, ueræ pietati attulere. Alia insuper do-
lo malo induxit. Nam & in cleri ordinem cooptatos, senatorum munere & mi-
nisterio peruerse fungi iussit, & ecclesiarum annonam dæmonum ministris ad-
B scripsit, eamq; illos exigere permisit. Quibus rebus fore credidit, ut dæmonũ cul
tus augeretur, religio autem ueræ pietatis aboleretur. Atq; hæc quidẽ sic acta.

In uiua simul & mortua sanctorum corpora sæuitum. Patrophilus Scythopolitanus

Iulianus episcopos inter se commisit.

Clericos in Senatum legit.

CAPUT XIIII.

† Alij leg. Caralitanus. Vrbs Libyam cõtra, Tyrio fundata potenti, Tenditur in longum Caralis. Claudian.

POst Athanasij autẽ reditum, etiam Lucifer † Calaritanus in Sardinia,
& Eusebius Vercellensis Libyũ qui in Italia sunt, episcopi, Imperato
ris literis reditu eorũ probato, Thebis superioribus in Orientẽ per
uenere. Nam à Cõstantio perpetuo mulctati fuerãt exilio. His porrò
quum inter se cõuenissent, res ecclesiæ constituere, Eusebius Alexandriã concẽs-
sit, ut cum Athanasio conuentum cogeret, & Synodi Nicænæ decreta stabiliret:
Lucifer autem Eusebio (ita enim utriq; placuit) diaconũ, qui uicem suã Synodo
adesset, attribuit: per quẽ recipiebat, se rata habiturũ quę ibi cõstituerentur. Ipse
uerò Antiochiam profectus est, ubi ecclesiã non parum perturbatã inuenit. E-
rant enim in populo dissidia; quòd non solũ ab Arianis, quibus Euzoius præ-
fuit, dissentirẽt, uerumetiã eos qui Meletij partes sequebantur, eandemq; quam
ipsi obtinerent sententiam, non reciperent. Quum is autem nõdum ab exilio re-
uersus esset, Lucifer Paulino in locũ eius substituto, inde discessit. Eusebius Ale
xandriæ, unà cum Athanasio, animo magno concilium coegit. Et conuenere eò
episcopi multi, quibus quum magnus Athanasius præiret, non solum Nicænam
fidei professionem roborarũt, sed etiam sermonib. quæstionibusq; de rebus ne-
cessarijs plurimis habitis, eas deciderũt. Quo tempore diuinitate etiam Spiritus
sancti perpensa, ὁμοούσιον cõsubstantialẽ eum, & ὁμότιμον, hoc est, eiusdem ho-
noris cũ patre & filio, sunt professi: & τριάδα, hoc est, trinitatẽ nominarunt. Per
fectum quoq; hominẽ, quem Deus susceperit Verbum, et animo et ore uno depre
dicarunt: et quidem nõ incarnatũ solum, uerumetiã animam intellectuali animatũ:
quemadmodũ & ueteribus, qui de diuino numine philosophati sunt uiris, placi
tum est. Non enim illi fidem aliquam recens excogitatã ecclesiæ tradiderunt, sed
quam ecclesia antiquitùs à maioribus accepit: & quę olim sancti uiri, qui pruden
ter & piè res Christianorum sacras tractantes prodidere, Irenęus uidelicet Lug-
dunensis episcopus, Clemens στρωματεὺς contextor, Apollinaris Hierapolita-

Lucifer Antiochiæ Paulinũ Melitio substituit.

Synodus Alexandrina Athanasio præsidente.

Trinitas hypostaseos & ὁμοτιμος.

nus,& qui antiquitùs eccleſiæ Antiochenæ præfuit Serapion,ea illi explicata cõAfirmarunt. Iſti ſiquidem omnes quos modò recenſuimus,atq; itidem alij,in lucu
Deus uerbum hominem animatum aſſumpſit. brationibus ſuis VERBVM quod hominẽ aſſumpſit animatũ, quippe ipſis ὁμοούσιον conſubſtantiale, tradiderũt. Synodus præterea propter Cyrillum Philadelphiæ,quæ Arabiæ urbs eſt, epiſcopum congregata,idem in literis ad ipſum Cyrillum ſuis promulgauit. Ipſe quoq; ſapiẽtia clarus Origenes,in omibus ſuis ſcriptis,animatũ quod humanitatẽ aſſumpſit VERBVM prædicat: et potiſsimũ id apertè aſtruit nono in Geneſim tomo, ubi quidẽ CHRISTVM Adam, eccleſiã uterò Euam facit. Locupletes & idonei rei iſtius teſtes ſunt, Pamphilus ſcriptor eccleſiaſticus,& qui nomen eius eſt conſequutus Euſebius,qui uitam eius uiri conſcripſere, aduerſarijſq; eius defenſionibus pro eo cõpoſitis reſpondere. Hi non primum Origenem ſententiæ eius authorem eſſe,ſed illum arcana eccleſiæ dogmata à maioribus per traditionem accepta explicantem,eam expoſuiſſe dicunt.

CAPVT XV.

QVandoquidem uerò quæſtio de ſubſtantia & ſubſiſtentia nõ medio criter eccleſias turbauit,& crebræ contentiones atque diſputationes ſuperioribus temporibus de uerbis eis habitæ ſunt, ſignificatione & proprietate eorum Alexandrina quoq; Synodus excuſſa, conſtituit: *Quid' Alexandrina Synodus de uerbis Subſtantiæ & Subſiſtentiæ. Βούλεται ἐκεῖνα ὑποστάσεως, decreuerit.* Non opus eſſe in DEO talibus dictionibus. In ſacris enim literis nullibi ſubſtantiæ uerbum extare: dogmatis uerò exponendi neceſsitate, diuum apoſtolũ Patrem ſubſiſtentiæ nomine abuſum eſſe. Alio aũt modo uerba hæc uſurpanda eſſe ſanxerũt, quùm quis Sabellij ſcilicet opinionẽ refellere cõtendat: ne nominũ impia ueluti unã rem trinominẽ in diuinitatis contẽplatione eſſe putemus, ſed tribus uſurpatis nominibus, res quæq; in trinitate tripliciter diſtincta, peculiari ſubſiſtentia ſua intelligat. Primus quidẽ uidet de ſubſtantia & ſubſiſtentia mentionẽ B intuliſſe, Hoſius ille Cordubẽſis epiſcopus, cuius ſuprà aliquoties meminimus. Ab Imperatore enim Conſtantino Alexandriã miſſus, ut excitatã ab Ario turbã ſedaret, quòd etiam Sabellij Libyci dogma radicitùs euellere conaret, queſtionẽ de ſubſtantia & ſubſiſtentia mouit: undè nugamẽta multa exorta. Et quæſtionẽ eam Nicæna, quæ poſtea celebrata eſt, Synodus indignã eſſe ut ibi tractaret iudicauit. Poſtea aũt quũ quidã nugari rurſum de ea cœpere, conciliũ Alexandrinũ ea quæ diximus ſapienter mihi de ea conſtituiſſe uideꝛ. Hæc ſanè Alexandriæ decreta ſunt. Quæ uerò nobis de ſubſtãtia & ſubſiſtentia cognita ſunt, ea paucis citra inuidiam exponere hic liceat. Qui à primis initijs philoſophiam apud Græcos docuerunt, ne mentionem quidẽ ullam prorſus ſubſiſtentiæ fecerũt. οὐσίαν, hoc eſt, Subſtantiam autem uariè definierunt. Irenæus grammaticus apud eos, in libro quẽ Atticiſtam inſcripſit, ubi literarũ ordine uerba colligit & explanat, dictionem ſubſiſtentiæ barbarã uocat, neq; eam apud ueteres reperiri dicit: ſin autem reperiatur, diuerſam ab uſitata iſta eam obtinere ſignificationem oſtẽdit. Sophocles namq; in Phœnice, ὑπόστασιν ſubſiſtentiã pro inſidijs collocatis poſuit. Menander autem idem uerbũ pro iuris cõdimento, alius rurſum pro uini fece in fundo cadi ſubſiſtente uſurpauit. Cæterùm illud obſeruandũ, quamuis ueteres Philoſophi dictione ea uſi non ſint, recentiores tamen frequenter ſubſiſtentiam pro ſubſtãtia acceꝑiſſe. Subſtantiæ autem diuerſas definitiones tradiderũt. At ſi ſubſtantia definitione comprehenditur, qua'nam ratione propriè & rectè ea uox de Deo dicatur? quem fine ullo concludere non eſt. Euagrius ſanè Aſcetes in libro ſuo monaſtico, de diuinitate diſſerere temerè cum impudẽti cõfidentia diſſuadet; & DEVM ipſum ut ſimplicem definire uelle, prorſus dehortatur.

Hoſius Cordubenſis epiſcopus.

Perpenduntur uerba iſta Subſtantiæ et Subſiſtentiæ, eorumq; ſignificatio.

Euagrius monachus.

Definitiones

» Definitiones enim non ſimplicium, ſed compoſitorum eſſe dicit. Idem & illud *Quarum rerũ ſit definitio.*
» adijcit: Propoſitio,ſeu enunciatio omnis,aut genus quod indicetur cõtinet, aut
» ſpeciem, aut differentiam, aut proprium, aut accidens, aut ex ijs compoſitum.
» Quod ſi nihil harum rerum in ſancta trinitate deprehendere eſt, cum ſilentio id
» adoretur,quod dici atque proferri non poteſt. Sed de Euagrio poſtea memorabimus. Hæc autem quamuis extra inſtitutum noſtrum eſſe uideantur, utilia
» tamen,hiſtoriæq; conuenientia,neq; admodum aliena eſſe arbitror.

CAPVT XVI.

Loca certa ex libro Athanaſij de fuga.

IN Synodo iſta Athanaſius librum etiam dudum à ſe de fuga compoſitum recitauit, ex quo loca quædam argumento ei maximè apposita, operi huic inferam. Orationem autem integram, quæ prolixior
» eſt, ſtudioſi ipſi inquirent. Ita autem ſcribit: Ecce hæc eſt impiorum
» audacia. Hæc quum fecerint, neq; pudore in eis quas antea contra nos moliti
» ſunt, inſidijs affecti ſint, etiam nunc nos, quòd ſanguinarias eorum manus effu-
» gere potuerimus, criminantur; ac potius amarulenter, quòd nos è medio prorſus non ſuſtulerint, lamentantur. Et tandem cauſa quæſita, timiditatem nobis *Boni uiri malunt commemorare, ſe quũ perdere poſſent, peperciſſe: quàm cum parcere poſſent, perdidiſſe. Cicero.*
» exprobrant: neque intelligunt, dum hoc ganniunt, inſeipſos ſe omnem pertra-
» here reprehenſionem. Si enim fugere malum eſt, multo deterius perſequi. Qui
» enim fuga ſibi conſulit, ne intereat, occultando latet. At qui alium perſequitur,
» occidere contendit. Et de fugiendo quidem ſcriptura extat. Qui autem necare
B alium conatur, legem tranſgreditur: & ipſe magis occaſionem ſui ipſius uitupe-
» randi præbet. Si igitur fugam nobis ignominioſe obijciunt, ſeipſos potius ar-
» guant, qui nos ſunt perſequuti. Faceſſant illi cum inſidijs ſuis: & fugere ſtatim,
» quibus illi malum ſtruunt, deſinent. Sed improbitatem ſuam non relinquunt,
» & ut nos comprehendant, nihil non tentant: quum quidem ſciant, eorum qui
» perſequutionem ferunt fugam, magnum eſſe perſequutorum ipſorum crimen.
» Mitem namque & humanum nemo fugit, ſed potius ferum & improbis mori-
» bus hominem. Siquidem quicunq; erant in anguſtia conſtituti, & oppreſsi ære
» alieno, Saulum fugiebant, & ad Dauidem profugiebant. Propterea & iſti eos *Contrà perſequutores pro fugientibus defenſio.*
» qui fugientes occultãt, magno ſtudio occidere conãtur, ut ne habere uideantur
» improbitatis ſuę exprobratores. Verùm & in hoc excæcati prorſus errãt. Quã-
» to namq; fuga eſt manifeſtior, tanto quæ ex eorum inſidijs prouenit uel cædes,
» uel expulſio, ſit apertior. Siue enim occidant, cædes eo magis aduerſus eos uoci
» feratur: ſeu in exilium agant, aduerſus ſeipſos ubiq; locorũ ipſi monumenta iniquitatis ſuæ conſtituunt. Itaq; ſi ſanam obtinerent mentem, uiderent profectò
» ſeipſos rebus hiſce comprehenſos teneri, & ad ſua ipſorum conſilia impingere.
» Quandoquidem uerò mentem meliorem amiſere, nihil mirum, ſi ad eiuſmodi
» perſequutiones producuntur. Et occidere alios quærentes, ſuam ipſorum non
» cernunt impietatem. Etenim ſi cõuicijs eos proſcindunt, qui propter percuſſores immiſſos latitant, ac ſi calumnioſe accuſant eos qui percuſſores fugiunt, quid
» rogo facient Iacobo fugienti fratrem ſuum Eſau? & Moſæ in Madian ſeſe recipienti, propter Pharaonis metum? Quomodo uerò, qui talia garriunt, Dauidi
» patrocinabuntur, Saulum fugienti? (qui percuſſores in domum eius ad illum interficiendum miſerat) & in ſpelunca latenti, faciemq; ſuam mutanti, donec abiret ab Abimelech, & inſidias ſibi ſtructas deuitaret? Quid præterea iſti qui temerè omnia effutiunt, de magno Helia dicent? quum eum uideant & DEVM in-
» uocantem, mortuumq; excitantem, & propter Achab atq; Iezebalis minas latitantem? Tunc etenim qui ad cædẽ inquirebantur filij prophetarũ, occultabantur in

Abimelech generale et commune nomen regum Paleſtinorum, ſicuti Cæſar Romanorum Imperatorum.

tur, in ſpeluncis latitãtes apud Abdiam. An hos quidem ut uetuſtiores norunt, A
eorum autem qui in Euangelio ſunt nõ meminerunt? Nam & diſcipuli propter «
metum Iudæorum ſeceſſerunt, ſeſe occultantes: & Paulus Damaſci ab gentis ibi «
principe quæſitus, de muro in ſporta demiſſus, percuſſoris effugit manus. Et «
quum ſcriptura de ſanctis talia prodat, quem prætextum aut excuſationem prę- «
cipitis audaciæ ſuæ inuenire poterunt? Nam ſi timiditatem probroſe obijciant, «
aduerſus ipſos ueluti furentes audacia ipſa facit. Sin quaſi præter uoluntatem «
DEI hæc fecerimus dicant, ſeipſos criminantur, ſcripturas planè ignorantes. In «
Ciuitates refugij. lege enim præceptum quoq; fuit, ut ciuitates refugij propterea conderentur, ut «
qui ad mortem inquirerentur, quocunq; poſſent modo ſeruarentur. In conſum- «
matione autem ſeculorum, quum ad nos ueniſſet ipſum idem quod cũ Moſe lo- «
quutum eſt VERBVM patris, rurſum mandatũ hoc nobis dedit, dicens: QVAN- «
DO perſequuti uos fuerint ex ciuitate una, fugite in aliam. Et paulo pòſt inquit: «
QVVM igitur uideritis abominationẽ deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele pro- «
pheta, ſtantẽ in loco ſancto: qui legit intelligat. Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant in «
montana: & qui in tecto eſt, non deſcendat, ut è domo ſua quidquã tollat. Qui «
in agro, non reuertatur, ut ferat ueſtimenta ſua. Atq; hęc perſpecta habẽtes ſan- «
cti homines, idipſum ſequuti ſunt uitæ inſtitutum. Nam quę nunc præcepit Do «
minus, eadem etiam ante aduentum ſuum in carne cum ſanctis eſt loquutus. At «
qui hic propoſitus eſt hominibus finis ad perfectionem ducens, quod DEVS im «
perarit, id ut exequantur. Proinde & ipſum VERBVM noſtra cauſa homo factũ, «
non dedignatum eſt, quum ad cædem quæreretur, ſicuti nos, ſeſe occultare: at- «
que etiam quum eſſent qui id perſequerentur, fugere, & inſidias deuitare. Ita e- «
nim conueniebat hoc CHRISTVM experiri, ut quemadmodum ex fame & ſiti, «
ita ex fuga etiam hominem ſe aſſumpſiſſe indicaret. Statim enim ab initio, quum «
homo factus infans etiamnum eſſet, ipſe per Angelũ mandauit Ioſepho, EXVR- B
GENS accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptũ. Herodes enim quæ- «
ſiturus eſt animam pueri. Porrò Herode mortuo, eundem apparet propter Ar- «
chelaum Herodis filium ſeceſsiſſe in Nazareth. At quum tandem DEVM ſe eſſe «
oſtendiſſet, & manum aridam reſtituens ſanaſſet, Phariſæi quidem egreſsi conſi «
lium contra eum cæperunt, ut ipſum interimerent: IESVS uerò eo cognito, inde «
ſeceſsit. Rurſum quũ Lazarum è mortuis reſuſcitaſſet, EX ea ipſa, inquit, die con «
ſilium iniere, ut eum occiderent. Itaque IESVS non amplius propalàm inter Iu- «
dæos eſt uerſatus, ſed inde diuertit in regionem ſolitudini propinquam. Præ- «
terea Seruatore dicente, PRIVSQVAM Abraham fuit, ego ſum: Iudæi quidem «
lapides corripuerunt, ut illum peterent. IESVS autem abſcondit ſe, & exiuit ex «
templo, & per medios eos tranſiens abijt atque diſceſsit. Sed enim quum hæc «
uidentes, ac potius intelligentes, pro eo atque ſcriptum eſt nõ uideant, igni com «
buri uolunt, dum ſcilicet contra quàm & facit & docet Dominus, ipſi & cogi- «
tant & loquuntur: Poſtquam namque Ioannes martyrio eſt defunctus, & diſci- «
puli corpus eius ſepelierunt, audito eo IESVS ſeceſsit inde in nauicula in deſer- «
tum locum ſolus. Atque Dominus quidem ad hunc modum & fecit & docuit. «
Vtinam uerò boni iſti uiri ita uerecundia afficerentur, ut ſaltem aduerſus homi «
nes præfracta ſua uterentur audacia: & non eo furore abriperentur, ut SER- «
VATORI quoque ipſi timiditatis crimen impingerent, qui ſemel blaſphemare «
& maledictis eum inceſſere conſultò inſtituerunt. Sed furorem eorum nemo ſu- «
ſtinebit. Quin Euangelia quoque eos ignorare conuincemus. Nam huiuſmo- «
di fugæ & ſeceſſus rationi conſentanea atque uera eſt, quam Euangeliſtæ de Ser «
uatore etiam memoriæ mandarunt. Proinde eandem de ſanctis omnibus opi- «

nionem

A nionem habere debemus. Et quæ de SERVATORE humano more ſcripta ſunt,
» eadem cõmuniter ad genus humanũ referre conuenit. Quæ enim noſtra ſunt,
» ille ſuſcepit, imbecillitatiſq; noſtræ affectiones in ſeipſo exhibuit. Quod Ioan-
» nes ſic ſcripſit: Quærebant igitur cum comprehendere, et nemo ei iniecit manus,
» quòd nondũ uenerat hora eius. Atq; etiam priuſquã ea ueniſſet, ipſemet matri
» dixit: NONDVM uenit hora mea. Fratribus aũt, qui dicti ſunt, ſuis: TEMPVS
» meum nondum adeſt. At ubi tempus id uenerat, ad diſcipulos: DORMITE iam,
» inquit, & requieſcite. Ecce enim appropinquauit hora, & filius hominis trade-
» tur in manus peccatorum. Itaque neque ante tempus comprehendi ſe permiſit,
» neque tempore iam præſente ſe occultauit. Quin ſeipſum potius inſidias ei ſtru
» entibus tradidit. Hoc ipſum & beati martyres in perſequutionibus, quæ tempo
» re quæq; ſuo acciderunt, obſeruarunt. Qui quùm perſequutione expetiti fuge- *Quatenus in perſequutione fugere liceat.*
» runt, & ſe occultare perrexerunt, tum inuenti & deprehenſi martyrium ſtrenuè
» obierunt. Hæc ſacer Athanaſius in fugæ ſuæ defenſione ſcripſit. Et talem Alexandrina Synodus habuit finem.

CAPUT XVII.

PORRÒ Euſebius, quem Vercellarum epiſcopum eſſe diximus, Alexandriæ Synodo peracta, Antiochiam profectus, plebem ibi inter ſe diſſidere inuenit. Nam qui Meletij partes ſequuti fuerant, Paulinum à Lucifero lectum prorſus auerſabantur, & ſuas ſibi eccleſias atque conuentus cogebant. Quapropter Paulini electionem moleſtè *Tres eodẽ tempore Antiochiæ Chriſtianorum epiſcopi.*
ferens, quòd uniuerſis placita non eſſet, & cum neutra parte communicans, fa-
B ctum id quidem non probauit; Luciferi tamen, qua eum proſequebatur, obſer-
uantia, publicitùs nihil proloquutus, inde diſceſsit: & illud modò dixit, Epiſcoporum conuentu eam quoque rem conſtitutum iri oportere. Et quum non minimum ſtudij in eo poſuiſſet, ut quod per diſsidium ſciſſum erat, unione conjungeret, ſibi ipſi tamen non ſatisfecit. Interea enim Meletius quoque ab exi- *Meletius ab exilio reuerſus.*
lio reuerſus eſt. Qui quum ſectatores ſuos, qui eum in precio habebant, ſeorſim conuentus agere inueniſſet, Epiſcopali more eis præijt. Ita factum, ut *Euzoius.*
tres eodem tempore Antiochiæ eſſent, qui paſtorali munere fungerentur anti- *Paulinus.*
ſtites. Et eccleſiæ quidem in Euzoij poteſtate erant, qui Arianis præfuit: Paulinus autem intra urbem eccleſiam unam minus celebrem obtinuit, quam ei *Meletius.*
Euzoius, quòd hominẽ iamdudũ obſeruaſſet, conceſsit. At Meletius extra urbem ad portam conuentus ſuos agebat. Eo in ſtatu quum res Antiochiæ eſſent, Euſebius inde rurſum abijt. Cæterùm Lucifer ubi electionem Paulini Euſebio diſplicere intellexit, perinde atque iniuria affectus eſſet, ægrè rem ferens ſuccen- *Lucifer ab Euſebio Vercellenſi diſſunctus.*
ſuit, neque ad communionem cum Euſebio uenire uoluit. Et quaſi in Synodo non ritè res acta eſſet, decreta eius per calumniam reijcere inſtituit. Et quum multa quæ damnum, ut fieri ſolet, afferebant, pertriſti eo tempore mouerentur, multos etiam ab eccleſia ea res alienauit. Qua de cauſa noua quoque rurſus hæreſis extitit, à Lucifero appellationem ſortita. Quę ſanè parum decentem irę cauſam habuit. Suo enim ipſius laqueo captus tenebatur, qui diacono ſuo miſſo, *Luciferiana hæreſis in Oriente.*
ſe probaturum quæ Synodus conſtituiſſet, profeſſus fuerat. Et ipſe quidem eccleſię ſententiam retinens, ſimultatem que remittens, ad ſedem ſuam in Sardiniam ſe recepit. Qui uerò cum eo, dolore ſe affectos exiſtimabant, in Oriente relicti, ſectam ſibi ſuam conſtituerunt, & longo tempore eccleſiam oppugnarunt. Euſebius quum in Oriente eſſet, in fide parum firmos ueluti optimus medicus curauit, atque reſtituit: ſi quid parum ſinceri apud eos eſſet, *Euſebius boni epiſcopi officium facit.*

Idem Hilarius Pictauiensis exequitur.

reijciens: quidquid autem ecclesiæ appositum natiuumq; esset, docens atq; instituens. Atq; inde in Occidentem profectus, per Illyricum transijt, atque in Italiam uenit, idipsum ubique agens. Ibi & Hilarius Pictauij, urbis Aquitanicæ episcopus, qui prius eò redierat, primus scilicet ab exilio reuocatus, fanioris fidei semina sparserat: Italos & Gallos, quæ uel fugienda uel expetenda dogmata essent, erudiens. Perquàm disertus autem Latina simul & Græca lingua fuit, & libros plerosque Romanis conscripsit, qui quùm Arij opinionem refellunt, tum τὸ ὁμοούσιον consubstantialis sententiam grauiter confirmant. Hæc statim post exulum restitutionem facta. Ad hunc sanè modum Hilarius Pictauiensis & Eusebius Vercellensis episcopi, in Occidentali imperio Nicænæ fidei dogma clarè deprædicarunt.

Scripta eius.

CAPVT XVIII.

Macedoniani se erigunt.

EAdem uerò tempestate Macedonij sectatores, Constantij morte freti, in quibus erant Eleusius Cyzicenus, Eustathius Sebastiensis, et Sophronius Pompeiopolitanus, apertè Macedoniani uocari cœperunt. Et temporis opportunitate arrepta, frequentes liberè diuersis in locis conuentus, eis qui Seleuciæ cum eis consenserat conuocatis, egerunt, & sectæ suæ factionem instituerunt. Tum autem qui aduersæ partis erant, Acacianos uidelicet, excommunicarunt: fidem' que Arimini editam irridentes, formulam Antiochenam promulgarũt, suffragijs'q; suis cõprobarunt: quæ postea Seleuciæ quoq; confirmata fuerat, sicuti proximo libro diximus. Verùm enimuerò quum à nonnullis propter eiusmodi dissidium reprehenderentur, eis' que obijceretur, Quî nunc tandem se per dissidium ab Acacianis seiungerent, cum quibus antea & consensissent & cõmunicassent? tale per Sophronium responsum dedere: Occidentales episcopi non sanam de Consubstantiali habuere opinionem, Aetius autem in Oriente dissimilem substãtia patri filium esse docuit: & utriq; recta exciderunt sententia. Illi enim per ὁμοούσιον consubstantialis uerbum, subsistentiam patris & filij in unitatẽ unam redigentes, confuderunt: hic uerò è diuerso, à natura patris proprietatem filij nimium segregauit. Nos igitur utrorumque lapsum uitantes, mediam absque periculo omni uiam delegimus, pieq; magis sentimus, æqualem scilicet patri filium subsistentia docentes. Sic illi quidem reprehensi, defendere se conati sunt. Sed deprehenduntur, ueritatem cauillatione deprauare: quòd non Acacium, sed Aetium, ut in æqualitatis authorem incusant. Videntur illi etiam aliqua ex parte & Arianos & τὸ ὁμοιούσιον consubstantialis assertores uitare, & propter utroscq; suis ipsorum uocibus conuincuntur, aliud quidquam noui afferre constituisse: sicuti & Sabinus inquit, qui latinè acta Synodalia conscripsit.

Acacianos excommunicãt.

Causa, quur Macedoniani se ab Acacianis & homousianis segregarint.

Macedoniani nouis rebus studuere.

CAPVT XIX.

IMperator, ubi Athanasium Alexandriæ multitudinis conuentus in ecclesia propalàm agere, & multos Græcorum eloquentiæ ui & suauitate ad Christianam religionem pertrahere cognouit, ejcere eum urbe iussit. Ac si manere ibi se inuito uellet, grauissimas ei denunciauit pœnas. Eiusce modi mandati illam prætendebat causam, quòd à decessoribus suis Imperatoribus exilio damnatus, sua ipsius authoritate episcopatum occupasset: neque eis qui à Constantio in exilium acti essent, in ecclesias ingressum, sed in patriam tantum reditum permisisset. Itaque eo Imperatoris mandato profugere coactus, in eos qui illum circumsistentes mœrebant, & discessum eius grauiter ferebant, oculis coniectis: Bono estote animo filioli, inquit: nubecula

Iulianus Athanasium exulare iubet.

Scitè dictũ Athanasij.

Athanasius admirãs Nilò nauigijs, per sequentium nauas cursu conuerso effugit. Hoc Sozom. non habet lib. 5. cap. 15. Et alio loco ab eo, sicuti & à Nicephoro lib. 9. cap. 34. est commemoratum. Est autem apud Socratem lib. 3. cap. 14. Et fortè bis Athanasius eodem fugæ stratagemate est usus.

A nubecula est, breui ea euanescet. His dictis, mandata familiaribus suis dedit, & ecclesia bonis uiris commendata egressus, nauigio per Nilum in Aegyptum contendit. At qui à præfecto missi fuerant, consequebantur, capere uirum sanctum studio omni contendentes. Et iam in propinquo persequutores adesse audiebat. Ibi eis qui cum illo in nauí erant, fugam in solitudinem conuertendam esse suadentibus: ipse meliorem sequutus sententiam, prudenter militum effugit manus. Fuga enim posthabita, ad persequutores nauigium conuertere, eis' que obuiam ire iussit. Et quum fugientes ipsi persequentibus propinqui essent, & illi ubi' nam Athanasius esset interrogassent: ipsi autem non procul abesse, ac si cursum celerius intenderent, statim cum comprehensuros esse respondissent: periculum euasere. Ita quidem persequutores calliditate ea illusi, nihil egere. Athanasius uerò clam Alexandriam rediit, atque ibi latuit, donec persequutio quam fugiebat, prorsus conquieuit. Hæc Athanasio à Græcæ superstitionis sectatoribus accidere.

Athanasius Alexãdriæ latitat.

CAPVT XX.

INterea Cyziceni legationem ad Imperatorem, negotiorum quorundam suorũ causa miserunt, cũm adiectione illa: Peropus esse, ut deorum templa restituerent: Quorum colendis illis religionem admiratus Iulianus, omnia quæcunq; petierunt, eis concessit. Et Eleusio eorum episcopo re diuina & urbe ipsa interdixit, quòd delubra deorum solo æquasset, atq; illis per iniuriã illusisset: quòd monasteria & parthenonas sacrarum uirginum instituisset, & cherotrophia & gerocomia construxisset, aliaq; multa DEO grata opera perfecisset: denicq; quòd uerborũ persuasione (id uerò grauissimum erat) Græcis multis, ut superstitionem suam negligerent, persuasisset. Legem etiam tulit, ne quis Christianorum, qui indigena non esset, cum Eleusio Cyzicum adiret: causamq; constitutionis eius addidit, ne scilicet propter religionẽ seditio moueretur: aduenis popularibusq; eorundem, qui eadem cum eis sacra colerent, opem illis ferentibus, & præterea lanificis & monetarijs inquilinis ad eos accedentibus. Isti enim maximo numero in frequentissimas duas classes diuisi, multorum Imperatorum constitutionibus, Cyzici habitabant, & non minimum tributum publico inferebant: illi quidem chlamydum militarium, hi autem monetæ nouæ. Græcam namq; superstitionem augere maximè & comprobare uolenti, uí publicitùs uti, & tantam hominum multitudinem irrogata pœna opprimere, parum commodum est uisum. Aegrè siquidem urbium rectores uel numerum ipsum Christiani populi inire potuerunt: necq; ille etiam in locum unũ eos conuenire, & precationibus, ut pro se quisq; uellet, uti prohibuit. Satis quippe sciebat, nihil prorsus ualere in eis rebus uim adhibitã, in quibus, ut constant, promptũ & uoluntarium requiritur iudiciũ. Clerum autem, atq; ecclesiarum religionisq; præfectos, ut exigeret, maximo contendit opere. Consilium'q; eius fuit, ut statas solitasq; multitudinis synaxes, ducibus eorũ sublatis, tolleret. Ita enim fore arbitratus est, ut neq; conuentus agere, neque docere, nobis, multo uerò minus de rebus diuinis participare, mysticaq; & arcana sacra peragere, facile esset: & ut diuturniore tempore in obliuionẽ etiam religionis nostræ prorsus peruenirémus. Atque interim obtentum illum prætexuit, quòd clerus facilè causam seditionis multitudini præberet. Eiusmodi agitant consilia, quum neque esset neque metueretur seditio ulla, Eleusium cum suis, sicuti dixi, Cyzico discedere iussit. Dicitur sanè pergrauem Eleusio imposuisse conditionem, ut scilicet nisi intra menses duos, sua ipse impensa, Nouatianorum ecclesiam; quam

Iulianus Cyzicenis idololatris quod petunt concedit.

Eleusiũ oropter pietatis opera Cyzicò expellit.

Christianos quoq; aduenas ab ea urbe repellit.

Plurimi Cyzici lanifici & monetarij.

Episcopis & ducibus Christianis ademptis, Iulianus se Christianissimum abolituru esse sperauit.

Frustra uis adhibetur, ubi uoluntas spontanea requiritur.

Dura Eleusio, de restituendo Nouatianorum templo, proposita conditio.

quam Cyzici ipſe demolitus fuerat, reſtauraret, ex ea urbe pelleret. Tito uerò A
Bostrenſis tum ciuitatis antiſtiti, edicto publicè promulgato, ut diuectus fugeret, præcepit: grauia crimina ei & clero eius, ſi ad ſeditionē populum commouiſſent, minatus. Titus ea de cauſa libellum ſupplicem ad Imperatorē miſit, in quo non minorem eſſe Chriſtianorū, quam Græcorum, in ea urbe numerū: ſeq; multitudinem ſuam cohortationibus, ne ad tumultū ſpectet, deterrere ſignificauit. Imperator ut populum reliquū aduerſus Titum concitaret, ad Boſtrenſes calūniam uiro intentans, literas dedit: ſcripſiſſe illū ad ſe, nō ipſius cohortationibus, ſed populū ſuo ipſius cōſilio, ad ſeditionem prorumpere. Atq; ille clàm plebem eo pacto, ut uirum eum perinde atq; inſidiatorem & hoſtē ſuū ciuitate eiiceret, permouit. Plurima uerò alia ad eundē modum, quà ipſius iuſſu, quà uulgi ſponte temeritate & inſultu, accidiſſe conſentaneum eſt. Quorum ille malorum maximè author fuit, qui in eos qui talia patrare auderent, legibus non animaduerteret, & uerbis ſaltem delicta eiuſmodi carperet, rebus autem ipſis ad ea perageda cohortaretur: quippe in quo altiſsimè odium religionis noſtræ radices egerit, idq; ipſe ſic præ ſe tulerit. Proinde etiamſi palàm ipſe perſequutionē non exerceret, nihilominus tamen Chriſtiani paſsim à uulgo graues acceperunt clades. Fana enim Græcorum aperiebantur, & ſimulacrorum ſuperſtitio applauſu maximo approbabatur. Ipſe aūt publicitùs ſacra ſua peregit. Et Conſtantinopoli Fortunæ in baſilica, ubi eius deæ ſtatua collocata fuerat, ſacrificauit. Vbi etiam Maris Chalcedonis in Bithynia epiſcopus, manu à puero eò ductus, quòd in eta te decrepita ſuffuſio oculorū uidendi uim ei ademiſſet, Imperatorem plurimùm taxauit: impium eum, contemptorem DEI, & deſertorē, ignominioſe appellans. Ad quæ non aliud per iram reſpondit, quàm quòd cæcitatem ſeni exprobrans, uerbis tantum illum eſt ultus. Et quòd CHRISTVM blaſphemia & maledicto B perſtringens, non tantum eum poſſe dixit, quem ille colerer, Gallilæum Deum, ut cæcitati eius mederetē. Sic enim hoc ei ſolenne erat, ut CHRISTVM Gallilæū, Chriſtianos autem Gallilæos uocaret. Cui epiſcopus, magna uſus dicendi libertate, occurrēs: Gratias, inquit, ago Seruatori meo DEO, qui ut uſum amitterem, pro eo atq; nunc res habent, curarit, ne impuriſsimum uultum tuum ad impietatem declinantem conſpicerem. Et ille placabilitatem quidē aſsimulans, nihil reſpondit, ſed rem eam tamen grauiter admodum accepit. Nam quum ſciret in quo honore apud Chriſtianos eſſent, qui ſub Diocletiano martyrium obierunt: & inſuper alacritatē eorum, qui ad idem martyriū aſpirarēt, cerneret, gloriā eis talē inuidēs, aliam inſtitit uiam. Quod enim ſummæ eſſet ſæuitię, ut per ſeipſum Chriſtianos excruciādos curaret, id repudiauit: ut eos autem occultè perſequeretur, nō poſthabuit. Quapropter uulgò populis, & alijs quicunq; tandem uellent in Chriſtianos quidquam cōmittere, id permiſit: ita demum ſuperſtitionem Græcorum inualituram arbitratus, ſi † malorum tolerantiam ueluti inescationem prætendens, placiditatem atq; humanitatem erga Chriſtianos ſimularet.

Sycophanticè prorſus Iulianus Titum Boſtrenſem urbe ſua exigit.

Græcē ſub Iuliano Chriſtiani ab ijs Romanis perſequutionem.

Iulianus Fortunæ publicè Conſtantinopoli ſacrificauit.

Maris Chalcedonenſis epiſcopus cæcus mira in taxanda Iuliani impietate uſus eſt libertate.

Scitè eius uiri dictum.

Iulianus Chriſtianis martyrij gloriā inuidit.

κὼ ἐξῆπατηκὼς αὐτὸν ὡς λεπτῷ προβαλλόμενος.

CAPVT XXI.

ET primùm quidē facilem & gratū ſe omnibus callidè præbuit: progreſſus deinde, non eundem, aut ſui ſe ſimilē exhibuit. Vbi nanq; calumnia aut criminatio aliqua Conſtātij eſſet, alacriter Chriſtianis omnia tribuit. At ſi ea cauſa non extaret: odium quod in nos cōmuniter in pectore reconditū habebat, in apertū protulit. Et quum hoc unum maximè ageret, ut omnes Imperio Romano ſubditi, Græcam complecterentē ſuperſtitionem, permoleſtū ei fuit, quòd religionē ſuam à Chriſtianiſmo gloria longè ſuperari

A gè ſuperari uideret. Templa quidē, ſacrificia, & patriæ Græcorū ſolennitates, feſtiq; dies per urbes ex ſententia ei ferè procedebāt. Illa uerò maximè ſollicitudine angebat, quomodo in poſterum quoq; cultum talem ſtabiliret: quòd metueret, ſi is præſidio ſuo deſtitueretē, ne breui rerū mutatione collaberet. In primis ſanè quaſi lethale uulnus ei hoc inflixit, quòd multorū ſacrificulorū cōiuges & liberos & miniſtros Chriſtianos eſſe uideret: & quòd ſecum ipſe cōſideraret, religionem noſtrā in ſanctitate uitæ morumq; integritate eorū qui eam complectū tur, cōſiſtere: omnem mouit funem, ut Græcorū mores ad inſtituta noſtra accōmodaret. Itaq; in idolorū templis fieri curauit ſubſellia & primarios ſuggeſtus: inſtituit lectiones & doctrinas, quæ tamē Græcis dogmatibus innitērent: præterea ſacerdotes & lectores more noſtro, item certas certarū horarum & dierū preces. Scholas etiā & phrontiſteria uirorū & mulierū philoſophiæ ethnicę addictarum, peregrinorumq; & egenorum cōſtruxit domicilia, atq; aliam inſuper oſtendit humanitatē, ut Græcorū ſacra talibus rebus admirationem conſequerentur maiorē. Delictorū quoq; quæ uel à prudentibus uel ab imprudentibus fiunt, ex conſuetudine noſtra pœnitentia interueniente, congruentes conſtituit coerciones. Eodem etiam ſtudio æmulari conatus eſt cōmendatitiarum literarum teſſeras, quas epiſcopi dare ſolēt, ut undecunq; & ad quoſcunq; hinc & inde hoſpites aduenient, moribus noſtris excepti benignè curentur, perinde atq; noti & amici per teſſeræ & ſigni eius teſtimonium. Et ut ſimpliciter dicam, eiuſmodi in animo uerſans conſilia, Græcos eodem quo Chriſtianos modo uiuere inſtituit: eosq; ſtudijs atq; inſtitutis alijs noſtris propalā aſſueſcere, extra dogmata tamen, & æquari nobis uoluit. Porrò id ita ſe habere, ex ipſius Imperatoris epiſtola, quam ad Arſacium, ſacrorum ſuorum in Galatia pōtificem, dedit, quantum licet oſtendam. Scribit autem ad hunc modum.

Iulianus Græciſſimum etiam ad poſteros cōfirmatū tranſmittere ſtuduit.

Idem cæremonias, ritus, & inſtituta Chriſtiana, in cultū idolorum inuexit.

Commendatitiæ Epiſcoporum literæ, de quibus Niceni cōcilij extat Canon.

Formatas uultas nō uocant.

B

CAPVT XXII.

GRæca religio nondū ex ſententia noſtra procedit, idq; eorū qui eam complectuntur culpa. Amplitudo enim & magnificentia deorum, optata etiam omnia & ſpem omnem excedit. † Sed abſit inuidia dicto. Tantam namq; tam breui mutationē, ne uotis quidem paulo ante experere quiſquā auſus fuiſſet. Quid igitur? an ſufficere iſta putamus: nec ad ea reſpicimus, quæ maximè impietatē deorumq; contemptū auxerunt? ad eam ſcilicet, qua aduenas excipimus hoſpitalitatem, ad curam mortuorū ſepeliendorum, atq; ad fictam uitæ ſanctimoniā: quorū unumquodq; apud nos ſingulari ſtudio uerè fieri oportere arbitror. Nec ſatis eſt te unū talem eſſe, uerùm etiam omnes omnino qui in Galatia ſunt ſacerdotes, tui ſimiles eſſe cōuenit: quos uel terrore, uel perſuaſione, ut probi ſint, adducito: aut ſacri miniſterij functionem eos deponere cogito: ſiquidē unà cum cōiugibus, liberis & ſeruis ad deorū cultum nō acceſſerint, ſed ſeruos aut liberos aut uxores Gallilæas retinuerint: quippe erga deos ipſos impiè ſe gerētes, cōtemptumq; deorū cultui eorundē præſidentes. Deinde ſacerdotē quemq; cohortare, ne in theatro cōſpiciatur, ne apud caupones potet, neue arti cuiq; aut operæ pudendæ & ignominioſæ præſit. Et morē quidē gerētes honore proſequere, rebelles uerò à te repelle. In urbe quaq; frequentia ad excipiendos benignè hoſpites xenodochia extrue, ut aduenæ non noſtræ tantū religionis, ſed alieni etiam, quicunque petierint, aut indigerint, humanitate noſtra perfruantur. Vnde autem ad eam rem pecunia ſuppeditet, prouiſum mihi eſt. Triginta enim millia modiorum frumenti, & ſexaginta millia ſextariorum uini, quotannis in eum uſum per Galatiam conferri iuſſi. Et quintam tributi huius partem pauperibus, qui ſacerdotibus inſeruiunt, dari

Epiſtola Iuliani ad Arſacium idololatrā pōtificem.

ἵνεος δ' ἐχρῆν τοῖς λόγοις ἀμῦναι ἢ ἀθλιότης.

Præſcribit leges Eccleſiaſticas impijs idolorum ſacerdotibus.

reliquum

reliquum autem omne aduenis & hoſpitibus, alijſq; petentibus diuidi debere A
cenſeo. Turpe ſiquidem eſſet, quum inter Iudæos mendicus nõ ſit, & im pij Gal
lilæi nõ ſuos tantũ, ſed noſtros etiam homines alant, ſi opem & auxiliũ noſtrum
requirere noſtri uiderent. Porrò Græcæ religionis obſeruatores, ut ad mini
ſterium huiuſmodi aliquid etiam conferant: & uicos eorum, ut primitias frugũ
dijs ipſis perſoluant, doce: homines q; Græcos officijs & benefactis talibus aſſue
fac, antiquitùs noſtri moris operisq; id fuiſſe eos admonens. Homerus enim Eu
mæum hæc ita dicentem inducit:

Hoſpes, uel ſi te noſtras pertingeret ædes
Aduena deterior, iuſtos auferret honores.
Ab Ioue namque uenit mendicus & hoſpes eodem:
Et nobis ſunt parua quidem, ſed munera grata.

Non committendum igitur, ut alijs bona noſtra æmulari permittamus, ipſi au
tem per ſocordiam nos pudore afficiamus, ſeu potius deorũ obſeruantiã & reli
gionem prodamus. Atq; ſi hæc te ita exequi audiero, hilarem & lætum me red
des. Prouinciæ rectores perrarò domi ſuæ uiſe: frequenter autem epiſtolas ad
eos mitte. Eiſdem in urbem aduenientibus, nullus ſacerdotum obuiam eat: ſed
quum in deorũ templa ingrediunt, intra ueſtibulũ ſaltem occurrat. Ne quis au
tem miles eos ædem ſacram ingredientes præcedat, ſequatur tamen qui uolet. B
Quamprimum enim magiſtratus ſolum delubri attigerit, priuatus redditur.
Tu ſiquidem, quod noſti, intra templum imperium obtines. Atq; id diuinæ etiã
flagitãt ſanctiones: quibus qui parent, ueri deorũ ſunt cultores. Qui uerò faſtu
efferuntur, inſolentis ſunt iactantiæ & uanæ gloriæ aucupatores. Peſsinunti
ſubuenire paratus ſum, ſi ipſi ſibi Deũm matrẽ propitiã reddiderint. Eam uerò
ſi neglexerint, nõ modò id reprehenſione non carebit, uerũ etiam (quod dictu
acerbum eſt) ne ad inimicitias nos irritent, periculum fuerit.

Apud Plin. lib. 6. cap. 32. inter Galatiæ oppida numeratur Gallorũ Toliſtobogorũ Peſsinus.

Non etenim fas eſt hominum ſuccurrere rebus.
Inferſi qui ſint dijs immortalibus ipſis.

Quapropter illis perſuade, ſi ſtudium curamq; meam ſibi conciliare uolunt, ut
uniuerſi ſimul matri deorum ſupplicent.

CAPUT XXIII.

Sic Iulianus, hoc quum ageret & ſcriberet, citra bellum Chriſtianos
ſe ad patrias conſuetudines traducturum putauit: omnemq; (quod
dicitur) lapidem, ut dogma noſtrum aboleret, mouit. Sed perſua
ſio difficilis ei fuit. Rurſum autem ſi propalàm uim adhiberet, pro
bro id ſibi fore credidit, quòd tyranni ſuſpicionẽ fugere contenderet. Nõ tamen
propterea quidquam de ardore ſtudioq; ſuo, ut ſubditos ad Græcam ſuperſti
tionem pertraheret, remiſit. Et quædã ille per ſeipſum agebat, quædam per præ
fectos ſuos expediebat. Ad Græcã autem omnes ſuperſtitionẽ, potiſsimũ uerò
milites aſſuefaciẽs, in primis maximum inter Romana uexilla ſignũ, quod Con
ſtantinus in crucis formam redactũ, iuxta diuinam (ut diximus) uoluntatem, in
exercitu præferri inſtituit, ad priorem ſtatum reduxit. Et in publicis tabulis ſe
ipſum depingi magno ſtudio curauit: atq; inſuper ſupremũ deorum ſuorum Io
uem affingi, ueluti è cœleſti nube deſpectantẽ, coronamq; & purpureã ueſtem
atq; alia Imperij inſignia demittentẽ: Mercurium itidem & Martem, utraq; ex
parte eum blandè intuentes, & quodammodo oculorũ nutu teſtificantes, elo
quentia eum excellere, nec minus ab arte bellica pollere. Hæc & alia hiſce ſimi
lia

Totus in hoc Iulianus incubuit, ut Græciſmum, Chriſtianiſmo abrogato, propagaret.

Labarum ad priorem formam reduxit.

In tabulis publicis ſe depingi, & deos ſuos addi curauit, ut homines idola colerent.

A lia pleroſq; ad Græcam religionem inuitãtia, publicis imaginibus aſpergi man
dauit. Atq; id fecit, ut per occaſionem honoris eius, quem moribus Imperatori
exhibere ſoliti erant, paulatim eos quoq; qui appicti erãt, adorare homines ad
diſcerent, & uetuſtæ conſuetudinis abuſus uafricie & calliditate omni ſubdito
rum mentem & iudicium furtim ſubuerteret. Tum enim demum ex ſententia
conſilium ſibi proceſſurum eſſe exiſtimauit, ſi perſuaſione huiuſmodi quò uel
let homines duceret, & deinde quæ reliqua eſſent facile aggrederetur. Legiti
mè uerò ſe rurſus in eos animaduerſurum putauit, qui ei non obſequerentur, &
in ueteribus Romani populi moribus nouare quidquam inſtituerent: præſer
tim quum aduerſus longam reipub. conſuetudinem & imperium ipſum delin
quere uiderentur. Aſtutiam talem pauci intellexere: qui etiam, quòd adorare i
magines tales nollent, pœnas luerunt. Vulgus autem, ſicuti ſolet, ignorantia ſu
pina & animo minus ſolicito, tanquam ueteri legi parendum eſſet, ita ut fors tu
lit, temerè ad imagines acceſsit. Et ille quĩ talia excogitaret & ageret, nihil præ
terea effecit. Enimuerò tametſi fraus eius ita deprehenſa eſſet, aliam tamen ten
tauit uiam, omnia excogitans atq; experiens, ut ciues ſuos in ſuperſtitionem ua
nam pertraheret. Atq; id quod inſtituit, priori dolo non fuit inferius. Quin po
tius manifeſtiore id & maiore uiolentia eſt auſus. Quapropter etiã occaſionem
multis, qui in aula Imperatoria ſtipendia faciebant, præbuit, ut animos uiriles
exhiberent. Veluti enim in conflaturæ fornacibus explorati, & qui habiti ſunt,
& qui reipſa fuerũt, Chriſtiani palàm apparuere. Poſtquam enim tempus ad
uenit, ut Imperator ciuibus congiarium daret (id quod antiquitùs apud Ro
manos Calendis Ianuarijs præcipuè, Imperatoriſq; & Imperialium urbium na
tali die facere receptum fuit) ſecum ipſe conſiderans, milites noſtros aperti can
doris & magnæ ſimplicitatis eſſe, pecunieq; cupiditate teneri, & conſueto do
B natiuo facile capi poſſe: arte quadam, ut uel inuiti dæmonibus ſacrificarent, con
ſilium inuenit. Lege namq; olim cautum erat, ut ad munus capiendum acceden
tes ſacrificarent. Atq; idipſum illi facere iubebantur. Propoſitumq; ſimul ad i
gnem erat & thus & aurum. Ibi fortem animum quidam declararunt, quod a
dolere thura nollent, donum contemnentes. Nonnulli naturæ improbitatem
ueteris legis obtentu contegentes, ne intelligere quidem ad quod malum de
lapſi eſſent, potuerunt. Alij lucroſa iactura, & fortaſſe formidine multorum tu
multuum ineſcati, quamuis errare ſe intelligerent, tamen quo minus animis ex
cruciarentur, effugere non potuerunt. Atq; ex eis, qui in tantam calamitatem i
gnorantia ſunt prolapſi, illud feciſſe traditi ſunt. Quum poſt ſacrificium id, con
ſuetudine fortaſſe ſic obtinente, communiter in conuiuio milites hilares epula
rentur, quod in compotationibus fieri conſueuit, propinantes inter ſe, CHRI
STVM in poculis nominatim aduocabant. Ibi ex conuiuis quendã uerba ea ex
cipientem dixiſſe ferunt: Perfacetè herclè facitis, quĩ CHRISTVM nunc inuo
catis, quem paulo antè, quum uos Imperator muneraretur, & thura in aram im
poneretis, abnegaſtis. Cum hoc dicto errorem ærumnamq; ſuam illi agnouе
runt, & confeſtim è conuiuio proſilientes, lacrymabundi publicè circumcurſi
tarunt, Deum & ſaniores conteſtantes homines, ſe Chriſtianos eſſe, atq; in ea
ſententia perſeueraturos, ignorantiaq; peccaſſe: atq; ſi hoc dicẽdum ſit, manus
ſolas Græcorum ſacris operatas, mentem uerò immotam permanſiſſe, aſſeuera
runt. Mox etiam, libertatis dicendi ardore adducti, Imperatorẽ adiere, ad pe
des eius quod acceperant aurum abiecere, & generoſo prorſus animo ab eo pe
tiere, ut ſuo ſibi munere accepto, eos iugularet: nunquã enim ſe pœnitentia du
ctum iri, ſi propter CHRISTVM totũ corpus pro eo pœnas luat, quòd dextra

Crimen læſæ Maieſtatis.

Donatiuo dando Iulianus ad idololatriã milites Chriſtianos allicere uult.

Chriſtianorũ militum cador et ſimplicitas.

Multi Principis donũ, quod dijs ſacrificare nollent, ſpreuere.

Plerique id fecere, & ſacrificauere.

Ex eis ſtatim pœnitentia eſt conſequuta nõ paucos.

Pulchrè pieq; dictum.

Pœnitentes milites, donatiuũ Imperatori ſuũ reſtituunt, & Chriſtianiſmũ liberrimè cĩ martyrij affectatione profitentur.

Inuocatio nominis Chriſti in propinationib. hilarioribus.

T incon-

incõsideratè peccauerit, quæ & munus acceperit, & dijs sacrificarit. Incidi quo- A que pedes sibi postulauere, qui tam importunè ad donum capiendum accelera-
rint. Hæc Imperator audiens, ira quidem commotus est: à cæde tamen eorum
Imperator eis cingulum adimit. abstinuit, ne eos martyrij honore dignaretur, qui sic contumelioſi in eum fuis-
Iouinianus. Valentinianus Valens. sent. Exauthoratos uerò ex aula Imperiali exegit. In his fuere, Iouinianus ille, Va-
lentinianus, et Valens, qui post eum imperauere. Atqꝫ isti quidem sic se gessere.
Quicunqꝫ uerò non animo recto sacra Christianorum colebant, & ueram bea-
titudinem honoribus caducis & pecuniæ posthabebant, absqꝫ timore ad sacrifi-
candum & Imperatori gratificandum procurrere: qualis etiã fuit sophista Con-
Hecebolius sophista in religione colenda Proteus. stantinopolitanus Hecebolius, qui ueluti quidam Euripus Imperatorum mo-
ribus sese accommodauit. Sub Constantio enim, ardore ingenti Christianam re-
ligionem coluit: ubi autem Iulianus animum ad Græcam superstitionem appu-
lit, horrendo prorsus modo animum mutauit, Græcasqꝫ ineptias & superstitio-
nem, si quis alius, & ipse quammaximè est complexus. Post hunc porrò rur-
Pœnitentia eiusdem. sum Christianum se esse professus est. In faciem enim supinus pro ecclesiæ fori-
bus prouolutus, mixtis cum clamore lachrymis, miserabiliter est uociferatus:
Proculcate me salem fatuum. Tales illi fuere talis & Hecebolius, & antehac &
postea fuit.

CAPUT XXIIII.

IMperator tam infesto quum esset in Christianos omnes animo, op-
portunitate ea arrepta, quamuis quod eis criminis loco obijceret,
Iulianus Christianos ab aula dignitatibus, & reipub. administratione remouet. non habebat: tamen quòd sacrificare noluissent, constitutione san-
xit, ne illi cum alijs rempub. administrarent, né ue honores caperent,
aut in aula Imperatoria merérent. Conuentibus solennibus & foro eos exegit.
A iudicandi quoqꝫ munere, & magistratibus dignitatibusqꝫ gerendis remouit. B
Et legem talem ferens, illud addidit: Christianas sanctiones statuere, gladio ad-
uersus eos utendum non esse, qui capitalia crimina committerent. Occasionem
quoqꝫ suam esse ratus, bellum quod contra Persas, qui orientem percurrebant,
Idem à Christianis sub prætextu Persici belli ingentem extorquet pecuniam. gerendum erat, quod sine pecunia nihil se rectè gesturum existimaret, dolum ut
eam à Christianis exigeret, est commentus. Et quicunqꝫ dijs sacrificare nollent,
eis pecuniæ mulctam grandem dixit. Itaqꝫ cernere tum erat perquàm acerbam
Christianorũ condemnationem, à quibus ea etiam quæ minimè habebant, exi-
gebantur, quum quidem alij omnes pro bonorũ suorum facultatibus tributum
Philosophi & idololatræ libere in Christianos illudunt. Humanæ eorũdem uictimæ. penderent. Ita Imperator subitò per iniquam pecuniæ exactionem copiosus fa-
ctus. Quo tempore etiam Græci liberè quodcunqꝫ illis uisum esset facientes, no-
bis insultarunt. Et undiquaqꝫ philosophorũ colluuies cõfluebat, qui uetera gen-
tilium sacra renouarunt, extis que inspiciendis & haruspicinæ uacarunt: adeò ut
pueros masculos & fœmellas impuberes atqꝫ incorruptos, ad aras deorum ma-
ctarint, & carnes eorum degustarint. Atqꝫ hæc quùm alijs in urbibus, tum ma-
ximè Athenis & Alexandriæ fecerunt. Vbi quòd Athanasius episcopus flagi
tijs tantis obstitisset, studio & opera eorũ exilio mulctatus est. Qui naui per Ni-
lum in Aegyptũ tendens, cursu deinde conuerso in eandem urbem rediit, sicuti
Præfecti prouinciarũ Christianos maximè affligunt. Iulianus Christianos de iniurijs per supplicationes querentes irridet. paulo antè retulimus. Porrò prouinciarũ rectores talem Imperatoris religio-
nem, opportunitatẽ suam esse censentes, grauius etiã quàm Imperator iubebat,
Christianos affligebant, ampliorem pecuniam extorquentes, & plagas etiã eam
ob causam corporibus ingerentes. Quod Imperator cognitũ paruifecit, et Chri
stianis eum accedentibus, molestiamqꝫ propterea ei facessentib. respondit: Lex
uobis à CHRISTO tradita est, ut malè tractati fortiter ærumnas feratis, & iniu-
ria affecti ne respõnsetis. Et id ex eo satis liquet, quod Amachius fecit, ut suprà
memo-

A memorauimus. Verùm nõ absurdũ fuerit, rem eam, quòd in primis memoria
digna sit, paucis repetere. In parua prouinciæ Phrygiæ urbe, delubrum quod-
dam Deorũ à diuturno situ & squalore repurgare, & simulacra diligẽti cura re-
stituere is iussit. Idqꝫ, ut mandatũ fuerat, factum. Ea res dolorem maximũ Chri-
stianis attulit. Nonnulli igitur, Macedonius uidelicet, & Theodulus, & Tatia-
Repetitur illustre & Laurẽtiano simile Macedonij, Theoduli & Tatiani martyrium. nus, quòd indignitatẽ eam ferre non possent, flagranti æmulatione incensi, no-
ctuqꝫ fanum ingressi, statuas confregere. Præfectus eo facto ad iram concitatus,
multos qui eius rei culpa uacarent, neci dedere instituit. Et ecce facinoris egre-
gij patratores seipsos deferẽtes adsunt, pulchrius esse ducẽtes, ut ipsi morerẽtur,
quàm alios sua causa nullo illorum commerito periclitari cernerent. Præfectus
noxã illis, si sacrificẽt, remitti iubet. Atqꝫ id illis abnuentibus, ruinas intentat. At
præclari illi adamantinis animis uiri, omnia potius perpeti, quàm ut sacrificijs se
contãminent, sunt parati. Ilicet ille uiros sanctos multis primùm excruciatos tor-
mẽtis, ubi quod uolebat, eis nõ persuasit, postremò craticulis imponit, ignẽ plu-
rimũ subijcit, atqꝫ ita interimit. Porrò illi crudelitatẽ Præfecti tantã, fortitudinis
„ tũ suæ coronidẽ esse ostẽdũt, præclara illa edita uoce: Si asellas carnes degustare
„ cupis Amachi, in alterũ latus nos uerte, ne semicrudi & ad edẽdũ parũ tibi sua-
ues reddamur. Ad eum modũ generosi isti uiri in martyrij stadio decurrerunt.

CAPUT XXV.

Iulianus iuuentuti Christianæ liberalib. Græcorũ studijs interdicit. AD hæc, ne Christianorum pueri Græcis disciplinis erudirentur, aut
poetas scriptoresqꝫ eorum legerent, scholasue publicas frequenta-
rent, lege cauit: Ne linguis eorum, inquit, acumine perpolitis, facile
disputatoribus nostris resistere, & sacra quidem sua amplificare, re-
ligionem autem nostrã refellere facile queant. Non paruũ enim ei dolorem mo-
Basilius magnus uere Gregorius & Basilius Cappadoces, qui omnigenã artem suam rebus mul-
Gregorius Nazanzenus. tis declarauerant, eius temporis oratores longè superantes: præcipuè Grego-
Apollinares duo. rius, qui uerba etiam uarijs poematũ generibus inclusit, eaqꝫ uersus nominauit:
& alij quamplurimi spectati uiri, quorum nonnulli Nicænam sequebantur fidẽ,
quidam Arij opinionem comprobabant. Syri etiam Apollinares, omni dicen
di genere probè instructi, præclari maximè eo studio cuasere, pater & filius sibi
cognomines, & disciplinarũ omnium periti. Et pater quidẽ grammaticus insi-
gnis, filius aũt inter Sophistas & Rhetores celebris fuit. Vterqꝫ sanè eo tempo-
re utilem Christianis se præbuit, opportunè & cõmodè ingenijs suis & multijuga
doctrina usi. Grãmaticus enim artis suæ peritissimus, pro Homeri poemate,
heroicis uersib. Mosæ libros & ueteres Hebræorũ res uscqꝫ ad Sauli regnũ com-
posuit: atqꝫ id opus in uiginti & quatuor libros diuisit, libro quolibet Græco-
rũ elementorũ appellatione, iuxta illorũ ordinem & numerũ, ad Homericę poe
sis imitationem inscripto. Edidit quoqꝫ, Euripidem æmulatus, Tragicos actus.
Pindari etiã lyram attigit, & comica argumenta ad Menandri exemplũ tracta-
uit, uniuscuiusqꝫ carminis legibus ritè seruatis, atqꝫ ut semel dicã, sumpta ex diui
nis literis materia, argumentis eis tractandis, librisqꝫ componendis, numerum
Cyclicarũ, quæ uocantur, & inter se in orbem cohærent, disciplinarũ æquauit:
idqꝫ breui admodũ tempore est assequutus. Ita ut illi habitu, eloquutione, & di-
spositione nihil ab eis differrent, qui apud Græcos hisce studijs gloriã sunt ade-
pti, & nullus Græcæ doctrinæ modus Christianis incognitus esset. Alter au-
tem Apollinaris iunior, & rhetor, eloquentiæ consultus, sacra Euangelia & epi-
stolas Pauli in Dialogis, Platonis formam & stylum referens, ita exposuit, ut nisi
homines antiquitatis uenerandæ prærogatiuã obseruarent, cõsuetisqꝫ delecta
rentur, nihil profectò eis concederet, qui apud Græcos itidẽ maximè celebrãn-
Luculentissima duorũ istorũ Apollinarium scripta.

tur, neq; minus noſtrorũ quàm illorũ lucubrationes admirationi eſſent, & edi- A
ſcerentur. In primis uerò iſtorũ ingenij felicitatẽ ſuſpicere conuenit. Veterum enim quilibet in una quapiã re ſtudium omne poſuit. Iſti uerò in omni doctrina cum laude exercitati, uſu publico flagitante, quũ ſtylũ feliciter prius expoliuiſſent, egregiè res & ſententias Chriſtianorũ tractarunt atq; confirmarũt. Et Imperatoris uerſutã calliditatẽ ſtrenuè refellerunt, atq; adeò librorũ ſolerti acumine fortiter conuicerunt. Ego uerò & Pſalmorũ librum heroico carmine ab patre optimè expreſſum inueni. Inſignẽ quoq; iunior Apollinaris librum elucubrauit ad Imperatorẽ ipſum, ſiue ad philoſophos Græcos, quem de Veritate inſcripſit: in quo etiam abſq; ſacrarum literarũ teſtimonijs clarè oſtendit, longè eos à recta de DEO opinione abeſſe. Imperator namq; eas ipſas literas irridẽs, & religionem noſtrã ludibrio habens, ad primarios eius temporis Antiſtites hæc uerba de libris noſtris ſcripſerat: † LEGI, COGNOVI, DAMNAVI. Ad quẽ nomine omniũ quendã ita reſcripſiſſe ferunt: * LEGISTI, SED NON COGNOVISTI: SI ENIM COGNOVISSES, NON DAMNASSES. Baſilij uerò reſponſum id eſſe dicunt, qui eo tempore Cappadociæ eccleſias epiſcopus curauit. Neq; adeò diſſentaneũ eſt, id ſcriptũ eius eſſe. Sed ſiue illius, ſeu alterius ſit, admiratione dignus uir talis eſſe uidetur, & dicendi libertatis & eruditionis cauſa. Atq; hæc quidem Imperator egit, & hæc Apollinares etiam reſiſtentes ei elaborarunt.

Iulianus libros Chriſtianorũ viſit & damnauit.

καὶ ἔγνων, ἀλλ' οὐ ἔγνως, εἰ γὰρ ἔγνως, οὐκ ἂν κατέγνως.

κατέγνωκα, ἔγνων, οὐ γνούς.

CAPVT XXVI.

NErumenimuerò Prouidentia diuina, ſimul & Imperatoris conſilio atq; impetu, & non minus Apollinarium ſtudio & opera, longè fuit potentior. Imperatoris enim conſtitutiones, ipſo ſublato, ſicuti mox oratione progreſsi dicemus, breui euanuerunt. Et illorũ lucubrationes poſtea non in magno fuere precio, perinde atq; editæ non fuiſſet. Sed occurret mihi fortè quiſquã: Quid hoc eſt quod dicis? inquiens. Vtilẽ enim Chriſtianæ reipub. minimè diuturnã Imperatoris aduerſus nos contentionẽ fuiſſe, atq; id diuinæ Prouidentiæ accepto ferendũ eſſe, quilibet ſanè dicat. Verùm Apollinarium ſtudiũ, quod Chriſtianiſmo impenderunt, reijcere, & Chriſtianos rurſum Græcas diſciplinarũ inſtitutiones in manibus uerſare, uix quiſpiã religioni noſtræ commodũ eſſe exiſtimauerit: quòd Græci libri detrimentum nobis afferant, deorũ multitudinẽ, fabulas & mendacia docentes. Aduerſus obiectionem iſtã ſtatim reſponſum noſtrũ afferemus. Doctrinam Græcorũ neq; CHRISTVS ipſe, neq; eius diſcipuli uidentur, uel recipiendã eſſe ut bonã & diuinitùs inſpiratam, uel reijciendam ut noxiam et incõmodam, cenſuiſſe. Atq; id non ſine prouidentia DEI factũ eſſe opinor. Non pauci enim apud Græcos philoſophi, non longè à cognitione DEI abfuere. Declarat id, quod nonnulli præſtantib. libris aduerſus Epicuri ſectatores pugnarunt, qui nullos deos eſſe aſſeruit, omniaq; fortuitò & ſua ſponte exiſtere ſenſit, & mundum nulla prouidentia regi apertè docuit. Eos illi redarguendo, & inſcitiam eorum euertendo, confutarunt. Proindeq; non exiguã utilitatem nobis, qui ueritatẽ rectæ pietatis ſequimur, attulerunt. Sedenim quamuis eò ſint progreſsi, non tamen caput ipſum, ſeu potius doctrinæ totius ſummũ uerticẽ attigere, ut uidelicet quod in profundo occultatum à ſæculis fuit, diuinũ inquam CHRISTI myſteriũ, cognoſcerent. Quod ſanè ſic ſe habere, Paulus etiã in epiſt. ad Romanos hiſce uerbis aſtruit. Reuelatur
» enim ira DEI de cœlo ſuper omnẽ impietatẽ, & iniuſtitiam hominũ, eorũ qui ue
» ritatem in iniuſtitia detinent. Quia quod de DEO cognoſci poteſt, manifeſtũ eſt
» in eis: DEVS enim eis manifeſtauit. Nam inuiſibilia ipſius ex creatione mundi,
» per ea quæ facta ſunt, intellecta perſpiciuntur. Sempiterna quoq; eius uirtus, & diuinitas:

Græcarũ artiũ ſtudia Chriſtianis utiliſſima.

πολυθείαν.

Pleriq; philoſophi Græci propè ad cognitionem Dei acceſſere.

Epicurei.

Nidẽ ad cognitionẽ ſummæ ſapientiæ non peruenerunt.

A diuinitas: ita ut ſint inexcuſabiles. Quia quum DEVM cognouerint, non ſicuti DEVM glorificarũt. Ex quibus uerbis illud ſatis liquet, ueritatis illos quidem habere cognitionem, quam illis DEVS apertam exhibuit. Reprehenduntur autem, quòd DEO cognito, non ut DEVM, pro eo atq; oportuit, coluerunt. Proinde illa uerborum iſtorum uidetur eſſe nobis relicta ſententia, conſectandas eſſe quibus uiſum fuerit, Græcorum diſciplinas, neq; per ea reiectam liberaliorem doctrinam. Et una quidem ratio noſtra ſic habet. Altera uerò illa eſt. Seruatoris dicta & diuinitùs inſpiratæ ſcripturæ, admirandæ quidem prorſus doctrinæ ſunt & inſtitutiones, rectam uitam & religionem ueram nobis tradentes. Fidem inſuper DEO gratam ſtudioſis exhibent. Minimè uerò nos diſſerendi docẽt artem: ut ſatis idonei ſimus, quum uelimus, tempore flagitante, pro eis fortiter aduerſarijs reſiſtere, eaſq; colluctando defendere. Porrò ſuis ipſius armis hoſtem ferire, ſtrenui admodum & fortis uiri eſt. Id uerò ipſum Chriſtianis ex lucubrationibus, quas Apollinares reliquerunt, ſatis addiſcere minimè licuiſſet. Quod quum certò Iulianus ſciret, ne Chriſtiani Græcorum doctrina imbuerentur, lege ſanxit. Non etiam ignorabat, fabulas ethnicas famam & gloriam ipſius obſcuraturas, & criminationis cauſam aduerſus eum allaturas: quas etiam Socrates inter Græcos philoſophos præcipuam laudem conſequutus, quum nihili faceret, ueluti adulterare ſacra Græcorum, & nouos Deos inferre inciperet, cõdemnatus eſt. Tertia ratio noſtra hæc eſt. * Spectatos numularios nos eſſe diuinum oracullum iubet, & ut pulcherrimum quodque ex rebus omnibus delígẽtes, quod malum eſt abijciamus, quod bonum autem diſquiramus,
B atq; inuentum retineamus. Attenti quoq; præcipuè ut ſimus, ne quis prædam è nobis agat, per inanem & uanam philoſophicorum dogmatum ſeductionem. Id autem quomodo perſpicere poſsimus, niſi illorum ſubeamus arma? Non equidem, ut eis uſurpandis eadem quæ illi ſentiamus, ſed ex abundanti, ſuis contra eos potius utamur telis. Et malum quidem auerſemur, quod uerum autem & opportunũ eſt legentes cautè recipiamus. Vbicunq; enim aliquid boni eſt, ipſius ueritatis id eſt. Quod ſi quis accuratiore perſuaſione nos hæc cõtorquere atq; affectatè dicere arbitretur, illud mihi conſideret uelim: ipſum diuiniſsimum Paulũ non ſolùm Græcis doctrinis nobis non interdixiſſe, ſed etiã alicubi in epiſtolis ſuis, uerbis earum uſum eſſe, ut qui eas quoq; attigerit. Videtur ſanè multa quæ à Græcis ſunt dicta, didiciſſe. Niſi enim Epimenidis Cretenſis oracula legiſſet, uiri ſacra & cæremonias inſtituentis, quomodo uerſum illum protuliſſet,

» *Cres ſemper mendax, mala bellua, uenter obeſus?*

Vnde etiam hemyſtichium illud ſumpſiſſet,

» *Huius namq; ſumus genus:*——

ſi Arati Aſtronomi φαινόμενα, hoc eſt, de ſtellis apparentibus librum non attigiſſet? Sed & illud,

» *Studys obeſt conuictus improbus bonis:*

ſatis indicat, eum in Euripidis fabulis libenter uerſatum fuiſſe. Id quod itidem ante illum Solomon in eandem ſententiã dixit. Verùm quid opus eſt pluribus hanc rem perſequi? Iam inde enim ab initio, ueluti cõſuetudine & ſtudio eo nõ interdicto, uiri ſancti fauore & gratia ſpiritus locupletes, & eccleſiæ noſtræ doctores inſignes, à tenera ipſa ætate ad ſenectutem uſq; ſedulò Græcorũ libros legerũt: partim ad linguã ſermonemq; expoliendum, & mentẽ exercendam: partim ut ex rebus deterioribus id quod ineſt boni colligerent. Qua re illud etiã conſequuti ſunt, ut rectè Græcos in eo quòd à decoro exciderunt, & per errorem lapſi ſunt, damnare poſſent. Indicat hoc Baſilius magnus, & Ioãnes qui propter eloquen

Socratis philoſophi condemnatio, quòd deos Græcos contempſerit.

Omnia probẽ da, quæ bona ſunt tenenda.

Eloquẽtiſſimi Theologi, Baſilius, Chryſoſtomus & Gregorius.

eloquentiæ ſuauitatẽ Chryſoſtomi nomen accepit, & magnus itidem in Theologia Gregorius: qui hunc etiam locum de Græcis diſciplinis in oratione funebri de magno Baſilio tractat. Aequum ſanè eſt uiſum, eum locum tempeſtiuè huic operi, ad ea quæ agimus comprobanda inſerere. Satis namq; apparet, nõ ipſum ſolum optimè in eis diſciplinis eruditum eſſe: ſed alios quoq; illum ad eas diſcendas exhortari: ſimulq; iniuriarum eos accuſare, qui eruditionem Græcam aſſectantibus obſtant. Sic enim ſcribit: Omnes opinor qui ſaniore mente ſunt, hoc cõfiteri, doctrinam inter ea quæ nobis ſunt bona, præcipuam eſſe. Non iſtam ſolum præſtantiorẽ noſtram, quæ elegantiam oſtentationemq; orationis omnẽ negligens, ſaluti uni & rerum intelligendarum pulchritudini inhæret: ſed externam etiã illam, quam multi Chriſtiani perinde atq; inſidiatricem, fallacem, et longius à DEO abducentem, contemnentes deſpuunt, peruerſa ſanè & periculoſa perſuaſione. Quemadmodum namq; cœlum, terram, aerem, & quæcunq; in his ſunt, quamuis homines nõnulli malè ea accepta, quæ DEI eſſent opera, pro Deo coluerunt: propterea tamen non deſpicimus, ſed quantum utilitatis habent ex eis ad uitæ uſum percipimus: quod uerò noxium eſt in eis, fugimus: neq; quod ſtulti faciunt, aduerſus creatorem creaturam ipſam quaſi ad rebellionem commouemus: uerùm ex rebus conditis conditorẽ deprehendimus, & quod diuus Paulus ait, in captiuitatem redigimus intelligentiã omnem in CHRISTVM. Ac ſicuti ignem, alimentum, ferrum, atq; alia, per ſeipſa quidem uel utilia uel incommoda maximè eſſe ignoramus: ſed de eis, pro eo atque hominibus illis qui eis utuntur, uidetur, iudicamus. Quum etiam in reptilibus feris quædam ſint, quæ utiliter ad ſalutem pharmacis & remediis miſcemus. Sic quoq; ex diſciplinis iſtis, quod ad ueritatem inquirendam, & iudicium acuendum, nec non ad contemplationem exercendam facit, id recepimus: quod autẽ ad dæmones ipſos & ad perditionis profundum deducit, deſpuentes reiecimus: propterea quòd ex eis rebus in ueræ pietatis ſtudio non itidem adiuuemur: eo pacto meliora ex deterioribus addiſcentes, & imbecillitatem illorum in robur doctrinæ noſtræ conuertentes. Non igitur cõtemnenda eſt doctrina liberalior, propterea quòd hoc ſic quibuſdam faciendum uidetur: ſed prauitatq; ineruditi, qui in ea ſunt ſententia, cenſendi ſunt, qui alios omnes ſibi ſimiles eſſe uelint, ut in communi ſui ſimilium frequentia latẽre, & inſciriæ ſuæ reprehenſionem effugere ualeant. Hæc diuus Gregorius. Baſilius uerò magnus non ſolum doctrinam Græcorum diſcere permittit, ſed etiam præclaro libello maximè hoc confirmat, cui titulum fecit, Quomodo iuuenes ex Græcis diſciplinis utilitatem capere poſsint. Hæc de Apollinaribus, & Græcorum doctrinis dicta ſufficiant.

Gregorij Nazanzeni ſentẽtia de uſu et utilitate profanarum literarum.

Baſilius Magnus hac de re libellum compoſuit.

CAPUT XXVII.

IMperator aũt ingẽti à Chriſtianis pecunia extorta, expeditionẽ aduerſus Perſas molitus eſt, & Antiochiã Syriæ ſe cõtulit. Atq; ibi liberalitatis ſuæ ſtudiũ Antiochenis probare uolens, res in foro uenales & neceſſarias ad certũ cõſtitutũq; precium reduxit: nõ cõſiderãs ſecũ ipſe, ubi militũ ſit frequẽtia, ibi accidi in urbibus rerũ omniũ copiã, uicinoſq; etiã ea de cauſa annonæ detrimẽto affici. Itaq; caupones emere, & rurſum uẽdere res ad uictũ neceſſarias quæſtus gratia ſoliti, quòd iacturã eam nõ ferrent, multa cõtra Imperatorẽ uociferati, negociatione ſua ſuperſederũt: eoq; modo ut rerũ neceſſariarũ penuria urbẽ inuaderet, effecerunt. Antiocheni uerò (procliues enim ſunt ad cõtumelias homines) impudẽter & liberè Imperatorẽ riſerũt, & ſcõmatibus in barbã eius luſerũt, q prolixior ea eſſet, tondi eã ad funiculos plectendos oportere dicẽtes: atq; item in numis eius qui effigiẽ tauri habebant, cauillati ſunt,

Iulianus Antiochiæ parũ prudenter certum rerum uenaliũ inſtituit precium.

Scommata Antiochenorũ in barbã Iuliani, & numos eius.

A ſunt, perinde atq; à præcipiti tauro mundũ ab ipſo imperante cuncti iactantes. Quũ enim ſupra alios omnes admodũ ſuperſtitione teneretẽ, & quotidie tauros ad ſimulacrorũ aras mactaret, & aram & taurum numo ſuo imprimi curauerat. Proinde ira ex ſcommatibus eiuſmodi percitus, malè ſe accepturũ Antiochenos minatus eſt, & Tarſum Ciliciæ conceſsit, atq; inde res ad bellũ neceſſarias exercitui ſuppeditare inſtituit. Cæterũ minas factis executus non eſt: ſed uerbis tantũ in Antiochenos cõuicia retorſit, orationemq; præclarã & facetam ira remiſſa in eos cõſcripſit, quã Antiochenã & μισοπώγωνα, hoc eſt, barbæ inimicã inſcripſit; Atq; eo pacto ſe iniuriã uindicaſſe exiſtimãs, Perſicã expeditionẽ, perpetua nota urbi Antiochenę inuſta, eſt proſecutus. Antiochię porrò erga Chriſtianos eadẽ eſt importunitate uſus, omnibus modis id agens, ut Græcorũ ſuperſtitio inualeſceret. Cæterùm quid circa Babylæ martyris ſepulcrũ, & in tẽplo Apollinis Daphnæi acciderit, periniquum eſſet, ſi ſilentio præteriremus. Id uerò inde ordior.

Taurus in numis Iuliani.

Oratio Iuliani contra Antiochenos, μισοπώγων.

CAPUT XXVIII.

INter Antiochiæ ſuburbia præcipuũ quoddam eſt, in quo frequentes florent cupreſſi, locus ualde nemoroſus, & uarijs alijs inter cupreſſos arboribus conſpicuus: & quæ inter arbores ipſas ſunt loca, prout anni tempus fert, omnis generis beneolentes producunt flores. Inſtar tecti autem habet eo loco, quæ ex ramorũ & foliorum denſitate ubiq; prouenit umbra, quæ ſolis radios non facile ſolum ipſum pertingere ſinit, neq; quidquam amœnitatis regioni ei deeſt. Non ibi aquarum copia irriguarum deſideratur: & gratum temporis temperamentum, Zephyriq; & alij uenti leniter ramis flatu ſuo incidentes, ſuauemq; ſuſurrum edentes, amœnitatẽ multam affe-
B runt. Eo loco Græci fabula conficta, Daphnem Ladonis fluuij filiam ex Arcadia, Apollinem amatorem fugientem, in nominis ſui arborẽ eſſe conuerſam: ipſum autem deum ne ſic quidem puellæ deſiderium abieciſſe, amoremq; ſuum ueluti ſolantem, amatæ uirginis frondibus caput cinxiſſe, eamq; etiam arborem factam complexum eſſe: neq; ab ea diſcedere uolentem, illi cum feſtiuitate quadã aſſediſſe, proindeq; honore diuturnioris moræ eum locum proſequutum, atque alijs locis illuſtriorem, ſibiq; etiam gratiorem effeciſſe ferunt. Hic homines caſti & moderati minimè uerſari ſuſtinuerunt, quòd regio ea ad deſidiam & libidinem admodum eſſet procliuis. Iuuenibus autem corruptis iucunda plurimùm & grata uiſa eſt, & prorſus amatoria: quos etiam eam in rem fabula ipſa inuitarit, Et dupliciter eis ad culpæ deprecationẽ fabulam non illepidam prætendentibus incenſa eſt libido, ut ſine pudore neq; ipſi pudici eſſent, neq; pudicos in eo loco eſſe paterentẽ. Qui enim ibi ſine amica uerſaretur, illiberalis planè, parumq; gratus uiſus, perinde atq; piaculum aliquod deteſtandum inde abigebat. Græcæ autem ſuperſtitionis obſeruatoribus præcipuè in maximo habitus eſt honore. Nam ſtatua ibi Apollinis Daphnæi magna uetuſtate exſculpta, & templum pulcherrimum altitudine & amplitudine mirifica, artificioſa manu cõſtructum fuit: quod Seleucum Antiochi, qui urbem eam ſub ſuo nomine magnificè primùm condidit, patrem conſtruxiſſe ferunt. Creditũ etiam longo tempore eſt, aquam ibi è fonte Caſtalio diuinatricẽ, nihil prorſus ab alia illa apud Delphos, ut nomine, ſic etiam efficacia differentem, profluxiſſe. Fama item fert, Adriano Imperatori, quum priuatus adhuc eſſet, reſponſum ibi de rebus futuris editum eſſe, eumq; lauri folio in fonte tincto futuri cognitionem literis deſignatam hauſiſſe: & quum reſponſum id ad exitum ſuum peruenisſet, ne alijs quoque ad eundem modum res futuras cognoſcere liceret, aggere multo fontem obſtruxiſſe. Hæc quidem ſic Græci tradunt. Gallus autem, ubi Cæſar eſt à Conſtantio creatus,

Locus Daphnensis ad urbem Antiochenam.

Eſt l. 11. C. titulus, De cuppreſſ. ex luc. Daphnen. uel Perſ. per Aegypt. non exci. uel uend.

Lambit Apollinei nemoris nutritor Orontes. Claud.

In umbroſo Daphnæ luco Conſtantinus magnus matri ſuæ Helenæ ſtatuam collocauit. Et ob eam cauſam locum eũ Δάφνης εἰσόδιον, Auguſteum ꝛc nominauit. Suid. Caſtalius fons oracularis.

Hadriano Cæſari reſponſum ibi datum.

Gallus Cæsar sacram ædem in Daphne cõ struxit.

creatus, Antiochiæ uixit, barbarorum ibi impetum & incursionem compescẽs. A Hic ut Christianus, quum maximè cos qui pro CHRISTO & dogmate nostro fortiter decertarunt, ueneraretur, locum talem à diuturna superstitione & improbo illo more liberandum atq; repurgandum duxit. Postquam autem non aliter se malum tantum extirpaturum esse putauit, nisi contra templum id, orationis domum construeret: opere eo pulchrè perfecto, urnam etiam Babylæ martyris in Daphnen transtulit: qui ante annos plures Antiochenæ ecclesiæ splendidè antistes præfuerat, & sub Numeriano fortiter certamẽ pro CHRISTO pertulerat. Martyrij eius hæc causa fuit. Episcopatum Babylas gerebat. Numerianum autem de dæmonis cuiusdam sententia cupido inuasit, ecclesiam Christianorum, quum frequentissima esset, ingredi. Et aduenienti ei, hierarcha ad templi uestibulum astans, ingressum præclusit: se pro uirili sua affirmans, non commissurum, ut ad gregem lupum ingredientem intueatur. Atq; ille statim quidem cœpto destitit. Episcopum autem primùm de tanta audacia criminatus est: deinde sacrificare etiam dæmonibus iussit, eam unam expiationem criminisq; abolitionem, & subsecuturi honoris & gloriæ conciliationem fore denuncians. Cui Babylas ingenti animo resistens, martyrij coronam recepit. Eius tum ossa Gallus transtulit. Quod ubi est factum, dæmonium deinde oracula non edidit. Et multi quidem propterea id consiluisse existimarunt, quòd sacrificijs & cultu eo quem antea illi exhibuerant, spoliatum esset. Verùm rem aliter se habere compertum est. In causa enim uerè erat, in uicinia quiescens martyr, qui eam rem non permisit, cœptum illius ui maiore prohibens. Sub Iuliano enim, quum ad satietatem usq; sanguine & uictimis expleretur, non minus mutum fuit. Et postremò ipsi illi imperatori de euentu Persicæ expeditionis consulenti (quum frequenter eò uenisset, quòd cædendis hostijs delectaretur, & multo sanguine Pythium ueneraretur) causam eius silentij indicauit. Vbi namq; templum ingressus, oraculo, quæ uisa essent, fidem eius periclitans, magnificis mactatis uictimis Iulianus proposuit: insuper quoque petijt, ne Deus, de quibus rebus inquireret, respondere grauaretur. Tum ille apertè quidem non significauit, se more suo propter Babylam martyrem non respondere: sed alio id modo insinuauit. Locum enim cum plenum esse cadaueribus dixit, & propterea se oracula edere minimè posse. Et erant ibi multi alij sepulti. Verùm Iulianus Babylam martyrem solum responsis obstare iudicans, confestim urnam eius transferri iussit. Quapropter Christiani aduenientes, martyrem in urbem ad quadraginta stadia intulerunt, ubi etiamnum situs est: nomine suo loco ipsi indito. Qui uerò urnam ferebant senes & iuuenes, alijq; chorum grauem & uenerandum efficientes, alius alium in uia ad psalmos canendos inuitarunt, sub illo quidem prætextu, quasi sudorem laborem q; uiæ leuarent: re autem ipsa, quod æmulationis ardore ferrentur, ut Imperatoris ineptam monstrosamq; religionẽ reprehenderent. Et canendo præibant, qui artem eam accuratius addidicerant. Inter alia autem multitudo illis succinens, & illam carminibus addidit partem: Confundantur omnes qui adorant sculptilia, gloriantes in simulacris suis. Tum sanè, qui antea philosophum se esse professus fuerat Imperator, longè alius deprehensus. Ira namq; commotus, perinde atq; iniuria affectus esset, affligere Christianos constituit: & eadem aduersus illos facere, quæ Diocletianus fecisset. Quòd uerò impetum eiusmodi expeditio Persica, quam urgebat, moraretur: Salustio, qui tum præfecti magistratum gerebat, mandauit, ut eos qui præcipui in ea quam diximus psalmodia fuissent, comprehensos coherceret. Ille quamuis uanæ Græcorum religioni esset

Ossa Babylæ martyris in eã ædem illata.

Sancti Babylæ sub Numeriano martyrii.

Propter Babylæ cineres oraculũ Daphnæ um obmutuit.

Babylæ reliquiæ ex luco Daphnensi in urbem Antiochenam transferuntur.

Hymnodiæ reliquias eas ferentium.

Propter hanc in Christianos excãdescit imperator.

Salustius præfectus.

A esset addictissimus, consilium id tamẽ non laudauit. Quòd autem mandato Imperatoris reluctari nequiret, postridie multos Christianos comprehendit, & carceri inclusit. Et deinde ex eis unum Theodorum nomine, adolescentem adhuc, produxit. Eum quum tormentis ingentibus subdidisset, & ad stipitem torturium suspendi, corpusq; eius satis diuerberari & concidi curasset, quòd martyrem inuictum esse uideret, non deprecantem, neq; doloris alicuius indicium præbentem, (perinde enim atq; non certatòr ipse, sed spectator earum rerum quæ in eo fiebant esset, constanter cruciatus perferebat: & hesternum illum concinebat Psalmum, re ipsa nihil ad se pertinere quæ ab eo per quæstionem requirebantur, ostendens) uix tandem tantis pœnis liberauit. Id quod tum demum fecit, quum iam torroribus uita destitutus esse uideretur. Atq; illius tantam fortitudinem & constantiam cum stupore admiratus Salustius, ubi ad Imperatorem uenit: Nisi, inquit, Christianos affligere destiterimus, ipsis quidem laudem & gloriam breui parabimus, nos autem ridendos omnibus proponemus. Porrò Salustij sententia laudata, & captiui illi dimissi sunt, & Theodorus post confessionem eam longo uixit tempore. Dicitur autem postea Rufinus, qui historiam ecclesiasticam latinè uertit, uirum eum aliquando conuentum rogasse, sensisset ne pœnarum tormenta, an plagas citra dolorem omnẽ pertulisset? Cui ille respondit: Non se quidem sine sensu cruciatuum fuisse: adolescentem aũt quendam sibi assistentem, fascia tenuissima sudorem absterfisse, & aquã frigidam infudisse, qua dolorum ardorem refocillarit, tormentorumq; uim sustulerit. Spiritui præterea suo robur indidisse, & incredibilem in tantis laboribus iucunditatem suppeditasse. Mihi certè hominis esse non uidetur, corpus ipsum ita despicere, nisi diuinũ præstò sit auxilium. Hæc de admirando isto Theodoro. Atq; B ob eam quæ dicta est causam, Babylas martyr in Daphnen translatus, atq; inde rursus deportatus. Breui uerò pòst, repentinum incendium in Daphnæi Apollinis templum incidit, quo cum tecto omni & ipso Dei simulacro conflagrauit. Et quasi temporis momento protinus nuda omnia apparuere, muri scilicet ipsi cum lorica sua, & columnæ quæ propylæum & * posticum templi sacrarium sustinuerant. Christiani incendium id dæmoni, martyre petente, accidisse putarunt. Græci ad Christianos authores retulere. Ea certe quidem de causa templi sacerdos tormentis subditus est, ut incendiariũ indicaret: sed cruciatibus multis toleratis, in uinculis indicare neminem potuit. Quæ res Christianis magnæ laudi fuit. Et homines plerique non mortalis cuiusquam insidijs, sed diuina uindicta templum id conflagrasse, igne cœlitùs demisso, existimarunt. Hæc sic se habuere. Cæterùm quum satis colligere ex eo quod factum erat, liceret, cladem eam templo in Daphne propter martyrem Babylã accidisse: ubi Iulianus, quẽ id non latebat, alias etiam diuis martyribus sacras ædes constructas esse, prope Apollinem Didymæum, siue gemellum, qui ante Miletum est, cognouit: Præfectis prouinciæ Cariæ scripsit, ut quæ templa ædificium altius, & tectum, atq; etiam sacram mensam haberent, in ea ignem inijcerent: quæ uerò dimidia ex parte absoluta essent, funditùs euerterent.

Theodorus psaltes grauissimè excarnifícatur.

Salustius fortitudinem & cõstantiam Theodori unicè admiratus.

Diuina consolatio Theodoro in tormẽtis exhibita.

Rufinus Ecclesiasticæ historiæ interpres.

Conflagratio templi Apollinis Daphnæi.

ὀπαδὸς δαίμονος.

Incendiũ id dæmonis uinctus exoratum.

Iulianus apud Miletũ iuxta Apollinis Didymæi templũ sacras martyrũ ædes euerti iubet.

CAPUT XXIX.

SEdenim quibus rebus Iulianus & Græci deorum potestatem adaugere atq; ostentare studuerunt, ex eis illorum imbecillitas atq; seductio, diuina adiuuãte Prouidẽtia, deprehensa sese exhibuit. Nã quæcunq; ab oraculis edita sunt responsa, penè omnia apertè falsa esse, & euentui minus respondentia, cognita sunt. Exercitum quippe aduersus Persas

Oracula idolorũ falsa Iuliano de euentu Persici belli responderunt.

Theodorit. addit Delum, lib. 3 cap. 21.

Persas ducturus, Delphos & Dodonen, qui uates ibi consulerent, misit. Et illi non solum bellum, uerumetiam uictoriam denunciauerunt. Tantum uerò à ueritate ipsa aberrarunt, quantum postea rerũ exitus ostendit. Porrò ex responsis eis unum ad mendacium redarguendum hoc loco apponere libuit: A

» *Nunc Di, Deæq; omnes, consurgite: sumite bellum,*
» *Atq; fero certum de flumine ferte tropæum.*
» *Dux ego uester ero, Mars sæuus belligerator.*

Tigris amnis.

Feram fluuium Tigrim nominauit, qui cognominem sibi animantem habet. Eiuscemodi oraculis deceptus miser, uictoriam somniauit: & tandem confirmatus, se ad Persicum bellum armauit. Aliàs tum quoq;, quum oracula simul & seorsim omnia respondissent, Imperatoris auunculũ Iulianum ægrum morituIuliano autẽ alia quoq; oracula respõderunt. Vnde ista diuinatrix in christianorũ persecutores perfecuta rum non esse: responsis ipsis legendis, ærumnose & miserabiliter is uitam finijt. Multi enim qui in Christianos & ueram pietatẽ furore suo debacchati fuerant, iustas dedere pœnas: manifestissimè autem omnium cum eis etiam Iulianus, illustri dignitate præditus, qui tum uniuerso Orienti cum imperio præfuit, deseruoris ipsius (sicuti diximus) auunculus. Præterea Felix Imperialium thesaurorum curator, & Elpidius Imperatoriæ domus præfectus: Comitem rerum priuatarum latina lingua uocat. Tres hi gratiosi maximè apud Imperatorem erãt: cui ut gratificarentur, posteriores duo ueram pietatem abiurauerant. Iulianus incendij Daphnæi templi & simulacri causam inquirens, Christianos id Deorum odio excitasse suspicatus, tametsi à uicinis agricolis de cœlo fulmine eam ædem tactam esse cognouit, non temperauit sibi tamen, quin aduersus uniuersarum rerum DEVM arma sumeret. Itaq; sacra uasa longè pretiosissima ecclesiæ magnæ, quam Constantinus magnus construxerat, in fiscum Imperatoris inferri mandauit: & forib. templi, quod tum Ariani habebant, clausis, ne quis eò ingrederetur curauit. Cum Iuliano, Felix & Elpidius, Imperialium pecuniarum quæstores, publicarum alter, alter priuatarum, in templum id direpturi uenerant. Horum Iulianus difficili & incognito morbo mox correptus, ad dies quadraginta ita distentus iacuit, ut neq; loqueretur, neq; sentiret quidquam. Causa morbi erat, quòd sacris uasis, quæ terræ illiserat, pro sedili usus fuerat: & episcopum Ecdicium, qui piaculũ tantum inhibere conatus fuerat, in caput uehementer uerberauerat, dicto illo insuper ingesto, Christianorũ rẽs à diuina prouidentia non curari. Et ualetudine paululũ recuperata, quùm seipsum ob nefandam sententiam suã condemnauit, tum uindictam diuinã qua affligebatur sensit. Et quum ita aduersus seipsum impiorum facinorum suorum testis ipse esset, uentrem deinde eius putredo & omnis generis ulcera conuulserunt, quæ ei mortem etiam attulere. Visceribus etenim atq; extis putredine ea corrosis, excrementa non iam per naturalia uim expellendi obtinentia membra egerebat, uerùm os sceleſtũ, quod blasphemiæ & maledictorum effecerat instrumentũ, pars corporis obscœna per quã excerneret, est factũ. Pudẽda ipsa, et qui circa ea sunt meatus, corrupti itidem sunt: caroq; eis in partib. putrefacta in uermes abijt, & morbus ipse medicorũ arte longè fuit potẽtior. Illi enim reuerẽtia & metu Imperatoris omnia experti sunt, et omni remediorũ specie adhibita, pinguedineq; pretiosarũ auiũ, quas diis sacrificabãt, mẽbris corruptis applicata, uermes profundius latitantes, in apertũ quasi quibusdã illecebris euocauere. At illi in membris occultioribus, ad carnem usuam magis magisq; prorepsere, neq; corrodere hominem destitere, donec uiolenta morte miserum enecarũt. Porrò tanta calamitate propterea mactatum esse ferunt, ex ira diuina, quòd sic ecclesiæ & sacris eius

Iulianus auunculus cũ Felice & Elpidio Quæstor. lib. 10 perialib. tẽplũ magnũ Antiochiæ diripuit.

Theodoritus addit, Iulianũ ipsum in sacrũ quoq; mensam uomuisse.

Verba cõuicia ad Iulianũ, apud Theodorit. Vt laudib. ôuir, Christũ Seruatorem uehas. conuenit, quòd per casligationẽ potentiam tibi suam exhibuit. Non enim eũ cognouisses, quẽ persequeris, misi pro longanimitate sua, diuinitùs hasce tibi intulisset plagas.

Iuliani auũculi ægritudo et mors horrenda.

Felicis in Christum blasphemia. Eiusdẽ miserãdus obitus.

eius uasis insultauerit. Felix autem uasis tanti precij conspectis (Constantinus namq; & Constantius liberalissimè ea comparauerant) arridens, & urbanè iocans: Ecce, inquit, qualibus uasis Mariæ filius diuina re peragenda colitur: eamq;, nec ob aliam quampiam causam, ex interioribus eius uenis una quæ maxima esset, rupta, tanquam per fistulam sanguinem per os eius emisit. Sic & ipse horrendum cernentibus omnibus spectaculum factus, non totum perdurauit diem: sed circa crepusculum, unà cum sanguine iam deficiente, simul etiam animam euomuit. Cæterùm tertius Elpidius, qui blasphemus quoq; in CHRISTVM fuerat, tardius ille quidem quàm alij pœnas luit: sed tamen inter eos qui tyrannidem affectarunt deprehensus, bonis omnibus exutus, grauesq; ærumnas alias in carcere perpessus, turpiter uitam finijt, sacer & detestandus ab omnibus iudicatus. Præter hos alius quidam cum reliquis in ecclesiam, quam donaria & res alias pretiosas prædonum more auferentes, eumq; qui sacra uasa curabat contumelijs afficientes, uastarunt atq; diripuerunt, ingressus: super reliquas indignitates, ueste subducta, sacrificij aram petulantissimè comminxit. Verùm illico pergraues & acres tanti flagitij tulit pœnas. Per quæ enim peccauerat, ad interiora usq; uiscera putredine consumptis membris, incredibilis inde uermium uis prognata, miserandum in modum, ut dicere calamitatem eam pudeat, extinxit. Sed & Heronem illum Thebis Aegyptijs ortum, qui episcopus creatus, casu quodam ad Græcam superstitionem defecerat, subitò putrida Morbus Gallicus. inuasit ægritudo, quæ totum illius corpus depasta, abominationem eum omB nibus reddidit. Quapropter rebus omnibus desperatis, in uiam est proiectus, nullam prorsus à quopiam miserationem consequutus. Christiani namque perinde atq; piaculum, omnibus modis eum sunt auersati: Græci autem hactenus tantum eum, quòd se errori & fraudi eorum subiecisset, agnouerunt. Et Heron quidem acerbissimè & miserrimè ita uita excessit. Alius autem, Theotecnus scilicet quidam, & ipse à nostra ad græcam religionem prolapsus, carne eius omni putrida carie consumpta, uermium materia factus est: & oculis illorum morsibus amissis, moriens per insaniam quæ eum corripuit, sua sibi dentibus conscissa atq; deuorata lingua, è grauibus tormentis ad longè deteriores maioresq; cruciatus migrauit. Sed & alij insuper talia quoq; ausi, condigna sceleribus suis tulere supplicia. Eiuscemodi multa eo tempore diuinum numen exhibuit miracula, commeritas iustasq; ab eis qui impudenter & apertè uerã pietatem oppugnarunt, pœnas exigens. De quibus hactenus.

Agnouit ille morbi causam, & Imperatorem, ut eis ecclesia quibus adepta fuerat, restitueretur, rogauit. Sed frustra. lib. 3. cap. 13. Diuina in Elpidium ultio.

Fœdissima eius mors, qui sanctius altare perminxit.

Mors miseranda Heronis, ex episcopo apostata.

Item Theotecni apostatæ quoq;.

CAPVT XXX.

EGo porrò aliud quoq; insigne miraculum, potentiam CHRISTI exhibens, & uindictæ diuinæ aduersus impios iudicium non minimum ostendens, ui temporum obrui non patiar. Phœniciæ urbs est, quæ antiquissimum nomen habuit Dan, appellatione ea ab ipso Dan, ex patriarchæ Iacobi filijs uno, accepta, qui tribus & gentis eius locum eum tum incolentis princeps & author fuit. Longo deinde tempore pòst, Herodis filius Philippus Cæsari gratificatus, de suo atq; illius nomine urbem magnificè ornatam ædificijs, Philippi Cæsaream cognominauit. Græci autem propterea quòd in ea DEI Panis statuam collocauerint, Paneadem uocarunt. In hac ipsa urbe fons quidã est. Ad hunc mulier illa quæ sanguinis fluxu laborauerat, præclaram ex ære CHRISTO erexit statuã, aliquam saltem benefactori suo ob depulsum sibi grauem morbum, officio eo gratiam rependens. Statua ipsa spectantibus plurimũ præbuit gratiæ & amœnitatis. Ad huius pedes * herba enata est, præsen-

Ciuitas Phœnicæ Dan, quæ eadem Paneas & Cæsarea dicitur.

Sup. lib. 6. cap. 15.

* Herba ibi dicta φάρμακον ad pedes statuæ Christi enata.

ἀδιεξόδους νόσους

præsentissimum ægritudinum omnium, potissimum uerò † tabidi morbi remedium. Et quum qui ea curabantur, summa diligentia causam tantæ efficaciæ inquirerent, inuenire tamen eam omnino non potuere. Temporis enim diuturnitate & oblitione intercideral, cuius nam ea statua formam referret, & cuius rei gratiâ ibi esset collocata. Quod namq; diuinum simulacrum sub dio astaret, non parum corpus eius etiam est immutatũ, & imbres ex locis superioribus limum secum trahentes, statuæ ipsi aggesserant. quam ob causam cognitio ea, quæ ex literis omnia indicantibus prouenit, incerta reddita. Cæterùm quum cura & diligentia maiore promanãs inde gratia inuestigaretur, terra illa effossa, literæ tum demùm apparentes, rem ipsam certò indicarũt. Et deinceps herba ea, ab eo tempore, neq; eo ipso neque alio loco est conspecta. Sedenim CHRISTI statua Iulianus deiecta, suam ipse in locum eius constituit. Et ecce derepentè ignis è cœlo uehemẽs deiectus, simulacrũ illius circa pectus discidit: caputq; unà cum collo deiectum, à pectore abruptũ in faciem prostrauit. Atq; id longo postea tempore sic durauit, fuligínem eam fulminis apertè, ueluti per inscriptionem columnæ incisam, testificans. Statuam autem CHRISTI, Christiani tum in Diaconicum ecclesiæ transtulerunt: & honoratiore loco positã, cultu conuenienti prosecuti sunt. Locum namque eum libenter frequentantes, & imaginem ipsam inspectantes, desideriũ suum & amorẽ erga statuæ ipsius archetypũ, primariumq; exemplar declararunt. Impij porrò Imperatoris istius temporibus, qui Paneade fuere Græcæ superstitionis sectatores concitati, statuam eam, sicuti dixi, loco suo motam, funibus ad pedes uinctis, per mediam traxere uiam, omnícq; impietatis genere contumelioſissimè affecere. Ita illi reliquum imaginis corpus comminuerunt, & caput à membris suis diuulsum distraxerunt. Quod sanè nõnulli, qui flagitio tanto, ita ut par erat, indoluere, clàm sublatum, sicuti potuerunt, conseruarunt, itidemq; & alias corporis partes collectas in ecclesia reposuerunt. Herbæ, quam ibi enatam diximus, speciesnulli uel medicorum, uel aliorum peritiam talium rerum consectantium, cognita fuit. Mihi uerò minimè mirandum uidetur, noua hominibus exhiberi beneficia, nouo subinde modo DEO ipso eos inuisente. Nam alia quoq; plurima miracula, quæ in certis uicis ac regionibus sunt, solis incolis, sicuti consentaneum est, ex uetusta maiorum traditione nota esse, quæ sequitur narratio uerissimè declarat.

In locũ statuæ Christi Iulianus imperator suam reponit. Iuliani statua fulmine deijcitur.

Legitimus & pius statuarij & imaginum usus.

Idololatræ Christi statuã comminutissimè tractarũt.

Herba salutaris.

CAPUT XXXI.

Nicopolis Palæstinæ, quæ olim Emaus dicta.

IN Palæstina ciuitas est Nicopolis nomine, quæ uicus antiquitùs fuit, sacro Euangeliorum libro cognitus, in quo Emaus nuncupatur. Eam quippe Romani postea, Iudæis fortissimè deuictis, metropolicq; eorũ Hierusalem capta atq; euersa, ex euentu nomine impositò, Nicopolim uocarũt. Ante ciuitatẽ istã in triuio, ubi uidelicet CHRISTVS post resurrectionẽ à mortuis, cum Cleopa comitẽq; eius iter faciens, in uicum alium se properare finxit: fons quidam est, morborum hominibus omnium, atq; etiam uariorum animantibus ipsis laborum auxilium. Hic CHRISTVM dicunt cum discipulis suis, ubi de itinere longiore fessus esset, quum nobiscum in terris uersaretur, pedes lauisse: atq; ex eo tempore salubrem ad ægritudines dispellendas eam undam esse factam. Hermopoli quoq; Thebaidis arbor esse, quam Persæam uocant, dicitur, multis morbis medicinam afferens, si uel festuca uel folium ex ea ægris applicetur. De qua illa adhuc fama apud Aegyptios obtinet, Deigenitricem unà cum Ioseph Herodem fugientẽ, ductu Ioseph Hermopolim uenisse: & quam primùm urbis portam attigisset, arborem eam aduentum CHRISTI ferre non potuisse:

Fons ibi salutaris.

Persæa Hermopoli ἀλεξιφάρμακος arbor. Si quis Daphnẽsis luci in Syria, uel Persæis in Aegypto ar-

Sozom. Perstdẽ nominat, lib. 5. cap. 21.

A potuisse: & quamuis procera admodum esset, ad solum ipsum tamen se demisisse, & paradisi olim satorem adorauisse. De arbore ea, hæc quæ legi, scribenda esse duxi. Ego uerò eam quasi quoddam symbolum, seu signum fuisse puto CHRISTI ipsius in urbem eam aduentus: aut certè sicuti conijcere licet, eam propter proceritatem & pulchritudinem Græcorum moribus ab urbis incolis diuino honore cultam, tum commotam esse, dæmone qui per eam est cultus exhorrescente ad præsentiam eius, qui aboliturus & oppressurus eos omnino fuerat. Sed tum quoq; cuncta Aegyptiorum simulacra diffluxere, CHRISTI non ferentia aduentum: iuxta id quod de eis ab Esaia est dictum. Cæterùm dæmone ex arbore ea pulso, ad certum rei gestæ indicium, prona & inclinata permansit, fide accedentes sanans. Harum rerum Palæstini & Aegyptij idonei fideq; digni sunt testes.

horem comparauerit, quinque libris auri nouerit se esse mulctandum. l. 1. De cupress. ex luc. Daphneus. C. lib. 11. Aegyptiorum simulacra diffluentia.

CAPUT XXXII.

IMperator autem, quum Christianis infensus, eos semper odio persequeretur, erga Iudæos tamen, eorundemq; maiores & duces, non paruam exhibuit mansuetudinem & beneuolentiam: & ad eorum populum, ut pro se & imperio suo precarentur, scripsit. Atq; id eum feciſſe coniectura est, non quòd religionem eorũ colendam duceret: (non enim ignorabat, ueluti parentem eam esse Christiani dogmatis: & quos illa iactat Patriarchas & Prophetas, de eisdem nos quoq; gloriari) sed probè ei implacabile Iudæorum erga nos odium perspectum fuit. Itaq; nobis iratus, per suum in illos studium & curam ægrè nobis facere est conatus. Præterea uerò promptos paratosq; eos esse arbitratus est, ut primo quoque tempore ad Græca sacrificia adducerentur, qui uerba tantum & literam sacrorum librorum reciperent, ne-
B que per contemplationem ad occultiorem eorum sensum respicerent: sicuti Christiani, atque etiam inter Hebræos sapientiores & præstantiores faciunt. Et sanguine uanaq; superstitione ipse gaudens, nisi alios quoque in idem pertraheret malum, pro detrimento ingenti habuit. Insuper & alia quadam de causa Seruatoris oracula, quæ Hierosolymis talem denunciant euersionem, ut ne lapis quidem super lapide mansurus esset, uanissimus ille mendacij arguere uolens, id fecit. Tantùm uerò abest ut aliquid studio suo effecerit, ut inuitus etiam certitudinem & immutabilitatem eorum magis confirmarit. Atque audacia eius, quæ sibi probro affectura uidebatur Dominica responsa, eaq; prorsus abolitura, non sensit ipsa se reuerentiam illorum, in quæ opprobrium aliquod cadere nequeat, deprædicare. Romanorum enim Imperator ille Hadrianus, qui & Aelius est dictus, & Hierosolyma euertit, ut Iudæorum gentem prorsus ab ea urbe dimoueret atque dispelleret, & ne memoria quidem eis ueteris nominis relinqueretur, neque ipsi ex appellatione causam aut occasionem recuperandæ patriæ haberent, nomine (sicut potuit) mutato, Aeliam à seipso uocauit: ea ipsa re, quamuis inuitus & imprudens, ueritatem Domini nostri oraculis attestatus. Veritus namque fuerat calida præcipitiaq; & periculum temerè aggredientia Iudæorum ingenia, ne per prætextum diuini cultus, qui lege lata in urbe ea peragi deberet, exercitu coacto negocium Romanis exhiberent. Iulianus porrò contumelias in nos suas adaugens, gentis eius primarios uiros patriorum morum admonuit, & quam'nam ob causam non iuxta Mosæ leges uiuerent, interrogauit. Atque illi ubi dixerunt, omnibus modis cauendum sibi esse ceu rem abiuratam, ne alibi quàm Hierosolymis, qua urbe prorsus excidissent, sacra patria peragerent: data illis pecunia, ut quàm possent celerrimè Solomonis restaurarent templum, eos est cohortatus, ut ad exemplum maiorum suorum ueteri

Hebræi quòmodo sacra accipiant Biblia.

Sicuti Hadrianus imperator, ita Iulianus quoq; ingratis ueritatẽ oraculi Iesu Christi de euersione templi Hierosolymitani, confirmauit.

Iulianus Iudæos ad templum Hierosolymitanum restituendum excitauit.

more sacrificarent, & rem diuinam facerent. Sic quidem ille. Iudæi uerò opportunum tandem tempus eius rei, quam dudum desiderauerant, conficiendæ nacti, studio omni in id opus incubuere. Et iam aspectu Christianos territantes, seqꝫ supra illos extollentes, clades omnes, & quascunqꝫ ipsi à Romanis olim perpessi fuerant grumnas, se nobis illaturos esse sunt minati. Sed miseris illis in mentem non uenit, perfici eam rem minimè posse, quam uerbis disertis ueterum prophetarũ oracula denegent, & abnuant. Cæterùm quum tanto studio ad id opus ferrentur, quicunqꝫ in arte ædificiorum condendorum celebres essent congregatis, materiam ad structuram omnem compararunt, locumꝫ ipsum splendidè repurgarunt: & sumptis ex publico impensis, argenteos etiam fieri curarunt ligones. Tanto uerò in opere tali ardore fuere, & alacritate tanta elaborarunt, ut ipsæ mulieres in sinu uestibusqꝫ suis purgamenta exportarint: & quæcunqꝫ eis essent monilia, & mundum muliebrem omnem non grauatè in structuram eam impenderint. Et quamuis Græci aliena ab illis essent uolũtate, tamen & ipsi eos in studio & labore eo adiuuarunt, conatum talem ad exitum suum perductum iri arbitrati: quo ipsi quoqꝫ falsas esse CHRISTI prædictiones, oraculaqꝫ eius intercidisse factarent. Atqꝫ ubi iam reliquias structuræ ueteris eximis fundamentis effoderunt, & solum ita repurgarunt, ut ne lapis quidem super lapidem, iuxta responsum illud, permaneret: & postridie ut primum iacerent fundamẽtum, ad locum cum uenerunt, terræmotum ingentem ortum esse dicunt: & quòd uehementi eius concussione ex ipsis fundamentis lapides eijcerentur, non paucos ex Iudæis enectos esse, qui uel ad operis spectaculum uenerant, uel structuram ipsam curabant. Publica enim ædificia ipsi templo uicina soluta, atqꝫ cum impetu collapsa, eis quos intus oppressere, sepulcrorum loco fuere. Qui autẽ effugere uoluerunt, semineces iacuere. Fuere qui crura & manus & membra alia, pro eo atqꝫ clades fortè quemqꝫ comprehendit, repentino casus impetu mutilata retulerunt. Terræmotus uix conquieuerat, & qui reliqui erant, opus rursum aggrediuntur; ut simul & quod magnopere cupiebant perficerẽt, & ineuitabilem indignationem, quæ ex necessitate Imperialis constitutionis eis imminebat, effugerent. Facile namqꝫ naturà homines, quibus delectantur studijs & laboribus, tendere semper ad detrimentum solent. Qui id unum profuturum existimant, quod sibi efficiendum proposuere, suo ipsorum ad id protracti errore: neqꝫ illi utilitatem consilio ante cœptum opus capiendo deprehendere possunt: neqꝫ periculis inuoluti, & experientia ipsa de eis admoniti, prudenter se, pro eo atqꝫ deberent, explicant, sicuti & Iudæis tum accidit.

Iudæi studio summo in structuram templi Hierosolymitani incumbunt.

Adiuuãtur ea in re à Græcis.

Terræmotus ædificationem dissicit atqꝫ impedit.

Denuò Iudæi opus aggrediũtur.

CAPVT XXXIII.

IMpedimento namqꝫ tanto obiecto, satis euidenter considerare erat, indignari instituto operi DEVM. At illi denuò admota manu, quæ perficere nequirent, sunt aggressi, Cæterũ quum iterum structuram experirentur, ignis ex ipsis fundamentis exiliens, & alius item de cœlo imminẽs, plures etiam quàm antea consumpsisse fertur. Atqꝫ id ita dicitur & creditur, neqꝫ quidquã ambiguitatis habet. Illo tantum uariatur. Quidã enim aiunt, quum sacrum locum adire contenderent, flammam eis obuiam, id quod dictum est, peregisse. Alij autem, simulatqꝫ agger efferri cœptus esset, id accidisse affirmant. Siue aũt hoc, siue illud uerũ est, nihil certè tanto miraculo derogat. Igne porrò, sicuti dictũ est, cœlitus demisso, mallei, scalptra, serræ, secures, asciæ, & quæcunqꝫ ad ædificationẽ commoda operarij cõportauerant, celeriter in cinerem sunt redacta: quòd incendiũ tale die totò grassatũ sit. Et Iudæi maximo eorepti pauore, etiã inuiti CHRISTVM uerũ DEVM esse sunt professi: sequi tamẽ eum

Rursum structura igne cœlesti & infernali impeditur

Instrumentum fabrile omne consumptum.

A eum nolentes, in errore adhuc Iudaico conquieuerunt. Sed & aliud quod ad hæc accessit miraculũ, eos ad fidem nõ perduxit, quod prioribus & manifestius fuit, & admirandũ magis. Nam proxima nocte, sua sponte uestes eorum crucis signis radiorum instar conformatis, sunt consignatæ. Ita omnes uestitum tanquã stellis uariegatum, & lanificâ arte atqꝫ solertia distinctum habuere. Quo illucescente die uiso, eluere & detergere crucis notas conati, nihil egere. Hęc, qui tum Hierosolymitanus episcopus fuit Cyrillus, cernens, Danielis prophetæ uerbum secum ipse in animo perpendit (quod & CHRISTVS postea in sacris Euãgelijs authoritate sua comprobauit) & omnibus prædixit, aduenisse tempus, quũ Seruatoris oraculum, Non mansurum scilicet esse lapidem super lapide in templo, exitũ suum habeat. Atqꝫ hoc quũ ille diceret, terræmotus grauis ingruẽs, lapides reliquos ex fundamentis eiecit atqꝫ dissipauit: atqꝫ insuper sæua quædam oborta procella, calcem & gypsum innumerabilium medimnorum in aerem uentilando dispulit. Et item qui subitò ex partibus inferioribus proserpsit ignis, innumeros quoqꝫ qui uel in opere ipso denuò pertinaciter instituto distinebãtur, uel spectatum cò aduenerant, temporis momento consumpsit. Tantum Iulianus effecit, quũ CHRISTI prædictiones de Hierosolymis nulla ueritatis authoritate niti, ostendere uellet. Neqꝫ id modò ille non egit: sed etiam contrarium exhibendo, magis etiam certitudinem eam comprobauit. Atqꝫ hæc quidem prodigia ad ueritatem oraculi comprobandam sufficiunt. Cæterùm quod modò dicetur, quum mirificum sit, magis rem ipsam confirmabit, Id ego in arcanis prorsus scriptis inuentum, referam. Sic enim habet. Quum fundamenta structuræ iacerentur, sicuti dictum est, & inter lapides unus, cui extremia basis coaptata fuerat, loco moueretur, spelunca cuiusdam os petræ incisum sese exhibuit. atqꝫ ubi propter profunditatem, antrum id perspici prorsus non posset, qui opus id curabant, rem certam explorare uolentes, ex operarijs quendam ad funem longiorem uinctum demisere. Et ille in antrum quum peruenisset, aquam ad mediam usque suram in eo reperit: & spelunca omni ex parte explorata, quadrangulam eam esse, quantum manuum cõtrectatione colligere potuit, deprehendit. Deinde ad os eius reuertens, in columnã quandam in media spelunca non admodum supra aquam extantem incidit. Quam manu tentans, libellum in ea positum, qui tenuissimo purissimoque linteolo inuolutus esset, reperit. Quo accepto, fune ipso signum, ut ab eis qui illum demiserant, retraheretur, dedit. Receptus igitur, quàm primum libello ostenso, stuporem omnibus incussit: & maximè quòd recens admodum & intactus is esse uideretur, atque quòd tam abstruso et caliginoso loco repertus esset. Porrò libellus explicatus, non solum Iudæos, uerumetiam Græcos consternauit. Statim enim ab initio literis grandioribus promulgauit: In principio erat VERBVM, & VERBVM erat apud DEVM, & DEVS erat VERBVM. Et ut simpliciter dicam, scriptura ea integrum Euangelium cõplectebatur, quod Theologica planè uirginis discipuli lingua auspicatò annunciauit. Portendit autem id unà cum reliquis miraculis, quæ cœlitus eo tempore exhibita sunt, haud unquam Domini nostri Verbum interciturum, quod extremam templi & urbis desolationem prædixit. Etenim liber, DEVM esse & conditorem rerum omnium eum docuit, qui talia dudum sanxisset. Declarauit præterea, frustra esse eorum laborem, qui ædificationem eam tantopere urgerent: eo quòd diuina & immutabilis sententia extremam templo abolitionem decreto suo constituisset. Atqꝫ ex ijs & hisce similibus rebus plerique omnes statim censuerunt, ut CHRISTVM Deum esse profiterentur, cui templi restauratio placita non esset. Multi sanè ex ipsis breui ad ecclesiam

Iudæorum cæcitas.

Crucis signa in uestes eorum inciderunt.

Cyrillus episcopus Hierosolymitanus ueritatem & certitudinem prædictionis Danielis & Christi Iesu deprædicat.

Tertiò quoque opus structuræ exercitur.

In specu quodã sub templi Hierosolymitani fundamentis liber Euangelij secundum Ioannem inuentus.

Quid miraculi tanta portenderint.

Multi prodigijs istis ad pœnitentiam & Christianismum adducti.

se contulere,& sacris nostris sacratioribus & perfectioribus institutis atq; initiatis hymnis atq; supplicationibus, propter facinora patrata, CHRISTVM placarunt. Hæc si cui minus uera esse uidentur, ei fidem faciant, qui ista uiderunt & audierunt, & scriptis mandarunt: sin minus, Iudæi saltem & Græci persuadeant, qui opus id semiperfectum reliquerunt, seu potius incohare neutiquam potuerunt. Præter alia, illud quoq; obseruare conuenit, Hierosolyma antea Iebus uocata fuisse, eaq; Beniamini tribules habuisse, priusquam Dauid, exercitus ductandi honoris promissione, per ducem suum Ioabum, capta, duci ei quod receperat præstito in maximam urbem redacta, metropolim & principem Iudæorum gentis ciuitatem constituit, & Solymorum nomen loco indidit, qui deinde propter sacrum templum Hierosolyma cognominatus est. Verùm de Hierosolymorũ quę existimata est restitutione, hæc dicta sufficiãt.

De Hierosolymorum nomine.

Clara alij Iudæorum initia tradunt: Solymos carminibus Homeri celebratam gentem, cõdita urbi Hierosolymam nomen è suo fecisse. Cornel. Tacit.

Hierosolyma longè clarissimæ urbium Orientis. Plinius lib. 5. ca. 14.

CAPUT XXXIIII.

Iulianus legationem Persarum superbè reijcit.

IVm uerò legati Persarum apud Imperatorem certis conditionibus de bello transacturi aderant, quos ad regem suum remisit, illo responso dato: quòd breui cum uisuri essent, & quòd legationes nihil moraretur. Proinde oraculorum omnium responsis præuaricator persuasus, inuictum sibi esse aduersus Persas robur, magnificè exercitũ armauit, post Persas, Gallilæos, & potissimùm Cæsarienses, propter magnum Basilium & diuinum Gregorium, se ita ut deberet, accepturum esse minitatus. Porrò uere primo expeditionem maturauit: & Euphrate fluuio transmisso, Edessam præterijt, propter Christianorum odium, quòd uniuersa ea urbs CHRISTVM summopere coleret. Carras autem uenit, atque ibi in Iouis templo sacrificijs precationibusq; peractis, circiter uiginti millia armatorum ad flumen Tigrim, præsidij causa, ut loca ea tuerentur, & ut illorum sicubi opus esset auxilio uteretur, præmisit: & Arsacio Armeniorum duci, socio populi Romani, ut hostes aggrederetur, scripsit. Atq; in eis literis plurimũ præcipiti temeritate usus, Constantium quidem, cui successerat, ut imbellem & impium conuicijs afficiebat seipsum autem ueluti maximè imperio idoneum & commodum, Dijsq; amicum, laudibus ferebat. Et quum Arsacium Christianum esse audiuisset, contumeliam adaugens, aut certè blasphemia & impiè dicto CHRISTVM proscindere, qui ei in rebus plerisq; omnibus perpetuus mos erat, studens, insolenter & glorioſe apud eum iactauit, si negligentius res sibi mandatas gesturus esset, non illum ab eo adiutum iri, quem ipse DEVM esse crederet. atq; ubi se probè res constituisse putauit, per Assyriam Romanas duxit copias, & multa castella, urbesq; plures, uel armis subactas, uel proditione deditas recepit: & temerè, ut sors tulit, progrediens, locorum quæ post se reliquit, & ad quę eum reuerti oportuit, nullam curam aut rationem habuit. Quæcunq; autem cæpit oppida, prorsus uastauit: annonæ & commeatus horrea quoq; partim ex ipsis fundamentis euertit, partim incendio consumpsit. Et iter secundum Euphratis flumen faciens, propè ad Ctesiphontem peruenit, urbem præclaram, atq; à Babylone in eis regionibus secundam: quæ præter cæteras commoditates, Regis quoq; aulam & comitatum commodè recipere posset. Ab ea non longè Tigris fluit amnis. Quoniam autem nauibus propter eam quæ in medio est terram, Ctesiphontem peruenire non liceret, necessarium q; esset aut urbem ipsam petere, & naues relinquere, aut nauibus retentis illam non adire: captiuo quodam quæstioni tormentorum subdito, fossam quandam illius indicio reperit, temporis diuturnitate aggere oppletam, per quam antiquitùs nauibus ad urbem accessus

Carras clade Crassi nobiles. Plin. lib. 5. ca. 24. Assyrias Latio maculauit sanguine Carras. Luca.

Iulianus in literis suis Cõstantiũ proscidit. Blasphemia eius in Christũ, & contumelia in Arsacium Armeniorum ducem Christianum.

Inconsiderata Iuliani temeritas.

Iulianus ad Ctesiphõtem urbem uenit.

A accessus fuerat. Itaque qui ei obstabat, aggere perfosso, Euphratem in Tigrim deriuauit, atque eo pacto exercitum unà cum nauibus ad urbem adduxit. Et Persæ, cum splendido equitum & armatorum apparatu, & cum elephantis, in ulteriore Tigridis ripa sese ostendêre. Atq; ipse quum inter duo maxima flumina se clausum, & exercitum in summum discrimen adductum, siquidem manere ibi uellet: sin autem reuerti mallet, per uicos & oppida, quæ combusta iam essent, & rerum necessariarum penuria premerentur, eundum sibi esse uideret, præmijs propositis, milites ad equestris certaminis spectaculum uocauit. Quod quum fieret, nauium præfectos exoneraré eas, & frumentum exercitus omne & impedimẽta in undas iacere iussit, ut milites sese in summa rerum inopia & in medio periculo uersari cernentes, fortes conciperent animos, & strenuè in prælio cum hostibus congrederentur. Et ordinum ductoribus post cœnam conuocatis, milites nauibus imponere mandauit: noctuq; Tigride transmisso, in ripam ulteriorem illi expositi, pugnam iniere. Quod ubi Persarum quidam sensere, strenuè eis obuiam processere. Cum quibus confestim Romani manu conserta, multos concidêre, multos etiam somno adhuc oppressos interemere. Ac deinde die toto ingens certamen est continuatum: & pluribus reiectis, nec paucioribus occisis, ad Huuium Romani rediere, & ante urbem Ctesiphontem castra posuere. Cæterùm Imperatori ut ulterius procederet, consilium esse uisum non est: sed magis ei, ut naues incenderentur, propterea quòd earum causa milites multos à pugna abesse oporteret, placuit. Et iam cum copijs suis reditum in Romani imperij ditionem maturabat, Tigride
B amne ad sinistram relicto. Ac primùm quidem in regionem fertilem, & rebus omnibus abundantem, captiuorum indicio uenerunt. Deinde autem senex quidam, qui uitam pro communi Persarum libertate deuouerat, consultò ut caperetur, nostris occasionem præbuit. Igitur mox ueluti non sua sponte captus, ad Imperatorem est adductus. Et de rebus multis interrogatus, ueraq; dicere existimatus, ei ut sequatur persuadet. Pollicitus namq; est, exercitum se quàmprimum ad Romanorum fines ducturum. Inuiam tantum quandam duorum aut trium dierum itinere regionem peragrandam, cibaria & alias res necessarias ferendas, & copias per solitudinem ducendas esse, dictitans. Fraude ea atq; seductione sapientis, seu potius sophistici senis persuasus seductor, qui multos sophistica sua arte deceperat, eundum esse quà senex duceret, statuit.

Tridui iter progressi, in locos incultos inciderunt: & uiæ dux tortus, consilium suum, sua uidelicet sponte propter ciues & populares suos, se ad mortem procurrisse, cruciatusq; omnes perferre paratum esse, professus est. In discrimine summo exercitus uersabatur, difficultate itineris & alimentorum penuria confectus: quum splendida Persarum acies derepentè adest, & prælio ingenti commisso, turbidus uentus uehementer flare incipiens, densa nube cœlum atque solem obscurat, puluerem in aerem sublatum uentilat, caliginemq; & tenebras ingentes excitat. Et Persicus exercitus in nostros irruens, socios atque auxiliares secum Saracenos adduxerat. Horum aliquis hasta protensa, Imperatorem grauiter uulnerat: membrana ea, quæ peritoneum dicitur, & exta omnia intrinsecus tegit, ita disrupta, ut cuspide extracta excrementa sanguine mixta eam sint consecuta. * Percussori ei ex Imperatoris satellitibus quidam caput amputauit. Imperatorem autem ita letaliter uulneratum, scuto impositum, satellites eius in tabernaculum imperatorium detulerunt. Porrò nonnulli qui

Frumentum & impedimenta Iulianus in flumen conijcit.

Fortiter Romani aduersus Persas rem gerunt.

Naues incẽdũtur. Iulianus in Ro. ditionem regrèdi parat.

In proditorem Sinonẽ uiæ dux incidit.

Proditor prò ditionem indicit.

Saraceni Persarum auxiliares.

Iulianus lethaliter uulneratur.

Varia opinio de Iuliani cæde.

* Sozomenus, percussorem Iuliani post uulnus illi inflictum latuisse, & equo dimisso fugæ sibi consuluisse dicit, Καὶ τὸν ἵππον ἀπολαβὼν, ὅσον εἰς ἀνωτέρω λαθών.

uulnus unde peruenerit, prorsus non uiderunt, à quopiam familiarium suorum A
inflictum esse existimarunt. Atque alij quidem Persam, alij Saracenum: sunt
qui Romanum militem eum occidisse affirmant, indignatum uidelicet, sicuti ue-
risimile erat, quòd imprudẽti temeritate & gloriosa audacia tantum perdidisset
exercitum. Libanius sanè Syrus Sophista, amicus eius intimus & præceptor,
Libanius de cæde & percussore Iuliani. de percussore eius in funebri oratione, quã de eo composuit, talia scribit. Quis
igitur eum interemerit, audire quispiam cupit? Nomẽ eius nescio. Non hostem
autem percussorem eum fuisse, apertum indicium est, quòd ex hostibus nemo
uulneris eius nomine honorem & præmium acceperit, quum quidem Persa-
rum rex per præcones percussorem eius euocauerit: & ingentia, qui sese indi-
casset, præmia percepturus fuerit. Sed ne eorum quidem cupiditate quispiam
est adductus, ut facinus sibi tantum per iactantiam arrogaret. Et multa profe-
ctò hostibus debetur gratia, quòd cuius facti authores non fuerunt, eiusdem
sibi gloriam uendicarunt. Sed nobis, ut interfectorem inquireremus, permise-
runt, quibus illum diutius uiuere bono non fuit. Sunt autem isti, qui nullis ui-
Perstringuntur acerbè Christiani. uunt legibus. Qui quidem quod dudum sunt conati, tum demum quum pos-
sent, peregerunt: iniquitate reliqua eos cogente, cui sub illius imperio locus non
fuit: & maximè deorum cultu, cui ipsi maximè sunt aduersati. Libanius qui-
Percussoris Iuliani tanquam tyrannicidæ deliberatis cogitatio. dem Christianum fuisse transgressoris percussorem dicere uidetur. Necp dissen-
taneum est, aliquem ex militibus, qui sub signis eius erant, hæc sic secum consi-
derasse: Quòd si qui olim tyrannum sustulisset, is ab omnibus propter com-
munem libertatem asserendam, aut aliquem ex necessarijs & propinquis uin-
dicandum, uel cum uitæ periculo facinus tantum ausus, laudem retulit: neque se
quenquam reprehensurum esse, si Dei & religionis causa, se in certum pericu- B
lum conijceret. Mihi uerò de his quæ dicta uariè sunt, accuratius inquirere mi-
Callistus à dæmone Iulianũ cæsum esse scripsit. nimè necessarium uidetur. Nam & Callistus, qui res eius heroico uersu comple-
xus est, rebus bellicis expositis, à dæmone eum uulneratum occubuisse dicit.
Atque is tametsi herum suum honore prosequeretur, hæc tamen scripsit. Et for-
tasse hoc sic, quamuis ab homine poeta dictum, uerum fuit. Non paucos enim,
Erinnyes ultæ sunt. Cæterùm quemadmodum uerissima & constantissima,
Mercurius Iulianum percussor quæ ad nos quoq; peruenit, ubiq; obtinuit fama, uindicta diuina Iulianum truci
datum esse cõstat: percussoremq; eius, libri nobis clarum illum et magnum Mer
curium esse produnt.

CAPUT XXXV.

Iulianus Sabas Monachus in uisione Iuliani cædem uidit. Vius rei argumentum est, diuina quædam uisio, quæ Iuliano cogno
mento Sabæ monacho, uirtute præclaro uiro, est oblata. Qui audi-
tis impij illius minis, sedulò Deum, ut quamprimùm nos ab illius
tyrannide liberaret, orauit. Et cædes ei quo in Perside peracta est
die, reuelata est. Discipulis namq; eius, causam ecstasis atque consternationis in-
quirentibus, rem ipsam reuelauit, atque illi porrò alijs uiri eius dicta indicarunt.
Sedenim de uisione ea quum exactior inuestigatio fieret, compertum est, qua
Didymus Alexandrinus itidem. hora res gesta fuerat, eadem illum eam uidisse. Sed & Didymus philosophus
ecclesiasticus domicilium Alexandriæ habens, in mœrore maximo fuit, quùm
propter Imperatorem, qui tam impiam sequeretur religionem, tum quòd ec-
clesias tantopere contemni uideret. Quapropter ieiunijs sese macerauit, & De-
um precibus inuocauit: ac ne noctu quidem alimenti quidquam sumpsit. Pro-
pter ingentem sanè dolorem in sella considens, somno obrutus est: deinde con-
sternatione correptus, equos candidos per aerem discurrentes sibi uidere est ui
sus:

A sus: & qui eis insidebant equites, uoce, clara promulgantes: Renunciate Didy-
mo, hac ipsa hora Iulianum esse cæsum: idipsum Athanasio quoq; magno signi
ficetur: & Didymus exurgens cibum capiat. Quidam etiam ex necessarijs & a-
micis Iuliani, ad ipsum contra Persas bellum gerentem uia publica profectus,
quum ex itinere profectionẽ accelerans, in locum quendam diuerteret, eo quòd
domicilij alterius ibi copia non esset, in ecclesia quadam dormire est coactus.
Atq; ibi uigilans magis quàm somnians, sicuti asseruit, uidit, ut circa se multi con
uenientes (erat autem Apostolorum, Prophetarum & Martyrum chorus)
Imperatoris aduersus ecclesias contumeliam deplorarint: & quid facto o-
pus esset, alius ab alio requisierit. Et quum diu multumq; ad eum modum
deliberassent, & ueluti addubitassent, duos ex illorum cœtu consurrexisse di-
xit, Artemium & Mercurium, qui alios bono animo esse iusserint, & alacritate
singulari diuinum illum conuentum reliquerint, & quasi ad Iuliani Imperij euer
sionem ire properarint. Porrò qui uisionem hanc uidit, euentum & finem eius
metuens, profectionem prosequi neglexit. Ac rursum ibi somno oppressus, eun
dem illum cœtum denuò uidit: eosq; qui prius magno studio properantes abie
rant, & proxima nocte bellum Iuliano inferre crediti fuerant, reuersos, alijs ce-
lerrimè renunciare, desertorem necatum esse, nec de cætero causam esse cur ita
sint solliciti. Quæ Iulianus monachus, & ecclesiasticus philosophus Didymus
Alexandrinus, & præterea desertoris ipsius familiaris & propinquus uiderint,
talia sunt. Necp illorum quisquã à ueritate aberrauit, quam cædes postea renun-
ciata confirmauit. Quod si quispiam adhuc illum qui sic ecclesias uastauerit,
non diuina uindicta interemptum esse contendat: ei id uaticinium persuadeat,
B quod diuinus quidam uir, Libanij quidem familiaris, institutis autem eccle-
siasticis probè eruditus prædixit. Quum namque Iulianus exercitum in Per-
sas duceret, & Libanius illudens ad sanctum illum uirum diceret, Quid nam fa-
Lepidè dictum. bri faceret filius? respondens ille: Lignearn, inquit, arcam ad mortem Imperato-
ris tui elaborat. Et parua intercessit mora, quum mortuus ille adductus est, qui
superbus & inflatus gloriam Alexandri somniauerat, ac potius longè illum su-
perasse sibi uisus fuerat: & iuxta Pythagoræ sententiam, animarum transmigra-
tiones magnificiens, ex corporum transmutatione Alexandri animam se habe-
re, atque adeò Alexandrum in corpore alio se esse, dixerat. Neque satis intelle-
Νικᾶν μὲν καλὸν, ὑπερνικᾶν δ' ὑπερφόνιον xit, uincere quidem pulchrum esse: uictoria autem per insolentiam abuti, inui-
dioſum. Seduxit autem eum Maximus etiam philosophus, qui ei adfuit, et di-
uinationibus quibusdam transuersum egit. Sedenim unde ei clades ea euene-
rit, quodammodo ipsemet intellexit, neque prorsus calamitatis authorem igno-
rauit. Dicitur enim, quum è uulnere caua manu sanguinem hausisset, atque eum
in cœlum ueluti CHRISTVM conspiciens coniecisset, perinde atq; causam cæ-
dis suæ in eum referret, uociferatus esse: Vicisti Gallilæe, uicisti. Alij uerò tra-
ἐφορον dunt, eum Solem natalis horæ suæ *inspectorem, propter astronomicum quen-
dam ambitum accusasse, quòd Persis auxilium tulerit, se autem non seruauerit.
Et siquidẽ uerum est, iam moriturus, anima secedente à corpore, diuinius quo-
dammodo quàm pro hominũ captu potuit, oculos intendisse ita fertur, ut etiam
CHRISTVM uiderit: quod sanè affirmare non possum. non multi enim hoc dixe
runt. Verumtamen id etiã ueluti mendaciũ non refello. Verisimile enim est, &
Suprema Iuliani in Christum blasphemia. hoc, et eo adhuc multo admirãda magis accidisse, ne humão cõsilio quę à CHRI
STO nomẽ habet religionẽ cõstitisse, dicere quispiã possit. Atq; ille sic se habẽs,
& sanguine diffluẽs, diserte, *Saturare Nazarene, exclamauit. Alios quoq; deos
contumelia affecit, malos eos & pernicioſos appellans. Præsto ei affuit Sardis

Familiaris quoque & propinquus ipsius Iuliani apostatæ.

ἄνωθεν.

Diui Artemius & Mercurius nuncij cædis Iuliani, seu potius percussores eius.

Eadem cædes Libanio sophistæ à uiro Christiano prædicta.

Μετεμψύχωσις, hoc est, transmigratio animarum Pythagorica.

Iulianus à philosopho Maximo seductus.

Idem moritiurus uindictam Christi agnouit.

Oribasius Iuliani medicus.

ortus medicus præstantissimus, Oribasius Lydius. Sed curam eius omnem vul- A
nus illius risit, atque contempsit. Ita qui se multis seculis victurum credidit, in-
tra triduum est extinctus: qui in Cæsaris dignitate quinquennium, in imperio
Iuliani mors. autem à Constantij morte annos duos cum dimidio exegit. Mortuus est ætatis anno trigesimo primo. Toto sanè imperij eius tempore iratus DEVS,
Calamitates orbis Romani sub Iuliano. varias calamitates & innumera mala Romanorum immisit ditioni. Siquidem terra ingenti motu concussa effecit, ut neque in domibus tutò homines manerent, neque sub dio etiam rectè uersarentur. Sub ipsius quoque imperio de-
Terræ motus. Diluuium Alexandrinum. cantatissima illa urbi Alexandrinæ calamitas accidit, quum mare uehementi æstu concitum, & ultra fines suos progressum, ita diluuio aridam & continentem terram inundauit, ut eo in locum suum regresso, in tectorum tegulis scaphæ marinæ sint repertæ. Vnde Alexandrini, ab eo tempore quo talis inundatio coorta est, diem festum eum peragentes, faces multas in urbe accenduntˆ, carminibusque & gratiarum actionibus iram Dei supplices placant, solennita-
Siccitas ingēs. tem que anniuersariam cum insigni pietate & religione obseruant. Siccitates etiam intensæ eo imperante quum fruges extinxerunt, tum aerem quoque pe-
Fames. stiferum reddidere. Quapropter hominibus rerum penuria pressis, fames admodum excreuit: adeo ut homines ad insolitas prorsus uitæ agendæ rationes,
Pestilentia. & ad irrationalium animantium alimenta sint conuersi. Famem pestilentia est consequuta, quæ corpora infestauit, & uarios progenuit morbos, unde plurimi mortales interiere. Iuliani res hunc habuere finem, omnibus quidem Chri-
Antiochenorū in Maximum philosophum somma. stianis, præcipuè tamen Antiochenis gratum & iucundum: qui propter cædem eius publico instituto tripudio, Maximum etiam philosophum conuicijs prosciderunt, illud accinentes, Vbi sunt diuinationes tuæ stultæ Maxime? Vicit B
DEVS & CHRISTVS eius. Multa autem capita & corpora hominum iugulatorum in cistis, in puteis, & in locis secretioribus Imperatoriæ aulæ Antiochiæ
Post mortem Iuliani magia eius & necromantia in publicum producta. sunt reperta, quos ille res futuras inquirens, clàm mactauit. Sicut & in oppido Carris. Nam ibi templū ingressus est, foribusq; probè claustris munitis, execrandas ibi peregit per incantationes & impostura magica sacra. Mulier quoque post eius mortem ibi, ita ut in sublime sublata & ex capillis suspensa fuerat, reperta est, quam futurum inuestigans resecuit.

CAPVT XXXVI.

Libanij oratio de funere Iuliani. IMpij Principis huius morte lugubrem composuit orationem Sophista Libanius, quam Iulianum siue funebrem querelam inscripsit, in qua multas eius laudes recensetˆ: & res quoque gestas, prout uisum est ei, commemoratˆ: mentionem quoque librorum eius faciens, quos aduersus Christianos composuit, sacra Euangelia oppugnans, & ueluti falsa ea esse refellere tentans. Vbi etiam, quòd ea ludibrium nugasq; esse ille de-
Falso is scripsit, refutatas esse à Iuliano sacras literas nostras. monstrauerit, tradit. Quòd si alias illius res Libanius laudare constituisset, silentio ea præterijssem, & ad historiam nostram continuandam processissem. Quan doquidem autem dicendi ui & arte fretus, illum & libros illius laudibus efferens, religionem nostram acerbè perstringit: iniuriam ueritati facerem, nisi ipsum nugatorem esse ostenderem, & ea qua nos attigit parte reprehenderem atque redarguerem. Sed prius pauca quædam quæ in illius oratione sunt expo-
Libanij uerba. nam, & deinde sententiam meam adijciam. Quum hybernæ, inquit, noctes « longiores essent, incumbens eis libris Imperator, qui hominem Palæstinum « Deum & Dei filium faciunt, ingenti contentione & ui eos refutauit, religio- « nemq; eam risum prorsus & nugas esse declarauit. Qua in re sapientiorem se Ty «
rio

A rio sene præstitit. Sed hoc mihi ignoscat Tyrius iste, & placidè hoc dictum ferat, quòd à filio sit uictus. Hæc Sophista ille. Atque ego quidem cum uirum optimum fuisse sophistam, & ab eloquentia plurimùm potuisse, ut oratorem egregium, scio. Quapropter apud omnes etiam contestor, illum, nisi in eadem
Iudicium dilectoris de leuitate & uanitate Libanij. cum Iuliano fuisset opinione, plura etiam in illum quàm Christiani dixerint, & quidem ut hominem Sophistam, splendidius dicturum fuisse: quoniam & in Constantium uiuentem quidem orationes laudatorias composuit, in defunctum autem inuectiuas conscripsit. Ac si Porphyrius imperiale sumpsisset dia-
Porphyrius et Hecebolius Sophistæ. dema, scripta illius longè Iuliani libris, stylo ea celebrans, ut equidem puto, prætulisset. Si uerò Iulianus artem sophisticam exercuisset, eum ipsum quoque sophistam non bonum fuisse dixisset: sicuti de Hecebolio fecit, in eadem de Iuliano oratione funebri sua. Cæterùm quum ille eiusdem sententiæ cum Iuliano particeps, amicusq; eius, & si addere libet, sophista, quæcunque ei uisa sunt, Iu-
Refutatio uerborum Libanij. liano tribuerit: age nos quoque quoad possumus, eum confutemus. * Incubuisse enim illum, inquit, libris, longioribus hyemis noctibus. Videtur autem per uerbum Incumbendi, significare, studio illi fuisse, inuectiuas scribere, sicuti Sophistæ studium collocant in adolescentibus exercendis. Consentaneum uerò est, libros istos eum antea nouisse, quibus uidelicet in sacro aliquando ministerio usus fuerit. Et incubuit illis studio & contentione diuturniore, sed eos ui dicendi non redarguit & refellit, ut tu dicis: uerùm imbecillitate potius ingenij, & defectu ueritatis, ut homo facetus, & *scommatibus libenter ludens, *φιλοσκώμμων*
Refutatorum hostilitū modus. quæ probè fundata sunt, conuellere & traducere est conatus. Nam qui cum alio hoc pugnæ genere congreditur, quædam adulterans atque deprauans, quæ B dam de suo adijciens, modisq; que omnibus in re & sententia quaque ueritatem supprimens, mentitur & fallit: atque odio & inimicitijs infestus, non facere solum, sed etiam dicere hostiliter studet: ac quæcunq; sibi insunt mala, inimico ea suo imponere contendit. Sed enim quòd ambo, Iulianus inquam, & Porphy-
Iulianus & Porphyrius φιλοσκώμμονες. rius, quem Tyrium senem uocat, scommatum consectatores fuerint, id ex libris eorum apertè ostendemus. In philosophica enim, quam ita Porphyrius inscripsit, historia, mirum est quantopere uitam Philosophorum coryphæi Socratis
Socratis philosophi accusatores Anytus & Melitus. cauillando taxet, tot in eum confictis sycophantijs, quot neque Anytus, neque Melitus, qui illum, quòd res nouas contra leges ueteres induceret, accusarunt, nunquā excogitarunt. Atque id quidem in Socratem, quem propter temperantiam, iustitiam, & reliquas uirtutes, non solum Plato & Xenophon, uerumetiam reliquus philosophorum cœtus præcipuè miratus, ut dijs charum, & supra
Hunc Porphyrius scommatibus prosciditˆ. hominis captum sapientem, commendarunt, ille fecit. Transgressor uerò patrem æmulatus, idem eis fecit, quibus successit, imperatoribus. Omnes namque reprehendit, & ne Marco quidem philosopho pepercit. Adeòsanè in Con-
Iulianus in decessores imperatores inuectus. stantinum magnum & Constantium filium eius est inuectus, ut facile existimare liceat, non aliam ob causam illum scribendi laborem suscepisse, quàm ut istos proscinderet: utpote uiros Dei amātes, & qui fortitudine, uirtutibus alijs, & uera philosophia laudem magnam consequuti essent. Verùm ambos hos conuiciatores fuisse, ampliore probatione mihi opus non est. Sufficiunt enim ista, ad certam maleuolentis illius animi declarationem: & paulo pòst uerbis suis mihi admirandus ille Gregorius suffragabitur, qui naturam & mores Apostatæ optimè depinxit. Porrò quòd etiam ante istos permulti doctrinæ nostræ ueritatē
Etiā ante Porphyriū & Apostatam multi Christianā doctrinam & religionem taxarunt. ui oppugnare aggressi sunt, è diuinis oraculis quedā peruertentes, quedā aūt ad sensum suū detorquentes, nō pauci ostenderunt, qui cum illis congressi, cauillationes eorū confutatas in publica monumēta retulerūt. In primis uerò doctissi-

mus

Origenes aduersus Marcellum Galatã & Porphyriũ Tyriũ literas Christianas defendit.

mus Origenes, qui longo ante Iulianum tempore fuit, quæcunq; in sacris literis turbas ciere, aut lectores earũ perturbare uisa sunt, probè distinxit: subiectisq; cõtrarijs argumentis, & locis quibusq;, ita ut debuit, declaratis, eorum qui eos malè & imperitè acciperẽt, nugas longas & sophisticas aggressiones refellit. Indicant hoc, quæ is ad Galatam Marcellum composuit, & quæ ad Porphyrium quẽ diximus luculẽter rescripsit, libellis de rebus eiuscemodi editis, quibus propter copiam uerborum ueritatis effecit, ut illi quod contrà dicerent, non haberent. Quos libros si nõ ita cursim Iulianus legisset, nunquam ad cauillationes & blasphemias scribendas delapsus esset. Sedenim Iuliano studio fuisse, ut scõmatibus & dicacitate uteretur, non apud eos qui solidã pietatis ueritatẽ & formã tenent, sed simplices & imperitos homines, ex eo satis constat. Vbi enim è scripturis quæcũq; hominũ more, prout res ferunt, ad captum nostrũ, de DEO, & præcipuè de CHRISTI œconomia, salutisq; nostræ administratione, dicta sunt, decerpsit, & eius generis dicta quędam collegit, deinde hisce uerbis infert: Horum igitur omnium, nisi ratio quæpiam est, arcanam aliquam, ut ego puto, contemplationem habens, multas libri isti de DEO continent blasphemias. Hæc quidem in tertio suo contra Christianos libro refert. In eo autẽ libro, quem de Cynicismo inscripsit, quomodo conueniat sacras fingere fabulas differens, hæc scribit: De rebus eiuscemodi ueritatẽ occultari oportet. uult enim natura occultari: & quod de Deorum essentia occultum est, nudis uerbis in aures impuras conijci non sustinet. Ex quibus uerbis satis apparet, suspicionem cum obtinere, mysticum quiddam & arcanum sacram tegere scripturã. Videtur quoq; indignari, non eandem secum omnes opinionem de hac habere. Et in Christianos inuehitur, quòd simplicius uerba oraculorũ accipiant. Minimè uerò propter multorum simplicitatem, illum tanto fastu aduersus sacras scripturas efferri oportuit: neq; odisse eas aut auersari propterea debuit, quòd quas ipse rectè intellexerit, non omnes, sicuti ei usum esset, accepissent. Verùm idem ei accidisse uidetur, quod patri & magistro eius Porphyrio euenit. A quibusdam namq; Christianis Cæsareæ uerberatus ille, quòd iniuriam eam non bene ferret, ueluti atra bile percitus, Christianismum quidem abiurauit: corum autem qui plagis illum afficerant odio, ad CHRISTVM & Christianorũ scripturas impiè cõuicijs proscindendas est progressus: quemadmodum Eusebius Pamphili inquit, qui eius aduersus nos compositos libros optimè refutauit. Iulianus autem per arrogantiam ingentem, propter simpliciores, impetu furioso contra Christianos concepto, eodem modo ad Porphyrij rabiẽ declinauit. Itaq; ambo detestandi: quippe qui prudentes atq; scientes impietatem complexi sint, & uoluntarij propterea consultoq; admissi peccati supplicium pendant. Enimuero Libanius, dum, ueluti nos irridens, Palæstinum hominem, inquit, Deum Deiq; filium faciunt: oblitus esse uidetur, quomodo in fine eius quæ dicta est orationis, Iulianum in numerum Deorum referat: primum Iuliani obitus nuncium penè lapidibus obrutum esse, ueluti is aduersus Deum mentiretur, dicens. Et paucis interpositis uerbis, rursum exclamans: O dæmonum alumne, dæmonum sectator, dæmonum assessor. Et quamuis ille hisce uerbis aliud sentiret, tamen non uitato cognomine seu æquiuoco uerbo, idem dicere uidetur, quæ & Christiani ipsi per conuicitũ de Iuliano dicunt. Quòd si Sophista unum hoc, ut apostatã laudaret, egit, dictionem ambiguã reijcere debuisset. Quod quidem alibi eum fecisse, apparet. Nam de uerbo quodam probrosè reprehensus, in orationibus suis id induxit. Verùm enimuero quomodo CHRISTVS homo, Deus quoq; sit: & quod in eo apparet, homo: quod autem intelligentia percipitur, Deus sit: & rur-

Iuliani de sacris libris nostris uerba.

Causa quur Porphyrius Christũ abiurarit, & in Christianismum sit inuectus.

Cõtra Porphyrium Eusebius Pamphili scripsit.

Cur Iulianus quoq; à Christo defecerit.

Peccatum ad mortem.

Libanius Iulianum Deum facit, dæmonẽ appellans.

Idem non uitauit uerbum æquiuocum.

A & rursum quomodo idem homo exstat, utrumq; satis clarè diuinæ ostendunt literæ, atque id Christiani norunt. Græcæ autem superstitionis cultores, priusquam credant, quomodo id scire queant? Obstat namque illud, quod diuini
» spiritus oracula dictum est: Si non crediderit is, non intelligetis. Quin illos obducta uestę, pudore potius affici cõueniebat, qui homines multos in deorum numerum retulerint, atque eos quos? nam quæso? Optandum sanè esset, iustos eos & temperantes, aut aliter morum integritate probatos fuisse. Verùm contraria omnia in eis reperiuntur: quippe qui iniustitia, ebrietate, & stupris probrosis uitam transegerint. Declarat hoc Hercules, Dionysius, & Æsculapius: per quorum numina dum Libanius continuè in libris suis iurat, non erubescit tamen. Atqui illorum amores insanos & nugamenta alia, si per tempus referre liceret, prolixum profectò perpetuumq; sanis & prudentibus uiris mouerent risum. Sed ad eam rem cuiuis quamprimum cognoscendam suffecerit, Aristotelis peplum, Dionysij corona, πολυμνήμων, hoc est multa memorans Regini liber, & poetarum turba: qui rebus illorum expositis, deliramenta potius & nugas quàm Theologiam posteris reliquere. Cæterùm Græcos procliues magis & promptos esse ad homines Deorum honoribus cohonestandos, & quidem præter decorum & rationem omnem, ex ijs quæ paucis commemorabimus, satis liquebit. Etenim Rhodijs, quum aliquando calamitate graui premerentur, oraculum promulgauit, si Atym insanorum sacrorum in Phrygia sacerdotem colerent, fore ut ærumna sua liberentur. Responsum id tale fuit:

Idololatræ sæcißimos etiam homines in deorum numerum retulerunt.

Libri Græcorum idolomaniam corũ exponentes.

Atym deum.

Atyn implorate deum: namq; alter Adonis,
Alter & est donator opum crinitus Iacchus.

Oraculum sic habuit, quod Atym Phrygium, qui se ipsum præ amoris insania euirauit, eisdem cum Adonide & Baccho honoribus colere iubet. Alexandro autem Macedoni, quum in Asiam transiret, Pythius dæmon, Amphictyonibus ei fauentibus, tale edidit oraculum:

Alexãder Macedò deus.

Supremum celebrate Iouem, celebrate Mineruam,
Et diuum humano latitantem in corpore regem,
Stirpis Alexandrum cœlestis, ut ordine recto,
Et mores hominum componat legibus æquis.

Et oraculum quidem istud potentiæ Alexandri assentans, Deum illum fecit. Cleomedem uerò pugilem præterire nefas esset, quem diuinis auctum honoribus, tali etiam ornarunt oraculo:

Cleomedes pugil deus.

Vltimus heroum Cleomedes Astypaleus.
Iam Deus est: sacris illum uenerantor, & aris.

Quod propter responsum, Diogenes Cynicus & Oenomaus philosophus oraculum Pythij Apollinis spreuere. Cyziceni Hadrianum Imperatorem tredecimum esse deum promulgarunt. Sed & ipse Hadrianus, amasium suum Antinoum in numerum deorum retulit. Hæc sanè sophistarum præstantissimus Libanius meritò traducat, ludibriumq; & gerras esse rectè dicat: qui quidem, si quisquam alius, & ipse oracula deorum & μονόβιβλον, hoc est unicum illum librum quem Alexandrini de Alexandri uita conscripserunt, maximè nouit.

Hadrianus deus.

Antinous deus.

Atque illum etiam, supra eos quos diximus, Porphyrium deum facere non pudet. Propitius enim, inquit, sit senex Tyrius: quòd uidelicet imperatoris scripta illius libris præferat. Hæc sic per digressionem retuli, propter Libanij Sophistæ contumelias, quas in nostram euomuit religionem. Qui & ipse postea dicitur diuini Basilij consuetudine adductus, superstitioni suæ nuncium remisisse, & Christianus factus esse.

Porphyrius Libanio deus.

Libanius Christianus factus.

CAP.

CAPVT XXXVII.

VErùm quali morũ cõsuetudine & corporis ſtatu Iulianus fuerit, quo modo uitã finierit, & ſeipſum deũ facere uoluerit, non locupletiorẽ adducere teſtẽ poſſum, quàm magnũ illũ in Theologia Gregorium, qui cum illo uixit, eaſdemq; ſcholas frequentauit, & res eius melius quàm alius quiſquã perſpectas habuit, eaſdemq; pro eo atq; par fuit riſit, atq; in inuectiuis ſuis traduxit. Igitur in inuectiua ſecunda cõtra Iulianũ, & Græcæ religionis ſectatores, de eo hæc refert. Atq; hæc quidem alijs experientia & potentia poteſtatem adepta exhibuit: mihi uerò quodammodo longius antea ſunt cognita, ex quo tempore Athenis cum homine fui. Venit namq; eò quoq; non ita multo pòſt, quàm frater eius nouas fuerat contra Imperatorem res molitus, cuiparam eam à ſe amoliens. Et duplicem præ ſe profectionis Atticæ tulit cauſam: alteram quidem honeſtiorem, ut Græciæ res cognoſceret, & ſcholas Atticas uideret: alteram autem occultiorem, & paucis notam, ut ſacrificulis ibi & ſeductoribus de rebus eis quibus maximè ſtudebat, daret operam, impietate tanta nondum apertam obtinente libertatem. Tum igitur non malum me, uiro eo cognoſcendo, coniectorem eſſe memini. Et quamuis non unus ex eis eſſem, qui in tali arte ſunt egregij, tamen me uatem effecit morum eius inæquabilitas, & ſtupor maximus: * ſiquidem qui bene coniectat, uates is perhibetur optimus. Non boni ſanè hominis indicia mihi eſſe uiſa ſunt, ceruix non conſiſtens, humeri quos ſubinde iactaret ac reduceret mobiles: oculi errabundi & uagi, furibundum'que quiddam cernentes: pedes inſtabiles, & genibus nutantes: naſus contumeliam & contemptum ſpirans: † uultus deridiculus, & idem uicium ſecum ferens: riſus immoderatus, & corpus cachinno concutiens: nutus ſiue annuens, ſeu renuens, ratione carens: ſermo conſiſtens, & reſpiratione conciſus. Interrogationes incompoſitæ, & ineptæ: reſponſiones nihilo illis meliores, aliæ alijs imminentes, ſibi'que minimè conſtantes, neque ab inſtitutione liberalioris doctrinæ prouenientes. Sed quid ego ſingula commemorem? Talem eum ante actiones eius eſſe uidi, qualẽ in actionibus ipſis cognoui. Ac ſi mihi adeſſent, qui tum mecum fuere, & me audiere, teſtes illi eſſent, poſtquam iſta uidi, ſtatim me dixiſſe: Deus bone, quantum malum Romanum fouet imperium? Prædixiq; adeò iſta, & me falſum uatem eſſe optaui. Et melius profectò id fuiſſet, quàm ut ſic orbis noſter tantis oppleretur malis, & tale in eo exiſteret portentum & prodigium, quale antea nunquam: quum quidem multę aquarum uulgatæ ſint eluuiones, multæ exuſtiones, multæ concuſſiones & hiatus terræ, præterea hominum inhumanæ & feræ ſpecies, monſtroſæq; & miſtæ nouo prorſus & inſolito modo naturæ. Verùm dignum quoq; tanta uæcordia & importunitate exitum tulit. De quo non una extat opinio, quòd alij aliud dicant & circunferant, tam qui pugnæ affuerunt, quàm qui ab ea longius abfuerunt. Quidam, à Perſis eum iaculo confoſſum eſſe dicunt, quum temerè incompoſitis excurſionibus, non ſine ſtoliditate nunc huc nunc illuc perequitans, uteretur. Sunt qui tale quiddam de eo memorant. In tumulum eum editiorem conſcendiſſe, ut quaſi è ſpecula exercitum luſtraret, & quantum ex eo bello copiarum ſupereſſet, cognoſceret. Atque quum ingens ei, ſpe'que adeò ſua amplior multitudo eſſe uiſa eſſet, ita eum dixiſſe: Quàm graue futurum eſt, ſi omnes iſti in Romanorum ditionem reducentur? Quo eius uerbo, tanquam illis ſalutem inuidentis, militem quendam qui id excepit commotum, quòd iram non perferret, nulla ſalutis ſuæ ratione habita, enſe latus eius perfodiſſe. Alij porrò id auſum eſſe dicunt, ex barba-

Gregorius Nazanzenus de Iuliani cõdiſcipuli ſui uecordia.

* ἐπεὶ μάντις ἀγαθὸς, ὅστις εἰκάσαι καλῶς.

προσώπου χαμαιτυπικοῦ καταγέλαστον, τὸ αὖθις φορητὸν ὕβρεως.

Iuliano nihil in terris prodigioſius aut mõſtroſius.

Opiniones uariæ de Iuliani cæde.

Apud Socrat. eſt, Iuliani equo inſidentẽ, & quidẽ propter rerum ſecundarũ ſpem et fiduciã, inermem, quum circumſtarent militares copiæ obequitaret, eas ad fortitudinem cohortando, ex improuiſo haſta percuſſum eſſe, quæ brachium & latus eius perfoderit.

A barbaris ridiculum quendam ex eis hominẽ, qui exercitum, ut in mœrore ſolatio, & in compotationibus ludibrio ſint, ſequi ſolent. Nonnulli etiam cædis eius laudem Saraceno cuidam tribuunt. Verùm utcunque ſe res habeat, uulnus quidem certè ille lethale accepit, orbi uniuerſo lætum & ſalutare. Et ictu uno multorum extorum, quibus male crediderat, perſoluit pœnas. Mirum ſanè eſt, quo modo uaniſsimus ille, qui per aruſpicinam omnia ſe noſſe putauit, unum hoc, plagam ſcilicet extorum & uiſcerum ſuorum, non perſpexerit. Cæterùm illud quoque hominis factum minimè prætereundum uidetur, quòd inter alia multa maximum dæmoniacæ ipſius mentis eſt indicium. Iacebat in fluminis littore, graiter ex uulnere laborans, & quod multos ante ſe gloriam eſſe conſecutos ſciret, ita ut plus quàm homines atque adeò Dij eſſe crediti ſint, propterea quòd arte quapiam ex hominum numero ſublati fuerint: eiuſcemodi & ipſe laudis atque opinionis amore captus, ſimul quòd eum huiuſcemodi mortis generis & turpitudinis, in quam per inconſultam temeritatem inciderat, puderet: quid rogo mo litur, & quid agit? † neque enim cum uita etiam improbitas extinguitur. Conijcere ſe in amnem conatur: in cœpto tam arcano fidis quibuſdam adiutoribus, & perinde atque in re quapiam diuina, ſacerdotibus uſus. Et niſi ex Imperialibus eunuchis quidam conſilio eo deprehenſo, alijs'que propter flagitij odium communicato, impetum talem prohibuiſſet, extitiſſet ex ea clade apud imperitos homines nouus Deus. Et quæ deinde ſequuntur. Mortuum eum mimi & homines ridiculi, cum omni ſcenica fœditate duxerunt, funus'que eius proſequuti ſunt, tibijs canentes, & ſaltitantes, religionis'que abiurationem, belli cladem & mortem ipſam, probroſe ei obijcientes. Quid enim mali paſſus non eſt? quid uerò non audiuit earum rerum, quas genus id hominum iuueniliter audet? quod iniuriam pro arte habet: donec eum Tarſenſis urbs excepit, neſcio quomodo, aut quam ob cauſam ad contumeliam talem condemnata. Ibi ille tumulum habet inhonoratum, & ſepulchrum execrandum maximè & deſpuendum, neque pij alicuius oculis conſpiciendum. Et ſicuti ego quidem de quopiam audiui, ne ſepulchrum quidem eum recepit: uerùm quæ eius cauſa commota eſt terra, cadauer eius excuſsit atque reiecit, ut hoc ſit futurorum ſuppliciorum quaſi quoddam præludium. Et quidem ſic qui imperauerit, ſic bellum geſſerit, ſic quoque turpiter uitam finiuit.

Ridetur Iuliani haruſpicina.

Οὐδ' γὰρ τὸ δαιμονιακὸν αὐτοῦ τῆς διανοίας ἐνέλειπεν.

Diuinitatẽ Iulianus moriturus affectauit, clam ſe in amnem conijcere uolens.

Funus Iuliani.

Diuinitas ei tribuita eſt deorũ ſuorum reſponſis, ſicuti hoc Oracula edita declarant, quæ ex Suida excerpta, ad finẽ huius libri ſunt annexa.

Iulianus Tarſi tumulatus.

CAPVT XXXVIII.

POſtridie autem & milites & exercitus duces Iouinianum imperatorem renunciant, uirum quùm rebus alijs, tum uera pietate illuſtrem, prorſusq; forma & ſtatura corporis imperio dignum. Qui tribunus antea fuerat, quum Iulianus optionem militibus offerret, ut uel Dijs ſacrificarent, uel cingulum militiæ & dignitatis deponerent. Atque ille alterum hoc facere maluit, quàm impiæ iuſsioni parêre. Iulianus porrò neceſsitate quod tantopere urgebat belli adductus, ſe cum hunc, ut ducem optimum, cum alijs in Perſidem duxit. Tum autem in hoſtili regione, ut alijs præſtantior, Imperator lectus, dignitatem eam reiecit, & inſignia Imperatoria non recepit: non poſſe ſe dicens, qui Chriſtianus ſit, imperare uiris, qui græciſſare, ſuperſtitiones'que ſectari didiciſſent, donec una omnes uoce Chriſtianos ſe eſſe ſunt profeſsi. Cæterùm in errore medio & rerum omnium turba à Iuliano relictus, quòd exercitus priore Imperio conſternatus eſſet, rerumq; neceſſariarum inopia premeretur, neceſsitatem ſibi impoſitam eſſe cognouit, ut bellum pacificatione tranſigeret. † Quapropter loca quædam imperij Romani, Syriam ſcilicet, & quæ in

Iouinianus Imperator declaratus.

Imperatoris Chriſtiani uox egregia.

† *Iouinianus cũ Perſis de pace tranſigit, & Syriæ partem, Niſibinq; eis concedit. Quã rẽ Græci Antiochiæ inuiſi exagitarunt: ſicuti ex Suida, in fine huius libri eſt annotatum.*

Gregorij Nazanzeni hæc uerba sunt.

Mesopotamia est Nisibim, ex pactis conuentis, Persis concessit, & bellum id sol A uit. Quod quidem non è dignitate Imperij ille, necessariò tamen fecit, ut qui non Imperij, sed cladis successor esset. Ac nisi hoc fecisset, & nisi Persę moderatè se gerentes, & prosperum rerum successum certo fine claudentes, aut aliud quippiam metuentes, conditiones pacis tam humanas & inopinatas proposuissent, nihil profectò obstitisset, quin ex eo bello † ne nuncius quidem, quod dicitur, cladis incolumis euasisset. Quare necessitate adactus, ut neruos suos Romano Imperio conseruaret, conditionibus turpibus atq; indignis cum hostibus decidit: temeritate magis proximi Imperatoris, quàm sua aut militum suorum timiditate. Me quidem iudice periniquus fuerit, qui illo relicto, culpam eius pacificationis in hunc conferat. Seges enim fatoris potius quàm messoris est: & incendium non eius qui id extinguere possit, sed qui id semel excitarit, esse creditur: quod' que apud Herodotum est, Calcem quidem istum consuit Histiæus, induit autem Aristagoras.

Theodoritus tricennales indutias pactas esse scribit. μικρὸν παρεμβὰς τὸ τῦ λόγυ ὑπεκφεύγει.

Iuliani culpa, non Iouiniani, perniciose cũ Persis de bello est transactũ.

CAPVT XXXIX.

Iouinianus Christianos in integrũ restituit.

IMperator Iouinianus experiẽtia edoctus, diuina uindicta Iulianum grauibus malis afflictum esse, ad omnes ubiq; præfectos scripsit, ut cunctos liberè rem diuinam facere, conuentus cogere, & DEVM ex animo colere paterentur: & ut una in imperio Romano obseruaretur fides & religio, Christianorum uidelicet. Iuraq; pristina ecclesijs reddidit. Et quæcunq; clero, uiduis & uirginibus dudum à Constantino & filijs eius, diuini † cultus augendi gratia cõcessa, legibusq; firmata, à Iuliano autem propter summum eius in fidem nostram odium, pessimo consilio adempta & accisa fuerant, priuilegia & beneficia restituit. Ad Præfectum prætorio quoq; generalem de- B dit cõstitutionem, ut deinceps capitaliter in eum animaduerteretur, qui sacram uirginem non dicam rapere, sed attentare tantummodo, iungendi matrimonij causa, aut oculos impudicos ei adijcere auderet. Eamq; legem ut promulgaret, adductus est, quòd homines quidam improbi atq; impudici, sceleſtas atq; incestas huiusmodi nuptias, uel ui illata, uel persuasione adhibita, uirginibus corruptis, contraxerant: sub Iuliani imperio, impotenti consuetudine & fœda libidine flagitia talia audere permittente, & religione tum nostra periclitante. Itaq; ecclesiæ DEI rursum sunt apertæ: Græcorum autem templa clausa, & ipsi dij terræ cauernas et recessus subiere. Et qui ad id usq; tempus uilibus lacernis usi fuerãt, ad communem rediere uestitum. Quæ publicè fieri consueuerant libationes & sanguinariæ contaminationes, quibus sub Iuliano ad satietatem abusi erant, finem suum habuere. Quicunq; aũt episcopi ab Iuliano reuocati ab exilio non erant, tũ reducti, domum quisq; suam redijt.

Conſtitutio Iouiniani, qua matrimonium ſacratiſſimarũ uirginum prohibetur. l. Si quis. C. de epiſcop. & cler.

Chriſtianiſſimus reſtoreſcit.

Idolomania peſſumit.

Epiſcopi exules reuocãtur.

† Constitutione publicè proposita, Iouinianus restitui ecclesijs annonam iussit. Verùm quod fames grauior propter Iuliani impietatem tum grassaretur, & frumentum ægrè penderetur, τετραμόδιον, hoc est quartam eius partem clero exhiberi curauit. Quamprimum autem fames sæuire desijsset, integrum se frumenti numerum eis præbiturum est pollicitus. Theodoritus lib. 4. cap. 4.

CAPVT XL.

Quæſtiones de fide iterantur.

PAulo deinde pòst, ecclesiarum præsides quæstiones de dogmatibus rursus mouerunt. Nam sub Iuliani Imperio, quòd fides omnino periclitata esset, quieti omnes esse perseuerauerant: communiter precibus Deum, ut religionem à tanta liberaret tyrannide, implorantes. Ita enim quodammodo natura hominum fert, ut inter se quietem, aliunde eis discrimine imminente, ciues agitentur: si pacem cum exteris habeant, seditiones domi

Factiones Christianorum Imperatorem ad partes quæque suas pertrahere nititur.

A domi concitent. Sedenim ecclesiarum antistites, quòd Principis pietatem nossent, præoccupandum sibi eum esse studio magno putabãt. Et pro se quisq; omnes, Imperatorem ad factionis suæ fidem accessurum, proindeq; se illius authoritate maiorem libertatem contra eos qui sibi aduersari uiderentur, habituros esse credebant. At ille iam inde ab initio τ̃ ὁμοουσίου cõsubstantialis professioni addictus fuerat, & id tum manifestè præ se tulit. Primi omnium affuere Macedoniani, qui quidem hæresim eorum qui ἀνόμοιοι, hoc est inæquales dicebantur, reijciebant, & τὸ ὁμοιούσιον æquisubstantiale pro τὸ ὁμοουσίου consubstantiali recipiebant. Et libellum ij Imperatori obtulerunt, in quo DEO gratias de Imperio eius agebant: ac deinceps petebant, ut eis qui inæqualitatem asserebant, ex ecclesijs expulsis, ipsis illæ gubernandæ committerentur. Præterea ut uel ea quæ Arimini & Seleuciæ statuta fuerant, firma manerent: & quæ à nonnullis per uim contra ea acta erant, irrita essent: uel priore schismate atque dissidio durante, episcopis omnibus quocunq; uellent loco conuenire liceret. In quo conuentu, ne quis profanus adesset: ne'ue finem suum consequeretur, si quis seorsim quidquam egisset, aut fallere instituisset, sicuti sub Constantio factum esset, rogarunt. Illud quoque significarunt, se citra Principis uoluntatem, in aulam & comitatum Imperialem, ne molesti esse uiderentur, non uenturos. Sin id eis permitteretur, perlibenter id facturos esse sumptibus & iumentis propris, ostenderunt. Qui uerò Principi ita supplicarunt, fuere, Basilius Ancyranus, Syluanus Tarsensis, Sophronius Pompeiopolitanus, † Pausinicus Zelenus, Leontius Comanenus, Callicrates Claudiopolitanus, Theophilus Castabalenus, & alij. Imperator libello supplici accepto, responsum eis non dedit, sed illud tantum dixit: Ego con- „ tentionis studium odi, concordiæ autem assectatores unicè amplector & amo.

Macedoniani Iouiniano ſupplicant.

Supplicantiũ nomina.

Socrates habet Paſinicus.

Præclariſſimũ Iouiniani uerbum.

Quod dictum ubi ad aliorum quoq; aures peruenit, intentionem contentionis B laxauit, & ut Imperatoris consilium succederet effecit. Altercationis namq; studium, eorum qui Acacij authoritatem sequebantur, & semper opiniones suas ad principum arbitrium apertè accommodabant, deprehensum est. Nam quum Meletium Antiochiæ episcopum apud Imperatorem, qui tum ibi erat, in magno precio esse uiderent, cum eo collocuti, ut rursum Antiochiæ Synodus celebraretur effecere. Meletius autem is fuit, qui paulo antè ab eis seiunctus, ad τ̃ ὁμοίου consubstãtialis professionem accesserat. Itaq; concilio Antiochiæ Syrorũ coacto, Nicænã fidem, ut scilicet citra cõtrouersiam ὁμοούσιος CONSVBSTANTIALIS PATRI FILIVS diceretur, stabiliunt atque confirmãt. In ea Synodo fuere, diuus, quem diximus, Meletius, Antiochenus antistes: Eusebius Samosatenus, Pelagius Laodiceæ Syrorum, Acacius Cæsareæ Palæstinæ, Irenion Gazæ, Athanasius Ancyræ, per Orphitum & Aetium presbyteros, Titus Bostrensis, atque alij plures episcopi, uiri insignes. Ea re acta, ad Imperatorem quoque „ quæ decreuerant ad hunc modum scripsere: Pijssimo, Deiq; amantissimo Do- „ mino nostro Iouiniano, Victori, Augusto, quæ Antiochiæ episcoporum ex di- „ uersis prouincijs conuenit Synodus. Quod pietas tua, Princeps, Ecclesiasti- „ cam pacem & concordiam conciliare studuerit, & ipsi probè nouimus, DEI a- „ mantissime Imperator. Quod uerò & caput eiuscemodi unionis & signum ue „ ræ & rectæ fidei eadem bene perceperit, & id quoq; non ignoramus. Quapro- „ pter ne & nos inter eos recenseamur, qui dogmata ueritatis adulterando depra- „ uant, ad pietatem tuam referimus, nos dudum celebratæ sanctæ Nicænæ Syno- „ di fidei professionem recipere, atque tenere. Et quod in ea quibusdam peregri- „ num & insolens uidetur esse uerbum ὁμοούσιον consubstantiale, id nos, certam à „ patribus accepisse dicimus interpretationem. Significat id enim, ex substantia

Synodus Antiochena, in qua Nicænum Symbolum ſtabilitur.

Synodi eius ad Imperatorem ſcriptum.

Significatio verbi Consubstantialis.

patrie filium esse genitum, & æqualem esse substantia filium patri. Neque enim A quasi perpessio quæpiam, in ineffabili generatione intelligitur: neq; iuxta usum « aut consuetudinem aliquam Græcorum, substantiæ uerbum accipitur. Sed ad « Arium, qui ex nõ existentibus nobis filium impiè producere ausus est, euerten- « dum, id usurpatur. Quemadmodum & nunc qui exorti sunt ἀνόμοιοι, hoc est, in- « æquales, grauiore adhuc audacia & temeritate ad ecclesiasticam concordiã pes- « sundandam, impudenter feruntur. Relationi autem huic nostræ etiam subiunxi- « mus exemplum ipsius Nicænæ fidei, ab ipsis qui eam promulgarunt episcopis e- « dite: quam sanè & complectimur. Est autem talis: Credimus in unum DEVM pa « trem omnipotentem: & reliqua ipsius formulæ, sine mutatione omni, ita ut con- uenit, allegata. Atque episcopi quidem qui Antiochiæ conuenerant, hæc decre- uerunt, disertis uerbis Nicænam fidem confirmantes.

CAPUT XLI.

Athanasius cũ Iouiniano Antiochiæ fuit.

VM uerò & Athanasius cleri Alexandrini episcopus, de amicorum consilio Antiochiam profectus cum Imperatore fuit: atque ibi rebus quas oportuit ei suggestis, Alexandriam rediit. Sunt autem qui dicunt, ab Imperatore potius eum euocatum esse, ut illi quæ de religione agenda essent, exponeret. Et quum ibi res ecclesiæ ritè constituisset, & certa apud Imperatorem fidei fundamenta iecisset, domum reuertisse. Qui autem Antiochiæ Arianorum hæresi præsuit Euzoius, ut opinionis suæ ex Eunuchis quidam nomine Probatius ecclesiæ Alexandrinæ præficeretur, maximo studio con-

Euzoius laborat, ut Probatius Eunuchus Alexandrinus creetur episcopus.

tendit. Atq; eam ob causam Euzoij suasu Alexandrinus quidam Lucius presbyter à Georgio creatus, apud Imperatorem Athanasium uehementer criminando detulit, quòd temporibus superioribus in episcopatu suo semper reus actus, & à prioribus Imperatoribus exilio ut seditionis & discordiæ author mulctatus fue- B

Athanasius apud Imperatorem accusatur.

rit, et proinde alium Alexandrinis episcopum dari petijt. Iouinianus autẽ, quem non latebat Arianos hostili planè in illum esse animo, criminibus eis minimè mo-

Accusatores nihil agunt.

tus, Lucium quietum esse, Probatium autem & reliquos eius Eunuchos, ueluti turbæ talis authores, modestius se gerere iussit. Athanasium porrò quum sibi tẽporis eius consuetudine amicissimum fecisset, in Aegyptum remisit, ecclesiasq; ei & populum ibi arbitrio suo instituendum commisit. Porrò plurimùm is uirũ eum laudasse dicitur, propter uirtutem, & uitæ innocentiam, orationis etiam festiuæ uenustatem, prudentia quadam admirãda temperatam: & propter ea quæ is de religione nostra ritè decreta, in scripta retulit.

CAPUT XLII.

EDenim Athanasius Alexandriam cum eo, quo par erat, honore debito reuersus, quòd ei Imperator significauerat, ut ad se certam irreprehensibilis fidei formulam mitteret, Synodo prouinciali coacta, & spectatissimis quibusque episcopis ad se euocatis, Principi, ut Nicænam fidem inuiolatam atq; integram, quæ scilicet Euangelicis dogmatibus con-

Athanasij de coepiscoporũ suorum sententia ad Iouinianum, de sinceriore fidei professione scriptum.

ueniat, seruaret, rescripsit. Verùm nihil obstat, quin utilitatis eorum gratia qui ista legent, epistolam eius de uerbo ad uerbum hic apponam. Ea sic habet. Pijssimo & humanissimo Victori Augusto Iouiniano, Athanasius & reliqui episcopi, qui nomine omnium Aegypti & Thebaidis & Libyæ cõuenerunt episcoporum. Admodum, Dei amantem Imperatorem, discendi studium, cœlestium que rerum desiderium decet. Sic namque quùm cor in manu DEI habebis, tum imperium

A perium in pace multorum curriculis annorum administrabis. Quum igitur co- « gnoscere à nobis pietas tua catholicæ ecclesiæ fidem uelit, gratijs DEO de tali a- « nimo tuo actis, usum nobis est præ omnibus alijs, pietati tuæ à patribus Nicææ « promulgatam fidem in memoriã redigere. Qua nonnulli proculcata, nobis qui- « dem illi uarias moliti sunt insidias, quod hæresim Arianam sequi noluerimus: « authores autem sectarum & dissidiorũ ecclesiæ uniuersali extitere. Ipsa sanè ue- « ra & pia in Dominum nostrum IESVM CHRISTVM fides, aperta est, & « manifesta omnibus, ex diuinis scripturis cognita atque collecta. In qua sancti ho- « mines perfectionem consecuti atque consummati, egregiè martyrio sunt defun- « cti: & nunc corporum uinculis soluti, in Domino conquiescunt. Et permansis- « set illa incorrupta, nisi quorundam hæreticorum improbitas immutare eam at- « que deprauare fuisset ausa. Arius siquidem, & populares eius, corrumpere il- Arij hæresis. « lam, & impietatem aduersus eam † subintroducere conati sunt: filium DEI ex nõ ὑπαναγκῶν « existentibus, & creaturam facturam'que, & mutationi obnoxium esse dicentes. « Ac multos profectò per hæc seduxerunt, adeò ut etiam qui uiderentur esse ali- « quid, in illorum abrepti sint blasphemiam. Sed enim sancti patres maturè illis ob- « uiam euntes, sicuti diximus, concilio Nicææ coacto, Arianam quidem hæresim « anathemate confoderunt, catholicæ autem & uniuersalis ecclesiæ fidei profes- « sionem in scriptum retulerunt: ut ea ipsa ubique deprædicata, suborta extingue- « retur hæresis. Et facta illa est atque celebrata in ecclesia omni. Cæterùm quum « renouare Arianam hæresim nunc quoque uolentes, nonnulli quidem à patri- « bus Nicææ promulgatam fidem abrogare audeant, quidam autem præ se qui- « dem obtentu quodam ferant professionem eius, re ipsa uerò eam negẽt, perpe- Macedoniani « ram τὸ ὁμοούσιον consubstantiale interpretantes, qui blasphemia etiam Spiritum hæretici. B sanctum expetunt, eo quòd creaturam eum per filium factam & conditam esse « dicunt: necessariò ad pietatem tuam, eam ipsam Nicænam fidei professionem, « detrimento eo quod ex huiusmodi blasphemia multi populi capiunt, perpenso, « mittendam esse duximus, ut pietas tua quàm accuratè, ea scripta sit, cognoscat, « & quantum à ueritate aberrent, qui præter hanc aliud docent, uideat. Illud sci- « to Christianissime Auguste, à seculo hanc esse prædicatam fidem. Et hanc ipsam « professos esse, qui Nicææ conuenere patres. Atq; etiamnum suffragijs suis eam « comprobare omnes quæ passim sunt ecclesias, in Hispania, & Britania, & Gal- « lia, & Germania, & Italia omni, & Campania, & Dalmatia, Mysia, Macedonia, « & cuncta Græcia, in Aphrica tota, in Sardinia, Cypro, Creta, Pamphylia, Lycia, « Isauria, in Aegypto omni, Libya, Ponto, & Cappadocia, atque hisce uicinis ter- « ris. Ipsas quoque Orientis ecclesias, paucis exceptis quæ cum Arianis sentiunt. « Omnium enim earum quas recensuimus comperta nobis est sententia, quòd ab « eis epistolas habeamus. Et scimus, Deiamantissime Auguste, quamuis pauci « quidam fidei isti aduersentur, nihil tamen eos præiudicij afferre posse orbi uni- « uerso. Atq; illi longo iam tempore ab Ariana infecti lue, contentione etiam ma- « iore nunc ueræ resistũt pietati. Et ut pietas tua fidem Nicænam cognoscat, quam « uis antea cognitam, attamen sicuti ea à trecentis decem & octo episcopis est pro- « mulgata, subiungere literis hisce uoluimus. Est autem talis: Credimus in unum Symbolum Ni- « DEVM patrem omnipotentem, omnium uisibilium & inuisibilium factorem. cænum. « Et in unum Dominum IESVM CHRISTVM, filium DEI, genitum ex patre, u- « nigenitũ, hoc est ex substantia patris, DEVM de DEO, lumen de lumine, DEVM « uerum de DEO uero: genitum, non factum, consubstantialem patri, per quem « omnia facta sunt, quæq; in cœlis sunt quæ'que in terris, Qui propter nos homi-

nes,& propter noſtram ſalutem, deſcendit: & incarnatus, homo factus, & paſ- A
ſus eſt:& reſurrexit tertia die, aſcendit in cœlos,uenturus iudicare uiuos & mor «
Anathema in Arianos. tuos.Et in Spiritum ſanctum.Eos autem qui dicunt,fuiſſe aliquando,quum non «
fuerit,& quòd ex non exiſtentibus factus ſit, aut ex alia ſubſiſtentia uel ſubſtan- «
tia,aut quòd creatus uel mutabilis uel alterabilis ſit, anathemate ferit ſancta ca- «
tholica & Apoſtolica eccleſia. In hac fide, Deiamantiſsime Auguſte, ut diuina «
& Apoſtolica,neceſſariò acquieſcendum. Neque ea à quopiam mouenda, aut «
mutanda uenit, perſuaſionis aut contentionis uerbis ullis. Id quod Ariomani- «
tæ primùm fecerunt,ex non exiſtentibus filium Dei eſſe,& fuiſſe aliquando quũ «
non fuit, & conditum creatum'que atque adeò mutationi obnoxium eſſe dicen- «
tes.Quam ob cauſam etiam, ſicuti antea diximus,Synodus Nicæna anathema- «
ti ſubiecit hæreſim eam, ueramq; fidem promulgauit. Non enim ſimpliciter pa- «
tres illi æqualem patri filium dixerunt, ne ſimpliciter DEO æqualis, ſed exDEO «
DEVS uerus eſſe crederetur. Sed & ὁμοούσιον conſubſtantialem adiecerũt, quòd «
id proprium ſit germani, uericq; ex uero & natiuo patre filij. Non etiam illi Spi- «
ritum ſanctum alienarunt à patre & filio: ſed potius eum cum patre & filio con- «
glorificarunt, in una ſanctæ Trinitatis fide, propterea quòd una etiam ſit in ea i- «
Chriſtianæ Iouiniani Imperatoris uirtutes. pſa ſancta Trinitate diuinitas. Hiſce literis Imperator lectis, ſolidè eſt con-
firmatus: & quam de rebus diuinis obtinuit affectionem & ſententiam, aper-
tè ſtatim declarauit. Qui enim Conſubſtantiale profeſsi ſunt, eos obſeruauit,
& liberaliter muneratus eſt. Illud quoque is propoſitum habuit conſilium, ut
perſuaſione potius quàm ui, inter diſsidentes contentionis dirimeret ſtudium:
nec cuipiam,qualemcunque tandem confectaretur fidem, moleſtiam faceſſeret,
neque quicquam ad charitatem ſummam faceret reliqui.Eis uerò qui ad concor- B
Themiſtius Iouiniani laudator. diam & unanimitatem eccleſiam reducere ſtuderent, maximum exhiberet ho-
norem.Id illum feciſſe, de eo non ſolum Chriſtiani, uerumetiam qui apud Græ-
Conſularis eius oratio. cos celebris habetur, Themiſtius philoſophus teſtatur, in oratione ad eum ſcri-
pta,quam Conſularem nominauit. Virtutibus enim eius commemoratis, diui-
niſq; additis laudibus, eo illum nomine potiſſimùm effert, quòd unicuiq; quam
uellet, religionem ſequi permiſit. Qua re illum impotentem adulatorum aſſen-
Præclarè adulatorum natura notauit Themiſtius. tationem fregiſſe dicit: quos perquàm facetè & luculenter irridens, ex moribus
eorum deprehendi ait, purpuram ipſos magis quàm DEVM colere: neque ali-
qua re ab Euripo differre, nunc huc, nunc illuc, atque in contrarium adeò mo-
mentum refluente.

CAPUT XLIII.

Magnus Antonius monachus in ſomnis peruiſionẽ eccleſiaſticos tumultus, qui ſub Cõſtantio & Valẽte acciderũt, præuidit.

ADhunc modum Iouinianus audaciam eorum, qui tum nugamentis
ſuis turbare eccleſiam conſtituerant, compeſcuit. Et Nicæna fides
longo,quod interuenit, tempore oppugnata, ſub imperio eius ad
priſtinam rediit gloriam & profeſsionem. Cæterùm ſucceſſus is, ne
ea ad ſimilem rurſus recideret turbam & confuſionem,minimè futurus erat diu-
turnus.Non enim eis rebus, quæ eccleſiæ ſub Conſtantio accidêre ſolis, magni
illius patris Antonij diuinatio ad exitum ſuum peruenit: ſed reliquum adhuc
ad improbitatem explendam aliquid fuit, quemadmodum id poſtea ærumnæ
ſub Valentis imperio toleratæ oſtenderunt. Priuſquam enim ſub Conſtantio
Ariani eccleſijs regendis primas obtinerent, in ſomnis uidere ſibi uiſus eſt ad-
mirandus ille & magnus Antonius, mulos cum impetu in ſanctius ſacrarium in-
ferri,atque ibi ſalientes calcibuſq; ſe petentes,ſacram euertere menſam. Quum
autem

A autem euigilaſſet,ſomnium id retulit & expoſuit:futurum ſcilicet,ut adulterino-
rum monſtroſorumq; dogmatum confuſio Eccleſiam DEI occuparet, & alie-
næ doctrinæ aſſertorum inſultus ſacram peſſundaret menſam. Porrò non ua-
nam fuiſſe, aut mendacem uiſionem, ſimul & interpretationis eius prædictio-
nem,quæ deinde ſubſecuta,& poſtea etiam imperante Valente acta ſunt, ſatis
declararunt. De his ſatis. Imperator autem Iouinianus celeritate magna An- *Iulianus Tarſi ſepelitur.*
tiochia diſcedens, Conſtantinopolim contendebat. & Tarſum quum uenisſet,
Iuliani ibi corpus,iuſtis funeralibus peractis,ſepelijt:non conſultò, ſed caſu po-
tius quodam & errore,cadauere eius ex aduerſo tumulo ei, qui Maximini con-
tinebat oſſa, ita condito, ut uia publica utrunque ſepulcrum dirimeret. Ibi ue-
rò Conſul quoq; renũciatus, Conſtantinopolim proficiſcens, ad Boſporum ue-
nit,in locum cui Dadaſtana nomen eſt,Galatiæ & Bithyniæ limitem. Vbi Sena-
tus ei occurrit,& quem diximus, Themiſtius, conſularem de eo editam oratio-
nem recitauit: quam poſtea in urbe Conſtantinopolitana etiam magna cum li-
bertate publicauit.Frigus autẽ ingens inualuit: & Imperator in diuerſorio quo- *Iouiniani mors.*
dam auidius copioſiore ſumpto cibo,in cubiculo, quod nuper admodum calce
erat incruſtatum, ſe confeſtim ad ſomnum capiendum compoſuit.Et quòd ex i-
gne largius accenſo tepor humorem ex parietibus recens dealbatis eliceret, at-
que is ſenſim ſe per nares inſinuans, meatus per quos accipitur & redditur ſpiri
tus, obturaret, ſtrangulationem Imperatori attulit: unde mors eſt conſecuta.
Circiter octo menſes in Imperio tranſegit,uir bonus & honeſtus: ſub quo &
eccleſiaſticæ & publicæ res proſperos habituræ fuerant ſucceſſus, niſi per aduer-
ſam prorſus fortunam, repentina mors, quæ illum oppreſsit, tantum bonum
B Romanorum Imperio inuidiſſet. Obijt autem ſuo & Varoniani filij, quem Il-
luſtriſsimum Ancyræ in Galatia renunciauerat,conſulatu,decimoſeptimo
menſis Februarij die,ætatis anno trigeſimo tertio. Porrò decimus *Huius libri Anni.*
iſte hiſtoriarum liber triennij tempus complectitur:quum qui-
dem à Mundo condito quatermilleſimus octingenteſimus
ſeptuageſimus quintus,à Domini autem natiuita-
te trecenteſimus & ſeptuageſimus
ageretur annus.

DE IVLIANI MORTE ORACVLVM.

Atq; vbi Romanis Persas deuiceris armis,
Vsq; Seleuceam bello progressus ad vrbem,
Cœlesti tum te sublatum turbine currus
Euehet igniuomus: magnoq; reponet Olympo:
Defunctum curis hominum, duroq; labore.
Et patriam ætheriæ lucis remeabis ad aulam,
Vnde caduca hominis progressus membra petisti.

Quum idem Iulianus ad Ctesiphontem esset, responsum tale à diis suis recepit:

Iupiter inuisam diuis cœlestibus omnem
Olim terrigenûm concîdit fulmine stirpem,
Ore deum referens Romanorum Induperator
Iulianus, Persis pugnacibus intulit arma:
Et nunc illorum terras & mœnia longa,
Atq; alios ferro populos deuastat, & igne.
Ille etiam Hesperijs, per Martia prælia gentem
Sæpius Almanam victor prostrauit in oris.

DE IOVINIANO.

Varroniano hic patre, in agro Singidonensi Pannoniæ genitus est. Imperator renunciatus, Græcæ superstitionis cultoribus parum gratus fuit; à quibus Antiochiæ scommatibus multis & conuicijs est affectus. Inuidiam ei Persica pax conciliauit: quæ mox ea re quoq; est adaucta, quòd à coniuge instigatus, templum ibi quod Hadrianus in honorem patris Traiani tanquam Dei magnificentissimè extruxit, & Iulianus postea in Bibliothecam redegit, unà cum libris omnibus cremari iusserit. Itaq; in eum passim famosi libelli uel ad parietes affixi, uel in uia sparsi sunt: uersibus Homericis, quibus Paridis ignauia & Thersitæ turpitudo traducitur, per parodiam in illum detortis. Quales fuere:

Venisti ex bello, quo te perijsse decebat. *Item,*
Degener, excultor formæ, sectator amorum, &c. *Item:*
Quod nisi detracta tunicaq;, togaq;, pudendas
Insuper & partes quæ cingit ueste, prehensum,
Et cæsum plagis ad sæuos misero Persas, &c.

Anus etiam quædam proceritate eum & forma conspicuũ esse cernens, quum dementem esse audiuisset, Quàm corpulenta (inquit) est stultitia? Ex plebe præterea quidam in Hippodromo dicacitate eum perstrinxit, & risum ingentem omnibus mouit. Inanem enim & frigidam proceritatem eius esse dixit.

VNDECIMI

VNDECIMI TOMI CAPITA.

I De uita & moribus Imperatoris Valentiniani, & de fratre eius Valente.
II Qui eo tempore in magnis urbibus ecclesiarum curam per successionem sortiti sint.
III De Concilio Lampsaceno, & ut in exilium pulsi sint consubstantialis cultores.
IIII De tyrannide Procopij. Et de muro Chalcedonis; ibiq; inuento oraculo: & de aquæductu Constantinopolitano.
V De Eleusio Cyziceno, de Eunomio, item de Agelio Nouatiano episcopo.
VI De Macedonianis, & τῷ ὁμοουσίῳ consubstantialis cultoribus, & de legatione piorum Romam missa.
VII Confessio legatorum Liberio episcopo Romano exhibita.
VIII Epistola Liberij, episcopis Orientalibus missa.
IX De Synodis Tyanæ & in Caria coactis.
X De ea quæ tum grassata est persequutione: & de sancto Athanasio, ut is solus sede sua non sit electus.
XI Ut Ariani & Eunomiani per dissidium sint seiuncti: & de Eunomio & Aetio, & quæ ij contra orthodoxam fidem nouarum rerum studio sint conati.
XII De hæresi Apollinarium patris & filij, & quomodo in suam declinarint hæresim.
XIII Ut Basilius & Gregorius, uterq; libros refutatorios contra Eunomium & Apollinarim scripserint: & quæ istorum hæreticorum fuerint opiniones.
XIIII De hæresi Anthropomorphitarum & Massalianorum: præterea de Nouatianis, quod & ij in multas sectas sint diuisi, propter feriarum Paschæ mutationem.
XV Ut Eudoxio Constantinopolitano episcopo mortuo, Ariani Demophilum, Catholici autẽ Euagrium, Eustathio Antiocheno episcopo suffragante elegerint, & quæ hìs acciderint.
XVI De crudelitate Arianorum, & ut Valens circa Astacenum Nicomediæ portum octoginta Ecclesiasticos uiros unà cum nauigio in medio mari igni combusserit.
XVII De uita, institutione, studijs, & intima amicitia magni Basilij & Gregorij Theologi: & ut ad sacerdotalem dignitatem sint prouecti.
XVIII Ut post Eusebium Basilio ecclesia Capadocum sit commissa: & de insigni eius aduersus Valentem discendi libertatẽ.
XIX De fraterna coniunctione & amicitia Basilij & Gregorij, & de sancto Gregorio Nysseno: & quod ires in ecclesia fuerint Gregorij, sanctitatis omnes participes: & præterea quartus quidam hæreticus.
XX De sancto Amphilochio episcopo Iconij, ut is per Angelum sit consecratus: & ut tum diuinus Chrysostomus etiamnum adolescens, gratiæ eius quæ ei inerat, egregium de se præbuerit specimen.
XXI Ut Valens Antiochiæ maximam persequutionem contra pios mouerit, in fluuio eos submergens: & diuinum Meletium & Pelagium & Samosatenum Eusebium, de cuius rebus gestis breuis inserta est narratio, in exilium egerit.
XXII De Barse, & tyrannide ea quam in ciuitate Edessa Valens in martyrio seu templo sancti Thomæ perpetrauit.
XXIII De Eulogio & Protogene, ut magnificè pro fide decertauerint: & ut post reditum ab exilio alter Edessæ, alter autem Carris ecclesiæ episcopi præfuerint.
XXIIII De sancto Flauiano & Diodoro, ut ipsi gregem Meletij rexerint, cum nondum episcopalem dignitatem suscepissent.
XXV De sancto Aphraate, & Iuliano: ut monasticam in solitudine uitam relinquentes, gregẽ Christi sint tutati.
XXVI De obitu Athanasij, cuius successor fuit Petrus. Præterea de crudelitate Lucij Ariani: quem Ariani Alexandrinæ ecclesiæ Petro pulso, præfecerunt.

De per-

XXVII *De persequutione quam Lucius monasterijs Aegypti intulit, & de discipulis Antonij magni: & de duobus sanctis Macarijs, ut propter fidem exulantes, multa miracula ediderint.*

XXVIII *Epistola Petri Alexãdrini episcopi, exponens quæ mala & clades Valens & Ariani in Aegypto pijs intulerint.*

XXIX *Ut propter excellentem uirtutem eius temporis Episcoporum, hæresium non inualuerit tempestas: & mentio Britanionis Scytharum episcopi.*

XXX *De Valentiniani in religionem diuinam reuerenti obseruãtia: & de Romana Synodo, quæ Trinitatem consubstantialem esse promulgauit. & de Damaso & Ursitio Romanis episcopis, qui Liberio successerunt.*

XXXI *De hæresi Auxentij Mediolanensis episcopi, ut à Damaso exauthoratus sit: & quæ Synodus de eo episcopis Illyricis scripserit.*

XXXII *Ut exorta Mediolani seditione, Ambrosius, qui tum præfecturã gessit, eam seditionem sedare uolens, à multitudine episcopus electus sit: & de eius in dicendo libertate.*

XXXIII *Ut magnus Valentinianus è uita excesserit. De Valentiniano iuniore, & de Iustina & Seuera Imperatricibus, & de liberis utriusq; narratio.*

XXXIIII *Qui eo tempore in Aegypto floruerint philosophici & diuini uiri, discipuli & discipulorũ discipuli Antonij magni: Ioannes, Or, Amon, Theonas, Benus, Copres, Helles, Elias, Apelles, Isidorus, Serapion, Dioscorus, Eulogius, & Apollos.*

XXXV *De Dorotheo, Piammone, Ioanne, Beniamin, Marco, Macario, & Apollonio.*

XXXVI *De Mose Aethiope, Paulo, Pachone, Stephano, & altero Mose.*

XXXVII *De Pior, Didymo, Arsesio, Ammonio, & fratribus qui Macri seu Longi appellati sunt.*

XXXVIII *De monte Nitria, & loco à Cellis dicto. Item de alio loco, cui nomen est Rinocurura: & de sanctis, Dionysio, Mela & Solone.*

XXXIX *De Palæstinæ monachis, Hesycha, Epiphanio Cyprio Salamine, Ammonio, Syluano, & Zacharia.*

XL *De Syriæ & Edessæ monachis, Ephraim, Aphrate, Iuliano, Barse, & Eulogio, qui episcopatum in monasterijs gesserunt.*

XLI *De Cœlesyriæ & Antiochiæ monachis. Item de monachis qui in Galatia, Cappadocia, Bithynia, & ad Pontum Euxinum philosophati sunt: & causa, cur ueteres monachi longæui fuerint.*

XLII *De Euagrio philosopho, & uita institutisq; eius.*

XLIII *Quæ Euagrius in quibusdam libris de eius temporis monachis, de uerbo ad uerbum scripserit.*

XLIIII *Breuis commemoratio tanquam in summa clarorum eius ætatis uirorum, ut eos diuina prouidentia id tempus tanquam scopulos contra immensos fluctus & tempestates tulerit.*

XLV *De interitu Græcorum idololatrarum, propter oracula quædam literis distincte designata, initio facta à litera θ usq; ad Λ. De astronomia, & Themistio philosopho: & quib. is uerbis Valentem lenierit, ut de persequutione nonnihil remitteret.*

XLVI *De Mauia Arabiæ regina, ut ea bellum contra Romanos cœperit, ac mox cum ijsdem pacem sanxerit: & de Mose, primo Arabum episcopo.*

XLVII *De Ismaelitarum & Agarenorum, siue Saracenorũ gente, unde initium sumpserint, & quomodo Christianismum susceperint.*

XLVIII *De Gothorum & Hunnorum gente, quomodo & qua ex causa Istrum transgressi, in Romanorum ditionem impetum fecerint: & de Athanaricho & Fridigerne. Præterea de Ulphila, eorum episcopo: & ut postea moto contra Romanos bello, Valentem ex Antiochia Constantinopolim pertraxerint.*

XLIX *Quomodo Valentinianus Valentem arguerit, item quomodo eidem Terentius liberè restiterit: id quod Traianus quoq;, & alij duces ordinumq; ductores fecerunt. & ut Gothis Thraciam uastantibus, ciues Valentem conuicijs inceſſerint.*

De

I. *De sancto Isaacio, qui liberrimè Valentem est alloquutus, & ut Valens alicubi circa Adrianopolim cum Gothis acie congressus, ex fuga in tugurium rusticum, in quo multum stramenti fuit, peruenerit, ibiq; igni consumptus perierit.*

ECCLESIASTICAE Historiæ Nicephori Callisti Xanthopuli, Tomus XI.

CAPUT I.

† Februarij 25, dic: Socrates.

τὸν λεγόμενον Βάλεντα.

Et ita quidem Iulianus desertor cęsus est. Ita etiam Iouinianus pijssimus Imperator, in finibus Galatiæ & Bithyniæ è uita excesit. Exercitus autẽ † die septimo Nicæam uenit, & ibi Valentinianum Romanorũ Imperatorẽ renunciauit: qui quùm rebus alijs bonus uir, tũ Imperio ipso dignus, † Cibali è Pannonia oriundus fuit, rei militaris (ut qui à iuuenili ætate in castris uixisset) apprimè peritus, animi aũt magnitudine præsenti semper fortuna præstantior uisus. Affuit uerò tũ Nicææ ab exilio reuersus. De quo illud ferũt, Silentiarium quendam, eum ignis flammam sub Constantio, quum curato corpore cubitum iuisset, circiter uesperam ex ore spirantẽ uidisse. Silentarius enim ad accersendum eum negotij cuiusdã gratia ab Imperatore, cui id etiam indicauit, missus fuerat. Imperator Constantius prodigij eius nuncio perterritus, offendere quidem & perturbare uirum eum, iniquum esse censuit. Vt autem timori suo cõsuleret, ad Romani Imperij fines eum misit, ut ibi in præsidio esset, & barbarorum excursiones prohiberet. Postea quoq; legioni Iouinianorum præfuisse, & ordinum ductor cum Iuliano fuisse traditur. At postquam ille rerum est potitus, dignitate ea spoliatum Valentinianum perpetuo mactasse exilio dicitur, illo quidem sub prætextu, quòd copias sibi commissas non ritè in aciem contra hostes duxisset; reuera autem, quũ Iulianus in Gallia occidentali adhuc esset, & † templum quoddam sacrificij gratia peteret, Valentiniano præsente (uetus enim consuetudo erat, ut qui Iouianæ & Herculianæ, ita ab Ioue & Hercule dictis legionibus præessent, principem à tergo sequerentur) & iam templum ingredientem sacerdos frondibus quibusdam roscidis cõspergeret, & gutta una in Valentiniani uestem incideret, quòd is factum tale ægrè ferens, quùm sacerdotem conuicijs prosciderit, tum ipso uidente Iuliano, ense eam partem uestis, in quã humor ex conspersione ea peruenerat, (tanto Christianam pietatem consectabatur ardore) rescinderit atq; abiecerit. Vnde deinceps illi Iulianus infensus, non multo pòst eum cõdemnatum Melitinę in Armenia perpetuò exulare iussit: eam quam diximus prætexẽs causam, q̃ milites eius segniter rem gessissent. Qua in re ei martyrij honorem, q̃d pro religione Valentinianus subiturus fuerat, inuidit. Nam eam ob causam alijs quoq; Christianis pepercit, q̃ eos ex periculis huiusmodi laudem & gloriã cõsequi animaduerteret. Vbi aũt Iouinianus ad imperium peruenit, ab exilio

Fl. Valer. Valentinianus Pãnonius Imperator Rom. lectus.

Prodigiũ, quòd Imperium eius designatũ est.

Iouinianos Maximianus Imperator uocauit milites eos, qui fortiter in Illyrico rẽ gessissent, à Diocletiano Iouios: sicuti alios à seipso, Herculianos.

Iulianus Valentiniano & alijs Christianis martyrij honorem inuidit.

Valentinianus ab Iuliano in exilium actus.

† Templũ Fortunæ. Eutrop.

Exilij eius causa.

exilio est reuocatus. Porrò Iouiniano defuncto, Nicææ totius exercitus, & co- A
rum maximè qui primarias gerebant dignitates, in primis autem Datij Patricij, qui ex Galatia ad eum literas dederat, secundi præfecti, Arinthei ducis, & Glaiphi, qui domesticis præfuit, consilio & uoluntate Imperator est electus. Et quũ *Ad hunc usque diem Pannonij hunc morem Magistratibus legendis seruant.*
imperatorijs sumptis insignibus, in clypeo, militari more, circumferretur, exerci-
Milites à Valentiniano, ut sibi imperij socium deligat, petunt. tus eum, ut sibi Imperij sociũ ascisceret, rogauit. Atq; ille manu eis, ut silerent, innuens, graui & Imperiali sententia, Vestrũ quidem, inquit, fuit, ut priuatum me ad Imperialem extolleretis dignitatem: res aũt administrare, non iam uestri, sed Principis ipsius arbitrij esse, uos ipsi quoq; dixeritis. Itaq; uos deinceps imperata facere, & quietos esse: me aũt, quid facto opus sit, curare decet. Ac tum quidem militibus non cessit: postq; uerò Constãtinopolim uenit, trigesimo à susceptо imperio die, sociũ sibi imperij fratrem Valentẽ adiunxit. Et prouincias Orientales, & quasdam etiam Occidentales ad Illyricũ usq; fratri concessit: reliquas ad Occidentalem Oceanum pertinentes, & continentẽ ex aduerso omnem, usq; ad extremos Libyes, sibi attribuit, ut toti imperaret Occidenti. Breui etiã deinde Gratianum filium adhuc adolescentulũ, ad Imperium euectum, moribus institutisq; suis assuefecit. Sedenim fratres ambo, Christiani quidem iam inde ab initio fuere, cultu uerò & opinione uariarunt. Nam Valens ab Eudoxio Ariano baptizatus, acer fuit dogmatis Ariani æmulator: molestũq; ei fuit, quòd non omnes eandem sequi sententiam cogeret. Valentinianus aũt Nicænæ professionis propugnator, ornandos quidem religionis suæ populares duxit: nihil autem eis molestiæ, qui ab eo dissentirent, intulit. Cæterum in rebus administrandis pares fuere.

Memorabilis Valentiniani nox.

Fl. Valens frater eius Imperij consors Orienti præficitur.

Valentinianus Occidẽti præest.

Valẽs Arianus

Valentinianus Catholicus.

Gratianus Valentiniani filius. Augustus creatus.

CAPUT II.

Episcopi Romani. Alexandrini. Alexandriæ. tũ Arianis præijt Lucius. Socrat. Antiochenses.

TEmpestate ecclesiæ Romanæ gubernacula tenuit Liberius, Iulij suc- B
cessor. Ante eum autem Syluester, sub Constantino ecclesiam eam rexerat. Alexandriæ autem, Consubstãtialis professioni magnus præfuit Athanasius, Georgio & Gregorio hæreticis surrogatus: qui tamen & ipsi ei successerant. Ante Athanasium Alexander, ante Alexandrũ Achillas, ante hunc Petrus, qui sub Maximiano martyrio est defunctus, episcopus ibi fuit. Porrò Antiochiæ Arianis præijt Euzoius. Consubstantialis aũt professionis duo erant antistites: alteri nãq; parti Paulinus, alteri diuus præfuit Meletius. Isti autem Arianis successere. Et huius quidem decessor proximus Eudoxius, illius autem Leontius fuerat. Ante hunc episcopatum ibi gesserat Stephanus, cui decessit Phlacitus, Phlacito Euphronius, Euphronio Eulalius, qui omnes Ariana rabie repleti fuerant. Ante Eulalium magnus Eustathius piè ecclesiam Antiochenam gubernauit, Philogonij martyris successor: Philogoniũ uerò Vitalis præcessit. Hierosolymis aũt Cyrillus denuò episcopalem obtinuit dignitatẽ, qui primùm quidem Maximo successit, Maximum autem magnus Macarius præcessit, Hermonis successor. Cyrillo Erẽnius substitutus, atq; huic rursum Heraclius, Heraclio Hilarius, cui tũ rursus diuus successit Cyrillus. Cæterùm Constantinopolitani ecclesiam eo tempore tenuit Eudoxius, magnus Arianæ opinionis propugnator. Consubstantialis autem professores intra urbem in parua domo conuentus agebant. Templis Macedonianæ religionis in urbibus plerisq; adhuc tum præfuerunt, qui in Seleucia fidei formulã promulgauerant, eadem quæ Acacius sentientes. Eudoxius Macedonio successerat, Macedonius Paulo confessori, Paulus Nicomediensi Eusebio Ariano. Eusebius Alexãdro, quem præcessit Metrophanes. Hic quidem tum Ecclesiarum fuit status.

Hierosolymitani.

Constantinopolitani.

Sed ij postea ab Acacio sunt seiuncti, post synodum Seleucenam.

CAPUT

CAPUT III.

Socrat. lib. 4. cap. 2. Macedonianos episcopos synodum istam petisse à Valẽte scribit: Valentẽq; non grauatè, ut ea cogeretur, consensisse. propterea quòd exitii maneret, rem omnem ibi ex sententia Eudoxij & Acacij actum iri.

A POstquam uerò rerum occidentalium curã Valentinianum Romam uocauit, atq; is per Thraciam iter fecit, qui in Bithynia & Hellesponto fuerat, aliisq; item episcopi τοῦ ὁμοουσίου consubstantialis fidei addicti, Hypatianum Heracleę, siue Perinthi episcopum, legatum ad eum misere, ut episcopos omnes constituendi dogmatis gratia, in unum locum conuenire iuberet. Qui ubi ad Imperatorem legationem eã pertulit, Imperator: † Mihi, inquit, negotijs occupato, & reipublicę curis distẽto, res eiusmodi inqrere nõ facile est. Vos autem, quibus hæc procuratio mandata est, quocunq; uultis loco conuentum agite, & de rebus omnibus piè deliberate. Hoc accepto responso, Lampsaci cõuenere: & duobus mensibus pòst, de rebus plerisq; statuere: (erat autem is annus à synodo Seleucena septimus) in primis, ut irrita essent, quę Constantinopoli, Eudoxij & Acacij suggestione, sancita erant: atq; ut etiam aboleretur ea fidei formula, quæ ibi producta fuerat, perinde atque ab Episcopis occidentalibus dictata: cui etiam nonnulli subscripserant, promissione ea adducti, quæ ipsis de abolenda inæqualitate substantiæ facta fuerat, qua tamen in re promissorũ mendacio decepti erant. Acquiescendum autem esse sententiæ ei, quæ æqualem substantia patri filium profitetur: quòd peropus esset & necessarium, ut in fidei formula ad subsistentias discriminatim significandas, uerbum ὁμοιὸν, hoc est equalis, adderetur. Solam uerò in ecclesijs omnibus frequentari debere; quæ Seleuciæ quidem confirmata, antea autem Antiochię promulgata esset, fidem, quum in ea urbe ecclesiæ dedicatio est celebrata. Insuper, ut qui sedibus suis ab eis expulsi erant, qui filium patri inæqualem esse opinarentur, Episcopatus suos reciperent: quòd illegitimè scilicet ex ecclesijs suis essent deturbati. Quod si quis quenquam B
de re aliqua accusare uellet, ut ei id facere cum conditione illa liceret, ut idem & ipse subiret periculum. Iudices autem inter eos ut essent, prouinciæ eius Episcopi, sententiam rectam sequẽtes. Testes aũt, Episcopi ex finitimis producerentur regionibus, quibus cuiusq; uita probè cognita esset. Hisce decretis factis, Eudoxium sectatoresq; eius euocatos, primùm ad facinorum eorum quæ perpetrassent, pœnitentiam inuitarunt. Vbi illi autem id contempsere, res actas ad Ecclesias omnes perscripserunt. Cæterùm ueriti, ne Eudoxius aulam Imperialem sibi cõciliaret, atq; ipsis calumniam intenderet, placitum eis est, acta Lampsacena ad Imperatorem referre. Atq; ita Valenti, qui fratrem ad ueterem Romam proficiscentem, usq; ad Illyricum comitatus produxerat, redeunti, ad Perinthum Thraciæ rem omnem exposuere. Verùm Eudoxius cum popularibus suis eos præuenerat, & aulæ studia sibi cõciliata habebat. Itaq; Imperator Lampsacenis legatis, ne ab Eudoxio dissiderent, suasit. Atq; ubi illi Eudoxij res, quas Constantinopoli atq; etiam in synodo Seleuciæ fraudulenter egerat, accusantes reprehenderũt: ira percitus Imperator, oratores quidem in exilium egit, ecclesias aũt eorum Eudoxij studiosis mandari iussit. Ipse uerò Antiochiã Syrię est profectus. Veritus namq; fuerat, ne Persæ tricennali, quę sub Iouiniano facta fuerat, pace soluta, in regionem eam excurrerent. Porrò ubi illi nouarum rerum nihil moliri comperti sunt, Antiochię mãsit, atq; ibi ecclesias turbauit. Nam diuum Meletium solum exilij causa uertere coegit: Paulino autem propter singularem morum modestiã pepercit. Quicunque autem communicare cum Euzoio nollent, eos aut exilio mulctauit, aut aliter, uerberibus scilicet afficiens, & mulctam eis dicens, malè accepit.

Homousiani à Valentiniano synodi celebrandæ facultatẽ petunt.

Concilium Lampsacenũ, & eius decreta.

Proceſſus iudicialis contra Episcopum ac cuſatum.

Meletius iterum exulat.

Synodi decreta apud Valentem exponuntur.

Legati synodi à Valente proscribuntur.

Valentis Antiochiam proficiscitur.

Catholicos ibi uexat.

Mihi, qui latens sum, talia curiosè inquirere fas nõ est. Episcopi uerò, quibus hoc est curæ, quo uoluntate loco conuentum agant.

Y CAPUT

CAPVT IIII.

Procopium tyrannum compeſcit.

ET profectò ad grauiorem ille feritatẽ proceſsiſſet, niſi impetum eius Procopius ad tyrannidem aſpirans, ad breue tempus inhibuiſſet. Is namq; genus ſuum ad Iulianum referens, & ſub Iouiniano tyrannidem affectans, Chalcedonem occupauerat: & clàm Conſtantinopolim ingreſſus, imperium arripuerat. Tum uerò non contemnendo coacto exercitu, aduerſus Imperatorem infeſtis ſignis eſt profectus. Cui Valens ex Syria obuiam progreſſus, circa Natoliam certamine cum eo eſt congreſſus: & uictus, in-

Fuerunt ij duces Procopij.

de Nicæam peruenit. Sed mox Procopius à proditoribus Comario & Agelone, quos fidos ſibi eſſe putauerat, captus, & uinctus Valenti eſt traditus. In utrunq; porrò proditorem nouo ſupplicij genere, iureiurando quo ſe illis beneuolum ſemper fore receperat ſpreto, animaduertit. Crudelẽ enim in modum ſerris diſſectos interemit. Procopius autem ad arborum duarum non longè inter ſe diſtantium uertices adductos pedibus alligatus, eiſdem mox ad naturalẽ ſtatum ſuum redire permiſsis, diſcerptus eſt. Sic ſcilicet tyrannus in duas diſtractus partes, interijt. Imperator autem Chalcedonis, quæ eregionè Byzantio ſita eſt, muros dirui iuſsit, nam id ſe, ſibi ipſi quoq; dira precatus, facturum eſſe tyranno deuicto iurauerat, propterea quòd Chalcedonij tyrãni partes ſequuti, pietatem & fidem Imperatori debitam abiecerant. Nam cum, quum ad urbem eam acceſsiſſet, contum elioſẽ conuicijs proſciſſum, portis claufis excluſere. Mœnia igitur principis iuſſu diruebantur, & ſaxa ſtatim Conſtantinopolim ad publicũ lauacrum, quod Conſtantianum uocatum eſt, extruendum transferebãtur. Enimuero quum ſic murus dirueretur, in ſublimi quodam ſaxo, literis altius inciſis oraculum conſcriptum repertum eſt, illud denuncians: Vbi copioſiore aqua urbs abundatura eſſet, tum fore ut murus lauacro inſeruiat: gentes autem innumeræ, Romanorum uaſtantes imperiũ, multũ afferant detrimenti, tandẽ uerò & ipſæ ęſæ intereant. Sed nihil obſtat, quo minus, ſtudioſorum cauſa oraculum ipſum hic apponatur:

Proditores Procopij.

Supplicium proditorum.

Ipſius etiã Procopij, Metij Suffetij ſupplicio non abſimile.

Chalcedonis muri, quòd ea urbs Procopij tyranni partes ſequuta, Valentem portis excluſerat, & cõtumelijs affecerat, diruuntur.

Κογγαρτυναὶ

Oraculũ in ruinis muri Chalcedonẽſis repertum.

B

» *In media liquidas quum ducent urbe choræas,*
» *Vitrea uoluentes lætæ ueſtigia nymphæ,*
» *Mœnidą excipient trepidante lauacra ſuſurru:*
» *Tum uariæ numerum ſuperantia millia gentis*
» *Effera Mauortis ſæui ſpirantia uires,*
» *Vndis tranſmiſsis ſtatui reſonantibus Iſtri,*
» *Myſos excindent armis, Scythicosq; colonos.*
» *Atq; ubi Threicios fera gens inuaſerit agros,*
» *Hic illos fatum bellantes opprimet atrox.*

Accidit porrò poſtea, ut aquæductus, quem Valens extruxit, plurimùm aquæ urbi ſuppeditaret, & barbaræ nationes maximè aduerſus Romanos mouerentur, ſicuti paulo pòſt à me dicetur. Alij oraculum hoc alio accepere modo. Eo enim aquæductu perfecto, Clearchus præfectus urbi in Theodoſij foro Nymphæũ cõ phæa maxima fieri fecit. Id opus, † copioſa aqua dictum, cuius gratia urbs anni-

ὑδραγωγόν. Socrat.

Nymphæũ cõſtantinopoli in Theodoſij foro.

** λαμπρὸν ὕδωρ*

uerſarium conuentum celebrare eſt ſolita, atq; idipſum obſcurius per oraculum uerbis hiſce ſignificatum eſſe exiſtimarunt:

» *In media liquidas quum ducent urbe choræas,*
» *Vitrea uoluentes lætæ ueſtigia nymphæ.*

Hæc de oraculo. Cæterùm cum Chalcedonenſium muri, ſicuti diximus, frangerentur, ciues Conſtantinopolitani & Bithyni, Nicomedienſes & Nicæni, Imperatori

Aratori ſupplicarunt, ne mœnia tam firma & ampla fruſtra dirui pateretur. Et ille, quamuis ira plenus, ægrè quidem, attamen precibus eorum acquieuit: & iuramento quod debebat tribuens, diruendo ſimul & reſtaurando minoribus alijs ſaxis ſtructuram eam reſtituit: quod opus ad finem quoque ſuum eſt perductum. Hæc mœnibus Chalcedoniorum accidêre. Poſt bellum aduerſus Procopium geſtum, grando maxima lapidibus ingentibus perſimilis decidit, & motus terræ graues uarijs in locis extitere, qui præ alijs locis maximũ Nicææ Bithynorum urbe, ea uniuerſa proſtrata, damnũ dedere. Duodecimus is erat à Nicomedienſi ſubuerſione. Nec multum interceſsit temporis, quum alius terræ motus obortus, idem Germæ Helleſponti ciuitati fecit. Hæc porrò omnia turbarũ eccleſiaſticarum fuerunt indicia. Grandinem namq; & terræ motus, multi mortales DEI aduerſus Imperatorẽ ira accidiſſe dixerunt, propterea quòd multos ad epiſcopalem dignitatem euectos in exilium egerat: alios autem mox acturus fuerat, qui Eudoxio in fidei ſententia non ſuffragarentur. Atq; in eiuſcemodi calamitatibus nihil prſus uel Eudoxius, uel Imperator de ſtudio ſuo remittebat, quòd uterq; à ſe diſſentientes crudeliter abigere conaretur. Multiq; adeò ſacri uiri ad exilium condemnabantur. Soli autem, diuina prouidentia, propter excellentem uirtutem, exulare iuſsi non ſunt, Baſilius magnus Cappadocum eccleſię antiſtes, & Gregorius, qui tum Nazanzi (quod tenue oppidum prope Cæſaream ſitum eſt) eccleſiæ præfuit. De quibus uiris paulo pòſt dicemus.

Valens muros Chalcedonis reficit.

Fatales ſub Valente in Oriente caſus.

Nicææ per terræ motũ euerſio.

Item Germæ. Adſcribuntur caſus iſti iræ Dei aduerſus Imp. Valentẽ.

Exilium catholicorum epiſcoporum.

Baſilius magnus.

Gregorius Nazanzenus.

CAPVT V.

B IMperator Valens bello contra Procopium proſperè geſto elatus, aduerſus eccleſiã rurſus arma parauit, uim religionibus omnibus, ut ſe Arij dogmati accommodarent, inferens. Maximè uerò cõtra eos qui Lampſaci conuentũ egerant, frẽdebat, quòd non modò Arianis epiſcopis dignitatem abrogaſſent, ſed etiam fidei formulam Arimini promulgatam damnaſſent. Et Nicæa profectus, Nicomediam uenit, atq; eò Eleuſium Cyzici epiſcopum ad ſe acciuit, qui Macedonij ſententiæ magis addictus erat. Congregatoq; Arianorum epiſcoporum cœtu, ut cum illis eandem cõmunemq; fidem complecteretur, imperauit. Porrò Eleuſius primùm generoſe & fortiter illorum communionem aſpernatus reſtitit, ubi autem Imperator exilium ei, bonorumq; publicationem minatus eſt, metu perculſus, † libens quidem, ſed non libenti animo, quod Imperator iuſsit, fecit. Verùm confeſtim pœnitentia ductus, quum Cyzicum ueniſſet, apud multitudinem in conuentu publico peccatum ſuum propalàm eſt confeſſus: illud inſuper addens, Vt alium ſibi ſacrorum deligerent antiſtitem: ſibi enim deinceps epiſcopatũ gerere, quòd fidem ſuam prodiderit, minus cõuenire. Cyzicení autem, quòd ſumma eum complecterentur beneuolentia, & adminiſtratione eius maximopere delectarentur, epiſcopum alium non receperunt, neq; alij eccleſiam regendam permiſerunt: ſed ipſi Eleuſio ſubditi, ſententiam ſuam minimè mutauerunt. Quod ubi Eudoxius Arianæ ſectæ Conſtantinopoli præfectus cognouit, epiſcopũ illis deſignauit Eunomium. Putauit namq; fore, ut is eloquentia ſua breui per felicem quandam perſuadẽdi uim Cyzicenos demulſos, ad opinionem ſuam pertraheret. Et poſtquam Eunomius Cyzicum uenit, eccleſias quidem, Eleuſio Imperatoris iuſſu expulſo, uacuas recepit: plebs autem Eleuſio obſequens, extra urbem conuentus agebat. Sed de Eunomio, & eius hæreſi, ſuo loco paulo pòſt dicam. Verumenimuero non modò Macedoniani, ſed etiam Nicænum dogma comprobantes, Conſtantinopoli eiſdem afficiebantur malis: neque eo minus etiam Nouatiani, qui & ipſi Conſubſtantialis

Eleuſius epiſcopatũ deponit.

Valens Eleuſiũ Cyzici Epiſcopum Arianam cõplecti fidem cogit.

† ἑκὼν οὐκ ἐκὼν τρέπεται.

Pœnitentia Eleuſij.

Et ſimul de ui ſibi illata conqueſtus. Socr. lib. 4. cap. 6.

Eum retinere Cyzicení conantur.

Eunomius ab Eudoxio Cyzici epiſcopus deſignatur.

Catholici, Macedoniani, & Nouatiani, Cõſtantinopoli afflictantur.

professionem complectabantur: quapropter eis quoque ecclesias adimi Imperator præceperat. Alios præterea, quos excluderet, non habebat: antea enim duda Constantius hæreticis reliquis ecclesias eripuerat. Agelium quoq; episcopum, qui à Constantini temporibus, ad eum usq; diem, Nouatianorum ecclesijs præerat, in exilium Valens egit. Qui sanè, quemadmodum Socrati uidetur, admirandam egit uitam. Nam in eo, quod in philosophia maximũ est, fuit: possessiones enim nullas, neq; quicquam pecuniæ habuit. Et uitæ eius institutum id maximè declarauit. Vnica enim ueste cõtentus fuit: & Euangelicis decretis insistens, calciamentis usus non est. Cęterùm non multo pòst ab exilio reuocatus, ecclesias suas recepit, & liberè in eis conuentus egit. Quod ut fieret, Marcianus quidam effecit, uir uita simul & doctrina admodum spectatus: qui dudum quidem suum in Imperatoria aula obtinuerat locum, tum aũt apud Nouatianos in presbytero rum ordinem cooptatus, Imperatoris filias Anastasiã & Carosam Grammaticæ præcepta docebat, sub quarũ nomine publica lauacra Constantinopoli Valens construxit. Eius uiri gratia Nouatianorũ ecclesię ad breue, tẽpus clausæ, rursum sunt apertæ. Sed ne eo quidem pacto prorsus ab Arianorum turbis fuere immunes: qui eis infensi propterea erant, quòd Nicænæ fidei dogmatis defensores uaIdemarent & complecterentur, alijs opinionibus plurimùm ab illis dissidentes.

Agelius episcopus Nouatianus proscriptus.

Agelij uitæ sanctitas.

Idem ab exilio reuocatus.

Marcianus Nouatianus presbyter, filiarum Valentis præceptor, ut Agelius restituere tur, effecit.

Ariani Nouatianis infensi.

CAPVT VI.

EVdoxio & popularibus eius aduersus eos qui sincerè Nicænam colebant fidem, conatus probè succedere uisi sunt. Nam in maxima ditionis Valentis parte, & potissimum in Hellesponto, Thracia, Bithynia, atq; alijs in circuitu uicinis & ulterioribus etiam terris, neq; ecclesijs iam illi prefuere, neq; episcopos suos habuere. Macedonianis autẽ, qui permulti in regione ea rectam iam consectãtes sententiam erant, non minus infesti, inhumaniter & ipsos sunt persecuti. Atq; isti propter imminentia mala oppidò in angustum redacti, alij ad alios per urbes legatos misere: & tandem ad fratrem Valentis Romam sibi confugiendum, & cum Liberio potius, cuius fidei professionem amplecterebantur, quàm cum Eudoxio communicandum esse statuere. Iraq; Eustathium Sebastię, cui aliquoties adempta fuerat dignitas, & Syluanum Tarsi Ciliciæ, atq; Theophilum Castabalorũ episcopos Romam legarunt, eisq; mandarunt, ut ne cum Liberio de fide contenderent, sed potius cum Romana communicarent ecclesia, ac Consubstantialis professionem comprobarent. Illi cum literis eorum qui ab alijs Seleuciæ segregati fuerant, in Italiam peruenere, atq; ibi Imperatorem Valentinianum, propterea quòd in Gallia contra Sauromatas bellum gereret, non uiderũt. Quum autem Liberio epistolas quas secum attulerant, offerrent, recipere is eas renuit: Arianos eos esse, nec ab Ecclesia sua agnosci posse, qui Nicęnam abolerent fidem, dicens. Cui illi responderunt, se per legitimam pœnitentiã ad ueritatis cognitionem redijsse, sententiam τὴν ἀνόμοιον inæqualitatis abiecisse, & filium per omnia patri similem professos esse: nihilq; ab ὁμοούσιον consubstantiali, κατὰ πάντα ὅμοιον, hoc est, per omnia æqualem, differre. Quibus uerbis auditis, Liberius professionem eorum in scriptum relatam, ab eis exegit. Atq; illi libellum ei, in quo etiam Nicęnam fidem inseruerunt, obtulerunt. Epistolas quidem, quas secum Smyrna ex Asia, & ex Pisidia, Isauria, Pamphylia, & Lycia, ubi conuentus egerant, attulere, propter prolixitatem hic non apposui. Libellus autem, quem Eustathius cum collegis suis Liberio dedit, sic habet:

Ariani Macedonianos iam resipiscentes persequuntur.

Episcopi eorũ tres Romã ad Liberium legantur.

Cilicie hæc ciuitas est. Socr.

Liberius non statim eos recipit.

Domino

CAPVT VII.

Macedonianorum libellus de professione fidei Liberio oblatus.

A DOmino fratri et collegę Liberio, Eustathius, Syluanus, et Theophilus
» salutẽ in Domino. Ad euitãdas insanas hæreticorũ, qui non desinunt
» Ecclesiæ catholicæ offẽdicula creare, suspiciones, & a[illegible] earũ causam &
» occasionẽ omnem præcidendam, synodi Lampsaci & Smyrnę, & alijs
» uarijs in locis ab orthodoxis & rectè sentientib. episcopis celebratæ decreta pro-
» fitentes, apud bonitatẽ tuam, & uniuersos Italiæ, totiusq; Occidentis episcopos
» legatione fungimur, & literas afferimus, catholicã nos fidem seruare, quæ in san-
» cta Nicæna synodo, sub beato Cõstantino Imperatore, à trecentis decem & octo
» patrib. promulgata atq; confirmata, hactenus in statu suo inuiolata atq; immota
» durauit, atq; in perpetuũ duratura est: in qua τὸ ὁμοούσιον cõsubstãtiale ritè pieq; *τὸ ὁμοούσιον laudatur.*
» cõtra Arij improbitatem est constitutũ. Fidemq; eam nos unà cum eis quos dixi-
» mus episcopis & seruasse, & usq; ad finem seruaturos esse, manib. ipsi nostris pro-
» fitemur: cõdemnantes Arium, impiamq; doctrinã, sectatoresq; eiusdem, necnon *Ariani & alij hæretici cum dogmatib. suis damnantur.*
» omnẽ Sabellij, Patripassianorũ, Marcionis, Photini, Marcelli, ipsiusq; Pauli Sa-
» mosateni hæresim, doctrinãq; eorũ, necnon omnes eis assentientes: & si quæ præ
» terea sunt aliæ sectæ, sanctæ fidei, quæ piè atq; catholicè Nicææ à sanctis patrib.
» cõposita atq; promulgata est, aduersæ & cõtrariæ. Anathemate quoq; in primis
» ferientes formulã Arimini lectã, Nicęnæ scilicet fidei prorsus repugnantem. Cui
» quidem formulæ Nica Thraciæ allatæ, nõnulli dolo malo & periurio circũuẽti,
» Cõstantinopoli per errorẽ subscripserunt. Est aũt fides nostra, atq; eorum quo-
» rum nomine legatione fungimur, ista: Credimus in unum DEVM patrẽ omnipo
» tentem, uisibiliũ omnium & inuisibiliũ factorem. Et in unum unigenitũ DEVM
» Dominũ nostrũ IESVM CHRISTVM, filiũ Dei, ex patre, hoc est, ex substãtia pa
B» tris genitũ, Deũ de Deo, lumen de lumine, Deum uerũ de Deo uero, genitũ, non
» factum, cõsubstantialẽ patri, per quẽ omnia facta sunt, quæq; in cœlo sunt, quæq;
» in terra. Qui propter nos homines, & propter nostrã salutẽ descẽdit, & incarna-
» tus, & homo factus, & passus est. Et resurrexit tertia die, & ascendit in cœlos, uen
» turus inde ad iudicandum uiuos & mortuos. Et in spiritũ sanctũ. Qui aũt dicũt,
» fuisse aliquando quum non fuerit, quodq; priusq; genitus sit, non fuerit, & ex
» non existentib. factus sit, aut ex alia substãtia, uel subsistentia, uel mutationi & al-
» terationi obnoxiũ filiũ DEI esse, anathemate iugulat catholica & Apostolica ec-
» clesia. Ego uerò Eustathius episcopus Sebastiæ urbis, & Syluanus, & Theophi-
» lus, Lampsacenæ, Smyrnensis, aliarumq; synodorum legati, hanc fidei professio-
» nem manibus nostris, uoluntateq; nostra scripsimus. Quod si quis præter hanc *Cautio, iudicio sisti.*
» fidem, contra nos, aut eos à quibus missi sumus, aliquid criminis intendere uo-
» luerit, ad quoscunq; sanctitati tuæ uisum fuerit episcopos, nos atq; illos cum san-
» ctitatis tuæ literis remittet: ut quùm apud eos ipsos iudices causa dicatur, tum in
» eum qui criminis conuictus fuerit, legitimè anima ueratur.

CAPVT VIII.

Admittit tandẽ legatos ad communionem Liberius.

HOc libello ueluti quodam pignore sibi obligatos, Liberius ad cõmu-
» nionem admisit, ac deinceps cum huiusmodi literis eos dimisit: Dile-
» ctis fratribus & collegis, Hythio, Cyrillo, Hyperechio, Heroni, Elpi-
» dio, Maximo, Eusebio, Eucarpio, Eortasio, Neoni, Eumathio, Fau-
» stino, Procto, Pasinico, Arsenico, Seuero, Didymioni, Britanio, Callicrati, Da-
» mabio, Aedesio, Eustochio, Ambrosio, Gelonio, Pardalio, Macedonio, Paulo,
» Marcello, Heraclio, Alexãdro, Adolio, Marciano, Sthenelo, Ioãni, Macari, Cha-
» risio, Syluano, Photino, Autho, Antonio, Celso, Euphranori, Milesio, Patricio,
» Seueriano, Eusebio, Eumolpio, Athanasio, Diophanto, Minodoro, Diocli, Chri
sampelo,

Liberij ex Occidentaliũ episcoporũ literæ ad catholicos episcopos Orientales.

» sampelo,Eugenio,Eustathio,Callicrati,Arsenio,Eugenio,Martyrio, Hieratio, A
» Leontio,Philagrio,Lucio,& uniuersis episcopis Orientalibus orthodoxis,& re
» ctam fidem sectantibus,Liberius episcopus Italię,& reliqui Occidentis episcopi
» salutem perpetuã in Domino. Optatissimum nobis pacis & concordiæ gaudiũ
» literæ uestrę,fidei lumine refulgentes,fratres dilecti,attulerunt,quas nobis reue
» rendissimi fratres & episcopi Eustathius,Syluanus,atque Theophilus reddide-
» runt. Atq; eo maximè nomine, quòd sensum & persuasionẽ fidei uestræ,cum te-
» nuitatis meæ atq; Italicorũ Occidentaliumq; episcoporũ omnium sententia,con
» cordare confirmarũt & asseuerarũt. Atq; eam ipsam nouimus catholicã & Apo *Nicæna fides catholica est, & apostolica.*
» stolicam esse fidem,quæ ad Nicænã usq; synodũ integra atq; immota seruata est:
» quam etiã patres Nicææ cum ingẽti lætitia,non solũ sermone,uerùm etiã scriptu
» ra intercedente,ut uestigiũ & scintillã omnem absurdæ opinionis extinguerent,
» sunt professi. Eius exemplar necessariò hisce literis subijciendũ esse duximus, ne
» postea locus & opportunitas hæreticis ad struendas fidei insidias relinquat: qui-
» bus illi improbitatis suæ igniculos excitãtes, discordiæ incendia more suo dilata
» re solent. Eustathius sanè,Syluanus, atq; Theophilus,fratres nostri reuerẽdissi
» mi,nobis uestro nomine receperunt,dilectionẽ uestram non minus atq; ipsos fi-
» dem eiusmodi semper & antea seruasse,& ad finem usq; seruaturã esse,in Nicena
» uidelicet urbe à trecentis decem & octo episcopis orthodoxis & rectè sentienti-
Numerus 318 patrũ Nicænorũ eũ numero uernaculo rẽ Abrahæ congruit. » bus cõprobatam. Quæ q; certã perfectamq; cõplectitur ueritatem,ora hæretico
» rum omniũ omnia obstruit atq; euertit. Non casu enim fortuito,sed diuino pror
» sus nutu,cõtra Arij insaniã,tantus episcoporũ numerus est coactus,quanto scili-
» cet numero beatus ille Abrahã tot hostiũ millia fide debellauit. Ea fides quum in
» subsistẽtia & nomine τοῦ ὁμοουσίου cõsubstantialis cõsistat,perinde atq; munitissi-
» ma quædam & inexpugnabilis arx,impressiones & machinas malignas Arianæ B
» perfidię omnes,ita uti decet,cõtemnit. Et quamuis episcopi Occidentales propè *Episcopi Occidentales, qui Arianorum fraude Arminensi fidei subscripserãt, per legitimam pœnitentiam resipuerunt.*
» omnes Arimini conuenerint,quum ibi concilio Arianorũ coegisset uecordia,ut
» insidiosa quadã suasione,seu quod ueritus est,profana authoritate & potẽtia, id
» quod in fidei formula tutissimum certissimũq; positũ fuerat,abolerent,aut obli-
παρησία » què negarent,nihil tamen ea profuit † calliditas. Nam omnes ferè qui tum Arimi
» ni inescati atq; fraude decepti fuerãt,nunc resipiscẽtes,quàm anathemati eorum
» qui ibi conuentũ egere,fidei formulã subiecerũt: tum uniuersali & apostolicæ fi-
» dei,quæ Nicææ decreta est,subscripserũt. Et nobiscũ cõmunicantes,ardentiori-
» bus etiã animis contra Arij doctrinã & discipulos eius feruntur. Quã rem ita de-
» prehensam esse,ubi oratores etiam uestri cognouerunt,in subscriptione sua uos
» quoq; addiderũt: & Arĩ,& quæ à sectatorib. eius Arimini cõtra Nicænã fidem
» acta sunt,anathemate iugulãtes. Quibus sanè actis,uos etiã iurisiurãdi sacramen
» to fraudulento circũuenti,subscripsistis. Quapropter cõuenire nobis uisum est,
» ut ad dilectionem uestrã scriberemus,& iusta petentes adiuuaremus, præsertim
» quum exlegatorũ uestrorũ asseueratione,Orientales uos resipuisse,& cum Occi
» dentalibus rectè sentientib. cõsentire intellexerimus. Scribimus ergo uobis, ut
» noritis quàm Arminenses blasphemias, quę tum per surreptionẽ sunt ab autho
» ribus earũ magno ecclesiæ detrimẽto subintroductæ,anathemati subiectas,rum
» Occidentales uniuersos in Nicænã fidei professionem cõspirasse. Quamobrem
» per uos id omnib. indicari oportet,ut qui ui quadã seducti atq; læsi sunt,tandem
» à tenebris hæreticis ad diuinũ catholicę libertatis lumen reuerti possint. Si qui ue
» rò deinceps uenenũ perfidiæ respuere,& Arij blasphemias omnes abolere, ana-
» thematiq; subijcere noluerint,Arij,eiusq; sectatorũ,& cęterorũ serpentiũ Sabel
» lianorum,Patripasianorũ,atq; aliarũ hęresium se cõplices; ab ecclesiastica com-
munione

A » munione & cõiunctione exclusos & alienos esse,quæ adulterij filios non admit- *Arianorum et reliquorum hæreticorum excõmunicatio.*
» tit,sciant. DEVS uos incolumes seruet, fratres dilecti. Hisce literis Eustathius
& collegæ eius acceptis,in Sicilią traiecerũt. Et postq; ibi Siculorũ episcoporum
synodus,eorũ instinctu celebrata,atq; ipsi τὸ ὁμοούσιον cõsubstãtialis fidẽ professi
sunt,Nicænãq; formulã authoritate sua confirmarũt,acceptis ibi quoq; eiusdem
sententiæ literis,ad eos qui se legauerãt,sunt reuersi. Atq; illi redditas sibi literas
Liberij,ad urbes quasq;,per oratores,ad cõsubstantialis fidei propugnatores mi
sere,cohortãtes eos,ut consentientib. animis Tarsi Ciliciq; cõuenirent,ad fidẽ Ni
cænã comprobandã,& quę postea exortę sunt,nugas abolẽdas. Et factũ id fortè
esset,nisi q plurimũ apud Imperatorẽ ualebat,obstitisset: Eudoxius uidelicet,Ari
ange religiõis pfectus,q synodo ea indicta magis etiã cõmotus, maiora illis intulit
detrimẽta. Quod uerò Macedoniãi p oratores suos eũ Liberio cõmunicarint,et fi
dẽ Nicęnã appbarint, Sabinus ipse in synodaliũ actorũ collectaneis est cõfessus.

Sabinus iste Macedonius fuit.

Ne Orientales catholici Tarsi conuenirẽt, Eudoxius obstitit.

CAPVT IX.

Tyanęũ catholicorum episcoporũ concilium.

EOdem tẽpore concilium Tyanæ ab Eusebio Cæsareæ Cappadociæ,
Athanasio Ancyræ,Pelagio Laodiceæ,Zenone Tarsi,Paulo Emesę,
Ostresio Melitinę,Gregorio Nazãzi, alijsq; multis episcopis, qui τὸ
ὁμοούσιον consubstantialis uerbũ seruandũ esse Antiochię,Iouiniano
imperãte,decreuerant, celebrarũ. Lectę ibi Liberij & Occidentaliũ episcoporũ *Acta eiusdem.*
literæ,quas secũ legati Lampsaco Romã missi attulerant. Quamobrẽ gaudio exi
lientes,ad uniuersas scripserũt ecclesias, ut decreta Asiaticorũ episcoporũ & Li-
berij, Italorũ, Aphrorũ, Gallorũ occidentaliũ legerent epistolas: & tantũ ipsis cõ
sentientiũ numerũ,qui longè Ariminense conciliũ superabat,considerarẽt,& ad
B sententiã cõmunionemq; eorũ accederent: necnõ ut eis,eiusdem se esse sententię, *Indicitur conuentus Tarsensis.*
literis ipsi suis rescriberẽt. Scripserũt preterea,ut ad diem cõstitutũ uerno adhuc
tẽpore Tarsum Ciliciq; cõuenirent. Cęterum dum sic de Tarsensi synodo cogen
da agitẽ,triginta & quatuor ferè Asiani episcopi Antiochię in Caria cõuenientes; *Antiochiæ in Caria formulæ fidei Antiochenæ à quibusdã episcopis confirmatur.*
studiũ quidem ecclesiasticæ cõcordiæ sarciẽdæ laudarũt: ὁμοουσίου cõsubstantia-
lis uerò nomẽ repudiãtes,formulã fidei Antiochiæ & Seleuciq; compositã,ueluti
quæ Luciani martyris esse crederet,& à maiorib. eorũ periculo & sudore multo
cõprobata esset,cõfirmarũt. Imperator aũt,Eudoxio annitẽte, synodũ in Cilicia *Volens conuentũ Tarsensem celebrari non permittit.*
celebrari institutã,phibuit,edictis ea de causa & cõminationib. publicè ppositis.

CAPVT X.

Valẽtis iussio, ut episcopi à Constantio relegati, & à Iuliano restituti, demùm in exiliũ extrudantur.

PRouinciarum quoq; præsidibus singillatim mandauit,ut ex ecclesijs
eos deturbarent episcopos,qui sub Constantio exauthorati,dignita
tem pristinã sub Iuliano recepissent. Per eiusmodi iussionem, Aegy
ptij etiam magistratus Athanasium ecclesijs simul & urbe Alexãdri-
na ejicere contenderũt. Non leuis enim pœna Imperiali inserta erat edicto,quòd
præfectis omnibus, & qui sub eorum signis & potestate essent militibus & sena
toribus,cũ ingentis pecuniæ mulcta, corporis quoque coercionem denũciabat.
At Christianus populus cõueniens, Præfectum rogauit, ut episcopũ causa non *Præfectus Alexandriæ Athanasiũ urbe expellere conatur.*
satis deliberata nõ exigeret, sed accuratius literarũ Imperialium sententiam per-
penderet,quæ eos tantum proscriberet,qui sub Constantio exulare iussi, sub Iu
liano ab exilio reuersi essent. Athanasium porrò sub Constantio quidem exilij
causa solum uertisse dicebant,atq; ab eodem reductum, atq; in episcopatũ suum
restitutum esse: Iulianum autem, quum omnes ab exilio reuocaret, unum hunc *Obstat ei populi studium.*
persequutum fuisse,quem tandem Iouinianus restituerit. Hæc quum dicerent,
neque Præfecto persuaderent, restitere tamen: & uim fieri non permisere.
Cæterùm quum uulgus undiquę confluceret, & turba ingens atque tumultus,

adeò ut seditio expectaretur, in urbe esset: præfectus rem eam Imperatori significauit, Athanasiũ ibi manere permittẽs. Et diebus plurib. exactis, seditio ea sopita iam esse uidebat, quum Athanasius uesperi urbe egrediẽ, & in prædio quodã latitat. Aegypti aũt præfectus, & copiarũ militariũ quæ ibi erãt dux, intẽpesta nocte in eccleſiã, ubi ille † domiciliũ suũ habebat, uenit, & in habitaculis etiã superiorib. diligenter eum quærit: sed opinione sua frustratus, re infecta abit. Existimauerat enim, cp plebs tandẽ prioris motus, quo excitata fuerat, oblita esset, & somnum omnes carperẽt, facilè se Imperatoris imperata executurũ, & urbem sine seditione pacatã conseruaturũ esse. Sedenim præfectus, & qui cum eo erant, cp Athanasium non inuenissent, ualde sunt admirati. Siue enim diuini numinis indicio, seu hominum aliquorũ denũciatione secesserit, eodẽ res recidit. Quòd enim tam necessario tempore insidias sibi structas præuiderit & uitarit, cõsilij esse uisum est, quod captũ humanũ excederet. Alij uerò dicunt, eum, cp uulgi insanũ motũ prę sensérit, & simul ueritus sit, si quid inde detrimẽti proueniſſet, ne ipse autor mali eius esse uideretur, † toto eo tempore in paterno monumento delituisse. Atcp ille quidem sic profugit, & latuit. Nõ longè aũt pòst Imperator literis suis eum reuocauit, & ecclesiã obtinere iussit. Scriptum hoc prẽter animi sententiã Valentem ẽdidisse opinor, uel cp Athanasij gloriã secum ipse reputaret, ac reprehensionem eius rei à Valentiniano, qui Nicænũ decretum profitebat, expectaret: uel quòd motum eorũ qui plurimi illum laudabãt, ne per nouarũ rerum studium respub. aliquid detrimenti caperet, suspectũ haberet. Opinor quocp Arianæ hæresis ansignanos, ita ut par erat, non admodũ iam in eius uiri proscriptionẽ urgendam incubuisse: illud perpendẽtes, si urbe eijceretur, fore ut rursum Imperatoribus molestus fieret, occasionemcp ex ea re illos compellandi haberet, Valentemcp in sententiã suam adduceret, Valentinianũ autem sibi cõsentientem ad iram etiã commoueret. Plurimũ namque eum metuerũt, uirtutẽ eius in rebus quæ sub Cõstantio acciderãt, experti. Adeò enim tum quocp inimicorũ cõsilia & insidias propulerat, ut ei illi nõ grauatè ecclesijs in Aegypto cederẽt, & ea de causa ipse uix Constantij literis acquiescens, ex Italia rediret. Causam quidẽ, quamobrem Athanasius non itidẽ ut alij, ex ecclesia pulsus sit, hanc esse cõijcio. Alij uerò episcopi tantum nõ persequutione, quæ illis par esset, quæ ab idololatris excitatæ fuerãt, sunt expediti. Exilia enim & deportationes in eos qui non eadẽ cum Valente sentirẽt, decernebanẽ, & sacræ ędes ijs quidem adimebanẽ, alijs aũt cõmittebantur. Aegyptus uerò Athanasio adhuc superstite, malorũ eiusmodi immunis & expers fuit.

Athanasius insidias sibi structas præuidet, easq; deuitat.

† κατ' ολίγον τοῦτο Quæritur is nostru domi suæ à præfecto, sed non inuenitur.

Athanasius rursum latitat.

† mensib. quatuor. Socr.

Valẽs Athanasiũ ecclesiæ suæ restituit.

Causæ expendũtur, quamobrẽ Athanasius non itidem ut alij catholici episcopi, ecclesia sua sit expulsus.

Ariani Athanasium timent.

Persequutio catholicorum episcoporum.

CAPUT XI.

SVb idem tempus Eunomius ab Eudoxio secesſit, & seorsim suos sibi cõuentus egit, propterea quòd quum sæpius, ut præceptor ipsius Aëtius in gratiam & cõmunionem reciperetur, Eudoxium rogasset, id impetrare non potuerit. Non ideo aũt Aëtium auersatus est Eudoxius, cp hæresim eius exosam haberet, quam scilicet maximè deprædicabat: sed ut populares eius, alterius illum sectę esse existimarent. Atcp hæc ipsa causa fuit, cur inter Eudoxium & Eunomium discessio fieret. Porrò Aëtius uehemens & acer Arianę hęresis assertor & propugnator fuit, arte sophistica bene instructus. Eandem autem hæresim magis etiam discipulus eius Eunomius defendit, uir, quod Rufinus ait, & corpore & anima leprosus, atcp intrà & extrà morbo regio infectus, ipse quocp arte Dialectica præpotens. Hæresim eius quidã ab eius nomine appellant. Alij Τ ἀνομοίῳ, hoc est, Inæqualium uocant. Sunt authores quidam, qui Eunomiũ istum primùm ausum fuisse dicũt instituere, ut diuinus baptismus mersione una perageretur; & eam quæ ab Apostolis per manus accepta hodie quocp

Eunomius ab Eudoxio secedit.

Secessionis eius causa.

Aëtius.

Eunomius discipulus eius.

Eunamiani, qui etiam ἀνὸ μοιοι, hoc est, Inæquales sunt dicti.

A quòcp ubicp seruatur, traditionem adulterare, & ritũ alium in ecclesia Cyzicena, accuratiore sanctioreq; grauitate nouitatẽ suam obtegentem, inuenisse. Fuit aũt sicuti dictũ est, & Sozomenus testatur, cuius uerba adscribere libet, ad orationes scribendas non ineptus, cõtentioso disputãdi genere & syllogismis gaudẽs, quales sectatores eius adhuc multos uidere est † Non tam enim illi uitam honestam, mores sanctos, & benignã erga egenos misericordiã, nisi eadem cum ipsis sentiãt, quàm si quis cõtentiosè disserere, & syllogismis atcp ratiocinationibus uincere uideatur, laudant. Tales namcp pietate maiore supra omnes esse existimãtur: sicuti Theophronius Cappadox & Eutychius, sectæ huius studiosi, qui obtinentis huius † Imperij tempore, seipsos ab ecclesia rescindentes, quùm in alijs rebus ex Eunomij opinionibus, tum in sacro baptismo res nouas induxerũt, non in trinitatẽ, sed in CHRISTI mortẽ baptisandũ esse docentes. Eunomiũ sanè aliqui dicunt nihil hac in re nouasse, sed quemadmodũ ab initio cœperat, in Arij sententia permãsisse. Postcp uerò Cyzici episcopus factus esset, à clero eũ suo, cp noua instituere dogmata, accusatũ esse. Eudoxiũ porrò, qui tum Cõstantinopoli Arianæ hæresi prę ęrat, illũ accersiuisse, atcp ut uerba ad populũ de doctrina sua faceret, ei permisisse. Et quũ nihil in eo dãnasset, eum ut Cyzicũ rediret cohortatũ esse, illũ uerò dixisse, sed de cætero cũ eis qui se suspectum haberent, futurũ non esse, prętextumcp eum discessionis suæ obtẽdisse: quum reuera causa illa esset, cp præceptorem suum Aetiũ receptũ non esse ægrè ferret: hominemcp in cœpto suo perseuerasse, nihil de priore opinione sua mutantẽ. Et hæc quidẽ alij ad hunc modũ, alij uerò aliter tradũt. Sedenim siue Eunomius, seu alij quidã traditionem baptismi innouarũt, soli illi periculosa ista ratione diuini baptismi expertes mihi è uita excessisse uidentur. Si enim ipsi ab initio recepta cõsuetudine baptizati, primùm se B ipsos rebaptizare non potuerũt, aut quod in ipsis non accidit, primi induxerunt: quodcp necp ipsi per se habuere, necp per alios accepere, id in alios contulerunt: * quum super initio & fundamẽto quod subsistere nequeat, suacp ipsorũ arrogãtia, dogma hoc instituerint, quæ ipsi non acceperũt, alijs tradiderunt: quod sanè stultũ ac stolidũ est †. Illud enim sua etiã ipsorũ cõfessione cõstat, q ipse baptismi sacris initiatus non sit, eum alios baptizare nõ posse: qui uerò traditionis eorum more baptizatus non sit, eum pro non baptizato ab eis haberi, ut qui non legitimè sacramento eo initiatus sit. Testantur hoc ipsimet, dũ quoscũcp in sententiam suã pertraxere, etiãsi antea statis catholicę ecclesiæ cæremonijs tincti sint, rebaptizant. Quæ nouitas non parũ religionem turbauit, & Christianismũ suscipere uolẽtibus propter dogmatum dissensionem ualde obstitit. De Eunomio porrò, & Aetio, illud addere libet, Eunomianæ hæresis authorem primũ Aetium Syrũ fuisse: [a] qui iuxta Arij sententiã, filiũ patri inæqualẽ, creatũcp esse, & ex non existentibus extitisse decreuit. Et qui opinionẽ eam approbarunt, Aetiani prius sunt dicti. Quum aũt, quemadmodũ antea diximus, quidã filiũ patri ὁμοούσιον consubstantialẽ, quidã ὁμοιοούσιον æquisubstantialẽ dicendũ esse assererẽt; & Imperatori tum placitũ esset, ut de Ariminẽsis cõcilij sentẽtia, filius patri ὅμοιος æqualis crederẽt: Aetius quidẽ, ut qui blasphemus in Deũ esset, exilio est mactatus: hæresis aũt eius quodãmodo ad tempus soluta iacuit, cp necp alius quispiã, qui alicuius esset nominis, necp ipse Eunomius propalàm & liberè de ea differere auderet. Cęterũ ubi is Cyzicenã ecclesiã pro Eleusio gubernandã accepit, cõquiescere omnino nõ potuit, & in concionib. ad populũ Aetij opinionẽ rursus in mediũ pduxit. Atcp ut fieri solet, quũ homines primùm hæresis istius autorẽ ignorarẽt, Eunomianos sectatores

Vna Eunomij mersio in baptismo peragẽdo.

Eunomiani cõtentiosi disputatores.

Theophronius & Eutychius Eunomiani.

† Theodosij Iunioris Imperiũ intelligẽdũ, ad quẽ historiam suã Ecclesiasticam scripsit Sozomenus, cuius ea sunt uerba lib. 6. ca. 26.

Socrates propterea Eunomium Cyzico Constantinopolim ad Eudoxiũ reuertisse, & cum eo mansisse dicit, quòd Cyzicenis non ferentes ampullosam eius loquentiã, hominem urbe exegerint. In prolixitate enim orationis eius & multiloquio, ingens fuit sententiarũ penuria. Et quũ lõgos conscripsisset in epistolam Pauli ad Rom. Commentarios, tamen is scopum Pauli pertingere & assequi non potuisse dicitur. lib. 4. cap. 9.

Eunomianorum ante baptismus.

Aetius author Eunomianæ hæresis.

Eunomiano baptismo baptizati, sine baptismo legitimo obierunt.

Anabaptismus in Ecclesia prorsus nõ subsistit.

† Imò etiã αὐτοδαῆτον.

a Eodem argumẽto uti tẽporibus nostris possemus, in refutandis eis quẽ manus alijs imponere audẽt, quum eã potestatem non habeant, & consecrati prorsus non sint.

a Ad declarandam ineptam & improbam Eunomij impietatem & uaniloquentiã, Socrates uerba eius ista profert: Deus de sua ipse substantia nihil amplius, quàm nos, nouit: neque ea magis illi, quàm nobis, est perspecta. Sed quod de ea nos scimus, idẽ & ipse prorsus scit: & rursus quod ille nouit, id in nobis quoque similiter omnino reperias. Vt supr.

sectatores eius cognominarunt: propterea quòd post Actium dogma hoc Eunomius renouauit,& maiore audacia,cp̃ qui id primùm tradiderat,defendit. A

CAPUT XII.

De hæresi Apollinaris.

APollinares duos fuisse,patrem & filium, antea diximus. Et pater quidem presbyter,filius autem lector fuit: utercp̃ græcis disciplinis ualde eruditus. Pater Grãmaticus, filius Rhetor insignis. Pater Alexandriæ ortus,aliquandiu Beryti literas docuit. Laodiceæ uerò matrimonio contracto,filium Apollinarem progenuit. Intima eis cum Epiphanio, præclaro sophista,amicitia fuit. A quo ut seiungerẽtur,ne Theodotus quidẽ episcopus Laodicensis authoritate & interdicto suo obtinere potuit. Permultos hi & utiles ecclesiæ edidere libros,sicuti antea à nobis est dictũ. Deinde uerò in hæresim nominis sui fœdè sunt prolapsi. Nam Apollinaris filius, multis ab ecclesia abductis,suos sibi conuentus egit, sociumcp̃ constituendi dogmatis sui Vitalim accepit,Antiochenum, ex eorum numero qui Meletij ecclesiam frequentabant, presbyterum,uirum nemini illustri uitæ & morũ sanctitate cedentem,& eorum qui fidei eius cõmissi fuerant curandorum perquàm studiosum, eacp̃ de causa à populo egregiè cultum & ueneratum. Paulo pòst enim, quum à communione Meletij discessissent,Apollinari se coniunxit, sectatoribuscp̃ eius Antiochiæ præfuit,uitæ reuerentia non exiguã plebis partem addictã sibi habens: qui etiam nomine ab eo accepto, Vitaliani uscp̃ ad Theodosij iunioris imperiũ ab Antiochenis sunt uocati. Dicitur autẽ hoc fecisse,dolore impulsus: perinde atcp̃ à Flauiano,qui postea sedem Antiochenã accepit, tum autem presbyter cum illo erat, de spectus, & quo minus familiariter cum episcopo esse posset, impeditus fuisset. B Quod namcp̃ ea re diminutã esse famam suam putaret, hominũ more, dolore eo uictus,ad Apollinarim se contulit,& cum eo communicauit,amicitia eius in primis usus. Ex eo tẽpore in alijs quocp̃ urbibus,sub episcopis suis cõuentus habere,& ritus ab Ecclesia catholica alienos celebrauere: præter receptas sacras cantilenas, numerosa etiã carmina quædam ab ipso Apollinari inuenta decantantes. Nam is præter eruditionẽ,reliquã, in poetica quocp̃ uarij generis uersibus componendis excelluit. Qua ille oblectatione multis,ut sibi adhærerẽt, persuasit. Et uiri in cõpotationibus,manuumcp̃ laboribus,mulieres quocp̃ in lanificio suo carmina eius psallebant. Ad studij enim & laborum laxamentũ, ad dies festos, & ad res alias,prout tempus fert, pœmata elaborauit, quæ ad laudem DEI pertinent omnia. Hanc hæresim latius serpere, quũ † primus urbis Romæ episcopus Damasus,& Petrus Alexandrinus cognouissent, coacto Romæ cõcilio, alienã eam esse ab Ecclesia uniuersali statuerũt. Apollinaris etiã ipse itidem propter animi imbecillitatẽ,dogmate suo instituẽdo,res nouas molitus esse dicitur, huiusmodi de causa. Athanasius Alexandrinæ ecclesiæ episcopus, sub Constãtio in exilium actus,quũ in Aegyptũ redire iussus esset,& per Laodiceã iter faceret, cum Apollinari,cp̃ amicissimus ei esset,familiariter uersatus est. Quòd aũt,qui diuersæ erãt sectæ, commerciũ & cõmunionem eius ueluti iurisiurãdi sacramẽto abnegatam auersarẽtur, inter quos & Georgius Laodicensis episcopus fuit: Apollinarim is eo nomine ab ecclesia exclusit, tancp̃ contra canones & sacras cõstitutiones cum Athanasio fuisset. Et quũ criminis loco id ei obiecit, tum rationẽ etiã & pœnã ueterũ atcp̃ pœnitẽtia obliteratorũ erratorũ cum cõuicio ab eo exegit. Quũ namcp̃ Theodotus ante eum adhuc Laodicensem ecclesiã regeret, maximè tum pollens Epiphanius sophista, hymnũ in Bacchum recitauerat, quo præceptore iuuenis etiamnũ Apollinaris utebatur. Recitationi ei, is, cum patre ei cognomine Grãmatico

Vitalis socius Apollinaris.

Causa quur Vitalis à fide catholica discesserit.

Carmina ecclesiastica Apollinaris.

† ῥᾳῴτερος διαλεκτικὸς ὁ ῥωμαῖος ὢν ἐπίσκοπος. *Causa cur Apollinaris quoque ab Ecclesia desciuerit, et hæresim suã instituerit.*

Apollinaris propterea quòd cum Athanasio fuerit, à Georgio Laodicensi excõmunicatus.

Epiphanius sophista Laodiceæ publicitùs hymnũ in Bacchũ recitauit.

Apollinaris hæresis damnata.

Apollinaris Athanasio amicissimus.

A tico insigni,affuit. Atcp̃ ubi Epiphanius orationem eam exorsurus, sicuti eis qui specimen aliquod talium studiorum exhibent,mos est,† non initiatos & prophanos exire & procul esse iussisset: necp̃ Apollinaris,necp̃ eius pater, necp̃ etiã alius quispiam qui ibi aderant Christianorum,ex auditorio secesserit. Id postquam resciuit Theodotus episcopus,molestè tulit. Et alijs quidem ex populo aliquatenus obiurgatis,gratiam delicti fecit: Apollinarim uerò utruncp̃,quum eis propalàm peccatum obiecisset,ab ecclesia segregauit. Erant enim clerici, pater quidẽ presbyter,filius uerò sacrarum scripturarum adhuc lector. Interesserat aliquid temporis,& eos, postquã lachrymis & ieiunijs crimen admissum pœnitentes aboleuissent, Theodotus rursum in gratiam recepit. Vbi autem Georgius episcopatũ est adeptus,& Apollinaris cum Athanasio familiariter fuit, quemadmodum diximus,excommunicatum eum ecclesia exegit. Atcp̃ ille sæpe Georgium dicitur, ut in communionem reciperetur, deprecando obsecrasse. Verùm ubi id illi non persuasit, mœrore correptus Ecclesiã turbauit,& dogmate nouo hæresim suam induxit,quoad potuit: compositis arte orationibus,inimicum ulciscens,& quòd se in sacrarum literarum doctrina illo præstantiorem exauthorasset, arguẽs. Ad hunc modum scilicet priuatæ clericorum,tempore quolibet,inimicitiæ,maximo Ecclesiam detrimento affecere,& religionem in sectas multas dissecuere. Id inde satis liquet. Si enim itidem ut Theodotus, Georgius quocp̃ pœnitentem Apollinarim suscepisset,hæresis quæ ab eo nomen habet, ut ego quidem puto, non extaret. Ingenia namcp̃ hominum si despici se uideant,arrogantem audaciam concipiunt,& contendendi studio res nouas moliuntur. At si id quod æquum est,consequuntur,ad moderationem se dant,& forte sua contenti sunt.

* τὸν ἀκροατὴν καὶ βεβέλον. *Ei recitationi Apollinares affuere.*

Apollinares eo nomine excommunicantur.

Recipiuntur illi post pœnitentiã in ecclesiã.

Georgius Laodicensis deprecantem Apollinarim in gratiã nõ recipit.

Priuata clericorũ odia reipub. ecclesiarum plurimùm obsunt.

CAPUT XIII.

B

EVnomium,quod diximus,eadem cum Aetio sentire, negari non potest. Nam & ipse Aetium præceptorẽ iactat, & id in scriptis ipse suis apertè testatur. Apollinarim uerò etiam accusans Gregorius Nazanzi episcopus,in epistola quadã ad Nectarium Constantinopolitanæ ecclesiæ præsidem,hæc scribit. Et detrimentum quidem nostrum,quod in † sinu nostro fouemus,Eunomius minimè eo quòd alicuius nominis sit, contentus est: uerùm nisi omnes unà secum in perniciem pertrahat, iacturã id esse iudicat. Sed enim toleranda hæc quidem sunt. Quod autem in Ecclesiæ calamitatibus censeo longè grauissimum, Apollinaristarum est † impunitas. Quos nescio quomodo sanctitas tua negligit, cõcionandi conuentuscp̃ cogendi licentiã æqua nobiscum potestate & dignitate sibi ipsis usurpantes. Tu quidem, qui per omnia prorsus iuxta DEI gratiam,in diuinis eruditus es mysterijs, non tantum quæ ad patrocinium & defensionem DEI uerbi spectant, sed ea etiam quæ ab hæreticis aduersus saniorem fidem excogitata sunt,tenes. Attamen non importunum fuerit, à tenuitate mea magnificentiam tuam audire aliquid. Incidi in Apollinaris libellum, qui omnẽ hæreticã improbitatẽ longè superat. Asseuerat enim,carnẽ † iuxta salutis nostræ administrationẽ, ab ingenito filio * naturæ nostræ transmutandę gratię,† non aduenticiam susceptã esse, sed à principio carnalẽ illam naturam in filio fuisse. Atcp̃ perperàm acceptũ dictum quoddam Euangelicũ, tanquam testimonium tantæ absurditati prætẽdit, dicens: Nemo ascendit in cœlũ, nisi qui è cœlo descendit,filius hominis. Ita ut priusquã descenderit,ipse filius hominis fuerit: & descenderit, suã illam deferens carnem, quam in cœlo habuerit ante secularem & † consubstantiatam. Et rursus Apostolicam aliam profert uocem: Secundum hominem è cœlo esse. Deinde instituit hominem illum qui è cœlo uenerit, mentem

Gregorij Nazãzeni epistole ad Nectariũ episcopũ Constantinopolitanum pars, qua Apollinaris hæresim redarguit.

† ἐγκάτοικον ἐν ἡμῖν λαχοῦσαν. * καταφυσίαν

Apollinaris hæresis.

† ἐκ τῆς ἐνούσης ἡμῖν φύσεως. * ἐπὶ μεταποιήσει τῆς φύσεως ἡμῶν

† Legendũ in Græco συνουσιωμένον, pro συνουσιωμένῳ.

» mentem non habere, sed diuinitatẽ unigeniti naturam mentis adimplere, ut quę A
» † pars quædam humanæ coagmẽrationis sit facta, ad trientis instar, anima & cor
» pore humanitùs circa eam existentibus, mente illis decollante, & uerbo DEI lo-
» cum eius obtinente. Atcp equidem nondum hoc graue est spectaculum. uerùm
» illud omnium longè grauissimum, quod ipsum unigenitum DEVM, iudicem o-
» mnium, authorem & ducem uitæ, & uastatorẽ mortis, mortalem instituit: ita ut
» passionem ille in diuinitate sua susceperit, & in triduana illa mortificatione cor-
» poris, simul etiam ea cum corpore commortua, & sic à patre rursum à morte re-
» suscitata sit. Reliqua quæ importunitati tantæ ille adiecit, longum esset recen-
sere. Opiniões sanè Apollinaris & Eunomij quales fuerint, ex ijs quæ dicta sunt,
quilibet cognoscet. Et ut facilis coniectura est, permultos illi ab ecclesia uniuer-
sali in eorum sententiam pertraxissent, nisi Basilium & Gregorium Cappadoces
aduersarios inuenissent, qui ex professo multa aduersus eos scripsere. Theodo-
sius hę sij pręterea, quod paulo pòst sequutum est, imperium, conatus eorum repressit.
nam duces ipsos hæresium, ex frequentibus & populosis orbis partibus in solos
locos relegauit. Obstitere etiã insuper illis eius ætatis monachi. Mordicus nãcp
Nicæna retinuere decreta, qui in Syria & Cappadocia, finitimisc̃p locis monasti
cam sunt philosophati. Et regio ea quæ à Cilicia ad Phœniciam usc̃p tendit, ne in
hæresim Apollinaris transiret, periclitabatur. Ab Eunomio autem ne inficeren-
tur populi à Cilicia & monte Tauro, ad Hellespontũ et Constantinopolim usc̃p,
metus erat. Non difficile enim utric̃p erat, finitimis quoc̃p eorum, apud quos uer
sabantur, ut sententiam suam sequerẽtur, persuadere. Idem sanè & Arianis con-
tigit. Vulgus enim monachorum, quos recensuimus, uirtutem & opera admira-
tum, quim ipsos rectè sentire credidit, tum aliter opinãtes propter suspicionem B
impuræ & adulterinæ doctrinæ auersatum est: sicuti Aegyptij monachos suos
sequentes, Arianos pro hostibus habuere.

Quæres hæresibus hisce obstitere.

Theodosius hæreticos ab hominũ frequentia in solos locos proscripsit.

Vulgus imperitum sanctorum monachorũ fidẽ est sequutũ.

CAPVT XIIII.

Anthropomorphitarum hæresis. Sectatores eius Audiani dicti. I. Ariani. C. de hæret. & Manich.

IN ætate Audæus quoc̃p quidã, & genere & lingua Syrus, fuit nouo-
rum dogmatũ inuẽtor. Quæ enim mala dudum parturierat, aliquan
do tandẽ peperit. Primùm namc̃p quum perperam illud intellexis-
set, FACIAMVS hominem ad imaginem & similitudinem nostram:
DEVM humana esse forma opinatus est, eundemc̃p corporalia membra habere
existimauit: sacræ scripturæ sententiã non satis assequutus, quæ diuini numinis
operibus humanarũ partium uocabula tribuit. quandoquidẽ eo modo, qui res
subtiliores percipere & audire nequeunt, facilius consiliũ DEI intelligunt. Addi
dit deinde ad impietatẽ eam consimilia alia. A' Manente enim id mutuatus, con-
ditorem uniuersitatis huius DEVM nec̃p ignẽ nec̃p tenebras creasse docuit. Ve-
rùm hæc quidem, & quæcunc̃p sunt eiusmodi, qui factionis eius sunt, celant. Di-
cuntur autem a' publicis ecclesiæ conuentibus segregari, propterea quòd non-
nulli pecuniã apud nos execrando fœnore locent, nõnulli cum mulieribus extra
coniugium consuetudinem habẽtes impiè uiuant. Qui uerò à talibus rebus sint
alieni, liberè cum eis cõmunicare. At ideo illos suo quodam more ab alijs sepa
ratos uiuere constat, quòd dogmatum suorum occultent blasphemiam et impie
tatem. Porrò ficta hæc & assimulata sanctitas arrogantiæ est plena, quæ scilicet
à doctrina Pharisæorum prouenerit. Nam & illi animarum simul & corporum
» medicum accusarunt, ad sanctos Apostolos dicẽtes: Cur cum publicanis & pec-
» catoribus cibum sumit magister uester? Et per prophetã de talibus hominibus
» dicit DEVS: Qui dicunt, Purus sum, ne me attigeris, iste fumus furoris mei est.

Hæretici isti sub prætextu seueritatis sanctioris q; uitæ discessionẽ ab Ecclesia fecere.

Pharisaica hæreticorum sanctimonia.

Sedenim

A Sedenim amentiam istorum refellere, temporis istius non est. Proinde ad reli-
Hæresis Massaliano rum, qui & Euchitæ dicti sunt, et Enthusiastæ qua commemoranda progrediamur. Eodem tempore etiam Massalianorum pullulauit hæresis. Εὐχήτας, hoc est precatores, hos cognominant, qui eam uocẽ in græcum transtulere sermonem. Habent autem aliud quoque cognomen, ex re ipsa natum. ἐνθουσιαστὰς enim, hoc est, numine afflati nominantur, dæmone quo piam uim in eis suam exercente: quam rem Spiritus sancti præsentiam esse opi-
Massali thorũ istorum, qui et Euchitæ, siue Enthusiastæ dicuntur, mentio fit l. Ariani. ut suprà.
nantur. Qui uerò in hoc uitio perfecti sunt, manuum opus omne & laborem pe-
rinde atcp improbitatem auersantur. Itacp somno dediti, somniorum uisiones &
phantasias, prophetiam uocant. Istius hæresis duces fuere Dadoes, Sabbas, A-
Hæresis eius alij thores. delphius, Hermas, & Simeones, atque præterea alij. Qui quidem se ab eccle-
Cõmunionem eucharistiæ hæretici isti in accidiaphoris posuerunt. stica communione non abstinuerunt, nihil prorsus uel prodesse uel obesse diui-
» nam escam dicentes. De qua Dominus Christus inquit: Qui manducat meam
» carnem, & bibit meum sanguinem, uiuet in æternum. Morbum autem eum sup-
primere sedulò conantur, & eundem etiam cõuicti impudenter pernegant: po-
Latoius Meletinensis episcopus domicilia eorum exussit. pularesc̃p suos ea quæ ipsi in animis suis circumferunt, celant. Latoius sanè Me-
litinensem gubernans ecclesiam, uir diuino ardore spectatus, quum multa mo-
nasteria, seu potius prædonum speluncas contagione morbi eius corripi uide-
ret, eas incendit, & lupos ab ouiũ grege depulit. Itidem & præclarissimus ille
Amphilochius Metropolitanus Lycaoniæ eosdem prouinciâ sua expulit. Amphilochius, qui metropolim Lycaoniæ fidei suæ creditam rexit, & gentem
uniuersam gubernauit, ubi pestem talem eò peruenisse cognouit, eam eiecit: &
Flauianus Antiochenus arte quadã sectæ istius arcana in lucem produxit, et dãnauit. gregeș qui ab eo pascebantur, clade ea liberauit. Porrò & Flauianus, celebri fa-
ma uir, postquam Antiochiæ episcopus est factus, & id genus homines Edes-
sæ uersari cognouit, ueneno suo finitimos inficientes, monachorum sodalitate
quadam ad eos missa, Antiochiam eos pertraxit, & ægritudinem suam perne-
τὸν πατριάρχην συναφανίσειε, καὶ τὸν μάρτυρας ψεύσεσθαι gantes ad hũc modum in crimine ipso deprehendit. † Accusatores enim eorum
falsa per calumniam deferre, & testes mendacia proferre dixit. Adelphium au-
B tem admodum iam senem blandè compellans, assidere sibi iussit: Et nos, inquit,
Adelphius Enthusiasta. ô senex, qui iam uitam propè exegimus, certius quum humanam naturam per-
speximus, tum aduersariorũ dæmonum cognouimus molitiones, reipsa quoque
gratiæ subministrationem perdidicimus. Iuuenes autem isti, qui harum rerum
accuratius nihil intelligunt, sermones spirituales audire non sustinent. Quapro-
pter mihi dicito, quomodo uos perhibetis quùm spiritum aduersarium cedere,
tum Spiritus sancti gratiam aduenire? Verbis hisce senex demulsus, uenenum
Improba baptismi sacri reiectio omne suppressum euomuit: & nullam utilitatem ex diuino baptismo ad eos qui
eo uterentur, peruenire dixit. Solam autem orationem sedulam * dæmonẽ uer-
Adelphius impietatem sectæ suæ apud Flauianũ indicat. * τὸν δαίμονα τὸν οἰκεῖον. naculum eijcere. Vnumquemc̃p enim qui nascatur hominem à primo parente,
sicuti naturam, ita dęmonum quoc̃p seruitutem trahere. Quibus precatione se-
dula exactis, deinceps Spiritum sanctum aduenire, præsentiam suam, ita ut sen-
tiatur & conspiciatur, indicantem: corpusc̃p ab affectionum seu perpessionum
metu liberantem, & animã ab inclinatione ea quæ in deterius fert, ita uindican-
tem, ut postea nec̃p abstinentia & ieiunio corpus castigante, nec̃p doctrina quæ
frenos nobis inijciat, & compositè ambulare doceat, sit opus. Et cui ita Spiritus
sanctus obueniret, eum non solũ à corporis titillationibus liberari, uerumetiam
clarè futura præuidere, & trinitatem diuinam oculis suis cernere. Hoc pacto
διὰ τοῦτο ἐπεκελεύσω μοι σὲ ἡμαρτῶν πεπωκέναι diuus Flauianus putido effosso fonte, & impio nudato latice, ad infelicem illum
senem inquit: † Inueterate dierum malorum, redarguit te os tuum, non ego: &
labia tua testimonium perhibuerunt contra te. Et pestis ea in apertum prolata,
Syria excesit: & in Pamphyliam commigrans, eam quoc̃p clade impleuit. Atcp
hæc quidem de absurdis istis & ineptis hæresibus sint dicta. Eodem tempore

Nouatiani quoq; Phrygiam incolentes, Paschæ diem festum mutauere. Id porrò exponã, ubi primùm dixero quamobrem Phryges & Paphlagones, ecclesiæ eorum tam firmiter retineant sanctiones. Nouatus presbyter propterea ab ecclesia Romana discessit, quòd Cornelius episcopus eos ad communionẽ admisserat, qui in persequutione ab Imperatore Decio excitata, Dijs sacrificauerant. Hanc ipsam ob causam segregatus, & à consentientibus sibi episcopis ad episcopatum euectus, omnibus ubiq; ecclesijs scripsit, ne ad mysteria percipienda eos qui sacrificassent, admitterent; sed ipsos quidem ad pœnitentiam cohortarentur, Deo autem ueniæ concessionem permitterent, qui solus facultatem haberet & posset noxas remittere. Eiusmodi literas in prouincijs degentes homines quum accepissent, sententiam earum & iudiciũ ad mores suos accommodabant. Vt enim ille significauit, non admittendos esse ad mysteria, † qui post baptismũ peccatum in mortem admisissent: alijs quidẽ acerba & immanis canonis huiusmodi uisa est esse sententia: alij autem, quòd iustum & ad uitam mores que corrigendos accommodatum esse censerent decretũ, suscepere. De quo quum per quæstionem ambigeretur, aliæ Cornelij episcopi superuenere literæ, gratiam delicti etiam illis annunciantes, qui post baptismum peccassent. Ad hunc modũ quum utriq; contraria inter se per epistolas scriberent, & quæ dicebant diuinarum literarũ oraculis obfirmarẽt, pro moribus quisq; suis eam cõprobabat sententiã, ad quã antea etiã inclinatus magis fuerat. Qui enim delinquere & peccare libenter soliti erant, eiusce modi ueniæ concessione tum accepta, per reliquum deinde uitæ tempus ea in delictis omnibus utebantur. Gens porrò Phrygum populis alijs temperantior, moderatior que esse uidetur. Perrarò enim Phryges iurant. Et * animositas quidem apud Scythas & Thraces dominatur, libidini & † concupiscentiæ Orientales populi magis inseruiunt: Paphlagonum autem & Phrygum gens ad neutrum rerum istarum propensa est. Neq; enim ludi * Circenses, neq; spectacula nunc apud eos exhibentur. Quapropter illi, atq; item alij eiusdẽ sententiæ mihi tum assensisse Nouati scriptis uidẽtur. Præcipuũ namq; apud illos tanquã piaculum & abominatio est fornicatio. Et sanè Phryges & Paphlagones moderatè magis, quàm alias quascunque hæreses, uiuere uidemus. Eandem causam esse opinor, eis etiam qui in Occidentalib. partibus habitant, & Nouati decreto parent. Porrò Nouatus etiamsi propter exactius uitæ genus suã sibi sectã instituit, nõ ille tamẽ quicquam de Paschæ festo die mutauit. Semper namq;, sicuti Occidẽtales partes facere solitæ erant, & ipse pascha celebrauit. Pascha aũt illæ semper agunt iam inde ab initio, ex quo Christiani sunt facti, † post æquinoctium. Hic postmodũ sub Valeriano principe, qui persecutionẽ aduersus Christianos concitauerat, martyrio uitã finijt. Qui uerò eius nomine in Phrygia censentur, ab institutis & cõmunione eius quũ sibi ipsis indulgentes degenerassent, hoc tempore paschale quoq; festũ mutarũt. Concilio eñ in Pazo uico, ubi Sangaris amnis fontes sunt, coacto, pauci quidam & obscuri per Phrygiã Nouatianorum episcopi statuerunt, Iudæorũ azyma obseruanda, & cum eis pascha celebrandum esse. Hæc sibi renunciata esse Socrates (qui hoc loco non abhorrere se à Nouatianorũ institutis, palàm præ se fert) à sene quodã scribit, qui se presbyteri filium fuisse dixit, quo cum Synodo ei interfuerit. Quum quidẽ eò non conuenerint uel Agelius Constantinopoli Nouatianorũ episcopus, uel Maximus Nicææ, uel etiam Nicomediæ aut Cotylij (urbs ea Phrygiæ est non incelebris) episcopi, à quibus tum maximè Nouatianorum religio est administrata. Hæc sic tum acta. Postea uerò Nouatianorum ecclesia propter eam Synodum in partes discessit; sicuti suo loco dicemus.

Sed

A

Quam ob causam Nouatus ab ecclesia Romana secedés, hæresim suam instituerit.

† εἰς θανάτου ἁμαρτόντας μετανοίας. Hæc ex Soer. lib. 4. cap. 28. excerpta: quẽ Nouatianæ hæresis sectatorẽ Nicephorus esse censuit.

Nouati dogma.

Cõtrarium ei Cornelij Rom. episcopi decretum.

Phryges moderati.

** θυμικὸν*
† ἐπιθυμητικὸν
** ἱπποδρομίαι*

Phryges et Paphlagones Nouati decretum utrorib. suis conueniens recepe runt.

Tẽpus paschatis celebrãdi in Occidente.

† μετ' ἰσημερίαν φησίν

Nouatus martyrium obijt.

Nouatiani Phryges in cõciliabulo paschã cũ Iudæis celebrandũ statuunt.

Apud Lit. Iluuius iste Sagarus dicitur, de bell. Macedon. lib. 2.

Socr. habet Cotyanij. Legẽd. ex Suid. Cotyæi.

CAPUT XV.

A SEd ut historiã persequamur, eò unde digressi sumus, reuertendũ nobis est. Imperator Valẽs Cõstantinopoli solutẽs, Antiochiã ad Orontẽ adire properauit. Et quũ Nicomediã peruenisset, ibi hac de causa restitit. Eudoxius Arianæ sectæ episcopus statim post discessum Imperatoris Cõstantinopoli uita defunctus fuerat, cõsulatu Valẽtiniani & Valẽtis tertio, quum quidẽ clauũ ecclesiæ Constantinopolitanæ annis undecim rexisset. Eius in locũ Ariani surrogarũt Demophilũ quendam. Professores autẽ ὁμοουσίου consubstantialis, commodũ se tempus, ut sedem episcopalem recuperarent, nactos esse rati, Euagriũ suæ factionis presbyterũ episcopum designarunt. Cui manus imposuit Eustathius, episcopus aliquãdo Antiochenus, qui à Iouiniano quidem ab exilio non ita pridem fuerat reuocatus: tum autem Constantinopoli priuatus latebat, ut sua saltem præsentia ὁμοουσίου consubstantialis professores confirmaret. Ita factũ, ut Ariani persecutionem aduersus nostros renouarẽt. Ea res postq; est ad principem delata, ueritus ille ne seditione & tumultu ciuitas turbaretur, militarem manũ Nicomedia Constãtinopolim misit, cum mandato eiusmodi, ut simul & ordinator & ordinatus cõprehenderetur, atq; alius alio' exulatum mitteret. Eustathius igitur Bizyam, quod Thraciæ oppidũ est, Euagrius in locum alium deportatus est. Proinde Ariani, quod plericq; omnes in rebus secundis faciunt, magis magisq; efferari, orthodoxos & rectè sentientes admodũ uexare, cędere, contumelijs afficere, in uincula conijcere, pecunijs etiam spoliare, & intoleranda omnia aduersus eos facere.

Eudoxius Constãtinopolitanus episcopus moritur.

Sufficitur ei ab Arianis Demophilus.

A Catholicis Euagrius.

Bizya urbs regũ Thraciæ, à Terei nefasto crimine in uisa hirundinibus. Plin. lib. 4. cap. 11.

Iussu Valẽtis & ipse Euagrius, & eius ordinator Eustathius Antiochenus in exilium pellitur. Ariani Cõstantinopoli catholicos persequũtur.

CAPUT XVI.

B PRorrò quum nostris dura hęc & grauia essent, ad principem precatores misere, si quo modo finem ærumnæ eius obtinere possent. Cæterùm illi opinione sua plurimùm sunt falsi, ut qui iustitiam se ab iniusto imperatoris esse sperauerint. Quum namq; delecti ex ecclesiastico ordine octoginta uiri, quib. præfuit Vrbasus Theodorus & Menedemus, Nicomediã uenissent, preces Imperatori obtulissent, & de ui tanta quiritati essent, indignatus ille, in præsentia quidẽ iram presit: deinde aũt clàm Modesto præfecto præcepit, ut comprehensos eos necaret. Supplicij eius modus, quia nouus & insolens prorsus fuit, posteritatis memoriæ est mandatus. Præfectus, si uiros religiosos, qui nihil commisissent, propalàm perimeret, ne seditio in uulgo oriretur, ueritus est; quapropter eos se in exiliũ missurum esse assimulauit. In qua illi sententia magnis animis acquieuere. Ille nauim eos, ueluti solum exilij causa uersuros, conscendere iussit: & nautis præcepit, ut in medio mari nauem incenderent, ut quũ eo modo illi interirent, sepulcri cura careret. Ventũ est in sinũ medium, † qui Astacenus uocat; ibi nautæ imperata fecerũt. Nã ipsi scapha, quæ nauẽ sequebatur, cõscensa, nauigiũ in quo uiri illi uehebant, incenderunt. Vehementius tũ subsolanus uẽtus flabat, & proinde nauis eo citius flãmã cõcepit. Durauit ea usq; ad locũ Bithyniæ, qui Dacides nuncupat, ibiq; unà cum pijs illis hominib. in littore est absumpta. Sedenim factũ tam truculentũ uindicta est prosequuta. Fames siquidem repentè tanta est in Phrygia orta, ut necessariò incolæ patriam * relinquerẽt, & Cõstantinopolim se atq; ad alias diuersas prouincias cõferrent.

Catholici sacerdotes ecclesiasticos uiros precatores ad Valentẽ mittunt.

Modestus præfectus.

Legati isti. Valente iubente, et Modesto cũ rãte, in nauim impositi sunt, cũq; ea in medio mari per nautas incensa perierunt.

Socrates nauta le esse dicit.

Fames maxima in Phrygia.

† Constantinopoli autem Ariani plures pios catholicosq; presbyteros naui, in qua nullum erat instrumentũ nauticũ, imposuerunt: eamq; pelago uentis undisq; temerè ferendam commiserunt. Deinde populares quosdam suos in nauigio alio summisere, qui ignem illi inijcerent. Sic sancti illi uiri cum igne & aqua conflictantes, postremò in mari submersi, martyrij coronam receperunt. Theodor. lib. 4. cap. 24.

* Constantinopolim Socrates scribit frequentissimã multitudinẽ alere, propterea quòd mare ei omne genus commeatus suppeditet; & præterea quum opus sit, Euxino Ponto ingens frumenti copia eò subuehatur. lib. 4. cap. 16.

CAPUT XVII.

QVũ uerò multa nobis de Basilio magno & Gregorio theologo dicenda sint, operæpreciũ facturum me esse putaui, si pauca quædam de arctissima, quę tantis uiris inter se fuit amicitia & coniunctione, premitterẽ. Quod sanè non rectius certiusq; fecero, quàm si Gregorij ipsius ea de re uerba protulero, quæ in ea oratione sunt, quam is de Basilio funebrem conscripsit. Tempore, inquit, procedente, ubi alter alteri mutuum amorem (factum id Athenis, ubi simul utercq; literis operam nauauit) indicauit, affectionemq; eam philosophiæ gratia conceptam esse constitit, tum alter alteri factus est omnia. Sub uno uiximus tecto cõtubernales, & arcta inter nos deuincti coniunctione idem spectauimus: & alter alteri animum flagrantem & constantem præstitit. Corporum namq; necessitudo quoniam rerum fluxarum est, haud aliter quàm uerni flores, interit. Neq; enim materia igne cõsumpta, flamma durat, sed unà cũ re cremata euanescit: neque charitas, ubi fomitis ardor emarcuit, consistit. Diuinus autem & pudicus amor, quandoquidem rei firmæ & stabilis est, propterea solet esse cõstantior. Et quanto magis amãtes rei desideratæ pulchritudinem considerant, tanto inter se coniunguntur magis. Hæc amicitiæ nostræ lex erat. Atque quum ad hunc modum inter nos animati essemus, & tales firmo thalamo, ut Pindarus inquit, aureas colũnas substruxissemus, ita deinceps processimus, Deo simul & desiderio mutuo opitulatoribus usi. Sed quomodo sine lachrymis necessitudinis tantæ recorder? Eadem erat nobis rei inuidiosissimæ, doctrinæ scilicet, spes proposita. Sed inuidia abfuit, æmulatio autẽ utrumq; exercuit: & certamen nobis erat, non uter nostrũm primas ferret, uerùm uter alteri eas concederet. Alter enim alterius laudem & gloriam pro sua habebat. Et in utroq; uisa est anima una duo circumferre corpora. Quod si credendũ non est dicentibus, † omnia in omnibus esse sita: at nobis id saltem credatur, alterum in altero situm fuisse, & alterum ab altero pependisse. Vtriq; opus unũ propositum fuit, uirtus ipsa, & ut uitam omnem ad spem futurã dirigeremus, & prius inde animo tranferremur quàm corpore excederemus: ad quod spectantes, uitã & actionẽ omnem nostram ita instituimus, ut nos mandatũ diuinum duceret, & alter alterũ ad uirtutẽ acueret atq; excitaret. Et si nõ insolens hoc uerbũ esset, regulam & amussim, quibus quæ recta sunt, quæ ue minus, explorantur, alterũ alteri fuisse dicerem. Sodalibus nos coniunximus non impudicissimis, sed modestissimis: non contentiosissimis, sed pacificis maximè, & quibus cum esse utilissimũ est. quòd sciremus, facilius uitia contagione contrahi, quàm uirtutẽ cum aliis cõmunicari. Quandoquidẽ & morbus in alios citius, cẽs ualetudo transfertur. Disciplinas non iucundissimas magis cẽs honestissimas consectati sumus. Nam per eas uel ad uirtutẽ, uel ad uitia effinguntur adolescentes. Duæ autem nobis erant notæ uiæ: altera prior & honestior, altera posterior, & non eiusdem momenti: illa ad sacra templa, & qui in eis sunt doctores, hæc ad profanos magistros ducens. Reliquas, insistere eis uolentib. reliquimus, uidelicet dies festos, theatra, spectacula, conuentus publicos, conuiuia. Nihil enim admirandum & præclarum esse duco, quod ad uirtutem non conducat: neq; eos qui studio eius renentur, meliores reddat. Atq; aliis quidem alia sunt, uel à patre accepta, uel domo ex quotidianis studijs & actionibus reportata cognomina: nobis uerò ingens momumentum fuit & nomẽ, ut Christiani & essemus, & nominaremur. Athenæ equidem aliis non parùm, quantũ ad animos pertinet, nocent. Nam id non frustra pij opinantur, quòd plus illæ cẽs reliqua Græcia idolis abundant. Et profectò difficile est, non simul aliquem transuersum rapi ab illorũ laudatoribus

De arctißima Basilij Magni & Gregorij Nazanzeni coniunctione. Egregium par amicorum.

Pulchrũ exemplum iuuenum uirtutis & pietatis studijs incumbentium.

μαθήτας σὺν μαθηταῖς.

Sodales Basilij & Gregorij.

ναυῖνς ῥᾴθυμον μετακλαβεῖν, ὁ ἀχρεῖος μετακαλῆσαι.

Studia eorundem.

Athenæ contagione idololatriæ eis nihil nocuere.

A ribus & patronis. Nobis uerò qui animis probè munitis atq; instructi essemus, » nullũ ab illis obuenit detrimentũ. Quin è diuerso potius, quod quidem dictu mi » rabile est, ea ex re magis etiam in fide sumus confirmati, propterea quòd errorẽ » & impuritatem eorum cognouerimus: ibi dæmones despicientes, ubi dæmones » sunt in admiratione. Et si quis est aut creditur esse fluuius, qui per salsuginẽ amaram maris dulcedinem suam retinens fluit: aut animans aliqua, quę in igne, à quo » omnia consumuntur, subsilit: id nos inter æquales omnes profectò fuimus. Et » quod pulcherrimum est, sodalitas quædam nobiscum non ignobilis fuit, quę ab » illo tanquam duce instituebatur atq; regebatur, eisdem nobiscum studijs gaudens. Quamuis pedites, iuxta Lydiũ currum, illius scilicet cursum & morem curreremus. Vnde celebritas quędam nobis contigit apud magistros & commilitones nostros, præterea uerò in Græcia omni, apud eos maximè qui in ea præcipuè » clari sunt. Quin iam fama quoq; nominis nostri ultra Græciæ fines, sicuti hoc » multorum sermone ferebatur, processit. Tãta namq; præceptorum nostrorum, » quanta Athenarum: & tanta nostra, quanta præceptorum laus fuit. Atq; adeò » par amicorum insigne, sicuti fuimus, ita & habiti sumus: ut nihil simile apud Græcos haberent uel Orestes & Pylades, uel Molionidæ, Homerici carminis miraculum. Hæc Gregorius de sua & Basilij disciplina & amicitia, quam etiã quùm scripta pleraq;, tum epistolæ eorũ magis declarãt. Hos sanè uiros si quis inter se conferre, uitamq;, mores & uirtutem eorum exponere uelit, alterum alteri præferre addubitabit. Fuit enim inter eos, & uitæ sanctioris, & profanæ simul sacræq; doctrinę concertatio. Nam adolescentes adhuc, Athenis Himerij & Prohęresij, qui tum inter sophistas præcipui erant, deinde etiã Antiochię in Syria Libanij auditores & discipuli artẽ rethoricã summè perdidicerunt. Et quũ quod ad philosophię studia ualde appositi essent, quidem eos ad ludos aperiẽdos, & sophisticam uitam complectendam, alij aũt ad causas in foro agendas cohortarentur, studio utroq; contempto, solitariã sunt uitã secuti. Itaq; postẽq; in philosophicis literis satis uersati erant, ex Origenis, & aliorũ qui illũ uel præcesserant, uel consequuti fuerant, libris, sacrarũ literarũ sententiam addidicerunt. Magna enim tum orbe toto Origenis gloria fuit. In eius libris quum se exercuissent, Arianis strenuè restiterunt. Et quia illi authoritates & testimonia ex Origenis scriptis ad dogma suũ comprobandũ afferebant, ipsi eos refellerunt, non satis Origenis sententiam assequutos esse ostendentes. Apud multos quidẽ tum Ariani, atq; Eunomius & ipse Arianisans, in magno fuere precio. At illi postẽq; cum Gregorio & Basilio uel scriptis uel disputationib. sunt congressi, indocti prorsus esse comperti sunt. Basilius à Meletio Antiochiæ episcopo diaconus creatus, postea patriæ suæ Cæsareæ Cappadocũ antistes factus, cũ cura & fide ecclesijs præfuit. Veritus enim ne res Arianorũ nouæ Ponti etiã ditiones occuparẽt, celeriter ad eas partes percurrit: atq; monachorum ibi † exercitia instituens, & plerosq; sacra doctrina eruditens, in fide etiam fluctuantes cõfirmauit. Gregorio aũt, qui Nazanzi mediocri Cappadociæ oppido, patri suo in episcopatu succesit, idem studium fuit. Circumiens enim & ipse oppida pleraq;, eos qui in religione imbecilli erãt, confortauit. Potissimùm uerò Constantinopolim frequentius uisens, sententiæ suæ suffragatores in doctrina cõfirmauit: & postea in eam urbẽ legitimè euocatus, administrationẽ ecclesiæ ibi multorũ episcoporum concursu & suffragio suscepit. Quod nisi diuina gratia, ut is eò ueniret, procurasset, cẽ expulsis omnibus, neq; episcopus neq; ecclesia ibi esset, periculum certè & metus ferè fuisset, ne deinde Nicænæ fidei doctrinæ Constantinopoli locus deesset. Sed hac de re postea suo loco dicam. In præsentia historiam de Basilio persequar.

Sodalitas literaria.

Per modestiam Gregorius se Basilũ uirtutis & pietatis studio cum fuisse consequanò potuisse fatetur.

Præceptores Basilij & Gregorij in artib. dicendi.

Idem uitã monasticã sunt sequuti.

Origenem legerunt.

Arianos refutarunt.

Basilius presbyter, & postea episcopus.

† ἀσκητήρια.

Gregorius Nazanzi in episcopatu succesit.

Gregorius episcopus Constantinopolitanus electus.

CAPVT XVIII.

Inter Eusebiū episcopū Cæsarienſem, & Basiliū diaconū, diſsidiū intercesſit.

EVsebio, qui ante Basiliū eccleſiæ Cæſarienſis gubernator fuit, diſsidium quoddā cum Basilio etiamnū diacono intercesſit. Fuit aūt Euſebius quùm alijs in rebus uir magnus, tum certaminibus & periculis pro pietate ſubeundis maximè ſpectatus. Id quod eius temporis perſecutio declarauit. Diſsidiū autē quum eis interceſsiſſet, Basilius in Pontum ſeceſsit, atq; ibi cū monachis philoſophicè uiuentibus fuit. Plebs aūt Cæſarienſis, atq; in primis qui in ea erant cordatiores, quòd Euſebiū ſuſpectum habebant, quaſi fugæ cauſa eſſet uiri tanti, qui uirtute & eloquētia alijs clarior eſſet, eo præcipuè tempore quo hæreticorū ingens multitudo circumcurſaret, conſilium eius relinquēdi, & ſeorſim conuentus ſibi ſuos agendi, cœpere. Atq; ita quidem Basilius, ne, quantū in eo ſitum erat, Eccleſiam plurimis tumultibus ab eis qui aliena ſentiebant, conturbatam amplius affligeret, quietam in Ponticis monaſterijs agebat uitam. Valens aūt, & quæ cum eo erat ſacra cohors (ſemper enim illum incitantes epiſcopi Ariani ſequebant) opportunū ſe tempus nactos eſſe dicentes, ut in Cappadocum Cæſarea quod uellent perficerent: propterea quòd Basilius ſeceſsiſſet, & populus Euſebij odio ad diſceſsionē ſpectaret, Nicomedia profecti Cæſaream, tanq; & hanc euerſuri, uenerunt: atq; ibi quæ ſoliti fuerant, peragere ſunt conati, uidelicet ut recta ſentientes eccleſijs exigerent, eaſq; Arianis traderent. Cæterùm conſiliū id fruſtra fuit. Quàm primum enim hos Cęſaream peruenſſe nunciatum eſt, Basilius monaſticis in Ponto ſcholis uale dicto, Cęſaream & ipſe redit, & Euſebio rebus omnibus alijs poſthabitis conciliatur. Quo quidem facto animi ſui beneuolentiam maximè oſtendit. Et quòd in tempore magno iudicio omnia cum ratione egit, diſputationibuſq; opportunè eſt uſus, examen hæreticorum ingens repulit, & eccleſiæ temporibus duriſsimis profuit. Valens, poſtquàm ei conatus nō ſucceſsit, unà cum epiſcopis ſuis Antiochiam conceſsit: atq; inde aliquanto pòſt in Cappadociam reuerſus, Basiliū, poſt Euſebij mortē eccleſias adminiſtrantem inuenit: quem cum exigere uellet, cœlitùs ea in re eſt impeditus. Cæterùm nihilominus †Leonem ſtatim ſe larua & terriculamento exterriturū eſſe credens, * ad Prȩfecti tribunal cum miſit. Ibi Prȩfectus aſsiſtens, eum interrogat, quā nā de cauſa religionē Imperatoris non cōplecteretur. Atq; ille, Quod hoc ſic Deus non præcepit, inquit. Et inſuper Imperatoris errorem reprehendit, atq; ὁμοούσιον conſubſtantiale defendit. Vbi uerò ille mortem ei minatus eſt, Basilius gratiam ſe illi eo nomine habere dixit, quippe qui diſcedere ex tali rerum ſtatu non grauatè cuperet. Et quum Prȩfectus amplius eam rem deliberare iuberet: Basilius, Ego quidem, inquit, & hodie & cras idem futurus ſum. Vtinam uerò tu teipſum non mutaſſes. Creatura enim quū ſim, creaturam adorare, Deumq; eſſe profiteri, in animum non inducam meum. Sed neq; religioni ueſtræ me aggregari ſuſtinebo. Tametſi enim uos clariſsimi & nō minima orbis pars eſſe exiſtimamini, me tamē minimè decet hominibus gratificari, & propterea fidem in Deum paruipendere: quam ego mediusfidius proditurus nō ſum, etiamſi mihi bonorum publicationem, & exilium, & aliud quidquā grauium ærumnarum, mortemq; adeò ipſam mineris. Nihil enim rerū talium mœrorem afferre poteſt. Quod ſi facultates meas expetis, pannos hoſce & cilicia, atq; libros paucos qui in mundo meo ſunt, ſi hos inquam adamaſti, recipe. Sin ut exilij cauſa ſolum uertam mauis, paratus ad id ſum. Exul uerò quomodo ero, qui ſemper terram quaſi peregrinus pererro, & ad regionē aliam uehementer aſpiro? Corpus porrò hoc, uel poſt primam plagam, ſenſus omnino expers, & cruciatibus ſuperius

Basilius episcopo cedens, in Pontū seceſsit.

Boni uiri indignè eam rem tulere.

Ariani in abſentia Basilij eccleſias Cappadociæ occupare conātur.

Tempore Cæſareæ adeſt Basilius.

Euſebium ſibi conciliat.

Arianos repellit.

Euſebio ſuccedit.

Ad epiſcopatū eum, multorū epiſcoporū ſuffragijs eſt electus. Socr.

Ad Prȩfecti tribunal Valentis iuſſu ſiſtitur.

† μεμαλακισμένοις τὸν λέοντα ἐμφοβεῖν οἰόμενος.

Colloquiū Prȩfecti prætorio & Basilij.

Chriſtiana in fide defendēda conſtantia.

* Socrates, Basiliū ab imperatore Cæſarea Antiochiā euocatum, ibi cōparuiſſe, & cauſam dixiſſe ſcribit. lib. 4. ca. 26.

A ſuperius prorſus futurum eſt. Hæc atq; his ſimilia alia quum liberrimè Basilius § dixiſſet, conſternatus ad uiri prudentiā Prȩfectus, celeriter ad Imperatorē percurrit: eidemq; Basiliū conſtantiorem eſſe, ēq; ut à ſententia ſua ſuaſione deducatur, renūciat. quapropter aut propalàm in eum animaduerteret, aut perſuaderi minis illum poſſe, exiſtimare deſineret. Imperator tum quidem quieuit. Quum aūt Epiphaniorū feſtus dies adeſſet, cum uniuerſa † quam ſecum habebat phalanſia, inaniq; & ſplendida pompa in eccleſiam uenit, & [a] munus ſuū ad ſacram menſam attulit: atq; ibi quòd omnia miro ordine gererentur, ad ſtuporem delapſus, & totus mutatus, in ſolum concidiſſet, niſi quidam ex primoribus tunica correpta Imperatorem iam ruentem retinuiſſet. Vbi uerò ſermonē quoque cum uiro contulit, magis etiā ſapientiā, ſacriſq; obeundis & concionib. atq; conuentibus peragendis dexteritatē, necnō rerū omniū ordinē pulcherrimum admiratus eſt. Sedenim poſtea breui aduerſariorū calumnijs permotus, in exiliū eum mittere conſtituit. Et iam nox aderat, & currus præparabat, quū derepentè morbus Imperatoris filium, cui * Gallo nomen erat, inuadit. Tam uehemens aūt & periculoſus is erat, ut qui puerum curabant medici inſignes, de uita eius deſperarent. Valens caſum eum impatientiſsimè ferens, in ſolo uoluitur, pro filij ſalute mortem ſibijpſi optat, & inſolabiliter luget. Dominica q̄q; Imperatoris coniunx grauiter affligitur, & horrendis noctu pauoribus territam, atque id propter eam quę epiſcopo illata eſſet iniuriam; paſſam ſe eſſe confirmat. Proinde Basiliū ſtatim accerſit: eumq;, ut iacentem puerū quod poſſet adiuuaret, rogat. Ipſe namq; Imperator, propter recentem etiamnū ei factam iniuriam, quidquam ab eo petere uerebatur. Basilius adeſt, & puer meliuſculè habet. Imperator nihilominus periculum facturus, ad illum: Si uera, inquit, ſunt quæ de Deo doces, precare, & Deum B exora, ne mihi filius intereat. At ille: Si idem quod ego credis, morbumq; graſſantem ab eccleſijs diſpellere cōſtituis, omnino puer conualeſcet. Cæterùm quum Valēs id ſe facturū reciperet, & aliter tamē faceret, [b] puer è uita exceſsit. Omnes aūt aſſeuerarunt, non periturū fuiſſe puerū, [c] niſi Imperator eis qui aliena ſentiebant, euocatis, precari eos unà cū Basilio pro pueri ſalute iuſsiſſet: quos etiam ut puerū baptizarent, eſt exhortatus. [d] Imperator porrò uirum ueneratione proſequens, prædia quæ ibi habuit pulcherrima, xenonibus, ſeu hoſpitalibus eius domibus donauit. [e] Sed rurſum à familiarib. expugnatus, uirū ſanctū ad ſe acciuit, & ut ſe aduerſariorum factioni adiūgeret, hortatus eſt. Poſtq; aūt adamantē permouere ſuaſiōe nō potuit, exulare eum iuſsit. [f] Et iam exilij libellus ſcriptus erat: quē ubi manu ſua Valens roborare eſt conatus, literam nullā exarare potuit. calamus namq; ſtatim eſt cōfractus. Quod ubi in altero, & etiam tertio, ad ſcribendum, ſicuti cōuenit, adaptato, itidem ut in primo accidit, & ipſe adhuc in ſcripto impio cōfirmando perſtitit, manus ei ſuprà ēq; credi poſsit cōcuſſa, tremore intolerabili eſt occupata. Proinde animo perculſus, atq; pauore plenus, charta correpta, ambab. eam dilacerauit manibus. [g] Paulo uerò pòſt, Prȩfecto quoq; acciſſe dicunt, ut morbo circumuentus grauí, ubi uindictā ſupplex eſt deprecatus, totus conualeſceret. Verum quid hęc ſunt ad alias uiri huius primarias uirtutes? qui & factis & doctrina mirificā eſt conſequutus gloriā. Multa autē pulcherrima ſcripta uir iſte & Gregorius eccleſiæ Chriſti reliquerūt. Quæ niſi omnib. ferè nota eſſe ſcirē, aliquid etiā de eis ſingillatim dixiſſem. Horū plurima Rufinus dicitur in latinā linguā tranſtuliſſe. Atq; hæc de Basilio & Gregorio breuiter ſint dicta.

Habuit

Valēs ipſis Epiphanijs eccleſiam Basilij ingreditur, atq; in ea ordinē rectum miratur.

a Munus offertoriū: quod ἀναφορὰν, hoc eſt, ſua ipſe manu obtulit, Greg. Naz.

Basilius à Valente ad exiliū damnatur.

* γαλάτης

Filius Valentis in morbum lethalem incidit.

Dominica Augusta opem Basilij, filio ſeruando implorat.

Eius aduentu puer meliuſculè habet.

Basilius pueriū morituru in uita manſurū eſſe pollicitus eſt, ſi baptiſmū ſacrū à Catholicis ſuſcepiſſet. Theo.

b Imperatoris filius moritur.

c Mortis eius cauſa.

d Valēs prædia quædam xenonibus Basilij donat.

e Demùm is Basilium proſcribit.

f Sed exilij libello ſubſcribere non poteſt, quem etiam ſtatim diſcerpit.

Quū aūt id non annueret Imperator: Basilius, De puero, inquit, nolūtas Domini fiet. Socr.

De ſcriptis Basilij & Gregorij.

g Modeſtus præfectus quoque morbo oppreſſus, pœnitētia & deprecatione culpæ interuenientē, conualeſcit.

§ Affuit iſti colloquio Demoſthenes quidam, Imperatoris obſonator, qui orbis uniuerſi doctorē carpens, barbarè loquebatur. At Basilius ſubridens, ἐδίκασμεθα, inquit, πρὸ δικαστοῦ σοφιστικοῦ. hoc eſt, En Demoſthenem quoq; illiteratum uidimus. Et quum ille magis etiam exandeſcens, minas profunderet: Tuum eſt, Basilius ait, de delicatioribus inſulorum condimentis curam gerere. Diuina enim dogmata, qui aures obturatas habeas, exaudire non potes. Theod. lib. 4. cap. 19.

CAPUT XIX.

Gregorius Nyſſenus episcopus Basilij frater. Scripta eius.

ABuit aũt Basilius fratres, quorũ unus Gregorius fuit eccleſię Nyſſenæ lux & ornamentũ: uir ſecundũ fratrem doctrina, moribus, & uitæ ſanctitate ſpectatus. Et quãuis is coniugem habuerit, rebus tamẽ alijs fratri minimè ceſsit. Qui Basilio mortuo, Hexaemeron, ſiue ſex dierũ opus illius adimpleuit: & aduerſus Eunomiũ & Apollinarim confutationes ſcripſit. Conſtãtinopoli quoq; in diuũ Meletiũ orationẽ funebrẽ cõpoſuit, aliaq; inſuper plurima opuſcula doctrinis & inſtitutionibus plena eccleſiæ Dei reliquit. Oſtendũt aũt uirũ talem cùm alia, tum præcipuè in Gregoriũ illum miraculis celebrẽ oratio ab eo edita. Secundus Basilij frater Petrus fuit, qui unà cum illo uitã monaſticam primùm cõſectatus, deinde urbẽ Sebaſtiam ſacrorũ antiſtes gubernauit. Tertius Naucratius, qui iuuenis in aſcetico inſtituto defunctus eſt. Acceſſit ad hos celebris illa Macrina ſoror, cui Gregorius libellũ de Anima dicauit. Ei, ſicuti accepi, hæretici quidã Origenica dogmata iniecerũt. Omnes aũt iſti propter uitæ integritatẽ, in numerum ſanctorũ ſunt relati: quemadmodũ ſanè & Gregorij Cęſarius frater, & Gorgonia ſoror. Quoniã aũt Gregoriorũ nominis ſimilitudine in librorũ inſcriptionib. diſcernẽdis nõnulli errãt, ſcire peropus eſt, tres fuiſſe Gregorios, in eccleſia Dei præclaros. Ponticũ illũ, quẽ diximus Neocæſarea ortũ, & reliquis antiquiorẽ, Origenis diſcipulũ: de quo celebris fama eſt Athenis, & Beryti, & in prouincia Põtica, totoq; adeò orbe, quẽ miraculis & doctrina percurrit. Hic Cæſareæ cum Origene fuit, ac deinde ab eo nõ diſcedẽs, ueriorem philoſophiã perdidicit. Poſtea in patriam reuerſus, primũ ut laicus & profanus multa præclarè egit, dæmones expulit, morbos ſanauit, græcæ ſuperſtitionis ſectatores eloquentia, ſeu potius prodigijs ad fidei noſtræ profeſsionẽ adduxit. Meminit etiã huius Pãphylus martyr in ſuis, qs in Origenem elaborauit, cõmentarijs: in quib. oratio laudatoria Gregorij ad Origenẽ inſerta inuenitur. Tres iſti Gregorij, ut breuiter dicã, fuere: is de quo modò memorauimus: & q à ueterib. Nazãzenus, à nobis aũt q tali cognomine dignus ſit, Theologus eſt uocatus: & frater Baſilij. Fuit pręterea alius Arianus, Athanaſij ſucceſſor, qui † à plebe eſt reiectus. De his ſatis.

Petrus Sebaſtẽ ensis epiſc. Baſilij frater. Tertius eiuſdẽ frater Naucratius Aſcetes. Macrina ſoror. Gregorij Nazanzeni Cęſarius frater. Gorgonia ſoror. Tres præclari Gregorij. Gregorius Θεωλογος, hoc eſt, mirificus. Gregorius Theologus. Gregorius Arianus. † A plebe Ariana. Suprà libr. 9. cap. 7.

CAPUT XX.

Amphilochius Iconij epiſcopus. Amphilochia Baſilij. Iconiũ Lycaoniæ metropolis.

EMporibus eiſdẽ etiam, qui Iconij eccleſiæ præfuit, enituit Amphilochius: quẽ amicũ egregiè charũ habuere Gregorius & Baſilius. Indicant hoc eorũ ad illum datæ literæ, maximè uerò Baſilij conſtitutiones, & ſcriptum de ſpiritu ſancto in triginta capita relatum: quæ à multis etiã Amphilochia uocantur. De Amphilochio iſto permulta tradita ſunt conſideratione & memoria digna. Fuit enim ſenex ſimplex, in quo doctrina & uita ex æquo inter ſe ita certarent, ut aliquot etiam ediderit libros. Sedenim diuina gratia aliàs aliter res noſtras diſpenſans & ordinans, incredibili quodam modo mirificum naturæq; captum excedens, atq; nouũ in hoc uiro exhibuit prodigium. Siquidem ad eum in ſolis locis philoſophantẽ, propter excellentẽ & uitã & doctrinam eius angelos Deus miſit, qui myſtica & arcana benedictione & * epiſcopali arrogatione eũ dignati, † intellectuali modo conſecrarunt, & hierarcham ciuitatis Iconij renunciarũt. Ad hũc quoq; nõ longo pòſt tempore eligendum atq; ordinandũ, in eũ locũ epiſcopi cõuenere. At ubi ex eo cognouerunt ab angelis Dei conſecrationẽ eũ ſuſcepiſſe, data, de tam ſacra & diuina gratia, Deo gloria, ut pontificẽ Dei, & Euangelij præconẽ, fideiq; defenſorẽ, cũ timore reuerenter hominẽ admiſere: & ſolita ſalutatiõe atq; oſculo ei impertito, ea quæ epiſcopalis functionis ſunt, adminiſtrare & exequi permiſere. Ea ætate Optimus quoq;, & Latoius, epiſcopi extitere, uiri qui & uita & doctrina acceptã à maioribus

Is in ſolis locis ab angelis Dei ſacris initiatus, & epiſcopus ordinatus eſt. * αρχιεϱατικῆς ἐξουσίας. † νοϱᾶς Optimus et Latoius epiſcopi.

Abus diuinã fidem propugnarent. Quorũ hic Melitinenſi, ille Piſidiæ præfuit eccleſiæ. Diuus etiam Chryſoſtomus iuuenis etiamnũ, præſtantẽ ingenij animiq; uim & ſpecimen Antiochiæ uiuens oſtendit. Et * diſciplinã morũ admodũ conſectans, magis magisq; in ea proficiebat: nondũ ille quidẽ in epiſcoporũ coptatus ordinem, ſed inter ſacras functiones diaconi miniſterium adimplens. Cuius quum epiſtolas Baſilius & Gregorius uiderent, admirati eas ſunt, & egregium quiddam in eo iuuene extare perhibuerunt. Sed de Amphilochio & Ioanne, ſuo loco plura dicemus. Nunc ad impium Valentem progrediamur.

Ioannes Chryſoſtomus diaconus Antiochiæ. * ἐφιλοτιμεῖτο ἀκϱιβείαν Baſilius et Gregorius eius epiſtolas ſunt admirati.

CAPUT XXI.

QVum is Antiochiæ, ſicuti diximus, diutius moraretur, & ab externis bellis quietus eſſet, aduerſus eos qui ὁμοσίου conſubſtantialis fidem ſectantur, ſe armauit: & non modò ex Antiochena, uerumetiam ex finitimis quæ circumcirca ſunt eccleſijs, rectæ ſententiæ propugnatores eiecit. Alijs quoque eos cladib. affligens, cùm uarij generis ſupplicijs ſuſtulit, tum maximè in præterfluentem amnem Orontem coniecit, & ſuffocauit. Et Meletiũ quidẽ, egregium de uera pietate certatorem, ex eccleſia deturbatum in exiliũ miſit. Samoſatis autem diuinum eiecit Euſabium. Præterea uerò ut Laodicea egregio paſtore Pelagio orbaretur, & ad uiduitatem redigeretur, effecit. Qui adhuc iuuenis, inuitus etiam iugum matrimonij ſubijt. In ipſo uerò nuptiali cubiculo, ad primam cohabitationem ſponſæ ſuæ perſuaſit, ut caſtitatem conſectans, ſororis ſibi potius pietatem; quàm coniugalem conſuetudinem præſtaret. Ac tali quidem pudicitia Pelagius fuit: quam etiam in eo, reliquæ eius coniunctæ & ueluti ſorores uirtutes, tanquam in choræa aliqua ſunt conſecutæ. Quam ob cauſam omnium calculis & ſuffragijs epiſcopali honore dignus iudicatus eſt. Verùm tam ſplendida epiſcopalis muneris adminiſtratio eius, flectere impium Principem non potuit. Iicet hunc ille in Arabiam, Meletium aũt in Armeniam, & Euſebiũ in Thraciam deportari iuſſit, uiros Apoſtolicis donis relucentes. Euſebius iſte antehac quum eccleſias multas uacuas eſſe paſtorib. cognouiſſet, militis habitu ſumpto, & capite epiſcopali tiara, quam ex pileo confecerat, tecto, Syriã, Phœniciã, & Palæſtinã peragrauerat: ordines uacuos in eccleſijs, presbyteris, diaconis, alijſq; ſacris miniſtris ſupplẽs. Alicubi etiã epiſcopos eccleſijs præfecerat, ſi quos eſſet nactus, qui cũ eo ſententiæ eiuſdẽ eſſent. Quàm præclarum aũt fortis & generoſi animi ediderit ſpecimen, in Thraciam exulatum ire iuſſus, nefas eſſet, ſi ſilentio præteriremus. Quum is qui exilij libellum ab Imperatore afferebat, circà crepuſculum aduenìſſet, ut tacitus eſſet, cauſamq; aduentus ſui premeret, eum admonuit. Si enim, inquit, hoc multitudo reſciuerit, ardore æmulationis excitata, te quidem illa ſtatim necabit, me aũt cædis eius cauſam dicere oportebit. Hæc ubi dixiſſet, ad primam facem unico ſeruulo, qui ceruical tantum & libellum ſecũ ferebat, comitatus, ſolus ſe in uiam dedit: atq; ubi ad Euphratis ripam uenit, qui urbis eius mœnia præterlabitur[a], ubi etiã * tranſitũ habere dicitur, piſcatoriam conſcẽdit nauim, & remiges in ripam alteram eũ locum uerſus qui Zeugma nominatur, appellere iuſsit. Atq; ille quidem ſic eſt profectus. At Samoſateni re cognita, in lachrymis & luctu eſſe, & cõfeſtim traiectus nauigantib. repleri. Vbi uerò eum multa parte fluuij emenſa ſunt conſequuti, plorantes omnes ſuadere ei contenderũt, ne lupis oues proderet. Sed poſtquã multa dicẽtes, eum in ſententiam ſuam abducere nõ potuerũt, (nam Apoſtolicum illud dictũ eis obiecit, Magiſtratib. & poteſtatibus ſubiecti eſtote) alius quidem aliud, aurum ſcilicet & uel tem & famulos ei in terrã alienam & lõginquam proficiſcenti obtulit: ipſe uerò neceſſarijs tantum a familiariſsimis quibuſq; acceptis rebus,

* πόϱου

Valẽs Orthodoxos perſequitur. Proſcribuntur Meletius Antiochenus, Euſebius Samoſatenus, Pelagius Laodicenſis. Pelagius epiſcopus in cõmagio cœli bi, ſpõſam pro ſorore habuit. Cõſequuntur Samoſateni Euſebium, ſed eum non reducunt. Euſebius Samoſatenus eccleſias paſſim clero carentes uiſitauit. Idem in exilitã noctu clàm uadens, populum fallit, ſeditionis uitandæ gratia. * Oppida alluũtur Epiphaniæ & Antiochiæ, quæ ad Euphratẽ nocantur. Item Zeugma 72. m. paſſuum à Samoſatis, tranſitu Euphratis nobile. Plin. lib. 5. cap. 24. Pulchrũ exemplum τῆς ποτὲ ἀϱχαίας. Viatico cum proſequantur.

reb us, precatione eos ita ut conuenit muniuit, & ut doctrinam traditam diligen A
ter & accuratè retinerent, hortatus est, & sic ad Istrum usq; cõtendit. Illi factum
id ægrè ferentes, ubi in urbem sunt reuersi, parati erant cum lupis manus conse-
rere. Aequum enim est, ut ardorẽ & æmulationem quoque eorum, propter rem
honestam & pulchram, exponam. Et profectò iniuriam eis me facere existima-
rem, si non flagrantem illorum in fide sinceritatem memoriæ posteritatis man-
darem. Nam ubi, qui Arij factionis erant, pastoribus ex ecclesijs omnib. expul-
sis, Samosata quoque pro Eusebio Eunomium quendam adduxerunt, nemo ho
minum omnium uel pauper, uel locuples, uel iuuenis, uel senex, atq; ut simplici-
ter dicam, nemo prorsus, ita ut in moribus est, ecclesiam est ingressus. Ipse uerò
solus in episcopalibus ædibus uersatus est, nemine eum respiciente, aut conue-
niente: quum quidem uir humanus & modestus fuisse dictus sit. Quod inde sa-
tis patet. quum enim in publicum uenisset balneum, & famuli fores lauacri clau-
sissent, ubi pro foribus stare plurimos cognouit, ministris, ut eas recluderent, præ-
cepit: atq; ut communiter & liberè, qui uellent, lauatione uterentur, illos admo-
nuit. quod itidem in interiori conclaui fecit. Atq; ubi nonnulli ingressi eum cir-
cumsteterunt, ut unà cum eo in calidis aquis lauarent, eos est cohortatus. Cæte-
rùm quum illi sic stantes tacerent, honorem statione eiusmodi haberi sibi ratus,
celeriter aquas calidas reliquit, & abijt. At illi aquas eius piaculum hæresis con-
traxisse existimantes, per cuniculos eas emiserunt, atque alijs immissis lauarunt.
Id uerò postquã Eunomius cognouit, statim urbe relicta, domum est reuersus:
stultum esse ratus, in ea manere urbe, quæ publico & communi in eum flagraret
odio. Atq; ita ille quidem sua sponte Samosatis discessit. Ariani autem alium eò
misere, Lucium nomine, lupum reuera, nõ pastorem. At oues tametsi pastorem B
non haberent: quæ tamen pastorum sunt, fidei dogma sartum tectum cõseruan-
tes, fecere. Porrò quantum Samosatenorum & in hunc odium fuerit, inde li-
quebit. Pueri quidã pilam inter se impellentes in foro ludebant, & Lucius præ-
teribat. Accidit autem, ut pila ex cuiusdam pueri manibus excidens, per mulæ e-
ius qua Lucius uehebat, pedes uolueretur. Atq; illi ululatum ingentem edidere,
piaculo pilam repletam esse opinati. Lucius clamorem eum non intelligens, ex
acoluthis, seu comitibus quendam paulisper ibi manere, & rem ipsam perspicere
iussit. Et ecce pueri per accensum ignem, lustrare ita piaculum uolentes, pilam
iecerunt. Puerile hoc quidem fortasse, satis tamen idoneum, quod demonstret,
quàm constans ciuitas ea odium erga eos habuerit, qui fidei doctrinam depra-
uare ausi fuissent. Sed enim Lucius non eo quo Eunomius fuit animo. Verùm
suasionibus suis apud magistratus tantum effecit, ut è sacro ordine multos qui-
dem urbe exigerent: qui uerò ei uehementius resisterent, longius etiam abige-
rent. Sic Euolcius ille diaconus Oasim deportatus: Antiochus autem presby-
ter, & magni Eusebij cognatione clarus († fororis enim eius filius fuit) permul-
tis primarijs uirtutibus pollens, ad quasdam ultimas Armeniæ oras in exilium
missus est. Vbi uerò diuinus Eusebius, post multa pro uera pietate obita certa-
mina, postremò etiam martyrij recepit coronam: prouinciales conuẽtu coacto,
cui etiam Iouianus, qui Pergensis episcopus, breui tempore Arianam sequutus
fuerat religionem, interfuit, Antiochum in locum * auunculi cõmunibus suffra-
gijs surrogarunt. Atq; is ubi ad sacram mensam accessit, & ut mos est, inclinatus
in genua magna ui procidit, conuersus, quoniam Iouianum dextram capiti suo
imponentem cõspexit, suffragiũ illius reiecit, & reliquis quoq; electoribus suis
restitit, dicens: Nequaquã se eius dextræ consecrationem seu ordinationẽ susce-
pturũ, quæ per blasphemias diuina suscepisset mysteria. Sed hæc lõgè post sunt
facta.

Samosateni Eunomiũ episcopum Arianum sibi obtrusum non respiciũt, propter catholicæ fidei zeliũ.

Eunomius uir perhumanus.

Cũ eo in thermis Samosatenses lauare nolunt.

Eunomius sua sponte Samosatis discedit.

Lucius itidem Arianus Eunomio Samosatis succedit.

Cõmune ciuitũ omniũ in hunc quoq; odium, pueri pila ludẽtes ostẽdũt.

Lustratio pilæ piaculo contaminatæ.

Lucio procurante à magistratu clerici multi urbe pelluntur.

ἀπελαυνόμενοι

Eusebius martyrio defunctus.

Ei in episcopatu Samosateno suffectus Antiochus, ex sorore eius nepos.

Euolcius diaconus, & Antiochus presbyter proscribuntur.

** τῦ θέου.*

Antiochus Iouiani episcopi, quod aliquandiu Arianus fuerit, ordinationẽ reiecit.

A facta. Eo uerò tempore in interiorem Armeniam concessit. Diuus autem Euse-
bius ad Istrum uitam egit, Gothis tum Thraciam percurrentibus, & urbes eius
uastantibus: quemadmodum ipse scripto quodam suo testatus est.

CAPUT XXII.

Barsæ Edessenicpiscopi exilij, quo ter solum uertere est coactus.

POrrò Barsen Edessenorũ episcopum, cuius ingens est gloria in Phœ-
nicia, Aegypto & Thebaide, siquidẽ has peragrans uirtutis suæ splẽ-
dore illustrauit, ut insulam Aradum incoleret, Valens condemnauit.
Quoniã uerò Apostolicis donis clarus, doctrinæ suæ luce multitudi-
nẽ ad se pertrahebat, et morbos quos medici curari posse desperauerãt, sanabat,
in Aegyptiam inde urbẽ quandam Oxyrynchon nomine est deportatus. Vbi ue
rò & ibi uirtutis gloria animos omniũ in se conuerit, in extremos quosdã fines,
à quibus non longè barbari aberant (Philo locus is nominatur) translatus est,
quũ quidem cœlesti domicilio esset dignus. Etiam nunc in Arado lectulum eius
esse dicũt, quem plurimo honore Deus sit dignatus, quòd egroti multi in eum re
positi * ualetudinem per fidem recuperent. Verùm enimuerò quæ Edessæ etiam
crudeliter Valens egerit, silentio ea mandare non licet. Quum namque Barsen,
quem diximus, à grege suo excluſisset, Lycum pro eo substituit, quam rem quia
multitudo ægrè tulit, & communionem eius respuit, relicta urbe omnes extra e-
ius mœnia conuentus egere. Erat autem ibi Thomæ apostoli insigne precatoriũ,
quod uidere uolens Valens, unà cum præfecto Modesto, quosdam prius cum
mandato eò misit, ut multitudinem ibi cõgregatam, armatorum quos secum du-
cebat opera dissiparent, baculis & clauis eam pulsantes: si uerò opus esset, gladi-
os quoq; adhibentes. Præfectus imperata facere, & clàm Edessenis denunciare,
ne postridie more suo in loco eo conuenirent. Mandatum enim ab Imperatore
esse, ut in eos qui ibi deprehensi essent, grauiter animaduerteret. Præfectus sanè,
quamuis diuersæ sententiæ & religionis, ad eum modum illis est minatus: uel
B quòd neminẽ aut paucos certè periclitari uellet, uel quòd fortasse Imperatorem
grauiter indignantẽ opera sua uti nollet. Edesseni uerò minarũ denũciationem
paruí pẽdentes, unà cum diluculo alacriores ib. etiã quàm antea animis in locũ de
signatũ cõuenere, & solita sacra sua peregere. Quod ubi Modesto est indicatũ,
quũ quod faceret nõ haberet, cõsilij inops, q̃p celerrimè militari manu contracta,
per forũ æd campũ eũ contendit: & in mulierculã incidit, manu puellũ raptantẽ,
palliũq; sic temerè & incõpositè, contra q̃p fœminã decet, trahentẽ, atq; adeò mi-
litarẽ ductorũ phalangẽ, perinde atq; ad rẽ magni momẽti properaret, † rũpen-
tẽ. Eã iussu suo cõprehensam, cuius nã rei gratia tantopere festinaret, interrogat.
Tum illa: in campũ cũ, inquit, in quo ueræ pietatis cultores sunt cõgregati. No-
ui enim, & certò noui uestrũ quod struitis consiliũ: & propterea eò uenire pro-
pero, ut æqualia cũ illis cõsequar præmia, ne scilicet cursu intermisso tardius ua-
dẽs, gloria quæ à Deo est, excidã. Puerũ aũt (præfectus subinfert) quid ita tecũ
ducis? Et rursum illa: Vt & ipse, ait, post afflictionẽ & ærumnã toleratam hono-
ris eius particeps fiat. Ille animo ad tam generosam fortitudinem mulieris con-
sternatus, ubi ex eius unius aliorũ omniũ coniecisset alacritatem, ad Imperialem
domũ reuersus, Imperatori rem omnẽ indicauit, & ut à cõsilio cœptoq; suo de-
sisteret suasit: turpem & aduersam dicẽs ex tali facto consecuturam famã, atq; E-
dessenorũ nihilo magis alacritatẽ extinctũ iri. Verbis hisce innumeram multitu-
dinem præfectus conseruauit. At imperator ubi illũ contumelioſis uocib. pro-
scidit, pugno etiam cęcidit: multitudinis nihilominus duces comprehensos cogi
præcepit, ut per optionem uel cum Lyco, seu lupo, & non pastore, communica-
rent; uel citra moram urbe excederent, atq; ad ultimas oras exulatum irent.

Ad lectulũ huius in Arado mirácula edita.

Barsæ successor Lycus.

Lyci odio Edesseni extra mœnia conuentus ecclesiastici agunt.

Templum diui Thomæ apud Edessam.

ὅτι ὑγίαν ἀπὸ τῆς σὶ γενοῦ ὀφέτε ὄνει, Λύκος, Lycus, proprium esse hoc loco nomẽ potest. ἄλλοι λύκοι lupus Græcis dicitur, & sic appellationum nomẽ fuerit.

Edessẽni à Modesto prænoniti, ne extra urbem conuentus agendi gratia progrederentur, nihilominus in proposito suo perseuerant.

Ad cõuentũ eum mulierculæ cũ puero, Modesto uidente, properat.

Admirãdus eius fœminæ ad martyriũ obeũdum ardor.

Magnanimitate ea Modestus adductus, Imperatori, ut multitudini ingenti parcat, uix persuadet.

† Animus enim diuina æmulatione succẽsus, humanũ nõ capit metum, sed terriculamẽta omnia pro risu habet, & ludo cro. Theod. lib. 4. cap. 26.

Valens multitudinis eius duces proscribendos censet.

Porrò

CAPUT XXIII.

Modestus Imperatoris mandatū plebi exponit.

POrrò ubi præfectus illos omnes congregasset, Imperatoris mandata in medium protulit, lenibus utens uerbis, stolidumq; esse dicens, eos tam paucos & imbecilles homines contra Imperatorem tantum, & tot populis imperantē niti. Illi autem taciti omnes constitere, in ducem suum (Eulogius is erat, uir uita simul & doctrina condignam laudem consecutus) respectantes. Ad hunc igitur Modestus conuersus: Quid ita tandem, inquit, ô senex non respondes? Atqui, respondit ille, responso nihil opus esse, qui interrogatus non essem, putaui. Rursum præfectus: Multa certè ad uos, quæ utilia uobis essent, exponens, uerba feci. Tum Eulogius: Illa quidem ad uniuersos sunt dicta. Ego autem ineptum esse existimaui, si multis reiectis, ipse responderem. Quòd si me solum percunctatus fueris, ilicò tibi sententiam meam exponam. Ibi præfectus: Ergo ut cum Imperatore tibi communio sit, facito. Eulogius uerò magna cum gratia facetè admodum arridens: Proficit enim, inquit, & unà cum imperio episcopatum quoq; fortitus est. Verùm ille ironicum & amarulentum dictum sentiens, grauiter id tulit. & iactis in senem conuicijs, ad alia hæc insuper addidit: Non hoc dixi, attonite & stulte: sed communicare te debere, cum quibus ille præcipit, episcopis. At ego, inquit, & senex sum, & pastoris non expers: cuius uocem ut germanam intelligo, & doctrinam sequor, neq; mihi tam perniciosa & pestifera herba opus est. Hisce uerbis furore incensus, celeriter octoginta ex eis qui multitudinis essent uelut columnæ, comprehensos in Thraciam relegauit. Atq; illi uincti circumeuntes, benignè à multis sunt curati. Vici enim & ciuitates eis obuiam progredientes, tanquam ueræ pietatis defensoribus debitum præstiterunt honorem. Porrò inuidia nunquam non in aulis Principū stipendia faciens, ad Imperatorem mox procurrit, & multorum honorum causam esse dixit, quòd condemnatis imperaretur exilium. Imperator re cognita, disgregari eos, & binos partim in Thraciam, partim in Arabiam, quosdā in Thebaiden, atq; alios aliò in oppida dispergi iussit. Si qui etiam inter eos fratres essent, disiungi curauit. Eulogius sanè, & Protogenes, qui secundas ab illo ferebat, Antinonem Thebæorū oppidum deportati sunt. Quanta autem illorum uirtus fuerit, illud indicabit. Quum namq; sententiæ suæ episcopum ibi reperissent, cōmunicare cœperunt, & ecclesiasticos conuentus egerunt. Porrò cum pauci ualde ad eos conuenirent, & causam eius rei esse comperirent, quòd Græcæ superstitionis studiosi oppidani essent: ubi pro eo atque decet, errorem eum eluxissent, non cessandum sibi esse, usque dum ipsi pectora sua plangerent, duxerunt: sed ita ut par erat, illorum quoque medicinæ & salutis curam gesserunt. Et Eulogius quidem in domunculam quandam se ipsum abdidit, ibiq; tacitus uixit, rerum uniuersarum deum precibus exorans. Protogenes autem sacras literas edoctus, & in scribendi arte ualde exercitatus, ludum literarium aperuit, commodo scholæ puerilis loco inuento. In ea & pulchrè & celeriter adolescentulos scribere, & sacra docuit oracula, ita ut illi Dauidica carmina, & alia Apostolicæ doctrinæ consona addiscerent. Quum autem ex pueris unus morbo confectus, in expectatione mortis esset, Protogenes in domum ubi is iacebat, uenit, & manus contrectatione ægritudinem fugauit. Quod ubi aliorum parentes cognouerunt, in suas quisque ædes senem adduxerunt: & ut inualidis eorum liberis opem ferret, rogarunt. Tum ille se auxilio eis non prius esse posse dixit, quàm ægri diuinum subirent lauacrum. Et illi, quòd eos desiderium recuperandę suis ualetudinis adurgeret, statim dicto audientes fuere: atq; ita per

Modestus Imperatoris mandatū plebi exponit.
Plebs tacet, ut Præpositi eire sponderēt, expectans.
Colloquiū Modesti & Eulogij.
Scitè dictum.
Ex Catholico rū multitudine octoginta primores in Thraciam deportantur.
Itaq; iussu Valentis seu uncti in diuersas orbis partes proscribuntur.
Eulogius & Protogenes Antinoē delati.
Ibi Christianismum inter paganos propagaturi, Eulogius monasticā uitam colit.
Protogenes puerū morituru restituit. Alios quoque ægros sanat et baptizat.

Apud Theodorit. dictū hoc per interrogationem effertur: An cū imperio episcopatū etiam inijsti li. 4. ca. 18.
Magnus honor eis in uia exhibetur.
Infrà li. 12. cap. 5.
Protogenes ludimagistrū agit.

A ita per corporis morbum, animæ quoq; salutem sunt consecuti. Si quis autem Valentium quoq; ab eo persuasus diuinam gratiam ambiret, ad Eulogium uadens, & fores pulsans, ut ille eas aperiret, & ei quē uenatus esset, sigillum in Christo imponeret, rogabat. Atq; ubi Eulogius eam rem, quòd in precatione identidem interpellaretur, grauius tulit: Protogenes, Atqui (inquit) longè necessaria magis est errantium ad Christum conuersio. Id uerò factum admirationi erat omnibus, Protogenem uidelicet, qui tanta ederet miracula, & tantam multitudinē ad ueritatis lucem produceret, partes primas Eulogio concedere. Et omnes longè præstantiorem superiorem q; Protogenis uirtutem, ipsius Eulogij uita, esse existimabant. Cæterùm postquam persequutionis procella fæuire desijt, atq; unà cum alijs & isti ab exilio reducti sunt, incolæ eius regionis lachrymantes eos produxerunt: potissimùm uerò episcopus ipse, qui auxilio tanto orbabatur. Et Eulogius quidem diuo Barsæ uita defuncto, ecclesiæ ipsius gubernacula suscepit. Admirando autem Protogeni, Carræ ciuitas Græcarum præstigiarum spinis obsita, excolenda credita est. qua labore multo repurgata, cœlestem ueræ pietatis fructum percepit. Sed de his postea.

Protogenes primas Eulogio tribuit.
Reuersi ab exilio: Eulogius Barsæ succedit.
Valentes autē ad Eulogiū baptizandos adducit.
Præclarū Protogenis uerbū, Præstat peccatores ad Christum per doctrinam & sacramentorum administrationem conuertere, quàm continuæ cōtemplationi & oratio ni incumbere.
Protogenes Carris episcopatum gessit.

CAPUT XXIIII.

Valens religiones alias omnes tolerat, catholicæ tātū fidei infensus.

VAlens diutius Antiochiæ commoratus, Euzoio ibi ecclesias regente, Iudæis, & ethnicis Græcis, atq; etiam qui Christianorum nomine censentur, & diuersa ab Euangelica doctrina dogmata complectērētur, omnibus quæ animis eorum placita essent, ut liberè peragerent, permisit. Nam impius error sub Iouiniano quidem extinctus, à Iuliano autem excitatus, paulatim reflorescebat, & Dialia, Dionysia, & Cereris sacra, non in
B angulis, Imperatore ueluti præeunte; peragebantur: & homines in medio foro, nemine obsistente, bacchantium qui numine afflantur more, discurrebant. Eorum uerò tantum, qui Catholicæ ecclesię doctrinam sequebantur, implacabilis hostis erat. Et primum quidem recens constructam ecclesiam, quam illis Iouinianus dederat, ademit: deinde uerò ex alijs quoq; eos sacris ædibus exegit. Atq; ubi illi sub dio agentes, ad montis radices DEVM consuetudine sua hymnis & laudibus celebrarent, & uarias easdemq; aduersas aeris mutationes, aliquando quidem cum pluuijs & niue & immenso frigore conflictati, aliquando autem æstu solis admodum adusti perferrent, ne eo quidem loco ut permanerent uoluit: & immissis in eos militibus, ærumnosum hoc uitæ agendæ institutum dissipauit. Flauianus autem & Diodorus generosi ueritatis athletæ tum florebant: qui imminentes gregi Christi fluctus, ueluti scopuli quidam, quam primùm in spumam redegerunt. Illi enim post Meletium in exilium eiectum, pro grege Christi decertabant, quùm lupis ipsis fortiter obuiam eundo, tum Christi ouibus conuenientem doctrinam proponendo. Atq; ubi ex locis suburbanis deturbati sunt, ad proximi fluminis ripas oues pauerunt: non frustra, perinde atq; illi in Babylone captiui, ad salices carminum organa suspendentes: sed liberè Deum, iuxta diuinum Dauidem, in omni loco dominationis eius laudantes. Verùm ne hoc quidem in loco diu eos durare, orthodoxorum & rectè sentientium hostis passus est: sed primo quoque tempore inde etiam secedere coegit, conuentumq; eum soluere atq; dissipare est conatus. Sed enim diuinum duorum istorum uirorū, qui pro pastoribus rem gerebant, parí spiritualem gregem, ad id quod in Christo est bellum exercuit, atq; ubi pabulandum esset, monstrauit. Et generosus quidem Diodorus, perinde atq; peraltus & pellucidus amnis, diuino flumine suos potauit. Aduersus alienos autem uehementius cum impetu ruens, illegitima dogmata diluit & aboleuit: non

Orthodoxos omnibus templis excludit.
Ne sub dio qui dem eos cōuentus agere est passus.
Flauianus & Diodorus pro Meletio exule gregem Christi Antiochiæ curarunt.
In fluminis ripa orthodoxi ecclesiam cōgunt.
Sed inde quoq; sunt depulsi.

magni ille generis sui præclari splendorem faciens, afflictiones autem & ærũnas pro fide non grauatè ferens. Flauianus uerò, qui & ipse ex nobilitate erat, ueram pietatem generis claritati longè quoq; præposuit. Is ueluti quidã ludimagister, Diodoro ad sacrum pietatis * quinquertiũ instructo affuit. atq; in ecclesijs quidem ille concionari non potuit, quòd iunior adhuc ad sacerdotij gradũ non conscendisset: sed non pœnitẽdum enthymematum seu argumentorum, atq; ex scripturis depromptarum sententiarum momentum eis, qui id legitima cohortatione excitari faciebãt, suppeditauit. Et illi quidem aduersus Arianos blasphema uerba iactantes, cõtinuè arcum intendebant: hic autem ueluti ex pharetra quapiam, sic ex sapienti mente sua, frequentia sententiarum tela subministrabat. Et in ecclesia, quemadmodum diximus, non docuit: domi uerò & in publicis disputationibus impiorum retia disrupit, & nihil ab aranearum telis differre ostẽdit, quas ipsi irrefragabiles esse putabant, quæstiones atq; propositiones.

Flauianus, quòd nondum per ætatẽ presbyter esset, & in ecclesia nõ doceret, Diodoro & alijs doctoribus argumenta contra Arianos suppeditauit.

πεντάθλῳ δέοντι.

CAPUT XXV.

ON parum uerò illis tum in certamine hoc opis quoq; attulit, insigni uita præclarus ille Aphraates, quam sapiens Theodoritus in uolumine * Dei amantium historiæ conscripsit. Nam & hic quieto uitæ instituto, gregis Christi salutem prætulit: & monasticum relinquens tuguriolum, ouilis Christi curam gessit: & multo diffluens sudore, lupos undiq; ab eo repulit. Cæterùm quàm locuples uirtute fuerit, & quæ supra captũ hominis fecerit, is quem diximus liber, euoluere cum uolẽti, ostendit. Ego uerò unũ quiddam illius actorum huic loco accõmodatũ, recensendum in opere hoc duxi.

εὐτελῆ φιλοθέῳ ἡσυχίᾳ

Aphraates monachus uitam theoricam utilitati Christi ouiũ, necessitate flagitante, posthabuit.

Orontes fluuius ab Aquilonari parte Imperialẽ Antiochię domũ prę terlabitur. Porticus aũt quędã maxima duorum culminum, in parte meridionali ad urbis mœnia, prælatis turribus utraq; ex parte conspicua, est extructa. Inter Imperiales ædes & amnem uia est, quæ per portã quæ isthic est euntes excipiens, in uicinos suburbanos agros deducit. Hanc uiam aliquãdo diuus insistebat Aphraates, ad fidei gymnasium iturus, & ouibus Christi congruẽs pabulum allaturus. Eum è superiore loco porticus prospectans Imperator uidit. Sisyra enim, seu ueste ex ouiũ uillosis pellibus cõsuta amictus, & senio multo confectus, celerius tamen currebat. Et quidam Imperatori, hunc esse Aphraatem illũ, ex quo totius urbis multitudo pendẽret, dixit. Et ille è porticu uirum sanctũ interrogans, Quò nam, inquit, uadis? Atq; Aphraates, Pro imperio tuo precaturus, respõdit. At qui, Imperator intulit, domi te, qui leges monachorum sequeris, manere, ibi' que quietè considentem hoc facere oportuit. Tum diuinus senex perquàm sapienter ait: Rectè tu quidem, ô Imperator, dicis me id facere debere: facturusq; id adeò constanter fueram, si pax Christi ouibus esset. Sed quum multa quædam insaniæ caligo loca omnia occuparit, & maximus iusuper subrepat timor, ne pluri mo imminente periculo, à feris oues dilanientur: necessitas mihi quoq; incũbit, ut uigilem, omnemq; funem moueã, ne quod grex Christi capiat detrimentum. Agè enim, ô Imperator, si puella essem domi in conclaui abdita, fusos manibus tractans, & lanificium meum curans: atq; alicunde subitò conspicerem flammã exortã, & omni ex parte paternę domui circunfusam, fœdo incẽdio eam iamiam consumpturam, quid me facere oporteret? dic, te per Deum oro. Vtrúmne me sic sedere, & penates patrios cõflagrantes despicere, ignemq; proserpentem expectare: an conclaui statim relicto, sursum & deorsum currere, aquam in manibus habere, & modis omnibus flammam extinguere conari, oporteret? Satis sanè scio, dicturum te, faciendum mihi esse, quod & sagacis sanæq; mentis puella faceret. Id ipsum uerò nunc quoque fieri debere existimo. Quum tu enim qualì fulmen

In nullo nõ cõuẽtu olim Christiani pro Principib. suis orarunt.

Mira modestia simul & grauitate Valẽti Aphraates, necessitate se coactum, monastica uita relicta, orthodoxos docere & cõfirmare, ostendit: & eiusdem impiam tyrannidem perstringit.

A fulmen quodam in paternam domum nostram incideris, & ueriorem pietatem omnem igne uastes, undiquaque circumcursamus, flammam glisscentem extinguere satagentes. Hæc quidem ille dixit. Imperator autem ad minas usque progressus, silere eum coegit. Ex cubicularijs autem Imperatoris quidam, qui sanctum uirum propter animi temeritatem grauius tractauerat, in balneum confestim ingressus, ut Principi lauationem præpararet, mente captus, & in calidas aquas delapsus, ibi uitam finiuit. Imperator aliquandiu expectans, & extrahi ea mora tempus quærens, alijs causam eius rei inquisitam sibi renũciare præcepit. Qui quum eò uenissent, & omnia circumspexissent, illum in calidis undis morte frigida peremptum repererunt. Quod ubi Imperator cognouit, opus id quidẽ petulantis Aphraatę sancto illatę iniurię & contumelię esse, rectè arbitratus est. De impio autem dogmate eundem, iuxta indurati cordis Pharaonem, retinuit animum. Et perinde atq; fulmine afflatus & attonitus, miraculo eo magis etiã est contra ueram pietatem concitatus. Eadem tempestate idem quod Aphraates, plurimum laudatus ille Iulianus fecit. Nam hic quoq; solitudine relicta, Antiochiam uenit. Quum enim mendacij artifices, Ariani inquam, per sycophantiã uirum sanctum traducere conarentur, ueluti factionis eorum esset, & dogmati Ariano consentiret: Flauianus, Diodorus, & Aphraates, ueritatis lumina, Acacium illum qui postea Berrœensem ciuitatem sacrorum antistes optimè administrauit, ad celebrem illum uirum cum huiusmodi optatis misere, ut multorum millum hominum misertus ueniret, & quùm aduersariorum redargueret mendacium, tum ueritatem liberè confirmans, fidei doctrinam deprædicaret. Et quę uir iste semel atq; iterum Antiochiam adueniens mirificè peregerit, Dei amantium historia quemuis edocebit. Quod uerò urbs tota opera ipsius ad conuen-

Subita morte cubicularius Imperialis, ob malè tractatũ Aphraatem, mulctatur.

Valens indurati cordis Pharao.

Acacius Berrœus episcopus.

Iulianus eremita quoque Antiochiã uenit, ab Ecclesiæ præpositis accitus.

B tum se & cœtum ueritatis cõtulerit, neminem nõ certò nosse puto, qui rectè res humanas dijudicare consueuerit. Opera nãq; præter opinionem hominum edita, omnes omnino ad se pertrahere, eandemq; cum eorum authore sententiam complecti, persuadere solent. Iulianum porrò præcipua quædam & rationem superantia miracula perfecisse, non nos solum, sed etiam ueritatis accusatores testantur. Idem uerò Antonius ille monasticæ author uitæ Constantij temporibus fecit. Posthabita enim quandoq; solitudine, Alexandrinam urbem ubique perambulans, uerbis clarioribus omnibus est attestatus, Athanasium quidem ueritatis esse propugnatorem, & Apostolicorum dogmatum defensorem: qui uerò Arij rabie affecti essent, à ueritate ipsa longè aberrare. Adeò rem ipsam rectè putantes diuini illi uiri, tempori cuiq; munia sua tribuerũt, quando uel quietiorem uitam complecti, uel solis relictis locis degere in urbibus deberent, minimè ignorantes.

Iuliani miraculis Antiochena ciuitas ad orthodoxiam est reducta.

Antonius itidẽ sub Constantio Alexãdriam uisere, & catholicos confirmare solitus.

CAPUT XXVI.

ALia impius Valens Antiochiæ quoq; egit. Transeundum aũt hinc ad ea quæ Alexandriæ sunt gesta. Quieta siquidem in Aegypto Ecclesia fuit, Athanasio superstite, ob eas quas suprà narrauimus causas. Multitudo namque ea, quæ ueram pietatem sibi sequendam statuerat, Arianam phalangem superabat: idq; propter suum erga Athanasium amorem. Et quum ea esset ardentior, & ad seditionẽ mouendam propensior, metum de se præbuit, ne tumultu concitato, respublica detrimento mactaretur. Proinde diuina quadam prouidentia immunis à grauibus malis Alexandria permansit, tantisper dum ueritatis propugnator superfuit Athanasius. Vbi aũt ille post pericula plura, nec coronas pauciores, ad quietem laboris omnis expertem, ad quadraginta & sex annos episcopatu cũ gloria magna functus discessit: Petrus, uir optimus & clarissimus, in functionem eius successit, suffragio quidẽ primum

Alexãdriæ sub Athanasio Ecclesia quieta fuit, eò præsente.

Athanasij mors. Petrus eius successor.

Vnanimis omnium ordinum in episcopo creãdo electio.

beati illius capitis, deinde etiam episcoporum prouinciæ eius uniuersorum, totiusq; cleri & eorum qui Alexandriæ primos honores & magistratus gerebant, uotis & calculis, plebe etiam cuncta faustis acclamationibus consilium id perquàm libenter confirmante. Particeps enim diuturnorum sudorum Athanasij fuerat, nũquam à magno illo uiro uel domi uel peregrè discedens, uarijsq; que cum illo periculis colluctans. Quapropter quicunque erant finitimi episcopi, & qui tranquillam uitam sectabantur, monasticas relinquentes palæstras, maximè hoc egerunt, ut Petrus in illius locum substitueretẽ. Postquam autẽ is sacrã recepit sedem, nulla interposita mora gentis eius præfectus, contracta ex Iudæis & Græcis manu, ecclesiam circumuallauit, & Petrum exire iussit. Quod nisi faceret, se illum uel inuitum inde eiecturum esse, minatus est, quod quidem ille fecit, quùm uoluntati Imperatoris morem gerens, tum maximè impietati ipse suæ ius suum tribuens. Quòd namq; ex idolorum nefaria superstitione penderet, splendidè se festum diem acturum esse putabat, si ueræ pietatis nauem in tempestatẽ cõijceret. Ac primùm quidẽ Petrus in carcerem inclusus est: postea autem profugiẽs, quum scaphã cõmodè nactus esset, Romã ad consentientem sibi eius urbis episcopum Damasum traiecit. Et breui pòst Euzoius, qui Antiochiæ Arianę præijt religioni, tempus opportunum nactus, consilium inuenit, ut Alexandriam ipse iret, & ecclesias ibi Lucio Ariano traderet. Quod quum Imperatori quoq; placuit, (adhuc enim is Antiochiæ erat) cum satellitio multo, & militari quę eum sequebatur manu sanè quàm frequenti profectus est, atq; unà cum eo Magnus Imperatoris * quæstor. Habebãt ij ab Imperatore ad præfectum prouinciæ Palladium mandatum, ut is quacunq; in re opus esset, Lucio & Euzoio non deesset. Et Petrus quidem, sicuti dictum est, in carcere asseruatus est: postea etiã Romã B nauigauit. At Lucius Arianus in sacrã Athanasij sedem est collocatus. Itaq; Aegyptij longè grauiores in exteros animos concœpere. Simulatq; enim ex improuiso aduenerat Lucius, statim ecclesias occupare contendit. Atq; ubi plebs contrà niti cœpit, bellum aduersus clericos & sacras uirgines est institutum. Et aliæ super alias illatæ calamitates, ecclesiæ Catholicæ sectatores afflixerunt. Perinde enim atq; feræ agrestes gregi Christi Ariani imminentes, partim in exilium egere, partim captos in uincula coniecere: quos rursum ex uinculis productos, uarijs subdidêre supplicijs. Quidam enim ungulis & flagris bubulis cæsi, quidam ardentibus facibus adusti: atq; alij bonis primùm spoliati, alijs mox sunt affecti cruciatibus. Tormentis uerò tam uarij generis superesse, admirabile est uisum. Quòd si quis prius uita excessisset, quàm tanta mala expertus, aut si ad tolerabilius exilium damnatus esset, fortunatum id, & quod alicui inuideri posset, habitum est. Sed quis exponere possit, quæ mala in Lucij introitu acciderint? Quorum quidem Sabinus, qui res Ecclesiasticas conscripsit, minimè meminit, quòd cõiunctorũ sibi Arianorum dedecora premere maluerit. Optimè autem ea beatus Petrus, postq; è carcere profugit, in scripto quodam suo tanquã tragœdiam exposuit, et ad omnes ubiq; ecclesias misit. Quod scriptum, quum prius unum saltem nefarium impij Lucij flagitium memorauero, uolumini huic inseram.

Præfectus Aegypti Palladius Petrũ in carcerẽ conijcit.

Idem Romam ad Damasum episcopum confugit.

Euzoius Antiochenus, & Magnus imperatoris quæstor, Palladio adiuuante, Lucio Ariano ecclesiã tradunt.

** ὁ τῶν βασιλικῶν πραιτωρίων ἀρχιστράτηγος.*

Sæua Catholicorum Alexandriæ persecutio, ab Arianis eis illata.

CAPUT XXVII.

Arriani in Aegyptijs ecclesijs regnant.

AC Petrus quidẽ ille admiratione dignus, ad eum modum Romã concessit. Qui uerò factionis Arianę erãt, quantũuis pauci, ecclesijs in Aegypto imperarunt. Nec ita multo pòst, mandatum quoq; ab Imperatore ad gentis eius præfectum missum est, quod Nicænę fidei propugnatores à Lucio indicatos Alexãdria & omni Aegyptia prouincia ejici iubebat. Porrò Euzoius cõfectis Alexãdrię ex sentẽtia rebus, rursum se Antiochiam contulit.

A tulit. Lucius uerò quemadmodũ mandatũ fuerat, & Aegyptij præsidij dux, cum magna multitudine ex Græcis & Iudæis & Arianis mixtim collecta, hostiliter prædas egit, & infesta signa cõtra monachos solitudinẽ incolentes duxit. Ea eñ ipe erat, si ijs quietem maximè cõsectantibus molestiã turbulenter afferret, in potestate eos sua fore: proindeq; & eos qui in urbibus essent Christianos, à se deuictum iri. Quandoquidẽ multi ea tempestate uenerãdi in Aegypto & Thebaide uiri monasterijs præibant, Arij opinionẽ maximè auersantes. Quos plebs ipsa sequuta, ut eadem cũ illis de religione sentiret, maximi faciebat. Neq; enim illi de dogmatibus nugari uoluere, ac ne potuere quidẽ. Penes eos aũt ueritatem esse arbitrati sunt, quorũ preces Deus exaudiret, miraculorũ edendorũ facultatem eis tribuens, & qui fidei uerbis uirtutis facta tanquam testimonijs confirmarent: quales tum monachorum duces fuisse nouimus, Macarios duos, Alexandrinũ & * urbanum, quorũ antea meminimus. item Pãbo, & Heraclidẽ illum, qui optimè ab Antonio magno uirtutis & Aegyptiorum monasteriorum antistite sunt eruditi, & alios eiusdẽ discipulos. Et quum Lucius secũ ipse reputaret, fieri neutiquã posse ut res Arianorũ in tuto essent, & ipsi uniuersalẽ sibi Ecclesiam subijcerẽt, nisi eos qui inter monachos summi essent, in sententiã suã pedib. ire cogerẽt, rem eã est aggressus. Et quia suadendo nihil efficeret, ad uim se cõuertit. Itaq; armati nudis, & qui ne manũ quidẽ defendẽdi causa extẽdere uellent, ingruentes, * miserandũ in modũ eos afflixerunt, ita ut cladem illis illatã uerbis exponere nõ sit. Postremò tamẽ cœptũ id frustra fuit, q̃ omnes parati essent iugulũ inclinatũ gladijs præbere: & si opus esset, mori potius alacriter, q̃; aliquid de Nicænis decretis mutare. Ferẽ uerò & illud, quũ impetũ imminentiũ militũ expectarẽt, quẽ B dã apud eos fuisse ex pedib. propter articulorũ conuulsionem[a] adeò laborantẽ, ut illis insistere nõ posset, sed scipionibus quibusdã illorũ uicẽ & usum exploret. Hũc illi oleo unctũ in nomine CHRISTI, quẽ Lucius persequereẽ, surgere, et domũ ire iusserunt. At ille exiliẽs, statim iter perfecit, eadẽ prorsus cũ monachis istis colenda esse prædicãs, quib. Deus Luciũ accusantib. gratiã suã cõcederet, & aurẽ tã benignè præberet, ut se tã diuturno morbo liberarint. Verũ ne ijs quidẽ ipsis rebus eis consilij cœptiq; sui pœnitẽtia incessit. [b] Noctu enim hos oppressos atq; cõprehẽsos, in insulã quandã circũcirca lacu ingẽti circũdatã miserunt, quam antiquitùs homines superstitionis dæmoniacæ, qui doctrinã nostram prorsus non audissent, incolebãt. Erat aũt adhuc ibi pernicioſi & pestiferi dæmonis antiquissimum delubrum, cuius cultu etiãnum maximè tenebãtur. Postq; aũt insulam attigerunt, sacerdotis filia à dæmone agitata, ad eos uenit. Quæ ubi cursu & clamore indecenti ad eos cõtenderet, insulæ incolæ nouitate eius rei cõsternati, eã sunt sequuti. Vbi uerò ad nauem, qua diuini illi senes ad litus appulerant, accessit, dæmoniũ illã cõuellens humi proiecit, & magno per illã clamore edito obsecrauit: Quidnã, inquiens, ad nos ueniſtis, magni Dei ministri? Insulã nãq; istã iãdudum os absq; molestia & turba omni tenemus, & omnib. propè hominib. ignoti, & lacubus istis circũuallati hic latemus. Quod si deinceps uobis hãc regionẽ incolere uisum est, libẽter decedemus. Talia dæmon per puellã uociferabat. Qui simulatq; ab illis increpitus silere iussus est, puella cuestigiò cum pudore & modestia ad seipsam rediit. Et pater eius atq; insula omnis cũ incolis uniuersis Christianissimũ susceperit: tẽplũq; quod ibi erat, repurgatũ, atq; in ecclesiã transformatũ, CHRISTO dedicauit. Ea res quãprimũ Alexandriam renunciata, Lucio nõ parũ attulit mœroris. Factũ enim inde est, ut non solũ alienorũ, uerumetiã populariũ suorũ odium incurreret: perinde atq; is, qui nõ cum hominibus, sed cum ipso prorsus Deo bellum gereret. Itaq; occultè statim, ut Macarij ad studia sua & in solitudinẽ redirent, præcepit. Satis quidem hęc crudelẽ Lucij impietatẽ indicant. Exactius

Monachorum Aegyptiorum ecclesiæ.

Monachos deportatos is locis suis restituit.

In his Theodoritus fuisse scribit duos Macarios, & Isidorum. li. 4. ca. 22.

b Sæpe qui dam monachi ab Arianis in insulam Aegyptiã adiacentem idolatras deportati.

Miraculo tali insula ea Christianissimum suscipit.

tamen animi eius inhumanitatē diuini Petri literæ declarāt: quarū ego prolixita A
tem fugiens, quæ loco huic accōmodata sunt, ex eis decerpā, & historiæ adijciā.
Scribit aūt ad hunc modum. CAPUT XXVIII.

Petri Alexandrini scriptū, de Lucij summa in Catholicos apud Alexandriam crudelitate.

PAlladius gētis præfectus, quū ethnicus & gentilis superstitionis esset, « atq; ad pedes simulacrorū semper prouoluereꝛ, & quòd sæpe antea « bellū aduersus CHRISTVM meditatus esset, ea quā diximus multitu « dine cōtracta, impetum in ecclesiā fecit, perinde atq; barbaros subiu- « gare pergeret. Tū sanè, tū res pessimę sunt admissę: quas quū dictare tantū uellē, « ꝙ memoria earum dolorem mihi renouaret, ingentem uim lachrymarum emisi. « Ac diu profectò in eo luctu permansissem, nisi diuina cogitatione mœrorē cum « laxauissem. Postꝙ namq; in ecclesiā quę Theonę dicit, militaris manus irruit, pro « sacris uerbis * acclamationes faustas simulacrorū, pro diuinarū scripturarū lectio « ne impuros manuū plausus, & infractas fœdasq; uoces edidit. Cōtra CHRISTI « uirgines eas cōtumelias cuomuit, à quib. proferēdis lingua abhorret: turpe enim « est eas proloqui. Atq; si quis sanæ mētis eas modò audiat, aures obstruat, & sur- « dus potius fieri optet, quàm ut ipse tā fœdorum uerborū auditor sit. Sed utinam « uerbis cōtenti, uerbis saltē sæuijssent, & factis ipsis uerborū impuritatē nō supe « rassent. Perferri enim ab eis qualecūq; etiā conuiciū facile potest, in quibus Chri « sti sensus & diuina doctrina est. Isti igitur ipsi qui sunt uasa iræ, præparati ad in- « teritū, nasum deprimētes, † sonitū impudicū naribus, eīdemq; ingentē, perinde « atq; (ita ut dicā) ab aquarū fistulis emiserūt, & uestē sanctarū CHRISTI uirginū, « quarū uitæ institutū typū atq; formā sanctorū expressam refert, dilacerarūt: atq; « ut natura ipsa fert, nudas eas per urbē omnē ueluti in triūpho duxerūt, lasciuè at- « que impudicè, quo placitū esset modo, eis illudētes, & (fera prorsus & inaudita, « quæ fiebāt, erant) publicitus ita nudatas circūagentes. Ac si quis earū propter rei B
indignitatē misertus, blādis admonitionis uocibus usus factū inhiberet, is uulne « re inde reportato abibat. Sed ó calamitates. Multæ uirgines uiolentam corporis « constuprationē sustinuerūt, multæ clauis in caput diuerberatę ore hiāti obrigue « rūt, quū quidē corpora quoq; iustę sepulturę mādari nō permitterētur. Quapro « pter ad hodiernum usq; diem parētib. adhuc miserè uociferātib. multa corpora « nō reperiunt. Verùm quid ego parua hęc, si cū magnis alijs cōferas, cōmemoro? « Quid his immoror, & nō potius ad ea quæ maioris sunt indignitatis, statim trā- « seo? quæ uos, sat scio admirabimini, & diutius nobiscū cōsternabimini, ad DOMI « NI erga genus humanū amorē & benignitatē, ꝙ nō res simul uniuersas prorsus « cōminuerit, obstupescētes. Quæ nāq; iuxta id q̄d scriptū est, neq; facta sunt, neq; « audita in dieb. patrū nostrorū, ea in ipso sāctiore sacrorū altari peregerūt impij. « Nā ueluti in proscenio ludorū dissolutorū, ut puer sexū masculi abnegās, & mu « lieris expetēs, stibio (sicuti scriptū est) oculis perūctis, et fuco facie rubricata, quē « admodum quę apud eos sunt simulacra, habitu muliebri, in ipso sanctiore altari, « ubi descēsum Spiritus sancti inuocamus, cōuersione scitè in orbē facta, huc atque « illuc manib. gesticulās saltaret, fecerūt: prolixè admodū ridētes, adq; nefarias uo « ces addētes. Alij aūt & hoc ipsum factū nō satis ad obscœnā temeritatē esse putā « tes, et quæ iā patrata fuerāt decora potius q̄ nefanda existimātes, ex ipsis quendā « obscœna fœditate notissimū, uestę detracta, & pudēda etiā corporis parte, pro « ut naturę fert habitus, nudata, ecclesiæ throno imposuerūt, & fœdū cōtra CHRI « STVM cōcionatorē appellarūt. nā pro diuinis uerbis turpitudinē protulit, pro « oratione graui & sancta impudicā lasciuiā, pro pietate impietatē, ac pro tēperan- « tia fornicationē, adulterium, masculorum concubitum, furū, cibum & potum « unà cum alijs eiusmodi ad uitam utilia & commoda esse docens. Quum hęc ita se « haberēt, & ego ex ecclesia secederē (quomodo enim id nō facerē, quū ibi milita- «

Puer muliebri habitu in sanctiore templi ara saltàs atq; gesticulans.

Homo spurcissimus nudus in cōcionem pro ductus, fœdissimam in ecclesia orationē habuit.

ris

Petrus episcopus ex eo templo discessit. Lucius in id inductus.

ris furor obtineret, quū [a] plebs ad dissolutā licentiam uenalis, quū largitiones pe- [a] ἀδηλον πρὸς πότερον ἀσεβοῦντες.
cuniarū, quū ethnicorū seu gentilium manus maximis nixę pollicitationibus re-
gnarēt.) successor meus in eam est missus, qui [b] episcopatū ueluti prophanā dig- [b] χαριτι τλῶ ἐπισκοπλεῖν ἐξίωμα τοῦτο τὸν ἀσεβοῦντα.
nitatē auro redemit, Lucius quidam, Lupi improbitatis & actionū studiosus, nō
rectè sentientiū episcoporū consilio, nō legitimorū uerorūq; clericorū calculis,
nō populi flagitatione, sicuti ecclesiasticę prodūt sanctiones, lectus. [c] Aderāt aūt [c] illegitima episcopatus occupatio.
ei (simplici namq; & facili introitu urbē ingredi non potuit) nō episcopi aliq, nō
Introitus Lucij in ecclesiā. presbyteri, nō diaconi, non populi cateruæ: nō cū monachi hymnos & laudes ex
scripturis concinentes produxeret [d] sed Euzoius affuit, qui dudū cùm diaconus [d] Euzoius cū Ario Nicęæ damnatus.
Magnus largitionum Comes. nostrę huius Alexādrię esset, unà cū Ario in sancta & magna synodo Niceę, ordi [e] Comitatus, aula, siue auli ci imperatoris: qui etiam proprietas Comitis tenses dicūtur.
ne motus, præsidentia sua nūc Antiochenam uastat ecclesiam. [e] Et ex comitatēsib.
largitionū Comes, qui secū immensam militū multitudinē adduxit, omni genere
impietatis semper clarus, nomine [f] Magnus. nā Iuliani tēporib. ecclesiam Beryti, [f] Magnus incendiarius.
quę Phœnicę insignis urbs est, incēdit, quā sub Iouiniano beatæ memoriæ prin-
cipe impēdio ipse suo restituere est coactus: capite etiā propè plexus, nisi multis
deprecantibus Imperator humanissimus ei pepercisset. Cōuenit ergo ex isto ar-
dorē uestrū, quem ad uindictā factorū excitari uelim, existimare, qualia & quāta
in Christi ecclesiā, eo ipso quē diximus tyranno nobis imminētę, cōmissa sint fla-
gitia. Simulatq; enim, qui à pietate uestra & rectè ubiq; sentientibus Christianis
atq; episcopis sæpius est dānatus, Lucius in urbē iustis de causis sibi infestā per-
uenit. Non enim solū, ut infamis ille in psalmis insipiēs dicit, non est Deus uerus
Christus: sed etiā studijs suis & ipse corruptus est, et alios corrupit: blasphemijs
B quæ in Seruatorē ab eis effunduntur, qui creaturā supra creatorē colunt, gaudens.
Quid ni aūt hoc faceret, quū consimilē cū Græcis obtinens sensum, cultū audeat
exhibere recens promulgato Deo, homo pestilentissimus? Nā in ipsius cōspectu † ἰδὼν μὲν γὰρ
eiusce modi decantatæ sunt laudes: Auspicatò aduenisti episcope, * qui filiū nō di- γεγώς.
cas. Serapis te, cui charus es, adduxit: patrio sic eorū idolo nominato. Confestim
mōrēto nullo prætermisso, is quē diximus Magnus, cōiunctissimus illi impieta
tis socius, & satelles acerbissimus, satrapesq; crudelissimus, collectis quę sub eius
cura sunt cohortibus, presbyteros & diaconos decē & nouē compredēdit, quo- *Magnus decē & nouē presbyteros & diaconos Catholicos captos, iudicio instituto, ad Arianismū cogere conatur.*
rum nōnulli octogesimū excessere annū. Atq; eos non aliter atq; in abominando
quopiā & legibus Romanis aduersō scelere captos, publico instituto iudicio, co-
gere (Christianorū uirrutis leges ignorans) ut patriā ab Apostolis per patrū tra- *Magni suasiones, quibus se sanctos eos uiros flecturum putat.*
ditiones acceptam fidē proderēt, conatus est. Eaq; re delectatū iri humanissimū
Valentē Augustū cōfirmauit: Sequimini ó miseri, magna uoce dicēs, Arianorū
sententiā: sequimini, & id persuaderi uobis patimini. Ignoscet enim uobis Deus,
etiamsi uerā colitis religionē, qui nō arbitrio id uestro, sed necessitate adducti fa-
ciatis. † Necessitati namq; sua reliqua est defensio: uolūtate aūt sua cōsultò quidq̄ † τῇ μὲν γὰρ ἀνάγκῃ ἀπολογία περιλείπεται, τῷ δ' ἑκόντι ἀνυπεύθυνα πάντα ἐστίν.
facientē, crimen & accusatio cōsequitur. Quapropter rationes eiusmodi ob ocu-
los uobis ponentes, nulla mora interposita, propensis animis ad partes hasce cō-
cedite, & Ariano dogmati subscribite, quod nunc nominatim Lucius prædicat.
illud persuasum habentes, si dicto Principis audiētes fueritis, pecunias, opes, & Eiusdē minæ.
honores accipietis. Sin cōtrà nitemini, carcerē, fidiculas, tormēta, flagra, & coer- *Sanctorum uirorū respōsum.*
cionē experiemini: & quùm pecunijs simul & possessionibus mulctati, tum pa-
tria electi, ad loca dura & grauia incolenda condemnabimini. Ita quidem gene-
rosus (si Deo placet) uir, minas charitate temperans, cohortatione simul & ne-
cessitate, à pia sententia omnes abducere uolebat. At illi cruciatibus omnibus
pietatis, proditionē acerbiorem esse putantes, & rectè quidem (sic enim res ha- * ἀπάτλιθ' ὅτι καὶ ἀνειλὰς ὑποδέχονται.
bet, huiusce modi ei uerbis necessariò, uirtute & animo præsenti, * insidias simul
& minas eius refellētes, obuiam iere; Desine tandē, desine talibus nos terrere uer

bis intermitte uana afferre epicheremata & aggressiones. Nos siquidē neq; nu- A
perū neq; nouitium colentes Deum, quamuis fluctibus frustra tumescens despu «
mes, & tanq; uiolentus uentus incūbas, tamē ad mortē usq; in uerę pietatis do- «
Defensio lucu-lenta τῆς ὁμοου-σίου consubstan-tialis. gmatibus perdurabimus: non inualidū, nō insipientē, nō à ueritate sciunctū cre- «
dentes atq; colentes Deum: neq; qui aliquando quidē fuerit patrē, aliquādo aūt «
nō fuerit, iuxta impiū hūc Arianū, * tēporalē aut temporariū opinantes filiū. Nā «
si, ut furētes Ariani uolunt, creatura est filius, nō existens patri ὁμοούσιῳ cōsub- «
stantialis, cō etiam ut nō fuerit, redigetur pater, nō subsistente scilicet filio, nō exi «
stens aliquando, secundū ipsos, pater. Sin semper pater est, subsistente uidelicet «
qui ex eo est uero (filio) & quidē non iuxta defluxū germinis (perpessioni enim «
Deus obnoxius nō est) quomodo nō amēs & insanus est, qui fuisse aliquādo opi «
Ariani ἀπάτορες. natur, quū nō fuerit filius: per quē omnia ut essent, secundū gratiā, cōstiterę? No «
stri igitur ex orbe uniuerso patres, à quibus excidētes isti meritò ἀπάτορες, hoc «
est, sine patre facti sunt, Nicææ coacti, praua Arij opinione, quam iunior iste nūc «
defendit, anathemate iugulata, nō ἑτοῤῥοούσιον, hoc est, alterius substantię, q̄d nunc «
nos dicere cogere uultis, filiū à patre dixerūt, uerùm ex eius substantia. Quod sic «
per piam sentētiam ritè intelligētes, ex multis diuinorū uerborū argumētis ὁμοού- «
Sancti illi uiri acerbè torquē tur. σιον cōsubstantiale sunt professi. Talia atq; his similia quū dixissēt, in carcere eos «
diebus multis habuit, futurū ratus, ut à pia dimoueret sentētia. Illi aūt, quēadmo- «
dū generosissimi quiq; athletę, in stadio metū omnē extinguentes, et seipsos per «
diuinas cogitationes fortibus patrū factis inungentes, fiduciales etiam ipsas & tor «
menta pro gymnasio & exercitio uirtutis habentes, fortissimam de uera pietate «
Tormenta om nia uincūt per patientiam. obtinuere mentē. Atq; eis qui theatrū & spectaculum, ut beatus Apostolus scri- B
bit, & angelis & hominibus facti essent, sic decertantibus, accurrit ciuitas uniuer «
sa, CHRISTI athletas spectatura, qui cōstantia torquētis quæsitoris uincebāt fla- «
gra, & per patientiā tropęa cōtra impietatē statuebāt, triumphumq; de Arianis «
exhibebāt. Quū quidē acerbus iste inimicus, eos per minas & insidias sibi subie «
ctos, sc eis qui in CHRISTVM impij sunt, dediturū existimaret. Sed enim tormē- «
torū ui & impetu per graues adinuentiones iam defessus, populo omni multifa- «
riā ploratu uario quiritāte, acerbus ille & ab omni humanitate alienus quęsitor, «
collecta rursum ad dissolutā confusionē manu illa sua, ad iudiciū illos, seu potius «
ad pristinā præiudicatāq; cōdemnationē, in portū maris uocat, quū quidē more «
suo simulacrorū cultores & Iudæi cōtra eos magno redemptos emitterēt clamo «
Heliopolim Phœniciæ de portari per sen tentiam iubentur à Magno. res. Et quiā illi in apertā furentiū Arianorū impietatē pedibus ire nollent, plebe «
cūcta pro tribunali plangēte, sententia fertur: Alexādria eos ejectos, Heliopolim «
Phœniciæ incolere debere, ubi ex habitatoribus omnib. aliquis CHRISTI nomē «
(simulacrorū enim cultui dediti sunt omnes) ne audire quidē sustinet. Et cuesti- «
gió eis scaphā cōscendere iussis, in portu ipse stās (in propinquo enim, in lauacro «
publico, condemnationis aduersus eos sententiā tulit) & strictū ostētans gladiū, «
quòd eo se exterriturū putabat, qui ancipiti mucrone dæmones aduersarios fæ- «
penumero cōuulnerassent, sic demū soluta naui abire iubet: quū nihil rerū neces- «
sariarū in nauim cōportassent, neq; aliquod prorsus exilij solamen haberēt. Ipso «
etiā mari ad tam admirandā & incredibilē indignitatē spumis suis excādescente, «
Luctus & plā ctus Alexan driæ maximus ob tam iniquū iudicium. & (ut puto) factū hoc grauiter ferēte, atq; adeò, ut ita dicā, per uirorū eorū susce- «
ptionē se tam iniquo celeumate polluere nolēte. Quare ignorantib. quo cę barba «
rā prorsus iudicis manifestò indicauit sententiā. Verè igitur dici potest, Cœlū ad «
hoc factū cōsternatū esse. ingemuit nāq; urbs tota, atq; etiā nūc plāgit. Et ij qui- «
dē alternis manib. pectora pulsantes, ingentem sonitū ediderc. Alij aūt manus si- «
mul atq; oculos in cœlū tendētes, de tāta ui sunt protestati, tantūmodo nō dicē- «
tes: Audite cœli, & auribus percipe terra, quoniā quę fiunt, iniqua & cōtra leges «
sunt.

A » sunt. & omnis hæc uniuersitas fletu repleta est, & cantilenæ miserabiles & plan-
» ctus totā urbem sunt peruagati. Ac derepentè plorātibus omnibus, lachrymarū
» fluuius ferè exundatione sua mare obruens, est obortus. Itaq; quū is quem dixi
» mus in portu astans, remiges tollere, & pandere uela iussit: tum commixtus uir
» ginū & fœminaram, senū & iuuenū ploratus & plāctus, lachrymis acribus impli-
» citus, clamorq; uniuersorum, strepitu suo maris spumātis infractos fluctuū acer
» uos suppressit. Hoc modo quū illi, quos diximus, Heliopolim, ubi simulacra su-
» perstitiosè colūt omnes, (ubi diaboli uoluptuaria uigēt studia, ubi ferarum sunt *Heliopolis Phœniciæ.*
» horrenda domicilia: montes enim ex omni parte ad cœlum usque prominentes
» eam circundāt) nauí soluta nauigarent, in media deinde urbe omnes in uniuer-
» sum & pro se quisq; miserabiliter uociferando, & uerba luctuosa ingemiscentes *Luctu eo is ur be Alexandri-na hominibus Palladius inter-dixit.*
» edēdo, lachrymare quoq; edicto præfecti urbis Palladij sunt prohibiti, qui & ip-
» se summopere idolis addictus erat. Permulti namq; qui plorabāt, comprehensi,
» & primùm in uincula coniecti, deinde diuerberati, cæsi & cruciati, ad Phennesia
» & Procōnesia metalla sunt dānati, homines propter diuinū ardorem egregij ec-
» clesię propugnatores: quorū plures monachi erāt, solos locos per uirtutis & pie *Lugentes ple-riq; ad metalla damnati.*
» tatis exercitiū incolētes. Cū quibus (erāt aūt uiginti & tres) paulo pòst diaconus
» quidā, qui à dilecto fratre nostro Damaso Romanæ urbis episcopo, ad nos con-
» solatorias simul & cōmunicatorias literas attulerat, reuinctis in tergū manibus, *Inter eos quo-que Damasi Rom. Pontifi-cis diaconus, quū prius grá uiter excruciá tus esset.*
» nō aliter q̄ insignis quisquā ex maleficis latro, publicè à carnificibus est ductus.
» Atq; ubi crudelius etiā q̄ homicidę solēt, est excruciatus, saxisq; & plumbeis un
» cis in ceruicibus admodū flagellatus, scapha in mare desecēdit, atq; itidē ut alij si-
» gnū diuinæ crucis in fronte impressum habēs, curæ atq; creaturę omnis expers,
B Phēnesum in metella, quæ æris sunt, missus est. Insuper quū quæsitor tenera pue
» rorum excarnificaret corpora, nonnulli apud ea permansere, cadaucra iusta se-
» pultura fraudantes: quū quidē parentes & fratres & cognati, urbs deniq; (ut sic *Sepultura ca-daueribus san-ctorum denegá ta.*
» dicā, tota, unum hoc suos sepeliendi extremū solatiū sibi concedi peterent. Sed ó
» immensam prætoris & iudicis, ac potius cōdemnatoris inhumanitatē. Qui pro
» pietate decertarunt, nc homicidis quidem, corporibus eorū sepultura carētibus,
» cōferunt. Qui bonū peregere certamē, feris & uolucribus esca proijciūtur. Qui
» patribus propter conscientiā pro misericordię affectu condolendum sibi esse sta- *Cōpati & con dolere charissi mis captitibus, uetitum.*
» tuere, perinde atq; iniustū quid & impiū amisissent, capite plectunt. Quæ nam
» Romanorū lex, quæ barbarorū sententia, in eos qui per pietatē patribus cōdole
» rent, animaduertit? Vbi ueterum quisq; unq; tam illegitimū & impium facinus *Sæuitia ista crudelitatē om nem ueterū su-perauit.*
» fecit? Iusit quondā Pharao Hebręorū occidi masculos. At inuidia & metus hoc
» illi subiecit edictū. Verùm quāto illa uetera, q̄ præsentia hęc, humaniora? Quan
» to ad optionē iniuriæ desiderabiliora? Quanto ad collationē iniquitatis melio-
» ra? Quāuis uiciositates à scipsis inter se non disgregētur. Ea quæ dicta sunt, infi-
» da, inhumana, grauia, fera, barbara, crudelia, & acerba sunt. Atq; hisce rebus, qui
» Arianā insaniā cōsectātur, gloriātur. Et quū ciuitas omnis in luctu esset (nō enim
» erat ulla domus, in qua non esset mortuus, sicuti in Exodo scriptū est) nō quieue-
» runt tamē, qui insatiabilē sibi exercitio ad iniquitatē habitum cōparārūt. Volun- *Arianorum ty rannis in Aegy ptios episco-pos.*
» tate enim & arbitrio suo ad res deteriores assuefacto, improbitatisq; ueneno ad
» prouinciales episcopos usq; extēto, largitionū comite quē diximus magno satel-
» lite ad iniustitiā usi, aliquos quidē curię iudicū tradiderūt, aliquibus aūt quib. uo
» luere modis insidias tetenderūt, omni ex parte omnes, nihil intentatū relinquen-
» do, ad impietatē quasi uenari & pertrahere uolētes. Sed enim omnia circūeundo,
» iuxta hęresis suę patrē diabolū, quęrētes quē deuorēt, q̄d de summa rerū despe-
» rarēt, undecim ex Aegypto episcopos, uiros qui à pueris ad senectutem usq; uir-

tutis

Ex eis indecim Diocesaream relegatur ad Iudæos.

tutis & pietatis exercẽde gratia solitudinẽ incoluere, doctrina & factis uoluptates subiugauere, uerioris pietatis fidẽ deprædicare nõ erubuere, pietatis dogma unà cum lacte imbibere, uictoriã sæpe à dæmonibus retulere, uirtute aduersariũ fregere, & Arianã sectã oratione sapientissima ueluti in colũnam inciſam traduxere, instrumentũ feritatis eum quẽ sæpe diximus habentes, exulatũ in orbe nostro apud Domini percussores Iudæos in ciuitatẽ Diocæsareã misere. Veruntamẽ, sicuti Orcus seu infernus, fratrũ morte nondũ expleti, ubicũ terrarum demẽtes & stupidi mortales sæuitiæ suæ monumentum aliquod relinquere sunt ausi, nobilitatem ex malefactis aucupantes. Ecce enim rursum Ecclesiæ Catholicæ clericos Antiochiæ degentes, unà cũ probatis monachis, qui eorũ insolentes actiones testimonio suo confirmarẽt, ubi Imperiales aures querelis contra hos institutis obtuderũt, Neocæsareã Ponti proscribi curarunt. Qui breui etiã propter eorũ feritatem, seu duritiẽ, uita sunt defuncti. Huiusmodi tẽpus illud excepit tragœdias, silentio quidem illas & obliuione dignas, sed quæ in scripto hoc inserte, eos redarguerẽt, qui linguas cõtra unigenitũ mouerũt: & qui blasphemię corrupti rabie, nõ solũ iaculis petere rerũ uniuersarũ Dominũ cõtendũt, sed & aduersus pios eius ministros infestũ & irrecõciliabile susceperũt bellum. Hęc quidẽ dicit uinus Petrus de eius temporis rebus refert. Et ipse Lucius ad hũc modũ Aegyptum turbauit.

Ariani clericos & Monachos Catholicos Antiochenos Neocæsareã Ponti proscribendos curarunt.

CAPUT XXIX.

Pleriſq; in regionibus Ariani persequentes, eis qui persequutionẽ perpulere inferiores fuere.

VOd aũt tum Didymus philosophus in eis regionibus floreret, & alij præclari uiri, & maximè qui ibi erãt monachi, qui & plures & boni cũ angelorum uiuendi instituto certabant, Lucius efficere nihil potuit. Quãuis enim ecclesia Aegypti persequutionẽ ferret, lõgè tamẽ unà cum laude & gloria Arianos hominum numero superabat. Quod itidem apud Osroenos accidit, atq; item apud Cappadoces. Diuinum namq; illud amicorum Bpar, Basilius uidelicet & Gregorius, inimicorũ insultus repellebant. Sola aũt in maxima ecclesiastici * ordinis dissolutione erat Syria simul & Antiochia. Plurimi enim ibi Ariani erãt, & ecclesias obtinebant: Catholici uerò pauciores, quos quidẽ alij Eustathianos, alij aũt Paulinianos uocabãt, eorum quippe scorsim Paulinus & Meletius cõuentus coegerant, sicuti antea diximus. Et quũ parũ abesset, quin Antiochenorũ ciuitas cuncta periclitaretur, & ad Arij rabiẽ deflecteret, illorum opera simul & Imperatoris impetũ & factionis eius uim superauit. Nam quodãmodo accidit, ut quòd ecclesiarũ administratio penes uiros fortes esset, multitudo ab opinione cõcepta non discederet. Proinde & Scythæ, quia uirum magnanimũ episcopũ nacti fuerant, religionis cultũ minimè mutasse tum feruntur. Gens ea nanq; cõplurimos habet uicos, regiones, & castella. Atque in ijs ueluti metropolis Tomos excellit, ciuitas fortunata maximè, & magnitudine alijs longè præstãtior. Sita ea est in maritima regiõne Ponti, qui Euxinus dicit, ad sinistrã sinũ eum naui petenti partẽ. * Ad eum aũt usq; diẽ, uetus ibi cõsuetudo durabat, ut uni gens omnis episcopo pareret. Eò tempore uerò Britanio eis quidam præfuit. Euenit porrò ut Valens tum eò ueniret, atq; tẽplum ingressus, episcopo, ut se Arij hæresi cõmunione adiungeret, prò eo atq; solitus erat, suaderet. Generosus aũt uir ille, cum libertate multa de dogmate Nicænorũ patrum cum eo congressus decertauit. Atq; ubi suasionẽ Imperatorẽ in sententiã suam adducere nequiuit, eo ibi relicto, in ecclesiam aliã transijt, populo pastorem suum sequente. Concurrit eò ferè ciuitas uniuersa, quùm Imperatorem ipsum uisura, tum nouí quicquam factum iri existimans. Ille solus cum satellitibus suis in templo relictus, factum id non modestè tulit: sed ueluti contumelia affectus, comprehendi Britanionem, & in exilium deportari iussit. Eundem tamen breui reduxit.

In Syria & Antiochia primas tulere.

* εὐ ἀτακτίας.

Quales pastores, tales & oues.

Scythæ propter constantiam episcopi sui, religionẽ sũ nõ mutarũt.

* Tomos Scytharum metropolis.

Britanio Scytharum episcopus contra Valentem Nicænam fidem defendit.

Britanio in exiliũ à Valẽte actus, sed statim reuocatus.

Scythæ unum habẽt episcopũ.

Scythæ Ro. imperio cõmodi.

Valens toti Orienti propter Arianismum grauis.

Occidens à religionis motibus liber.

Valentinianus Imperator Catholicus.

Nõ sumitis sibi iudicij doctrinæ Ecclesiasticæ.

Quæstio de spiritu sancto, an patri & filio sit consubstantialis.

* ὁμοούσιον. † οὐσίᾳ hic & Niceph. & Sozomen. habẽt. Sed mihi legendum uidetur ἐξουσίᾳ, h. e. potestate.

Valentinianus quæstionẽ eam ecclesiasticis uiris decidendam commisit.

Quæstionis decisio.

* οὔτε ἑνὶ ἀνδρὶ τῆς ἡσυχαστικῆς ἐπιλυσαμένης κελεύσαντος συνόδου.

Valentiniani constitutio de consubstantiali sanctæ Trinitatis.

* & Valens, Theodor.

Axit. nam Scythas metuebat, ne propter episcopi damnationẽ ad nouas res aspirarẽt, iracundiam corũ & fortitudinem perspectam habens. Locorũ etiam situ: quippe qui quasi medius quidam murus, aduersus eius oræ barbaros obiecti essent, Romanorum orbi perquàm necessarios esse sciebat. Atque ita quidẽ Britanio Imperatore superior euadens, ad sedem suam rediit, uir honestus maximè, & uitæ instituto præclarus, ut ipsi testabantur Scythæ: ut autẽ semel dicam, clerus omnis & ecclesia in Oriente omnis, Imperatoris iram propter religionẽ est experta. Valens quidẽ tam grauiã in Thracia & Cõstantinopoli, in Nicomedia & Cappadocum Cæsarea, adhæc Antiochiæ & in Aegypti ecclesijs patrauit.

CAPUT XXX.

IGo uerò ab Oriente ad imperij Occidentalis res transibo: quod quidem immune à talibus grumnis perdurauit, propterea quòd eam Romani imperij partẽ Valentinianus administrabat, flagrãti in Nicæna decreta amore nulli concedens, & singularem maximè erga Deum pietatem obtinẽs. Ita ut nihil prorsus siue melius seu deterius sibi de rebus ecclesiasticis præcipiendum, neq; noui quidquã præter ea quæ semel cõstituta essent, iuducendum duxerit. Excedere namq; talia explorationem siue cognitionem suam putauit: quamuis princeps alioqui optimus esset, & rebus ipsis imperio se idoneum esse declararit. Etenim tum quoq;, sicuti & antea, quæstio multa per Asiã & Phrygiã orta est, An spiritũ sanctum ὁμοούσιον cõsubstantialẽ patri & filio profiteri oporteat. Et plurima de tali quæstione usq; adeò erat uerborũ contentio, ut non minoris momẽti ea haberetur, quàm quæ antea de Deo uerbo fuerat. Nam quidã inæqualẽ, quidã aũt cõsubstantialẽ esse cõtendebãt, sicuti & filiũ. Atque in eo solo parti utriq; cõueniebat, q; spiritũ sanctũ * administrũ dicerẽt: at ordine tertiũ, honoreq; & † substantia aliũ esse confirmarent. Erãt aũt qui quod de filio opinarentur, idẽ quoq; de spiritu statuerent; & ueluti filiũ eiusdem substantiæ & eiusdẽ honoris & eiusdem gloriæ cũ patre colebant, sic etiã de spiritu sancto, patri & filio ὁμοούσιον cõsubstantialem prædicantes, profiterentur. Pro hac opinione fortiter apud Syros Apollinaris Laodicẽsis, in Aegypto magnus Athanasius adhuc superstes, apud Cappadoces uerò & ecclesias Ponti Gregorius & Basilius decertarunt. Hac ipsa quæstione, sicuti dixi, mota, quũ de ea ingens contendendi studium increbuisset, Valentinianus pro insigni sua in Deum pietate, quod diceret, non habebat. Quibus autẽ talia credita essent, eis ut quid facto opus esset, proferrent & statuerent, concesit. Quo cognito, qui tum ecclesiam Romanam adhuc gubernabat Liberius, finitimis episcopis Principis iussu conuocatis, Orientalibus scripsit ecclesijs, ut trinitatem eiusdem substantiæ & eiusdem gloriæ deprædicarent. Quod factum, * utpote re semel à Romana ecclesia ritè & ordine dijudicata, ut quietus quisq; esset, effecit. Et quæstio de spiritu sancto debitum finem consequuta, diuturnæ uerborum concertationi modum imposuit. Eadem synodus etiã fidem Nicænam authoritate sua roborauit. Subiungam autem utrasq; & Imperatoris & synodi literas, quas in Oriẽtem ad eos qui de recta opinione ambigebant, dederunt. Imperatoris sic habebant.

In Illyrico conuentus iste à Liberio actus.

Valentinianus, iuxta Theodoritũ, scripto huic Valentis quoque nomen inseruit, uel quod adhuc is in

Imperatores Maximi, semper Augusti, uictores, Valentinianus * & Gratianus: Episcopis diœcesis Asianę, Phrygiæ, Carophrygiæ, Pacatianę, in Domino salutem. Quum tanta in Illyrico acta sit synodus, & quæstio ingens de salutari uerbo tractata, ter beatissimi Episcopi decreuerunt, Trinitatẽ ὁμοούσιον cõsubstãtia

Catholica sententia esset, uel ut eum tacita cohortatione in uiam reduceret. Quorum alterum mihi uerisimilius esse uidetur. Valentem itidem, ut Valentinianum fratrem, orthodoxum primùm fuisse, sed postea à coniuge, perinde ut ab Eua Adamum, seductum eum esse, cuius suasu ille aduersus Gothos in Thraciam excurrentes non longè ab imperio susceptо bellum gesturus, sacri baptismi lauacrum, priore religionis sententia mutata, ab Eudoxio Constantinopolitano episcopo Ariano susceperit, Theod. scribit, lib. 4. cap. 12.

*Sri ἀφῆκας θρησκείαν ἣν παρέλαβες παρὰ τῶν πρὸ σοῦ βασιλέων. Nicep. Hæc paulo aliter inueniuntur apud Theodo. ὅτε ἀνέψγεν τῇ θρησκείᾳ ἣν παρέλαβε παρὰ τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων, hoc est, cùm religioni imperatoris qui regionem hãc gubernat, tribuisse. li. 4. cap. 8.

a Inhibetur Catholici cleri persequutio.

b Efficacia precum cleri orthodoxi.

c Præclara aleri catholici latus.

d Epiphanius Scholasticus, qui Tripartitã historiam uertit, aliã lectionem sequutus, uertit: Nos subijcimur ei qui primus est et nouissimus. lib. 7. cap. 9.

e Christiani Principes semper priorũ oppressionẽ dissuadent & inhibent.

f Expositio uerbi ὁμοούσιον cõsubstantialis.

* πάσαν ψυχὴν καὶ σῶμα ὁμοούσιον.

g Sic habet Nicephor. & Tripartita. Theodorit. autem Vt nobis retribuat iuxta cuiusq; uitã, etc.

h Filius dei, deus est σαρκοφόρος, carnifer: & non homo θεοφόρος, Deifer.

tialem patris & filij & spiritus sancti. Quam qui colunt, nequaquã ministeriũ & functionẽ sibi creditã, ita ut par est, defugiẽtes, religionẽ regis magni colũt; eãq; deprædicari nostra præcepit sublimitas. Atq; ita quidẽ, ne aliqui dicãt, *religionem Imperatoris, qui eam regionem gubernat, elanguisse: non satis eũ, qui de salute mandatũ nobis dedit, audiẽtes. Sicuti enim Euangeliũ Dei nostri, quod quidẽ hanc rem decidens dijudicat, dicit, Danda sunt, quæ Cæsaris sunt, Cæsari: & quæ Dei, Deo. Quid uos uerò dicitis episcopi, & salutiferi uerbi præfecti? An sic quoq; uestra cõparata sunt decreta? [a] Itaq; mutua charitate uos inuicẽ cõplectentes, maiestate & authoritate Imperatoris abuti desinite: & persequi eos qui accuratè & diligẽter Deo sacris operanẽ & seruiũt, supersedete. [b] Eorũ sanè precibus & bella in terris sopiunt, & apostatarũ rebellium q; angelorũ incursus repelluntur. Idem orationibus suis pernicioſos omnes dæmones propellere studẽt. [c] Et quũ in rempublicã secundũ leges quod debent conferũt, tum Principis potestati non resistunt: sed sincerè & cœlestis Regis mandata seruãt, & legibus nostris parẽt. Vos aũt inobediẽtes apparuistis. [d] Nos quidẽ usi sumus tolerantia ab ipso ἄλφα usq; ad ω. uos aũt uobis ipsis retribuistis. Itaq; ut mũdi & immunes à peccato uestro simus, quemadmodũ Pilatus in disquisitione & iudicio uersantis inter nos Christi, quũ necare eũ nollet, sed in afflictione solaretur, ad Orientis partes orbis cõuersus, aqua flagitata manus suas abluit, dicẽs, Mũdus sum & impollutus à sanguine iusti huius: sic & [e] Celsitudo nostra semper præcepit, nõ persequẽdos, neq; tanq; fluctibus obruendos, neq; æmulatione & inuidia opprimẽdos, qui in Christi agro opus faciũt, neq; adeò reijciẽdos dispensatores Regis magni esse, ut ne hodie quidẽ sub ditione nostra crescere uideamini: at breui post, cũ flagitatore siue exhortatore necis, ea quę testamẽti illius sunt, ueluti in Zacharię sanguine, patiamini. Cũ q̃, qui ei cõsensere à cœlesti Imperatore nostro IESV CHRISTO, ante aduentum etiamnũ eius, disrupti sunt, ad iudiciũ mortis unà cũ cõsequẽte eos lethali dæmone traditi. Mandatum hoc edidimus, Amegetio, & Ciceronio, & Damaso, & Dialãpone, & Bretesio audiẽtib. Quin & acta ad uos misimus, ut præclarę eius synodi decreta noritis: quorum capita literis hisce adiũcta, hęc cõplectunt. Profitemur iuxta sentẽtiã magnę & orthodoxę rectęq; sentiẽtis Synodi, [f] ὁμοούσιον consubstantialem esse patri filiũ. [f] Et τὸ ὁμοούσιον consubstantiale non ita accipimus, sicuti & olim quidam nõ uerè ei subscribentes exposuerunt, & nunc alij, patres illos uocantes, ac uim sententiãq; uerbi abolentes, literamq; sequentes, intelligunt, per consubstantiale æquale significari, quatenus nulli reliquarum per eum factarum creaturarum filius æquiparandus, soli patri similis, at que æqualis sit. Qui enim hoc ita exponunt, præcipuam creaturam esse impiè filium Dei docẽt. Sed nos, sicuti & nũc Romanę & Gallicæ synodi, sentimus, unam & eandem esse substantiã patris & filij & spiritus sancti, in tribus personis: hoc est, in tribus perfectis subsistentijs. Profitemur uerò, iuxta formulam Nicænam, filiũ Dei cõsubstantialẽ, incarnatũ esse ex sancta uirgine Maria, & in hominibus habitasse, & impleuisse * omnẽ pro nobis functionẽ, in natiuitate, & passione, & resurrectione, & in cœlos ascẽsione. Eũq; rediturũ, [g] ut nobis retribuat similitudinẽ diuinã à seipso, iuxta uitã criusq; in die iudicij, carne spectabilẽ & diuinam uirtutem suam exhibentẽ, [h] Deum σαρκοφόρον, id est carnẽ seu hominem ferẽtem: & non hominem θεοφόρον, hoc est Deum ferenten. Ac qui diuersa sentiunt, anathemate iugulamus: nec minus & eos, qui non directè & ex animo anathemati eum subiecere, qui dixit, Non prius filium, q̃ genitus sit, extitisse, quq; scripsit, Priusquam actu genitus sit, potestate eũ in patre fuisse. Hoc nãq; & in creaturis omnib. est, quę nõ semp cũ Deo sunt. At filius perpetuò sempiterna generatione genitus

Condemnatio Arij.

A genitus cum patre est. Tales quidem Imperatoris fuere literæ. Synodi autem ipsius in hæc uerba sunt scriptæ. Episcopi Illyrici, ecclesijs Dei & Episcopis diœcesis Asianæ, Phrygiæ, Carophrygiæ, Pacatianæ, in Domino salutem. Conuentu à nobis acto, & disquisitione multa facta, de salutari uerbo, decreuimus, consubstantialem esse trinitatem patris & filij & spiritus sancti. Et æquum esse duximus, literas ad uos exarare. Non nos quidem, ut arte quapiam cultum trinitatis perscriberemus; sed summissa humilitate dignos nos eare existimantes, epistolam hanc nostram per dilectũ fratrem & administrũ nostrum Elpidium presbyterum daremus. Non enim in manuũ nostrarum literis, uerùm in ipsius seruatoris CHRISTI IESV libris scriptũ est: Ego quidem sum Pauli, ego uerò Apollo, ego autẽ Cephæ. Num Paulus crucifixus est pro nobis? aut in nomen Pauli baptizati sumus? Et humilitati quidem nostræ satis esse conueniréq; uidebatur, nihil prorsus ad uos dare literarũ, propter horrorem tantũ, quem istic omni sub uobis prædicatis prouinciæ, segregantes spiritũ sanctum à patre & filio. Sed necessitas imposita nobis est, ut ad uos mitteremus dominũ & administrum nostrũ Elpidiũ, ab Imperatore Romano literas habentẽ, exploraturum an ita se habeat prædicatio uestra. Qui enim trinitatẽ consubstantialẽ non prædicãt, anathema sit. Et si quis cum eis cõmunionem habere cõpertus fuerit, anathema sit. Trinitatem autem consubstantialẽ prædicantibus, regnum cœlorum præparatum est. Cohortamur igitur uos fratres, *ne aliter doceatis, néue secus sentiatis: sed trinitatem constanter semper consubstantialẽ prędicantes, cernere poteritis regnũ Dei. Hac de re quum ad uos hasce literas scriberemus, commonefacere etiã uos uoluimus, de creandis, uel etiã crearis Episcopis, eorumq; ministris, ut scilicet legantur ex sanæ mentis & doctrinæ, qui magistratũ ecclesiasticũ gesserint, præfectis, siquidẽ extent: sin minus, ex ipsis presbyteris. Consimiliter presbyteri & diaconi, ex ipso sacro clericorũ ordine, ut omni ex parte irreprehensibiles sint, qui non ex curia uel ex militari magistratũ sint lecti. Proptereà uerò plura ad uos scribere noluimus, quòd ex omnibus unum ad uos miserimus, dominũ & administrũ nostrum Elpidium, diligenter perspecturũ prędicationem uestrã, an ea sic se habeat, uti ex domino & collega nostro Eustathio audiuimus. Quod reliquũ est, etiamsi aliquãdo errori implicati fueritis, tamen ueterem hominẽ exuẽtes, induite nouũ. Nam & ipse frater & administer noster Elpidius, uerã fidei professionẽ uos docebit, quòd sancta Trinitas consubstantialis est Deo & patri, cum filio & spiritu sancto: sanctificata, glorificata, & manifestata est: Pater in filio, filius in patre, cum sancto spiritu, in secula. Hoc namque manifestatũ, manifestè sanctam Trinitatem consubstantialem profiteri proterimus, iuxta fidem Nicææ dudum promulgatam: quam & patres confirmarunt. Itaq; fides hæc si prædicata fuerit, quũ exitiosi dæmonis plagas effugere: tum eo extincto, pacificis literis pacatè uiuẽtes mutuò nos uenerari poterimus. Scripsimus sanè uobis, ut exauctoratos esse sciretis insaniẽtes Arianos, qui non profitentur ex substantia patris esse filium, neq; spiritum sanctum, quorum nomina subiecimus: Polychronius, Telemachus, Faustus, Asclepiades, Amãtius, Cleopater. Atq; hæc quidem ita, in gloriã patris & filij & spiritus sancti, in secula seculorum, amen. Valere uos optamus patri & filio seruatori nostro Christo, cum sancto spiritu, multis annorum curriculis. Et laudatissimus quidem Imperator, tantam Apostolicorum dogmatum gessit curam. Cæterùm Libe-

Synodi Illyricæ ad episcopos Asianos de sanctæ Trinitatis cõsubstantiali.

Elpidius presbyter internũcius Occidentalium episcoporum ad Orientales.

Damnantur consubstantialis sanctæ Trinitatis oppugnatores.

De creatione Episcoporum.

Ariani damnati.

Bb rio ad

*μὴ ἑτεροδοξήσαι, ἑτεροδοξῆσαι, λελυμεσῳδημένοι.

Is autem Nicænæ assertor fidei & Catholicæ religionis uerus cultor accipiendus est, qui omnipotentẽ Deum & Christum filiũ Dei uno nomine cõfitetur, Deum de Deo, lumen ex lumine. Qui spiritũ sanctum, quem ex summo rerum patre speramus & accipimus, negando nõ uiolat: apud quem intemeratæ fidei sensus uiget, incorruptæ Trinitatis indiuisa substantia, quæ Græco uerbo ὁμοούσιος rectè credentibus dicitur. l. nullus hæreticis. C. de Sum. Trinit.

Damasus Romæ in ecclesia Liberij successor.

rio ad quietem illam meliorem translato, in thronum eius Damasus substitutus A
est, neq; uita neq; eruditione & doctrinæ sanitate illo inferior. Sub quo euenit,
ut ecclesia Romana turbaretur, ex causa huiusmodi. Vrsicius quidã diaconus, *Alij Vrsicinum nominant.*
Damasi competitor, eo q̃ in episcopatus petitione spe sua frustratus, repulsam
passus esset, non bene iniuriã eam tulit, & suos sibi conuentus agere instituit. Et *In Basilica Sicinini. Socrat.*
quũ clandestinè à quibusdam episcopis consecratus esset, seorsim concionari, &
multitudinẽ ad se trahere cœpit. Ita factum, ut alij hũc, alij Damasum episcopali
munere fungi uellẽt. Ea ex re ingens cõtentionis studiũ obortũ, & ex contentio-
ne sensim res ad seditionẽ procedebat, nõ ob fidei professionẽ aliquã, ut dictum
est, sed propter dissensionẽ, uter duorũ istorũ episcopali sedi præesset. Adeò
Seditio popularis Romæ ex dissidio eo orta. uerò seditio est grassata, ut malũ id ad cædes quoq; peruenerit: & conflictus plu
res ex multitudinis conflictatione facti sint. Et clades ea in grauius malum eua-
sisset, nisi præfectus urbi Maximinus, in multos ex clero simul & ex populo a- *Maximinus præfectus urbi eam sedat.*
nimaduertens, quùm Vrsicium cœpto desistere, tum sectatores eius relinquere
illum coegisset. De dogmatibus sanè quidẽ neq; qui Romanã urbem habent,
Occidẽtales in Nicæna fide retinẽda constantes. neq; qui Occidentẽ reliquũ incolunt, sicuti antea quoque dictũ est, disceptarũt:
sed cõmuni consensu omnes Nicænã fidem sunt cõplexi, & Trinitatem eiusdem
substantiæ, eiusdemq; honoris & potestatis, & coluerunt & docuerunt.

CAPUT XXXI.

Auxentius episcopus Mediolanensis Arianus.

VNus modò Auxẽtius, ecclesiæ Mediolanensis curã gerens, cum paucis
aliquot, rebus nouis studens, contra communem Occidentaliũ episco-
porum sententiã & sentiebat & docebat. Arij enim opinionẽ sectabat, B
& constitutionẽ proximã de spiritu sancto, eiusdẽ eum esse substantiæ & hono-
ris cum patre & filio, prorsus repudiabat. Quum uerò nonnulli ex Gallia & Ve
netia, atq; item alij, consiliũ cœptumq; eius indicassent, permulti ex gente omni
Concilium Romanũ eius gratia coactum. Occidentẽ incolente episcopi, Romam conuenere: atq; ibi, certã esse, in primisq;
coli debere Nicænã fidẽ, actionesq; Ariminensis conuentus illi cõtrarias nullius *Acta concilij eius.*
momẽti esse censuere: propterea q̃ ibi Romanus hierarcha nõ affuisset, & quòd
nõ ita multi actionibus eis consensissent: tum autẽ, q̃ nõnullis qui & ipsi eò con-
uenerant, decreta displicuissent: Auxentium præterea & sectatores eius, qui nu-
gari talia auderent, ab ecclesia uniuersali excludere. Hæc sic acta esse, etiam ostẽ
dit ea quæ à Damaso & episcopis qui Romæ conuenerant, ad episcopos Illyri-
Scriptum Damasi & aliorum episcoporum, de Rom. Synodi decretis. cos scripta est epistola. Ea sic habet: Episcopi qui Romæ in sacro concilio cõue- ‹‹
Episcoporum est doctrinas ecclesiarũ diligenter obseruare. nere, Damasus & Valerius, & reliqui: episcopis Illyricis, fratribꝫ. dilectis, in Do- ‹‹
mino salutẽ. Persuasum habemus, professionem fidei nostrę sanctã, doctrina A- ‹‹
postolorũ fundatã, ea cõplecti, eaq; populo, pponere, quæ à patrũ decretis nullo ‹‹
modo dissonant. Neq; enim aliter Dei sacerdotes sapere atq; sentire conuenit, à ‹‹
quib. æquũ est sapiẽtes eruditi. Verũ patrũ in Gallia & Venetia relatione, quos- ‹‹
dam hæresi nauare intelleximus. Quod quidẽ malum nõ solũ, sed etiã si quæ per ‹‹
imperitiã & simplicitarẽ nõnullorũ ueris & genuinis interpretationib. cõtraria ‹‹
inducant, episcopos obseruare cõuenit. Cauendũ sanè, ne per eos qui uarias do- ‹‹
ctrinas cõminiscunt, in lubricũ seducamur: ac potius, quotiescũq; illi uariãtibus ‹‹
Patrum sententiæ retinendæ. cõsilijs circũferunt, patrũ nostrorũ à nobis sentẽtiæ sunt retinẽdæ. Auxẽtius qui ‹‹
dem Mediolanensis, præcipuè hac de causa damnatus est. Æquũ aũt est, omnes ‹‹
Doctorũ consensus in orbe Romano. Romani orbis doctores consentientes esse, neq; dissidentib. inter se doctrinis fi- ‹‹
dem cõtaminare. Et profectò quum primùm hæreticorũ improbitas, sicuti nũc ‹‹
maximè (quod utinã abesset) Arianorũ etiã blasphemia uigere cœpisset, delecti ‹‹
Fides Nicæna Catholica est. patres nostri trecenti decẽ & octo, Nicęæ disquisitione ac deliberatione habita, ‹‹
murũ hunc aduersus diaboli armaturã constituerunt, atq; antidoto seu remedio ‹‹

hoc

A hoc letale uenenũ propulerunt, ut patrẽ & filiũ unius diuinitatis, uniusq; uirtu-
›› tis, atq; adeò rem unã esse credamus. Oportet aũt, & spiritũ sanctũ eius esse sub-
›› stantiæ, persuasum habere. Qui uerò aliter sentiat, eum alienũ esse à cõsortio & *Ariminensis synodi acta reiiciuntur.*
›› cõmunione nostra iudicauimus: quod quidẽ salutare decretũ, & deliberationẽ
›› seu sanctionẽ adorandã, polluere nõnulli uoluerũt. Verùm ab ipso statim ini-
›› tio, per eos qui Arimini sanctionẽ eam rebus nouis immutare, & cõtrectationẽ
›› sua deprauare coacti sunt, hucusq; res correcta est: ita ut illi alia quadã loquendi
›› forma subrepticiè deceptos sẽ esse, quam formam patrum Nicænorũ placitis ad
›› uersari ignorarint, fateantur. Neq; numerus eorum qui Arimini cõuenerunt,
›› præiudiciũ aliquod, quum synodus ea coacta est, afferre potuit: quum neq; Ro-
‹‹ manus episcopus, * cuius in primis sententiã exquisitam oportuit: nec Vincenti * ἐ κρῖνε πρῶτον τὴν γνώμην ἐκζητεῖσθαι ἔδει.
›› nus, qui tot annis episcopatum inuiolatè cõseruauit: neq; aliorum hisce consen-
›› tientium quisq; ibi affuerit. Et maximè, quemadmodum diximus, quum isti ipsi
›› qui fraude circumuenti cedere uisi sunt, meliorẽ nunc sententiam sequentes, dis-
›› plicere sibi actiones tales sint testificati. Perspicit igitur sinceritas uestra, solam *Sola Nicænæ fides in Orientẽ & Occidentẽ seruari debet.*
›› eam fidem, quæ Nicææ iuxta Apostolorum authoritatem fundata est, perpetua
›› constantia & firmitate, nobiscum etiam ab Orientalibus, qui se ad catholicam ec
›› clesiam pertinere agnoscũt, retinendam esse, & Occidentales eo nomine gloria-
›› ri posse. Opinamur uerò, breui eorum qui aliter sentiunt, hac ipsa aggressione,
›› episcopalia nomina à communione nostra segregatum iri: ut populus à fraude
›› & seductione eorũ liberatus, respiret. Nequaquã enim multitudinis error corri
›› gi poterit, si ipsi errore eo teneantur. Itaq; uestrę quoq; dignitatis sententia cum
›› omnibus Dei sacerdotibus concordet, in qua uos sanctos & firmos esse credi-
›› mus. Vt autem nos ita credere uobiscum debeamus, mutua quæ nobis uicissim
›› respondeat dilectionis uestræ pietate, literisq; uestris declarate.

CAPUT XXXII.

B Ccidentales episcopi ad hunc modum eos qui rebus nouis intende-
bant, in partibus eis cõpescuere, inuiolatumq; ab initio fidei dogma
cõseruauere, adeò ut perpaucos esse contigerit, qui aliter opinandũ
sibi esse duxerint. Et propè is solus fuit Auxentius. Sed non longè
Auxẽtij mors post, ipse quoq; morte est sublatus. Cæterùm eo extincto, de episcopi electione
Dißidium populi Mediolanensis in episcopo deligendo. multitudo est tumultuata: quòd alij hunc, alij illum designarent. Quum igit in
magno esset discrimine Mediolanũ: pro se enim quisq; consilio cœptoq; ei non
succedente, facturũ se ea minabatur, quæ fieri in turbis eiusce modi solent. Quo-
rum incõpositum motũ suspectũ habens, qui tum consularẽ obtinebat dignita-
tem, gentemq; eam à Valentiniano præfectus curabat Ambrosius, cum multi-
tudine non contemnendã in ecclesiam uenit, atq; ibi quę optima esse censeret, ut
Ambrosius præfectus populi contentionem sedat. scilicet à cõtentione desisterent, & rem iuxta ecclesiæ leges agerent, suasit. Dein-
de de concordiæ cõmodis eos, & quæ bona pacata cõsilia capientes cõsequi so-
leant, admonuit. Adhuc ille cõcionabatur, quũ subitò tumultu & seditione so-
Populus unanimi consensu Ambrosiũ episcopum legit. pita, in ipsum honestatis & cõcordiæ suasorẽ, omnes episcopatus suffragia con-
ferunt: eumq; ut baptizaret, hortant, (nondũ enim sacramento eo initiatus fue-
Ambrosij baptismus. rat) & ut episcopalẽ apud eos dignitatẽ suscipiat, supplicãtes orant. Eo enim pa-
cto fore, ut ipsi unanimes sint, & de fide concordent. Atq; ubi ille quidẽ bapti-
Ambrosius electionem eam non approbat. smum libenter approbauit, & quoad potuit administrationem sacram distulit,
palamq; adeò rem eam reiecit, & multitudo magis etiã ei institit, neq; se quidq;
de consilio suo, quicquid etiam accideret, remissuram confirmauit; res Impera-
Res ad Valentinianum refertur. tori Valentiniano renunciat: quã ille audita, precatus primùm est: deinde Deo
gratias egit, qui eos ad episcopale munus uocaret, quos ipse ceip. adminiſtra-

tioni præfeciſſet. Et quum inter ſe & populi uehementem petitionem, & Ambroſij cõſtantem reluctationem cõferret, optimè perſpexit electionem eius uiri eccleſiæ Mediolanenſi ad concordiam retinendam bono eſſe. Quapropter, quamprimum initiationem & conſecrationem eum ſuſcipere iuſsit. Simulatq; autem diuinum baptiſmũ ſubijt, & caput cõſecrationi ſubdidit, plebs uniuerſa ad concordiã redijt, & tranquillitas eccleſiæ reddita eſt, quæ quidem tempore multo propter malã Auxentij adminiſtrationem diſſenſione periclitata fuerat. Quoniam uerò rebus hiſce agẽdis, modis omnibus optimus affuit Imperator, talem Seruatori Deo is concinuit hymnum* Gratias tibi, inquiens, ago omnipotẽs Domine & Seruator noſter, quòd huic uiro ego quidem corporũ, tu autem animarum curam commiſeris, & iudicij mei calculum æquum eſſe comprobaris. Porrò Ambroſius non multo pòſt perquàm liberè cum Imperatore collocutus, res quaſdam non rectè à magiſtratibus actas reprehendit. Atq; Imperator: Hanc ego dicendi libertatem tuam, ait, iamdudum noram: & quum perſpecta mihi ea eſſet, non modò non inhibui, uerumetiam ſuffragio meo electionem tuam, ut epiſcopus fieres, adiuui. Perge itaq;, ſicuti diuina iubet ſanctio, ſanare animarum noſtrarum delicta. Hæc Mediolani acta. Qualis autem Ambroſius & uita & doctrina, tum autem egregio in eccleſiam ardore fuerit, & cẽp uiriliter atq; diuinè epiſcopatum geſſerit, multa admonendi libertate apud præcipuos magiſtratus tempeſtiuè uſus, in ſequenti dicetur libro.

Imperator Ambroſiũ epiſcopatũ ſuſcipere iubet.

Eccleſiæ cõcordia reſtituitur. Valentinianus de Ambroſij electione Deo gratias agit.

Ambroſius epiſcopus Valentinianũ Imperatorẽ de magiſtratuũ iniquitate admonet.

Gratum id eſt Imperatori.

Optimi epiſcopi exemplum Ambroſius.

CAPUT XXXIII.

Valentinianus Sarmatas à finibus Imperij fugi repellit.

A tempeſtate, quòd Sauromatæ Romanã ditionem, eam̃q; Imperij partem quæ ad Occidentem uergit, excurſionibus uexarent, Valentinianus cum ingenti belli apparatu aduerſus eos eſt profectus. Atq; illi tantã Imperatoris expeditionẽ formidantes, legatis miſsis pacem ab eo petierunt. Quos ubi deformes eſſe uidiſſet, an uniuerſi tales eſſent Sauromatæ, interrogauit. Et quum illi dixiſſent, optimos quoſq; qui & genere & forma præſtarẽt, ab eis legatos ſolere mitti: ira atq; furore multo correptus, Grauia pati dixit, & maximè infortunatũ eſſe, quòd ad tẽpora ſua perueniſſet Romanorum imperium, ſi Sauromatę, gens tam barbara & informis, in qua reliquos iſti excellerent, ſedibus ſuis cõtenti eſſe nollent: ſed confidentia tanta impulſi, ditionem ſuam percurrerent, & bellũ titillatione quadã illecti Romanis inferrent. Et quum ita indignarẽt, & magnopere uociferarẽt, nimia uocis intentione conuulſa in eo eſſe interiora uiſcera, uenam̃q; & arteriã quandã ruptã dicunt, unde ſanguine plurimo profuſo uita eũ reliquerit, in caſtello quodã [a]Germaniæ, cui Brigitio nomẽ fuit, decimoſeptimo menſis Nouẽbris die, quũ quinquagintaquinque propè annos natus eſſet, & † tredecim annis imperiũ bene admodũ & præclarè adminiſtraſſet. Eo uerò patrio monumẽto illato, ſexto die pòſt, qui in Italia fuit exercitus cognominem ei filiũ iuniorem Valentinianũ Imperatorem, in oppido Italiæ Aquinate renunciauit. Neq; ita multo pòſt, Imperatores quoq; Gratianus frater & Valens, ſuffragio ſuo imperiũ eius cõprobarunt. Quamuis id primùm moleſtè tulerint, uidelicet quòd milites ſine eorũ iuſſu, imperialia ei tribuerint inſignia. Illud quippe notandũ eſt, iuniorem hunc Valentinianum magno Valentiniano ex Iuſtina progenitũ eſſe, quam uiuẽte adhuc priore eius coniuge Seuera uxorem ſuperinduxit. Cauſa earum nuptiarum hæc fuit. Iuſtinæ huic pater fuit Iuſtus. Hic Cõſtantij temporibus Picenũ prouinciã habens, in ſomnis ſibi ipſi uiſus eſt, quemadmodũ dicitur, Imperialem purpurã dextro femore

Legati Sauromatum, homines deformes, pacem ab eo petunt.

Memorabile Valentiniani dictum.

Eiuſdem obitus.

* *Alij dicunt undecim.*

Valentinianus iſte Iuſtinæ filius.

Digamia Valentiniani ſenioris.

Valentinianus iunior Imperator lectus quadrimulus. Iuſtinæ pater Iuſtus, Piceni agri præfectus.

* Niceph. hoc loco pro Germania Gallias habet. Sed animaduertere eſt, eũ alijs quoque locis Germanorum nomen non uſurpaſſe, ſed pro eis Gallos poſuiſſe.

* *Eutropius ſcribit, Sauromatas ſe per Pannonias in ditionẽ Ro. diffudiſſe, eamq; uaſtaſſe. Idem, Brigitionẽ Quadorum oppidum eſſe dicit. Quados autem nonnulli hodie Auſtriacos, nonnulli Sileſios fuiſſe opinantur. Quòd ſi poſterius hoc uerum eſt, ad oppidum Brigam, ut nunc dicitur, Valentinianus mortuus fuerit.*

A femore gignere. Somnium id ſimplici animo ab eo expoſitũ, & omnibus deinde multorum diuulgatum eſt, nec multo pòſt ad Cõſtantij quoq; peruenit aures, qui ex uiſione ea Imperatorem illum progniturũ eſſe coniectans, immiſſo percuſſore caput illius reſcindi iuſsit. Porrò filiola eius Iuſtina, quum ei patre orbatæ res duræ eſſent, uirginitatis tamẽ florem cõſeruauit. Deinde uerò in noticiam Seueræ Imperatoris Valentiniani coniugis peruenit. Et quum frequentius eam adiret, per continuam conſuetudinẽ in amicitiã quoq; eius eſt admiſſa: atq; ea quum magis atq; magis familiaritate cõfirmata eſſet, tandem etiam in lauationis communionẽ ſe inſinuauit. Et aliquando ſimul lauantẽ quũ eam Seuera inſpexiſſet, quãuis fœmina eſſet, forma eius uſq; adeò eſt capta, ut de ea etiam marito Imperatori diceret: tam præſtantẽ ſcilicet Iuſti filiæ eſſe formam, ut ipſa quoq; florem pudicitiæ & uirginitatis eius adamarit. Imperator Seueræ uerbis ictus, conſiliũ ſuum ſecũ ipſe celauit. Nam & Iuſtinam ipſam ducere, & utramq; legitimam habere uxorem conſtituerat. Itaq; legem publicè promulgat, ut cuicunq; libitum eſſet, duas legitimas uxores habere liceret. Ita ſimul & lex ea in urbibus omnibus proponitur, & Iuſtinam Imperator in regiam ſuam uxorem inducit, eodem̃q; cum Seuera loco honorificè habet. Atq; ex Seuera quidẽ Gratianum antea Valentinianus ſuſceperat, quem etiam Occidentis Imperatorem dudum declarauerat. Iuſtina autem iuniorem Valentinianum ei genuit, quem exercitus, ſicuti dixi, præter duorum Imperatorũ fratris & patrui ſententiam, imperatorem eſſe iuſsit. Huic tres quoq; fuere filiæ, Iuſta, Grata, & Galla: quarum duæ cœlibatum in uita ſunt cõplexæ. Gallam uerò poſtea Theodoſius magnus uxorem duxit, ex qua ei Placidia filia prognata eſt. Nam Honoriũ & Arcadium in matrimonio priore genuerat, ex prima coniuge Placilla, quam prius legitimè ſibi coniunxerat, quàm imperium ipſum ſuſcepit. De Theodoſio autem, atq; eius filijs, tempore ſuo dicetur.

Somnium Imperium portẽdens.

Iuſtus Cõſtantij iuſſu cæſus. Iuſtina eius filia in familiaritatem Seueræ Imperatricis peruenit.

Valentiniani ſenioris lex bigamiæ.

Valent. uno eodẽq; tempore bigamus.

Populoſa fore tali lege Rom. Imperij terras cauſatus eſt, perinde atque barbarorũ regiones, apud quos polygamia colerẽtur. Eutrop. Procopius ſanè Cæſarienſis alicubi monogamiã plurimum detrimẽti Romanis attuliſſe ſcribit.

Iuſtinæ filiæ tres. Galla ſecunda Theodoſij magni uxor.

Theodoſij liberi.

CAPUT XXXIIII.

BEdenim ex Occidente rurſum ad Orientis res tranſeamus. Atq; ubi prius de eccleſiaſticis philoſophis, ita ut pollicitus ſum, dixero, (magnus enim tum, & haud ſcio an alio itidem tẽpore unquã, eorũ prouentus fuit) ad prophana progrediar. Atq; morti impij Valentis ali quantum cum delectatione immoratus, finem etiam undecimo huic hiſtoriarũ tomo imponã. Verumenimuerò, quæ initia monaſticæ uitæ inſtitutũ habuerit, & qui nam eius ueluti patres & duces extiterint, in Maximi Cõſtantini, deinde etiã in filij eius Conſtantij hiſtoria cõmemorauimus. Nam de Antonio, & Paulo Simplici, item de Ammone, & Eutychiano, qui in Olympo fuit, præterea de Spyridone, Nicolao, & Parthenio hierarchis, edẽdis miraculis claris, quum hiſtoriam de Conſtantino ſcriberemus, egimus. Antonij autẽ diſcipulos, duos uidelicet Macarios, Pambo, Paphnutiũ, Apollonium, & Anub, in Cõſtantij res geſtas cõiecimus. In quibus etiã Ægyptios monachos celebrauimus, qui in Scẽti & Tabenneſio ſunt philoſophati. Præterea qui in Syria & Palæſtina uirtutem piſs exercitijs meditati ſunt, quiq; in Ponto, & Europa, & Italia ipſa angelicam duxere uitã: atq; item alios qui ſapientes quidẽ & religionis noſtræ fuere, fidei tamen doctrinã ſanam ad finẽ uſq; nõ cõſeruarunt. Hoc autẽ loco eos qui poſtea uiguerunt, perſequemur, qui quum patres priores illos habuere, tum patres ipſi multorũ ſecundũ Deum filiorũ extitere. Eos in cõpendio, quantum mihi eorum res cognoſcere licuit, breuiter percurrã. Imperij iſtius tempore, ſecundum eos quos antea diximus Dei amantes uiros, in Ægypto Ioannes ille enituit, cui prophetiæ donũ, & rerũ quæ multis ignotiſsimæ ſunt cognitionem

De ſanctis monachis.

Ioannes monachus Ægyptius.

Deus tribuit, ut futuras scilicet perinde atq; præsentes, non minus quàm prisci- A
uates, cerneret. Habuit is aliud insuper à Deo acceptum donum, ut morbis in-
curabilibus imperaret, atq; dicto citius eos fugaret, ægrotosq; sanaret. Præter
Or. hunc & celeber ille Or tum claruit, qui ab ipsa infantia uitam solitariam in e-
remo consectatus, nullum laborem alium, præterquàm Deum laudibus ferre
nouit: herbis quibusdã agrestibus, earumq; radicibus uitam tolerans. Aquam
bibit loco quouis, quamcunq; ei obiter terra in qua uersaretur, præbuit. Vbi
autem ad senectutem peruenit, uisione quadã diuina Thebaidem incolere ius-
sus, multorum monasteriorum dux factus est. Eisdem autem & hic, quibus
Ioannes, diuitis locuples fuit donis. Precatione namq; sola nõ morbos solum,
sed & dæmones abegit. Et quum literis initiatus non esset, minimè tamen ad
memoriam libris opus habuit. Quicquid enim semel auditum mente comple-
xus esset, id supra obliuionem omnem conseruabat: & quocunq; tempore usu
eius opus esset, promptum ad manus habebat. Tum uerò in eadem regione e-
Amon Tabennesiotes. tiam philosophatus est Amõ ille, qui in Tebenna insula monasterijs præsidens,
Abbas 3000 monachorum. tria millia discipulorum habuit: in quibus erant Benus & Theonas, monasti-
Benus & Theonas. corum ordinum duces. Ambo uerò & præcognitionis & prædictionis gratiam
Deo acceptam tulere. Theonam certè quidem dicunt ad summum Ægyptio-
rum & Græcorum & Romanorum sapientiam & disciplinam perdidicisse, &
ad triginta annos silentiũ coluisse. Benus autem ita uitam instituit, ut nunquam
alicui irasceretur, neque iuraret, neq; mentiretur. Vocem etiam temerariam aut
uanam & nihili, nunquam ex ore protulit. Spectati quoq; eo tempore fuere
Copres, Helles. Copres, Helles, & Helias. In ijs Copres dæmonum expellendorum, & uario-
rum morborum sanandorum gratiam acceperat. Helles autem tantum habuit
miraculorum edendorum donum, ut tum etiam quum monastici instituti disci- B
plinam disceret, candentes in sinu carbones tulerit, & uestes non adusserit. Qua
re sodales suos ad æmulationem instituti sui, & uitæ eius bonæ, quæ manifestò
prodigiorum exhibendorum consequentem uirtutem obtineret, excitauit atq;
Helias. pertraxit. Helias porrò prope urbem Antinoum monasticæ philosophiæ sug
Monachus 110. annorum. habuit officinam, qui centesimum & decimum excessit annum. Dixit is autem,
prius se ad annos septuaginta solum in solis locis habitasse, quàm eò peruene-
rit. Et quum ea esset ætate, ad finem tamen usq; in certamine cœpto uiriliter ie-
iunans perdurauit, perinde atq; eo ipso, aut tertio inde anno monasticæ uitæ
Apelles. studium esset ingressus. Ad Achorin autem & Apelles ille enituit, monaste-
ria Ægypti mirificis factis suis obstupefaciens: quem dicunt aliquando, quum
æs procuderet (nam hoc ei erat studium) noctu, & dæmon in uenustæ mulieris
formam mutatus, pudicitiæ eius insidias tendere conaretur, candentem massam
ex carbonibus sensim protraxisse, atq; in faciem dæmonis coniecisse, eamq; ustu-
lasse, atq; illum confestim luctuosum quiddam stridentem atq; ululantem pro-
Abbates. fugisse. Patres autem monachorum celebres tum fuere, Isidorus, Serapion, &
Isidorus. præterea Dioscorus. Atq; Isidorus monasterio circumcirca tignis & muro sẽ-
Socrates Asceten quendã solitum fuisse dicere scribit, se machũ opus sciẽtẽ, bouem aratro, q̃ alterna appellat, perinde esse. lib. 4. capite 23. pto, hoc studio habebat, ne quis eorum qui in disciplina eius erant, foràs pro-
Serapion 10000 monachorum pater. gredereturr: sed ubi quantum satis est rebus necessarijs usus esset, in loco suo ma-
neret. Cæterum Serapion ad decem millia discipulorum habens, circa Arse-
noiten uixit: qui uerò ei parebant, sudore suo uictum parabant, eundemq; in-
digentibus etiam præbebant. Et æstatis tempore mercede metentes, quantum
opus esset frumenti sibi comportabant, & alijs etiam monachis impertiebant.
Dioscorus. Porrò Dioscoro centum erant sectatores. Et quum presbyter & sacrorum ob-
eundorum minister esset, multam & exactam curam in diuinarũ rerum dispen-
sationem

A fationem impendit, disquisitione maxima eos qui ad mysteria percipienda adi-
rent, explorãs. Vt namq; mens antea repurgaretur, cohortabatur: & confiten-
tiam, ne quid patratorum malorum haberet, scrutabatur. Erat præterea tum
Eulogius. alius quoq;, hoc etiã longè diligentior, nomine Eulogius, qui tanta dicitur pro-
uidentia seu præcognitione, acrimonia mentis collimans, in eis qui ad diuina ac-
cederent mysteria usus esse, ut non tantum quæ manifestò admissa essent pecca-
ta argueret, sed etiam quæ in cuiusq; cordis recessu latèrent, apertè perspiceret.
Iraq; eos qui mali quicquam perpetrassent, aut de re qua piam uiciose essent af-
fecti, à communione tum arcebat, delicta eorum proferens. Cæterum si ijdem
pœnitentia usi, pro eo atq; conuenit se purgassent, rursus admittebat. Præter
Apollos. hos & Apollos, solos locos incoluit: qui annos pubertatis ingressus, monasti-
cam philosophari atq; exercere cœpit. Et quum annis quadraginta in solitudi-
ne uersatus esset, speluncam quandam montanam propè habitabilem regionis
partem, Dei responso admonitus, subijt, atq; ibi habitauit. Plurimis uerò mira-
culis præclaram famam adeptus, multos ad se pertraxit, & monachorum mul-
torum author et dux fuit. Erant enim in moribus quoq; eius illecebræ quædam,
nec minus etiam in doctrina insidentes. Sed quale diuinæ eius uitæ institutum
Timotheus Alexandrinus episcopus. fuerit, & quibus editis insignibus miraculis, eius temporis homines ad stupo-
rem conuerterit, Timotheus, qui Alexandrinam ecclesiam piè gubernauit, scri-
pto peculiari complexus est: in quo non ipsius tantum, sed aliorum etiam mul-
torum & magnorum uirorum meminit.

CAPUT XXXV.

B Odem autem tempore apud Alexandriam, atq; in solis, sicuti dicun-
tur, locis, & circum Mareoten, atq; uicinos Libyes, multi uiri boni
accuratè admodum sunt philosophati, qui duorum millium nume-
2000 monachorum. rum expleuere: in quibus ueluti illustris quædam stella Dorotheus
Dorotheus. ille resplenduit, Thebis oriundus. Vita eius hæc erat, ut interdiu lapides ex ui-
cino mari colligeret, & domunculam anno quolibet construeret, eamq; qui ædi
ficare non posset, monacho relinqueret: noctu uerò ex palmæ foliis catenas ple-
cteret, & sportas conficeret. Cibus ei erat, panis sex unciæ, & tenuium olerum
fasciculus: potus, aqua. Et quòd ab adolescentia hoc genus dictæ complexus
fuerat, in eo quoque semper in extrema etiam senectute perdurauit. Nunquam
uerò uel in storea uel in lectulo cubare, aut etiam pedes per laxationem seu re-
missionem extendere, aut sua sponte somnum capere usus est. Nam uel opus
facienti, uel persæpe cibum capienti, magna ui incubuit: hactenus saltem, ut o-
culis cõniueret. Et sæpe cum uesceretur, somni uiolentia cibus ei ex ore excidit.
Atq; aliquãdo ingenti ui somni oppressus, in tegetẽ inscius concidit: qua re ual-
de commotus, sensimq; cõuersus, intra seipsum: Si effeceris, inquit, ut angeli so-
mnium capiant, persuadebis ut id quoq; faciat, homini uirtuti nauanti. Visus
autem est quodãmodo uel ad somnum ipsum, uel ad dæmonẽ accuratis uirtutis
actionibus eius obsistentẽ, hæc dicere uerba. Et quoniã ad eum modũ cum cor-
pore quasi belligerans conflictaretur, cõueniens eum quidam: Quid ita, inquit,
pater corpus tuum affligens enecas? Cui ipse respõdit: Quòd me id enecare cõ-
tendit. Circa angustias uerò terrę quæ in Ægypto sunt, à transuehẽdis nauibus
Διολκὸς dictas, Piammõ & Ioannes maximè clari, & multorũ fratrũ duces fuere,

περὶ Διολκῶν τὴν πρὸς Αἴγυπτον, Nic. περὶ Διολκῶν τῆς Αἰγύπτου, Sozo. lib. 6. cap. 29. Διολκὸς δὲ ἀπὸ λεχαίου ἐπὶ τὰς ἀγχόθεν πόντου. Hesych. Plin. li. 4. ca. 4. de Isthmo: Angusta ceruice Peloponesum cõtingit Hellas. Corinthiacus hinc, illinc Saronicus appellatur sinus. Lechæ hinc, Cenchreæ illinc angustiarũ fermini, longo & anicipiti nauium ambitu, quos magnitudo plaustris transuehi prohibet. Ab ea nauium transuectione Græci eas angustias Διολκὸν uocant. Qualis etiam transuectio ad Aegyptum est. de qua Plin. lib. 5. cap. 9. Naues plicatiles humeris transferunt, quoties ad Cataractas uentum est. Ad quem fortasse locum monachi isti uixere.

Piammon. cum sanctitate & cura multa. Vterq; autem presbyter fuit. Porrò Piammon in A
mysterio uidisse dicitur angelum cœlestem cum sacra stola ad diuinam mensam
assistentem, præsentesq; monachos in libro quodam annotantem: eos uerò qui
à synaxi & communione abessent, delentem atque inducentem. Ioannem uerò
Ioannes. Deus ita miraculis multis exornauit, ut ægritudines multas sanaret, & ex pedi-
bus atque etiam ex articulis conuulsis & solutis laborantes curaret. Eodem tem-
pore & diuinus Beniamin circa Scetim admodum est philosophatus. Hic do-
Beniamin. Sanationis donum mirabile. num illud à Deo accepisse fertur, ut absq; medicamentis, sola manus contrecta-
tione, aut oleo quodam, cui precationem addebat, uarij generis morbis ęgrotos
liberarit. Hunc etiam dicunt ita postea esse aqua intercute per corporis tumo-
rem grauatum, ut ex domuncula in qua degebat, per ostium, nisi prius unà cum
Idem hydropi cum, nihilo mi- nus ægros sanare perrexit. eo postes eius detraherentur, exire non posset. Et quum in lecto iacere nequi-
ret, circiter menses octo in latiore sella consedit, & more suo ægros curauit: atq;
ipse interim quòd meliusculè non haberet, minimè succensuit. Imò potius & æ-
grotos & alios qui ad se uisendũ ueniebant, consolatus est, & ut pro anima eius
precarẽtur petijt: perinde atq; nihil de corpore solicitus esset, quod & ualidum
Neglectus & contemptus corporis. nihil profuisse, & ægrum nihil sibi nocuisse dixit. Tum autem apud Scetim
Præclarè monachi de corporis contemptu dictũ. quoq; celeber monachus Marcus, uirtutem atq; pietatem meditatus est: iunior
item Macarius. Præterea Apollonius, & præclarus Moses Aethiops. Ex qui-
Marcus. Memoriæ donum. Cellæ. bus diuinus Marcus, ab ineũte ætate mitis ualde & modestus fuit: memoria tan-
ta præditus, ut ea supra alios, sacras literas teneret. Adeò autem Deo charus fuit,
ut de eo, suo ipsius respondens nomini, Macarius, Cellarũ presbyter, cum gra-
ui assceueratione confirmarit: haud unquam se, sicuti alijs, illi tradidisse, quæ ijs
Marco isti angelus ad sacrã mensam eucha ristiã præbere solitus. qui sacris initiati non sunt, à sacerdotibus accipere fas est: sed angelũ descenden-
tem ei dare solitum esse, cuius manum ipse usq; ad iuncturam eius uiderit, affir- B
Macarius iunior. Maria lacus, idem qui Marco tis. mauit. Macario autem honor ille à Deo obtigit, ut dæmonibus imperaret. Oc-
casio ei & causa, ut monasticam philosophiam sequeretur, fuit cædes, quam in-
Hunc, iropinatum per iudum homicidium, monachum fe- cit. consultò patrauit. Quum enim iam adolescentulus esset, & oues ad Mariam
lacum pasceret, in ludo æqualem quendam suum interemit: pœnam autem deli-
Salutare ingressum. Apollonius ex mercatore monachus. cti timens, in solitudinem profugit: & sub dio ibi agens, postea rugurium sibi
paruum condidit, in quo uiginti quinque annis uixit. In eo uitę instituto magnas
Deo de casu suo egit gratias, cædemq; eam salutarẽ sibi esse dixit, uidelicet quòd
ea sibi philosophiæ eius melioriscq; uitæ causa extitisset. Porrò Apollonius,
quum plurimam uitæ partem in mercatura transegisset, in ætate affecta Scetim
se contulit. Et quum propter ætatem ingraueſcentem & inutilem, neq; scribere,
neq; aliud quicquam rectè tractare posset, omni genere medicamentorum atq;
cibariorum, quæ ægrotis conuenire arbitrabatur, ære suo comparato, in solitu-
dinem ad monachorum domicilia afferebat: & quotidie ad nonam usq; horam
sic circuibat, inualidos curans. In hac ille noua quidem, & ab alijs uariante, sibi
tamen conueniente, atq; à se primùm inuenta uirtutis exercendæ ratione, uitam
† Αἱ ἂ ἰωὰ σω- τηρίας τυχεῖν ἐλπίδα ἀγαπᾶ- σι. peregit. Moriturus autem, alij cuidam remedia ea dedit, & idem officium illum
obire iusit, † per quod consequendæ etiam salutis spem habuit.

CAPVT XXXVI.

Moses Aethiops ex seruo fugitiuo & prædone monachus. MOses autem Aethiops, conditione seruus, propter naturæ suæ im-
probitatem ex heri sui domo profugit: atque ubi prædari didi-
cisset, paulo pòst prædonum cohortis præfectus fuit. Et quum
nefaria multa scelera peregisset, & ad cædes patrandas audax fa-
ctus esset, ex præfracta quadam temeritate monasticam ingressus est uitam,
philosophari'que prorsus incœpit, strenuè admodum ad uirtutem grassans.

Quòd

Quòd autem priore uitæ instituto, & corporis ualida constitutione, rursum ad
uoluptatẽ per imaginationes incitatus alliceretur, uarijs exercitijs carnẽ doma-
re summopere cõtendit. Et quandoq; quidẽ solo pane absq; obsonio usus, quan-
Quinquaginta precationum diurnarum pensum. doq; autem plurimo opere perfecto, ad quinquaginta die quolibet precationes
fecit. Et sex cõtinuis annis noctes totas peruigilio exegit, stans atq; orans: ita ut
neq; genua inclinaret, neq; prorsus oculis ad somnũ propẽdens cõniueret. Por-
rò noctu monachorũ domicilia circumiens, clàm uniuscuiusq; hydriã auferebat,
eamq; aqua repletam in locũ suum reponebat. Idq; ingentis laboris fuit, propte-
rea quòd inde locus ubi aqua fluebat, alijs quidẽ decem, nonnullis autẽ uiginti,
quibusdã etiam triginta stadijs abesset. Perlongo uerò tempore pristinũ suum
Coercio carnis, illecebrarumq; eius. Moſe iſtius ingens corporis ualidi robur. retinuit robur: quamuis multũ studij in hoc collocaret, ut id debilitaret, & car-
nem diuturna ærumna extenuaret. Dicunt autẽ, aliquando prædones eum qua-
tuor, qui officinã quietis suæ percurrebãt, cepisse, uinxisse, atq; in humeros sub-
latos in ecclesiam deportasse, & patribus quid de eis statuerent, permisisse: nefas
esse dicentem, ut in posterum mali quicq; alicui ipse inferret. Neq; unq; quenq;
fuisse ferunt, qui tantopere mutatus à uicijs ad uirtutẽ summam, quam pertigit,
peruenerit. Incredibilis uerò fuit dæmonibus terror. Et quod supra opinionem
omniũ est, presbyter etiã in Sceti factus est, quum quidẽ quamplurimos eo tem- Idemetiã presbyter factus. pore, quo latronũ manum duxerat, interemisset. Et quia talis erat, multos eosq;
optimos post se reliquit sectatores. Et uitã circiter annum octogesimum quintũ
finiuit. Eadem ætate etiã floruit Paulus, & Pachon, & Stephanus & Moses, ge-
nere utriq; Libyes, & preterea Pior Ægyptius. Paulus in Pherme, qui moris in Paulus quingentorũ Ascetarum Abbas. Sceti est, monasticam uitam egit, non plures ẽq; quingentos monachos habens.
B Nihil autem operis fecit: neq; à quopiam quicq;, præterq; quod ederet, accepit. B
In orationibus quotidie sine intermissione se exercens, eas ueluti quoddã tribu- Diurnum trecenarum precationũ pensum. tum ad trecentas numero Deo offerebat. Ne autẽ ab eo numero aberraret, toti-
dem lapillos in sinum deposuit, & ad precationes singulas singulos eijciebat cal-
culos. Quibus ad eum modũ consumptis, precationes totidem absolutas ei esse
constabat. Pachon quoq; in Sceti monasticã exercuit, à iuuentute ad multum Pachon. usq; senium. Neq; uerò corpus, quod ualidũ alioqui obtinebat, neq; affectio ali
qua, atq; adeò ne dæmon quidem ipse deprehendere in eo potuit, quòd mollius
se, aliterq; quàm uirũ deceat, in temperantiæ studio & rebus eis quas supprime-
re philosophum monasticũ conuenit, gesserit. Stephano autẽ circa Mareotem Stephanus. non lõgè à Marmarica domiciliũ fuit. Hic accurato atq; exacto eius generis phi-
losophiæ instituto, annis sexaginta spectatus fuit monachus. Quòd autẽ notus
etiam Antonio magno fuerat, mitis ualde & sapiens euasit. In familiaribus collo Donũ mœrentibus & afflictis animis solandis. quijs tam suauis et cõmodus, ut facilè eorũ qui uel maximo tenerent mœrore, à-
nimos uerborum gratia demulceret, & ad moderationẽ & iucunditatem tradu
ceret, quamuis tempore multo illi consolationẽ omnem auersati essent. Quine-
tiam in suis ipse ærumnis talem se præstitit. Atq; aliquãdo incurabili malo cor-
reptus, membra quidẽ affecta medicis curanda atq; secanda permisit: ipse uerò
perinde atq; alius in eo casu esset, solitũ laborem continuans, & palmarũ folia in
manibus habens, catenã cõplicuit: atq; eis qui cum eo erant autor suasorq; fuit,
ne casus huius uitæ ægrè ferrent, nec aliud quicq; cogitarent, cũ quod ad finem Casu humani leuiter ferẽdi. Afflictiones et ærumnæ huius uitæ hominibus bono sunt. bonum Deo adiuuante euaderet. Sibi, quòd talibus expeteretur ærumnis, idq;
propter perpetrata fortè peccata, commodum atq; utile esse dixit: quæ peccata
hic luere præstaret, quàm ut ad futurã puniendã reseruarent uitam. Mosen au-
Memorabilis sententia. Donum sanationũ in Moſe. tem gloriam ingentem mansuetudine & charitate consequutũ esse accepimus:
qui etiam ægritudines plurimas, atque eas incurabiles, precatione sola sanauit.

Pior

CAPVT XXXVII.

PIor admodum adolescens monasticā philosophiam cōplexus, quum paternā relinqueret domū, uotum Deo nuncupauit, † nunq̄ se propinquorum suorum cuiq̄ in conspectum uenturū esse. Postq̄ uerò quinquagesimo anno post soror eius uiuere illum accepit, continere seipsam non potuit: atq̄ indicio, quod ei præter opinionē omnem acciderat, in immensam sublata lætitiā, summopere, ut eum uideret, expetiuit. Quāpropter loci eius episcopum flens atq̄ uociferans rogauit, ut in Scetim literas daret, quibus efficeret, ut frater ad eam mitteretur. Ille fœminæ senectutē miseratus, monachorum antistitibus, ut Pior ueniret, scripsit. Is, ut hoc faceret, iussus, quum contrà niti non posset (non enim Aegyptijs, imò etiā alijs monachis fas est, imperata non facere) in patriā uenit, fratre alio secū ducto. Atq̄ ubi pro foribus paternarum ædiū fuit, præsentiā suam sorori insinuauit. Et quum strepitū pedum eius sentiret, & ianua aperta strideret, oculis cōniuens, de nomine sororē cōpellans: Ego, inquit, Pior sum, frater tuus: cōspectu meo, sicuti uisum tibi est, fruere. Atque illa quidē fratrem satis intuita, Deo, qui desideriū eius impleuisset, gratias egit: ipse autem ad fores precatione habita, rursum discessit, & in regionē solitam reuertit. Quum autem puteū foderet, amarā in eo inuenit aquā: ad quam tamen, ca utens, ad mortē usq̄ permansit. Tam sublimis uerò temperantia eius, post obitum primùm eius cognita est. Quum enim alij in loco eo philosophandū sibi esse statuissent, perferre id non potuerunt. Mea porrò sententia, nisi sibi ita perdurandū esse proposuisset, non difficile ei fuisset, oratione sola aquā eam in dulcem uertere: quippe qui eo loco, ubi nulla esset, eam elicuerit. Quum enim Moses, quē diximus, puteū foderet, & iam ad profundā altitudinem peruentū esset, neq̄ uena aliqua liquorē ullum pollicerētur, adeò ut iam desperaret, & laborē tantum relinqueret: obiter circa meridiē Pior aduenit, & primùm eū salutauit, deinde pusillanimitatē & incredulitatem fodientiū reprehendit. Sub hęc, ubi in fossam descendisset, & ligone tertium terram impulisset, derepentè scaturiens prodijt aqua, & puteū repleuit. Atq̄ ubi petijt, ut ad precationē abire sibi liceret: & illi, ut cibū cum eis caperet, rogarunt: morē illis non gessit, nō ea de causa, quum iam quod uoluisset, effecisset, se eò uenisse dicens. Eadē tempestate multi circa Scetim magni Antonij floruere discipuli: in quibus grandæui fuere, Origenes, Didymus, & Cronion, qui etiā centum & decē annos natus, excessit. Insuper eodē cum eis tēpore extitere, Serapiō magnus, Putubastes, Arsion, & præclarus Arsesius: qui in philosophia hac cōsenuerunt, & monasterijs præfuerunt. Ex eis Didymus nulli cohabitauit homini, ad extremū usq̄ uitæ diē: quāuis nonaginta uixisset annos. Arsesius aūt iuuenib. lapsis delicti gratiā faciebat, ætate autem & uirtute prouectiores excōmunicabat, uerbis hisce utens: Iuuenē quidē, si per excōmunicationē repudiet, * despectorē fieri. Qui uerò in uirtute profecisset, eum celeriter obiurgationis sensum percipere. Eorū porrò qui in media essent ætate, multi & boni fuere monachi. In eis Ammonius & Eusebius, præterea Dioscorus, qui quū fratres essent, ppter corporis staturā Longi sunt appellati. Ammoniū fama est eò laudis in philosophia hac peruenisse, & adeò uoluptate & delicijs omnib. superiorē fuisse, ut præter panem solum nihil cocti degustarit. Valde etiam literarū & eruditionis studiosus fuit, ita ut Origenis & Didymi & Euagrij scripta diligenter & fœliciter legeret. Adeò uerò à curiositate abfuit, ut Athanasium magnū Romam comitatus, ex præclaris præcipuisq̄ urbis eius rebus non aliud spectandum sibi censuerit, quàm Petri & Pauli martyrium, & ædem eam in

A

B

Ammonius comes Athanasij. Romæ non aliud quàm S. Petri & Pauli martyrium spectauit.

† τῶ κεκτῆσθαι μαθεῖν τὸν οἰκεῖον ἐγκώμιον. Soz. hoc est: Nunquā se posteà propinquorū suorum quenquam uisurum esse.

Pior inambulans cibum capiebat. Cuidā aūt causam eius rei inquirenti: Nolo, inquit, curæ corporis ut instō operæ, sed succisiuo tantū utitur sodicet ei bo copiēdo. aliqua ex parte nolūtate corporis anima fruatur.

Pior in arido loco fontem per miraculū elicuit.

Pior. Interdixit sibi is, uoto nuncupato, domelli corum suorum conspectu.

πατέρχια & obedientia monastica.

Idē tamen, præpositorum suorum iussu sorori se cōspiciendum exhibet: ip se uerò eam nōnouerat. Amaram ideni aquā bibit.

Origines. Serapion magnus. Putubastes. Arsion. Didymus. Arsesius. Soer. Arseniū uocat.

* ἐκκαρρωνιστὴν

Ammonius Eusebius. Dioscurus. Ammonij præcipuæ uirtutes.

Cronion centum & decem annorum monachus.

Aliter iuuenes. aliter prouectioris ætatis monachi coercendi.

Longi fratres.

Pulchrum exemplum ἀσκητηρίου.

A eam in qua illorū corpora ueluti thesaurus sunt condita. Porrò quum ad episcopalē aliquando consecrationē abducēdus esset, & ad eos multa, qui eum eius rei gratia conuenerant, dixisset, neq̄ tamen eis quod uolebat persuasisset, amputata sibi auricula dextra: Vel nunc domū, inquit, abite, quandoquidē deinceps etiam uolentē ecclesiæ cōstitutio non recipit. Sacerdotē namq̄ integrū atq̄ immutilatū esse oportet. Atq̄ ubi qui ex præcipuis ad eum missi erant, ab eo discederent: & à Iudæis quidē talia obseruari & magnifieri, ecclesiam autē Dei par uipendere, si modò animo & moribus saluus cōmodusq̄ sit episcopus, inter se dicerent: ad eum reuersi, cōprehendere tentarunt. Ibi ille, Si uim ei inferre pergerent, linguā quoq̄ sibi recisurum esse, adiurauit. Quibus minis illi perpensis, in loco suo uirū magnū reliquerūt. Et ex eo tempore Ammonius πᾳρώτης, qua si aure carentem dicas, cognominatus est. Hoc idē in Euagrio philosopho accidit. Nam quum à Theophilo Alexandrino ad episcopatū traheretur, ubi artibus uarijs se excusando usus esset, sacerdotali dignitati, sibi ea interdicēdo, nunciū * remisit, non tamē summo aliquo corporis membro resecto. Atq̄ is ubi in Ammoniū istum incidisset, urbanè eum carpsit, male admodū feciſſe, Deoq̄ ob membrū resectū pœnas daturū esse, inquiēs. Ad quem subinferens Ammonius: Tu uerò, inquit, ὁ Euagri, an nō cōdignas persolues pœnas, q̄ ppter φιλαῦλίαν, hoc est, nimiū tui ipsius amorē, linguā resecueris, & ea quæ tibi ad utilitatē multorū cōcessa est gratia, usus nō fueris? Verùm de Euagrio paulo pòst dicemus.

Quatenus integrū sanumq̄ conueniat esse episcopum.

Idem episcopus lectius, ne munus id ei obire opus esset, aurē sibi ipse recidit: linguā quoq̄, nisi ei priuato esse liceret, excīsurus.

Ammonius πᾳρώτης, hoc est, sine aure, cognominatus.

Euagrius itidem episcopatū, sacerdotio se se abdicans, reiecit.

* Et profugit, Socrat. μηδὲν ἀπωτέρω ἐσες τῦ σώματος.

Multi olim admodum boni mines pij ad episcopatū euehebantur. Scitè facetèq̄ dicta Ammonij & Euagrij.

CAPVT XXXVIII.

IRca Scetim mons est, quē accolæ Nitriam uocant: propterea quòd uicus quidam uicinus ei est, in quo nitrum colligitur. In eo monte ingens est huius generis philosophorum multitudo, & monasteria contigua non pauciora q̄ quinquaginta. Eorū quædā sunt, in quibus monachi cōmuniter, quædā in quibus seorsim habitant. Est & alius locus ad interiorem solitudinem uergens, & ab istis, stadijs septuaginta distans, ad monasticā exercendam perquàm commodus. Cellarū is nomen habet, q̄ monachorū ibi domicilia non continēter, sed sparsim constructa sint. Tantū uerò ea inter se disita fuere, ut ea incolentes alius aliū nec cernere, nec audire posset. In hebdomade aūt semel, primario & Dominico die, in ecclesiā conuenire soliti erāt. Quòd si eo die quis non cōparuisset, satis cōstabat, eum uel ærumna, uel morbo aliquo oppressum fuisse. Porrò ad eum uisendū non simul omnes, sed diuerso tēpore ueniebant, pro se quisq̄ quod ei suppeteret, ad illum curandū, cōmodum morbi afferens remedium. Absq̄ hoc si esset, alius aliū non adibat: præterq̄ si quis discēdi causa sermones animæ utiles & salubres auditurus, eum adiret, qui eius rei peritus esset. Cellas quoq̄ eas illi inhabitabāt, quib. ad summū philosophiæ huius peruenirē, & sibi ipsis ductores esse cōtigisset: ut rectè ab alijs segregati, quietē sequi, & sibi ipsis uiuere possent. De Sceti, & q̄ ibi philosophati sunt monachis, hæc dixisse satis sit. Nam si singula oratione persequēda essent, metus esset, ne in eam ꝑlixius productā, reprehēsionis quispiā aculeū immitteret. Et quū illi suum sibi uiuēdi modū instituissēt, fieri necessariò aliter nō potuit, quin uariè, ut par est, ꝓ cuiusq̄ ætatis captu, opera, mores, instituta, & diætas dispertierint. Alius itē locus, cui nomē Rhinocurura fuit, multis ex eo tēpore * indigenis monachis celeber fuit. Inter eos insignes fuere: Dionysius, q̄ ad partē urbis Aquilonarē domūculā suā habuit: Mela ille, q̄ eo tēpore ecclesiā eius loci gubernabat: & Solō, Melæ simul & frater germanus, & in sede ipsa successor. † De Mela illud memoriæ ꝓditū est. Quum

Sic hodie in Atho mōte uigenti duo insignia sunt monasteria Græcorum monachorū, ordinis diui Basilij. quæ tributi nomine Turcarū tyranno quotannis ex uinetis & oliuetis suis pendūt sex millia obolorū Turcicorum. Mons is à Christianis ἅγιον ὄρος, hoc est, sanctus mōs dicitur: à Rutenis, Swiata hora.

Monasteriorū istorum speciē quandā referunt Carthusianorū domicilia.

Rhinocurura, & monasteria eius.

Dionysius. Mela. Solon.

Rhinocurura urbs Aegypti, ab antiquis incolis sic dicta, quorū mutilati fuere nasi. Stephan.

* ὃν ἐπεισοδιωτικὸν, ἀλλ' οἰκεῖον καὶ ἐγγενῆ τῶν ἀγαθῶν: hoc est, non aduenis, sed originarijs bonis uiris.

† Melæ Rhinocururæo episcopo, qui ab Arianis ad eum expellendū missi fuerāt, propter reuerentiam eius exiliū remittunt.

Quum de eccleſijs ὁμοουσίου cõſubſtantialis fidei defenſores exigerentur, atq; eò A
qui ipſum quoq; eijcerent aduenissent, repererũt eum ueluti ſeruorũ extremum
eccleſiæ lucernis adornandis hilariter incumbentẽ. Lucernarũ enim lineos fu-
niculos in manibus habebat, ueſte ſimul & cingulo ſordidatus. Atq; quum illi
epiſcopũ requirerẽt, indicaturũ ſe eis illum reſpondit, eoſq; in domũ Epiſcopa-
lem duxit: atq; ubi is eis de uia feſsis, menſa appoſita, pro rerum tenuiũ copia ci-
bum dediſſet, atq; edentib. miniſtraſſet, ſublata menſa manus lauit, & ſe ipſum
eis indicauit. Illi uirũ admirati, cauſam aduentus ſui quum oſtendiſſent, remit-
tere ſe ci exiliũ, propter reuerentiã eius, dixerunt. Quod poſteaq; accepiſſet, eis
reſpondit, non idem, ſe, quod alij cõſentientes ſibi epiſcopi feciſſent, commiſſu-
rum eſſe, ut inuitus ſolũ exilij cauſa uerteret, ſed ſua ſponte in exiliũ iturũ. Atq;
quum ibi eſſet, ueluti qui ab adoleſcentia monaſticæ philoſophiæ aſſueuiſſet, o-
mni genere uirtutis præclarus admodum fuit. Solon autem, ubi mercaturæ re-
nunciaſſet, precioſam mercatus eſt margaritã. Nam ſub fratre Mela, eiuſq; loci
magiſtris fideliter atq; diligenter edoctus, mutatione uitæ plurimùm in rebus
diuinis ſtudij oſtendit, & morum ſimplicitate erga proximos bonus maximè
fuit. Eccleſia Rhinocururæ poſtq; tam egregios primùm duces nacta eſt, longo
deinde tempore conſuetis cõſtitutionibus uti perrexit, & uiros præclaros pro-
tulit. Illud porrò nouum, & inter alia maximè inſigne in eccleſia ea fuit, quod cle
rici ibi domicilium, menſam, morum inſtitutum, & diætam unam, aliaq; adeò
omnia haberent communia, Hæc de Rhinocurura.

Hoſpitalitatis Epiſcopalis exemplum.

Ille uerò monaſticæ uitæ aſſuetus, ſua ſponte exulat.

Solon frater Melæ, ex mercatore monachus & epiſcopus.

Rhinocururæ Catholica.

Cleri eccleſiæ eius cœnobiũ.

CAPUT XXXIX.

Palæſtini monachi.

IN Palæſtina quoq; eo tempore plurimi floruere monaſtici philoſo- B
phi. Adhuc enim ſuperſtites erant, quos, quum de Conſtantini im
perio ageremus, diximus, ſcientia & uita monaſtica effulgẽtes. Sed
& alij cum illis inſtitutis illorum enituere, qui uirtutis profectu, nõ
pœnitenda laude & gloria monaſteria auxerunt. Horum præcipuus fuit He-
ſychas. Hilarioni illi, uita ea quæ ſecundũ Deum eſt, longè præſtantiſsimo, ma-
ximè amicus. Item uirtute præclarus Epiphanius, qui longo pòſt tempore ec-
cleſiæ Salaminæ in Cypro epiſcopus præfuit. Et Heſychas quidem quietis offi-
cinam apud Gazam inſtituit, eodẽ quo amicus ſeu magiſter, in rebus omnibus
ſecum cõſentiens Hilarion, loco. Sacer autem Epiphanius, circa quendam ui-
cum Beſanducem, præfecturæ Eleutheropolis, ubi etiã ortus fuerat. Hic in pri-
ma ætate optimis uſus præceptoribus, & doctrinæ monaſticæ gratia longo tem
pore in Ægypto moratus, apud Ægyptios ſimul & Palæſtinos, per uirtutis ſtu-
dium, inſignem adeptus fuerat laudẽ: nec minus etiã apud Cyprios, apud quos
epiſcopum geſsit. Vnde conijcere licet, ea de cauſa præclaram eum famam per
orbem omnem eſſe conſequutum. Quum enim in ampla & maritima, eademq;
populoſiſsima urbe ſacrorum antiſtes eſſet, & cum illuſtri uirtutis gloria ciuiles
quoq; res tractaret, breui tempore non ciuibus ſolum, ſed aduenis etiam unde-
cunq; eò appellentib. notiſsimus fuit, qui eum partim cõuenerunt & uiderunt,
partim ex ſermonib. eorum qui illum uiderant, cognouerunt. Prius aũt quàm
in Cyprum ueniret, eo quo diximus tempore in Palæſtina uitam egit, quum
in monaſterijs ibidem ſanctè & grauiter admodum eniterent, Salamines, Phy-
ſchon, Malchion, & Criſpion, claro loco nati, & fratres, circa Betheleam uicum
præfecturæ Gazæ ſtudia uirtutis exercentes. Habuerunt & ij Hilarionem ma-
giſtrum. Fertur namq;, quum aliquando ſimul iſti apud eum fuiſſent, & ſimul
domum reuerterentur, ex eorum medio Malchionem ſolum quodammodo ra-
ptum diſparuiſſe: atq; ubi rurſum ſubitò extitiſſet, idem cum fratribus iter car-

Heſychas. Epiphanius, poſtea epiſcopus Salaminius.

Hilarion Heſychæ præceptor & amicus

Præclara eius per uniuerſum orbem fama.

Salamines, Phyſcon, Malchion, Criſpion, fratres, Hilarionis diſcipuli.

A pſiſſe, & paulo pòſt è uita exceſsiſſe, iuuenilẽ quidem adhuc ætatẽ agentẽ, ſed uir
tute & Dei amore non multũ eis qui in tali ſtudio conſenuerũt concedentẽ. Tũ
Ammonius. Ammonius quoq; decem ferè ſtadijs ab eis diſtãs, & circa uicum Chapharchon
bran Gazæ ſubditum caſam ſuam habẽs, clarus fuit, ex eo uico oriundus: uir
qui accuratè & conſtanter in inſtitutò monaſtico perdurauerit. Sed & Sylua-
nus in Palæſtina ortus, eo, ut mihi uidetur, tẽpore ſuperſtes fuit: qui eum à Deo
* ὑπ' ἀγγέ- * accepit honorẽ, ut angeli ei inſeruierint. Et quum primùm in Aegypto philo
λων ὑπηρε- ſophatus eſſet, in montem Sina inde tranſijt. poſtea autẽ in torrente Geraræ ma
τεῖσθαι γέ- xímum, pulcherrímum, & clariſsimum bonorum uirorum conſtruxit monaſte-
ρας λαβεῖν rium: cui poſt eum admirandus præfuit Zacharias.

Malchion è cõſpectu fratrum derepentè raptus, atq; eiſdẽ redditus.

Syluanus.

Angeli ei inſeruientes.

Zacharias.

CAPUT XL.

EX Ægypto & Palæſtina, ad eos monachos qui in Syria & finitima ei
Perſide fulſerunt, tranſeundũ: qui cũ Aegyptijs quàm maximè certã
tes, cũ plurimi & uirtute clariſsimi cuaſere. Circa Niſibim ad montẽ
cui Sigaron nomen eſt, uitæ ſanctitatẽ celebres fuere, Baththæus, &
Euſebius, & Barges, & Hallas, & Abbus, & Abdalæus, & Zeno, & Heliodorus,
& Lazarus, qui epiſcopus etiam eſt factus. Qui quòd non ita pridem nouũ hoc
philoſophiæ inſtitutum exercere incepiſſent, βοσκοὶ, hoc eſt, paſcentes ſeu pabu-
latores cognominati ſunt: propterea quòd tecta non haberent, nec panem, aut
uinum, aut opſonium aliquod guſtarẽt: ſed continenter in montibus uerſantes,
de eccleſiarum more precibus atq; hymnis Deum colentes celebrarent. Et quũ
tempus cibi capiendi eſſet, pro ſe quiſq; falcem in manibus habens, & ueluti pa-
bulum inquirens circuibat: & herbas cõmodas nactus, eis ueſcebatur. Atq;
B ad hunc quidem iſti modum nouam agendæ uitæ philoſophiam inſtituerunt.
Voluntarius carcer. Euſebius. apud Carras aũtẽ philoſophatus eſt Euſebius, qui uoluntario carcere ſeipſum,
ut adiri non poſſet, cohibuit. Item Protogenes, qui poſt Vitum paroeciæ ibi cu
ram geſsit: Vitum inquam, inclytum illum monachum, quem ferunt quum pri-
mùm inter Imperatores apoſtolum Conſtantinum uidiſſet, ſanctè affirmaſſe,
eum ſibi dudum ſæpenumero à Deo per apparitionẽ oſtenſum eſſe. Proindeq;
ſeduló cohortatum eſſe, ut quod Conſtantinus ſtatuiſſet atq; iuſsiſſet, homines
citra exceptionem omnem obſequenter facerent. Porrò Baththæus uſq; adeò à
cibo ſumendo abſtinuit, ut uermes etiam ex dentibus eius proreperent. Hal-
las ſeptuaginta totis annis panem prorſus non attigit. Heliodoro tanta fuit tem
perantia, ut noctes plures peruigilaret, & ieiunium hebdomadibus permultis
Aonas. cõtinuaret. Floruit tum etiã in Phadana (quo loco Iacob Iſaaci filius ex Palæſti
na ueniens, uxorem ſuam uirginẽ in matrimoniũ duxit, primuſq; ibi reuoluto à
Primus hic in Syria monachus. puteo lapide gregẽ eius potauit) Aonas ille, quẽ fama eſt primũ ibi apud Syros
Azizus. accuratum hoc philoſophiæ genus colere cœpiſſe: quemadmodũ id apud Aegy-
ptios magnus fecit Antonius. Cum eo fuere & Gaddanas, & Azizus, in eiuſdẽ
uirtutis laude concertantes. Multi uerò & apud uicinam Edeſſam, & circum ea
Iulianus. loca celebres floruere uiri: inter quos clariſsimi fuere, Iulianus, atq; apud Syros
decantatus Ephraim, à quo multi libri eccleſiæ ſunt editi: de quibus certius in
Eulogius. Conſtantij imperio commemorauí. Extitere præterea Barſes & Eulogius, qui
ambo poſt longum monaſtici exercitij certamen Epiſcopi ſunt facti, non in ur-
Supr. eod. cap. 23. be aliqua, ſed honoris gratia in monaſterijs ſuis epiſcopalem conſequuti conſe-
crationem: ita ut rectè aliquis dignitatem eam tanquam præmium, ſeu remune-
rationem pro exactiſsimo philoſophandi inſtituto eos accepiſſe dicat. Sicuti &
Lazarus, de quo paulo antè, poſt ſanctum Heliodorum,
mentionem fecimus.

Monachi ad Carras. Protogenes. Vitus.

Huic per iuſſionem Deus Conſtantini magnũ exhibuit.

Baththæus.

Hallas.

Heliodorus.

Phadana locus, ubi Iſaac in Rebeccam incidit.

Gaddanas.

Monachi Edeſſeni.

Ephrãm.

Barſes.

Duo iſti in monaſterijs ſuis epiſcopalẽ obtinuere dignitatem.

Itidem & Lazarus.

Monachi Syri ad Niſibim in Sigaro monte.

Hi βοσκοὶ, hoc eſt, pabulatores dicti, ſeu paſcentes.

CAPVT XLI.

Monachi Cœlesyriæ.

OCelesyria autem,& quę supra eã est regio,sola Antiochia excepta,se- A
rius quidem Christianismum susceperę,nõ tamen ecclesiasticis philo
sophis caruere. Qui eo fortius ut uiri egregij se gesserunt,quo maius
in eos incolarum Græcæ superstitionis studiosorum,atq; illis insidiã
Christianorũ est ferre,nõ inferre iniuriã. tium,flagrauit odium:non illos quidem uindicta utentes, sed magno animo illa
tas iniurias & plagas excipientes. Qualis Valentinus ille fuit, quem alij Emese-
num, alij Arethusium genere fuisse tradiderunt. Et alter ei cognominis mona- Valẽtinus, & alij plures.
Paulus Telmisi ortus. chus,& Theodorus, qui ambo à Tittis uico præfecturę Apamęę oriundi fuere.
Item Marosas Mechelis ortus,Bassus,Bassones,& Paulus,cui patria fuit Telmi
sus. Hic quũ multis in locis multa monachorũ cœnobia instituisset,& præclarè Sozom. Telmisum uicum esse dicit.
Monasterium eiusdem in lugato. plures ad philosophiam hanc consectandã cohortatus fuisset, postmodum in re
gione cui nomen est Iugatum,insigne & splendidum monachorũ construxit do
micilium,atq; ibi uitam in senectute multa finiuit. Monstratur eo loco adhuc,
Monachi olim ferè omnes longeui. quod omnibus notum est sepulchrum. Omnes uerò propè quos recensuimus
monachi,longæui fuere: id quod dispositione & prouidentia Dei mihi factum
esse uidetur, uidelicet ut tam diuturno & exacto uitæ instituto incrementum re
Monachorum sanctitas plurimos ex gentilibus ad Christianismũ perduxit. ligio caperet, quod nõ Syros tantum, sed & Persas atq; Saracenos plurimos ad
fidem nostram pertraxit, & Græcæ superstitionis sectatores plericq; ut cultum
suum abnegarent effecit. Ex quibus omnibus plurimi persuasi sunt, ut philoso-
phiã monasticã summopere colerẽt, & ad eorum quos modò diximus exẽplum
monachorum sodalitatibus prærirent. Facilis autem coniectura est, hoc genus
philosophiæ initio inde sumpto, ad Galatas usq; & Cappadoces,finitimosq; eis
populos, item ad Euxinum Pontum, Bithyniam, & Hellespontum peruenisse, B
Apud Galatas, Cappadoces, & in Ponto multa monasteria in urbibus & uicis. qui sanè antiquitùs doctrinam Christianam flagrantibus animis complectentes,
permultos diuinæ huius philosophię habuere sectatores. Quorum plures in cõ
munibus domicilijs per urbes & uicos habitarunt,uel quòd nondum traditioni
bus & exẽplis eorum qui dicti sunt assueuissent: uel quòd propter hyemis asperi
Eorundem terrarum eremicolæ. tatẽ regiones illæ, & maximè Pontus,Cappadocia,& Galatia,natura frigidissi-
mæ sint,proindeq; non facile plurimi in solis ibi locis degere possent. Veruntа-
men nõ omnino montes earum ab eiusce modi philosophis uacui fuere. Tẽpore
namq; procedente,uehementi atq; ardenti rerum diuinarum studio, frigius etiã
cessit. Atq; in eis partibus quàm multi alij præclarè uixere,quemadmodum ali-
Eustathius. Leontius. Prapidius. bi à me dictum est: tum post Eustathium & Basilium magnum,præ cæteris cele Basilius magnus.
* Soz. uicos. bres maximè fuere, † Leontius ille,cui deinde Ancyranus cõmissus est episcopa † Sozom. habet Leo.
Basilius hospitalis domus. tus: & Prapidius, qui quantumuis senex, admodum multas pro episcopo rexit
Monachi Antiocheni. * urbes. Præfuit uerò nobilissimæ etiã illi hospitali domui, cui cognomen est Ba
silias.nam à Basilio magno Cæsariensi episcopo constructus xenon, quàm no-
men eius obtinet,tum ad tempora multa perdurat. Antiochiæ multi alij enitue
re monachi,in quibus secundum Iulianum & Aphraatem illum,Marianus fuit
& Eusebius,Palladius,& Symeones, Abrahames,& alij insuper, qui integrum
τὸ κατ' ἀνόνα atq; immortale, * id quod ad imaginẽ Dei conditum est, conseruarunt. In mon-
te eo pratis multis perquàm amœno, qui urbi adiacet, Petrus Galata enituit,&
Monachi solitudinis Chalcidis. cognominis huic Aegyptius. Præterea Romanus,& Seuerus,& Zeno,& Mo-
ses,& Malchus,alijq; multi eo tempore monastica ibi philosophia splẽdidi & il- * σὺν αὐτοῖς τῷ ἀπαθῆ καὶ μετεχόμενον.
Monachi Apameni, itẽ Zeugmatis. lustres fuere.In solitudine Chalcidis, Abitus, & Marcianus, & Abrahames, &
q̃plurimi alij,nõ facilè sub numerum cadẽtes * corpore perpessionib.obnoxio,
uitã affectionib.uacuã,item excoluere. Itẽ in Apameensium eremo Agapetus,
& Simeones, & Paulus. In Zeugmatensium autẽ solis locis Publius & Paulus philoso-

A philosophati sunt. Item in solitudine urbis Cyri, Acepsimas ille ꝺiceãtatissimus, Cyri, Acepsimas.
qui in tuguriolo exiguo inclusus sexaginta annos sanctè ita peregit, ut neq; con- Zeugmatius cæcus concionator loca multa circumiens.
spiceret, neq; alloqueretur quenquam. Fuit tum quoq; magnus ille Zeugma-
tius, qui oculis captus, non in casam aliquam se abdidit,sed loca pleraq; circumi
ens,sinceram fidei professionem annunciauit. Quorum uitam singillatim omni
um pulcherrimè Theodoritus Cyri episcopus,in Dei amãtium historia conseri- Commune omniũ monachorum consilium & institutum.
psit. Porrò omnium istorum commune,ut ita dicam,consilium & institutum
erat,ut quàm maximam animæ curã gererent, eamq; à rebus & studijs huius ui-
tæ per desuetudinem abalienarent, & longioris uitæ suæ tempus in precationi-
bus, ieiunijs,hymnisq;,& Deum decentibus laudibus consumerent: corpus au-
tem deliciarumq; eius & uoluptatis studium negligerent, nec non pecuniam &
negotiorũ occupationes omnino à se repellerent, & ad uitam angelicam imita-
tione contenderent. CAPVT XLII.

Ephraim Syrus. Didymus Alexandrinus. Euagrius Aegyptiacus monachus. Vterq; in doctrina hallucinatus est. De Euagrio monacho ibere. Λογισμοὶ.

IOst Ephraim Syrum,celeberrimi in utraq; philosophia fuere,Didy-
mus Alexãdrinus,& Euagrius monachus Ægyptiacus. Caterũ de
Didymo qui fuerit,& quæ scripta post se reliquerit,in nono historię
huius libro à me est dictum. De Euagrio autem, æquum usum est
hic pauca dicere: quamuis ambo isti in sana fidei doctrina claudicarint, utcunq;
plurima scriptorum suorum tela in ueritatis hostes sint iaculati. Euagrius ex Ibe
ribus,qui circa Euxinum Pontum colunt, genus duxit: uir sapiens & clarus ad-
modum,in inueniendo subtilis & ingeniosus, & in eloquendo quod inuenisset
grauis & acer.Perfacile etiam,quæ nam * cogitationes uel ad uirtutem,uel ad ui
tia spectarent, dijudicauit: nec minus idoneus ad subijciendum & docendum,
ut illæ quidem excolendæ,hæ autem cauendæ essent,fuit.Porrò eam quę in ora-
B tione eius inest gratiam,scripta quæ edidit indicabunt. Morum quoq; singulari
moderatione fuit,à fastu & superbia maximè alienus.Et sicuti iustarum laudum
prconijs minimè est ad arrogantiam sublatus, ita etiam cõuicijs iniustis haud-
quaquam ad indignationem commotus. Sacras literas sub Gregorio theologo
optimè addidicit.nam eius quoq; fuit archidiaconus, quum ille Constantinopo- Euagrius discipulus & Archidiaconus Gregorij Nazanzeni.
litanæ præesset ecclesię. Quod autem natura uultu esset uenusto,& præterea ue
stitu eleganti uteretur, ex magistratibus quidam zelotypia erga uxorem labo-
rans,quum eum illi innotuisse cognouisset,clàm ei cędem moliebatur. Et ad rem
consilium id collatum fuisset,nisi ea ipsa nocte Deus horrendam quidem,sed sa- Euagrius uisione sibi ꝺiuinitùs in somnis oblata, insidias necis sibi structas effugit.
lutarem uisionem dormienti exhibuisset. Videre namq; sibi uisus est, capitalis
criminis causa se captum, atq; in carcere manus pedesq; ferreis catenis uinctum
esse. Quũ aũt iam ad tribunal iudicis sisti,et pœnas dare deberet,accepisse quen-
dam,qui sacrum Euangeliorum codicem ei ostenderit,& tam grauibus uinculis
eum liberaturum promiserit,si quamprimum ex urbe discederet, & facturum se
id esse iurisiurandi sacramento confirmaret: secq; imposita libro dextra ad eum τὸν ἱππαρχον τον πρεσβύτερον αὐτου.
modum iurasse,simul que & compedibus solutum esse,& è somno euigilasse.Ita Profectio Hierosolymitana religionis ergò.
ille ꝺiuina uisione persuasus, apertè sibi structum atq; creatum periculum effu-
git. Atq; ubi in animo constituisset,decere se monasticam confectari uitam,Con-
stãtinopoli Hierosolyma uenit.Inde in Aegyptum,ad uisendos,qui in Sceti phi- Euagrius Macariorum discipulus. Idẽ Ammonij sodalis.
Cum ipso Gregorio Nazanzeno eum Aegyptum petiisse, scribit Soc. lib. 4. cap. 23. losophabanť,monachos profectus,ad montem Nitriam,monasticã sibi constru
xit casam:& ibi cum duobus Macarijs, Aegyptio & Alexandrino, qui alios an-
tecellebant, fuit:quorum quum æmularetť uitam, factis quoq; ipsis philosophiã
monasticam est cõsequutus.Deinde etiã * sub Theodosij iunioris imperio,cum * ἐπὶ τῶν ἐλαμέων βασιλέως. Sozo.
eo quem diximus Ammonio est uersatus.Prodigia autem eadem quę præcepto
res eius edidit. Libri ab eo plurimi & maximè necessarij compositi sunt, inter

Scripta eius.

quos quidã Monachus, siue de practice & operatrice uirtute inscriptus est: quidam γνωστικὸς, hoc est, cognitor, siue de eo qui cognitionem est consequutus. Hic in quinquaginta capita est diuisus. Scripsit etiam librum alium, qui confutationem seu inuectiuã continet aduersus tentatores dæmones. Id opus in octo diuisit sectiones, iuxta octo * deliberationum seu cogitationum numerũ. Item Problemata prognostica sexingenta. Et præterea ὑπομνηστικὰ, hoc est, uersuum duos libros reliquit: alterũ ad eos qui in cœnobijs aut in † comitatibus sunt monachos, alterum autem ad eas quæ uirginitatem colunt sanctimoniales. Omnia uerò scripta eius admiranda sunt, & sententijs & elocutione ad persuadendum prorsus accommodata. Et qui ea leget, qualis is uir fuerit, cognoscet. Peropus autem esse puto, breuiter quædam ex eius operibus in historiam hanc inserere, atq; in primis quæ de monachis commemorat, hisce propemodum uerbis.

* λογισμῶν. Gennadius suggestiones uitiorum uocat.

† συνοδίαις, conuentus hodie uocant.

CAPUT XLIII.

Ex Euagrio monachorum quorundam præclarè dicta & facta.

NEcessarium quoq; est, uias eorum qui nobis præierunt, monachorũ ritè inquirere, & ad eas uitã nostrã cõponere. Multa enim ab eis & dicta & acta sunt præclarè. In quibus illud quidam dixit: Aridiorem & * minus inæqualem diætam charitati coniunctam, celeriter monachum ad † indolentiæ portum ducere. Idem fratrem quendam qui subinde noctu pauore turbabatur, spectris liberauit, ægrotis cum ieiunij cultu inseruire iussum. Non alia enim re facilius, interrogatus respondit, quàm misericordia, eiusmodi terrores & perturbationes extingui. Antonium Iustum conueniens ex sapientibus quidam, Quomodo ô pater, inquit, in monastica uita perdurare potes, qui consolatione ea quæ ex libris percipitur, careas? At liber meus, ô philosophe (Antonius respondit) natura ipsa rerum creatarum est. In eis, quum mihi uisum est, oracula Dei legere licet. Interrogauit me aliquando electionis illud uas senex Aegyptius Macarius, Quid ita iniuriarum erga homines memoriam retinentes, uim animæ reminiscendi enecaremus: aduersus dæmones autem, quum acceptorũ ab eis malorum reminiscimur, detrimentum nullum sentiremus? Quum autem ego, quod responderem nõ haberem, atq; id discere uellem, rogatus ille: Propterea, inquit, quòd prior illa affectio præter naturam, posterior autem secundum naturam iræ est. Aduenì aliquando ipso meridionali tempore ad sanctum patrem Macarium, & quòd siti admodum arderem, aquam ab eo petij. Et ille: Contentus esto, inquit, umbra. Multi enim uiatores & nauigantes hac nunc carent. Deinde quum apud eum uerba de continentia & temperantia facerem: Confide, inquit, ó fili, & bono esto animo. Ego totis annis uiginti neque panem, neque aquam, neque somnum ad satietatem cæpi. Panem namque meum ad certum libræ pondus comedi, aquam ad constitutam mensuram bibi, & parieti acclinatus exiguam aliquam somni partem rapui.

Pauorum lemuriũq; nocturnorũ expulsio.

Imperitorum libri creaturæ Dei sunt. φύσις τῶν γεγονότων.

Cur humanarum iniuriarũ memoria nobis molesta est, diabolicarum autem contumeliarum recordatio nõ itidẽ.

Vmbra sitim repellens.

Vita Macarij cõtinentissima.

Monacho cuidam nuncius uenit de patris morte, atq; ille ad nunciantem: Desine, inquit, blasphemare, & impiè loqui. Pater enim meus immortalis est.

Christiani ueri immortales sunt.

Ex fratribus quidam unicum Euãgelij librum in bonis suis habuit: quo & ipso uendito, precium eius ad esurientiũ alimenta dedit, memoria digno uerbo illo addito: Propter illud oraculum librum uendidi, quod dicit, Vende ea quæ habes, & da pauperibus.

Monachus unius libri uenditi precium pauperibus dat.

Insula quædam est circa Alexandriam, septentrionem uersus, ultra lacum qui Maria dicitur, sita. Habitat in ea monachus * Gnosticorum ordinis celeberrimus, qui omnia quæ à monachis gererentur, ob quinq; causas fieri dixit: propter Deum, propter naturam, propter consuetudinẽ, propter necessitatem, propter manuũ opus. Idem ipse unam esse dixit natura uirtutẽ, eiusq; formam

* παρεμβολῶν τῶν γνωστικῶν.

Quinq; operũ omniũ monasticorũ causa.

A formam in animæ uiribus effigiari. Nam & lumen solis ait sine forma esse: formã
» autem id recipere, per quas penetrat, fenestris. Alius quidam monachus: Pro
» pterea, inquit, uoluptates mihi subtraho, ut iræ causam & occasionem præcidã.
» Scio enim illam semper de uoluptatibus belligerari, mentẽq; meã perturbare, et
» cognitionem ipsam fugare. Ex senibus etiã quidã dixit, [a] Charitatem ciborum
& pecuniarũ depositum seruare nescire. Idem: [b] Nõ scio, inquit, eadem in re bis
à dæmonibus me deceptum esse. Hæc ad uerbũ Euagrius, in eo libro quem Practicum inscripsit, exposuit. Quæ uerò etiam in Gnostico suo dicat, audiamus.
» [c] Quatuor uirtutes, earumq; consideratiões esse, à Iusto Gregorio didicimus:
» prudentiam, fortitudinem, temperantiã, & iustitiam. Et [d] prudentiæ quidẽ offi-
» cium esse is dixit, considerare & contemplari, uerbis non adhibitis, sanctas & in
» tellectuales potestates. Has namq; à sapiẽtia manifestari tradidit. [e] Fortitudinis
» autem, in ueritate cognita, etiamsi bellum & discrimen tibi paretur, constanter
» perseuerare, neq; ad res falsas transire. Temperantiæ porrò, semina à primo a-
» gricola iacta recipere, posteram autem & furtim aspersam ab aduersario semen
» tem reijcere. [g] Iustitiæ uerò, iuxta dignitatẽ & commoditatem cuiusq; orationẽ
» attemperare, uel obscurè annunciando, uel per ænigmata & ambages significan
» do, uel etiam apertè iudicando, ad simpliciorum utilitatem & profectum. Ve-
» ritatis autem columna Basilius Cappadox dixit: Cognitionem seu scientiã quæ
» ab hominibus prouenit, continua meditatio & exercitium adauget: eam autem
» quæ gratia Dei cõtingit, iusticia, placabilitas iræ expers, & misericordia. Et prio
» rem illam, etiam qui affectionibus obnoxij sunt, obtinere possunt: posteriorem
» uerò, qui ab affectionibus alieni sunt, tantum perspiciunt, qui etiam precationis
B tempore mentis suæ lucem eos circumfulgentem uident. Lux illa Aegypti sanctus Athanasius: Mensam, inquit, Moses ad Borealẽ partem statuere iussit. Scio
» ant igitur Gnostici, & qui scientiæ seu contemplationi nauãt, qui nam aduersus
» eos uentus spiret, & tentationem omnem magno sustineãt animo, atq; alacriter
» ad seuenientes alimentis foueant. Thmuitarum ecclesiæ angelus ille Serapion
» dixit, mentem spirituali cognitione & scientia imbutam perfectè purgari, chari
» tatem flammantes iræ partes curare, temperantiam autem affluentes malas cupi
» ditates & libidines sistere. De prouidentia & iudicio semper tecum ipse ratio-
» nes reputa, magnus ille & doctus doctor Didymus ait, earumq; materiã face te-
» cum in memoria circumferas. nam omnes ferè in his hallucinantur. Et doctrinã
» quidem de iudicio, in uarietate corporum, ipsiusq; mundi: de prouidentia autẽ,
» in moribus atq; modis, qui nos à uicijs & ignorãtia ad uirtutem uel cognitionẽ
» ducunt, inuenies. Hæc gustus tantum gratia, ex Euagrij scriptis apposuimus.

Ira de uoluptatibus belligerata tur: ea uoluptatum suppressio ne sopitur.

a Apud charitatem non retè pecuniã deposueris.

b Monachus ea dẽ re bis nõ libitur.

c Primarię quatuor uirtutes, earũq; officium.

d Prudentiæ.

e Fortitudinis.

f Temperãtiæ.

g Iustitiæ.

CAPUT XLIII.

Basilij magni sententia de cognitione humana & diuina. θεογνωσίας.

EOdem autem tempore multi etiã alij in diuersis locis & monasterijs luxere, admirandi & Dei amantes uiri, quos commemorare hoc loco si uelimus, & cuiusq; uitam, mores & acta recensere, ab instituto nostro longè produceremur. Quod si quis accuratè ea cognoscere cupiat, quid illi scilicet & fecerint & dixerint ad auditorum utilitatem, atq; etiã ut ferè eis subiectę fuerint, Palladius Euagrij discipulus, qui res eorum in unum collegit librum, optimè exposuit: quem qui uolunt, legere possunt. Nam in eo non uirorum tantum, sed & mulierum, quæ cum eis, quos diximus, diuinis uirtutibus morum sanctitate certarunt, uitas piè descripsit. Euagrius autem & Palladius, * quod proximè sequutum est, Imperio floruerũt. Atq; ij quidem monachi, sedulicq; & diligẽtes uirtutis doctores, eo tempore enituere. Inter episcopos uerò Basilius magnus & Gregorij ambo, Theologus uidelicet, & Nyssenæ urbis lu

Athanasij scitè pieq; dictum.

Moses mensam Boream uersus collocare iussit.

Serapionis dictum.

Mẽtis illustratio

Iræ suppressio

Libidinis coercitio.

Didymus γνωστικός.

Prouidentia & iudicium diuinum semper ob oculos ponendum.

Palladius Euagrij discipulus

uitas sanctorũ monachorum conscripsit.

* Post Valentis mortẽ. Socrat.

Præclari eius ætatis episcopi

Basilius. Gregorij duo.

minare, alter illius contubernalis, atq; in rebus omnibus consentiens adiutor & A
socius, alter autem frater coniunctissimus. Administer etiam eorum fuit, frater-
Petrus. no prorsus animo, Petrus, eisdem quibus Basilius parentibus prognatus, pro-
phanis quidem literis non tantopere imbutus, uirtutis autem splendore illis nõ
Optimus. Amphilochius. inferior. Isti in Cappadocia fulsere. In Pisidia autem Optimus, & in Lycaoniæ
metropoli magnus Amphilochius, pro fide à maioribus accepta, fortiter depu-
Damasus. gnarunt. Et ij tanquam propugnacula sacræ religionis nostræ, in Oriente post
Ambrosius. Athanasium fuere. In Occidente autem Damasus Romanæ ecclesiæ præfectus,
multa ueritatis luce coruscauit: & preterea diuus Ambrosius, Mediolanensis an-
tistes: qui quamuis longa locorum intercapedine dissiti essent, multa tamen ueri-
tatis tela contra hostes emisere. Insuper & alij plurimi, qui extremas terræ oras
Deus contra uim & multitudinem Ethnicorũ egregios oppositit propugnatores. incolere coacti fuerant, ueluti quasdam sagittas, in ecclesiæ aduersarios episto-
las sunt iaculati, & suos simul scriptis confirmarũt. Vniuersitatis namq; huius
moderator, aduersus tantam fluctuum & tempestatis magnitudinem, rectores
quoq; è diuerso misit egregios: & contra multitudinem & uehementiam hosti-
um, conuenientem ducum opposuit uirtutem: atq; aduersus morbum temporũ
ἀηδιαζοῦ. difficultate * uigentem, commoda & præsentia exhibuit remedia, qui tantũ tan-
torum uirorum in populi multitudine, in ecclesijs, atq; in ipsis monasterijs, &
montibus, prouentũ dederit. Nec eo tantum modo rerum uniuersarum Deus
rebus nostris cõsulere est dignatus, sed & alterius maximi beneficij † procurator πρόνοιαν
Quòd Gothi Thraciam ingressi sint, et Valentem oppresserint, Deo acceptum fert. atq; cõciliator esse uisus est. Pertracta namq; Gotthorum gente in Thraciam,
authorem etiam turbæ & confusionis ad Bosporum adduxit, atque in apertam
eum tradidit perniciem, qui aduersus solum Deum atq; illius ministros bellum
gerere nouerat: exitiosum dico Valentem. Id quomodo sit factum, ubi prius u-
num eius nefarium scelus exposuero, dicam, & ad finẽ eius progrediar. Ac de B
eis qui iuxta ecclesiæ sanctiones philosophati sunt, hæc pro eo atq; potui, dixi.

CAPUT XLV.

Nobilissimi quiq; ex Gentilibus, & Philosophi plurimi à Valente sublati, quòd defuturo eius per oracula et tripodem nouum inquisiuissent. Consultores oraculi Theodorum quendam ethnicum Comitatensem significari existimarunt. Supplicio afficiuntur una cũ Theodoro, cõsultores ipsi. Inter eos pleriq; fuerũt philosophi. * ὑπομανῶν ἐγείρων.

QVi uerò Græcam superstitionem sequebantur, & qui natalibus pre-
clari erãt, ferè talem ob causam interiere. Qui enim inter eos excelle-
bant, quòd tanta incrementa capere ecclesias nostras & Christianis-
mum uiderent, eamq; rem indignabundi ægrè ferrẽt, consiliũ cæpe-
re, oraculis atq; alijs quibusdam incantationibus, quis in Romano imperio Va-
lenti succeſſurus esset, cognoscendi. Et tripode è lauro facto, uerbisq; & euoca-
tionibus quibusdam, ut fieri in talibus mos est, peractis, quod uolebãt effecere: Oraculum id primis literis deod. siue Theod. successoris nomẽ designauit.
ut scilicet literarum, machinis quibusdam tripodis & oraculi eas ordinantibus,
collectione, Imperatoris nomen appareret. Et quum hiantes ad Theodorum re
spectarent, qui in Imperiali aula stipendia faciebat, superstitione quidem Græ-
cum, doctrina autem & philosophia probè eruditum, quoniam literarum com-
positio ordine suo usq; ad D pertigerat, & Valentis in imperio successorem indi
carat, oraculum philosophos ita in fraudem & impostura adduxit, ut quam-
primum Theodorum imperaturum esse opinarẽtur. Ea res ubi ad Valentem
est delata, perinde atq; uitæ eius insidiæ structæ essent, non moderatè eã ferens,
palàm impatientiam præ se tulit. Itaq; indignatus, & Theodorum & tripodis il
lius artifices cæpit: atq; hos quidem supplicio ignis inhumanissimè affecit, Theo
dorum autem capite mulctauit. Itidem uerò per omnem Imperij eius ditionem Philosophi omnes eo nomine pessime à Valente acceptι.
in philosophos est animaduersum. Nec in eos tantum, uerùm etiam qui ueſtitu
eorum uterentur. Cuius periculi metu etiam si quis alij studio uacaret, * fimbria
to pallio non utebatur, ne in suspicionem, operam eum nauare sacrificijs & ora-
culis, ueniret. Ego quidem utroſq; stulticiæ condemnarim, tum Imperatorem
ipsum,

Habitus philosophi eius à malis propter peculiũ reiectus. ipsum, qui eò iræ & inhumanitatis processerit: tum philosophos, qui per auda-
cem temeritatem atq; cupiditatẽ rem philosophia minimè dignam aggressi sint.
Ille enim stoliditate plenus, quum se successorẽ suum sublaturũ esse existimaret,
neq; in quirẽtibus, neq; ei de quo oraculum editum erat pepercit. * Hi aũt perin
Idem tyrannide sua spe stauit Valens, quod infanticidio suo Herodes. de atq; in eis situm esset, ut Imperatorẽ uel exauctorarẽt, uel crearent, ad tantam
sunt dementiã producti. Atq; sicuti ex quodã Sozomenus audiuit, nemini pror-
sus eorũ qui Theodoro cognomines, per eandem aut similem etiã quæ à Theo
initiũ sumeret, appellationem, & aliquatenus tum celebres essent, Valens peper
cit. Itaq; Theodoti, Theognosti, Theodosij, & Theoduli necati sunt: in quibus
etiã Theodosiolus quidam fuit, uir magna militiæ gloria, ex Hispania, ubi claro
loco natus fuerat, genus trahens. Multi etiã metu territi, uetera sua nomina à pa-
rentibus ipsis imposita abnegarũt, caq; alijs temporũ periculosa difficultate ad-
ducti cõmutarunt. Mihi uerò cũ philosophis istis ita expostulare libet. Quòd
si, ô uiri boni, ex astrorũ cursu talia colligitis, expectare uos quod futurũ erat, o-
portebat. Sin ex consilio diuino ista pendent, quid curiositate ista & inani opera
uestra opus erat? Fieri enim non potest, ut præcognitione & studio humano, id
quod Deo placitũ statutũq; est, inuestigẽt. Atq; ut uobis id facere licuisse dene-
mus, non scitũ sanè fuit, homines uos quãuis sapientia omnibus præstãtes, melius
quidq; Deo ipso statuere. Si uerò temerè ita futurarũ rerum cognoscendarum
cupiditate, uos præter rationẽ, in apertum discrimen, legibus, quæ iam dudum
à Romanis, quum Græcam superstitionẽ sequi, & dijs sacrificare liberum erat,
sunt latq; contumaciter uiolatis, coniecistis: admisisse uos, quod uenia prorsus di-
gnum non sit, facinus ignorastis. Atq; equidem idem uos tum sentire opportuit,
B quod † Socrates uester sensit: qui iniquo iudicio circũuentus, aconito epoto mo-
† Socrates philosophus mori, quàm patrias leges uiolare maluit. riturus, quũ incolumis esse, & è carcere profugere posset, reuerentia legum, sub
quibus educatus fuerat, id nõ fecit. Sed quisq; hac de re, ut sibi uisum est, & sen-
tiat, & loquatur. Valens sanè Antiochiæ ad Orontem degens, eos qui aliter cũ
ipsi uideretur, de Deo sentirent, affligere, & modis omnibus persequi & eijcere
pergebat: donec Themistius philosophus eam quã ad illum orationẽ scripserat,
recitauit: qua ut indignationẽ & tumultuationẽ eam temperaret, effecit. Cohor
tatus enim eum est, ne admiraret tanq; in re noua, quòd aliqua esset in eccleſiasti
eis dogmatibus dissensio: eaq; minor longè, cũ apud Græcæ superstitionis culto
res. Apud illos enim supra trecentas esse opiniones: in quarũ tanto numero, plu
rimas etiã dissensiones esse cõtingat. Et fortasse gratũ id esse Deo dixit, quod non
facile esset ad cognitionẽ eius uenire, proindeq; uariam omnes de eo conciperẽt
opinionẽ: ut eo magis illum quisq; uereat, quo minus cognitionẽ eius, quæ incõ
prehensibilis est, percipiat: secũ ipse cõsiderans, qualẽ & quantũ eum esse opor-
teat, cuius tenuẽ saltẽ ac mediocrẽ notitiã sit assequutus. Quapropter eius philo
sophi oratione adductus, quũ se ad moderationẽ dedisset, nõ usq; adeò ut antea
succẽsebat, nec supplicijs & cruciatib. sæuiebat. Neq; tamẽ omnino à cœpto de-
stitit, sed pro pœnis capitalib. exiliũ episcopis & sacerdotib. imponebat: quoad
usq; graues de republica curæ, quo minus reb. eiusmodi uacare posset, effecere.

Expenditur animi et consultorum ipsorum & ipsius imperatoris stultitia.

Quicunq; præclari uiri nomẽ haberent, quod initiũ sumeret à syllabis Theo. contruncidati à Valente sunt. Theodosiolus.

Expostulatio cũ mathematicis, seu potius maleficis philosophis.

* Ac si certa immutabiliaq; essent, quæ semel ex astrorum cursu collecta censuissent, statuere eos conueniebat: Quicunq; tandem is esset, cui sidera successionem destinassent, eum superstitem fore. Sozo. lib. 6. cap. 35.

CAPUT XLVI.

Theodorit. habet Ismaelitarũ, lib. 4. cap. 23. Mauia Saracenorum, seu potius Ismaelitarum regina bellum strenuè cõtra Romanos gerit.

VNum namq; * Saracenorum princeps diem suum obijsset, & pax
cum Romanis aliquando inita, soluta esset: Mauia illius coniunx, res
eius gentis administrans, Phœniciam, & Palæstinam, & oram ad
Ægyptum uergentem, quæ Nilum nauigantibus, regione quæ Ara-

bica dicitur, ad sinistram est, inuasit atque uastauit. Bellum id quamuis à fœmina illatū, haud quaquam facile fuit. Nam eam cum Romanis maximam, & haud scio an aliàs maiore fortitudine, pugnam commisisse dicunt. Res sanè ad eum me tum peruenit, ut copiarum militariū dux in Phœnicia, Orientalis exercitus ducem ad auxilium sibi ferendum euocarit. Atque ille uocationem talem, hostium scilicet contēptu, risit: & rem ita instituit, ut qui eum uocauerat * in acie nō esset, sed à pugna segregatus, spectator tantum eius esset. Verùm prælio commisso, & Mauia strenuè resistente, Orientis dux cum suis in fugam uersus, uix tandem à Palæstinis & Phœnicibus militibus seruatus est. Eorum enim præfectus, ubi illum subinde se conuertentem fugere uidit, stultum esse putauit, extra pugnam ita consistere, uti ei mandatum fuerat. Proinde signis illatis, comminus cum Arabibus est congressus. Ita factum, ut ille tempus fugiendi in locum tutum haberet: ipse uerò sensim se recipiens, atq; etiã terga uertens, tela emitteret, & hostes ingruentes iaculis summoueret. Quæ res à multis diu est memorata, ab ipsis etiã Saracenis carminibus celebrata. Et quia bellum hoc magnum & graue Romanis imminebat, legatos ad Mauiam de pace mittendos esse uisum est. At illa primùm pacis conditiones cum Romanis superbè reiecit. Vbi uerò doctrina sacrorum nostrorū est initiata, pacem ita recepit, si Moses, qui tum in uicina solitudine philosophicè degebat, episcopus ditionis suæ populorū cōsecraretur: uir uirtute, & uitæ sanctioris fueritate, prodigijsq; & signis multis illustris. Quod ubi ita fieri debere Imperator eis significauit, quibus ea imperij pars curanda commissa fuerat, Moses assumptus, & ad Lucium qui eo tempore Alexandrinæ ecclesiæ episcopatū administrabat, ut ab eo cōsecraretur, adductus est. Ibi ille ad eum palàm & liberè in præsentia omniū: Abstine te, inquit, indignus enim sum, qui nomen & honorem episcopi obtineam. At si nutu suo me ea dignitate dignatur Deus, testem illum facio, nunquã te mihi manus impositurū esse, quas cruore & tabe sanctorū uirorum conspurcasti. Lucius, non rectè illum facere, dixit, qui prius fidem eius, quàm cognouisset, reiiceret. Quod si calumnia alicuius delatoris ea uerba ille protulisset, iudicē eum esse uoluit, & ut res suas audiret, hortatus est. Moses autem: Atqui fidem tuam, ait, liquidò satis ostendit episcoporum & presbyterorum exilium, & illi præterea qui in metallis acerbissimam degunt uitam. An tu uerò illas CHRISTI notas esse putas, quæ à CHRISTO & ab hominibus rectè de Deo sentientibus prorsus sunt alienissimæ? Atq; ad hæc uerba iuramentum adiecit, nunquam se Lucio caput subiecturum esse. Quã ob causam Romani duces, Lucio reiecto, Mosen ad episcopos, qui in exilio agebant, duxere. A' quibus ille episcopali unctione accepta, ad Saracenos transijt: & pacificatione rebus inter eos & Romanos compositis, piè sanctè que episcopatum administrauit: & quum paucos ibi Christianos reperisset, omnes propè ad religionem nostram pertraxit. † Mauia autem deinceps pacem cum Romanis habuit, adeò ut filiam suam Victori duci in matrimonium collocarit. Hæc hactenus.

† Mauia filiam suam Victori Romano duci nuptui collocat.

Bellum id Romanis graue fuit.

* ἀνάμαχος

Romani in fugã uersi.

Mauia pacem cum Romanis ita pacisci tur, ut Moses monachus populis suis episcopus detur.

Moses nõ sustinet à Lucio Alexandrino episcopo Ariano, episcopus ordinari.

Moses ab episcopis Catholicis exulibus Saracenorum episcopus consecratus.

A' Mose Saraceni ad Christum conuersi.

Vncilio episcopalis.

CAPVT XLVII.

PEr ò Saracenorū gens primùm cognomine ab Ismaele accepto, qui Abrahæ filius fuit, Ismaelitæ ab antiquis, de primi eorum parentis appellatione, uocati sunt. Vt aũt maculam illegitimi ortus, & seruitutis notam (serua enim fuit mater illius Agar) à se amolirentur, Saracenos se ipsos nominarũt, perinde atq; à Sara Abrahæ cõiuge stirpẽ ducerẽt. Cæterũ seriem generis inde trahentes, eodẽ cũ Iudæis uiuendi more utunt. Nam circumcisionem

Ismaelitæ se Saracenos nominant.

A cisionem ita ut illi colunt, & à suillis carnibus abstinent, multaq; præterea illorum instituta seruant. Quod si non ex omni parte iuxta illorum ritus uiuunt, aut tempori id adscribendũ est, aut finitimorum populorũ, qui se eis immiscuere, confusioni. Moses etenim, qui longo pòst tempore extitit, profugis tantũ ex Aegypto Iudæis leges dedit. At gentes istis uicinæ, patrios eorum mores ab Ismaele acceptos, quibus antiquitus Hebræi usi sunt ante Mosæ legum promulgationem, non scripto iure, sed recepta tantum consuetudine uiuentes, corrupere: eundemq; eis quem finitimi haberent, religionis cultum tradidere. Proinde factum, ut illi pariter cum uicinis populis, dæmones & nominarent & colerent: atq; eiusmodi deprauata religione, apertè patriarum legum præ se ferrent deprauationem & transgressionem. Atq; uti fieri solet, tempus longũ ritus quosdam obliuione suppressit: quosdam autem ut colerentur, reliquos fecit. Deinde uerò quum quidam ex eis cum Iudæis commercium haberent, ab illis unde orti essent, didicere, & se rursum cognationi suæ adiunxere, Hebræorum moribus & legibus denuò utentes. Atq; ex eo tempore etiamnum omnes ferè Iudaico ritu uiuunt. Cæterùm non ita diu ante Valentis imperium, Christianorum quoq; sacris sunt operati, ubi diuinæ gratiæ participes facti sunt, finitimis episcopis & monachis eos ad id ducentibus, qui in propinquis solitudinibus sanctè uiuentes, morum integritate, factisq; admirandis egregiam obtinebant famam. Quo tempore tribum quandam apud eos omnem ad CHRISTI religionem transijsse ferunt, quum Zacomus eius * tribunus baptismi gratiam suscepisset, per causam & occasionem eiusmodi. Carebat is liberis, ætate iam senescens. & quum monachum quendam magna gloria uirum adijsset, quùm alia pleraq; ei per colloquium exposuit, tum ærumnam quoq; eam & casum deplorauit.

* Supra modum enim apud Saracenos magni penditur liberorum procreatio: nec apud eos modò, sed etiam, ut arbitror, apud barbaros omnes. Ille bono animo eum esse, precatione facta, & reuerti domum iussit, fore pollicitus, ut breui pater fieret, si modò in CHRISTVM sibi credendum esse statueret. Postquam autem dictum id euentus comprobauit, & filius progenitus, precationem illam ueram fuisse confirmauit: & ipse Zacomus religione nostra est initiatus, & tribum eam omnem cui præfuit ad eandem gratiam adduxit. Ab eo tempore tribum istam admodum floruisse, magnaq; & numero & amplitudine incremẽta cepisse, atq; Sarcenis & Persis formidabilẽ fuisse dicunt. Verùm de Ismaelitis, siue Saracenis, uti postea Christianismum susceperint, & de primo eorum episcopo, quæ comperta mihi sunt, sic habent.

Ismaelitæ ceremonias quasdam Iudæorũ coluere.

Ismaelitæ à finitimis populis idololatriãper contagionẽ accepere.

Denuò se illi ad Iudæorũ religionem cõtulere.

Paulo ante Valentis imperiũ quidam ex Saracenis Christiani sunt facti.

Apud Saracenos tribus quædam tota cum tribuno suo Zacomo Christianismum suscepit,

* πόλαρχος. Occasio eius mutationis.

Precibus sancti monachi Zacomus liberis prorsus carens, pater factus.

πεφὶ πολλὰ ἐν γένει τὸ πολυτεκνοποιεῖσθαι παρ' αὐτοῖς, εἴ γε καὶ πάντας βαρβάρους. Declarat id Saracenorum Turcarũ polygamia.

CAPVT XLVIII.

VErumenimuerò non hæc tantum, sed & alia longè deterior & exitiosior res Valentis impetum cohibuit. * Gothi namq;, qui primùm ultra Istrum domicilia habuere, & alijs ibi barbaris imperauere, ab Hunnis inde expulsi, Romanorum fines transierunt. Sunt autem Hunni isti, quos ueteres Nebros appellarunt, [a] Riphæorum montium ac colas: unde Tanais fluuius ortum trahens, undas suas in Mæotidem paludem prouoluit. Hæc gens antehàc ignota fuit Thracibus, qui Istrum accolunt, atq;

Hunni Riphæorum montiũ accolæ.

a Sigismundus ab Herberstain Baro Austriacus, perpetuus Cæsarũ sui tẽporis örator, fõtem Tanaidis in latissima instituitaq; planicie uidit. Proindeq; cum multis eruditis uiris, de montibus hyperboreis seu Riphæis addubitat.

* Gothi ab Hunnis sedibus suis pulsi, Istro transito, ad Rom. Imperij fines peruenerunt. Filmer Gothorum rex, ex Schantia, siue Scandinauia septentrionali insula cum exercitu progressus, in Scytharum Getarumq; terras, mulieres sagas interfuos reperit, Alraunas uernaculo sermone uocatas, eas ex castris suis proscriptas, in solis Scytharum locis habitare coegit: ibi ex earum concubitu homines syluestres, quos nonnulli Faunos Ficarios uocant (Faunos aut immortales alitimas non habere, aut humano semine natos esse, Augustinus scribit) Hunnos gentem ferocissimam procrearunt. Quæ supra Mæotidem paludem primùm exilit, tetra & inhumana, sedes habuit. Paulus Diaconus, & Iornandes.

Occasio, per quã Hūni Gothos agris suis ad ustrum excegerunt.

atq; ipsis etiam Gotthis. Quamuis enim finitimi sibi inuicem essent, alteri tamen alteros ignorarunt. Maximus namq; lacus eos dirimens, effecit, ut gens quæq;, quam ipsa coleret terram, continentis finem esse, & ulteriora loca immensis maris undis teneri crederet. Quum autem bos aliquando ab œstro ictus lacum traiecisset, & in ulteriorem ripam peruenisset, eumq; pastor insequens aquarum terminum uidisset, rem eam popularibus suis indicauit. Alia quoq; fama fert, non bouem, sed ceruum potius, uadosum hunc tramitem, summis aquis tectum, indicasse, quum retia uenantium Hunnorum effugisset, qui tum feram persequentes, ultra lacum peruenere, regionemq; eam inspexere: in qua & cœlum esset temperatum, & terra ad agriculturam facilis: eamq; admirati, tum quidem ad sedes suas rediere, & duci suo ea quæ uidissent, renunciauere. Postea uerò cum paucis bello Gotthis illato, amplius regionem eam explorarunt: deinde etiam breui cum uniuersis copijs eò transgressi, & bello illos uicere, & terram occupauere. Illi autem sedibus suis pulsi, Istro transmisso, ad Romani imperij terminos consedere: & ad Imperatorem Oratores, qui se belli socios perpetuò

Gotthi Valente permittente in Thracia considunt.

Romanorum fore, iureiurando confirmarent, misere. Petebant autem illi, ut eis quo uisum esset loco, domicilia habere permitteretur. Legationis eius princeps fuit Vlphilas, eorum episcopus. Re ex sententia eorum confecta, Thracia colere iussi sunt. Et aliquandiu simul & inter se ipsos, & erga Romanos quieti pacatiq; fuere. Deinde uerò per seditionē inter se dissidentes, in duas discesserē factiones: quarum alterius Athanarichus dux fuit, altera Fridigernes auspicia sequuta est. Et pugna inter se commissa acri, Fridigernes uictus, auxiliares à Romanis copias per legationem petijt. Imperator auxilium ei ferre, quæ tum ibi erant, copias iussit. Quibus fretus Fridigernes, prælio rursus cum aduersarijs B contendit, cosq; uictor profligauit. Vt autem is gratiam Valenti referret, & pignore aliquo, se illi modis omnibus sincerè fidum & amicum fore confirmaret, eandem cum Imperatore de Deo opinionem suscipere, atque in eandem sententiam, qui sub eo essent barbaros adducere statuit. Id quod statim, sicuti uolebat, confecit. Nam cum exercitu suo uniuerso ad Arianismum transit. Atq; hanc opinor causam fuisse, cur gens ea omnis Arij fidem sit secuta: eandem ab initio, quam Valens, opinionem professa. Non hanc uerò solam, sed Vlphilas quoq; accessit, qui apud eos episcopatum gessit. Nam is primùm cum ecclesia catholica, nihil ab ea dissidens, communicauit. Et quum in synodo Constantinopolitana sub Constantio, nulladum conuentione intercedente, cum Eudoxio & Acacio esset, nihilominus in communione cum episcopis Nicænam fidem propugnantibus permansit: postea uerò Constantinopoli uersanti, quū Ariani de dogmate suo dissererent, & legationem se ei ex sententia apud Imperatorem confecturos esse, si idem cum ipsis sentire in animum induceret, pollicerentur, utilitate ea illectus, aut etiam fortasse, quod melius esse, si ita de Deo opinaretur, censeret, cum Arianis communicauit, & gentem uniuersam ab ecclesia uniuersali abduxit. Gotthi namq;, quod ipso authore atq; duce ad ueriorē pietatem se contulissent, & illius beneficio, humaniore mansuetioreq; uiuendi instituto uterentur, facile admodum ei parebant, & quocunq; ille duceret, sequebantur: nihil malè esse, ex animo persuasum habentes, quicquid ille uel diceret, uel faceret: omnibusq; id adeò æmulari uolētibus, in cōmodum prorsus atq; utilitatē cessurū esse arbitrantes. Quinetiā ingēs ille persæpe uirtutis suæ ediderat spe-

Bellum intestinum inter Athanarichum & Fridigernem Gothos, in Thracia.

Fridigernes ex uicto, Valentis ope victor, cū suis Arianā cōplectitur fidē.

Vlphilas quoque, ut Gothi Ariani fierent, pluribus utilitatibus momēti: qui & ipse utilitate tēporali adductus, hæresim Arij, catholicæ reiecta fide, est complexus.

Christiana religio homines etiam feros ad humanitatē excolit.

Magna Vlphilæ authoritas apud Gotthos.

* Nam Athanarichus, siue Alarichus, rex Gotthorum, Christianos in gente sua crudelissimè persequutus fuerat, & sedibus suis in Romanam ditionem expulerat. Paulus diaconus. Oros. Factum hoc Valentiniano iij. & Valente iij. Coss. Quo tempore etiam Hispaniæ regnum ab Athanarico initium sumpsisse fertur. Mich. Ritius, lib. 2. de regibus Hispan.

A rat specimen, multis fortiter pro Christiana doctrina prius toleratis periculis, quàm gens ea, quæ tota ex græca superstitione pendebat, ad Christianismum est conuersa. Primus etiam ipsis literas inuenit, & sacras scripturas eis translatas proposuit. Atq; equidē, quamobrē barbari pleriq; omnes Istrum accolētes, Arij dogma sequerentur, causa & occasio hæc fuit. Sedenim temporibus eis ingens multitudo eorum qui Fridigernis animi inclinatione sequebantur partes, propter CHRISTI nomen ab Athanarico cæsi sunt. Quod namq; Vlphilas eis etiā qui illi subditi erāt, Christianā fidē suscipere persuaderet, ualde id moleste ferēs, perinde atq; patrij ritus abolerentur, supplicijs in eos plurimum est grassatus. Et quosdam quidē accusatos, q; publicè Christianismū dogma cū magna libertate defenderēt, inter quos unus etiā erat admirādus ille Nicetas: alios aūt ne appellatos quidē, occidit. Dicit enim sculptū quoddam simulacrū in curru collocasse, atq; id per tabernacula eorū qui CHRISTVM profiterenē, ducere, eiq; simul & sacrificare, & adorationis reuerentiā exhibere: qui uerò id facere noluissent, eos unà cū tabernaculis cōburere iussisse. Imò hoc etiam longè peius & mirabilius aliud factū esse legi. Multi siquidē eorū ui, qui eis ut sacrificarent, crudeliter insta bāt, coacti, nō uiri modò, sed & mulieres, quarū aliæ recens natos fœtus ab uberibus dependētes circumferebāt, aliq; infantes & pueros qui aliquantulū gradiri & ueluti pedibus terrā metiri possent, trahebāt, in ecclesiæ tabernaculū confugerūt. Eos uerò Græci idololatrę ibi tēplo incenso in cinerē redegerūt. Non multū intercessit tēporis, quum dissidentes inter se Gothorū factiones, in gratiā & cōcordiā rediere: atq; ingenti cōfidentia & immēsa demētia sublati, Thraces malè

Athanarichus Christianos inter populares suos crudelissimè persequitur.

Nicetas martyr Gothus.

Multi Christiani ab Athanarichō unà cū ecclesia naufragij ibi combusti.

Gotthi conciliata inter se cōcordia Thraciam uastant.

B acceperunt: oppidaq; & uicos percurrentes, crudelissimè uastarunt. Quod ubi Valens Antiochiæ adhuc degens cognouit, tum demum experientia magistra erroris sui pernicie perdidicit. Gentem nanq; quæ semper in armis, & ad prælia instructa esset, & sibi et imperio cōmodos, atq; etiam ad hostes perterrendos idoneos fore, ratus fuerat. Atq; hac periculosa opinione concepta, militares copias suas paruisecit: & pro eo quòd stipendium illis dare, & delectu habendo militari sacramento obstringere ciues suos debuisset, pecuniam & tributum ab eis exegit. Nam aureos octogenos in singulos Gotthos à tributarijs populis pendi iusserat. Quæ quidem res tum, ut Romanum imperium ad tempus rebus aduersis periclitaretur, in causa fuit. Atq; ita illa spe sua quum prorsus excidisset, desijt eos in exilium mittere, qui ὁμοούσιον cōsubstantialis fidē profitebātur: & celeriter

* Antiochia relicta, Constantinopolim contendit. Quo tempore etiam, aliter sentientium, Arianorum uidelicet, bellum, quasi per quasdam inducias, aliquo modo conquieuit. Euzoio quoq; Antiocheno episcopo mortuo, Theodorus Heracleæ Perinthi antistes, qui eandem cum defuncto obtinebat sentētiam, in illius locum est suffectus: ubi etiam Arianorum factioni præfijt. Animos uerò etiam receperunt in urbibus, qui Nicænæ synodi dogma deprædicabant: potissimum autem in ciuitate Alexandrina. Quandoquidem & Petrus rectæ opinionis defensor, Roma, Damasi episcopi Romani literis munitus, quibus & electio eius comprobabatur, & doctrina Nicæna confirmabatur, redierat. Cui etiam Alexandrini ecclesias gubernandas dedere, Lucio electo, quem naui aduenientem Constantinopolis excepit.

Stultorum magister, euentus. Liui.

Reges Galliæ itidem annuū stipēdiū Heluetijs pendunt.

Persequutio catholicorū conquieuit.

Catholici animos recipiunt.

Petrus Ecclesiā suam Alexādriæ recipit.

Experitur tandem ualde se errasse Valēs, qui Gotthos gentem bellicosam in Thracia reperit, stipendiumq; ei quotannis dederit. Sic auorum nid strorum memoria Graeci in Europā ex Asia Turcas adduxerunt.

* Valēs Antiochia Constantinopolim uenit.

Theodorus Arianus Euzoij Antiochiæ successor.

Lucius Arianus Alexādriā Byzantium uenit.

CAPUT XLIX.

VAlens imbecillitatis suæ conscius, ad fratrem qui adhuc superstes erat, legatos qui auxilium peterēt, misit. Quem quidem dixisse ferūt, non æquum piumq; esse ei auxilium ferre, qui bellum cum Deo gerat: magis autem conuenire, subsidio denegato, confidentiam illius imminue-

Valens frustrā cōtra Gotthos à fratre adhuc superstite supplias petit.

imminuere. Quod ubi illi renunciatum est, maiorem etiam quàm antea mœrorem contraxit. Neque admodum tamen à confidentia sua destitit, magisq; adeò etiam ueritatem expugnare instituit. Quum enim Terentio, ducum omniũ præstantissimo, pietatecq; supra alios ornatissimo, à uictorijs in Armenia reportatis reuertenti, optionem sua sponte obtulisset, ut à se quod uellet peteret: atq; ille auro, argento, præfecturis, prouincijs, rebus denicq; alijs omnibus posthabitis, unum quiddam rationi cõsonum & pium postularet, ut scilicet Antiochiæ unam saltem ecclesiæ Catholicæ propugnatoribus concederet ecclesiam: ipse petitionis libellum lectum lacerauit, & aliud illum petere iussit. Tum Terentius libelli partibus collectis: Habeo, inquit, ô Imperator, & donum teneo, neque aliud petam. * Consilij enim mei iudex erit, qui iudex est omnium. Gotthorum autem bellum metuens Valens, ipse quidem tum Cõstantinopoli se continuit. Trajanum autem ducem, armatum cum exercitu nõ contemnendo aduersus eos misit. Vbi uerò ille, ne primum quidem congressum eorum sustinens, uictus rediit, ignauiam ei & timiditatem cum conuicio Imperator obiecit. Illic autem cum ea dicendi libertate, quę uirum fortẽ & strenuum decet: Non ego, inquit, ô Imperator, uictus sum, sed tu ipse sponte tua uictoriam à teipso reijcis, qui ita cum Deo belligeraris: momentumq; quod ab eo prouenit repellẽs, ad hostes potius transmittis. Deus semper uincit. Et uictoria illis fauere soler, qui auspicium ductumq; eius sequuntur. Is nunc ab aduersariorum partibus stat, quòd eum tu bello persequeris. Non enim prorsus nescius es, quibus uiris ex ecclesijs electis, quos in illorum locum substitueris. Hæc ita se habere, non Terentius tantum, & Trajanus, sed & Arintheus & Victor, qui & ipsi belli duces fuere, affirmarunt: Imperatorem'que ipsum, ne reprehensione ea, quę cum uerirate coniuncta esset, gra B uius commoueretur, rogarunt. Execratione etiam multorum est expetitus, quòd Constantinopoli moraretur. Nam Gothi Thracia omni uastata, & suburbanis etiam ædificijs cunctis direptis, nemine scilicet erumpente, mœnia quoque ipsa adoriri contendebant. Id urbs molestè tulit: & Imperatorem, qui non dudum exijsset, sed ita bellum cunctãdo duceret, accusarunt. Ne à conuicijs quidem abstinuere, quasi ipse socordia sua bellorum esset author. Postremò ludis Circensibus propalàm aduersus eum uociferati, arma ab eo, quibus in bello uteretur, petiere. Imperator autem ueluti ingenti iniuria affectus esset, furore plenus cõtra barbaros est progressus, plurima ciuibus comminatus: daturos uidelicet illos sibi, si reuerteretur, pœnas condignas, de contumelijs à uulgo sibi illatis, & quòd non ita dudum Procopij tyrannidi se coniunxissent. Quinetiam urbem ipsam se solo æquaturum, & aratro proscissurum esse, denunciauit.

Extremo etiã periculo pertinax Valẽtis impietas frangi non potuit.

Exempla pulchra parrhesiæ & libertatis dicendi apud Principẽ.

Terentius dux à Gothis uictus.

Idem grauiter Valentẽ ducem quem obiecit.

Commune & publicum Constantinopoli in Valentẽ odium.

Liberæ populi in eũ belli Gothici ẽptus extrahentem uoces.

Progreditur tandem contra Gothos Valens, magnum malum ciuibus suis minitatus.

Terentio duci optimo, eidẽq; in Armenia victori Ecclesiam unam Antiochiæ Catholicis petenti, Valens negat.

CAPVT L.

Isaacius monachus Constãtinopolitanus, euntem aduersus hostes Valentem ad pœnitentiam exhortatur, exitumq; belli infelicẽ ei prædicit.

IVm etiam Isaacium illum, qui circa Constantinopolim monasticam casam habuit, quùm alijs rebus uir bonus, tum quoduis adire discrimen propter Deum promptus & paratus, ferunt, quum Valentem unà cum exercitu exeuntem uideret, ad eum accessisse, & manibus frenũ equi, quo ille uehebatur, arripuisse, & uoce magna dixisse: Quónam ô Imperator proficiscẽris, qui aduersus Deum bellum geris, neq; illius opem tecum trahis? Nam ille quodãmodo cõtra te barbaros excitauit, quoniã & tu aduersus illum impiorũ hominum peregrinas & blasphemas linguas exacuisti, eosq; qui pro eo atq; decet, de illo opinantur, atq; illum ritè laudibus uehũt, ex sacris ædibus eiecisti. Redde igitur rectè sentientibus, & sincerè fidei Nicænæ decretũ seruantibus, quas ademisti ecclesias: & labore nullo uictor in bello euades. Si enim tu aduersari illi desieris, & quieueris, quieſcet scilicet & ille quem tu oppugnas. Sin

A Sin uerbis hisce contemptis, in aciem perueneris, re ipsa experiere, quàm durum sit contra stimulum calcitrare, & in cœlum impotentem linguam tollere. Neque enim ipse redibis: & quas tecum ducis, copias perdes. Imperator autem uehementiore ira commotus: Ego uerò, inquit, redibo cum præclaro tropæo, & dignas à te temeritatis tuæ sumam pœnas, prædictionemq; tuam falsam esse ostendam. Et confestim comprehendi hominem, & in custodia asseruari, donec rediret, iussit. At ille abductus uociferabatur: Eneca etiam, inquiens, si mendacia esse deprehẽderis uerba mea. Num autem ad rem collata sint sancti uiri dicta, res ipsa gesta declarabit. Postq; enim cum copijs Imperator est egressus, barbari conuersi retrò cesserunt: quos ille insequens, Thracia post se relicta, Adrianopolim uenit, quæ in Macedoniæ finibus sita est. Atq; ubi non longè ab hostibus abfuit, quum ipsi in tuto loco essent, ex improuiso ordinibus non dispositis, neq; acie pro eo atque debuit structa, eos est adortus. Quum uerò barbari confertim ruentes, equitatus eius impetum & impressionem distraherent, & grauiorem ar maturam in fugam uerterent, alius alió se recepit. hostes autem eis imminentes, metu nullo, cædem multam fecere. Imperator quoq; ipse quum ex equo per desperationem summam descendisset, quantũ poterat fugiens, in quandam uillæ domunculam stramentis contectam, cum paucis qui eum sequuti fuerant, latêre ibi uolens, se abdidit. Barbari autem impetu & celeritate maxima insequentes, si cuti alia ad quæ uenerant tecta, ita domunculam eam quoq; incenderunt: quum quidem, ut dicitur, nihil de Imperatore suspicarentur. Sic illi unà cum uico eo, ue B ritatis etiam hostem in cineres redegerunt. Quo tempore, fama est, Deo dilectum uirum Isaacium, quũ Valentem in domuncula ea assum sentiens, nidore ẽius repletetur, eis qui secum in custodia erant, annũciasse: Nunc iam Valens igne torretur, & nares profluentem ab eo odorem ingratum sentiunt. Nonnulli quidem ita Valentem interijsse dicunt. Alij autem illud addunt, subijsse quidem illum, quum occultare se properaret, domunculam, atque ibi aliquantulum latuisse, quod barbari cursum suum tenentes præterirent, & Imperatorem ibi occultari nemo suspicaretur. Vbi autem maxima hostium pars eo loco superato abijsset, & pauci postea aduenirent, quosdam Imperatoris fugæ comites in tectũ domunculæ conscendisse, & tela in barbaros coniecisse. Atq; illos tum demum occultari ibi Valentem suspicatos, ingenti clamore & iubilatu, utpote uictores, Valentem isthic esse uociferatos esse. Idq; & qui præterierant, & qui consequebantur, quum audissent, suis porrò significasse: ita ut ferè etiam hostes illi, qui longius abierant, id audierint, atq; omnes in eum locum conuenerint. Eosq; domũcula circundata, & materia plurima aggesta, ignem deinde in eam iniecisse: unde mox secundo, casu quodam, uento afflãte, flamma sit excitata. Atq; ità materiam eam unà cum eis quæ in domuncula erant rebus, & præter alios ipsum quoq; Imperatorem conflagrasse, & in cinerem radactum esse. Alij uerò memoriæ prodidere. Quum barbari fugientes insequerentur, Valentem ingenti metu perculsum, habitu mutato, peditibus se immiscuisse. Deinde postquã equites rem prodidissent, & à pugna per desperationem destitissent, quippe qui hostium impressione dissecti essent, eos omnes concidisse: inter quos ipse etiam iacens latuerit, quòd signum nullum extaret, quod eum Imperatorem esse indicaret. Interijt autem Valens annis quinquaginta exactis. Imperauit unà cũ fratre Valentiniano annis tredecim. Post illius aut obitũ alijs tribus, & mensibus aliquot. Cõtinet uero undecimus iste historiarũ liber, sedecim annorũ tempus: quum à mundo condito quater millesimus octingentesimus nonagesimus primus, à natiuitate autẽ Domini trecẽtesimus octogesimus sextus ageretur annus.

Quemadmodum à Michee quondam Achab.

Isaacius monachus Constãtinopolitanus aduersus hostes Valentem ad pœnitentiam exhortatur, exitumq; belli infelicẽ ei prædicit.

Valens improuidè simul & infeliciter cum Gothis pugnat.

Fugit.

In casa agresti latitat.

Vnà cum casa ab hostibus cõburitur.

Isaacius in uinculis interitum eius uidet, & indicat.

Alia de cæde Valentis opinio.

s. Id. Aug. An. duob. mensib. quinq;, diebus tredecim. Diacon.

DVODECIMI TOMI CAPITA.

I De Imperio Gratiani & Valetiniani iunioris, et ut socium imperij Theodosium magnum admiserint.

II Qui eo tempore magnarum urbium sacras habenas rexerint: & de Macedonianis, ut rursum illi Ecclesiam Catholicam turbarint.

III Ut Gratiani constitutione Ariani relegati, & ὁμοουσίῳ consubstantialis fidei professores ecclesijs sint præfecti, & quæ per Paulinum & Meletium Antiochiæ acciderint.

IIII De Apollinaris errore, & de sancto Flauiano, & Meletio: quæ ꝯ sedi Antiochenæ euenerint: & de Sapore præfecto, & Eulalio Amasenorum episcopo.

V De Meletio, & Diodoro Tarsensi episcopo. Item de Acacio Berrhœæ episcopo, & alijs: et de sancto Eusebio Samosateno episcopo, ut certamen martyrij impleuerit.

VI Ut imperatores Theodosius et Gratianus, hic quidem Almanorũ, ille uerò barbarorũ ad Istrũ colentium, res composuerit. & ut Theodosius, quum Thessalonicæ esset, postea æger ab Ascholio sit baptizatus: & ut idem Theodosius professionem fidei suæ publicarit, omnibusq; mandarit, trinitatem ὁμοούσιον consubstantialem colere, & diuum apostolum Petrum in fide æmulari.

VII De sancto Gregorio theologo, ut Constantinopoli in parua domo Synaxes & conciones celebrans, ὁμοουσίως consubstantialis fidei præcerit: & de templo sanctæ Anastasiæ.

VIII De Arianis & Eunomianis, ut ex ecclesijs electi in proprias redierint patrias: & ut Gregorius ecclesiæ Catholicæ præfuerit: & de Eunomij ui & grauitate.

IX De Amphilochij Iconij episcopi ad Theodosium dicendi libertate.

X De sancta secunda uniuersali Synodo, quæ Theodosij imperatoris & Meletij episcopi Antiocheni studio & opera, Constantinopolitanum episcopatum Theologo demandarit.

XI Ut Gregorius, quosdam ex Aegyptijs offendi cernens, propter episcopatus sui mutationem seu translationem, sedem Constantinopolitanam repudiarit: & concordia Ecclesiarum nihil habens antiquius, in propriam redierit patriam. & de Maximo, Cynico philosopho.

XII De uita & moribus Nectarij, Gregorij successoris: & ut uixdum baptizatus, cathedram episcopalem conscenderit.

XIII De quibus rebus sancta secunda uniuersalis Synodus decreta tulerit, diœceses & præfecturas Ecclesiasticas ordinans: & ut Nicænam fidem comprobans, & de Spiritu sancto sententiam exponẽs, Canones condiderit.

XIIII De Cyriaco Adanorum, & Martyrio Cilicum episcopo: et ut reliquiæ sancti Pauli episcopi Constantinopolitani Constantinopolim sint relatæ. & de Meletio Antiocheno, & ut Meletio Flauianus successerit: & de offendiculis, quæ propter sedẽ episcopalem rursum Antiochiæ sunt concitata.

XV Ut Theodosius imperator secundum coegerit Concilium, ad concordiam redigere uolens ecclesias. Et quæ Sisinius Nouatianorum episcopus de concordia suaserit: & ut ad exilium hæreticos, ubi uoti compos fieri non potuit, Theodosius damnarit.

XVI Epistola Constantinopolitanæ Synodi, ad Occidentales episcopos scripta.

XVII Synodalis epistola Damasi episcopi Romani, contra Apollinarim & Timotheum scripta.

XVIII Aliud Synodale eiusdem edictum, contra uarias hæreses compositum.

XVIIII De rebellione Maximi. Et ut Iustina mater Valentiniani, negotium facesserit Ambrosio episcopo Mediolanensi, & populus propter eum seditionem mouerit: & de Beneuolo subnotario.

XX De Gratiano, ut dolo ab Andragathio sit interfectus: & ut Valentinianus iunior tyrannum Maximum timens, in Illyricum peruenerit.

XXI Ut Theodosius sine pugna & sanguine tyrannũ uicerit, & de fama ab Arianis contra Theodosium sparsa. & de Symmacho philosopho, ut eum Theodosius uenia sit dignatus.

XXII De fœdis consuetudinibus & moribus, quos ex urbe Roma eiecit imperator Theodosius.

XXIII De angelica Arsenij magni uita, qui antea Imperatorum præceptor fuerat.

XXIIII De episcoporum successione: & de tumultu qui denuò Antiochiæ obortus est, propter Flauianũ Paulino defuncto. & ut postea Imperatoris & Theophili Alexandriæ episcopi opera, ecclesiæ eius dissidium sit sopitum, magna cum difficultate populo in concordiam redacto.

XXV De seditione Alexandriæ propter demolitionem templorum idolorum orta: & de singulari ea in re Theophili episcopi Alexandrini studio & opera.

XXVI Ut templo Serapidis solo æquato, Hieroglyphicæ literæ crucis forma inuentæ sint, uenturam uitam indicantes: & ut Theophilus errorem idolorum manifesto indicauerit, & statuam Serapidis securi sit demolitus.

XXVII De uarijs apud uarias gentes, propter abolitionem altarium idolorum, seditionibus & tumultibus. & de Marcello Amaseno episcopo, quanto studio demoliendis idolorum templis usus, postremò martyrio sit defunctus.

XXVIII Ut Nectarius primus, presbyterum in ecclesijs antiquitùs propter pœnitentes ordinatum, functione sua deposuerit: & de loco & modo pœnitentium in Romana ecclesia.

XXIX Ut hæreses & sectæ in uarias dissectæ & diuisæ sint hæreses. & quòd Theodosius solum Eunomium proscripserit: quibus moribus & institutis Eunomius fuerit, & ut in Cappadocia patria sua mortuus sit.

XXX Eunomianorum, Macedonianorum, & Arianorũ hæreses, in multas alias hæreses esse diuisas: & quibus ex causis quæq; earum ab alia sit seiuncta.

XXXI Ut etiam Nouatiani, per seditionem propter quæstionem celebrandi Paschatis inter se dissidentes, sectam Sabbatianorum constituerint.

XXXII Sententia & iudicium authoris de festo Paschæ. De quatuordecimanis & Montanistis, ut Pascha celebrent.

XXXIII Quòd ueteres consuetudine magis antiqua, quàm lege ulla, iuxta patrum traditionem, Pascha celebrarint.

XXXIIII De uarijs uariarum gentium & ecclesiarum consuetudinibus, per quas nullum Catholicæ religioni uel offendiculum, uel dissidium & discordia est creata.

XXXV Quòd antiquitùs & ab ipsis Apostolorum temporibus dissensiones quædam & uariæ obseruationes in cæremonijs fuerint: & quòd cæremoniæ ueteribus non tantopere curæ fuerint, sed necessaria tantum & fidem promouentia constanter seruare iusserint.

XXXVI De Nouatianorũ doctrina, de Agelio, Marciano, & Sisinio. & quòd Sisinius in consuetudine quotidiana urbanus, iucundus, & elegans fuerit.

XXXVII De diminutione quæ fluuio Aegypti Nilo accidit, & de stella gladij speciem referente, et de duobus monstrosis hominibus, & de incremento Christianæ religionis.

XXXVIII Quomodo Valentinianus iunior ab Arbogasto duce per suffocationem sit interemptus.

XXXIX De tyrannide Eugenij in Occidente: & ut hunc quoque Deo dilectus Imperator uicerit, quum eam uictoriam diuini uiri prædixissent.

XL De seditione & tumultu Thessalonicæ orto, propter quem Theodosius septem millia uirorum occidit.

XLI De episcopi Ambrosij dicendi & arguendi libertate, ut Theodosium ab ingressu templi Dei prohibuerit: & de pœnitentiæ conditionibus, quas Theodosio præscripsit. & de alijs eiusdem Ambrosij egregijs dictis & factis.

XLII De pietate & uirtute Placillæ, imperatoris Theodosij coniugis.

XLIII De tumultu & seditione Antiochena, & proterua statuarum deiectione: & ut iram & indignationem ea de causa Imperatoris, Flauianus episcopus orator lenierit.

XLIIII De Macedoniano clarissimo monacho, quæ Imperatori Theodosio per eius præfectos de statuarũ euersione nunciauerit.

XLV De Donato episcopo Eubœæ, item Theotimo Scytharũ episcopo: & quæ ij ediderint miracula.

XLVI De sancto Epiphanio episcopo Cypri, qualis fuerit: & de admirandis eius operibus.
XLVII De Acacio episcopo Berrhœæ: item de Zenone, & Aiace, sanctis episcopis.
XLVIII De inuentione reliquiarum Abacuc & Micheæ, ueterum prophetarum.
XLIX De inuentione sacrati capitis diui Ioannis præcursoris & baptistæ.
L De clarissimi Imperatorum Theodosij magni obitu.

ECCLESIASTICAE Historiæ Nicephori Callisti Xanthopuli, Tomus XII.

CAPUT I.

Repellitur ab urbe Constantinopoli Barbari.

POSTQVAM Valentis ita è uita excessit, barbari uicto A ria quę eis præter opinionē obtigerat, elati, Thraciā omnē percurrentes, etiam propinqua Constantinopoli circumcirca loca uastarunt. Et quum res in eo discrimine esset, non parum opis auxiliares copiæ Saracenorū, quas Mauia miserat, tulere. Multi etiam è populo, stipendio à Dominica Valentis coniuge constituto conducti, arreptis quę tum tempus offerebat armis, barbaris obuiam iere: eosq; fortiter dimicantes, longius ab urbe propulere. Gratianus autem Valentis quidem ex fratre nepos, Valentiniani uerò filius, unà cum fratre Valentiniano iuniore, totius Romani imperij administrationem suscepit. Dudum namque post patris mortem Europæ imperium obtinuerat: eo'que superstite, imperij socius fuerat. Tum autem Asia omnis, & quidquid supererat Libyæ, quòd Valens absque liberis decessisset, in potestatem eius uenit. Et luxit ille quidem patruum, imperiumq; Romanum ita uastatum esse fleuit. Consilio autem illius & sententia, quam de eis retinuerat qui de religione aliter atque ei placuisset opinati fuissent, improbata, constitutionem ut quam quisque uellet religionem sequeretur, conuentusq; Ecclesiasticos semoto metu liberè omnes agerent, præterquàm Manichæi, & qui Photini & Eunomij sectæ essent, tulit. Et episcopis, quos Valens ad exilium damnauerat, reditum permisit. Deinde imperij magnitudinem & molem secum ipse considerans, quòd & barbari Istrum accolentes, Illyricum & Thraciam excindere non desisterent, & Almani Gallis Occidentalibus imminerent, eisq; extrema damna inferrent: socium imperij sibi asciuit Theodosiū, claro loco natum, atq; Imperatorijs artibus celebrē uirū, qui pro popularibus suis sæpe bello decertauerat: & antequàm Gratianus Imperator creatus esset, dignus ab omnibus habitus fuerat, ut ei imperium committeretur. Cuius rei gratia per collegarum suorum, qui eosdem cum eo gerebant honores, inuidiam, in Hispanijs extra militiam uiuebat. Ibi enim ortus fuerat, circa Pyrenęos Iberorum montes, generis nobilitate nemini secundus. Iberiam namq; Hispaniam uocant, nomine eo ab Ibero amne, qui per eam fluit, sumpto,

Dominica Augusta stipēdio suo milites cōduxit.

Auxilia Saracenorū.

Sozom. ex publico eā stipendium cōstituisse dicit.

Gratianus & Valentinianus iunior Impp.

Gratiani constitutio, ut quā quisq; uellet de religione Christiana sequeretur sententiam, certis scelis exceptis.

Episcopi exules reuocati.

Theodosius à Gratiano Imperij cōsors lectus.

Almani Gallia uastantes.

pto. Inde Gratianus uirum accitum, primùm exercitus ducem legit, & cum eis quas contraxerat copijs contra hostes misit. Atq; ille fide munitus, in Thraciam aduersus barbaros eam uastantes duxit, & acie optimè structa, irruentibus illis occurrit. Qui impressionē eius non ferentes, ordines ipsi suos turbarūt: & mox terga uertētes, magna ui sunt deuicti. Non enim à Romanis solum, sed à suis quoque cædebantur. Atque ita quamplurimis cæsis, quum pauci ad Istrum profugissent, statim rursus Imperatoriæ artis scientiam ostendit. Copijs enim in uicinas urbes, ut ibi præsidio essent, impositis, itineribus maximis ad Gratianum, ut ipsemet uictoriæ suæ nuncius esset, cōtendit. Res ea quòd præter opinionem omnium accidisset, quodammodo fide caruit. Nam qui ei inuidebant, non solū eum non uicisse, uerùm etiam amisso exercitu profugisse confirmabant. At ipse ut aliqui ad rem inspiciendam mitterentur petijt, qui occisorum barbarorum numerum inirent, quem ex spolijs facile colligere possent. Imperator certos homines qui rem explorarent misit. Theodosius autem aliquandiu apud eum manens, uisionem diuinam uidit, quam ei apertè uniuersitatis huius exhibuit Deus. Videre enim uisus est Antiochenæ ecclesiæ episcopum diuum Meletium, Imperialem sibi chlamydem circūdantem, & capiti coronam ex magni precij materia imponentem. Nocturnum hoc uisum ex familiaribus cuidam postridie manè exposuit. Et ille nihil ambigui id habere, sed clara satis & aperta, quæ significarentur, esse dixit. Intercessere dies pauci, & qui ad res inuestigandas missi fuerant, reuersi, plurima barbarorum millia cecidisse renunciarunt. Ea re persuasus Imperator, ita ut par erat, simul & militię ducem & Imperatorem Theodosium creauit, imperiūq; B ei Valentis omne attribuit. Atq; hoc sic in Sirmio confecto, ipse quidē in Italiā est profectus: illum autem ad Orientale, quod ei concesserat imperium, misit.

Theodosius cō tra barbaros in Thracia uictor.

Idem uictoriæ suæ apud Gratianū nuncius.

Visione diuina in somnis Theodosio portēditur imperium.

11. Ianuarij Ausonio & Olibrio Coss. Soc.

CAPUT II.

Sacrorū in maximis ecclesijs antistites.

EO tempore Damasus ecclesiæ Romanæ præfuit, Liberij successor. Hierosolymis Cyrillus adhuc superstes ecclesiam rexit. Antiochiæ ecclesia in tres partes diuisa erat, post Euzoium enim Theodorus Perinthius ecclesijs præfuit, Arianæ religionis propugnator. ὁμοουσίου consubstantialis uerò fidei suffragatores, partim Paulino, partim Meletio, qui nuper admodum ab exilio redierat, paruere. Porrò Alexandriæ Ariani quidem Lucium antistitem habuere, qui tum profugus Constantinopoli degebat. Catholicæ autem ecclesiæ, post Petrum, Timotheus frater præijt. Constantinopoli Eudoxij successor Demophilus ecclesias gubernauit. ὁμοουσίος consubstantialis autem religionis episcopus Euagrius in exilio uiuebat. At sectatores eius Demophilum auersantes, & suos sibi conuentus agentes, à Gregorio Magno curabantur. Atque, Hierosolymis exceptis, per Orientem ecclesiæ propè omnes in Arianorum potestate erant. Enimuerò Macedoniani post initam cum Liberio conciliationem, non admodum à Nicæni decreti sectatoribus dissensere. Aliquandiu enim in urbibus simul & in ecclesijs commercia inter se habuere, & ueluti eiusdem sententiæ suffragatores liberè communionem coluere.

Tres eodē tempore diuersarū factionum Antiochiæ episcopi.

Ecclesias ferè in Oriente omnes Ariani tenuere.

Macedoniani libertatem per Gratiani constitutionem religionis quam uellent, colendæ consequuti, ad ingeniū redeunt.

ὁμοούσιον reijciunt.

ὁμοιούσιον subabolentes,

Postquam autem Gratiani constitutio cuilibet, quam uellet religionem complectendi facultatem dedit, episcopi quidam ecclesijs suis, quas sub Valente amiserant, receptis, denuò se ab alijs segregauere. Ii Antiochiæ in Caria conuentu coacto, ὁμοουσίου consubstantialis uocem repudiarunt, & pro ea sicuti antea ὁμοιούσιον æquisubstantiale confirmarunt, professionem fidei Nicænam & ecclesias suas seorsim celebrantes. Verùm frustra illis coę-

ijciunt.

ptum fuit. nam permulti contentione eorum perſpecta, quod adinſtar Euripi, A nunc in hanc, nunc in illam ſententiam pedibus irent, à communione eorum ſe omnino abſtinuerunt, & conſtanter ὁμοουσίου conſubſtãtialis fidei laudatoribus per unionem coniunxerunt.

Macedonianis cæptum nõ ſucceſſit.

CAPUT III.

Gratianus reſcripto Catholicos epiſcopos exulantes reſtituit, & eccleſias Arianis admit.

GRatianus, quemadmodum diximus, imperij ſui primitias rerum uniuerſarum Imperatori ſimul & Deo conſecrans, legem promulgauit, per quam cùm exules epiſcopos reſtituit, tum Arianos ex ſacris ædibus deturbari, eaſq; Nicænę fidei propugnatoribus reddi permiſit. Et Saporem ducem, præclarum admodum uirum, qui eam executioni mandaret, iti Orientem miſit. Et diuina ea cõſtitutio in prouincia quaque ad legitimum finem ſuum ritè eſt deducta. Antiochię uerò ingens erat in plebe contentio & diſsidium, ob cauſam eiuſmodi. Qui ὁμοουσίῳ conſubſtantialis fidem & Apoſtoli ea dogmata defendebant, in duas abierant partes. Quidam namq; ſtatim poſt ſtructas Euſtathio inſidias, ab Ariana rabie abhorrentes, ſub Paulino antiſtite conuentus ſuos cogebant. Quidam aũt ab Euzoij electione impiorum commercium refugientes, ſub ſapientiſsimo paſtore Meletio paſcebãtur. Et Paulinus quidem propter excellentem humanitatem à Valente in exilium actus non fuerat. Meletius uerò quum primùm exilio mulctatus eſſet, à Iuliano reſtitutus fuerat: & denuò ſub Valente deportati iuſſus, Gratiani edicto fretus tum Antiochiam redierat, & Paulinũ in extrema iam ſenectute uiuentem inuenerat. Ibi qui factionis eius erant omnes, omnem mouere funem, ut in eodem cum Paulino throno Meletius collocaret. Paulinus eam rem non admiſit, factũ eiuſmodi aduerſus eccleſiaſticos Canones eſſe dictitans. cp Meletius ab Arianis conſecrationem acce- B piſſet. At populus id non ferens, Meletium in throno templi cuiuſdã ſuburbani collocauit. Quo facto, multa uerborũ rixa eſt oborta. Et res ex nimio cõtendendi ſtudio in cœpta abſurda abijt: plebęq; ex parte utraq; indignante, ſeditio in expectatione fuit. Deinde uerò conſilio mirifico inuento, ad concordiam res pactis huiuſmodi eſt reducta. Placitum namque eſt, ut qui ad epiſcopalem functionem obeundam, uel iam tum eſſent, uel aliquãdo futuri eſſent idonei, quorũ quidem quinq; alij, & Flauianus ſextus erat, iuriſiurandi ſacramento obligarentur, neminem eorũ epiſcopatũ ſuſcepturũ, neq; ad dignitatem eam anhelaturũ, atq; adeò neq; electionem, ſi fortè ea de quopiam fieret, approbaturum eſſe, tantiſper dum Paulinus & Meletius in uita manerent. Atq; ut altero defuncto alter qui ſuperſtes eſſet, in illius ſuccederet locum: poſt eius ipſius uero obitum, ut unus ex eis qui ſuffragiorũ calculis digni eſſent, à ſpiritu ſancto electus, epiſcopalem cathedrã obtineret. Conuentis hiſce iuramento cõfirmatis, multitudo ferè omnis conſenſit: pauci tantum Luciferi ſectatores, conſecrationem Meletij ab alienæ ſententiæ ſuffragatoribus acceptam reprehendentes, diſſenſionem fouerunt.

Sapores Gratiani dux.

Diſſenſio inter Paulinianos et Meletianos in urbe Antiochena.

Diſſidium id compoſitum.

Inter alios Flauianus etiã iurat, ſe epiſcopatum Antiochenum non ſuſcepturum, Paulino & Meletio ſuperſtitibus.

Luciferiani diſſenſionẽ fopitam fouere pergunt.

CAPUT IIII.

Apollinaris hæreſis, Deum uerbum animã humanam cum carne non aſſumpſiſſe, & propterea eam in priore damnatione permãſiſſe.

TVm uerò & Apollinaris pietatis perſona ſumpta, alterius factionis Antiochiæ extitit author. Nam ſub Apoſtolicorum dogmatum defendendorum prætextu, breui mirificus eſſe ueræ pietatis oppugnator apparuit. Adulterinas quippe de æterna & immortali natura opiniones commentus, gradus quoſdam & dignitates inter ſe differentes induxit. Ad hæc ſalutis etiam noſtræ adminiſtrationis myſterium imperfectum reddidit, animam'que rationalem, qua corpus omne regitur, eius quæ nobis obtigit

A tigit ſalutis expertem eſſe dixit: propterea quòd hanc quoq; non itidem ſicuti reliquam corporis naturam, Deus uerbum receperit, proindeq; ei neque ſanationem neq; honorem aliquem tradiderit. Verùm, * corpus quidem nugatus eſt in cœlo ab intellectuali militia omni adorari: † animam uerò in terris manentem, ut quæ recepta non ſit, huc uſq; incuratam, peccatiq; ignominia circumdatam eſſe. Atq; alia etiam abſurditatis eiuſmodi plena blaterans, aliquando quidem & Dominum ipſum ex uirgine carnem recepiſſe, aliquando uerò eam ſecum è cœlo deſcendiſſe. Interdum etiam Verbum ipſum in carnem * mutatum, nihil ex carne noſtra ſumpſiſſe, dixit. Atque inſuper alijs nonnullis deliris & nugacibus fabulis adinuentis, diuinis eas Seruatoris promiſsionibus cõiunxit. Quas ſingulatim, præterquam quòd de eis antea quoque diximus, in præſentia recenſere ſuperuacaneum eſſe puto. Tum quidem ille non tantum cum ſectatoribus ſuis peſtem hanc communicauit, ſed ex noſtris etiam multos ea infecit. Quamuis poſtea populares eius, ſuam ipſorum obſcuritatem & fidei noſtræ ſplendorem illuſtrem cernentes, paucis exceptis, omnes ad eccleſiam ſe Catholicam contulerint, & de communione quidem noſtra participauerint, ægritudinis autem ſuæ uenenum non omnino euomuerint, atq; id permultis ſanam opinionẽ obtinentibus furtim obtruſerint. Vnde etiam tanquam à radice mala, unam eſſe & diuinitatis & carnis naturam, & diuinitatem paſſioni non obnoxiam paſsionem ſubijſſe (id quod ſuprà quoq; ex Gregorio Nazãzeno retulimus) opinio pullulauit: & alia præterea, quæ & multitudini & eius antiſtitibus, contentionem maximam bellumq; implacabile & * non indictũ peperêre, prodierũt. Verùm hæc poſtea accidêre. Tum aũt, ſicuti dixi, quũ Antiochiæ Sapores dux eſſet, atq; Gratiani conſtitutionem, ut quã fidem Damaſus deprædicaret, in ea quoq; Antiochia acquie- B ſceret, prætenderet, ſeruandam'q; iuberet: Paulinus quidẽ Damaſi partiũ ſe eſſe affirmauit. Idẽ quoq; Apollinaris, morbum celans, dixit. Meletius aũt utriuſque uerba audiens, tacitus ſedit. † Ibi tum diuinus Flauianus, in præſbyterorum etiam num ordine conſiſtens, duce placidè audiente, ad Paulinum: Si in eadem, inquit, cum Damaſo, ó bone, ſententia acquieſcis, exhibe nobis opinionis coniunctionem & affinitatẽ. Ille namq; ſubſtantiã unam Trinitatis profitetur, & tres ſubſiſtentias diſertis uerbis deprædicat. Tu uerò, ſicuti uerba tua declarant, ſubſiſtentiarũ trinitatem prorſus tollis. Quapropter ad illius te, per conſenſum, dogmata adiunge: & eccleſias, iuxta earum ſanctiones, tutò obtine. Atque ubi hunc ita ſilere coegit, ad Apollinarim cõuerſus: Valde te admiror, ait, * ó amice, qui tam impudenter mẽdacio inhians, nõ erubeſcas: quum quidẽ certò ſcias, Damaſum hominẽ admirandum, q; Deus Verbum perfectã naturam, noſtrã ſuſceperit, ore pleno propalàm docere. Tu uerò contraria prorſus ſentis. Non enim ab illo animam & mentem noſtram, quæ in natura noſtra ut præſtantiſsima, ſic etiam lethalia maximè ſunt, aſſumptã eſſe dicis, & propterea ſalute utrãq; priuas. Quòd ſi falſo te arguimus, at tu nouarum rerum tuarum morbo abiecto, te Damaſo diuerſa prorſus à te docenti, conſentire oſtende, & ſacrarum ędium curam obtine. Et diuinus quidem Flauianus, ad hunc modum ueraci confutatione utriuſque dicendi obturauit licentiam. Meletius autem hominum omnium mitiſsimus, perplacidè Paulino dixit: Quandoquidem non tibi ſoli, ſed mihi quoque ratione * & * uerbis, quæ uerus paſtor & idem ouium Dominus nouit, iſtorum curam & adminiſtrationẽ mandauit, & greges utriq; pro eo atq; conuenit, inter ſe communicant, & ſalutarem herbam noxio illo & lethali hæreticorum pabulo uitato depaſcunt & carpunt, coniungamus ó amice, ſi uidetur, ueræ pietatis oues, eas q; in ouile unum aggregemus, atq; quæ nobis interceſsit de paſtorali munere

** Terrenum. Theod.*

† Ad imaginẽ Dei conditam. Idem.

** μετατρέπαιον.*

Apollinariſtæ minus ſincerè ſe ad eccleſiam Catholicã contulere.

** ἐκβρυττοντες.*

Sapores dux Gratiani conſtitutionis de religione promulgatæ exequutor.

Gratianus profeſſionẽ fidei Damaſi Rom. Pontificis epiſcopos alios ſequi iubet.

Damaſi orthodoxia. Paulini error.

** ὁ φιλάρεος.*

** λόγοις*

Flauianus hypocriticã profeſſionem Paulini & Apollinaris in lucem proſert.

† Id ſe Antiochiæ facere dixerũt Paulinus & Apollinaris.

Apollinaris hæreſis.

Meletius concordiæ & unionis conditionẽ Paulino offert, ut ſimul eadem dignitate in eadem eccleſia epiſcopatum gerant.

contentione ſoluta, uterq; oues paſcat, communiterq; eis docendo curam adhi- A
beat. Sin uerò, qui in medio eſt contendendi ac diſſidendi ſtudium excitat, thronus, & id ſopire ſtatim conabimur. Oportere ſiquidem cenſeo, in medio throno cum reuerentia religioſe ſacrũ poni Euangelium: nos autẽ utraq; ex parte conſidere, in inferiore ſubſellio acquieſcentes. Quòd ſi me quidem primùm ex hac uita migrare cõtigerit, ſolus ipſe throno potiere. Sin tu prior diem tuum obieris, ego itidem pro uirili mea gregi præro. Hæc quidem ita pio uultu diuinus dixit Meletius. Paulinus aũt conditionem eam nõ accepit. Porrò Sapores dictorũ taliũ iudex, Meletio magno eccleſias gubernãdas attribuit. Paulinus uerò rurſum factioni ſuæ, quã ſibi ab alijs ſeiunctam aggregauerat, præfuit. Poſtea uerò, ſicuti diximus, iuſiurandũ à deſignatis epiſcopatus cõpetitoribus acceptũ, & plebs ad concordiã eſt reducta. Sedenim Apollinaris ubi ſpe ſua excidit, perinde atq; eccleſiæ ei adẽptę eſſent, propalàm & clarè hæreſim docuit, & ducem ſe nouæ opinionis cõſtituit. Lectoq; & ordinato Antiochiæ Vitali, homine uitę ſanctitate, ſi cuti ſuprà à nobis dictũ eſt, præclaro, & qui antea quidẽ eccleſiaſtica doctrina enituerit, poſtea aũt cõtagioſo Apollinaris morbo infectus fuerit: ipſe Laodiceã, ubi plurimũ erat, cõceſsit. Permulti uerò & alij epiſcopi ab exilio, quo ſub Valentis imperio mulctati fuerãt, reuerſi, Meletij ſentẽtiã ſunt ſequuti: nihil prorſus de prærogatiua & præeminẽtia ſedis epiſcopalis cõtendentes, ſed multitudinis concordiã q; maximè procurantes. Quinetiã Arianos, qui pro eis eccleſijs præfecti fuerant, precibus interpoſitis, rogarunt, ne inde diſcederent, neue per diſſenſionem eccleſiam CHRISTI cõſcinderent: quam unicam exiſtẽtem, atq; unicam à Deo iuxtà & ab Apoſtolis traditam, diſſidendi contẽtio, † primarumq; ſedium ambitio, hominũ uanæ gloriæ ſtudentiũ in multas diuiſit: ſed ut ueram pietatem B
profitentes, ipſi primos eccleſiarũ thronos retinerẽt. Studio hæc habuere quùm multi alij, tum Eulalius, Amaſenæ eccleſiæ ad Pontũ procurationẽ ſortitus. Diciẽ namq;, poſt reditum, aliũ paſtorẽ * Arianæ ſectæ, qui eccleſiam regeret, eos autẽ qui illi debitam præſtarent obedientiam, uix quinquaginta numero inueniſſe: cundẽq; cõcordiæ deſiderio & cupiditati illi conditionem, precibus adiunctis, tuliſſe: qua ſede honoratiore & prærogatiua throni, tanq; cõcordiæ opinionũq; cõiunctionis mercede propoſita, cedebat, ut eccleſiam modò ambo adminiſtrarent. Ille autẽ conditionẽ talem reiecit, nec multo poſt à ſuis etiam, quibus præibat, eſt relictus: qui ſe etiã frequentiori piè credentiũ multitudini aggregarunt.

Sapores dux Meletio eccleſias Antiochenas regendas committit.

Iuramentũ deſignatorum epiſcopatus Antiochiæ competitorum, de quo cap. proximo, in fine.

Epiſcoporum Catholicorum ab exilio reuerſorum egregia animi moderatio, & erga Arianos humanitas.

Vna eſt Chriſtiana & Apoſtolica eccleſia.

Eulalius Amaſenus prærogatiuã throni Ariano epiſcopo offert, ut pari poteſtate eccleſiam cõcordes adminiſtrarẽt.

Paulinus ſectatoribus ſuis præit.

Vitalis Apollinaristis Antiochiæ præfectus.

περὶ τῶν προεδριῶν.

† φιλονεικοι δρίαι.

Catholici Arianis epiſcopatus nõ grauatè cõceſſerũt, ut modò pietatẽ orthodoxam cõplecterentur.

* Arianus conditionem repudiat, & à ſuis qui pauci erant popularibus relinquitur.

CAPUT V.

Meletius epiſcopos creat.

DIuus Meletius multitudinis cõcordia conciliata, Diodorum quidem illum, de quo paulo antè diximus, qui perſona & habitu alio, unà cum Flauiano eccleſiæ ſcapham in ſæua illa tẽpeſtate præclarè gubernauerat, paſtorẽ Tarſi conſtituit, & Cilicũ gentem ei attribuit. epiſcopatũ autem Apamæę Ioanni dedit: qui uir quùm generis nobilitate clarus, tum multis ſplendidisq; primariarũ uirtutum ornamentis ſpectatus fuit. Præterea uerò uitæ ſanctitas & doctrina inſignis in eo cõiunctæ, clariorem etiam eum reddiderunt. Qui & ipſe, itidem ut Flauianus & Diodorus, ſæuæ procellæ tempore ſententiæ ſuæ populos in officio retinens, doctrina confirmauit. Fuit huic ea in re collega quoque magni ille nominis Stephanus, quem itidem Meletius ad certamen non exiguum acciuit. Nam hunc Germaniciæ ciuitati, quæ Eudoxij morbo ſummo cum periculo laborabat, optimum miſit medicũ. Omni enim liberaliori doctrinæ in ſacris ſimul & prophanis diſciplinis operam nauauerat, & conceptam de ſe ſpem minimè fefellerat. Spirituali namque fiſtula uſus, etiã lupos in oues

Diodorum eccleſiæ Tarſenſi præfecit.

Ioannem Apamenæ.

Stephanũ Germanicienſi.

A in oues conuertit. Ad eundem modum magnus quoq; Euſebius egit, ubi ab exilio Samoſata reuerſus eſt. Nam Acacio illi, cuius propter uitã egregiam ingens erat gloria, eccleſiam Berrhœæ regendam commiſit. Hierapolim autem admirando attribuit Theodoto, qui uita monaſtica celebris maximè fuit. Euſebium porrò Chalcidis, & Iſidorum Cyri epiſcopum fecit. (cuius eccleſiæ breui quoq; pòſt magnus præfuit Theodoritus) Ambo uerò iſti diuino ardore & æmulatione clari fuere. Hunc præterea dicunt Eulogium illum, qui cum Protogene in * inſulam Antinonem, ueræ pietatis ergò deportatus fuerat, Edeſſam miſiſſe, quum ibi diuus Barſes morte ſua ſimul & thronum & uitam reliquiſſet.

Euſebius Samoſatenus ab exilio reuerſus, ecclęſijs antiſtites ſacrorũ ordinat.

Acacium Berrhœæ.

Theodotũ Hierapolis.

Eulogium Edeſſæ.

Protogenem Carrarum.

Euſebiũ Chalcidis.

Iſidorũ Cyri.

Marim Dolichæ.

Theodor. non habet, Inſulam: li. 5. ca. 4. Sub làb. 11. cap. 23.

Ipſe autem Eulogius Protogenem certaminum ſuorum ſocium Carris præfecit, urbi ei ualde ægrotanti, quaſi quendam ἀλεξίκακον, hoc eſt, malorum depulſorem donans. Inſuper diuinus Euſebius oppido Dolichæ Marim epiſcopum dedit, quod quidem oppidum Ariana contagione infectum maximè erat. Eò Euſebius uenit, ut ipſe Marim uario uirtutum genere refulgentem, in poſſeſſionem epiſcopalis ſedis induceret. Sedenim ei oppidũ ingredienti, mulier quædam Arianis deliramentis plena, ex ſuperiore loco tegulam in caput cõiecit. Et ita tum quidem uiri ſancti caput comminutum eſt: paulo uerò pòſt, ubi cerebrũ putredine correptum eſſet, moriens ille, ad meliorem migrauit uitam. Quem fama eſt, iam animam agẽtem, iureiurando amicos obſtrinxiſſe, ne à fœmina, quæ facinus tantum auſa fuerat, pœna quæpiam exigeretur. Ea in re Dominum ſuum æmulatus, qui dixit: Pater ignoſce illis, peccatum hoc, quia neſciunt quid faciunt. Hunc uitæ finem, poſt uaria multiplicia q; pro uera pietate obita certamina, conſequutus eſt Euſebius. Qui quum in Thracia barbarorum feritatem effugiſſet, impiorum hæreticorum manus euadere non potuit, ſed per illos coronam B
martyrij ſuſcepit. Atq; hæc quidem poſtea ſunt facta. Diuus uerò Meletius concordia iuriſiurandi ſacramento confirmata, Conſtantinopolim appulit, quũ eò multi conueniſſent epiſcopi, neceſſarium eſſe rati, ut diuinum Gregorium ex Nazanzo transferrent, eiq; epiſcopatum Conſtantinopolitanum cum ſumma poteſtate committerent.

Euſebius martyr pro perſequutrice multa moriens orauit.

Meletij et aliorum epiſcoporum cõuentus Conſtantinopoli.

CAPUT VI.

Gratianus in Occidẽte, Theodoſius in Oriẽte ad Iſtrũ feliciter pugnant.

IMperatores ambo, alter quidem in paternam imperij partẽ, quam ſibi & fratri reſeruauerat, ſe recepit: alter autem ad datam ſibi ditionem, Illyricum inquam & Orientales prouincias, eſt profectus. Atque utriq; res bellica ex ſententia ſucceſsit. Gratianus enim Almanos Occidentem uaſtantes deuicit: Theodoſius autem rurſus cum barbaris ad Iſtrum congreſſus, prælio eos ſuperauit. Qui uerò ex conflictu eo ſuperfuere, ſocios ſe deinceps Romanorum fore precibus interpoſitis polliciti, conditionibus pacis acceptis, & obſidibus datis, in Theodoſij poteſtatem uenere. Rebus hiſce rectè cõpoſitis, Conſtantinopolim is iturus, Theſſalonicam peruenit. Atq; ibi ſtatim letali morbo correptus, poſtquam ab Aſcholio, cui tum Theſſalonicenſis eccleſiæ adminiſtratio credita erat, initiatus & baptizatus eſt, meliuſculè habuit. Quòd namq; à maioribus ſuis acceptam Chriſtianam religionem coluerat, mirificè in Nicænis decretis acquieſcebat. Tum autem, quòd & Aſcholius ſententiã eam defendebat, admodũ delectabatur. Præterea uerò, quòd idem & uita & doctrina bonus, ad uirtutes omnes quas epiſcopalis requirit dignitas, appoſitus eſſet, atq; inſuper quòd gens Illyricorũ ab Ariana rabie abhorreret, magnopere lætabatur. Et Aſcholium de alijs populis, quam de religione obtinerent opinionẽ percunctatus, Occidentem omnem uſq; ad Macedoniam, & eccleſias eius, concordes eſſe intellexit, quòd omnes ex æquo cum patre Deum uerbum

Gratiani exercitus apud Argentariam Galliæ oppidũ Alamanorum circiter tria millia cecidit. Oroſ. Diacon.

Theodoſius Gothos ex Thracia expulit, & cum Athanaricho eorũ rege fœdus percuſſit. Id.

Theodoſius Theſſalonicæ ab Aſcholio epiſcopo æger baptizatus cõualeſcit.

Aſcholius optimus epiſcopus

Occidentales Eccleſiæ Catholicæ.

uerbum & ſpiritum ſanctum colerent, & apertè trinitatem ὁμοούσιον cõſubſtantialem profiterentur. Vlteriores uerò Orientalis imperij regiones uſq; adeò inter ſe diſſidere, ut diuerſæ etiam in uulgo hæreſes eſſent, & factiones. Conſtantinopolim uerò magis etiam quàm loca alia de rebus talibus blaterare, & magis Ariana peſte refertã eſſe didicit. Cuius rei cauſam quoq; Aſcholius addidit, Occidentem ſcilicet propterea malis eiuſmodi liberũ eſſe, quòd Conſtantinus Conſtantini maximus, & Conſtans minimus natu filius, ſucceſſoresq; deinde eorum Valentinianus & Gratianus ipſe, patriam fidem integram conſeruaſſent. In Orientem aũt uarijs ex partibus malum hoc peruenisſe dixit: quòd hæreſis author & dux Arius, Alexandriæ in Aegypto ortus, & presbyter ibi factus, blaſphemiæ & maledicentiæ uenenum ibi euomuerit: poſt hunc autem Euſebius [a] Cæſarienſis, & Patrophilus Scythopolitanus, & Aetius Syrus in Palæſtina geniti fuerint: Paulinus uerò, & Gregorius Alexandriæ epiſcopus, è Phœnicia prodierint: Theodotum præterea Laodicenſem, & ſucceſſorẽ eius Georgiũ, atq; huius rurſum Athanaſium, & quartũ Narciſſum Cilicia protulerit: qui malè iacta ſemina, ſeu potius zizania, ſiniſtra irrigatione fouerint. Inſuper uerò Bithyni fuerint Euſebius Nicomedienſis, & Theognis Nicænus, & Menophantus Epheſius, & Maris Chalcedonenſis, & Theodorus Perinthius: alios porrò, qui uitijs & malitia celebre nomen ſunt cõſequuti, Thracia dederit. Atq; hi omnes longo tẽpore praua dogmata rigarint atq; fouerint. Talib. uerò malæ ſemẽtis ſatoribꝫ nõ parũ momenti contulerit Conſtantij * facilitas (ne iuxta Gregoriũ theologum dicam †leuitas, religionẽ ſcilicet & pietatem ueritus) & extrema Valentis improbitas. Hæc ubi Theodoſius cognouit, imperio ſuſcepto in primis faciendum ſibi eſſe putauit, ut de eccleſijs in gratiã & concordiã redigẽdis cogitaret. Optimum uerò B eſſe ratus, ut ſententiã de Deo ſuam ciuibus & ſubditis ſuis declararet, ne cui uim inferre uideretur, religionem ſine lege ſequendam præcipiens, conſtitutionẽ ex Theſſalonica Cõſtantinopolim miſit. Inde enim ueluti ex ſumma quadam arce ſcriptũ ſuum per ditionem omnẽ, ad alias quoq; Orientis urbes omnino peruenturũ eſſe exiſtimauit. Cõſtitutio talis religionẽ eam cõplecti omnes iuſsit, quam ab initio Apoſtolorũ princeps Petrus docuit, quẽ tũ Damaſus Romanæ & Petrus Alexãdrinæ urbis epiſcopi ſequerent. Ad hæc inſuper ſignificauit, ſolã eam nominari Catholicã & uniuerſalem eccleſiam, quæ trinitatẽ ὁμοούσιον cõſubſtantialem diſertè & corde & ore deprædicaret. Diuerſum aũt ſentientes, hæreticos uocari, inutilesq; eſſe, & pœnam ſuſtinere debere, ſi publicè docere auderent.

A

B

Orientales in religione uarian tes.

Quia in Occidente Imperatores catholici fuere, propterea eccleſiæ quoq; ibi in officio permanſere.

In Oriente per epiſcopos hæreticos, & imperatores eis fauẽtes, Arianiſmus propagatus.

* σύνοδοι. † ἀιφόρους.

Theodoſij conſtitutio de Nicæna, eademq; Apoſtolica fide.

L. 1. C. de ſum. Trin. & fid. Cat.

[a] Theodoritus, Cæſarienſis non habet, lib. 5. ca. 7. Ego autem non Cæſarienſem Euſebium ut Arianum hic nominari, ſed Euſebium illum qui primùm Beryti, deinde Nicomediæ, & poſtremò Conſtantinopoli epiſcopus fuit, purum putum Arianum deſignari debere puto.

CAPUT VII.

HAc ibi lege lata, non multo pòſt ipſe quoq; Conſtantinopolim ſe contulit. Tum uerò Ariani adhuc eccleſias gubernabãt, Euagrio electo: quibus præfuit Demophilus. Gregorius autẽ Nazanzenus theologus, pro Euagrio eis qui trinitatẽ ὁμοούσιον conſubſtantialẽ profitenẽ, prænt, in ædicula quadam cõuentus agens. Quã religionis eiuſdẽ ſectatores quidam tum quidẽ in ſacrũ delubrũ cõmutarunt: aliquo uerò tẽpore pòſt, ex ea celebre templũ inter alias præclaras Dei eccleſias Conſtantinopoli eſt factũ, quod nõ tantũ pulchritudine & magnificentia reliquis præſtaret, uerùm etiã claritatẽ * ὑπερ τα ἀλλα ὑπερ. ex diuinis, quę in eo edita ſunt, miraculis conſecutũ eſſet. Vis enim diuina multis ibi * & reipſa clarè, & aliquando in ſomnis apparens, non uarios tantũ & incurabiles morbos repulit, ſed etiã grumnis & caſibus grauibus, quæ in hominũ uitam incidunt,

Conſtantinopoli Gregorius Nazãzenus in domo quadam Catholicos docet.

Ex ea domo primùm delubrũ, deinde eccleſia præclara facta, cui nomẽ Anaſtaſiæ indi tum.

Theodoſius Cõſtantinopolim uenit.

Miracula ingentia in ea edita.

A incidũt, multos liberauit. Ab hominibus autem bonæ fidei per manus nobis traditum eſt, CHRISTI matrem ſemper uirginem Mariam eam eſſe. nam eo habitu & forma eſſe multis uiſa eſt. Vocant autem ædem eam Anaſtaſiam, ſeu reſurrectionem, eam, ut conijcere licet, ob cauſam: quòd Nicænæ fidei dogma, quòd iam Conſtantinopoli propter ingentem uim & potentiam diuerſæ factionis interciderat, & intermortuum fuerat, rurſum ibi opera & ſtudio Gregorij excitatum reuixerit. Audiui quoque ex quibuſdam uera ſe dicere contendentibus, mulierem in eo templo grauidam ex ſuperioribus ambulacris decidiſſe, atq; interijſſe. Quum autem populus, qui tum ibi conuenerat, preces pro ea ad Deum fudiſſet, eam uitæ reſtitutam, nullo prorſus eo caſu fœtui illato damno reſurrexiſſe: atque inde loco ei cognomen inditum eſſe, quòd Deus ſcilicet opus id peregiſſet. Hæc hactenus.

Ratio nominis Anaſtaſiæ.

Vis & efficacia populi precum.

In eo tẽplo fœmina grauida ex ſuperiori loco delapſa, & mortua, precibus populi unà cum fœtu reſtituta eſt.

CAPUT VIII.

IMperator ſtatim cum mandatis ad Demophilũ miſit, qui ei denunciarent, ut uel Nicænæ aſſentiretur ſynodo, populumq; ad unionem & pacem complectendam adduceret: uel niſi hoc faceret, quamprimum ab eccleſijs diſcederet. Atq; ille minimè faciendum eſſe ratus, ut *Illos aduerſum, qui poſſent plura, ueniret:* conuocata multitudine, & Imperatoris ſententia ei promulgata, inter alia hæc dixit uerba: Fratres, quandoquidem diuinum præcipit oracullum, ſi nos perſequantur homines, ut ex ciuitate una tranſeamus in aliam: & Imperator nos ex oratorijs expellit: ſcitote nos die craſtino extra urbis muros eccleſiam & conuentum acturos. Atque hæc quum dixiſſet, abijt. & deinde ad mœnia urbis cum ſectatoribus ſuis conuenire, & ſacra peragere ſolitus eſt, non ita ut decuit Euangelica ſententia percepta. Fugientes enim huius mundi conuerſationem, ad ſummam urbem, cœleſtem Hieruſalem, anhelare nos, dictum id fortaſſe ſub obſcuriore ſignificatione iubet. Exijt uerò cum eo unà Lucius, qui quum Alexãdriæ Arianam hæreſim defenderet, eam ob cauſam inde pulſus, Conſtantinopoli morabatur, ubi Demophilus eccleſias reliquit. Imperator cum Gregorio eas ingreſſus, fauſta omnia per orationem apprecatus, eas illi commendauit. Erat is annus, in quo Gratianus in imperio quintùm, Theodoſius autem primùm conſul fuit. Ex quo autem Ariani ſacra templa tenuerant, anni non pauciores quàm quadraginta lapſi erant. Cæterùm Demophilus expulſus, in patriam ſuam Berrhœã ſe recepit. Theodorus Antiochia eiectus, in Thraciam, unde ortus fuerat, abijt. Itidem etiam Hypatius Nicæa Tyrum Syriæ, quæ eum genuerat, redijt. Et alij item aliò diſperſi ſunt. Porrò Antiochiæ Aſterius & Criſpinus presbyteri, & reliqui factionis eius quæ Theodori auſpicia ſequuta fuerat, conciliabulo coacto, ad quod etiam alij multi ex uicinis urbibus epiſcopi conuenere, legationem ad Eunomianos miſere, cõiunctionem cõmunionemq; eorũ ambiẽtes. Quibus illi per epiſtolam, ita ſe eos recepturos eſſe reſponderunt, ſi ſuffragia ſua, quibus Aetij lectionẽ & conſecrationem damnauerant, antiquarent, & ſcripta illius reciperent. Petierũt quoq;, ut uitam illi priùs luſtrationibus perpurgarent, quòd uidelicet impuris quibuſdã inſtitutis infecti eſſent. Hanc illi petitionẽ tum quidem receperũt. Poſtea uerò eò etiã producti ſunt, ut in eccleſiaſticis conuentibus Eunomio & popularibus factionis eius, per maledicta detraherẽt: μετεωρολέσχας, hoc eſt, de rebus cœleſtibus ſublimibuſq; cũ faſtu & inſolentia uerborũ nugantes, demẽtiaq; & improbitate plenos, qui ſibi talia prætendenda eſſe ſtatuiſſent, eos cognominãtes. Porrò Ariani, q; eorũ non mediocris eſſet multitudo, ex momento quod illis iam inde ab initio ſub Conſtantio & Valente acceſſerat, metu nullo

Demophilus Arianus eccleſijs Conſtantinopoli excedit & extra urbẽ cõuentus agit.

πρὸς πρέσβεις εἶπε φέρεσθαι.

Ariani epiſcopi paſſim epiſcopatibus ſuis abeunt.

Eunomiani eos certis conditionibus ſuſcipiunt.

Ariani rerum ſuarũ ſatagentes, Eunomianis ſe coniungunt.

Ariani deinde Eunomianos cõtumelioſe μετεωρολέσχας uocant.

Iidẽ rurſus cõuentus et eccleſias ſuas liberè agunt.

nullo cõuentus agebant. Et de Deo atq; eius substantia temerè disputabãt. Ani- A
mum quoq; Imperatoris ipsius, illi per factionis suę homines, qui in Imperiali au
la uersabantur, tentandum esse duxerunt: illi spe concepta, hunc quoq;, sicuti &
Constantium, in potestatem eorum adductum iri. Quæ res eis quoq; qui Catho
licæ Ecclesię erant, magnam attulit curam. Quapropter in maximo fuere metu,
Eunomij disputationibus uim suspectam habentes. Non ita pridem enim is, quũ
sub Valentis imperio à Cyzicenis dissidere cœpisset, & seipsum ab Arianorum so
dalitate segregasset, Chalcedonem Bithyniæ eregionè Constãtinopoli sitam, ubi
priuatus considebat, contulerat. Et multitudo ingens è Constantinopoli ad eum
uentitabat. Alij quoq; aliunde ad eum confluebant, qui partim de uita & doctri
na eius periculũ faciebant: partim si noui quidquam diceret, cupidè eum auscul-
bant. Et iam fama quoq; nominis eius ad Imperatorem peruenerat. Fuisset ille ad
colloquium etiam Principis admissus, nisi Dei amantissima ipsius coniunx Pla-
cilla, quæ iam inde ab initio decreta Nicæna constanter profitebatur, cura & stu
dio omni obsistendo hoc egisset, ne cũ illo prorsus colloqueretur. Maximè quip
pe uerita est, ne institutorum uitę illecebris, & uerborum ui atq; grauitate, Impe
ratorem ille in sententiam suam abduceret.

Animum etiã Imperatoris, ut cum ad partes suas traducãt, tentant.

Eunomius Chalcedone priuatus cum laude magna uixit.

Ne ad colloquium imperatoris is admittatur, Placilla Augusta sedulò cauet.

CAPUT IX.

Hæc quum ita fierent, ac eius rei studium apud Arianos uigeret, ma-
gnus Amphilochius, de quo antea quoq; mentionem fecimus, unus
ex eis qui tum Constantinopolim aduenerant episcopis, non ille qui-
dem in rebus agendis uersatus, sed alioqui senex uenerandus, atque
in rebus diuinis acri mente præditus, Imperatorem adijsse, eiq; ut Arianorum
conuentus ab urbibus semoueret, supplicasse dicitur. Imperator autem petitio- B
nem eam, quòd durior inhumaniorq; esse uideretur, non comprobauit. At sa-
piens ille senex tum quidem tacitus abijt, & consilio deinde sapientiore facinus
memoria dignum fecit. Quum nanque rursum cum reliquis episcopis in aulam
uenisset, & imperatorem ita ut decet, atque ut alij episcopi fecerant, piè & suaui-
ter admodum consalutasset: filium ipsius Arcadium, qui nuper ad Imperium le-
ctus fuerat, non eadem illi impertita reuerentiæ obseruantia, inhonoratum reli-
quit. Verùm ad eum accedens, & ueluti cum puero colloquẽs, manuq; eum de-
mulcens, Salue & tu ô puer, inquit. Imperator, quòd senem Amphilochium ru
diori animo esse, & rusticius agere existimaret, quomodo filium salutare debe-
ret, docuit. Atq; ille, sufficere ei honorem talem, dixit. Imperator autem ira per-
citus, & ueluti filius iniuria affectus esset, grauiter commotus, cum conuicio epi-
scopum abduci iussit. Ille porrò quamuis protruderetur, conuersus paululum,
cõsiliumq; in animo occultatum proferens: Vidés ne, inquit, ô Imperator, quàm
tu procaciter filio illatam contumeliam non fers, sed amarulenter propter sum-
missiorem compellationem, nos excandescis? Sic scilicet existimare te opor-
tuit, succensere etiam cœlestem Imperatorem, & patrem unigeniti, propter eos,
qui non communem illi tribuunt honorem, sed dissimilem & longè minorẽ pa-
tre uocare audent. Imperator quum inde rem actam intelligeret, & uerba ea ad-
miraretur, quam primum ad se sacerdotem Dei accersiuit, & ad pedes eius prouo
lutus, ueniam ab eo petijt. Necq; aliter quàm ipse dixisset, se rem habere, profes-
est. Atq; in ea sententia confirmatus, postea eos qui aliter quàm Nicææ statutũ
fuerat, opinarentur, auersatus est. Contentiones in foro & inanes conuentus in-
hibuit, disputationibus de Deo & natura eius finem omnino imposuit: & consti
tutione publicè proposita, periculũ qui ei non parêrent denunciauit: pœnam ei
quoq;

Amphilochius à Theodosio petit, ut Arianorum conuentus in urbibus inhiberet. Sed id non impetrat.

Idem debita reuerentia Arcadiũ in conspectu patris Imperatoris non prosecutus, re ipsa pulcherrimè Theodosio ostẽdit Dei patris, ob contumeliam unigenito filio suo ab Arianis illatam, iram.

Theodosius cõuentibus publicis sectæ Arianæ interdicit. L. 2. C. de sum. trin. & fid. Cath.

A quoq; qui contrà uenire ausus esset, cõminatus. Ita factum, ut Arianis & Euno-
mianis pulsis, τὸ ὁμοούσιον consubstãtialis fidei professores ecclesias moderarent.

CAPUT X.

Imperator Concilium Constãtinopolitanum indicit. Euocantur etiam Macedonian.

Proinde primo quoq; tempore synodum quoq; episcoporum Impe-
rator in locum unum, * ex imperij sui prouincijs duntaxat, conueni-
re iussit, ad Nicæna decreta confirmanda: atq; ut ibidem, cui nã Con
stantinopolitanæ ecclesiæ sedes committenda esset, deliberaretur.
Quòd autem Macedonianos uniuersali Ecclesiæ aggregari atq; uniri posse exi-
stimaret, quia nõ admodũ opinione sua de Deo, ab utraq; parte & factione, dissi
debant, eos quoq; ad conuentum euocauit. Et conuenerunt ab eis qui Trinitatẽ
ὁμοούσιον consubstantialem prædicãt, circiter centum & quinquaginta: alterius
autem sectæ triginta & sex, quorum plures ex Hellesponto erant. His præibant,
Eleusius Cyzicenus, & Marcianus Lampsacenus. Inter Catholicos præcipui e-
rant: Timotheus, qui Alexandriæ in locum Petri fratris sui, eiusdemq; Athanasij
successoris, surrogatus fuerat: Meletius Antiochiæ episcopus, qui pridem Gre-
gorij causa Constãtinopolim uenerat: & Hierosolymitanus Cyrillus, qui quum
antea Macedonij opinionem sequutus fuisset, tũ per pœnitentiã resipuerat: præ
terea Ascholius Thessalonicæ, Diodorus Tarsi, & suum rectè gerens nomen A-
cacius Berrhœæ, episcopi. Ii sanè omnes in Nicænis decretis acquiescentes, E-
leusium & populares eius in sententiam suam adducere conabantur: in memoriã
eis redigentes, quam ad Liberium miserãt legationem, in qua per Eustathium,
Syluanum, & Theophilum, se Nicænam fidem sequuturos receperant. Tum au-
tem, quòd sua ipsorum uoluntate, longo tempore se ab eorum communione nõ
segregassent: non rectè eos facere dicentes, quum semel flagrantibus animis ean-
B dem cum eis fidem susceperint, quòd ita rectè ab eis constituta rursum antiqua-
rẽt. At illi cohortatione tali spreta, quum apertè Arij opinionem iudicio suo me-
liorem censeri, necq; unquam fore ut patri filiũ ὁμοούσιον consubstantialem esse fa
terentur, quamuis aliter Liberio polliciti essent, dixissent, discesserunt: & ad fa-
ctionis suæ populares, ubicunq; in urbibus essent, ut nequaquam Nicænam fidẽ
complecterentur, literas dederunt. Qui uerò ab uniuersali Ecclesia stabant, ibi
manentes, de eligendo Constantinopolitano episcopo consiliũ habebant. Et pri
mus ibi Imperator Gregoriũ propter uitam & eruditionẽ præstantẽ admiratus,
dignum illum ea sede calculo suo iudicasse dicitur. Qua in re synodus ei, quòd uir
tutem eius uiri reuererẽt, suffragata est. Potissimùm uerò diuo ipsi Meletio ui-
debatur, Gregorio Constantinopolitanum episcopatum confirmandum esse,
hac in parte canone de episcoporum translatione, quem nonnulli consilium hoc
reprehendentes obijciebant, posthabito. Optimè quippe diuinus pater eorum
uirorum mentem & consilium, qui illum promulgauerant, tenebat. Synodus
namq; illa, ut occasionem * ambitus in ecclesijs præcideret, canonem eum propo
suerat, quod multa tum ex competitorũ ambitiosa prensatione prouenissent ma
la. Quòd si ambitus abesset, nihil prorsus extare impedimenti censuit, ut modò
uita aut doctrina multis alijs præstãtior, aut simul utraq; hæc constarent, aut cõ
munis denicq; & publica cum magna commoditate utilitas per translationem
in expectatione esset.

** Soz. li. 7. ca. 7. Catholicos episcopos conuocatos esse scribit: Ex imperij Theodosij prouincijs duntaxat, non addit.*

Numerus episcoporum.

Catholici Macedonianos in sententiam suã adducere contendunt.

Alij in hac synodo centũ octo Patrum, Macedoniũ etiam damnatiũ esse scribũt, spiritum sanctum Deum esse pernegantem.

Macedoniani opinionẽ suam retinentes, ex cõcilio discedunt.

Mẽs & sententia Canonis Nicæni de nõ trãsferẽdis episcopis.

Gregorius Nazanzenus episcopus Constãtinopolitanus designatur. Meletio censente, & Imperatore approbante.

* πλεονεξίαν

CAPUT XI.

Gregorius sedem Constantinopolitanam recipit.

Regorius sanè primùm munus episcopale suscepit, & thronũ cõscen
dit, Quomodo enim tot & tantorum uirorum cohortationem despi
ceret? Et gregem, quem exiguum receptum, frequẽtissimum fecerat,
euangelicis humoribus rigãs fouit: eosq; qui extra illum oberrarent,

Ee uerbo-

uerborum sagena captos ad ouile adduxit. Vbi uerò paulo pòst quosdam, & eos maximè qui ex Aegypto aduenerant, electioni suæ intercedere, eamq; reprehendere sensit, oratione ad eos synodali habita, episcopatum rursum deposuit. Post quam enim ab ipsa statim synodo, & episcopatus trãslatione, diuinus Meletius ad uitam lætiorem transijt: & à mulris, præcipuè uerò à Gregorio Nyssenæ ecclesiæ luce, funebribus orationibus est concelebratus: episcopi Aegyptij secessionem fecere, inter alia illud carpentes, quòd Gregorius, quum paternum antea episcopatum & Nazanzenam ecclesiam administrarit, ad Constantinopolitanam tum sedem euectus esset. Et iam Timotheus Alexandrinus Maximũ quendam Cynicum philosophum, Gregorij quidem discipulum, * Apollinaris autem labe maximè infectum, in abdito loco, apud Choraulæ cuiusdam domum, Cynico càpillo eius inciso, pastorem Constantinopolitanum legerat atq; consecrarat. Verùm qui tum ibi congregati erant, facinus tam absurdum reprobantes, haudquaquam consecrationem eam laudarunt. Nam plerique uiri diuino ardore & spirituali sapientia pleni erant, qualis Helladius ille fuit, Basilij magni successor; Gregorius, & Petrus, eisdem cum Basilio parentibus orti: Amphilochius Iconij, quæ Lycaoniæ urbs est: Optimus Pisidiæ, Diodorus Ciliciæ, Pelagius Laodiceæ: Eulogius Edessæ, Acacius Berrœæ, Isidorus Cyri, Cyrillus Hierosolymorum, Gelasius Cæsareæ Palæstinæ, Acacij, qui Eusebio Pamphili substitutus fuerat, successor, & alij quamplurimi episcopi, egregij uirtutis athletæ & concertatores, doctrinam uita ipsa exornantes. Qui omnes factum tale execrantes, se ab Aegyptijs seiunxerunt, & Gregorio magno affuerunt. Nam unà cum eo conuentus, & sacra, & ritus ecclesiæ, recepto more omnes liberè peragebant. Quos diuinus Gregorius, si quis alius, & ipse humanus & humilis, maximè adhortatus est, ut concordiam & pacem inter se, cuius gratia conuentus quoque coactus esset, colerent, eam'que iniuriæ hominis unius, quam contemnere deceret, præferrent. Ego enim, inquit, curis multis liberatus, exoptatam mihi dudum & gratam quietem persequar. Et uobis simul, post diuturnum illud & inexpugnabile bellum, tanto studio expetita pax continget. Meo quidem iudicio perabsurdum esset, si nuper admodũ hostilis pugnæ periculo defuncti, arma inter nos ipsos sumeremus: & sicuti sors ferret, tela temerè conijceremus, robur'que omne in quibus minimè decet certaminibus consumeremus. Sic scilicet hostibus quoq; ipsis, ut clade nostra lætarentur, causam præberemus. Quapropter si consilium meum sequi uoletis, uiro alicui per disquisitionem inuento, qui diuina mente præditus, sede hac dignus sit, qui'que Deo actiones eius gubernante, ritè omnia & ordine faciet atque constituat, ecclesiæ præfecturam committetis. Contra uerba hæc, quum quod dicerent, non haberent, uel inuiti ei cesserunt. Et confestim Maximum Cynicum episcopali dignitate nudatum atque excommunicatũ, ædibus sacris eiecerunt, quùm quòd præter rationem illegitimè thronum inuasisset: tum maximè, sicuti dictum est, quòd Apollinaris uæ cordibus intemperijs agitaretur. Gregorius autem sede relicta, in patriam Nazanzum reuersus, uitã quietam * priuatus transegit: neq; cuipiam, eo quòd sua sponte throno cesserit, scandali siue offendiculi occasionem præbuit. Sed enim uirum hunc longè sapientissimum, quùm alias ob res omnes ualde, tum uerò hac ipsa de causa non minus admirari libet. Neq; enim eloquentia, qua plurimùm pollebat, ad superbiam elatus est: neq; ab inani gloria uictus, administrationem ecclesiæ tantæ expetiuit, quam ipse, quum propè iam interijsset, ad eam rursum amplitudinẽ doctrina sua prouexerat: sed illico episcopis depositum reddidit, neque labores quos pertulerat, aut pericula quæ aduersus hæreses per intestinum bellum pugnana

Sed breui eiusdem ius, propter Aegyptiorum episcoporum inuidiam, resignat.

Oratio Gregorij Nyssen. in eius funere.

Meletij obitus.

Timotheus Alexãdrinus Maximum philosophum Cynicum episcopatui Cõstantinopolitano præficere conatur.

Id ei non succedit.

Præclari eius conuentus episcopi.

Sozomenus Maximũ Nicenæ fidei professorẽ fuisse scribit, lib. 7. cap. 9.

Alij episcopi ex tra Aegyptios, Gregorio fauent.

Deus bone, quàm libenter uir sanctus episcopatum primarium deponit, & publicæ paci dignitatẽ suam post habet.

Alium pro se episcopum legẽdum suadet.

Cõcilium Maximum Cynicum excommunicat.

Gregorius Nazanzum reuersus.

* Ἀπράγμων καθ' ἑαυτὸν.

Summa animi in eo uiro moderatio.

A gnans adierat, prætendit: quum quidem ut sedem eam retineret, & ecclesiam Cõstantinopoli administraret, alio iam Nazanzi episcopo declarato, uel parum, uel nihil prorsus impedimenti esset. Atque synodus quidem mores priscos conseruans, id quod ei in manus tradiderat, ab ipso non inuito recepit: nihil omnino diuinas dotes, quæ in eo uiro erant, morata.

CAPUT XII.

CAeterùm maxima cura & deliberatio Imperatori & episcopis incumbebat, Imperatore potissimùm eos cohortante, ad diligentem exactam'q; disquisitionem adhibendam, ut quàm optimus atq; honestissimus uir inueniretur, cui urbium maximè rectæ administrationis committerentur habenæ. Porrò synodus hac in re non eundem quem Imperator obtinebat animum. Pro se enim quisq;, ut ex necessarijs suis & amicis quispiam honorẽ sedis eius consequeretur, laborabat. Quod consilium quum episcopi omnes texerent, Nectarius quidam Tarsi Cilicum ortus, primariæ nobilitatis uir, senatoriaq; dignitate clarus, & humanitate morum admirationem omnium promeritus, tum autem prætoris magistratu & honore conspicuus, Constantinopoli degens, in patriã iamiam iturus, ad Diodorum Tarsi episcopum uenit, ut ab eo, sub cuius scilicet episcopatu censeretur, cum precatione * benedictionem acciperet: atq; si opus esset, literas eius secum ferret. Et commodùm tum accidit, ut Diodorus secum ipse consideraret, quem'nam ad functionem propositam eligi conueniret. Et Nectarium ingredientem conspicatus, statim illum in animo suo idoneum ad sedem eam suscipiendam, iudicauit. Et intra seipsum affectione propensus in eum fuit, canitiem illius uenerandam cernens, speciemq; episcopo dignã, morumq; simul humanitatem eximiam perpendens. Et alio quodam sub prætextu eum ad episcopum Antiochenum adductum, mirificè laudauit: & illum ut secum ei faueret, rogauit. Ille uerò, quòd multi præclari uiri designati essent, ueluti in re graui & seria apud seipsum subridens, Diodori suffragium abrogauit: Nectario tamen nihilominus uocato, paulisper eum secum manere iussit. Interea Imperator in charta describi iussit eorum nomina, quem quisq; aptum esse ad tantam ecclesiæ scapham gubernandam putaret: ut sibi illis in scripto repræsentatis, unius ex omnibus eligendi potestas relinqueretur. Et alij quidem alios, pro ut cuique uisum erat, annotarunt. Antiochenæ uerò Antistes ecclesiæ, postquam ex sententia sua quos uolebat in libello nominauit, extremo loco, ut Diodoro gratificaretur, Nectarium etiam subiecit. Imperator charta in manus accepta, in qua designatorum nomenclatura descripta erat, ubi ad Nectarij nomen peruenit, constitit. Et altius, more suo, rem mente reuoluens, secum ipse consultauit: & digito Nectarij nomini impresso, denuò eorum qui calculos & suffragia episcoporum meriti fuerãt, nomina percurrens, ubi rursum ad Nectarium peruenit, diu multum'que re deliberata, eum ipsum præ omnibus sede ea dignũ esse censuit. Ad id factum obstupuere omnes, uerbis'que & ore omnium quærebatur, Quis'nam Nectarius iste esset, quæ studia eius, atq; unde ortus esset? Vt uerò nondum * quoque initiatum esse cognouerunt, amplius etiam admirati, & ad Imperatoris iudicium animis consternati sunt. Ego quidem id etiam Diodorum ignorasse puto; neque enim credibile est, non initiato eum suffragari tam opere ausurum fuisse. Sed illum iam canum, ut æquum fuerat, initiatum fuisse opinatus est. Ego uerò non sine nutu Dei hoc accidisse puto. Atque ubi id Princeps quoque resciuit, quamuis ex episcopis multi contrà niterentur, in sententia tamen sua ille conquieuit. Postquàm uerò, qui conuenerant, omnes Imperatoris

Fauor etiam in electionib. episcopalibus obtinet.

Nectarius uir prætorius, profanus, & nondũ baptizatus, mirificè episcopus Constantinopolitanus, præter opinionem omnium, Imperatore maximè compro bante, eligitur.

* ἀχειροτόνητον.

* ἀμύητον.

toris calculum confirmarunt, extemplò Nectarius baptismo initiatus, atq; etiam A
num mystica ueste indutus, communibus synodi suffragijs episcopus Constanti
nopoli declaratus est. Hæc sic accidisse, Deo tanquam instrumento ipso Princi
pe utente, à multis creditum est. Sed uerum ne id sit, an secus, affirmare certò non
possum. Mihi quidem ipse persuaserim, rem tantam non sine prouidentia diui
na actam esse, quùm propter insolitum nouumq; electionis & cõsecrationis mo
rem, tum propter earum rerum quæ consequutæ sunt magnitudinem, coniectu
ram hanc faciens. Quòd namq; placidus, & in rebus omnibus bonus fuit, uerisi
mile est, Deum illi per synodum tantam episcopatum commisisse. Consecratio
quidem Nectarij tale consecuta initium, auspicatum quoq; habuit finem.

Mystica baptismatis uestis.

CAPUT XIII.

Senatusconsulta Synodi Constantinopolitanæ. Patriarchatus constituti.

POstea episcopi omnes unà cum Nectario congregati, ut Nicænæ fi-
dei decretum certum esset, constituerunt. Hæresim omnem damna-
runt: & prouincijs diuisis, Patriarchas constituerunt. Sanxerunt
quoque iuxta ueteres Canones, ut episcopi in ecclesijs suis manen-
tes, non temerè in aliarum diœcesium fines transirent, néue se illegitimis conse-
crationibus non uocati ingererent: id quod antea, quum uniuersalis Ecclesia
persequutionibus exagitaretur, factum fuerat. Quæcunque uerò apud quos-
que acciderent, ut gentis eius synodus pro arbitrio suo ea ordinaret & statue-
ret. Præterea, ut secundum Romanæ urbis episcopum, Constantinopolitanus
antistes * primum ac præcipuum obtineret honorem, ut qui nouæ Romæ cu- *πρεσβεῖον.*
rator sit. Non enim urbs ea tantum ita nominata est, & populi honoribus magi- B
stratibus que exornata, uerum etiam signis moribus que & legibus cum Roma-
nis in Italia eisdem gloriatur, atque utrique ex æquo paria sunt & dignitatis præ
mia & honorum iura. Igitur diœcesibus ordinandis Nectarius quidem
Thraciam sortitus est, & Megalopolim. * Ponticam autem diœcesim à Bithy-
nia usq; ad Armenios, Helladio, qui Basilio in Cappadocia successerat: & Gre-
gorio Nyssæ, quæ & ipsa Cappadocũ ciuitas est, episcopo, attribuerunt. Pro-
uinciam autem Melitinensem Otreio reliquerunt. Asianam uerò administra-
tionem Amphilochius Iconij, & Optimus Antiochiæ in Pisidia episcopi accepe
runt. Aegyptus porrò sub Timotheo Alexandrino permansit. Gubernationem
autem Orientalium ecclesiarum episcopis earum permisere, uidelicet Pelagio
Laodicensi, & Diodoro Tarsensi. Antiochiæ uerò soli sua relinquentes * priui- *πρεσβεῖα.*
legia, Meletio etiam adhuc superstiti tribuerunt. Vrbibus autem circa Thra-
ciam & * Scythiam sitis, Terentium Tomitanum & Martyrium Marcianopo- * *Mihi sub Scythiæ nomine Gothorũ prouincia significari uidetur.*
litanum præfecere. Quos quum Imperator omnes uisos collaudasset, sententia
sua calculos quoque eorum comprobauit. Et erat eorum illustris gloria: quip-
pe qui ecclesias, pro eo atque par est, administrarent. De Maximo uerò decre-
uere, ut neque esset, neque nomen episcopi haberet: quos uerò consecrasset cle-
ricos, & quæcunq; egisset, irrita ut omnia essent. Constitutione quoq; Impera-
tor sanxit, ut firma & perpetua esset Nicænæ fidei authoritas, atque ut omnes
omnium locorum ecclesiæ illis committerentur, qui in subsistentia trium eiusdẽ
honoris & eiusdem gloriæ personarum, diuinitatem unam patris & filij & spíri- *L. 2. C. de sum. Trin.*
tus sancti profiterentur. Et canonibus quibusdam ecclesiarum exornandarũ gra
tia promulgatis, etiam spiritus sancti gloriam, utpote similem atque æqualem pa
tri & filio, sancto Nicænæ fidei symbolo adiecerunt; Gregorio Nisseno id quod
illi deesset supplente.

Ab episcopo Romano Constantinopolitanus inter reliquos antistites primatum obtinet.

Per Megalopolim hoc est magnã urbẽ Constantinopolis hoc loco intelligenda.

Constantinopolis ubi Romæ æquata.

Patriarchatuum siue diœcesium ordinatio.

** Apud Sozomenũ est Diœcesim illã Ponticam à Bithynia usq; ad Armenios esse cõcessam Helladio Cæsariensi, & Gregorio Nysseno, et Otretino Melitinẽsi, episcopis. lib. 7 ca. 9.*

Maximo Cynico dignitas adempta.

Canones Ecclesiastici. Supplemẽtum Symboli Nicæni de spiritu sancto.

His

CAPUT XIIII.

A HIs ita actis, simul & synodus finem suum habuit, & reliqui episcopi
ad sedes suos redierunt. Nectarius autem Cyriacum Adanæorum
episcopum secum retinuit, ut episcopalem disciplinam ab eo addisce-
ret. hunc enim ad breue tempus à Diodoro Tarsensi petierat. At ille
non hunc solũ, sed & alios plurimos Cilices apud eum reliquit. In quibus & Mar
tyrius, medicus optimus, erat: quem commissorum in iuuenili ætate peccatorũ,
sibi conscium habebat Nectarius. Eum tum in diaconorum numerum coopta-
re studebat. Martyrius uerò ministerij eius functionem refugiebat. Affirmabat
namq;, indignum se esse tanto munere, testemq; uitæ malè peractæ ipsum Necta
rium laudabat. Et ille: Quid, inquit, existimas? Ego qui nunc episcopus sum, an
non iuuenis aliquando inconsideratè magis quàm tu uitam egi? Teipsum testem
facio, qui administer mihi improbæ sæpe libidinis fuisti. Martyrius porrò: At tu
uir beate, ait, nuper admodum per baptismum omnem labem abluisti, quũ etiã
episcopalem dignitatem es consequutus. * Vtrumq; uerò, & sacrum lauacrum,
& munus episcopale, delictorum esse remedium & expiationem, ex sacris nouí-
mus constitutionibus. Ac tu quidem nunc nihil mihi differre uideris à recens ge-
nito infante. Ego uerò iamdudum diuino purgatus lauacro, eundem per libidi-
nem uitæ cursum tenere perseueraui. His dictis, sacerdotij non subijt iugum.
Cuius quum non possim deprecationem pulchram non laudare, ut partem ali-
quam etiam hoc loco in præsenti historia obtineret, uolui. Post synodum ce-
lebratam, ubi Imperator cognouit, quid Paulo Constantinopolitano olim epi-
B scopo accidisset, ut scilicet in exilio ab Arianis suffocatus enectusq; fuerit, trans-
lato honorificè corpore eius Cõstantinopolim, in templo id reposuit, quod Ma-
cedonius, qui insidiatus illi fuerat, construxit. Id nunc quoq; appellationem Pau
li retinet, maximum atque præclarissimum, & quodammodo à paucis alijs secun
das ferens. Qui uerò rem eam ignorant, diuum Apostolum Paulum conditum
ibi esse arbitrantur. Sub idem tempus, sacræ etiam Meletij reliquiæ Constanti-
nopoli Antiochiam sunt perlatæ, & proximè apud martyrem Babylam reposi-
tæ. Dictum autem est, Imperatoris iussu corpus eius in publicis uijs omnibus,
præter Romanorum morem, intrà urbium mœnia receptum: precationibusq;
& psalmodijs alternis in urbibus decantatis, donec Antiochiam pertigit, hono-
ratum esse. Tantum uerò uiri huius desiderium in animis hominum omnium re-
lictum esse ferunt, ut illius formam & effigiem in parietibus & tabulis depingi, &
in annulis exculpi curauerint. Meletius quidem tanto cum honore humatus
est. Cui, ad gregem illius pascendum, Flauianus substitutus est: iusiurandũ, quo
obstrictus fuerat, paruifaciens. Paulinus enim adhuc uiuebat. Proinde urbem
Antiochenam, quæ paululum conquieuerat, turbæ rursum exceperunt. Multi
namq; à Flauiano descisentes, Paulino se adiunxerunt. Cuius sanè rei gratia,
Noua diſſẽsio in ecclesia Antiochena. non solum Antiocheni ipsi, uerùm etiam uicini circumcirca episcopi, inter se dis-
sensere. Aegyptij namq;, Arabes, & Cyprij, propter Paulinum, ueluti iniuria is-
affectus esset, indignabantur: Syri autem, Phœnices, Palæstini, & qui Armeniã,
Cappadociam & Galatiam incolunt, quiq; ad Pontum Euxinum sunt, maximæ
* ex parte Flauiano fauebant. Porrò Damasus Romæ episcopus, & Occidenta-
les antistites, Flauiano plurimùm succensebant: & ad Paulinum scribentes in e-
pistolis, quas Synodales appellare mos est, ei nomen presulis Antiochenæ eccle-
siæ tribuebant, Flauianum autem prorsus auersabantur. Necq; uerò minus Dio-
dorum Tarsensem, & Acacium Berrœum, qui illi manus imposuerant, accusa-

** Occidentales episcopi Flauiano & ordinatoribus eius infensi.*

Nectarius episcopalem sanctionem addiscit.

Martyrius propter malè actam uitã & baptismũ prophanatum, persuaderi à Nectario non potest, ut presbyteri suscipiat dignitatem.

ἐπιφέρεται γὰρ καὶ βάπτισμα ἀναφαιρέτως, τὸ θεῖον ἐνομοθέτησεν. Sozom.

Ossa Pauli Cõstantinopolitani martyris Cõstantinopolim relata.

Pauli templum ibidem.

Meletij corpus Constantinopoli Antiochiam deportatum summo cũ honore.

Desiderium hominũ erga Meletium defunctum.

Flauianus Antiochiæ, cõtra iurisiurandi sacramẽtum, episcopatum post Meletij mortẽ suscipit.

Dissensio ea in uicinas etiam regiones progressa.

bant: quos etiam à communione excluserunt. Vt uerò certius rem eam cognoscerent, & ipsi & Gratianus ad eos literas dederunt, ex Oriente in Occidentem eos euocantes. A

CAPUT XV.

Propter Arianorũ reiectionẽ nouæ in ecclesijs turbæ exortæ.

EOdem tempore, quum Ariani ex sacris ædibus deturbarentur, & Catholici in possessionem earum uacuam inducerentur, non paruæ exortæ sunt turbæ. Quapropter Imperator Theodosius exiguo à priore synodo temporis interuallo, antesignanos uigentium tum hæresium rursum conuocauit, ut alterum istorum fieret: uidelicet, ut uel ipsi alijs opinionem suam persuaderent, uel ab alijs persuaderentur, de rebus quæ in controuersia essent. In unam eandemq; sententiam omnes adductum iri ratus, si in publico auditorio opiniones dubię per disputationem discuterentur. Quum autẽ uniuersi conuenissent, (factum id eo anno, quo filium Arcadium Augustum renunciauit) consilium de synodo celebranda cum † Nectario Constantinopolitano communicauit, cohortatus, ut quæstiones undè hæreses orirentur omnes, in publicam deducerentur disputationem, quo quùm una fieret ecclesia, atque unum inter omnes consentiens constitueretur dogma, tum uniuersi religionem, ita uti decet, colerent, neque quidquam controuersiæ relinqueretur. Nectarius plurima secum animo reuoluens, Nouatianorum episcopum Agelium accersijt, eiusdem cuius ipse erat de consubstantiali sententiæ uirum: qui *quòd factis potius uirtutem declararet, & à uerborum nugamentis & fastu alienus prorsus esset, alium uicem suam ad disputandum deligendum quid facto opus esset, atq; etiam (si hoc usus ferret) ad disputandum, designauit, Sisinium nomine, qui tum in lectorum ordine enitebat, & breui pòst episcopatum eius suscepit, hominem ad inueniendum perquàm ingeniosum, & ad id quod inuenisset eloquendum ualde cõmodum: nec minus ad arcanos & latentes sacræ scripturæ sensus inquirendum, cosq; copiosè suaui lingua exponendum, sanequàm idoneum, nec non prophanæ simul & sacræ philosophiæ egregiè peritum. Is, quod rectissimè tum dicere uisus est, suasor fuit, ne qua cum eis qui aliter opinarentur, susciperetur disputatio, ut quæ aliam ex alia rixam & contentionem parere soleret: sed ut illi interrogarentur, an eos sacrorum oraculorum interpretes, qui prius extiterint, quàm dissensio in ecclesijs orta sit, admitterent. Ac si quidem sententias illorum reijcerent, tum fore dixit, ut eos etiam factionis suæ populares eijciant. Sin uerò idoneos illos ad declarationem seu decisionem controuersiarum esse putarent, statim illorum libros in medium proferri debere. Atque hoc sic suasit, quòd certò sciret, ueteres quum in diuinis literis coæternũ patri filium inuenerint, haud quaquam ab initio aliquo generationem eius incepisse, dicere ausos fuisse. Vt autem & Nectario & Imperatori optimum hoc consilium esse uisum est, omnibus coactis, cognoscere primùm, quid de ueterum scriptis illi sentirẽt, tentauit. Atq; ubi illi clamore & admiratione suam erga illos affectionem & pietatem indicarunt, apertè pronunciauit: Si testes illi dogmatis classici & idonei essent, facile eos quæstionem rei cuiuslibet decisuros, si ipsi in eo acquiescerẽt, quod illi de controuersijs eiusmodi & senserint & dixerint. Quandoquidem autem etiam de eo hæresium duces dissentiebant (nõ omnibus enim eadem de ueterũ opinionibus sentẽtia erat) rem secum ipse perpendens Imperator, intellexit propterea illos propositam sibi conditionem repudiare, quòd disputationibus suis confiderent.

Theodosius Concilium aliud ducibus hæresium euocatis Constantinopoli cogit.

Arcadius Augustus renũciatus.

Nectarius Agelium Nouatianũ episcopum in cõsilium adhibet.

Agelius uitæ sanctitate quàm disputationis cõtentione clarior.

τὸ κρεῖττον τῶν δύο ἐργον φέρων. παρέφερον δὲ καὶ τερθείας λόγων ἀφορμάς. Sozom.

Agelius in consilium ad Sisinium lectorẽ suum mittit.

Optimũ Sisinij consilium, quomodo contra contentiosos hæreticos sit procedendum.

Consilij eius certa ratio.

[redacted]

Quam ob rem iniquam sententiam eorum molestè ferens, hæresim quamque libellum,

† Idem cum Nectario, de eo per publicam disputationem celebrando consultat.

A libellum, opinionem cuiusq; complectentem, offerre sibi iussit. Atq; ubi dies constituta aduenit, ex eis qui trinitatem ὁμοούσιον consubstantialẽ profitentur, Nectarius affuit, & Agelius: ex Arianis autem, Demophilus. Hæresis suæ nomine, Eunomius. Eleusius autem Cyzicenus, Macedonianorum partes propugnans. Porrò Imperator opinionibus hæreticorum omnibus perlectis, solam admiratus est, & ueram esse iudicauit, quæ trinitatem ὁμοούσιον consubstantialem deprè
† dicat: reliquas uerò ut ueritati repugnantes, conscidit. Enimuerò eis qui Nouati hæresi laborant, nihil aduersi accidit: quippe qui Ecclesiæ Catholicæ, præterq; in re una, consentirent, & ὁμοουσίῳ consubstantiali admodum inhærerent. Reliquæ autem hæreses grauiter episcopos suos accepere, quòd non satis considerãtè cum Imperatore egissent. Plurimi etiam ex eis, opinione illorum spreta, ad sententiam laudatam transiere. Deinde Imperator legem tulit, ne à consubstantialis fidei professione abhorrentes, conuentus aliquos ecclesiasticos agerent: nè ue postea de fide docere auderent, aut eligendi consecrandiq; quempiam, potestatem haberent. Sanxit præterea, ut illi partim ex agris & urbibus pellerentur, partim *ærarij fierent, neq; quicquam cum reliquis ciuibus commune haberent. Constitutionibus ciusmodi pœnas graues addidit, si quenq; contra decreta sua commisisse, comperisset. Sed eas executioni non mandauit: metum enim tantum hæresium studiosis incutere uoluit. Et id maximè studio habuit, ut populi imperio eius subiecti, eandem secum de Deo obtinerent opinionem. Quapropter magno etiam eos prosequutus est honore, quos ab hæreticis ad ecclesiam uniuersalem transijsse cognouit. Quũ synodus Constantinopoli iterum, sicuti dictũ est, sub Imperatore Theodosio ageretur, ex Occidente literę uenerunt, ut ipsi quoq;
B Romam ad cõcilium ibi maximum institutum, in quo de rebus etiam Antiochenis inter Paulinum & Flauianum decideretur, uenirent. Cæterùm qui Constantinopoli congregati erant episcopi, profectionem Romanam ut incommodam detrectarunt. Epistolam autem scripserũt, in qua excitatam in ecclesia ab hæreticis procellam maximam expositam fuerũt: & aliquantulum negligentiam & incuriam illorum perstrinxerunt, summatimq; Apostolicam sententiam inseruerunt. Sed uirilem eorum animum, ueramq; sapientiam, illæ ipsæ literæ declarabunt, in hęc uerba conceptæ.

Iubet Imperator hæresim quamq; opinionem suã in scriptum relatam sibi exhibere.

Libellũ catholicorum approbat, reliquos concerpit.

Aliæ hæreses duces suos, ut parum prudenter cum Imperatore egissẽt, reprehendunt.

Orientalium antistitum scriptũ ad Occidentales.

† Nouatiani in sententia τῶ ὁμοουσίου Catholicis assentiuntur, & propterea à Theodosio damnati non sunt.

CAPUT XVI.

Nouæ Theodosij contra hæreticos constitutiones.

L. cuncti hæretici. eũ Ll: sequẽtibus. Eod.

Theodosius Orthodoxos præcipuè honorauit.

Accipiunt Orientales episcopi Constantinopoli ab Occidentalibus synodalem epistolam, qua Romam ad concilium euocantur.

» REuerendissimis dominis, & maximè pijs fratribus atq; collegis, Damaso, Ambrosio, Brittoni, Valeriano, Ascholio, Anemio, & reliquis sanctis episcopis, in magna urbe Romana coactis: sancta synodus orthodoxorum & rectè sentientium episcoporum in magna urbe Constantinopolitana congregatorum, in Domino salutem. Pietatem uestram tanquam ignaram docere, & ærumnarũ uim nobis ab impotenti dominatione Arianorũ illatarum cõmemorare, superfluum fortasse est. Non enim existimamus pietatem uestram, res nostras tam nihil ad se pertinere iudicare, ut de eis commonefacienda sit, in quibus condolere eam nobiscum oportuit. Neq; tales sunt quas pertulimus tempestates, ut latère tenuitate sua potuerint. Et tempus persequutionum propinquum, recentem adhuc memoriam conseruat, non eis tantum qui afflicti sunt, sed etiam qui per charitatem afflictorum miserias, suas ipsorum ærumnas esse reputant. Heri nanque, ut ita dicamus, & nuper admodum, alij quidem exilij uinculis soluti, ad ecclesias suas per afflictiones

Grauiter in Oriẽte Catholici ab Arianis afflicti.

innumerabiles redierunt. Quorundam autem in exilio defunctorum relatæ A
sunt reliquiæ. Quidam etiam post reditum, quum in feruentem adhuc hæretico «
rum incidissent furorem, acerbiora quoque domi, quàm in longinquis & a- «
lienis terris, mala pertulere: lapidibus ad necem usque, sicuti beatus Stepha- «
nus, obruti. Alij uarijs concisi uerberibus & flagris, stigmata & notas adhuc «
CHRISTI & uibices in corpore circunferunt. Pecuniarum uerò mulctas, & «
excussiones urbium, & priuatorum bonorum publicationes, insidias structas, «
contumelias, & uincula, quis nam enumerare queat? Reuera profectò in nobis «
afflictiones multiplicatæ sunt supra numerum, fortasse uel quòd peccatorum «
pœnas persoluimus: uel quòd benignus Deus pro suo in homines amore, per «
tantam uim & multitudinem malorum nos exercuit. Quo nomine Deo agi- «
mus gratias, qui per tot & tantas afflictiones seruos suos castigarit, & secun- «
dum multitudinem miserationum suarum nos rursum eduxerit in refrigerium. «

Pij afflictionibus tolerandis uel pœnas commeritorũ luũt, uel ad patientiã exercẽtur. Gratiarum actio in aduersis.

Nobis uerò diuturno opus esset ocio, & tempore multo, ad ecclesiarum re- «
stitutionem, ut perinde atque ex longa ægritudine, paulatim sedula cura eccle- «
siæ corpus confirmantes, ad pristinam ualetudinem & sanitatem reducere- «
mus. Quanquam enim maximè à uehementi iniuria persequutionum uide- «
mur esse liberati, & ecclesias diutius ab hæreticis detentas nuper recuperaui- «
mus: graues tamen adhuc nobis imminent lupi, qui etiam ex ouilibus depulsi, «
in syluis & saltibus greges diripiunt, conuentus contra nos cogunt, uulgi se- «
ditiones mouent, & nihil quod in ecclesiarum detrimentum cedat, non tentant. «
Quapropter, quod diximus, ampliore nos ocio & tempore longiore abunda- «
re oportebat. Sed enim quum fraternã uestram erga nos pietatem conseruantes, «
& dilectionem exhibentes, indicto Romæ de uoluntate Dei concilio, per Dei B
amantissimi Imperatoris literas: nos quoq; ut membra uestra propria, eò euoca «
ritis, ut posteaquã tum quidem soli nos calamitatibus addicti atq; adiudicati fui- «
mus, nunc tandem in consentienti ipsorum Imperatorum de uera pietate con- «
cordia, non sine nobis regnetis: sed & nos unà uobiscum, iuxta Apostolicam uo- «
cem, regnemus: in uotis nobis erat, si fieri posset, ut simul omnes ecclesijs reli- «
ctis, seu desiderio seu usui uestro, per gratificandi studium satisfaceremus. Quis «
enim nobis alas ueluti columbæ tribuat, ut uolitemus, & ad uos perueniamus? «
Quum uerò id, si ficret, prorsus ecclesias nudaret, quæ nuper renouari cœpe- «
runt, & res hæc multis omnino impossibilis sit. Conuenimus nanque Constanti- «
nopolim literis proximis adducti, quas reuerentia uestra post synodũ Aquileien «
sem, ad Dei amantissimum Imperatorem Theodosium dedit, ad solam hanc, Cõ «
stantinopolim usq;, profectionẽ instructi, & de una hac synodo ab eis qui in pro «
uincijs permansere episcopis, assensionem acceptam habentes. De longiore aũt «
profectione neq; necessitatem aliquam expectauimus: neque quidquam omni- «
no prius audiuimus, quàm Constantinopoli conuenimus. Ad hæc, ea est consti- «
tuti temporis angustia, ut neq; ad iter longius nos instruẽdi spacium habeamus: «
neq; omnes in prouincijs communionis nostræ episcopos, de profectione tali «
certiores facere, & comprobationem eorum accipere possimus. Quum hæc, & «
multa præterea alia, aduentum complurium impedirent: quod reliquum erat, «
simul & ad res pleraſque corrigendas, & ad nostram erga uos charitatem de- «
clarandam, faciendum duximus, ut reuerendissimos atque honorandos maxi- «
me fratres & collegas nostros, Cyriacum, Eusebium, & Priscianum, episcopos, «
quo uiq; laborem Romam usq; alacribus subirent animis, exoraremus: per quos, «
uoluntatẽ & sententiam nostrã pacificam esse, & unionis cõiunctionisq; consiliũ «
& finem sibi propositã habere, ostendimus: ardoremq; simul pro saniore fide no «
strum,

Difficultas restaurandarum ecclesiarum Catholicarum. Hæretici lupi.

Per Gratiani Imper. literas Orientales episcopi in Occidentem euocati.

Excusatio legitima, quur Orientales ad cõuentum Rom. uenire rectè nequeant.

Mandatarios suos Romã Orientales mittunt.

A strum, manifestò declaramus. Nos enim, siue persequutiones, seu afflictiones, «
» siue Imperatorum minas, seu magistratuum feritatem, siue etiam aliam quam- «
» piam tentationem & periculum ab hæreticis sustinuimus, pro Euangelica fide «
» Niceæ apud Bithynos à trecentis decem & octo patribus confirmata, quidquid «
» id fuit, pertulimus. Eam enim & nobis, & uobis, alijsq; adeò omnibus, qui ueræ «
» fidei uerbum non peruertunt, complacere oportet, quippe quę antiquissima & «
» †baptismum consequuta sit, credere nos docens in nomen patris & filij & spiri- «
» tus sancti, uidelicet ut diuinitas & potestas una patris & filij & spiritus sancti, & «
» eiusdem honoris dignitas, & coæternũ regnum in tribus perfectis subsistentijs, «
» siue tribus perfectis personis credatur: ita ut neque Sabellij contagio locum ha- «
» beat, subsistentijs confusis, seu proprietatibus sublatis: neq; Eunomianorum & «
» Arianorum & Pneumatomachorum blasphemia seu maledicentia inualescere «
» possit, substantia uel natura uel diuinitate diuidenda, & increatæ consubstantia «
» lisq; & coæternæ Trinitati, posteriore quapiam siue creata seu alterisubstantiali «
» natura inducenda. Inhumanationis etiam Domini rationem minimè peruer- «
» sam retinemus, neque uel animam uel mente carentem, aut perfectam carnis † ad- «
» ministrationem credentes. Certò quippe scientes, perfectum quidem ante secula «
» fuisse Deum uerbum, perfectum uerò hominem in extremis diebus propter salu «
» tem nostram esse factum. Et fides quidem quæ à nobis constanter deprædicatur, «
» in summa sic se habet: de qua ampliorem etiam animorum consolationem perci- «
» pere poteritis, si non grauabimini decreti libellum, quod Antiochiæ à synodo «
» ibi coacta factum, & item id quoque quod proximè Constantinopoli ab uniuer «
» sali concilio promulgatum est, legere. In quibus & fusius fidem professi sumus, «
» & hæreses nuper res nouas exortas, & à nobis anathemate confossas, in «
B scriptum retulimus. Porrò de singularibus ecclesiarum administrationibus, «
» ueterem scitis esse sanctionem, & sanctorum Niceæ congregatorum patrum de «
» cretum, ut in prouincia quaque, prouinciæ eius episcopi, & cum eis, si illi uelint, «
» finitimi quoque electiones & consecrationes, ex usu publico peragant. Iuxta «
» eiusmodi cõstitutionem, quùm aliàs apud nos ecclesias ordinari atq; administra «
» ri, tum in celeberrimis quibusque Antistites renunciatos esse, scitote. Proin- «
» de in recèns fundata, ut ita aliquis dicat, Constantinopolitana ecclesia, quam nu- «
» per tanquam ex ore leonis, sic ex blasphemia & maledicentia hæreticorum eripui «
» mus, per miserationes Dei, in uniuersali synodo, communi & publico consensu, «
» in ipsius Dei amantissimi Imperatoris Theodosij conspectu, clero omni & ciui- «
» tate cuncta suffragante, reuerendissimum & Dei amantissimum Nectarium epi «
» scopum legimus. In uetustissima uerò, proinde que Apostolica ecclesia An- «
» tiochiæ apud Syros, in qua prima uenerandum Christianorum nomen non extì- «
» tit, prouinciales & Orientalis diœcesis episcopi conuentu acto canonicè & legi- «
» timè reuerendissimum & Dei amantissimum Flauianum antistitem crearunt, ec «
» clesia tota consentiente, & quasi uoce una uirum eum cohonestante. Quam e- «
» lectionem ut ordinariam & legitimam, synodi etiam communitas comprobauit. «
» In ea uerò ecclesia, quæ aliarum omnium mater est, Hierosolymis, reuerendissi- «
» mum & Dei amantissimum Cyrillum episcopum esse scimus, ritè iamdudum à «
» prouincialibus episcopis electum, qui sanè diuersis in locis plurimùm aduersus «
» Arianos decertauit. ‡ Quæ quũ legitimè & canonicè apud nos acta obtineant, «
» ut in eis pietas etiam uestra læta & gratulabunda acquiescat, hortamur, spi- «
» rituali scilicet charitate intercedente, & Domini timore fauorem hominum «
omnem

† ἐνδιάθετον ἐνυπόστατον.

Vera trini & unius Dei theologia.

Verbi Dei incarnatio.

οἰκονομικὸν.

Legitima episcoporum consecratio.

Nectarij electio.

Flauiani.

Cyrillus episcopus Hierosolymitanus.

Quid in episcoporum electionibus spectari potissimum debeat.

‡ *Vt Nectarij & Flauiani electionem gratam ratamq; habeant, petunt.*

omnem & affectionis in aliquem inclinationē contrahente, eccleſiarumq; ædificationem & commodum conſuetudini & gratiæ alicuius ſingulari præferente. « A
Vnio & concordia eccleſiæ in primis conſectanda. « Sic nanq; fidei uerbo ad conſenſum & concordiam redacto, & Chriſtiana charitate cōfirmata, illud uſurpare, quod ab Apoſtolis eſt damnatum, deſinemus: Ego « quidem ſum Pauli, ego autem Apollo, ego uerò Cephæ, Sed quum omnes nos « Chriſti eſſe cōſtiterit, qui in nobis diuiſus non eſt, Deo bene iuuante, integrum « atq; indiuiſum Eccleſiæ corpus conſeruabimus, & ad tribunal Domini cum fi- «
Condemnatio hæreticorum. « ducia & libertate conſiſtemus. Hęc illi contra Arium & Aëtium & Eunomiū, « atq; aduerſus rabiem & inſaniam Sabellij, Photini, Marcelli, Pauli Samoſateni, & Macedonij ſcripſerunt. Atq; itidem Apollinaris quoq; res nouas propalàm
Et in his Apollinaris Laodicenſis. damnarunt, dicentes: Inhumanationis quoque Domini rationem minimè perſuerſam retinemus, neq; uel anima uel mente carentem aut imperfectā carnis adminiſtrationem credentes.

CAPUT XVII.

SEdenim Damaſus, uir celeberrimus, ubi hanc quoq; hæreſim exortam eſſe cognouit, non Apollinarim modò, ſed & Timotheum ſectatorem eius exauctoratum ſemel atque iterum proſcripſit. Atq; id epiſcopis Orientalibus per epiſtolam ſignificauit: quam ut hiſtoriæ
Scriptum Damaſi Ro. antiſtitis ad Orientales epiſcopos. annecterem, ex uſu eſſe putaui. Ea de uerbo ad uerbum ſic habet. Quod Apo- «
Damaſus contendit imitari Petrum. ſtolicæ ſedi charitas ueſtra debitam exhibet obſeruantiā, uobis ipſis plurimùm, « & maximè Eccleſię ſanctę eo honore tribuitis, filij reuerēdiſſimi. In qua cōſidens « ſanctus Apoſtolus docuit, quomodo nos quæ ſuſcepimus gubernacula regere « conueniat. Ac nos quidem iudicio noſtro, honore tanto inferiores ſumus, uerum « tamen ea de cauſa, quocunq; poſſumus modo, operā damus, ſi aliqua ex parte ad « gloriam beatitudinis eius accedere poſsimus. Scitote igitur, Timotheum iam « olim impurum ac profanum Apollinaris hæretici diſcipulum, unà cū impio eius «
Timotheus diſcipulus Apollinaris cum dogmate ſuo damnatur. « dogmate, à nobis exauthoratū, damnatumq; eſſe. Et haud quaquam credimus, re « liquias eius ratione aliqua in futurum robur accepturas. Sin uerò ſerpens ille « antiquus, qui extra Eccleſiā eſt, ſemel atq; iterum morſu enectus, ad ſuam ipſius « pœnam reuiuiſcat, & ut mortifero ueneno ſuo infideles quoſdā peſſundet, tenta « re non deſinat, eum perinde atq; præſentem peſtem declinate. Et ſimul memoria
Fides Nicæna laudatur. « retinentes fidem Apoſtolicam, eamq; in primis quæ Niceæ à patribus in ſcriptū « eſt relata, in fide gradu firmo immobiles fortiter atq; perſeueranter conſiſtite. Et « poſthac clericos aut laicos ueſtros, uanas diſceptationes, & abrogatas quæſtio- « nes, audire non patimini. Iam enim ſemel typum & formam propoſuimus, ut qui « cunq; ſe Chriſtianum eſſe agnoſcit, illud ſeruet, quod ab Apoſtolis eſt traditum, « ſancto Paulo uidelicet dicente: Si quis uobis euangelizauerit præter id quod ac- «
Refutatio breuis hæreſis Apollinaris. « cepiſtis, anathema ſit. Siquidem CHRISTVS filius Dei, Dominus noſter, homi- « num generi per paſsionem ſuam pleniſsimam contulit ſalutem, ut hominem uni « uerſum peccatis obnoxium à peccato omni liberaret. Hunc ſi quis ſiue in humanitate, ſeu in diuinitate defectum aliquem habuiſſe dicat, diabolici is ſpiritus ple- « nus, gehennę ſe filiū eſſe oſtendit. Quid igitur denuò à me Timothei condem- « nationem petitis? qui & hic Apoſtolicę ſedis iudicio, præſente etiā Alexandrinę « urbis epiſcopo Petro, damnatus eſt, unà cum magiſtro ſuo Apollinari. Qui etiā « in iudicij die debitas pœnas & cruciatus ſuſtinebit. Sin leuiores quoſdam homi « nes, ille, perinde atq; ſpem aliquam habens, perſuaſione ſua ducit, quicunq; uerā « in CHRISTVM ſpē profeſsione Apollinaris mutauit, itidē ut ille peribit Eccleſię «

canoni

A canoni reluctans, Deus uos, filij reuerendiſsimi, conſeruet incolumes.

CAPUT XVIII.

ENimuero quædam etiam alia, qui in magna urbe Roma congregati erant, aduerſus uarias hæreſes ſcripſere. Ea neceſſario operi noſtro inſerenda eſſe duxi. Et primùm uniuerſalis fidei profeſsionē Damaſus Papa ad Paulinum in Macedonia epiſcopum, qui etiam Theſſa-
Profeſsio Catholicæ fidei Damaſi Papæ, ad Paulinū epiſcopum. » lonicæ fuerat, miſit. Atq; inter alia ille hæc quoq; commemorat. Quandoquidem poſt conciliū Nicænum error iſte emerſit, ut quidam impuro ore dicere au- »
Hæreticarum opinionū quarundam condemnationes. » deat, ſpiritum ſanctum per filium genitum eſſe; anathemate eos ferimus, qui non » cum libertate omni, unà cum patre & filio unius & eiuſdem ſubſtantiæ & potę- » ſtatis exiſtere ſpiritū ſanctum prædicant. Anathemati itidem ſubijcimus Sabel » lij erroris ſectatores, qui patrē & filiū eundem eſſe dicit. Anathemate iugulamus » Ariū & Eunomium, qui tametſi diuerſis uerbis, pari tamen impietate, filium & » ſpiritū ſanctum unum eſſe confirmant. Item Macedonianos, qui ex Arij radice » ſuccreſcentes, non impietatē, ſed cognomen tantum mutarunt. Item Photinum, » qui Ebionis hæreſim renouans, dominū noſtrum IESVM CHRISTVM ex Ma- » ria tantū profitetur. Item eos qui duos eſſe filios affirmant, alterum ante ſecula, » alterū poſt carnē ex perpetua uirgine Maria aſſumptā. Anathemate præterea » mactamus illos, qui Dei uerbum pro rationali anima in carne humana uerſatum » eſſe contendūt. Hoc ipſum namq; Dei uerbum, non pro rationali & intellectuali » anima in ſuo ipſius corpore fuit, ſed noſtram, hoc eſt rationalē & intellectualem » ſine peccato animā ſuſcepit & ſeruauit. Non minus anathemate perſequimur
Aduerſus epiſcopos ex una ſede in aliam tranſeuntes. » eos qui dicunt, uerbum Dei à patre extenſione & cōtractione ſegregatū eſſe, & B † ſubſiſtere id non poſſe, aut qui finē id ſuū habiturū eſſe blaſphemant. Eos por- » rò qui ex eccleſijs in alias tranſeunt eccleſias, tantiſper alienos à communione no » ſtra eſſe ducimus, dum ad eaſdem, in quibus primùm electi ſunt, urbes reuertan- » tur. Si quis uerò, alio ex uno loco in alium tranſeunte, in illius adhuc uiuentis lo- » cum ſit per electionē ſurrogatus, tamdiu ille qui urbem ſuam reliquit, epiſcopali » dignitate carebit, donec ſucceſſor eius in Domino obdormierit. Si quis non per- » petuò patrē, & perpetuò filium, & perpetuò ſpiritum ſanctum eſſe dicat, anathe » ma ſit. Si quis nō dicat, filiū genitū ex patre, hoc eſt, ex ſubſtātia eius diuina, ana » thema ſit. Si quis non dicat, uerū Deum eſſe Dei filiū, ſicuti uerū Deum patrem » eius, & illum omnia poſſe, & omnia noſſe, patríq; ſimilem eſſe, anathema ſit. Si » quis dicat, quum in carne degēs filius Dei in terris fuit, eundem in cœlis & cum » patre nō fuiſſe, anathema ſit. Si quis dicat, in paſsione crucis filium Dei & Deū » uerbum, diuinitate & non carne unà cum anima, quam in ſerui ſibi aſſumpta for » ma, ut ſancta ſcriptura dixit, induit, dolorē pertuliſſe, anathema ſit. Si quis nō » dicat Dei VERBVM carne paſſum, & carne crucifixum, & carne mortē guſtaſſe, » primogenitū factum ex mortuis, pro eo atq; uita eſt & uiuificans, quippe Deus, » anathema ſit. Si quis non dicat, eum in carne quam aſſumpſit, ad dextram pa- » tris ſedere, in qua etiam aduenier iudicaturus uiuos & mortuos, anathema ſit. » Si quis non dicat, ſpiritum ſanctum uerè & propriè ex patre eſſe, quemadmo- » dum & filium, eundēq; Deum Dei uerbum, ex diuina ſubſtantia, anathema ſit. » Si quis dicat, ſpiritum ſanctum creaturā, aut per filium genitum eſſe, anathema » ſit. Si quis non dicat, patrem per filium poſtea incarnatum & ſpiritum ſanctum » creaſſe omnia, uiſibilia uidelicet & inuiſibilia, anathema ſit. Si quis nō dicat, pa- » tris & filij & ſpiritus ſancti unam deitatem, poteſtatē, diuinitatem, potentiam, » unam gloriam, proprietatem, unum regnum, unam uoluntatem & ueritatem, » anathema ſit. Si quis non dicat, tres eſſe ueras perſonas patris & filij & ſpi-

† αὐτονόητον

ritus

ritus ſancti,æquales, ſemper uiuentes, omnia & uiſibilia & inuiſibilia continen- « A
tes,omnia potentes,omnia iudicantes,omnia uiuificantes, omnia creantes, om- «
nia ſeruantes,anathema ſit. Si quis non dicat ſpiritum ſanctum perinde atq; fili «
um & patrẽ ab omni creatura adorandum eſſe,anathema ſit. Si quis de patre & «
filio rectè ſentiat,de ſpiritu uerò ſancto hallucinetur,hæreticus eſt. Quoniam om «
nes hæreticos, de filio Dei, & de ſpiritu ſancto perperam ſentientes, in ludæo- «
rum & ethnicorum infidelitate hærere conſtat. Si quis diuinitatem diuidat,ſin «
gillatim Deum patrem dicens, & Deum filium, & Deum ſpiritum ſanctum,& «
cõtendat † tres deos dicendos eſſe,& nõ unam diuinitatem in tribus ſubſiſtẽtijs, «
unamq; poteſtatem,quã eſſe credimus & ſcimus, patris & filij & ſpiritus ſancti: «
aut è diuerſo ſubtrahens filium & ſpiritum ſanctum,exiſtimet ſolum patrem De «
um dicendum,uel unum ipſum Deum credendum eſſe, anathema ſit. Nam no- «
men deorum & angelis,& omnibus ſanctis,à Deo per gratiam impoſitũ atq; tri- «
butum eſt. De patre autem & filio & ſpiritu ſancto,propter unam & æqualem di «
uinitatem,non deorum nomina,ſed Dei noſtri nomen ſignificatur& declaratur. «
Vt credamus,nos in patrem & filium & ſpiritum ſanctum tantum baptizari, & «
non in archangelorum aut angelorum nomina: ſicuti hæreticos,aut Iudæos, aut «
ethnicos inſanos. Ipſa igitur Chriſtianorum eſt ſalus, ut fidem habentes Trinita- «
ti, ipſi patri & filio & ſpiritui ſancto, & baptizati in ipſam, unã ſcilicet Deitatem «
& poteſtatem & diuinitatem & ſubſtantiam, in ipſum Deum credamus. «

Quædã exemplaria non habent, tres.

CAPUT XIX.

Alemanicum bellum.

Maximus è Britania tyrãnus prodit.

HÆc quidem Gratiano adhuc ſuperſtite acta. Quum autem ſynodi, B quas diximus, celebrarentur, & Gratianus bello Alemanico occupatus eſſet, Maximus quidam ex Britaniæ partibus coortus, tyrannus extitit. Et quia uniuerſum Romanorum imperium ſibi ſubijcere in animo habuit, Valentinianum primùm aggreſſus eſt, etiamnum adoleſcentulum, in Italia degentem: quum quidem Probo, qui conſularem obtinebat poteſtatem, rerum ibi adminiſtrandarum ſumma cõmiſſa eſſet. Quo tempore Iuſtina etiam magni quidem Valentiniani coniunx, iunioris autem mater, Ariana dudum infecta labe, quum marito uiuente de ea propalàm nõ quidquam agere, neq; eos affligere qui ὁμοουσίου conſubſtãtialis fidem profitebantur, auſa fuiſſet, iuuenili admodum filij ætate tum conſiſa, Mediolani, quò ſe receperat, negocium Ambroſio magno, cuius ſuprà quoque meminimus, exhibuit, & eccleſias ibi turbauit, nouas aduerſus uerum dogma res molita. Magnopere namq;, ut Ariminẽſis fides obtineret, cõtendit. Et naturæ illecebris atq; ineſcationibus freta, hamum primùm filio, quem ille tener adhuc, neque dum diſcrimẽ boni & mali habens, deuoraret, præbuit. Conata uerò etiam eſt Ambroſium in poteſtatem ſuam redigere: facile ſe rem quam uolebat confecturam eſſe arbitrata, ſi illum expugnaſſet. Poſtquam ille uerò magis etiam contraria docuit, & illam quidem ut à cœpto deſiſteret cohortatus eſt: filio autem eius, ut paternam ſimul & religionem & hæreditatem integram retineret, admonito: uarietatem quoque dogmatum, quòd uidelicet ea quam mater induceret ſententia prorſus cum CHRISTI doctrina & Apoſtolorum prædicatione pugnaret, propoſuiſſet grauiter id ferens Iuſtina, fraude puerum eſt aggreſſa. Et ueluti contumelia affecta eſſet, epiſcopum apud illum calumniata eſt: & ut in eum etiam animadueerteretur, poſtulauit. Atq; ille calumnijs eis credens, militarem manũ miſit, & Cetratorum agminibus eccleſiam cinxit: qui ui tandem, quùm per irruptionem intra ſacras ædes peruenijſſent, confeſtim Ambroſium correptum traxere, & * in exi-

Probus res Italiæ adminiſtrat.

Iuſtina Ariana Ambroſio negocium facęſſit.

Peßimè ibi res geruntur, ubi fœmnæ arrogantes regnãt.

Ambroſius ei ſtrenuè reſiſtit.

Ariminenſem fidẽ ea inducere contendit.

Idem à militari manu in templo capitur.

A in exilium agere uoluere. Cæterùm urbis multitudo illi circũfuſa reſtitit: & mortem ſibi perferendam potius ſtatuit, quàm ut ſic antiſtitem ſuum tractari pateretur. Qua re amplius ad iram commota Iuſtina, decretum ſuum lege etiam confirmare contendit. Itaque Beneuolum, qui in decuria ſcribarum in ſacrarum conſtitutionum tabulario militabat, ad ſe acciuit: & furore feruens, quamprimùm legem edi iuſſit, ut eccleſię omnes in decretis Ariminenſibus acquieſcerent. Quod ubi ille facere detrectauit, erat enim ὁμοουσίου conſubſtantialis fidei ſtudioſus, homínem ineſcatione allíciens, ampliórem illi, ſi quod ipſa iuberet feciſſet, honorem eſt pollícita. Verùm ne ita quidem id illi perſuadere potuit. Cingulũ namq; ſuum ſibi detractum ad pedes Principis fœminæ depoſuit; neque eum ipſum quem habebat, neque ſplendidiorem etiam, tanquam impietatis præmium, honorem retinendum eſſe ratus. Sedenim quum inſuper ei magis inſtaret, atque ille nunquam ſe ſententiam mutaturum eſſe uehementer confirmaret, alijs euocatis, ſtatim legem compoſuit. Conſtituit autem, ut tutò atque liberè, qui eadem ſentirent, quæ epiſcopi Arimini, ac deinde etiam Cõſtantinopoli congregati ſtatuiſſent, conuentus haberent. Quòd ſi qui diuerſæ eſſent opinionis, illis obſiſterent, & aliud quàm noua iſta Imperialis conſtitutio mandaret, petere auderent, eos morte mulctandos eſſe ſanxit.

Populus Eccleſiæ eum defendit.

Beneuolus ſeruba imperialis.

Per eum Iuſtina edictum ad uerſus orthodoxos epiſcopos conijcere cogitat.

Fidelis & ortodoxi Secretarij exemplum pulcherrimum Beneuolus.

Beneuolus ea in re Iuſtinæ operam nauare recuſat.

Iuſtina filij ſui nomine Conſtitutionem cõtra Catholicos per alios nouarios perſcribit.

* Præclarum eſt apud Theodor. li. 5. ca. 13. Ambroſij ad Valentinianum iuniorem uerbum. Tum iuuenis indignatus, propalàm è templo Ambroſium exiremuſſit. At ille: Libens id, inquit, non fecero. Neq; enim ſupis omnium caedam prodam, neq; blaſphemis templum diuinum concedam. Quòd ſi necare me uis, in ipſa eccleſia in me enſem aut cuſpidem ſtringe. Perlibenter enim cædem eam tulero.

CAPUT XX.

Tyrannidi ſuæ defenſionẽ religionis Catholicæ prætẽdit.

Maximi ad Valentinianum iuniorem literæ.

B VUm in hoc ſic Imperatoris mater eſſet, & ſtudio omni in id incumberet, ut conſtitutio eiuſmodi ſeruaretur, fama increbuit, Andragathij dolo, qui Maximi tyranni dux erat, Gratianum Imperatorem necatum eſſe. Andragathius enim iſte in curru lecticæ Imperiali perſimili, ad quem mulæ iunctæ erant, latens uehebatur. Iuſſerat is ſatellitum Gratiani ductoribus renunciari, Imperatoris ipſius adeſſe coniugem, quæ ei cum apparatu magnifico obuiam progreſſa honoris cauſa eſſet. Id ubi Gratianus audiuit, quòd nõ ita pridem eam duxiſſet, & iuuenis eſſet, mulieremq; uehementer amaret, deſiderio eius uidendæ ingenti accẽnſus, apud Lugdunum Galliæ urbem, ſatis inconſideratè amne ſuperato, in hoſtiles manus, perinde atq; ſi cæcus eſſet, incidit. Andragathius namq; lectica exiliens, Gratianum ſtatim comprehendit: & breui pòſt, eum ut * bellatorem atq; uictorem optimum interfecit. Qui urbes ſuas moderatè & iuſtè adminiſtrans, & paternam fidei opinionem adaugens, ita uitam ſine liberis finijt, uiginti & quatuor annos natus: quum annis quindecim unà cum Theodoſio, ſolus autem anno uno & menſibus ſex imperaſſet. Ea clade renunciata, Iuſtina iram aduerſus Ambroſium ſuam remiſit. Porrò Maximus ingenti atq; forti exercitu ex Britanis, & finitimis eorum Gallis & Celtis, alijs'que loca ea incolentibus populis coacto, in Italiam ducebat, Valentiniani etiam iunioris imperium ibi in poteſtatem ſuam peruenturum eſſe arbitratus. Iam enim, quòd Gratianus habuerat, obtinebat. Copias autem eas ducebat, illo quidem ſub prætextu, ut ne quid de patrijs dogmatibus per res nouas immutaretur, & ut eccleſiam conſtitueret atq; ordinaret: non enim, quæ Ambroſio à Iuſtina acciderãt, ignorabat. reuera autem omnem, quod dicitur, lapidem mouẽs, illud agebat, ut tyrãni opinionem à ſe amoliretur, & Romanorum imperium nõ tam ui quàm legibus ſibi paraſſe uideretur. Itaq; ad Valentinianum ſcribens, Imperatorem ſe renunciatum eſſe ſignificauit: & eum ſimul, ut bellum cum uera pietate gerere ſuperſederet, paternamq; religionem integram atq; illæſam conſer-

Miſeranda cædes Gratiani, quã in eo patrauit Andragathius, Maximi tyranni dux.

ναὸν ἀφιερέα

Iuſtina caſu Gratiani auctoritate mitior fit.

Maximus Galliæ in poteſtatem ſuam redegit.

Idẽ Italiæ imminet.

Idem in Italiâ aduersus Valentinianũ uenit.

uaret, cohortatus est: literis eis etiam, nisi obsecundaret, minis additis. Ea porrò uerba factis ipsis cõprobauit. Cum exercitu enim, quem secum habebat, Mediolanum uersus, ubi ille erat, progressus est. Valentinianus autem expeditione atq; aduentu tyranni cognito, ne quid se indignum pateretur ueritus, in Illyricũ

Valentiniani fuga.

profugit. Atq; inde Thessalonicam uenit: experientia edoctus, quem maternorum consilorum perceperit fructum. Fuit cum eo ibi & mater & præfectus

Maximus sibi Imperialia symbola sumpsit.

Probus. Valentinianus etiam temporum necessitate adductus, uel inuitus, imperialia Maximi, à quo ad eum legati uenerant, in signia admisit.

CAPUT XXI.

Theodosius tyrannires fecundas, & Valentiniani casum, persequationi orthodoxorum adscribit.

Audatissimus Imperator Theodosius, ubi uidit quæ aduersus Ambrosium rerum nouãdarum studio incœpta atq; perpetrata fuerãt: & simul de tyranni legatione, & præterea quę is profugo iuniori Imperatori scripserat, cognouit, non mirandum esse putauit, quòd in tanto metu Imperator is esset: tyranno autem tantum suppetierit uirium, ut Imperatorem in fugam uerterit. Ille enim, inquit, rectæ fidei opinioni subsidium fert: Imperator uerò, dum rectam sententiam oppugnat, contra Deum bellum mouet. Et tu quidem cœlesti armatura nudatus, fugę te commisisti: ille autem recta opinione munitus, superior est, & herũ suum uincit. Prorsus enim ueræ pietati, author & legislator eius adesse solet. Atque hæc quidem, quum longè adhuc abesset, Theodosius ad Valentinianum scripsit. Breui uerò pòst, exercitu strenuo collecto, contra tyrannum duxit. Metuebat namq;, ne contra iuniorem Imperatorem Maximus rem etiam rectè gereret: atq; inde maioribus comparatis uiribus, Orientis etiam imperium sibi subiiceret. Fuit tum Persarũ apud eum B legatio, pacem petens. Filius quoq; alter, ex Placilla ei nono Septembris mensis die natus est, quem Honorium nominauit. Sed enim exercitu rebus omnibus magnificè instructo, & Arcadio filio Constantinopoli relicto, Thessalonicam profectus est, ubi Valentinianum conuenit. Et primùm animam eius fide paterna restituta, & morbo materno depulso, curauit: deinde bono etiam animo esse, neq; de Imperio metuere eum iusit. Legatos autem qui à Maximo uenerant, neq; reiecit prorsus, neq; propalàm admisit. Copijsq; receptis, ad Occidentem in Italiam contendit. Fama uerò inde, pro eo atq; cuiq; uisum erat, afferebatur. Consueuerunt enim homines, etiam de rebus quas ignorant, sermones confingere: & maiores quoq;, præcipuè si quam habent causam & prætextum de eis quibus fauẽt, rumores excitare, ut qui rerum semper nouarũ cupidi sunt. Quod tum quoq; Constantinopoli accidit. De bello enim alius aliud commentus, in uulgus id spargebat: omnes uerò deteriora magis nunciabant. Et quamuis nemo bello interfuisset, perinde tamẽ atq; in re præsenti bellũ geri uidissent, quę ibi accidissent narrabant. Porrò Ariani, qui ab ecclesijs repulsi fuerant, in animis ipsi suis bellum agitantes, rumores serebant, Imperatorem scilicet à tyranno uictum, & tot atq; tot nostrorum cæsos esse, primo quoq; etiã tempore Imperatorem ipsum in tyranni manum peruenturum. Et quum alia quædam insuper uulgarent, quæ ab eis excogitata fuerant, pro ueris certisq; rebus habebantur. Proinde concursu ingenti facto, uecordi confidentia & impetu, in episcopi Nectarij ædes ignem iniecerunt, easq; incenderunt, propterea quòd ecclesias is moderaretur. Atq; hæc quidem sic agebantur. Imperator autem Theodosius bellũ ex sententia gesit. Milites namq; quos tyrãnus habebat, apparatum bellicũ & ingentes Theodosij copias ueriti, ipsaq; adeò fama earum territi, * tyrannũ captũ ad

Honorius filius Theodosio nascitur.

De bello isto uulgus rerum nouarum cupidũ uarios eosq; uanos & falsos rumores sparguntur.

Ariani propalàm per mendacium aduersa de Imperatoris rebus uulgant.

Idẽ Constantinopoli domũ episcopalem Nectarij incendunt.

At Theodosius rectè rem gerit.

* *Factum hoc tertio ab urbe Aquileiensi lapide. Conferat mihi quæso pius prudensq; lector, cum tyrãnide Maximi istius, per circumstantias omnes, seditionem & rebellionem Germaniam, ejusq; exitum, quem An. 1546. & 1547. uidimus: & rem prorsus eandem inueniet.*

Maximus tyrãnus in potestatem eius peruenit.

A ad Imperatoris pedes abiecere. Et Theodosius, quòd se Gratiano, quo cum fœdus pepigerat, iniuriam, si tyranno parceret, neq; ab eo cædis patratæ pœnas sumeret, facturum esse putaret, confestim illum necari iussit. Andragathius uerò, qui Gratianum fraude circumuẽtum occiderat, ubi quid Maximo accidisset cognouit, cum ipsis armis in præterfluentem amnem insiluit, atq; ibi interijt. Ita

Valentiniano iuniori Imperiũ restituitur.

Valentiniano iuniori imperium omne restitutum est. Et Theodosius bello feliciter confecto, cum Imperatore iuniore Romam uictor ingressus, clarissimum lætus egit triumphũ. Rectè etiam is in Italia Mediolanensem cõstituit atq; ordinauit ecclesiam, quum è uita commodùm Iustina excessisset. Theodosius, quũ

Iustinæ mors.

adhuc Romæ esset, è Constantinopoli eò ad se filium Honorium, ualde adhuc te-

Honorius Romã perlatus.

nerum, adducendum curauit. Et quùm Romæ uictoriæ sacra peregit, tum clementiam placabilitatemq; suam manifestò declarauit: potissimùm uerò in Symmacho uiro consulari. Hic namq; senatus Romani princeps, in magna, propter egregia quę in eo erãt ornamẽta, fuit admiratione, maximéq; propter eloquẽtiã & peritiam latini sermonis laudatus est. Multas enim, & admodum præclaras Romana lingua edidit orationes. Scripsit etiam ad Maximum tyrannum adhuc superstitem. Quam ob causam * criminis perduellionis & læsæ maiestatis reus factus, quòd se damnatum iri metueret, tanquam ad asylum in ecclesiam confugit. Adeò aũt Imperator iste religiosè Christianissimum coluit, & adeò ecclesię fuit obediens, ut non eos modò qui eiusdẽ cum eo essent fidei, magnopere honorarit, & præclarã illis opinionẽ conciliare studuerit: uerùm etiã Nouatianos, idẽ nobiscũ una re excepta sentientes, ciuiliter & placidè admiserit. Itaq; Leontius Nouatianorũ ecclesiæ tum in Romana urbe antistes, qui deprecator apud eum B pro Symmacho fuit, spe sua frustratus non est. Nã ei gratificatus Imperator, peccatũ tantũ Symmacho remisit. Qui ueniã consequutus, orationem qua se defendit, ad imperatorem conscripsit. Et bellum quidem Occidentale tali initio cœptum, optatum Deo bene adiuuante habuit finem.

Andragathius ἐαυτὸν ἐγχειρεῖ in fluuio se submergit.

Theodosius Romæ triumphat.

Idẽ in multos criminis lesæ maiestatis reos, & maximè in Symmachũ Consularem et Oratorẽ egregium, clemens & benignus.

ἔδοξεν τῷ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐγκλήματι ἑαυτὸν ὑποβαλεῖν.

Is quum idolo latria esset, in ecclesiam confugit, atque ibi seruatus est.

Leontius Nouatianus Romæ episcopus Symmacho impunitatem impetrauit.

CAPUT XXII.

Theodosius ubi Rom. multũ commoratus.

Theodosius Imperator, quum in Italia moraretur, plurimum emolumenti in Romanam contulit urbem, quùm ea quę antea non habebat liberaliter tribendo, tum pleraq; quæ antiquitùs ei erant fœda atq; pudenda adimendo. Fuit enim Romæ probrum quoddam tale. Erant ibi ædificia maxima, in quibus annona urbis asseruabatur. Qui uerò præfecti eis erant, Romana lingua mancipes dicti, temporis processu prædonum domicilia effecerãt. Quum enim ad latus cuiusq; ædificij, iuxta loci situm, in parte inferiori pistrinum esset, qui ei præfuere, tabernis constructis in quibus etiam meretrices ad quæstum prostabant, per illas insidias eis tendebant, qui annonæ comparandæ gratia ad domos eas ueniebant. Erant uerò, qui eam tantum ob causam ut fœdæ uoluptati inseruirent, eò accedebant. Machina enim quadam ex prostibulo in pistrinum deferebantur. Potissimum uerò peregrè aduenientibus & aduenis hoc accidebat. Qui deinde ad eum modum capti, et necessitate circumuenti, molere per uitam omnem cogebantur: usq; adeò libertate, & aliquo inde reditu negato, ut necessarij & propinqui eorum iamdudum eos fatis concessisse opinarentur. In hanc decipulam quidam etiam Theodosij miles incidit. Atq; ubi illi quoque, sicuti & reliquis, abire inde non permitteretur, stricto quem ad femur suspensum gerebat ense, eos qui se retinebant, interemit. Et alij ne idem paterentur, metu conterriti, abire eum sunt passi. Eam rem postquam Theodosius cognouit, nequam illos homines supplicijs subdidit, prædonumq; latebras illas & lupanaria ex fundamentis ipsis euertit. Atq; unam quidem hanc fœditatem in

Latrocinia occulta pistrinarum & fœda lupanaria sustulit.

Adulteræ Romæ ædiculis exiguis publicitus includebantur, & ad libidinem omnium prostituebantur.

Theodosius eã quoq; indignitatem sustulit.

Legitimam adulterij pœnã renouauit.

Theodosius cũ Honorio Constantinopolim reuersus.

príncipe urbe sic Theodosius sustulit. Alteram autem illam: Si quando mulier A in adulterio comprehenderetur, non coercione criminis, sed potius accessione libidinis, Romani in eã animaduertebant. Domunculæ enim arctæ, quæ adulterium cõmisisset, inclusam, impudẽter deinde impotentem cuiuslibet uoluptatẽ & petulantiam explere permittebãt. Et quod omnem excedit absurditatem, tintinnabula sibi homines libidinosi, impuri concubitus tempore accõmodabant, ut commota illa resonarent, & prætereuntes quandocunq; flagitiũ tantum non latéret, sed potius tintinnabulorum sonitu pœna illa cum iniuria & contumelia coniuncta indicaret. Quã & ipsam ubi cognouit, pudicissimus non tulit Imperator, sed tã impudentẽ & obscœnã consuetudinẽ aboleuit. Nã & sistra (ita enim quæ ad tantam contumeliã extructæ erant domunculæ uocabant) omnino euertit, & adulteras aliarum legum coercionibus constitutione lata subiecit. Duabus hisce contumelia plenis consuetudinibus diuinissimus Imperator urbẽ Romam liberauit. Et rebus omnibus rectè constitutis, Romam quidem & imperium Occidentale Valentiniano administrandum reliquit: ipse uerò cum Honorio filio Constantinopolim est reuersus.

Quatuor eius Cõstitutiones extãt in C. sub tit. Ad leg. Iul. de adult.

CAPUT XXIII.

Arsenius filiorum Theodosij præceptor.

Seuerum uult esse præceptorem erga filios suos Theodosius.

VB idem tempus, Imperator liberis suis uirtutis magistrũ præficere uolẽs, Arsenio illi, cuius gloria terram sub sole omnẽ peruagata est, inuento, eos commisit: quibus ille susceptis, quũ disciplina omni præceptoris, tũ liberali educatione patris illis loco fuit. Imperator enim illum, ne quem ex Imperij sublimitate cõciperet metum, sed illis potius ut seruis uteretur, admonuerat. Tantum uerò, ut id ille fecerit, abest, ut insigni modestia & moderatione diuersum potius fecerit. Et quum derepẽtè Theodosius ad eos B aliquando uenisset, pueros quidem cum splendore magnifico considentes, Arsenium aũt inter docendum eis astãtem reperit. Qua de causa Imperator indignatus, quùm illos insignibus principalibus nudauit, tum sempiterna memoria dignum & uerè imperiale illud uerbũ est proloquutus: Si tales se præbituri essent, « ut mores uitamq; suam ad disciplinam & leges Dei cõponerent, propensum & « illum fore, ut eis imperium in manus tradat, ad ciuium & subditorũ commodũ « & utilitatem accomodatum: sin minus, conducibilius eis esse dixit, ut sic priuati « uitam exigerent, cũq; doctrina nulla cum periculo imperarent. Sed grauis ea pro « uincia Arsenio uisa est, qui curas eiusmodi odisset, & à talibus turbis & tumultibus alienissimus esset. Proinde Deũ est precatus, ut honesta præberetur causa, qua à præsentibus liberaretur uinculis. Et Deus breui id fecit. Admisit delictũ quoddã Arcadius: quod quia impunitũ relinquere nõ potuit, ferula illum coercens Arsenius castigauit. Atq; ille factum id tanquã iniuriam egrè ferens, mortẽ ei est molitus. Consilium id clàm cœptum ubi Arsenius resciuit, insolenti uestitu illo reiecto, quamprimum in Scetim se contulit, & cœlitùs ad se delatam uocem audijt: Arseni, tumultus fuge, & saluabere. Et uiuente quidem Theodosio, « latuit. Postquam aũt Arcadius ad imperiũ peruenit, angelicã eum consectari uitam innotuit. Proinde Imperator ad eum scribens, quùm precationem benedictionemq; eius, tum peccati gratiam ab eo petijt. Eidemq;, ut Aegypti totius tributum pauperibus præberet, permisit. Sed hoc ille non recepit. Quum uerò ad uirtutem summam peruenisset, rusticum se & literarũ omnium imperitum esse assimulauit, quum quidem monumenta memoria digna & libros plurimos reliquerit: quos historia, quæ de eo est conscripta, refert. Et ad hodiernũ usq; diem, in Sceti atq; Romæ & Constantinopoli monastica eius uita in primis celebrat.

Memorabile Theodosij dictum, de filijs suis.

Arcadius præceptori, ob illata sibi uerbera necem minatus est.

Arsenius præceptor se subducit, & monachatum cõplectitur.

Arcadius culpã apud Arsenium deprecatus.

Arsenij laus.

Potuissem quidem quædam illius facetè dicta præclareq; acta commemorare. Quum

A Quum uerò propositum argumẽtum me alia persequi cogat, ad historiam eius lectorem reijcio: mihiq; eò unde digressus sum, redeundum esse duco.

CAPUT XXIIII.

EAdem tempestate Timotheus, & Cyrillus, qui in Alexãdrinæ & Hierosolymitanæ ecclesiæ thronis enituerant, uita defuncti, alter quidem Alexandriæ Theophilũ, alter autem Hierosolymis Ioannem successorem habuit. Paulo uerò post, quum & Demophilus, qui Constãtinopoli Arianæ præfuerat religioni, uitam morte commutasset, qui factionis eius erant, administrationem eam Marino cuidam Thraci, qui alij episcopatui præfectus fuerat, commisere. Sed is quum ibi non ita diu durasset, discessit. Sub quo etiam Arianorum secta in duas factiones est dissecta, sicuti postea dicemus. Et Dorotheus, qui Antiochiæ in Syria, ut hæresi ei præesset, electus fuerat, tanquã illo ad id munus obeundũ magis idoneus, Cõstantinopolim inde uenit, & sectæ suæ præijt. Interea Paulino quoq; Antiochiæ defuncto, qui authoritatẽ eius & auspicia secuti erant, suos sibi cõuentus, Flauianum auersantes, egere, ueluti qui iusiurandũ Meletio præstitum minus decenter & legitimè uiolasset: quum quidem illi de dogmate nihil ab eo dissiderent. Euagrium autem quendam postea Paulino surrogarunt. Atq; eo breui mortuo, alius in locum eius, Flauiano reniténte, substitutus non est. Qui igitè à Flauiani cõmunione abhorrebant, seorsim, sicuti dictũ est, conuentus ecclesiasticos celebrarunt. Paulinus quidem, ubi Meletius decessit, uniuersam ecclesiæ administrationẽ suscipere uoluit. Verùm ei episcoporũ restitit cœtus. Minus enim conuenire dicebãt, ut is post Meletij mortem, locum illius sortiri deberet, qui consilia eius repudiasset: sed ut ille potius ouium pastor fieret, qui labore multo ouile eius conseruasset. Quæ sanè res, uti dictum est, simultatem diuturnam inter Occidentales & Orientales excitauit. Et Occidentales neq; post Paulini obitum animorum suorum aduersus Flauianũ acerbitatem deposuerũt: post Euagrij etiam mortem illi succensentes, idq; Euagrio contra ecclesiasticas sanctiones omnes antistiti designato. Solus namque Paulinus episcopũ eum destinauerat, canonibus multis proculcatis. Non enim illi morituro alium in locũ suum surrogare episcopum permittũt, sed episcopos prouinciæ omnes ad electionem scilicet coire iubent: quin etiam sine tribus episcopis, episcopi electionẽ & consecrationem fieri non debere statuũt. Hæc quũ intelligere nollent, Euagrium illi quidem susceperunt, Flauianum uerò prorsus repudiarunt, usq; adeò ut eius causa Imperatoris etiam obtunderent aures. Qui cũ molestia hac de re sæpius conuentus, quùm Flauianũ Constantinopolim cuocauit, tum Romam etiã adire coegit. Atq; ille hyemis incommoditatẽ præexẽs, uerè illucescente, imperata se executurum esse pollicitus est. Actum quidem dimissus, ad gregem suum Flauianus redijt, nihilq; non tentauit, ut eos qui per seditionem secesserant, sibi coniungeret. Quod etiam paulatim demum effecit, conciliato sibi postea Alexandrino episcopo Theophilo, per quẽ optimè quoq; Damasi Romani antistitis fauorẽ est cõsequutus. Ambo enim isti Flauiano plurimũ infensi fuerãt, quòd non modò iurisiurandi sacramentũ uiolasset, uerumetiã plurimũ causæ præbuisset, ut homines idẽ dogma profitẽtes, tãtopere p̃ secessionẽ inter se dissiderẽt. Vbi uerò Romã adire Flauianus moratus est, diuus Damasus, & post hunc Siricius, atq; huius postea successor Anastasius, literis suis pietatem Imperatoris perstrinxerunt: illud ei obijcientes, quòd bella ille quidẽ sua primo quoq; tempore cõficeret: eos aũt qui insolenter se in Christum gererent, illiusq; sacras constitutiones præter rationẽ omnẽ contemnerent, tyrannidem suam exercere pateret. Itaq; illi Imperator denuò accito, Romanæ profectionis

Paulinianí suos sibi cõuentus cogunt.

Ro. 3. episcopi, Damasus, Siricius, Anastasius.

Theophilus Alexandrinus, Ioannes Hierosolymitanus, episcopi.

Marinus Constantinopoli Demophili apud Arianos successor.

Pro Marinò substituitur Dorotheus.

Antiochiæ Paulinianí Euagrium sibi episcopum aduersus Flauianum legerunt.

Propter Paulinum & Flauianum diuturnũ fuit inter Occidẽtales et Orientales dissidiũ.

Paulinus quoq; quo non rectè moriturus sibi Euagrium substituit.

Legitima episcopi electio, et consecratio.

Paulinianí cõtra Flauianum apud Imperatorẽ queruntur. Imperator Flauianum Romã ire iubet.

Flauianus sibi Theophilũ Alexandrinũ, et per eum deinde Damasum quoq; Ro. conciliat.

Romani Pontifices Theodosium, quòd Flauianũ nõ coerceret, perstrinxerunt.

susciṗiendæ necessitatẽ impositum. Et ille postquã Cõstantinopolim uenit, sapien A
tissimè libertate dicendi apud Imperatorẽ usus: Siquidẽ ô Imperator, inquit, ali-
qui religionẽ meã, tanquã minus rectã, aut uitã etiã, ueluti episcopali muneri nõ
conuenientẽ, arguũt, & reprehẽdunt, accusatores ipsos iudices accipio: in senten
tia quam illi laturi sunt, uel inuitus acquieturus. Sin de throno & cathedra lis est,
nihil opus iudicio est: statim nãq; cuiuis cedã. & me à presidẽdi honore longissi-
mè seiungã. Tu uero, ô Imperator, cui placitum est Antiochenã sedem cõmitte.
Tantã uiri eius dicendi libertatem & constantiã Theodosius admiratus, in pa-
triam cum suã redire, & quem sortitus fuerat gregem ritè pascere iussit. At ubi
satis longo intercedẽte tẽpore, Romã rursus Imperator uenit, eisdem reprehen-
sionis & accusationis aculeis ab episcopis est expetitus, perinde atq; Flauiani ty-
rannidẽ cõprimere supersedẽrit. Ibi tum, q̃d'nã tyrãnidis genus id esset, ut in me
diũ proferrẽt, Theodosius eos est hortatus: seipsum Flauianum, & ueluti syndi-
cum atq; patronum eius designatũ esse, subijciens. Atq; ubi illi, cum Imperatore
iure nõ contendendũ esse dicerẽt, suasor illis fuit, ut ecclesias postea per concor-
diã coniungerẽt, contentionẽ tollerẽt, & inutile dissidẽdi atq; iurgãdi studiũ ex-
tinguerẽt. Paulinus siquidẽ, inquit, iãdudũ uiuere desijt. Euagrij aũt electio, non
secundũ ecclesiæ cõstitutiones processit. Insuper uerò ecclesię Oriẽtales omnes
ualde ex Flauiani episcopatu pendẽt. Ad hæc neq; Asianæ, neq; Ponticæ, neq; a-
deò Thraciæ ecclesiæ, se ab illius cõmunione abstinent. Illyricũ denicq; omne, illũ
Orientaliũ ecclesiarũ primariã curã obtinere nouit. Talibus Imperatoris dictis
episcopi Occidẽtales ad lenitatẽ adducti, contentionẽ se soluturos, simultatẽ de-
posituros, & legatos, si qui inde uenirẽt, suscepturos esse, receperũt. Ea re Flauia
nus cognita, Theophili iram placauit. Qui deinde presbytero suo ad Damasum B
misso (Isidorus is erat) inimicitias omnes soluit: E' re ecclesię esse illi renunciãs,
ut propter populi cõcordiam Flauiano delictũ, q̃ iuramento uiolato admiserat,
remitteret. Verùm & ipsemet oratores Romã misit, ex episcopis, & item pres-
byteris & diaconis Antiochenis: uiros laudatos, quorũ princeps erat Acacius,
qui ecclesiam Berrœæ apud Syros gubernabat, & gloriam magnã terra maricq;
consequutus fuerat. Ii inimicitijs, quæ ad decem & septem annos durauerant, so
pitis, ecclesijs concordiam conciliarunt. Nam communione cum Occidẽtalibus
redintegrata, Antiochena quoq; plebs pacem paulatim est complexa. Itidem uẽ
rò, ea re cognita, Aegyptij episcopi, longi tẽporis contentione extincta, ad cõcor
diã se adiunxerunt. Romanæ tum ecclesiæ præfuit Innocentius, Anastasij suc-
cessor: Alexandrinæ Theophilus, uir cordatus, & uirilẽ obtinens mentem. Suc-
cessit is Timotheo, Timotheus fratri Petro, quẽ magnus præcesit Athanasius.
Hierosolymis uero post Cyrillum Ioannes, & post hunc Nepos episcopalẽ sedẽ
est sortitus. Ad hunc modũ, Deo charus Imperator ecclesijs pacẽ restituit. Aria
ni autem, Antiochia omnino relicta, extra urbis mœnia cõuentus suos habuere.
Res Antiochenæ sic se habuere.

Excusatio Flauiani, episcopatum Antiochenum Theodosio resignãtis.

Imperator Flauianum Antiochiã remittit.

Idem Romæ apud episcopos Flauianum defendit.

Episcopi Occidentales placãtur.

Theophilus Alexandrinus Isidorum precatorẽ pro Flauiano Romam misit.

Flauianus ipse quoq; oratores suos eò ablegauit. Eorũ princeps Acacius Berrœus.

Concordia inter Occidentales & Orientales reconciliata.

Innocentius Ro. episcopus.

Episcopi Hierosolymis.

Ariani extra urbem Antiochiæ cõuentus egere.

CAPVT XXV.

Theodosij Cõstitut. de euertendis idolorũ templis. Quid de ea re decessores statuerint Imperatores.

EOdem porrò tempore maxima etiã Alexandriæ excitata est turba, talem ob causam. Postquã fidelissimus Imperator ecclesijs quantum potuit, pacem præstitit, aduersus Græcos errores omnẽ conferens studium, constitutiones tulit: quibus sanxit, ut simulacrorum delu-
bra, ubicunque locorum in imperio suo inuenirentur, ex ipsis fundamen-
tis euerterentur. Nam maximus ille Constantinus, qui ingentem quidem, *Constantinus.*
minorem tamen uirtute & gloria sua, consequutus est laudem, & primus
uera pietate Imperium exornauit, quum omnem (ut ita dicam) terrarum or-
bem

Abem in idolorum cultu insanientem inuenisset, sacrificare quidem dæmonibus prorsus prohibuit: aras autem eorum non sustulit, mandato illo promulgato, ut deorum templa clausa, quo à nemine adiri possent, seruarentur. Idem stq; eius fe cere. Crudelitatis enim esse putarunt, repentè prorsus rantã instituere mutatio-nem: satius esse existimãtes, quietis consilijs paulatim homines ad ueram pertra here religionẽ. Iulianus aũt, ut impietas reuiuisceret, fecit, erroriscq; & seductio nis flammam plurimũ auxit. Post hunc Iouinianus actiones illius abrogãs, ido lorum cultum suppressit. Idem à Valentiniano, qui Europæ imperiũ habuit, factum. Huius uerò frater Valens, religionem quidem omnẽ ut statis cæremo nijs coleretur, admisit: in eos aũt solos qui fidẽ irreprehensibilẽ profitenẽ, apertè hostili fuit animo. Quapropter in imperio eius toto libationes & sacrificia simu lacris, ab eis quibus hoc placitũ erat, offerebanẽ, ignis in altaribus accẽdebatur, epulationes publicę, & numine afflatorũ discursationes, in foro peragebãtur, & sacerdotes Bacchi choræas ducebãt, & cũ scutis discurrentes canes cõcerpendo necabant: nihil denicq; earum rerum reliqui faciebant, quę primo earũ inuentori probrũ & fœditatẽ atteſtantur. Quæ sanè omnia adhuc celebrari solita, quũ reli giosissimus Imperator cõperisset, radicitus sustulit, modisq; omnibus aboleuit. Tum uerò Theophili opera iussio promulgata est, ut Alexandriæ idolorũ tem pla euerterentur, procurationẽ talem ipsi illi iniungens. Itaq; is potestate ea acce pta, consultò omnẽ mouit lapidem, ut Grecorũ mysteria cum contumelia tradu cerentur. Euertit igitur Mithrium, euertit etiam Serapidis templum, atq; in illo quidẽ ueluti in solenni pompa, cædes patratas: in hoc aũt, spectatoribus Serapi-B dis sacra ridẽda proposuit. † Phalli nanq;, & Ithyphalli, turpiter nudati atq; pro ducti, Theophili iussu, per forum trahebantur. At qui Alexandriæ erãt Græci, et in primis philosophiæ operã dabant, re inopinata consternati, quũ dolorem conceptũ ferre non possent, manu coacta, per impetum & impressionẽ insusten tabilẽ, non minus atq; antea fecerant, ingentẽ edidere stragem. Subitò namq; tu multu Christianos inuadentes, plurimã fecere cædem: neq; paucos etiã uulnera uere, ac deinde retrocessere. Repugnabant quidem illis Christiani, sed eos cædi bus patrãdis Græci longè superarunt: neq; prius à conflictu eo destitere, quàm animos suos hostium sanguine profuso exatiarunt. Cæterùm Græcos ex ea re metus inuasit, ab Imperatoris uindicta sibi timentes. Quapropter eo quod illis uisum fuerat peracto, furoreq; cædium crurore extincto, pro se quisq; in eum quem sors offerebat locum, se ubi latẽret, abdebat. Aliqui etiã timore uehemen-tiore correpti, patriã relinquentes, in urbes alias cõmigrarunt. In quibus duo e-rãt, qui ab ineunte ætate maximè in literarum doctrina fuerant educati, * Hella-dius & Ammonius: ille quidem Iouis, hic autẽ Simiæ sacerdos. Malum id ubi conquieuit, in templorum demolitione, Theophilo plurimùm dehinc operę na uarunt, militarium in Ægypto ordinum dux Romanus, & Alexandrinæ urbis præfectus Euagrius. Nam Græci quidam Serapidis ædem illam pulchritudine & amplitudine celeberrimam, tum autem ornamentis suis dispoliatam, atque fœdè deformatam, in tumulo quodam sitam, occupauerant, atq; inde non secus atq; ex aliqua arce de improuiso prorumpentes, multos ex nostris comprehen-sos tormentis excruciabant, & dæmonibus sacrificare cogebant. Si qui uerò id uehementius detrectarent, eos in crucem agebant. Quorundã etiam crura fran-gebant, & alios aliter enecabant. Porrò quum aliquãdiu dimicatio eiusmodi du rasset, magistratus quos diximus homines eos adeuntes, ut aliquando tandem

Mithrij & templi Serapidis euersio.

In ijs Helladij & Ammonij.

Constantius & fratres eius.

Iulianus.

Iouinianus.

Valentinianus.

Valens.

Idololatria sub Valente liberè culta.

Ineptiæ idolomaniæ.

Theophilus episcopus mandatũ ab Imperatore accipit, de euertendis ethnicorũ templis.

Fœditas sacrorum gentilium traducitur.

Gẽtiles & philosophi tumultũ moto pro aris suis pugnãt, et multos Christianos cædũt.

Seditiosorum gentiliũ fuga.

** Grãmaticos hoc fuisse, præceptoribusq; se eis Cõstantinopoli iuuenẽ ipsum esse, dicit Soc. li. 5. ca. 16.*

Idololatriæ ex Serapidis templo in Christianos excurrentes, pessimè eos tractarunt.

Ff 4 confli-

† *Sozomenus Theophilum quoq; scribit, Dionysij templum sibi, ab Imperatore donatum, in formam sacræ ædis redegisse, & isthic quoq; in adytis obscœna Phallorum & Ithyphallorum simulacra, & monumenta alia spurca reperisse: lib. 7. cap. 15.*

conflictationem eam posthaberent,& templum Serapidis relinquerẽt,sunt hor A tati. Quod ubi illi non fecere,res ea ad Imperatorem est relata. Vt autem in cœpto illi suo obstinatiores essent,conscientia tam temerariæ audaciæ,qua tantopere in re mala usi fuerant, faciebat. Erat præterea apud eos sophista quidam Olympius,qui author illis fuit,ut patrios mores & ritus non negligerent,sed ad necem usq; illis defendendis,fortiter in rebus duris perseuerarent. Quoniam autẽ simulacris comminutis populares suos animos despondere cernebat,ne propterea religionem suam relinquerent, eis suasit.Et simulacra atq; imagines, materiam quidem corruptioni obnoxiam,ob eamq; causam comminutam esse:quæ autem in illis fuissent,& uim suam exhibuissent,potestates,illis confractis in cœlos euolasse dixit. Huiusmodi ille uerbis Græcorum multitudinem in potestate sua continuit, & in Serapidis templo mansit. Imperator ea re cognita,Christianos qui ita occisi fuerant, honore martyrum dignatus est,quòd tantum periculi pro sana fide pertulissent. Percussores autẽ & homicidas illos, uenia concessa,pœna cõmerita liberauit:ut tam insigni eius beneficentia consternati illi,ad Christianã fortè religionem se conferrent. Templa uerò nihilominus,quæ tantæ seditionis populo causa extitissent, erui,literis mãdauit.Quibus literis publicè lectis,quòd Imperator in eis tumultus culpã in Græcæ superstitionis sectatores statim contulisset, Christiani acclamatione ingenti rem cõprobarunt. Illi uerò timore correpti, Serapidis ædem sibi relinquendam, atq; inde fugiendũ duxerũt. Ita Christiani id receperũt. * Olympius aũt iste,in multa nocte,quæ cum diem quã hæc accidêre præcesit, in ipso Serapidis delubro quendã Alleluia psallentẽ audiuisse dicitur. Et quum postibus probè obfirmatis in profundo silentio rursus eandem uocẽ audiret, nec quenq; cerneret, quid sibi ea rès uellet, intellexit.Et ẽdm B egressus,nauimq; cõmodùm nactus,in Italiã nauigauit. Proinde templa quidẽ studio magno solo æquata, & simulacra atq; deorum statuæ igni cõflata, in lebetes & uasa alia ad Alexãdrinę ecclesiæ usum sunt transformata.Preciosioris uerò materiæ deos in sumptus & alimẽta pauperũ Imperator,illis gratificatus,dedit. Sedenim Theophilus simulacris omnibus cõminutis, atq; in cinerem redactis, unum tantum integrum reliquit, quod etiam in publico loco constituũm, conseruandũ esse dixit, ne tẽporibus futuris aliquando Græci se talibus dijs cultum præstitisse, negare possent. Qua de re plurimũ cõcepit doloris, quem diximus, Ammonius,Simiæ ille sacerdos:pergraue id Græcorum religioni accidisse dicitans,quòd ludibrij causa unus ille deus incendiũ, quo minus conflaretur, ausugisset:& non itidẽ,ut alij,quod in primis optauerat, conflatus sublatusq; fuisset. Helladius uerò in conflatione illa nouem se uiros necì dedisse confirmauit.

Olympius sophista idololatras ad sacra sua defendenda cohortatur.

Christiani ab ethnici. esti pro martyribus habebãt. Imperator sedituosa hominũ gratiam ea de re facit.

Christiani templũ Serapidis post Græcorũ fugã occupãt. a Olympio in eo templo Alleluia secretò cantari audit.

Idẽ inde cedit, et Italiã petit. Precisior sanctorum materia in alimentum pauperum expenditur.

Simulacrũ deæ Simiæ ad perpetuam fœditatis idolomaniæ memoriã. Alexandriæ conseruatum.

Id Ammonio maximè doluit.

Helladius nouem cædes cõmisit.

CAPVT XXVI.

Hieroglyphicæ literæ crucis formam referẽtes in euersione templi Serapidis repertæ.

QVum Serapidis templum solo æquaretur, & parietes euerterentur, Hieroglyphicas quæ dicuntur quasdam formas & characteres signo crucis persimiles, saxis incisas apparuisse dicunt. Quos & Græci & Christiani cernentes, utriq; religioni suæ accommodarunt. Christiani enim,propter crucem, symbolum id & signum ad se pertinere allegarunt. Græci uerò,nihil esse cõmune Christo & Serapidi: sed figurã eam aliud quidem Christianis,aliud uerò Græcis superstitiosis,significare & portendere posse, dixerunt. Qua de re quũ sic ambigeretur, multi illorum Christianismũ susceperẽ. Qui etiam Hieroglyphicarum literarum interpretandarum periti, characterem sub crucis forma, uitam futurã significare dixerũt. Quod Christiani plurimũ ad religionẽ suam trahentes, ut permultos ad sententiã suam adducerẽt, occasionẽ habuere:propterea quòd aliæ quoq; literæ apertè declararũt, templum id Serapidis

Symboli eius mysterium.

A pidis relinquendum prorsus esse,quum crucis ille character, qui obscurè uentu ram uitam significaret, in apertum productus esset. Atq; id templum ad hunc modum est euersum.Cæterùm nõ ita multo pòst, in ecclesiæ formã sub Arcadij nomine est redactũ. Ego quidẽ sacerdotes Ægyptios, qui de CHRISTO nihil prorsus præuiderint, literas eas sub crucis forma non exculpsisse puto. Si namq; ãb ipsis seculis mysterium (ut Paulus inquit) occultatũ,principem tenebrarum latuit:multo magis æquum est,illius quoq; sacerdotibus ignotum id fuisse existimare. Quin potius Prouidentiæ diuinæ opus id esse quispiã arbitretur, ut quæstio scilicet de literis eiusmodi fieret. Id quod itidem antea in apostolo Paulo euenit. Ille namq; spirituali sapientia plenus, † eadem ratione & arte apud Athenienses usus,oraculum consilio & causæ suæ accommodauit, & multos ad uerã religionem adduxit. Nisi fortè illud etiam quispiam dicat, idem tum Dei uerbum per Ægyptios sacerdotes,quod antea per Balaam egerat,fecisse. Quemadmodũ quoq; in Caipha accidisse nouimus. Ambo enim, etiã inuiti, de rebus bonis sunt uaticinati. Verùm de his hactenus. Theophilus aũt rebus quæ dictæ sunt,non contentus, hac in parte non constitit: sed fraudem sacerdotũ omnibus B eis qui seducti fuerant, manifestam esse uoluit. Simulacra enim illi, siue ærea seu lignea,pleraq; omnia ita elaborarũt,ut ea caua intus essent,& eorum terga templorum parietibus adaptarentur, occultis quibusdã meatibus in muro relictis. Deinde per alia quædam arcana adyta in simulacrorum cauum subibant, & inde quæ eis uisa essent responsa edebant.Et qui sedulò apud ea uersabãtur,quòd fraudem & imposituram eam non intelligerent, perinde atq; Deo iubente, statim imperatã faciebant. Tales statuas tum Theophilus comminuens,dolum hominibus deceptis commonstrauit. Vt uerò in Serapidis etiam templum ascendit, simulacrum illud uidit magnitudine tanta, ut mole sua horrorem etiam & metum spectatoribus incuteret.De quo opinio etiam falsa,quæ multos seduxit, ferebatur: Si quis scilicet uel digito id attingere fuisset ausus, terram omnem è uestigio concussum, urbi autem toti internecionem accitum iri. Quæ omnia Theophilus anilia ebriosarum mulierculârum deliramenta esse putans, & molem uastam ut rem quampiã exiguã despiciens, quendam qui ponè stabat, securim in manu habentem,uulnus Deo infligere iussit. Atq; ille plagam ingentẽ ui magna fortiter intulit. Qui uerò ibi aderant,id quod dudum fama iactãtum fuerat ueriti, immensum quiddam exclamarunt. At Deus plaga placidè accepta, quòd ligneus esset,neq; dolorem sensit,neq; uocem aliquam emisit, quippe qui mortuus prorsus esset:sed neq; defendere se,quũ & magnus esset,& magno impetu in terrã ferretur,potuit. Vbi uerò & caput ei resectum est,mures inde gregatim emerserunt.Murium enim * cauerna & receptaculum omnino decãtatus ille Ægyptiorum deus fuit. Cæterùm uasto illo idolo in partes minutas dissecto,reliquas quidem igni mandarunt:sacrum autem illud & uenerandum caput per urbem omnem,eis qui id tanquam numen coluerant inspectantibus,& eius quem tantopere honorauerant infirmitatem ridentibus,raptarunt.

De templi eius euersione prædictio.

Templum idem ecclesiam Arcadij postea redactum.

Sicuti diuus Paulus, Aram ignoti Dei ad Christum, sic Theophilus crucem Hieroglyphicã ad religionẽ nostrã accõmodauit.

† vel ex eadem.

Balaã & Caiphas inuiti de ueritate sunt uaticinati. Et idem fortè sacerdotes Aegyptij hieroglyphicis istis imprudentes fecerunt.

Serapidis idolũ longè maximum sacrosanctũ habitũ, per Theophilũ expugnatur et cõminuitur.

Caput id per urbem raptatur.

CAPVT XXVII.

EOdem tẽpore multi Græcę superstitioni addicti in urbibus, de Aris deorum cõtenderunt,& ad mortem usq; decertarunt.Sicuti in Arabia Petræi & Areopolitæ, apud Palæstinos Raphiotæ & Gazæi, apud Phœnices Heliopolitę:& in Syria maximè templum propugnarunt Apameni,Axio amni propinqui:quos memoriæ proditũ est,ad templorũ eiusmodi custodiam & præsidium,socios & auxiliares Gallilæos,& quosdam ex uicis

Ciuitates quædã idolomaniã defendentes.

Apameni per uicaces templorum suorũ propugnatores.

uicis eorum qui circum Libanum montem habitant, euocasse. ad extremum au- A
tem eò audaciæ & confidentiæ euasisse, ut clarissimum uirum Marcellum episcopali ibi fungentem munere interemerint: propterea quòd cõmissæ sibi urbis delubra, magis sua erga Deum fiducia, quàm forti multorum hominum coacta manu aboleuissent. Vbi enim Ioannes, cuius antea quoq; mentionem fecimus, de- *Cap. 5. Eod.*
cessit, rebus omnibus optimus Marcellus iste, pro illo regionis Apamenæ epi- *Apamenæ Ioannis in episcopatu successor Marcellus.*
scopalem administrationẽ sortitus est, spiritu iuxta diuum Apostolum feruens. Atq; ubi præfectus Orientis cũ duobus tribunis in urbem eam aduenit, eo consilio ut idolorum fana demoliretur, plebs quidem, quòd militarem manum metueret, quieta fuit: & præfectus Iouis templum eruere est aggressus, quod quidem &, maximum & ornamentis uarijs & præcipuis pulcherrimum fuit. Verùm quum lapidum & materiæ structuram solidam & firmam admodum præfectus esse cerneret, fieri non posse putauit, ut tanta compago solui aut dirui posset. Maxima nanq; saxa immensis ferramentis, & plumbo diffuso, ex omni parte aptè compacta & conglutinata erant. Diuus autem Marcellus præfectum sic laborem eum reformidantem cernens, illum quidem ad alias urbes transire iussit: ipse autem Deum precatus est, ut rei tam difficili & desperatæ exitum aliquem daret. Et ecce cum sole oriente quidam suapte sponte aduenit, qui neque ædes extruere, aut lapides cædere atq; polire, neq; artem quampiam aliam sciret, ligna tantum & lapides humeris gestare assuetus. Is Marcellum adijt, duplicem que sibi mercedem stipulatus est: facile sibi esse, ut templum celeriter demoliatur, dictitans. Eam postquam Marcellus se illi daturum recepit, tale quid- B
dam ille machinatus est. Delubrum id porticum quadratam habebat, quæ in sublime excitata, adaptata & imposita ei fuerat. Columnæ erant maximæ, magnitudine ipsa templo iuxta proportionem respondentes. Columnæ cuiusque ambitus sedecim cubitos habebat. Natura lapidum perquàm firma & adamantina fuit, ita ut non facilè lapicidarum cederet instrumentis. Quas circum circa ille suffossas, lignis oleaginis suffulsit. Atq; ubi earum tres ad eum modum perfodisset, ignem materiæ subiecit. Et accensa quidem est illa: sed ab igne, pro natura sua cõsumi nequiuit. Dæmon namq; quidam ater apparens, & sese prouoluens, naturalem uim ignis inhibuit. Cæterùm ea re sæpius tentata, quũ cœptum suum frustra esse uiderent, eam ad episcopum meridiantem retulerunt. Ille autem in sacrum ingressus templum, aquã uasi infusam sub sanctiore altari occultauit: & pro sacris cancellis humi prouolutus, generis humani amantem DOMINVM supplex orauit, ut depulsa dæmonis tyrannide, illius quidem in apertum proferret imbecillitatem, suam autem ipsius manifestò exhiberet uim & potentiam: ne scilicet maius etiam detrimentum ad eos, qui nondum ut Christianæ parêrent religioni, in animum induxissent, perueniret. Hæc quum dixisset, & crucis signum aquæ iniecisset, Equitio cuidam diacono eam dedit, flammam uigentem ea conspergere iubens. Quod ubi est factum, dæmon illæ aquæ uim non fe- *Dæmon precatione et lustrali unda fugatur.*
rens profugit: & ignis contra sibi aqua perinde atque oleo usus, ligna optimè comprehensa, paruo momento consumpsit, & columnarum fulcris euanescentibus, & ipsæ confestim conciderunt, & alias duodecim in eandem ruinam secum traxerunt. Quinetiam insuper quæ eis coaptata fuerat templi pars, cum columnarum ui in præceps abijt. Vnde fragor maximus exortus, confestim omnes eò ad opus id inspiciendum pertraxit. Postquam uerò dæmonem illum, qui contrà nisus fuerat, fugatum intellexerũt, linguas in laudem & gloriam Dei cierunt. Sed & alia idolorum fana diuinus sustulit episcopus, & multa alia admiratione digna de eo uiro commemorantur atque circumferuntur. Nam

Difficultas eius demolitionis.
Marcellus ad preces confugit, à Deo templi euersionem expectans.
Apparet subitò uir, qui se ĩ templum idoli demoliturum polliceatur.
Firmitas structuræ.
Dæmon ci templo incubãs demolitioni obsistit.
Marcellum ad martyres epistolas dedit.

& ad uictores martyres epistolas dedit, & ab eis literas, quibus ei responderunt, accepit. Postremò uerò & ipse martyrij coronam reportauit. Id ipsum uerò exponendum est. In conualle ibidem * Aulocrenis (locus is in Apamenorum agro est celebris) templum maximum fuit: contra id militibus & gladiatoribus assumptis est profectus. Ad quod quùm propè uentum est, pugna est commissa. Ipse autem extra telorum iactum constitit. Quod enim pedibus æger esset, neque ad insequendum neq; ad fugiendum idoneus erat. Quum autem milites & gladiatores magno studio in potestatem suam templum redigere contenderent, & ex Græcæ superstitionis cultoribus nonnulli solum cum in ea parte, ubi pugna nulla esset, consedisse cognouissent, subitò cum oppressum comprehenderunt, & pyra accensa combusserunt. Ac tum quidem illi facinore patrato latuere. Postea uerò criminis eius compertí, à Marcelli liberis ad legitimam pœnam sunt postulati. cædem enim patris uindicare illi uoluerunt. Sed id factum synodus prouincialis prohibuit, non uindicandam martyrum mortẽ, sed gratias potius ea de causa Deo agendas esse, liberosq; atq; amicos & genus eorum omne gaudio exilire debere censens, quòd illi honor tantus, ut pro Dei nomine mortem oppeteret, contigerit. Idolorum templa eo tempore ad eum solo æquata sunt modum.

Cædes ex martyrum Marcelli.
Sozomenus pro gladiatoribus, qui ανδρεῖοι ἐπὶ Χριστοῦ dicuntur, ἀνδρεῖος, h. e. monachos habet, li. 7. ca. 15.
In euersione templi idolorum, pugna cõmittitur.
Martyriũ Marcelli liberi eius iure uindicare à synodo prouinciali prohibentur.
Pro martyrijs obitis Deo agendæ gratiæ.

* Pro Aulocrenis Nicephorus & Sozomen. habent Aulonem. Plin. lib. 5. cap. 29. Marsyas ibi redditur, ortus ac paullo post conditus, ubi certauit tibiarum cantu cum Apolline Aulocrenis. Ita uocatur conuallis decem millia passuum ab Apamea. Idem lib. 16. cap. 44. Regionem Aulocrenen diximus, per quam ab Apamea in Phrygiam itur. Ibi platanus ostenditur, ex qua pependit Marsyas, uictus ab Apolline.

CAPVT XXVIII.

BVm etiã Nectarius, Constantinopolitanæ ecclesiæ curator, primus omnium presbytero, qui à multo tempore in ecclesijs pœnitentibus præerat, dignitatem abrogauit. Quem etiam ferè Orientales episcopi omnes sequuti sunt. Quid uerò id sit, & unde initium sumpserit, & quam ob causam tum esse desierit, alij alia memoriæ prodiderunt. Ego autem, ut sese res ipsa uerè habeat, exponam. Quandoquidem nihil peccati admittere, non humanæ, sed diuinæ & immortalis naturæ proprium est: nos autem per transgressionem semel peccandi hæreditatem adiuimus, delictorum Deus ueniam eis concedere iussit, qui legitima & conuenienti pœnitentia usi, deinceps simul peccatum & auersantur, & confitentur. Graue autem episcopis, qui proximè post CHRISTVM fuere, uisum est, in media plebe, ueluti in theatro, noxam confiteri. Quapropter ex presbyteris unum delegere, qui probata uita esset, & simul taciturnus & prudens, apud quem per pœnitentiam resipiscentes commissa sua proferrent. Proinde factum, ut huic seorsim quæ mala egissent propalarent: atq; ille peccatorum confessione audita, quum quid factũ opus esset, & quomodo crimen luere conueniret, mulcta imposita ostendisset, permittebat, ut qui peccatum admisissent, ipsi à se peccati sumerent pœnas. Apud Nouatianos huius rei nulla cura est. Quin etiam ritus iste propter eos institutus esse dicitur, quum communicare illi cum eis nollent, qui sub Decij persequutione fidem abnegarant, & postea resipiscentes ad eam redierãt. Nam eius temporis episcopi, Nouati resistẽtes dogmati, ecclesiasticum canonẽ sequuti, in ecclesia qualibet presbyterum pœnitentiarium cõstituerunt, ut à hoc qui post baptismum peccarent, crimina sua confessi, absolutionem eorum obtinerent. Canon iste longo tẽpore in alijs quoq; sectis est seruatus. In Occidentalibus uerò ecclesijs ad hunc usq; diem obtinet, atq; in Romana maximè, ubi quoq; certus est pœnitentium locus. Stant illi, perinde atq; iudicio damnati essent, ultu

Erant olim in ecclesijs Catholicis presbyteri pœnitentiarij.
Confessio peccatorum priuata.
Propter Nouatianos pœnitentia solennis in ecclesia instituta.
Pœnitentiæ cæremonia in ecclesia Romana.

uultu demisso, admodum lugentes. Re autem diuina peracta, illi quidem ea sacra non percipiunt, quæ eis percipere fas est, qui sacris sunt operati. Cum eiulatu autem & luctu multo se ad pedes eius qui rem diuinam fecit, præcipitant. Directus, deinde qui tum ministerium cæremoniæ eius sortitus est, ad eos accurrit atq; itidem collacrymans, se humi sternit. Tum reliqua ecclesiæ multitudo circumsistens, & ipsa flens atq; lamentans, lacrymis repletur. Postea primus exurgit seu presbyter, seu episcopus, & illos ita iacentes surgere iubet: & per orationem ea quæ pœnitentibus conueniunt precatus, ubi & audiuit & dixit quæ opus est, eos amittit. Atq; illi pro se quisq; segregati suo loco, pro eo atq; eis iniunctum est, se macerant, uel ieiunijs, uel uigilijs, frequentibusq; precibus & resipiscentia, uel illuuie, & deliciarum abstinentia, uel alijs etiam modis, constitutum sibi ab episcopo tempus quilibet expectans. Atq; ubi ad hunc modum alacritate libenti debitum persoluit, à crimine absoluitur: & simul cum alijs in ecclesia, eo dem iure & communione eadem, conuentus frequentat. Hunc ritum iam inde ab initio ad hoc usq; tempus Romani episcopi habuere, qui ab eis inde ad ecclesias alias omnes peruenit, præterquam ad Nouatianos, qui pœnitentiam etiam prorsus non receperunt. Auersati autem presbyterum hunc etiam sunt ὁμοσιους consubstantialis fidei professores, Nectario authore, ob eiusce modi, quæ accidit, causam. Mulier quædam nobilis, quum peccata sua confessa esset, ieiunio & orationi uacare, & in ecclesia permanere, ab eo quē diximus presbytero iussa est. Quod ubi fecit, postea à diacono, qui cum ea cōcubuerat, se cōstupratam esse indicauit. Quod factum postquam plebs cognouit, indignè scelus id cum tanta ecclesiæ contumelia commissum tulit. Maxima etiam ex ea re calumnia & criminatio aduersus sacerdotum ordinem increbuit. Nectarius porrò quid nam faceret dubius, diacono quidem ut scortatori dignitatem abrogauit. Verùm ecclesia multo etiam magis, propter facinus id, sacrorum uirorum detractione, maledictis, & conuicijs est prosciſſa. Itaq; de quorundam, maximè uerò Eudæmonis, ecclesiæ eius presbyteri, patria Alexandrini, consilio, ne postea in ecclesia presbyter pœnitentiarius esset, Nectarius statuit: suadentibus illis, ut cuiq; permitteretur, pro conscientia & fiducia sua, communicare, & de immaculatis mysterijs participare. Sic enim fore, ut ecclesia à contumelijs libera esset, & immunis. Et ab eo tempore ecclesia in tali statu permansit. Ego uerò ea re ecclesiam prisca illa & ueneranda grauitate excidisse, & † ad promiscuum inconsideratumq; atq; negligentem morem prolapsam esse, & paulatim ab accuratiore disciplina desciscere cœpisse puto. Æquum certè atq; credibile est, minus antea peccatorum fuisse, quùm propter eorum qui peccata confiterentur uerecundiam, tum propter iudicum ad hoc constitutorum diligentem inquisitionem. Quamuis nunc quoq; id ita ut fors tulerit, & quandocunq; cuiq; libitū fuerit, fiat. Vnde causa illa extitit, ut alter alterius peccata non arguat, neq; illud Apostoli seruetur dicentis: Nolite communicare de operibus infrugiferis tenebrarum, sed potius ea arguite. Qua etiam ex causa Theodosium magnum, immortali & uenerandæ Catholicæ ecclesiæ gloriæ consulentē, tum primùm legē tulisse cōtio, Nequaquam mulierem, nisi sexaginta annos nata sit, & liberos habeat, in ordinem ministerij & cleri cooptandam: quemadmodum & Paulus diserte id constituit, ex ecclesijs quoq; exigendas quæ comā totondissent: & quicunq; episcopi eas admisissent, exauctorandos esse.

Verùm de his satis dixi-
mus.

Conue-

Apud Sozom. hoc facit episcopus, libr. 7. cap. 16.

Mulier pœnitentiā agens Constantinopoli, à diacono compressa.

Hanc ob causam presbyter pœnitentiarius in ecclesijs Orientalibus esse desijt.

Conscientiæ et arbitrio cuiusque ibi permissum, quando quis Eucharistiam participare uellet.

Factum hoc cū Sozomeno Nicephorus improbat.

Eadem est temporum nostrorum, & quidē iustissima querela.

Constitutio Theodosij de diaconissis. L. nulla. C. de epis. & cler.

† εἰς δὲ τὸ προπετὲς ἠμελημένον ἦθος.

CAPVT XXIX.

ACONuenit porrò, ut neq; ea quę alijs accidere, silentio prętereamus: Arianis uidelicet, & qui à Macedonio & Eunomio & Nouato cognomen sunt adepti. Postquam namq; semel ecclesia DEI diuisa est, res in ea discessione nō constitit, sed illa rursum in se ipsa per dissensiones dilecta est. Et sectarum authores, parua occasione arrepta, & secessione facta, in factiones alias abiere. Quomodo aūt, & quando, & quibus de causis secta quæli bet à se ipsa per dissensionem secesserit, ex eis quæ dicentur liquebit. Illud sanè scire conuenit, Imperatorem Theodosium hęresim nullam persequutum esse, neq; quempiam ad cōmunionēm coegisse: sed potius permisisse, ut hæresis quæ libet loco suo, pro eo atq; ei uisum esset, conuentus agere, atq; etiam de fide in CHRISTVM, pro cuiusq; captu, sentire atq; opinari posset. Reliquas quidem hęreses, præter Nouatianos, extra urbes conuentus celebrare, & ecclesias extruere iussit. Nouatianos autem, quòd secum de ὁμοσιου, hoc est, consubstantialis fide consentirent, intra urbes liberè ecclesias habere est passus, sicuti antea quoq; dixi. Et solum ipse Eunomium exilio mulctauit. Hic enim postquā Cyzicum relīquit, & ab Eudoxio, qui eum consecrauerat, sub prætextu illo, quòd magistrum suum Aetium proscriptum ille non reciperet, segregatus est, in suburbano Constantinopolis degens, suos sibi conuentus cogebat: & libros quos contra ueram pietatem cōscripserat, absq; metu omni publicabat, multosq; orationis suæ fraude in eandem perditionis foueam ita trahebat, ut breui tempore ingentem multitudinem ad se adduxerit, & nonnullos etiam ex Imperatoris cubiculo ad partes suas illexerit. Theodosius porrò ubi suos illum præter modum obseruare B cognouit, eos quidem ab aula sua proscripsit. Ad Eunomium autem quamprimùm Chalcedone capiendum certos homines misit, eumq; Halmyridem deportari iussit. Est autem Halmyris Mysiæ in Europa locus, ad Istrum situs: quem breui post Barbari, Istro qui glacie constrictus fuerat, transito cæperunt. Eunomius porrò inde Cæsaream Cappadociæ translatus est. Mirificum autem ibi in eum hominum odium fuit, quòd libros contra Basilium eius loci episcopum composuisset. Postea ei ut in agris suis, qui Dacoreni uocabantur, uiueret, permissum est, apud Cappadociæ uicum, cui Dacora nomen est, præfecturæ eius quæ ad Argæum montem sita est, Cæsareæ. Nec ita multo post à reditu mortuus, sepulturam in patria sua sortitus est. Eunomium hunc plurimùm, ut diuinum hominem, admiratur ecclesiasticus scriptor Philostorgius. Prudentiam enim & uirtutem eius incomparabilem fuisse, apertè nugatur. Et oris formam, & corporis partes decentissimas, cùm multa uenustate deprædicat, atque ex ore eius orationem fluentem margaritis comparat. Quamuis in laudem eius progressus, balbum fuisse confitetur: quod uitium tamen, in eo ita exornat, ut ei suauem eloquentiam tribuat. Quinetiam † uitiligīnem, quę faciem illius quasi notis quibusdam deformauerat, ornamentum quoddam ori illius attulisse confirmat. Omnes autem alios eius libros diuinis laudibus efferens, præ cæteris excellere epistolas eius dicit.

De hæresibus, carumq; statu, & dissensionibus mœstamus.

Theodosius nō fuit acer hæreticorum persequutor.

Reliquæ hæreses extra urbes ecclesias & conuentus celebrarunt: Nouatiani cum catholicis, in urbibus.

Solū Eunomiū Theodosius proscripsit.

Hoc loco Nicephorus & apud Sozom. lib. 7. cap. 17. Chalcedonēsis ciuitas perinde atque ex suburbijs Byzantij unū designatur. Nā supra cap. 8. eod. & apud Sozom. lib. 7. cap. 6. Chalcedone Eunomiū priuatū uixisse dictū est. Socrates quoq;, Constantinopoli in ædibus priuatis Eunomium eū egisse scribit, lib. 5. cap. 20.

Eunomius Halmyride Cæsaream Cappadociam transfertur. Patria hæc eius fuit. Sozom.

Eiusdem mors. Philostorgius ineptus laudator Eunomij.

† τὸν ἀληθῆ.

CAPVT XXX.

SIc quidem diem suum obijt Eunomius. Sectatores autem eius in diuersas discessere sectas. Primus Theophronius quidā, genere Cappadox fuit, qui ab eo in contentiosa disputandi ratione edoctus, sectatoribus eius se coniunxit. Et mediocriter, seu crassè potius, ut rectius quispiam dixerit, in Aristotelis Prædicamentis, & eiusdem περὶ ἑρμηνείας,

Eunomianorū dissensio.

Eunomij discipulus Theophronius.

† συνόψιν hoc est, de Enunciatione libro uersatus, † compendium, ueluti quandam introductionem, de eis quibus ipsi utuntur syllogismis & ratiocinationibus editum reliquit, quod De exercitio mentis inscripsit. Deinde popularium suorum odio expetitus, quòd ad ineptam & insanã prolapsus esset absurditatem, quippe qui in magistri sui doctrina acquiescere nollet, reiectus ab eis est. Quod nãq; curiosus maximè esset, ex nominibus quę in sacris scripturis posita sunt, collegit, quòd DEVS id quod non extat præsciens, id autem quod extat sciens, atq; id quod extitit memoria tenens, non eodẽ semper modo se habeat: utpote qui cognitionem transferat ad præsentia, ad futura, & ad præterita. Atq; eam ob rem repudiatus, conuentus suos sibi seorsim cogens, sub nomine suo hæresim instituit. Non multo post alius quidam Eupsychius nomine, in urbe Cõstantinopolitana, propter frigidam quandã quæstionem ab Eunomianis seiunctus, luę ipse quoq; hæresis author extitit. * Quum namq; quæstio orta esset, an filius extremam horã norit, & plurimi Euangelica dicta proferentes, ne ipsum quidem horam eam scire dicerent: Eupsychius sententia sua in scriptum relata, cõfirmauit, filiũ non expertem eius cognitionis esse, qui à patre omnia locupletissimè acceperit. Quum autem qui hæresi ei præibant, dicta eius non admitterent, à communione eorum defecit, & ad Eunomium exulantem se contulit. Quò etiam alij ex urbe Cõstantinopolitana Eunomianæ sectæ uenêre, ut ibi cum eo ambigerent: atq; etiam, si usus ita ferret, de causa disputarent. Quod ubi Eunomius cognouit, ea quæ Eupsychius proferret laudauit, & ad cõmunionem eum admisit: quum quidem id constitutio uetaret, quę nefas esse decernit, peregrè aduenientes ad cõmunes preces admittere, si literas secum non afferãt, quæ ad eiusdem opinionis populares, per notas ita scriptæ, ut ab alijs legi non possint, dantur. Postquam autem breui Eunomius è uita migrauit, hæresis eius post Eunomium Constantinopoli præses, Eupsychium minimè admisit. Aegrè enim is tulit, quòd æmulatione quadam ducebatur, se cõtraria Eupsychio, qui nondum clericus erat, sententiẽ, quæstionem propositam soluere non posse. Quapropter aduersandi studio ille, quum multi ad eum opinioni suæ suffragãtes cõfluerent, ab Eunomianis segregatus, hęresim suam induxit. Porrò quòd diuinus etiam baptismus ita per adulterinũ usum deprauatus est, ut non in trinitatẽ, sed semel in mortem CHRISTI mersio fiat: non Eunomio, sed discipulis eius Theophronio & Eupsychio, multorũ opinione atque sermone ascribitur. Causas hasce breuiter exposuimus, ut quisq; norit, quãobrem Eunomiani in diuersas discesserint partes. Cæterùm qui Theophronij sequuti sunt, Eunomiotheophroniani: qui uerò Eupsychij, † Eunomioeupsychiani cognominati sunt. Disputationes autem & orationes omnes, quæ de his quæstionibus habitæ sunt, commemorare, perlongum, & prorsus difficile esset, præsertim quum aliud mihi propositũ sit institutum. Tum uerò apud Macedonianos etiam ad tempus discordia extitit, cuius author fuit Eutropius quidam presbyter, seorsim cõuentus agens. Ei uerò Carterius Macedoniane sectæ antesignanus restitit. Eodem tempore & ab Arianis Constantinopoli illud in quæstionem uocatũ est, An priusquam filius fuerit (profitebantur enim eum ex non existentibus extitisse) pater tum pater uocari potuerit. Et Dorotheus quidem, qui Antiochia accitus, ibi pro Marino administrationẽ sectę huiusmodi obtinebat, apertè decernebat, fieri non posse, priusquam filius subsisteret, ut pater uocaretur: quod patris nomẽ ex eis esset, quod † ad aliquid referretur. Marinus uerò diuersum censuit: et priùs etiam patrem, quàm filius fuerit, patrem profitebatur. Siue quòd ita ex animo sentiret, seu quòd Dorotheo aduersaretur, ut qui ei hęresi ea gubernanda prælatus fuerit. Et talem ob causam in partes duas multitudo, quæ eos

A

B

Is etiam ab Eunomianis rapit diatus.

Ineptiæ eiusdem.

Eupsychius ab Eunomianis segregatus. Socom. Eutychium nominat libro 7 cap. 1.

* Quæstio, an filius extremã horã nouerit.

Eupsychius ab Eunomio in exilio laudatus.

Communio precum.

Dabãtolim hæretici sectatoribus suis profici scẽtibus ad populares factionis suæ, tanquã sodalitatis tesseras, per notas scriptas literas.

Deprauatio baptismi discipulis Eunomij à quibusdam adscripta.

Eunomiotheophroniani.

Eunomioeupsychiani.

Eutropius & Carterius Macedoniani inter se dissentiunt.

Dissensionis authores.

† ωρός τι

Theophronius ab Eunomianis se diuiũxit, & sectam proprium instituit.

Agnoetæ hi dicũtur.

μὴ συνοῦσαν χρόνῳ

Eupsychianorũ secta.

† Alij, Eunomioeutychiani.

Dissidium apud Macedonianos.

Item apud Arianos.

Dorotheus.

Marinus.

A quæ eos sectabatur, discessit. Et Dorotheus quidem in sacra sua ędem permansit. Qui autem Marini partium erant, nouis conditis ecclesijs, in eis conueniebant. Qui etiam Psathyriani, siue Gotthiani uocati sunt: proprerea quòd uir quidam λαθυροπώλης, hoc est, placentarum uenditor, quæ ex liborum genere sunt, nomine Theoctistus, opinionem hanc magnopere defendit. A Gotthis autem illis nomen inditum, quòd Selinas Gotthorum episcopus tantopere ei sententiæ addictus fuit, ut ad eam, gentem Gotthicam omnem adduxerit. Nam obsequẽtes sibi admodum barbaros habuit, nimirum qui ad docendũ non solum patria eorum, uerùm etiam græca lingua appositus fuerit: Vlphilę illius Gotthorum episcopi, de quo suprà quoq; diximus, quum res Valentis exponeremus, primùm subscriba, deinde etiam successor factus. Nec ita multo post dissidium quoq; intercessit ei quem diximus Marino & Agapio, qui factionis eius ecclesiæ Ephesi episcopus à Marino creatus præfuit. Quorum discessio parum abfuit quin bellũ prorsus, Gotthis maximè Agapio fauentibus, mouerit. Quam ob causam permulti Præfectorum suorum concertationem & dissidendi studium reprehendentes, ad uniuersalem se ecclesiam cõtulere, qui etiam nullo discrimine ad communionem sunt admissi. Atq; hæc quidem causa exitit, cur primùm Ariani segregati, in factiones abierint. Et ex eo tempore illi, in quibus sunt urbibus, seorsim suos quæq; conuentus secta agit. Constantinopoli uerò, eos triginta & quinq; annis dissidentes, tandem ad cõcordiam uir quidam consularis Plinthas, sectę eorum sectator, equestribus simul & pedestribus copijs præfectus, magni in aula Imperiali nominis reduxit. Quo tempore synodo etiam ab Arianis coacta statutum est, ne quando posthac quæstiones, quæ secessionem tantam attulissent, in medium proferrentur. Hæc quidem paulo post facta. Fortasse autem aliæ quoq; in urbibus passim sectæ & sectiones Arianorum fuere, quas mihi omnes exacti è referre fas non est. Sed satis fuerit nunc, præcipuas & necessarias attigisse, & eas potissimùm quę Cõstantinopoli, cuius ego alumnus & soboles sum, fuere: quippe quæ præclariores alijs extitere, & propterea latêre non potuerunt. Si quis autem consiliũ eiusce modi hæresium cognoscendarũ cępit, unde, & quomodo initia sua sumpserint, & quibus authoribus incremẽta sua acceperint, eum ut Panaria legat hortor: liber autem is ab Epiphanio, qui ecclesiam Cypri administrauit, editus est. * Pręterea Theodoritum Cyri episcopum, atq; insuper admirandum illum Ioannem Damascenum. nam & hi ambo permulta de ijs differunt.

* Theodoritus etiam, & Ioannes Damascenus, apud Græcos de hæreticis scripserunt.

Sozom. addit consilium fuisse.

Ariani statuto cauẽt, ne posthac quæstiones secessionis & dissidij causæ proponantur.

Opus Panariũ Epiphanij de hæreticis.

Psathyriani. Gotthiani.

Selinas Gotthorum episcopus, Vlphilæ successor.

Dissensio aliq; inter Marinũ & Agapium.

Per causam instaurandi testamenti dissidiorũ multi ab Arianis ad catholicos transierunt.

Plinthas uir clarus Cõstantinopoli Arianos dissidentes ad cõcordiam reduxit.

Panarium hoc opus etiam ἐγκυκλοπαίδεια dicitur. Socr. lib. 5. cap. 24.

CAPUT XXXI.

Eridem tẽpus Nouatiani quoq; inter se dissidẽtes, per secessionem, Sabbatianorum quę uocatur hæresim cõstituerunt. Erat enim apud eos presbyter quidã Sabbatius nomine, à Marciano cõsecratus: qui quòd ex Iudęis ad Christianismum peruenisset, nihilominus præsumptæ & anticipatæ Iudæorum opinioni inseruire studuit, & clàm etiam episcopatum affectauit: necnon unà cum Theoctisto & Macario & ipsis presbyteris, eis adhærentibus, qui sub Valentis Imperio cõuentum in Pazo uico habuerant, festum diem Paschæ cum Iudæis celebrauit. Ac primùm quidem propter uitæ institutum, quam optimam monasticis exercitijs agebat, à Nouatianorum se corpore seiũxit: deinde uerò quosdam participatione diuinorum mysteriorum indignos reputans, talemq; prętextũ obtendens, eum quem diximus diem festum in aliud transtulit tempus. Postquam autem manifestò apparuit, res nouas eum moliri, Marcianus seipsum propter importunã Sabbatij consecrationem repre

Cũ Iudæis Pascha celebrat.

Nouatianorũ dissidium.

Sabbatianorũ apud eos hæresis.

Sabbatius ex Iudæo Christianus factus, & pronde Iudæo christianus.

Macciani Nouatiani episcopi scire dictum de Sabbatij ordinatione.

hendit: identidem dicere solitus, melius se facturum fuisse, si spinis potius quàm illi manũ imposuisset. Atq; ubi is ecclesiã suam in partes duas diuisam, & quosdam ad alium desciscere uidit, episcopos hæresis suę, qui cum eo cõmunicabant, statim Sangarũ cõuocauit. Est is locus Bithynorũ prouinciæ, ad mare, nõ longè ab Helenopoli situs. Eò quoq; ab episcopis cõgregatis Sabbatius euocatus est. Ibi causam mœroris sui dicere iussus, festi diei eius dissensionem allegauit. Nam eum cum Iudæis, sicuti etiam nõ ita pridem, qui in Pazo Phrygiæ uico conuenerant, statuissent, peragendum esse dixit. Cæterùm illi propterea hoc eum præ se ferre considerantes, quòd ad episcopatũ anhelaret, iurisiurandi sacramento eum obstrinxerunt, ne unquam episcopatũ sibi expetendũ statueret. Postquam ille iurauit, se episcopatũ susceпturũ non esse: non satis causę esse putantes, cur ecclesia eorũ factionib. diuideretur, placitũ eis est, ut omnes consentirent, atq; eodem in loco ecclesiasticos cõuentus agerent: festũ autem Paschę diem, quo quis uellet tempore celebraret. Et ea de re canonem promulgarũt, quem ἀδιάφορον, hoc est indifferentem uocarunt. Statuerunt quoq;, ne decretũ eorum qui Pazi cõuenerant, uniuersali canoni præiudicaret. Quòd & prisci illi uiri, & maximè qui Apostolis proximi fuere, etiamsi de Paschæ festo die plurimũ inter se dissiderẽt, inuicem tamen inter se cõmunicassent, & alijs in rebus omnib. prorsus non dissensissent. Et quòd præterea Nouatiani in uetere Roma haudquaq; cum Iudæis, sed post æquinoctiũ cum reliquis Romanis, qui Petri & Pauli apostolorũ traditione utebant, Pascha peregissent: nec ob eam causam, q; Paschæ festo celebrãdo inter se dissentirent, discessionẽ ab eis qui cõmunem cum eis haberent religionem, fecissent. Proinde re bene deliberata, indifferentẽ, quem diximus, canonem protulere, ut quilibet pro eo atq; ei placitũ esset, ex cõsuetudine aliqua, aut præsumpta opinione, Pascha celebrãs perficeret: non quidem ut ea res aliquã in communione dissensionẽ afferret, uerùm ut qui sic discrimine nullo festũ diem agerent, in ecclesię cõmunione cõcordarent. Eiusmodi canone cõfirmato, Sabbatius, qui scilicet iureiurãdo obstrictus esset, quum Iudæorũ obseruationem sequeret, præterq; † si festus dies in idem cũ illis tempus incideret, receptis statisq; ieunijs illos præueniebat, & clàm solennes ritus perficiens, Pascha peragebat, legitimoq; & uespertino sabbati tempore uigilijs & precationibus alijs interesse solitus, postridie cum reliquis cõmuniter de festo die participauit, diuinaq; mysteria percepit. Hoc sic cum annis aliquot latenter faceret, diutius seipsum occultare non potuit. Quum enim breui celebritatem ex ea re cõsequutus esset, permultos ex simplicioribus ad se pertractos æmulatores habuit, & maximè Phryges & Galatas. Qui quoniã patrio more sic ieiunabãt, morem eum ut rectiorem cõfirmari putauerũt. Itaq; hunc sequuti, clam etiã uñà cum Iudæis Pascha celebrarũt. Et Sabbatius suos sibi paulatim conuentus agens, à reliquis Nouatianis secesit: & iurisiurandi oblitus, episcopatũ apud sectatores suos susceپit, sicuti paulo pòst dicam.

† hoc est, Si omnes eodem tẽpore Pascha peragere contingeret. Soz.

Synodus Nouatianorum Sabbatij celebratus.

Sabbatius causam secessionis suæ per simulationẽ indicat.

More Iudaico sollect.

Idem iurat se ad episcopatũ non anhelaturum esse.

Canon Nouatianorũ de Pascha ἀδιαφόρων, quo quis uellet tẽpore, celebrando.

Decretum eius synodi.

Nõ temerè unionẽ ecclesiæ scindendã propter diuersitatem Paschatis celebrãdi, Nouatiani censent.

CAPVT XXXII.

Sic Sabbatius & Nouatianorum Sabbatariorum synodus.

Sedenim ego & Sabbatiũ & sectatores eius demiror, quid eis in mentem, ut festum hunc diem innouarent, uenerit: quum ab initio Iudæi ueteres, sicuti Eusebius Pamphili memoriæ prodidit, Iosephum, Philonem, Aristobulũ, & non paucos alios testes laudans, τὸ διαβατήριον, hoc est, Paschalia pro transitu sacrificia, sacrificarint, post æquinoctium uernum, sole † duodecimam partem, quæ à Græcis Aries appellatur, zodiaci circuli ingresso: luna autem * per diametrũ & rectam lineã soli oppositа, tum quatuordecimæ diei cursum tenente. Ad hæc Samaritani, qui præcipuè tempora secundum cõstitutiones Mosaicas obseruant, non prius festum hunc diem peragunt, quàm

Iudæi antiquitùs post uernũ æquinoctiũ Pascha celebrarunt.

† τὸ τριῶτον ἀπὸ ἰσημερινοῦ, Sozom.

* κατὰ διάμετρον, Nicepho. ἀπὸ διαμέτρου, Sozom.

A quàm nouos fructus florentes cõspiciant. Nouorũ enim, inquiunt, frugũ festum in lege dicit: ut id celebrare, anteq; illi appareãt, nefas sit: proindeq; uernũ æquinoctiũ ferias eas præcedere necessariò debeat. Quapropter quũ Iudæos sibi imitandos proposuerint, eos admiror, q; non potius antiquitatẽ, quæ apud eos est, laudauerint. Et satis colligere licet, Sabbatianis istis, atq; eis qui τεσσαρεσκαιδεκατῖται, siue Quatuordecimani uocant, exceptis, hæreses alias omnes festũ Paschæ cum Romanis & Aegyptijs & Palæstinis peragere. Nouatiani igitur isti resurrectionis diẽ peragunt, Iudæos & ipsi sequuti. In idẽ uerò cum Quatuordecimanis tẽpus incidũt, nisi quum prima sabbati dies cadẽ cum decimaquarta die lunę est. Iudæos namq; imitantẽ, quando cũq; obtinẽs Dominica dies in decimãquartam lunæ diem nõ incidit. Mõtanistæ uerò, quos etiã Pepuzitas & Phryges appellare cõsuetudo est, noua quadã ratione inuẽta, iuxta eam Pascha celebrãt. Atq; in primis eos reprehendũt, qui propter festũ Paschæ lunæ cursum obseruãt. Nõ illum enim, sed solis orbẽ, eis qui ritè Paschæ diẽ inquirere uelint, inspiciendũ esse censent. Et mensem quẽlibet dierũ triginta, atq; principiũ eorũ, æquinoctiũ uernũ faciũt: quę dies, secundũ Romanos, ritè ante IX. Calend. April. dicaẽ. Ea namque etiã magna hæc duo luminaria initiũ suum habuisse allegãt, per quæ tẽpora & anni significanẽ. Idq; ex eo liquere asserunt, q; luna per octenniũ cũ sole cõueniat, & ambo initiũ nouũ sumãt. Quando quidẽ octennalis lunæ cursus nonaginta & nouẽ mẽsib. perficiaẽ: diebus aũt bis mille noningentis uiginti duobus, quibus etiã sol octonos absoluat cursus. Ita ut annus quilibet censeaẽ esse dierũ trecentorũ sexaginta & quartæ unius diei partis. Ex ea nãq; die, quę est ante IX. Calend. April. quippe quæ principium creationis huius existimeẽ, esse colligũt atq; cõputant eam, quæ in sacris literis dicit, decimamquartam diem, quam esse dicũt ante VIII. Id April. in qua semper festũ Paschæ agunt. Quod si ita, ut sæpe fit, in eam Resurrectionis quoq; dies concurrat, in ea ipsa Dominica die id festũ celebrant. Scriptũ eim̃ est, inquiũt, à decimaquarta usq; ad uigesimamprimã Pascha esse peragendũ. Mihi sanè nõ rectè feciss̃e uidẽt, qui olim de festo hoc die tantopere dissidentes cõtenderunt: multo uerò minus, qui hac in parte Iudæos sibi imitandos esse statuerunt. Sed illis, ut opinor, in mentẽ non uenit, q; Iudaismo in Christianismũ mutato, ex necessitate quadã figuræ rei ipsi cesserint: sicuti hoc inde satis cõstabit. Nulla namq; Christi lex Christianis ut Iudaizẽt præcipit. præcipit aũt: imò potius id prohibet: quemadmouum disertis uerbis diuinus Apostolus sanxit, non solũ de circũcisione, quæ legis est caput, uetans, uerùm etiã de diebus festis cohortãs, ut nequaq; disceptãtes segregemur. Et ad Galatas scribẽs: Dicite mihi, inquit, qui sub lege esse uultis, legẽ non auditis? Atq; ubi de hoc pauca disseruit, deinde ostẽdit, Iudęorũ populũ seruum esse: libertatẽ aũt eos obtinere, qui CHRISTVM sequũtur. Vbi etiã admonet, nõ obseruãdos esse dies & annos. In epistola autem ad Colossenses clara prædicat uoce, umbrã esse obseruationes eiusmodi. Quapropter infert dicẽs: Nemo uos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbati, quæ sunt umbra futurorum. Ad Hebræos aũt hęc omnia ueluti sigillo cõfirmans, dicit: Trãslato enim sacerdotio, nẽ cessariò etiã legis trãslatio subsequuta est. Satis igitur liquet, neq; sacrum Euangeliorum librũ, neq; diuũ ipsum Apostolũ, Christianis iugũ seruitutis legis imposuisse: sed ut et Pascha et reliquos festos dies honorificè, quãdocũq; eis usum esset, peragãt, animi gratitudini eorũ qui beneficio sunt affecti, reliquisse. Proinde quia homines maximè ferias amant, à laboribus, in eis cõquiescentes, tum sicuti cuiq; usum erat, in regionib. passim, cõsuetudine quadã per traditionẽ accepta adducti, salutiferę passionis memoriã colentes celebrarũt. Neq; enim uel Seruator ipse,

Libertas Christiana.

In Asia hi fuere. Quatuordecimani.

Montanistarũ Pascha.

Aequinoctium uernũ ante 9. Calend. April.

Nono Calend. April. initium creationis.

Mõtanistæ Pascha celebrant ante 8. Id. Apr.

Admiratur Nicephorus eos, qui uel pertinaciter de festo die Paschæ disceptent, uel Iudæos eo celebrando imitentur.

Contra superstitiosam temporum festorũq; dierũ obseruationem.

Apostoli Paschæ celebritatem liberã populis Christianis reliquerũt.

tor ipſe,uel eius diſcipuli, lege ulla id obſeruandum eſſe ſtatuerunt: ſed neque in eum qui hoc ita non perageret, condemnationem,aut pœnam, aut execrationem, ſicuti Moſæ lex facere ſolita fuerat, uel Euangelica uel Apoſtolica ſcripta induxerunt,aut comminati ſunt. Diui uerò Euangeliſtæ hiſtoria ſua ſcribenda, Moſaici Paſchæ feſti obiter ſaltem mentionem fecere: Seruatorem ſcilicet azymorum tempore paſſum eſſe,quum celebre apud Iudæos ageretur feſtum:ut oſtenderent illi,feſtis potiſsimùm diebus cædes eos perpetrare conſtituiſſe. Ipſis profectò ſanctis Apoſtolis conſilium illud propoſitum non fuit, ut ſibi de diebus feſtis iudicium ſumerent,aut de eis leges ferrent:ſed potius Deo gratam uitam,uirtutem,& ueram erga Deum pietatem traderent,atque inducerent. Mihi quidem uidetur, quemadmodum alia plurima pleriſque in locis ſuam obtinere conſuetudinem, ita id quoque de Paſchæ feſto accidiſſe, quod ex more quodam apud gentes quaſque ſuam habuit obſeruationem: ut ſatis manifeſtum ſit, neminem Apoſtolorum quidquam de feſto hoc die legis ſanctione conſtituiſſe.

Quid potiſsimùm ſancti Apoſtoli doctrina ſua ſpectarint.

CAPUT XXXIII.

Iam tum ab Apoſtolorũ temporibus Chriſtiani Paſchæ feriis celebrandis uariarunt.

POrrò quòd ab initio Paſcha moribus magis quàm legibus obſeruatum ſit, re ipſa declarabimus. Qui namq; minorem Aſiam incoluere,plurimi ab Apoſtolorũ temporibus ſabbato deſpecto,decimamquartam lunæ diem obſeruarũt. Quod quum facerent, nequaquam ab aliis,qui hoc non itidem facerent,diſſidebant: quoad Victor urbis Romanæ epiſcopus,plurimùm commotus literis,Aſianos quartamdecimam diem colentes damnauit, atq; excommunicauit. Quam ob cauſam è diuerſo Irenæus Lugdunenſis in Gallijs epiſcopus,ad Victorem literas dedit,quibus illum obiurgat, & facinus tam calidum reprehendit: perdoctè exponens ,quòd quum antiquiores etiam communionem rerum omnium inter ſe in Chriſtianiſmo retinerent, & de Paſchæ feſti tempore uariarent, nullum id putauerint eſſe præiudicium. Adijciens præterea,Polycarpum Smyrnæ epiſcopum,qui ſub Gordiano poſtea coronam martyrij recepit, Romam ueniſſe, & cum Aniceto eius urbis epiſcopo communicaſſe,nihil de feſto Paſchæ cum eo diſceptantem. Nam & ipſe Polycarpus patria quadam Smyrnenſium conſuetudine, decimaquarta die Paſcha celebrabat:ſicuti Euſebius quoque Pamphili *in* quinto eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſuæ libro teſtatur. Conſtat igitur, ſicuti dixi,quoſdam in minore Aſia decimamquartam lunæ diem obſeruaſſe. Alij uerò,qui in ſuperioribus Orientis partibus habitant, ſabbatum feſto eo celebrando magis coluere. Cæterùm de menſe eis maior fuit contentio. Quidam namq; Iudæos ſequi uoluerunt,quum quidem iamdudum certiore obſeruatione illi excidiſſent. Alijs uerò ab eo abhorrentibus, poſt æquinoctium uernum Paſcha agendum potius uiſum eſt: celebrandum id ſemper eſſe dicentibus, quum ſol in Ariete ſit, ſecundum Antiochenos Xanthico,ſecundum Romanos autem Aprili menſe. Qui quidem non eos qui tum delirabant Iudæos,ſed antiquiſsimos,& magnum illum in primis Ioſephum,ſicuti is hac de re in tertio Antiquitatum Iudaicarum libro refert, ſequuti ſunt. Ac illi quidem qui minorem Aſiam & ſuperiores Orientis partes tenent, ad hunc modum de feſto hoc die diſſenſerunt. Alij uerò omnes, qui Chriſtianiſmum ſuſceperunt,& Occidentales cuncti aduſque Oceanum, poſt uernum æquinoctium, Paſcha peragere inueniuntur, uetuſtiorem conſuetudinem ſequentes. Qui ſane uniuerſi ita feſtum Paſchæ celebrantes, nunquam inter ſe diſcordare uiſi ſunt. Neq; uerò,quemadmodum multorum ſermonibus fertur, magna illa ſub Conſtantino Nicææ celebrata ſynodus,eiuſcemodi diei Paſchæ celebrandi errorem induxit: ſed ipſe potius diuus Conſtantinus,paucos illos qui à recepta obſeruatione

Victor Rom. epiſcopus Aſianos eo nomine damnauit.

Sed hic ab Ireneo eſt reprehenſus.

Polycarpus martyr cum Aniceto Romæ Paſchate ab eo colendo diſſidens communicauit.

Iudæi ueteres etiã poſt æqui noctiũ uernum Paſcha celebrarunt.

A tione diſſentiebant,literis ſuis cohortatus eſt, ut partem maiorem ſequerentur: & eam imitantes,eodem modo cum illa feſtũ diem peragerent. Epiſtolam eam Imperatoris totam,in tertio libro eorum quos de uita Cõſtantini Euſebius conſcripſit,inuenies. Ex ea autem particulam quæ de feſto Paſchæ ſcripta eſt,hic apponam: quæ de uerbo ad uerbum ſic habet. Eſt ordo quidam bene inſtitutus, quem omnes Occidentalium & Meridionalium & Septentrionalium orbis terræ partium,& quædam etiam Orientalium regionum eccleſię ſeruant. Quapropter quùm in præſentia rectè omnes id conſtitutum eſſe exiſtimarunt, tum ipſe ſolertiæ quoq; ueſtræ placiturum eſſe recepi, ut quod per urbem Romanam,& Italiam,Africam,Aegyptum omnem,Hiſpanias,Gallias ,Britaniã,Libyam,cunctam Græciam, Aſianam & Ponticam prouinciam, & Ciliciam,concordi & una prorſus ſententia ſeruatur, idem quoq; ueſtra non grauatè ſuſcipiat prudentia: Quæ illud ſecum cõſideret,non ſolum maiorem eſſe in eis quos enumerauimus locis eccleſiarum numerum,uerùm etiam communiter maximè idem omnes uel le,& ſanctiſsimum eſſe,accuratiorem q; rationem,ut nulla omnino nobis cum Iudæorum perfidia intercedat communio efflagitare. Imperatoris epiſtola ſic habet. Verumenimuerò,Quatuor decimanos ferunt à Ioanne apoſtolo decimæquartæ diei lunæ obſeruationem accepiſſe: Romanis autem & Occidentalibus partibus Petrum & Paulum,Apoſtolorum maximos,eam quę ibi frequentatur tradidiſſe conſuetudinem. Scriptum quidem hac de re decretum edere nemo poteſt. Sapienter uerò Victor & Polycarpus extinxiſſe de die feſto contentionem uidentur. Quandoquidem autem Occidentales epiſcopi traditionem Petri & Pauli minimè dehoneſtandã duxerunt,& Aſiani quoq; Ioannis Euangeliſtæ inſtitutum ſeruandum eſſe contenderunt, de cõmuni cõſilio placitum eſt,ut quicq; B ſicuti aſſeuerant, feſtum diem agerent, mutuam autem communionem nequaquam reſcinderent. Stultum quippe quàm maximè eſſe opinati ſunt, conſuetudinum eiuſmodi uariantium gratia, à mutua coniunctione diſcedere, quum eis de rebus religionis præcipuis per conſentientem concordiam conueniret.

Conſtantini ex eis literis uerba.

» ponam: quæ de uerbo ad uerbum ſic habet. Eſt ordo quidam bene inſtitutus,
» quem omnes Occidentalium & Meridionalium & Septentrionalium orbis ter-
» ræ partium,& quædam etiam Orientalium regionum eccleſię ſeruant. Quapro
» pter quùm in præſentia rectè omnes id conſtitutum eſſe exiſtimarunt, tum ipſe
» ſolertiæ quoq; ueſtræ placiturum eſſe recepi, ut quod per urbem Romanam,&
» Italiam,Africam,Aegyptum omnem,Hiſpanias,Gallias ,Britaniã,Libyam,cun-
» ctam Græciam, Aſianam & Ponticam prouinciam, & Ciliciam,concordi & una
» prorſus ſententia ſeruatur, idem quoq; ueſtra non grauatè ſuſcipiat prudentia:
» Quæ illud ſecum cõſideret,non ſolum maiorem eſſe in eis quos enumerauimus
» locis eccleſiarum numerum,uerùm etiam communiter maximè idem omnes uel
» le,& ſanctiſsimum eſſe,accuratiorem q; rationem,ut nulla omnino nobis cum Iu
» dæorum perfidia intercedat communio efflagitare. Imperatoris epiſtola ſic ha-
bet. Verumenimuerò,Quatuor decimanos ferunt à Ioanne apoſtolo decimæ-
quartæ diei lunæ obſeruationem accepiſſe: Romanis autem & Occidentalibus
partibus Petrum & Paulum,Apoſtolorum maximos,eam quę ibi frequentatur
tradidiſſe conſuetudinem. Scriptum quidem hac de re decretum edere nemo po
teſt. Sapienter uerò Victor & Polycarpus extinxiſſe de die feſto contentionem
uidentur. Quandoquidem autem Occidentales epiſcopi traditionem Petri &
Pauli minimè dehoneſtandã duxerunt,& Aſiani quoq; Ioannis Euangeliſtæ in-
ſtitutum ſeruandum eſſe contenderunt, de cõmuni cõſilio placitum eſt,ut quicq;
B ſicuti aſſeuerant, feſtum diem agerent, mutuam autem communionem nequa-
quam reſcinderent. Stultum quippe quàm maximè eſſe opinati ſunt, conſuetudi
num eiuſmodi uariantium gratia, à mutua coniunctione diſcedere, quum eis de
rebus religionis præcipuis per conſentientem concordiam conueniret.

Conſtantinus magnus in Nicæna ſynodo literis ſcriptis, Aſianos, ut cũ Occidentalib. eodem tẽpore Paſcha celebrarent, hortatus eſt.

Ioannes apoſtolus Quatuordecimanos in Aſia Paſcha celebrare docuit Petrus & Paulus Romanos.

Maiores noſtri Paſcha hoc uel illo tempore peragere, ἀλλ' ἀφορᾶν εἶναι uoluerunt.

CAPUT XXXIIII.

VOd uerò conſuetudinem potius quàm legem ſequuti ueteres pleriſq; in locis,ut quibuſque uiſum erat,Paſcha celebrarunt,inde facilè colligitur. Non omnes etenim, quamuis eiuſdem opinionis eſſent, eaſdem traditiones in eccleſijs ſeruarunt. Et qui eandem colebant fidem,ſæpe conſuetudinum obſeruatione inter ſe uariarunt. Neq; id ueræ pietati detrimento fuit. Porrò quum ad hunc locum peruenerimus, æquum uiſum eſt, pauca quædam de diuerſis eccleſiarum moribus commemorare: qui antea quidem ſic uariè obtinuerunt, nunc autem per gratiam Dei cum tempore mutati, ad conſentientem concordiam apud omnes peruenerunt. Et primùm de obſeruatione Paſchalis feſti dicendum. Quæ enim eas præcedunt ferias ieiunia, uariè apud quoſque ab initio ſeruata comperimus. Romani namque tres continuas hebdomadas, ſabbatis & Dominicis diebus exceptis, ieiunarunt. Illyrici autem,& cuncta Græcia, præterea Alexandria & Libya omnis, Aegyptus & Palæſtina, ſex hebdomadibus ante feſtum Paſchæ ieiunium continuarunt, Quadrageſimam tempus id nominantes. Alij rurſus ante ſeptem hebdomades ieiunare incœperunt: ſicuti Conſtantinopoli,& circumcirca ad Phœniciam uſque, † tribus tantum hebdomadibus quinos dies ex interuallo,binis ſeptimanis intermiſsis à cibis ſe abſtinentes, itidem Quadrageſimam tempus tale uocarunt. Montaniſtæ uerò duabus. Quos mihi demirari in mentẽ uenit, quomodo omnes iſti in dierum numero ſic uariantes, Quadrageſimã tamen ieiunij tempus

De uariatibus apud ueteres eccleſiarũ conſuetudinibus & obſeruationibus.

In ieiunijs ante Paſchæ ferias.

Quadrageſimale ieiunium.

† τρεῖς μόνας πονηθεῖσαι ἐν διακαιδεκάτῳ νηστεύουσας. Sũ erat.

uocent. Quamuis alij aliam rationem texentes, nomini ei honestum prætextum obtendant. Non solum uerò de dierum numero, uerùm etiam de cibis ipsis, de aditu ad sacra mysteria, & abstinentia, multum inter se dissident. Quidam enim animata prorsus non attingunt: alij autem attingunt, sed pisces solos. Sunt qui animata quoq;, & cum piscibus uolatilia etiam degustant: ex aquis ea quoq; progenita esse, ut Moses inquit, dicentes. Nonnulli ab ouis abstinent. Nonnulli uerò arborum fructibus uescuntur. Quidam panem siccum tantum comedunt: quidam uerò ne hunc quidem attingunt. Diuersum etiam est cibi capiendi tempus. Aliqui namq; hora nona, aliqui post occasum solem, quidam post diem unam sequenti die cibum capiunt: nonnulli uerò ad tres, ad quatuor, ad quinque, & ad septem usq; dies dapibus abstinentes procedunt: pro eo atq; quisq; cibo carere uel uult, uel potest. Et alia apud alias gentes & populos fiunt, apud quos rerum talium innumeræ extant causæ: de quibus omnibus nullum præceptum, quod in scriptum relatum sit, ostendi potest. Vt satis constet, primos illos Verbi ministros, ab initio obseruationes eiusmodi arbitrio quorumq; reliquisse, ut quisque non metu aut necessitate quapiam adductus, quod bonum est, deligere & sequi posset. Cæterùm in ieiunijs ferias Paschales præcedentibus, & in ieiunantium cibis, à principio in ecclesijs huiusmodi diuersitas fuit. Verùm in Synaxi plurimam uarietatem fuisse inuenimus. Quum enim pleræq; omnes per orbem ecclesiæ diebus sabbati consuetudinem haberent hebdomadis unius tempore diuinis mysterijs operari, Romani & Alexãdrini ex antiqua quadam traditione hoc non faciebant. Aegyptij uerò Alexandrinis uicini, & qui circum Thebaidem habitant, synaxes quidem die sabbati peragebant: sed non eadem, quatum Christiani omnes utebantur consuetudine, diuinam sanctificationem percipiebant. Verùm quum abundè cõuiuati essent, & omnis generis cibis delicatius se repleuissent, à prandio scilicet, circiter uesperam multam, mysteria † oblatione peracta percipiebant. Quarta hebdomadis die, & ea quæ Parasceue dicitur, Alexandrini scripturas legebant, doctoribus eas interpretantibus: omniaq; quæ ad Synaxim pertinent peragebant, præterquàm diuinorum mysteriorum perceptionem. Atq; eam illi antiquitùs habuere consuetudinem. Dicunt etenim, & Origenem plurimùm diebus istis in ecclesia docuisse, atq; synaxes seu conuentus egisse. Qui quum sapientia & doctrina multis præstaret, & perspectum haberet, infirmiorem esse Mosaicam legem, quàm ut ullo modo ad literam reddi atque exprimi posset, rationem festi Paschæ ad speculatiuam cõtemplationem reuocauit, unum solum esse uerum Pascha dicens, quod CHRISTVS peregit, præclarè aduersus hostiles potestates re gesta, quum in crucem suffigeretur, longè optimè eo contra aduersarium usus tropæo. In eadem Alexandria, in lectorum & notariorum ordine discrimen nullum fuit, siue illi iam fideles, siue catechumeni, hoc est, qui sacra doctrina instituerentur, essent, quum ecclesiæ in locis omnibus aliæ fideles tantum in ordinem hunc legerent. In Thessalia & hoc factitatum esse liquet. Licebat clerico cuiuis, priusquam in ordinem eum cooptaretur, legitimè uxorem ducere. at si postea, ut consuetudine receptum est, uxorem cognouisset, ordine eo mouebatur: quum in Oriente omnes, atque etiam episcopi, si uellent, pro arbitrio suo, non aliqua legis necessitate coacti, uxorum congressum declinarent: multi etiam ipso episcopali munere fungentes, in episcopalibus ædibus liberos multos ex cõiugibus, quos sibi legitimo matrimonio antea coniunxissent, susciperent. Nunc autem † ne in somnis quidem episcopus cum uxore sua concumbens, impudicus habetur. Sedenim consuetudo ea quæ in Thessalia seruatur, ab Heliodoro illo Tricensi episcopo ortum habuit:

In delectu ciborum.

In tempore cibi capiendi.

Obseruationes ἀδιαφόρους.

In synaxib. & Eucharistiæ perceptione.

Vna hebdomadis die ueteres, sabbato scilicet, cœnã Dominicam peragebant.

† προσφέρουσι

In lectione scripturarum, & conciombus.

Christus Iesus uerum Pascha, tropæo crucis aduersariũ diabolum deuicit.

In lectoribus & notarijs.

In coniugio sacerdotali.

ἀνὴρ ἑνὸς γάμου

B

A habuit: cuius amatorij libelli hoc quoq; tempore circumferũtur, quę etiamnum iuuenis cõposuit, & Aethiopica inscripsit. Nunc aũt ea χαριόλεσαν, quasi gratiarum gloriã dicas, nominãt. Quo nomine etiã episcopatus ei ademptus est, nam quum lectione eorũ opusculorũ iuuenes multi in periculũ conijcerent, synodus prouincialis statuit, uel libellos ipsos qui amores accenderent, igni consumptos abolẽdos, uel qui eos cõposuisset autori functionem episcopalẽ abrogandã esse. Ille uerò episcopatũ deponere, q̃m scripta sua supprimere maluit. Hęc aũt cõsuetudo Thessalonicæ, atq; in Macedonia, & Græcia omni, seruata est. Alius itẽ in Thessalia mos fuit, ut in Paschalib. tantum diebus baptismus perageẽ: quapropter multi etiã eo sacramento † nõ initiati decessere. In urbe Antiochena, quę in Syria est, altaria diuersum prorsus q̃m alibi situ habuere. Sacra enim ara non ad orientem, sed ad occidentẽ uersus collocata fuerat. Hierosolymis, & in Thessalia, atq; etiã in Græcia, cõsuetudo fuit, ut preces in peruigilijs † ad lucernas accensas eodem quo Nouatiani Cõstantinopoli modo, peragerẽt. Cõsimiliter in Cypro & Cæsareę Cappadocũ, in sabbato, & Dominico die uesperi post lucernarũ accensionem, episcopi & presbyteri sacras scripturas populo exponũt. Nouatiani aũt, qui in Hellesponto sunt, non eundem orationis ritũ, quem factionis eorũ populares Cõstantinopoli, seruant, cerimonias obtinentis ibi ecclesię plurimùm sequentes. Et ut in summa dicã, in opinionib. & sectis omnibus, haudquaq; in precationib. unũ atq; consentientẽ ritũ seruatũ esse, inuenire est. Scythę qui ad Istrũ colunt, multas & magnas habent ciuitates, et omnes uni subiectę sunt episcopo. In alijs aũt populis, non solũ in urbibus, uerùm etiã in quibusq; uicis, episcopos esse scimus. Quę consuetudo apud Arabes potissimũ, & Cyprios, & in Phrygia apud Nouatianos, atq; apud eos qui à Mõtano deducti sunt, fuit. Romæ ad hodiernũ usq; diem nõ plures q̃m septem diaconi fiũt, ad eorũ instar qui ab Apostolis creati sunt, quib. Stephanus ille præfuit, qui primus martyrij reportauit coronam. Apud alios populos omnes, quẽ sors tulit, eorũ numerus est. In Romana urbe itidẽ quotãnis semel Alleluia, paschali Dominico die cõcinunt. Proinde à multis, iureiurãdo cõcipiendo, uotisq; nuncupãdis, usurpatũ est, ut eis Alleluia audire, & cum lętitia canere dareẽ. Neq; episcopus, neq; alius quisquã in ecclesia Romę † ad populũ docens uerba facit. * Alexãdriæ aũt solus hoc munere fungit̃ episcopus, quod quidẽ postea, quũantea mos is nõ fuerit, est obseruatũ. Causam cõsuetudini nouę præbuit Arius, q̃ q̃ presbyter esset, & docẽdi prouinciã accepisset, cõtra ueritatis doctrinã res nouas inducens, ecclesiã turbauit. In eadẽ Alexãdrina ecclesia, q̃ in locis alijs omnib. nouũ atq; insolẽs est, olim obtinuisse scio. Episcopus nãq; quũ sacra Euãgelia legerent̃, nõ assurgebat. Id uerò in ulla planè ecclesia antiquitùs factũ esse, nemo uel uidit, uel audiuit. Sacrũ eũ librũ ibi solus legit archidiaconus: in alijs aũt ecclesijs diaconi, in multis uerò alijs soli sacerdotes, in nonnullis quoq; diebus celebriorib. etiã episcopi. Id q̃ hodie quoq; Constantinopoli fit, & maximè Paschaliũ feriarũ die prima, & primo anni ipsius ingressu. Atq; ea lectio dupliciter fit. Quantũ nãq; Euãgelici scripti prior ille recitat, tãtũ postea quoq; diaconus repetit: scilicet, sicuti ego existimo, ut episcopus etiã Euangeliũ, et nõ tantũ q̃ ministeriũ id sortiti sunt, p̃dicare uideat̃. Et fortasse etiã, ut id cœlitùs fulminis more intonans audiẽtes, sincerè absq; simulatione & deprauatiõe omni annũciemus. Episcopus uerò & primũ testamẽti Euangeliũ legit, ueluti perfectã personã Christi referẽs. Porrò precationes itidẽ & psalmodias, sicuti dictũ est, nõ easdem ecclesiæ oẽs habent, sed neq; libros aut lectiones easdem. Nam eam quę dicit̃ Petri Apocalypsim, ut subditiciã & illegitimã à ueteribus iudicatam, apud Palæstinos in ecclesijs quibusdam semel quotannis in die paraſce-

Heliodorus episcopus Tricẽsis in Thessalia, episcopatu abire, quàm amatorij sui poema abolere maluit.

In baptismi tempore.

† ἀμύητοι. Et ipsa quoque ecclesia. Socr.

In altarium structura.

† οὐ πάσης λυχνοκαΐας.

In precibus peruigiliorũ.

In expositione sacrarum scripturarum.

In ritu precationum.

Romæ tantum septẽ diaconi.

Vnius apud Scythas episcopus.

In alijs populis plurimi.

Ibidem semel quotannis Alleluia cantatum.

Intelligi hoc debet de tempore Imperij Theodosij iunioris.

† προσομιλεῖ τῷ λαῷ

Conciones ad populũ Romæ in ecclesia non habitæ.

* *Alexandriæ solus episcopus concionatur.*

Euangelij lectio.

Apocalypsis Petri liber.

Non eædem in omnibus ecclesijs psalmodiæ & precationes.

Non ijdem etiam libri.

Dies Parasceues. Item Apocalypsis Pauli.

pareſceues aliquandiu legi ſolitã fuiſſe inuenimus. Qua die populus magna cum religione & contritione ſalutiferæ paſſionis CHRISTI memoriæ ergò ieiunat. Rurſum eam quæ Pauli apoſtoli dicta eſt Apocalypſim, quam ex priſcis hominibus nemo uidit, monachi plures cum ueneratione admirantur. Fama quidem increbuit, hoc ipſo imperãtis Theodoſij tempore, reuelatione diuina repertum eſſe librum eum, in patria paternaq; domo Pauli Tarſi Cilicię, in arca marmorea repoſitum, & in terra defoſſum. Quod ſanè falſum eſſe, presbyter quidã eccleſiæ Tarſenſis grandæuus admodũ (nam id canicies teſtabatur) confeſſus eſt, nihil enim eiuſmodi ſuo tempore eueniſſe cõfirmauit. Quod quum aſſeueraret, admiratus eſt, ſi non ab hæreticis fama ea cõficta eſſet. Id quod in multis etiam aliis libris factum eſſe, antea diximus. Romanis mos eſt, ſabbato quouis ieiunare. Cæſareæ Cappadocum, qui poſt baptiſmum peccaſſent, eos à cõmunione arcebant: quod itidem Nouatiani faciũt. Idem Macedoniani quoq; in Helleſpõto, & item Quatuordecimani in Aſia obſeruauere. Nouatiani in Phrygia digamos, & eos qui ad ſecundas nuptias tranſiiſſent, non recipiunt. Qui uerò Conſtantinopoli ſunt eorum populares, propalàm eos neq; admittunt, neq; reiiciunt. In Occidẽte autem id liberum eſt prorſus. Sed enim diſſenſiones tales in eccleſijs inualuiſſe opinor, reuerentia eorũ qui eis ab initio præfuerunt, & qui illis deinde ſucceſſerũt. Nam ij tanquã leges quaſdam ab illis acceptas, per manus poſteris tradidere: non ſatis pium, neq; ferendũ eſſe arbitrari, ſi traditiones, in quibus educati eſſent, non honorificè colerent, ſed cõtemptim reiicerent. At mihi ualde laborioſum & difficile eſſet, uariantes per urbes & regiones omnes eccleſiarum cõſuetudines enumerare & perſcribere. Ferè enim fieri id omnino nequit. Eandem autem priſcos homines exiſtimandum eſt obtinuiſſe de feſto hoc die, cuius gratia in hunc locum digreſſi ſumus, opinionem, q; ſcilicet ex conſuetudine quadam diuerſum habuit feſtũ Paſchæ cultũ. Nunc uerò diuina ſuppeditãte gratia, impedimẽtis & diſſenſionib. omnibus temporis curſu ſublatis, cõcordibus ſentẽtijs apud omnes in eccleſijs CHRISTI feſtus dies Paſchæ celebrat. Errare aũt illi, quemadmodũ prius quoq; dixi, mihi uidẽt, quorũ ſermonib. increbuit, Niceną fidẽ Paſchæ ferias in errorẽ & uarietatẽ eiuſmodi adduxiſſe. Nã ſynodus ea operã potius nauauit, ut populusq; antea à parte maiore diſſentiebat, ad unanimẽ concordiã pertraheret.

Romani quouis ſabbato ieiunant.

Seueræ Nouatianorum obſeruationes.

Cauſa et occaſio uariãtium in eccleſijs obſeruationum.

Solẽnitas Paſchatis celebrãdi ad concordiam redacta.

CAPUT XXXV.

Etiam temporibus Apoſtolorum diuerſæ fuere in eccleſijs obſeruationes.

ETiamuerò quòd ab Apoſtolorum uſq; temporibus multæ diſſenſiones propter obſeruationes quaſdam fuerint, illos ipſos producam teſtes. Scribit namq; diuus Lucas in Actorum libro: Quum Apoſtoli diſſidium interceſſiſſe eis qui ex gentibus fidem complexi fuerant, & fidelibus Iudæis cognouiſſent, congregati ſimul omnes, conſtitutionem factã in epiſtolæ formam redegerunt, per quam fideles à graui legis ſeruitute liberarunt, & ſuperuacanea ea de re nugamenta inhibuerunt. Certam autem rectioris & adueram erga DEVM pietatem ducentis uitæ formam propoſuerunt, quæ neceſſariò obſeruanda ſint, diſertis uerbis prædicantes. Non intempeſtiuum uerò eſſe duxi, ut eam ipſam illorum epiſtolam, euidentioris cognitionis gratia, in hiſtoria hac referrem. Apoſtoli & ſeniores & fratres, his qui Antiochiæ & in Syria & Cilicia ex gentibus ſunt fratribus, Salutem. Quoniam audiuimus, quòd quidam ex nobis exeuntes uos turbarint, uerbis labefactantes animas ueſtras, dicendo circuncidi uos & legem ſeruari debere, quibus id non mandauimus: placuit nobis collectis in unum, eligere uiros, & ad uos mittere, cum chariſſimis noſtris Barnaba & Paulo; hominibus, qui tradiderunt animas ſuas

Peccantes poſt baptiſmum.

Bigamorũ reiectio.

Epiſtola Apoſtolorum ad eos qui ex gentib. in Chriſtum credẽderant.

A mas ſuas pro nomine Domini noſtri IESV CHRISTI. Miſimus ergo Iudam & Silam, qui & ipſi uobis eadem uerbis referrent. Viſum eſt enim ſpiritui ſancto, & nobis, nihil amplius uobis imponere oneris, præterquã hæc neceſſaria, ut uos abſtineatis ab his quæ ſimulacris immolata ſunt, & à ſanguine, & ſuffocato, & fornicãtione: à quibus uobis cauentes, rectè rem agetis. Valete. Hæc Deo placita ſunt. Hoc enim inquit epiſtola: Placuit ſpiritui ſancto, nihil aliud oneris imponere, præterq; quę neceſſariò ſeruata oportet. At quidã hæc nihil curãtes, omnem quidem fornicationẽ pro nihilo habent. De diebus autem, & ferijs, & inſtitutis, perinde atq; de anima ipſa decertant: DEI mandata inuertẽtes, & ſibi ipſis leges ferẽtes: haud ſecus atq; ſi ſtudioſè hoc agerent, ut cõtrarias maximè aduerſus decreta DEI res agitãtes, latère poſſint. Et potuiſſemus nos orationẽ hanc de feſto Paſchæ magis dilatare, & clarè ſatis oſtendere, quòd ne Hebræi quidem certò id & accuratè ſeruent: neq; typum ſeu figurã eius, ſicuti eis tradita eſt, colant: præterea quòd Samaritani, qui ab eis ſunt diſiuncti, certiſſimè ſemper ferias haſce celebrent. Verùm ſuo ſeorſim ad rem hanc fuſius explicandã tempore eſt opus. Illud porrò potius nunc dicendum uenit. Qui Iudæos ſibi imitandos, & exactam typi & figuræ rationem exhibendã propoſuerũt, eos modis omnibus illos ſequi debere. Si namq; accuratam obſeruationem inquirere uolunt, non illi dies tantum obſeruare debent, ſed & alia quæcunq; CHRISTVS, quum ſub lege eſſet, Iudaico more fecit; aut à popularibus & tribulibus ſuis iniuria affectus pertulit, aut alio etiã modo omnibus benignè faciens, per figurã agere perſeuerarit. Siquidem nauim ille ſæpius ingreſſus, doctrinam promulgauit; & in cœnaculo Paſcha primùm parari curauit, & ante id aſſinam ligatam ſolui iuſsit, & hominem aquam in uaſe fictili geſtantem eis qui Paſcha parare deproperabant, ſignũ propoſuit; & multa alia, quæ uariè in diuinis Euangelijs feruntur. Quæ ſanè omnia corporaliter obſeruare non ſtudent, qui ferias haſce ritè celebrari debere æquum eſſe putant. Quis enim ex doctoribus unquam iuxta typum & figuram in nauigio docere cœpit? Neq; in cœnaculo, ſeu ſuperiori parte domus, ut ante omnia Paſcha celebrans quiſquam perageret, ſtudio habuit. Sed neq; ante id aſinam ligatam ſolui mandauit, neq; adeò quenquam aliquis uas fictile in humeris ferre iuſsit, ut ne quod ſymbolũ & ſignum Paſchæ deſideraretur. Fortuitã namq; hæc ſunt, & Iudaiſmum potius referre exiſtimantur. Siquidem & Iudæi ea quæ ſic in corporibus accidunt, maiore ſtudio, quàm ſi animabus euenirent, obſeruare contendunt. Proinde etiam execrationi obnoxij ſunt, ut qui Moſæ legem ueluti typum & figuram magis quàm ueritatem excipiunt. Et qui illorum res admirãtur & amant, talia ad ſenſus ſpeculationeſq; arcanas & ſublimes reuocant. De diebus certè quidem & menſibus irreconciliabile eccleſiæ concitant bellum, contemplationem remotiorem de eis poſthabentes. Itaq; neceſſariò conſequitur, & ipſos hac in parte eandem cum Iudæis ſuſtinere ſententiam & condemnationem, in ſeipſos maledictionis calculum ferentes. Sed de his ſatis, ut puto, diximus. Quapropter ad inſtitutum curſum orationem rurſus conuertamus. Diximus namque, eccleſiam, quum primùm factionibus eſſet diuiſa, in eo rerum ſtatu non permanſiſſe: uerùm eos deinde, qui ſeceſsionem feciſſent, parua aliqua arrepta occaſione, à ſuis deſciuiſſe, & in ſectas alias abiiſſe. Cæterùm alij aliter diuiſi ſunt. Nouatiani autem per occaſionem & prætextum Paſchalis feſti in partes diſceſſere. Neque illi in una partium ſeceſsione conſtiterunt: ſed etiam de diebus & hebdomadibus, aliiſq; non magni momenti rebus diſceptantes, in ſectas alias ſunt diſſecti: qui quidem alicubi ſegregati, ſeorſim contentus egere, alibi autem communiter ſimul conuenire ſoliti fuere.

Res ad' ſalutẽ neceſſarias negligẽtes, de friuolis obſeruationibus inquirimus.

Decimãquartã tam Paſchate celebrandi die cum Iudæis colẽtes, alias quoque circunſtantias eius ſeruare debent.

Iudæi corpõrãlium rerum et typorũ ſtudioſi, ſpiritum & ueritatem nõ curant.

Itidem Iudæorum imitatores hæretici.

ἀλλαγαγεῖν τὸν θεσμὸν τῆς.

Sectarum ſectiones.

Nouatianorũ diſſidia.

Illud

CAPVT XXXVI.

Episcopi Nouatiani apud Constantinopolim.

ILlud obseruandum, ecclesiæ eorum Constantinopoli ad annos quadraginta Agelium præfuisse, à Constantij temporibus ad annũ Theodosij sextum. Qui quum æger esset, & moriturum se esse putaret, successorem sibi designauit Sisinium. Is presbyter sub eo fuit, uir præclarus, & qui unà cũ Iuliano in philosophicis disciplinis Maximo philosopho præceptore usus fuerat. Quum autem Nouatianorum plebs electionẽ talem, Marcianum potius, hominem religiosum & celebrem, cuius uirtute sub Valente ecclesia eorum pacata permanserat, designatum oportuisse rata, reprehenderet: Agelius populi sententiæ gratificari uolens, Sisinio posthabito, Marcianum episcopum legit. Cæterum ubi ex morbo conualuit, ecclesiam ingressus, per se ipsum ad populum retulit: Marcianum eos ab obitu suo, post Marcianum uerò Sisinium episcopum habituros. Hæc uerba proloquutus, breui postea decessit. Sed & Marciano non multo post defuncto, Sisinius episcopatum recepit: uir, quemadmodum dictum est, ualde clarus. Simul enim philosophicas & sacras literas accurata diligentia ad summum addidicerat, potissimum uerò singulari cura in Dialectica & disserendi arte se exercuerat. Quamobrem Eunomius etiam, cuius ars ea præcipuum opus fuit, sæpe disputationem eius declinauit. Vita adeò moderata fuit, ut obtrectatorum quoque calumnias superarit. Diæta & quotidiani uictus ratio non adeò frugalis, sed lætior quodammodo & sumptuosior erat, ita ut quibusdam uideretur, eum in splendore et delicijs tantis pudicitiam & continentiam colere nõ posse. Et uestitu in primis exquisito usus est, & bis interdum die uno in balneis publicis lauit: moribus præterea iucundus, atq; in familiaribus colloquijs gratiosus. Proinde non Nouatianis tantum, sed & episcopis, principibusq; uiris, & magistratibus ecclesiæ catholicæ charus esse uisus est. Quùm enim facetè cum gratia quadam sales & dicta in alios iecit, tum id etiã ab alijs humaniter pertulit. Et utrunq; ea moderatione fecit, ut quàm longissimè ab hostili acerbitate abesset. Vt uerò etiam cum uenustate quadam interrogantibus, aptè atq; tempestiuè responderet, ut Socrati uidetur, mirificè promptus erat. Et aliquando quodam eum percunctante, cuius nam gratia, quum episcopus esset, bis die lauaret? Quia ter, inquit, non possum. Rursum quum à quodam, qui catholicæ ecclesiæ erat, dicto quòd candidam gestaret uestem, quæ episcopũ ut aliena minus deceret, perstrictus esset, statim dicacitatem in eum retorquens: Tibi uerò, inquit, ostendendũ potius est, ubi nam scriptum sit, quòd episcopum pulla ueste uti oporteat. Atque ubi ille cogitabundus, quia quod respõderet non habebat, staret, subintulit ilico Sisinius: Tu quidem ostendere id non potes, at Salomon me ut id faciam adhortatur, dicens: Sint uestimenta tua semper alba. Verùm & Seruator, in Euangelijs candida ueste usus esse uidetur, qui discipulis, qui secum montem Thabor conscenderant, Mosen & Heliam candidatos exhibuerit. Hæc atque his similia quum ita diceret, admirationi hominibus fuit. Quin & illud lepidè, ut ego puto, ab eo dictum, recensendum esse uidetur. Aduenerat Constantinopolim Leontius, Ancyræ minoris Galliæ episcopus, qui tum ibi Nouatianis ecclesiam ademerat. Conuenit hunc Sisinius, & supplicãs rogauit, ut corpori suo ecclesiã redderet. Quod ubi ille se facturum negauit, Nouatianos etiam conuicijs acerbè proscidit, minimè eos ecclesiam habere debere dictitans, quòd pœnitentiam tollerent, & misericordiam DEI reijcerent. Talia uerò, atq; alia hisce similia continuans, quum Nouatianos suggillaret: Atqui, Sisinius inquit, & ego, ut haud sciam an magis quisquam, † pœnitentiam ago. Quum autem Leontius eum, quo'nam modo pœnitentiam ageret, interrogaret;

Agelius.

Marcianus.

Sisinius.

Præclara eius dotes.

Eruditionis & facetijs Sisinij episcopi.

Bis die uno lauit Sisinius.

Idem candida ueste usus.

Facetè Sisinij in Leontiũ Ancyranum episcopũ dictum.

† μετανοῶ.

A terrogaret: respondens ille, † Quòd te nunc, inquit, ita animatum uideo. Vitã is ita produxit, ut ecclesiam Nouatianorum adhuc administraret, quum Ioannes Chrysostomus patriarcham gereret. Et ausus etiam est contra eum disserere, quum scripto ille pœnitentiam induceret, atque ita diceret: Vel decies milies per pœnitentiam resipiscens ecclesiam ingredere. Paratus enim ego sum pœnitentem admittere, ut modò deinceps similibus per peccatum non circumuenia tur malis. Et accidit aliquando, ut diuus Ioannes inter deambulandum Sisinio occurreret, eiq; obijceret, non debere unam urbem duos habere episcopos. Probibat enim & ille cum splendore & comitatu multo. Cui Sisinius respondens, Minimè eam duos habere dixit: seipsum germanum legitimumq; episcopum esse existimans. Eo uerò dicto grauius accepto, Ioannes ad illum: Vides ne, ait, te solum esse uelle Constantinopolitanum episcopum? Atque ibi rursum Sisinius: Non hoc ego, inquit, dico: sed quum alijs omnibus episcopus sim, apud te unum is esse non existimor. Et Ioanne excandescente, atque inferente: At ego efficiam, ut qui fœdissima labores hæresi, amplius ad populum pro concione uerba non facias. Sisinius perquàm facetè uerbis eius occurrens: Ego uerò, inquit, plurimas etiam tibi agam gratias, si me labore & onere tanto liberaris. Quo uerbo tandem Ioannes flexus: Quandoquidem, ait, tibi concionandi munus molestiam & dolorem parit, minimè tibi, quando id DEVS fecit, concionibus interdicam. Multa uerò alia quoque uiri eius urbanè & scitè dicta commemorantur. Quin & libellos multos non inuenustos composuisse dicitur. Magis uerò in dicendo quàm scribendo laudatus est. In actione felix fuit, & pronuncia tionem sedulò coluit. Labijs enim eius blanditia quædam insidebat: & in uoce, B uultu, oculis, & habitu motuq; corporis omni, gratia singularis inerat, ad auditorum animos alliciendos composita. Iucundus itaque & charus eam ob causam celeberrimis quibusque ex senatu uiris, & omnis generis religionibus in admiratione fuit. Potissimùm uerò episcopus Atticus magno eum est honore prosequutus. Sed qualis hic uir fuerit, satis, ut puto, loco hoc ex Socratis ecclesiastici scriptoris libris sumpto, dixi. Atque hæc quidem propterea commemoraui, ut ostenderem, quùm propter eorum uirtutem, qui eis præfuere, Agelij, Marciani, & Sisinij: tum quòd ὁμοσσίᾳ consubstantialis professioni adhærerent, Nouatianos aliarum sectarum labe in fectos non fuisse, maioremq; eorum partem in ecclesia sua quietam mansisse: eis exceptis, qui propter quæstionem de feriis Paschalibus, quam Sabbatius, sicuti dixi, per res nouas induxit, dissidebant. Multæ uerò & aliæ dissectiones, quod & ipsum dictum est, eo tempore apud Arianos & Macedonianos & alias sectas fuere. Illis autem ita distractis, magis atque magis Ecclesia uniuersalis creuit, quotidie se aliquibus propter mutuas illorum contentiones ad eam aggregantibus. Præcipuè uerò qui Græcam idololatriam sequuti fuerant, ad eam confluxere. Nam Imperator ubi consuetudinem præteriti temporis, & loca quæ apud eos religiosè obseruabantur, ciues & subditos suos ad patrium cultũ pertrahere uidit, statim à suscepto imperio, primùm quidem aras prorsus adire prohibuit: deinde uerò lege etiam lata, quemadmodum diximus, solo eas æquauit. Atque ita illi sacrarum ædium inopia, Christianorum ecclesias frequentare cœperunt. Clam namque Græca peragere sacra, maximi erat periculi, si quis in eis deprehensus esset. Et qui eis operari ausus fuisset, capitalis ei pœna & bonorum amissio constitutione Imperiali proposita fuit.

† Quòd te conspicio, inquit Sozom. Sisinius cum Chrysostomo disputauit.

Egregia de pœnitẽtia uox.

Gratiosus apud omnes Sisinius.

Nouatiani quàm aliæ hæreses pacatiores.

Per sectarum dissectiones Ecclesiæ catholicæ corpus creuit.

Idololatræ multi se ad Christianissimum contulere.

l. Ne quis. C. de sacrif. pagan.

CAPVT XXXVII.

Aegyptij ægrè ferũt, quòd eis Nilo, cuius au ctu terra rigatur, sacrificare non liceat.

EO tempore Nilum Aegyptiũ amnem, circiter primum aquarum au
ctum & incrementum, tardasse lõgius dicunt. Quam rem Aegyptij grauiter tulere, indignati, quòd minus eis esset liberum, patrio more flumini sacrificare. Id enim Imperatoris metus haudquaquam permit tebat. Et Aegypti prefectus prouinciales ad seditionẽ spectare cernens, Principi cam rem indicauit. Qua ille cognita, conducibilius esse ei rescripsit, ueram erga DEVM religionem integram cõseruare, quàm fluminis eius undas, & quæ ex eis proueniat, anniuersariã † fertilitatem fidei præferre. Nunquã enim amnem eum è terra promanaturum esse dixit, si talis esset, ut incantationib. & imposturis quibusdam moueret, nidoreq; gauderet, & sanguinis undis profluentes è diuino pa radiso cõtaminaret aquas. Non lõgo post tempore, derepentè ita ille adauctus est, ut altiora etiam loca inundaret. Vbi autem ad iustum modũ increuisset, parcius etiã profluens, & tum nihilomninus unda eius accumularet, diuersus Aegyptios cepit timor. Verebantur namq;, ne Alexandriã urbem & Libyę potiorem partem exundatione sua obrueret: tam ubertim undæ eius profluentes excurrêre. Quo tempore fama est, Græcæ superstitionis homines Alexandriæ casu tam inopinato adductos, ita amni illusisse, ut in theatris etiam & spectaculis exclama rint, fluuium eum ut decrepitum & delirum, postremum iam † eminxisse. Eam sa nè ob causam quãplurimi Aegyptij patrijs ceremonijs nuncio remisso, & superstitione sua damnata, ad CHRISTVM se cõtulerunt. Hæc hactenus. Tum uerò & prodigia insolita uisa sunt, quæ futura orbi mala portenderũt. Primùm nãq; inopinata & insolens stella, in cœlo mediq; noctis tempore prope Luciferũ refulgens apparuit, circa eum ipsum qui Zodiacus dicitur, circulũ. Ea quòd propter coruscantes radios ingens & lucida esset, non admodũ Lucifero cessit. Plaulatim uerò ad eam ingens etiam aliarum stellarum uis aggregabatur. Spectaculũ id si uidisses, apum examini, quæ circa ducem suum in orbem obuolitant, contulisses. Et quæ ueluti ex mutua & uiolenta cõcussione ab omnib. eis emicuit lux, in unã quandam cõmista flammam euadebat: & gladij prorsus ancipitis, magni, & horrendi, cum terrore quodam relucens, faciem reddebat. Quod enim reliquæ stellæ in idem reciderent uisum, & una, eaq; sola, quæ primùm cõspecta fuerat, habitu toto, ueluti radix aut capulum aliquod appareret, & quodammodo fulgorem exhibitę illius stellę omnem proferret, perinde atq; ex lucerna funiculus ardens, sic flamma in sublime tollebatur. Hoc quidem uisum sic nouum quoddam præbuit spectaculum. Motus autem eius prorsus à stellarum omnium cursu differebat. Primùm etenim ex eo unde diximus loco moueri incipiens, unà cum Lucifero & oriebatur & occidebat. Deinde paulatim ab illo absistens, segniter & pedetentim quasi ad ursas cõuersum, cursum tenebat, & ueluti ad spectantes obliquè ad sinistrã sua gradiebat uia. Ambitum quidem eundem cum stellis alijs ad quas accesserat cõmunem perficiebat: proprio autem motu, qui ad quadragesimum productus est diem, uix tãdem ad ursam maiorem peruenit. Atq; in media astri eius parte, ubi postremùm refulsisset, euanuit. Quo tẽpore ensifera, seu potius ensis formam referens, hæc stella apparuit. Eodem etiam duo hominum corpora uisa sunt: alterum quidem in Syria, supra humanam naturam magnitudine excedens: alterum uerò in Aegypto, infra incredibilẽ staturę breuitatẽ consistens. Syrus in longitudinẽ cubitorum quinq; & unius palmi excreuerat, quamuis pedes eius reliquę corporis magnitudini proportione non respõderent: introrsum enim intorti & uari erant. homini nomen erat Antonio. Talem ætate quoq; nostra ipse uidi, pro monstro habitũ, quem breuis admodũ staturæ mulier in lucẽ protulit.

Plin. lib. 5. cap. 9.

Præclarum ea de re Theodosij rescriptum.

† ὠφελίαν

Subitum Nili incrementum.

Alexãdrini urbi suæ ab exundatione tam prolixa amnis metuunt.

Ioculare in eũ fluuiũ Alexandrinorũ dictũ.

† ἐξεχρόνισε

Inopinato Nili incremẽto multi gentiles ad Christum conuersi.

Stella prodigiosa apparet.

Mõstrosi duo homines, alter maximæ, alter minimæ staturæ.

A protulit. Aegyptius autem tam breuis fuit, † ut perdici persimilis esset. Neq; ingratum spectaculum erat, si cum illo in globo hominum scilicet cõuersaretur, & ad contentionem excitatus colluderet. Porrò quod mirabile dictu est, prudentia ei inerat, qualis homini formoso competit: quippe cui corporis exilitas ca de re nihil ademisset. Vox à Musis non abhorrebat. Sermo mentis generositatem spectandam exhibebat. Vterq; eodem illo tempore uigens, non statim uitam finijt. Maximus enim uigintiquinq; expleuit annos, minimus autem non multum ab eis abfuit. Multa præterea alia tum concurrêre prodigia, quæ singillatim referre non huius loci esse puto.

† παραπλήσιον εἶναι παίδιον.

Nanus perdici similis.

CAPVT XXXVIII.

ET Theodosius quidem hoc modo Orientale gubernabat imperium, magna cura magnificè DEVM colens, & quotidie nouis accessionibus Christianissimum adaugens. In Occidente uerò Respub. malè habuit. Siquidem iuniorem Valentinianũ Imperatorem gula fracta interijsse, renunciatũ est. Cædem eam per insidias ei molitos esse ferũt cubicularios eunuchos, atq; alios quosdam: Arbogastemq; maximè illum, qui militariũ eius copiarum omnium habuit curam & administrationem. Quum enim iuuenem imperio gubernando nulla propè re patri inferiorẽ esse, & grauiter pleraq; quæ illi statuerent, ferre uiderent, consilium eius opprimendi cepere. Erat autem iræ admodum impatiens. Quæ res etiam apertè cædis ei causa fuit. Cum Arbogaste enim in regia colloquutus, ubi uerba in iram insanam euasere, ense præfectum copiarum confodere aggressus est. Sed à satellite, cui ferrum extrahere nisus fuerat, inhibitus, tum quidem uerbis Arbogastem acrius obiurgatum placauit. Ille autem ex uerbis eis opinionem illius in apertum productam accuratius considerando, secum ipse perpendit. Inquirenti enim tanti impetus causam: Allaturum sibijpsi manus esse, adolescens respõdit, quòd quum Imperator esset, facere quod uellet, non permitteretur. Quapropter sibi uita talis ingrata etiam esset. Atq; ille tum quidem nihil amplius curiosè percontatus est. Postea aũt Viennæ in Gallia, quum eum pransum in abditiore regiæ loco, ad fluminis ripam meridiano tempore ludicro cuidam uacantem uidisset, percussores quosdam ex suis ei immisit, qui adolescentulum suffocatione necarent, quum ex ministris ei nemo adesset. Tempus enim illos ad prandẽdũ euocauerat. Itaq; ille sic crudelibus strangulatus est manibus. At cędis eius patratores, ne, si ex tempore statim percussores inquirerentur, facilè deprehendi possent, sudario eius tanquam laqueo circum collum ligato, sublimem eum suspendêre, ut sua sponte sibi ipse gulam fregisse uideretur. Adolescentulũ istum mirificè imperio dignum uisum esse aiunt, propter bonam corporis habitudinem, & uirtutum multarum concursum, quibus Imperator bonus exornatur. Magnitudine uerò animi, & iustitia summa, patrem etiam suum exuperaturum fuisse, siquidem ei in uirum euadere licuisset. Tali ille morte, quum talis esset, uigesimum ætatis agens annum, uitam finijt.

Cædes Valentiniani iunioris. Arbogastes eius cædis author.

CAPVT XXXIX.

EVgenius autem, Græcæ superstitionis cultor, summam rerum inuoat, & Imperialia sibi sumit insignia, adiuuante Arbogaste: qui quòd barbarus genere esset, Imperio manũ inijcere aggressus non est. Eugenius autem Latinas primùm literas docuit: deinde ludo literario relicto, in imperiali aula militauit. Atq; ibi in ordinem † antigraphiariorũ & imperialis pecuniæ custodum receptus, celebris maximè, & apud Imperatorem in magnum honorem fuit, magistrorum etiam dignitatem consequutus. Quum

† Contrarotulatores hodie dicuntur.

Eugenius primùm ludi magister, deinde Imperialis σεκρέτις, imperiũ Occidentale inuadit. Magistrorum dignitas.

Haruſpices & aſtronomi Eugenio ad tyrannidē impellūt. Flauianus urbi Rom. præfectus.

autem præſentem fortunam ferre non poſſet, ad tyrannidem ſpectauit: inductus ad id à quibuſdā, qui ſe ex uictimis, extorū inſpectione, & aſtrorū ſcientia, futura certò ſcire cōfirmabant. Quùm multi enim alij eo tempore rebus hiſce uacarunt, tum maximè Flauianus urbis Rom. præfectus, uir in diſciplinis præclarus, atq; ſi alius quiſq;, & ipſe ciuilium rerum ualde peritus, rerūq; futurarū (ut ipſi uidebatur) uates præcipuus, multū in eis operę locauit. Qua arte Eugeniū quoq;, ut bellum ſuſciperet, permouit, certò illū quicquid aggreſſus eſſet, perfecturū pollicitus. Nam ſorte fatali Rom. imperiū ad eum pertinere, eumq; belli uictorem fore, & religionem Chriſtianā mutaturū eſſe dixit. Qua ſpe adductus Eugenius, multitudine ingēti coacta, anguſtias in Italia, quas Romani Alpes Iulias uocāt, occupauit, eiſq; preſidiū impoſuit. Vnicum enim, eumq; arctiſſimū tranſitum, præfractis ingentiū mōtium rupibus, utraq; ex parte firmiter munitę habent. Et Eugenius ad tyranidem cuectus, ea in Occidentalib. partibus agebat, quæ eum facere æquum erat, qui ſic Imperium arripuiſſet. Theodoſius porrò Imperator ea re audita, non minoribus rurſum q; antea, quum cōtra Maximū bellum moueret, curis eſt obrutus. Vbi uerò & ipſe magnū cōſcripſit exercitū, ſecum ipſe rem diſpiciens, utrum aduerſus tyrannū ire, an illius aduentū expectare deberet, addubitabat. In ea ſolicitudine, cōſilio Ioannis enitentis in Thebaide monachi, utendū ſibi eſſe ſtatuit: quem ſuprà in corū qui ſanctam uitā egerunt catalogo, clariſſimum, & quùm aliis admirandis operibus, tum maximè futurorū ſcientia celebrē fuiſſe diximus. Quum enim is gratiam diuinam ſortitus eſſet, multa eum cōſulentibus prædixit. Cuius rei periculū & ſpecimen in proximo tyranno prębuerat, incruē tam illam uictoriā Theodoſium reportaturū eſſe uaticinatus. Itaq; fidiſſimū ſibi eunuchū Eutropiū in Aegyptum miſit, ut aut uirū ſanctū, ſi facilè id fieri poſſet, ad ſe adduceret: aut ab illo, ſi cōſtanter aduentū detrectaret, quid de bello facien dum eſſet, cognoſcere conaret. Eutropius eò profectus, nequaq; Ioanni ut ad Imperatorem ueniret, perſuaſit. Quapropter illū, ut euentū belli prædiceret, roga uit. Atq; ille, Theodoſiū quidem poſt cędem multam, uictoriā de tyranno conſequuturum: non multo autem pòſt, ipſum quoq; in Italia moriturū eſſe, reſpōdit. Vtrunq; hoc an euentū talem habuerit, hiſtoria declarabit. Poſtq; enim ea quib. in bello opus eſt, abundè cōparauit, Honorium etiam filium Imperatorē renunciauit: Arcadium namq; antea ad Imperiū euexerat. Ambobus filijs Cōſtantinopoli relictis, ipſe cum copijs Orientalib. omnibus in Occidentē eſt profectus. Ingens autem Barbarorū, qui ad Iſtrum colunt, multitudo, uoluntate ſua auxilium ferens, eum ſequuta eſt. Porrò quum ordinum duces paucitatē ſociorum cauſarentur, & expeditionem differendā ſuaderent, ut ſcilicet primò uere exercitus alius cōtraheretur, & militum numero hoſtes uincerētur, nequaq; in ductorum conſilio religioſiſsimus acquieuit Imperator. Minimè namq; tantam tribuendam eſſe imbecilitatē, dixit, omnipotenti crucis armaturæ, quæ exaduerſo Herculis imagini oppoſita eſſet. Exercitui enim meo, inquit, crux præit: illius autē copias Hercules ducit. Hæc uerba proloquutus, iter ingreſſus eſt. Cōſtantinopoli autē profectus, ubi in *Septimo ad eccleſiā uenit, quam ipſe Ioanni Baptiſtæ (eum enim præcipuè honorabat) cōſtruxerat, eam eſt ingreſſus, ut ſimul & precationem ad Deum faceret, †& Baptiſtā ad ferendum ſibi auxiliū inuocaret, quo optatum ſibi & Romano exercitui exitū pugna haberet. Re ibi diuina, ita ut par erat, peracta, poſtea in Italiā peruenit: & cōfeſtim ad Alpes cōtendens, prima tyranni preſidia cæpit. Atq; ubi tranſitu præcipiti præterito, accliui itinere in collē quendam cōſcendit,

Eugenius Alpes Iuliis præſidio impoſito occupat.

Theodoſius expeditionē aduerſus Eugenium parat.

Ioannem Anachoretā Aegyptium de belli euentu cōſulit.

Ioānes iſte Theodoſio incruē tam aduerſus Maximum tyrannum uictoriā prædixit. Idē per Eutropium eunuchū eidem uictoriā rurſus, ſed cruentam, contra Eugenium, & mortem quoq; eius prædicit.

Barbari auxiliares in Theodoſij exercitu. Ordinū duces Theodoſio belli differendum ſuadent. Theodoſius crucis armaturæ fretus cōtra hoſtem progreditur.

Diui Baptiſtæ templum in Septimo.

In hoc, Cōſtantinopoli profiſciſcens Theodoſius, rem diuinam facit.

† εἰς ἑρέω γλῶ μετα- παλέσα- σθαι τὸν βαπτιστὴν. Theodoſius primum hoſtiū præſidium ad Alpes capit.

* ἑβδομον, hoc eſt Septimum, ex ſuburbijs Conſtantinopolitanæ ciuitatis unum eſt. Procop. ſicuti & alia eius urbis regio eſt apud eundem δεύτερον, hoc eſt, Secundum.

A ſcendit, planitiem omnem innumerabili peditum & equitū multitudine teneri, nec ita longè à tergo alias hoſtiū turmas in uertice montis, qui tunc quidem quieti erant, ſibi imminere uidit. Poſtq; autem prima acies ſe de colle demittens, eos qui planitiem occupauerant, aggreſſa eſt, ingens & dubium prælium cōmiſſum eſt. Et ibi, quantum in humanis uiribus ſitum eſt, non facilè ſeruari poſſe copias ſuas, à duobus hoſtium exercitibus circumuentas, intellexit. Iam enim & illi, qui in ſummo monte quieti cōſtiterant, à tergo ſuos aggrediebantur: & qua in parte Romani cum Romanis pugnabant, æquis uiribus decertabatur. Vbi autem auxiliares barbari præliabantur, multo illis Eugenij milites ſuperiores erant. Imperator ubi auxilia ſua ſic concidi, ut dixi, uidit, humi proſtratus, lacrymis ſolum rigauit, Deo ſupplicans, ne ſic Romanorum imperium in ſummo internecionis periculo deſpiceret. Eum uerò Deus quamprimùm exaudijſſet id quod belli euentus comprobauit. Interuenit nox, & exercitus animum deſpondebat. Imperator autem animi anxius, & conſilij inops, in ſummo montis, in quo caſtra & exercitū habebat, uertice, precatoriā domum inuenit. In eo noctem totam, rurſum rerum uniuerſarum Dominū ſuppliciter orans, cōſumpſit. Circiter uerò galli cantum, cōtra animi ſententiā ſomno oppreſſus, & in nudo ſolo prouolutus, uiros duos uidere uiſus eſt, cādida ueſte indutos, & candidis etiā equis uectos. Qui ad eum accedentes, forti eſſe animo, & metum abijcere, atq; cum diluculo aciem ritè inſtruere, & aduerſus hoſtes confidenter ducere iuſſerunt: ſubſidio ſe à Deo ei miſſos, & in prima acie pugnaturos eſſe, addentes. Et alter Ioannem euangeliſtam, alter autem Philippum apoſtolū ſe eſſe dixit. Idem uerò ex militibus etiam quidam uidit, qui ordinis ſui ductori uiſionem eam indicauit. Illeeam ad tribunum, B atq; is ad exercitus ducem retulit. Hic porrò rem talem, ut nouum quidam, apud Imperatorem expoſuit. Qua ille audita: Non mea cauſa, inquit, miles eos uidit. Ego enim prior uidi, & uictoriam mihi pollicitis credidi. Verùm ne quis me ſic temerè & cupidè ad pugnam progredi, aut ſomnium fingere putet, uniuerſitatis huius Dominus hoc ita procurauit, ut miles meus idem uideret, & teſtis locuples ſermonis mei eſſet. Proinde timore quàm longiſsimè abiecto, anteſignanos iſtos, qui in prima acie dimicabūt, ſequamur. Ne quis uerò noſtrūm ex hoſtium multitudine uictoriam æſtimet, ſed potius alacri fiducia in Deum fixa, præeuntes duces conſequatur. Eiuſcemodi uerbis ubi militibus animum addidit, ex collis uertice aciem ſtructam duxit. Eugenius ubi Theodoſij exercitum pugnandi amore teneri uidit, ipſe quoq; copias ſuas inſtructas in aciem produxit. Et in tumulum quendam cōſcendit, & Imperatorem ſua ſponte mortem ſibi conſciuiſſe dixit: ducibuſq; ſuis præcepit, ut ne illum occiderent, ſed uiuum potius ad ſe ad ducerent. Poſtquam acies ita aduerſis frontibus conſtitere, mirifica uariārum gentium multitudo in hoſtium partibus eſſe uiſa eſt. At qui contra eos in armis ordine ſuo ſtabant, perquàm pauci, ita ut eorū numerus facilè iniri poſſet, erant. Coitio prima ad fluuium qui Frigidus dicitur, eſt facta. Exercitus ductor Bacurius, magno animi robore concepto, tantopere impreſsione ſua hoſtium phalanges turbauit, ut ſtatim ſui incurrerēt, & ordinibus ruptis in fugam eos uerterēt, qui perſequuti eos pridie fuerant. Porrò duces tyrānicæ eius aciei, quam à tergo

In locū periculoſum cum copijs ſuis Theodoſius peruenit, ante & à tergo hoſtes ſibi imminentes habens.

Prælium dubiū cum eiſdē committit.

Theodoſius ad preces in ſummo diſcrimine confugit.

Exercitus hoſtiū maximus. Copiæ Theodoſij exiguæ.

Oratorium in ſummo montis iugo.

Diuus Ioannes euāgeliſta, & ſanctus Philippus apoſtolus, in ſomnis Theodoſio apparēt.

Eos quoq; miles quidā uidit. Diuino auxilio confidit Theodoſius, et per id milites ad fortitudinē exhortatur.

Eugenius contrà uiribus ſuis fretus, inſolenter ſe gerit.

Idem Theodoſiū uiuū ad ſe adduci iubet.

Frigidus fluuius.

Bacurius dux, ab aliis Barbarius dicitur: ſtrenuè is cum hoſtibus congreditur.

Hh 3 ſummum

Hoc prælium Claudianus poeta in Panegyrico ad Honorium recēs Imperatorem renunciatum, pulcherrimis carminibus eſt complexus: — Victoria uelox Auſpicijs eſſecta tuis. pugnaſtis uterq; Tu ſatis, genitorq; manu. te propter & Alpes Inuadit faciles, cauto nec profuit hoſti Munitis hæſiſſe locis: ſpes irrita ualli Concidit, & ſcopulis patuerunt claſtra reuulſis. Te propter gelidis Aquilo de monte procellis Obruit aduerſas acies, reuolutaq; tela Vertit in authores, & turbine reppulit haſtas. O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris Aeolus armatas hyemes, cui militat æther, Et coniurati ueniunt ad claſſica uenti. Alpinæ rubuere niues, & Frigidus amnis Mutatis fumauit aquis: turbaq; cadentum Staret, ni rapidus iuuiſſet fluminа ſanguis.

Pars hostilium copiarum ad Theodosium transit.

summum montem insedisse diximus, misso ad Theodosium oratore, ad partes A eius se transituros esse receperunt, si maioris dignitatis eis apud eum locus esset, Imperator legationẽ eam suscepit. Et quum chartæ copia non esset, tabula, quam ex assistentibus militibus quidam casu quodã ferebat, arrepta, in ea quem quisq; illorum præclarum & conuenientem locum apud se habiturus esset, si promissis starent, eaq; ad finem debitũ perducerent, descripsit. Ad hunc illi modum simul omnes ex hostibus socij Imperatoris sunt facti. Adhuc campestris pugna acriter committebatur, necdum uictoriæ impetus in alterutrã partem inclinabat, quum

Diuinitus uentus hostib. aduersus oboritur.

ingenti ui alicunde uentus uehementissimus aduersus hostes obortus, qualem

Huius ui obruitur hostes.

nunquam antea flauisse memoriæ proditum est, in ora illorum irruit, & ordines soluit. Et tela atq; sagittas, quæ contra Romanos emittebantur, ui quadam reluctante in eos conuertens qui illas emiserant, reiecit: & clypeos, cum multa purgamentorum cõgerie, & puluere incredibili illatus, ex eorum manibus rapiens, & lora conscindens, eos in illorum ora & membra quæcunq; cõcutiens prouoluit.

Victoria penes Theodosiũ est.

Quæ uerò à Theodosianis iaciebantur tela, acriore etiam in illos impetu ferebãtur. Quam ob causam animis magnis conceptis, & quòd integri etiam permanebant, ingenti fiducia illi in aduersarios ruentes, eos cedunt. Itaq; hostes manifestè opem eam diuinitus accidere cernentes, armis abiectis, ad Imperatoris misericordiam, ueniam ab eo petentes, confugerunt. Atq; ille eos, precibus cedens, statim in gratiam recepit: eosq; & transfugas alios, ut tyrannum captum ad se adducerent, misit. Illi uerò uociferantes, magna celeritate in tumultũ euadunt, in quo ille casus eius etiamnum ignarus cõsidebat. Eugenius excitato cursu, & assiduo illorum anhelitu, noui quidquam eos afferre, atq; adeò uictoriæ nuncios sibi aduenire ratus, statim an uinctus & uiuus, sicuti præceptũ fuerat, Theodosius adduceretur, interrogauit. Cui illi respondêrunt: Non illum ad te, sed potius te ad B illum ut adducamus, missi sumus. Victoria namq; tyrannũ detestata, legitimum imperiũ est sequuta. Sic scilicet hoc rerum omniũ gubernator procurauit. Cum

Eugenius à suis captus, ad Theodosium adducitur.

his dictis, ex curru detractum & uinctum eum, qui paulo antè magnas spirauerat glorias, captiuum ad Imperatorem adducunt. Theodosius ea illi, quæ in Valentinianum commisisset, & illegitimum atq; iniquum imperium, necnon ciuilia bella in medium proferens, obiecit. Insuper uerò etiam auxiliarem tutelaremq; risit Herculem. Quæ tyrannus audiens, ad pedes se Imperatoris miserabiliter abiecit, & ut uitam sibi donaret orauit. Quum uerò ita illi supplex esset, ex militibus quidam ense stricto caput illi amputauit.

Eugenij cædes. Arbogastes seipsum interimit.

Arbogastes autem talium tantorumq; malorum author, ubi biduum in fuga consumpsit, & uitæ tædium eum cæpit, manus ipse sibi suo usus gladio attulit. Talis ille fidelissimus Imperator fuit, ut semper in bellis atque prælijs, pro eo atq; fieri debet, ex diuino pendêret præsidio, quo etiam nunquam est frustratus. Fertur sanè & illud, quo tempore prælium hoc in Occidente est commissum, in templo Septimi (quæ suburbana Constantinopolitanæ urbis regio est, in quo precatum esse Imperatorem diximus, quum ex ea urbe in bellum iret) hominem quendam, qui dæmonis intemperijs agitabatur, in sublime raptum, ueluti cum Baptista contendentem, conuicijs illum proscidisse, quòd ei caput resectum esset, deinde etiam ferum quiddam hisce uerbis exclamasse: Tu me uincis, & meis insidiaris copijs. Qui uerò tum in

Dæmoniacus quidam Constantinopoli in diui Ioannis Baptistæ templo cladẽ Eugenij ea qua accidit hora præuidit.

cum hominem inciderant, propterea quòd bellum id tum multis magnæ curæ esset, noui quiddam dæmoniacum dicere opinati, diem in charta excipientes notarunt: & deinde eo ipso tempore prælium factum esse, multorum sermonibus, qui ei pugnæ interfuerant, cognouerunt. Res Eugenij tyranni hoc accidêre modo.

Verum

CAPUT XL.

A Verum enimuerò non procliue alicui est, omnes omnino communis aduersarij nostri plagas effugere. Si quis enim fortè impuræ libidinis affectum transiliat, in auaritiam incidat. Hanc uerò si etiam superet, inuidiæ lubrico circumueniatur. Hanc autem si quoq; conculcet, fortasse iram non uincat. Plures namq; pernicios⁹ hostis humano generi struit pedicas, qualicunq; uitiosiore affectione per artem quandam capere quemq; satagens, & in primis qua aliquem ex naturæ inclinatione facilè capi posse existimet. Quam ille machinationẽ ita molitur, ut corporis perpessionibus ad animarum momenta abutatur. Mens autem hominis si sedulò excubet, diuino adiuuante numine, uictrix abit, & machinas fraudesq; illius euadit. De humana natura quum partẽ quoq; suam admirãdus iste Imperator accepisset, affectiones quoq; eius communes habuit. Iræ enim iustæ non moderatus, officio atq; decoro excidit, & facinus crudele & inhumanum commisit. Quod sanè & ipsum pro eo atq; potero referam, non tantum quòd lectori id scire cõducibile sit, uerum etiam ut in eodem facto simul & crimen & laudem habeat principis tanti. Id quid sit, dicam. Vrbs Thessalonicẽsis, Achaiæ cunctæ, & Thessaliæ, Illyrico quoq;, & alijs Macedoniæ populis præest, ingens & populosa. In hac seditio maxima est orta. In Butherichi, qui tum militarib. in Illyrico copijs præfectus fuerat, pincernam, auriga oculos adiecerat, eiusq; pudicitiam tentarat. Et ea de causa comprehẽsus, in custodia detinebatur. Quum autem insigne curule certamen in ea urbe peragendum esset, supplicauit plebs, ut aurigæ, qui singulari in certamine eo erat industria, delicti gratia fieret, & is ludicro ei interesse posset. Vbi uerò tam sedula

B deprecatione id non impetrarunt, ad maximum incitati sunt tumultum. Per iracundiam namq; plerosq; Imperatoris principes uiros, & ipsum Butherichũ necarunt. Alios autem lapidibus obruerunt, & postea etiam per publicas uias raptantes traxerunt. Quam rei indignitatem postquam Imperator intellexit, immani ira accensus est: & furoris impetum non ferens, rationis habenas abiecit, & appetitum calculo & sententia sua comprobauit. Qui licentia tanta recepta, ueluti tyrannus arbitrio suo legibus solutus uiuens, gladios iniquos aduersus omnes strinxit, & crudeliter nõ sontes tantum ipsos, uerùm insontes quoq; & innoxios necari iussit. Ad septem millia hominum cædes ea progressa esse dicitur, non secus atq; in messe quadam, ferro quos sors obtulisset obuios carpẽte, nec iudicio, nec quæstione habita. Sunt qui dicunt, Imperatorem certum hominũ qui interficerentur numerum statuisse. Proinde sicuti fieri assolet, factum, ut etiam eorum qui à causa essent alieni, cæde ciuitas sit completa. Non ciues enim & incolæ tantum, sed hospites etiam, qui nauibus eò appulerant, præter expectationem omnem comprehensi sunt. Et profectò ploratu digna ibi commissa sunt facinora, quale est & illud. Mercatoris cuiusdam filij duo sunt capti. Pro quibus, ut incolumes illi seruarentur precatus, seipsum ad necem obtulit, preciumq; præterea quantum auri haberet, militibus se daturum pollicitus est. Feri uerò & inhumani illi, casum uiri miserati, alterum quem uellet ex filijs, precibus hoc eius dãtes, redimere iusserunt. Si enim utrumq; dimitterent, periculum sibijpsis creaturos esse, numero cæsorum aliquid decedente, dixerunt. Quum autem paterna natura & pietas in utrumq; respectaret, flens ille & lamentãs, quem nam ex utroque optaret, decernere non potuit. Atq; ita animi ambiguus (utriusq; enim ex æquo amore uincebatur) utrumq; perdidit, militari ferro cæsum. Sed & seruus quidam hero suo, quo benigno usus fuerat, quum is ad cædem duceretur, opem ferens, seipsum ad necem alacri animo obtulit.

Nemo alijs sine nascitur: optimus ille est, Qui minimis urgetur.

Varijs nos temptat insidijs diabolus.

Theodosius per iram lapsus, crudelissimam patrauit cædẽ.

In urbe Thessalonicẽsi populus furens, præcipuos aliquot Comitatenses per tumultum interemit.

Grauissimè ob eam cædem ira accenditur Imperator.

Eadem cædem septẽ millium hominum illegitimo supplicio uindicat Theodosius.

Pater quidam in cæde Thessalonicensi, dum propter paternã affectionem, utrum ex duobus filijs à militibus percussorib. redimat, ambigit, utrumq; miserandè amittit.

Seruus se ad necem pro hero suo offert.

CAPVT XLI.

Ambrosius episcopus Theodosium ob tam tyrannicum facinus templo Mediolani excludit.

IAnctantam cruminã diuus Ambrosius audierat. Et quũ post † Maximum deuictũ, Theodosius Mediolanũ uenisset, & in ecclesiã, sicuti mos est, precatũ iret, & iam ad fores eius adesset, occurrẽs ei Ambrosius, & purpura eius appehensa, in multitudine media, ne sacrarum ẽdium uestibulũ tangeret, prohibet. Resiste, inquit; uirũ enim impurũ, & manus sanguine innocenti ferè adhuc periniquè stillãtes circũferentem, fas non est, anté legitimã debitamq; pœnitentiã, sacrã ingredí ædem, aut diuinorũ mysteriorum participẽ fieri. Víderis enim mihi, ó Imperator, non cõsiderare animo, tantũ tot cædium scelus. Neq; postq; irę furor deferbuit, ratio ipsa tantũ agnoscit facinus. Fortasse Imperialis potestas impedimẽto tibi est, quo minus peccatũ perspicias: & ueluti nubes quædã potẽtia tãta rationi obiecta est. Sed peropus est, naturã te tuam fatis obnoxiã, ut scilicet caduca simul et fluxa sit, & auitũ atq; à primo parẽte acceptũ cinerẽ, ex quo cõstitimus, & in quem breui diffluẽtes reueremur, cõsiderare: nec purpuræ flore, qui luminib. mentis officit, in obliuionẽ eius quam illa obtegit corporis imbecillitatis adduci. Agnosce igitur, te eiusdẽ naturę & conditionis hominibus, atq; adeò cõseruis tuis imperare. Cõmunis em̃ omniũ Dominus & Imperator est rerũ cõditor uniuersarũ. Quibus uerò diuinũ intueberis oculis templum? Qualibus pedib. sanctũ illud calcabis solũ? Quomodo manus extolles, quæ cæde iniqua diffluunt? Quomodo etiã diuinũ Domini corpus eis excipies? Quomodo sanguinẽ preciosum ad os afferes, per quod ira trãsuersim actus, tantũ effudisti sanguinis? Quàm lõgissimè igitur absiste, neq; tibi ipsi peccatum adaugẽdo, iniquitatẽ cõduplica. Vinculũ aũt quod Deus cœlitus calculo suo cõprobauit, suscipe, quod tibi in columitatem uerã cõciliabit. Imperator aũt antistitis dicẽdi libertatẽ admiratus, uerbis eius cessit. Nã in diuinis legib. educatus fuerat, certóq; sciebat, quæ nã Imperatorũ, & quæ etiã Episcoporũ essent munia. Et cogitabũdus aliquãdiu, cum lacrymis pœnitẽtiæ aculeis ictus, in regiã est reuersus. Et octo cõtinuis mensib. elapsis, illustris natalium Christi aduenit dies, atq; Imperator in imperialib. ædibus sedebat lamẽtans, & lacrymarũ humore faciem rigãs. Quem in tãto luctu uiuere ubi Rufinus magister (hũc aũt supra alios omnes ille propter familiarẽ cõsuetudinem honorabat) uidit, placidè ad eum accessit, & lacrymarũ causam inquisiuit. Et ille, altius uehementi & acri ducto suspirío, prolixius fleuit. Deinde ad illũ cõuersus: Tu quidẽ, inquit, Rufine ludis. nequaq; enim malorũ meorũ sensus ad te peruenit. Mihi aũt cur gemã et lugeã, causæ extãt, qui tantã, quæ mihi accidit, ærumnã sentiã. Quomodo uerò ego nõ afflígar, quũ seruis & mẽdicis etiã, absq; metu omni, diuinũ templũ ingrediẽdi libera sit potestas: mihi porrò nõ modò id tãgere nõ licet, uerùm etiã cœlũ ipsum clausum est? Neq; enim diuini illius oraculi nõ memini, quod disertis uerbis statuit: Quęcũq; à sacerdotib. Dei ligata fuerint in terris, ea etiã in cœlis certò esse ligata. Tum cõfestim ille: At si, ait, Celsitudini tuę uideẽ, conueniã q̃primùm Antistitẽ, & nihil nõ tẽtabo, ut uincula tua soluat. Verùm nõ obsequeẽ, Imperator inquit, ille tibi, sat scio. Perspectã em̃ maximè habeo Ambrosij sentẽtię æquitatẽ. Nunq; ille Imperij amplitudinẽ diuino præferet honori. Postq; aũt multa proloquutus Rufinus, pollicitus est, se Ambrosiũ in sententiã suã adducturũ: Imp. eũ, q̃d cõstituisset, facere permisit. Abijt ille, et Theodosius ingẽtib. illius ꝓmissis adductus, paulo pòst eũ est subsecutus. Cęterũ ubi Rufinus cũ Ambrosio est colloquutus, uerba eius interpellãs uir diuinus: Tu uerò, inquit, Rufine, canũ impudẽtiã pluri mũ æmulari uideris. Quũ nãq; ꝓter ius, ó diuina uindicta, tantã cędẽ perpetraueritis, & tãta rabie in imaginẽ Dei seuieritis, neq; metus uobis incessit, neq; rubor in ore uestro efflorescit: sed uerecũdiæ pudore detersо, cũ petitiõe tali aduenitis. Vt uerò

A

†Hæc uerba Theodoritus non habet, lib. 5. cap. 19.

Ambrosius epi. Theodosium excludit.

Grauissima Ambrosij ad eum uerba.

Inuitatio ad cognitionem sui, & pœnitẽtiã.

Eucharistia laicis in manus data.

Potestas clauium.

Excommunicatio Theodosij. Ambros. lib. Epist. 5. ep. 28.

Illustrissimum pœnitentiæ exemplum.

Dolet Theodosio, quòd Natali Christiano adire templũ non audeat.

Potestas ligandi.

Rufinus Ambrosio nõ persuadet, ut in ecclesiam Imperatorem admittat.

B

Imperator episcopo paret.

Rufini cũ Theodosio colloquiũ.

A Vt uerò Rufinus illi magis ac magis supplicando institit, & Imperatorem quoq; iamiam aduenire dixit; diuino ardore incẽsus Ambrosius, cum clamore magno:
„ Ego tibi prædico Rufine, inquit, me iterum aduenièntem illum sacris ędib. prohi-
„ biturum esse. At si ille imperio æquo posthabito, tyrannidẽ exercere statuit, per-
„ líbenter ego hac de causa mortẽ adibo. His uerbis auditis, Rufinus per internũncium, ne ędib. Imperatorijs progrederet, Imperatori significauit. Atq; ille, ubi inter eundũ nunciũ eum accepit: Eo, inquit, merito meo obiurgationẽ & contumeliam excepturus. Et ubi proximè ad templũ accessit, ingredi id quidẽ ausus non fuit. Vbi aũt ad Ambrosiũ, qui in ęde salutatoria consederat, uenit, ut insolubilia uincula sua solueret, eũ rogauit. Ambrosius uerò illũ sanctiones diuinas procul care arguit: & aduentum eius, qui ita Deo repugnaret, tyrannicũ appellauit. Ibi Theodosius: At ego, inquit, non id studio habeo, ut cum temeraria cõfidẽtia sacrum ingrediar uestibulũ. Te aũt oro, ut uincula mea soluas, et cõmunem Domini benignitatẽ imitatus, nõ soli mihi in faciẽ misericordiæ fores claudas, quas cõmuniter omnib. relũpsis cẽtibus, & pœnitẽtia multa utẽtibus, misericordię Dominus aperuit. Ambrosius uerò: Verùm dic age, inquit, quæ tua fuerit, post tantam iniquitatem & effrenis irę petulantiã, pœnitentia? Qualia tandẽ incurabilib. affectionibus adhibuisti remedia? Sub hęc placidè Imperator dixit: Tuæ uerò, ó uir diuine, id est operæ, indicare mihi, & tẽperare sacræ medicinæ remedia. Meũ autem fuerit, ea susc ipere, etiãsi multũ habeant acrimonię & asperitatis. Ibi tũ Ambrosius diuino spiritu plenus: Quandoquidẽ, ait, ira cõcitatus uindictã illã prę cepisti, & sententiã illã non ratio in tranquillo statu suo cõsistẽs, sed furor insana & uecordi audacia productus tulit, ut legẽ & cõstitutionem promulges uolo, quæ

B irę calculos cõdemnet, & iussionũ tuarũ administris iniũgat, ut publica iudicia, & capitaliũ causarũ pœnas ad trigesimã usq; diem differãt. Et ut sentẽtiæ capitales in scriptũ relatæ, rectũ & pacatũ rationis iudiciũ expectent. Porrò diebus his elapsis, quib. iudiciorũ cura cõmissa est, scriptũ proferãt, ut scilicet quum iam ira deferbuerit, & ratio sibijpsi restituta fuerit, sentẽtiã latam per disquisitionẽ perpendant, iusta'ne sit, an iniqua. Ac siquidẽ cõtra ius ea cõcepta fuerit, statim eam cõscindet: sin cõtrà, multo etiã magis cõfirmabit. Et dierũ istorũ numerus, ad id quod cõducat maximè cognoscendũ proderit. Peręquũ enim est, tẽpus id intercedere, quod quùm Imperatoris iram placet, tum furore languescẽte humanitati & misericordiæ locũ det. Imperator igitur diuini antistitis prescriptum suscepit, & optimũ id esse dixit. Cõfestim etiã * cõstitutionem cõscripsit, & ut in sempiternum robur suũ obtineret, manus suæ subscriptione eam cõfirmauit. Quo facto, uinculũ quoq; illius solutũ est, quum quidẽ publicè prius Imperator peccatum suum in ecclesia cõfessus fuisset, & libẽter admodũ constitutũ pœnitentiæ tẽpus suscepisset. Quo tẽpore in luctu degens, Imperialib. ornamẽtis usus non est. Deinde in sacri templi ædes admissus, non stans ille, neq; genibus flexis, rerum uniuersarum Dominum precibus placauit: sed supinus in solum abiectus, miserabílem illam Dauidis emisit uocem: Adhæsit pauimento anima mea, uiuifica me, se-
„ cundum uerbum tuum. Et comam insuper uellens, frontemq; diuerberans, et so-
„ lum lacrymis madefaciens, delicti ueniam ad eum modum petijt. Postquam uerò tempus aduenit, quum eum more recepto, munus ad sacram mensam afferre oporteret, lacrymans surrexit, & diuinum sacrariũ ingressus est: & dono ex consuetudine oblato, intra sacros cãcellos permansit, in sanctiore sacerdotum loco, ubi an-

Cõstitutio Theodosij de iudicijs capitalibus non præcipitandis.

Ambrosius ad martyriũ obeundũ paratus.

Theodosius Ambrosium in salutatoria ęde pro templo conuenit.

Colloquium Theodosij cũ Ambrosio.

Ambrosius Theodosio cõditionem resipiscentiæ proponit.

Theodosius attea lege sanxerat, ut aut consilium uelox pœna subduceret, aut liberandum custodia diuturna non maceraret. l. de test. C. de cust. reor.

Theodosius pœnitentiæ legibus seruatis absoluitur.

In templũ admissus Theodosius, pœnitentium ritum seruat.

Munus offertoriũ Theodosij

* Constitutio Theodosij talis fuit: Impp. Valentinianus & Theodosius Augg. Flauiano P. P. Illyrici. Si uindicari in aliquos seuerius, contra nostram consuetudinem, pro causæ intuitu iusserimus, nolumus statim eos aut subire pœnam, aut excipere sententiam, sed per dies triginta super statu eorum fors & fortuna suspensa sit. Reos sinè acciptat, uinciatq; custodia, & excubijs solertibus uigilanter obseruet.

Ambrosius antistes libertatis magnæ, nihil adulationi aulicæ tribuit, sed in ecclesiast. ὀρθοφωνίαν, hoc est, ordinem conseruat.

ubi antiquitùs Imperatores cõsistere mos erat, propter dignitatis sublimitatem A à plebe segregatos. Quam rem quòd Ambrosius adulationis magis quàm ordinis recti esse putabat, Imperialis quoq; stationis locũ, ita ut par erat, in ordinem suũ redegit, pro tabulatis seu cãcellis sacrariȝ sede illi designata: ut Imperator honoratiorẽ quidẽ pre populo stationẽ haberet: præillo aũt sacer ordo locũ sublimiorẽ obtineret. Eum ordinẽ ut optimũ Theodosius tum laudauit, posteri quoque cõfirmarunt: qui inde ad hæc usq; tẽpora seruatur. Ego uerò semel annuo tẽpore nostrę ætatis Deiamãtissimos Principes, magni sabbati die, sacra adyta maximi Dei Sapientię tẽpli ingredi uidi, quum sub crucis forma, in sacra mẽsa noua adolerẽt aromata, & dona ei inferrẽt. Sed ad institutũ reuertamur. Postquam in sacrariũ ingressus est Theodosius, blandè cum, si quid uellet, Ambrosius interrogauit, Ille uerò se ibi diuinorũ mysteriorũ perceptionẽ expectaturũ esse, respondit. Antistes primario diacono internũcio usus, ei significauit, sacrariũ interius à solis adiri sacerdotibus, reliquos aũt omnes se aditu eius abstinere. Exeundũ igitur sibi esse, & in cõmuni cum alijs loco standũ esse: Purpurã Imperatores, nõ sacerdotes facere, dicens. Imperator diuinus illi rursum renũciari iussit, non temeritate se adductũ, sed cõsuetudinem quæ Cõstantinopoli seruarẽt, sequutũ, intra sacrariȝ cancellos uenisse. Magnas uerò eo etiam nomine de tali institutione se illi gratias agere. Ad hũc scilicet modum & Imperator & episcopus mirifica enituere uirtute, ut mihi decernere facile non sit, utrũ alteri præferã. Plurimũ sanè illius in dicẽdo libertatẽ, huius aũt in rebus diuinis religionẽ: & item illius ardorẽ, huius sincerã in Deũ fidem admiror. Leges eas quas ab Ambrosio didicerat, etiam Cõstantinopolim reuersus diligenter seruauit. Quum enim & ibi die festo diuinam ingressus ædem, donũ suũ mysticæ mensæ inferret, statim retrocedens inde B exijt. Episcopo aũt (Nectarius is tum erat) factum id egrè ferente, & quãnam de causa ex sacrario abiret, iniquirente, cum quadã molestia: Vix aliquando tãdem, inquit, quod discrimen sit inter Imperatorẽ & sacrorũ antistitem, cognoui. Vix ueritatis doctorem inueni. Vnũ namq;, qui pro dignitate sua episcopali nomine rectè utatur, Ambrosiũ reperi. quãtũ cõmoditatis obiurgatio, affectiõe uitiosa carens, si in tẽpore à uiro spectatæ uirtutis & iustitiæ adhibeaẽ, adferat, indicãs.

Ambrosius Theodosiũ intra sanctius sacrarium templi consistere non patitur.

Facilimè Theodosius admonitionibus Ambrosij obsecundat.

Cõstantinopoli quoq; Theodosius postea in tẽplo extra sanctius sacrarium consistere solitus.

Ambrosij huius multa quoq; alia sunt rectè facta, episcopali uirtuti cõuenientia, quæ loci eius incolis nota esse par est. Ego aũt unũ quoq; illud, quod de eo audiui, memoria dignũ, historiæ huic inserã. Ex magistratib. quidam, Græcorũ superstitioni addictus, Imperatorẽ Gratianũ cõuicio prosciderat, eumq; à patre suo degenerasse dixerat. Quo nomine quum accusatus à quibusdã fuisset, capitis damnatus est. Et iam ille ad supplicium duci debebat, quum Ambrosius pro eo deprecaturus, in regiã se celeritate magna cõfert. Accidit tum, ut uenationis spectaculo Gratianus operã daret, qua se laxãdi animi gratia Principes oblectare solẽt: neq; quisquã ex eis qui ad uestibuli custodiã dispositi erant, episcopi præsentiam, quum eius rei tum opportunũ tempus non esset, Imperatori indicaret. At Ambrosius inde discedens, ad fores eas peruenit, per quas feras inducebant. & uenatoribus mixtus, ita ut ignoraretẽ, ingressus est. Nec; inde prius est egressus, multa Gratianũ et eos qui cum eo erãt, precatus, cũ ille cõdemnationis sentẽtia de homine eo inducta, aliã ferret, quę illũ crimine absolueret, qui iã ad mortẽ raperetur. Nemini uerò Ambrosius ecclesiasticis cõstitutionibus magno studio & cura seruãdis cessit. Clero aũt in officio cõtinẽdo, & diuinarũ legũ disciplina imbuẽdo, felicissimus fuit. Ex plurimis uerò, quæ ille rectè gessit, rebus, pauca hæc cõmemorasse satis est. Abũdè eñ declarare hęc possũt, quãta ꝓpter insitã sibi uirtutẽ, cùm dexteritate quadã, in diuinis negotijs, tũ apud principes Rom. usus sit libertate.

Crimen eius qui Principi maledixit. Ambrosius hominẽ ethnicum à Gratiano Imperatore ad supplicium damnatũ, deprecatione sua liberauit.

Venationes principum animi laxamenta.

Theodo-

CAPVT XLII.

Pietatẽ Theodosij admodũ auxit Placilla coniunx.

THeodosius Imperator plurimùm quidem Ambrosij doctrina & constitutionibus est delectatus. Non parum uerò occasionis & utilitatis ei, ad pietatem scilicet etiam, attulit eius cõiunx. Quotidie namq; illi diuinas leges, quibus ipsa antea erudita fuerat, in memoriam reuocauit. Non enim illa se imperiali efferebat potentia, sed potius amorẽ erga DEVM sibijpsi ueluti thesaurũ cõseruabat. Quanto namq; illa maiora ab eo beneficia acceperat, tanto etiã quotidie charitatẽ in benefactorẽ suã adaugebat magis. Itaq; eorum qui uarijs detinerẽtur morbis, & membris partibusq; corporis mutilati essent, omnis generis curã gessit, ipsa per seipsam in rebus omnib. eis inseruiẽs. In illorum enim domicilia uentitabat, & qua quisq; indigeret re, eã illi suppeditabat. Et ecclesiarũ hospitales domos circũiens, eos qui grauib. morbis lecto affixi erant, curauit. Non enim tantum illorũ attingebat ollas, & iuscula delibabat: sed & patellas admouebat, panẽ apponebat, ciborũ frusta afferebat, pocula eluebat, aliaq; omnia prõptè & feliciter obibat, quæ seruarũ & ancillarũ sunt officia. Ad eos uerò qui ministeriũ eius, quod per manus ipsa suas peragebat, inhibere conabanẽ, dicere solita erat: Imperio quidẽ conuenit, ut aurum id largiaẽ. Ego uerò manuũ mearũ opus pro Imperio ipso, ei q id semel cõtulit, offero. Viro aũt suo talia uerba frequẽter subijciebat: Cõfiderare te semper, cõiunx suauissime, oportet, et quis nã antea fueris, et in quẽ locũ te euexerit uniuersitatis huius Deus. Si eñ perpetuã eius rei obtinueris memoriã, nõ prosus te ob accepta beneficia erga eũ ingratũ pstabis: sed ex prescripto legũ Dei, qd ab eo accepisti, gubernabis imperiũ: & ita eũ q id tibi ut fideli ministro cõmisit, ritè coles. Eiusce modi uerba accinẽs, quę ei insita erant diuina excitauit semina, cõtinuo admonitionũ fluxu ea rigans.

Pulcherrimũ Christianissimæ Principis specimen Placilla.

Fœmina principes pauperibus & ægrotis inseruiens.

Præceptũ omnibus principib. instillandũ.

Digna Christiana Augusta uox.

Aliud cordatæ & sanctæ Imperatricis uerbum memorabile.

CAPVT XLIII.

ACcidit autẽ, ut prior hęc coniunx eius fatis cõcederet. Propter quam cum casu quodam aliquid postea accidisset, quantus Imperatoris in illam amor fuerit, id maximè declarauit: quòd scilicet non cõiugij tantum gratia, uerùm etiam propter excellentem uirtutem eam plurimùm honorarit. Quid id fuerit, exponam. Bellis frequẽtibus Imperatoris fisco exhausto, tributum is, præter solitum, nouum ciuitatib. imposuit. Et alij quidem ubicq; locorum tributarij populi pensionem eam quamuis extraordinariam, conferebant. Populus autem Antiochenus uectigal nouum non tulit. Et quum exactores cerneret quùm pleraq; alia facere, tum ex ciuib. quosdam suspẽdere, nonnullos crudeliter trahere, alios in uincula cõijcere, seditionem mouit: multaq; & fecit & dixit per tumultũ, quæ uulgus solet, ubi occasionẽ ad ordinẽ tollendum, & rerum omniũ confusionem inducendã arripuit. Postremò uerò Imperatricis quoq; Placillę (hoc enim illius nomen erat) statuam æreã suo loco imprudenter deiectam, & funi pedibus adaptatã, per multas urbis partes traxit, & pro eo atq; plebs furens atq; indignãs assueuit, cõtumelijs magnis, quæ dicere opus non est, affecit. Quod flagitium postq; Imperator patratum audiuit, grauiter in eum populum excanduit: & sicuti par erat, quæ antiquitùs obtinebãt priuilegia illis ademit, atq; ea uicinæ urbi concesit. Eo enim modo ægrè se admodum Antiochenis facturum putabat. Iamdudum namq; Laodicea inuida æmulatione aduersus Antiochiam tenebatur. Comminatus præterea illis est, se urbem eam incensurum, ornamenta omnia uetustatis ei adempturum, in uicum eam mutaturum, & aratro proscissurũ. In animo etiam habuit, multos ex Antiochenis neci dedere, & castigare, ne postea tale quidquam admittere, in animũ inducerent. Qui uerò ibi cum potestate magistratus rem administrabãt, nõnullos qui facinus tantum ausi

Populus ea de causa Antiochiæ seditionem mouet.

Magno amore & honore etiã defunctam Placillam Theodosius est prosequutus.

Theodosius propter sumptus frequentium bellorum ciuibus suis extraordinaria imponit tributa.

Plebs furibunda in statuam Placillæ Augustæ ibi sæuit.

Grauissima Theodosij in Antiochenos ira, qui de eis extrema quæque statuit.

auſi fuerant, cõprehenſos prius necarũt, quàm Imperator factũ id reſciret. Et Im A
perator mandauerat quidẽ, & tam graues pœnas minatus fuerat, ſed eas ad rem non cõtulit. Obſtabat enim ei Ambroſij lex. Porrò urbis multitudo ſola grauiũ rerum fama cõſternata, furore relicto in pœnitentiam incidit, & perinde atq; ob oculos uerſari uideret, quæ in expectatione erant mala, altius ſuſpirans, & lacry- *Antiocheni pœnitentiam agũt.*
marũ uim profundens, DEO ſupplicauit, ut ferocientẽ Imperatoris animũ com- *Deo ad Imperatoris iram mitigandã ſupplicant.*
peſceret, & tantopere excitatã iram mitigaret. Et publicas peragẽtes ſupplicationes, carmina quædã luctuoſa, & ad cõmiſerationem mouendam cõpoſita, numeroſo cõcentu cantauit. Epiſcopũ autem ſuũ diuum Flauianũ, qui pro eis deprecaretur, ad Imperatorem oratorẽ miſit. Qui legationẽ eam pro grege ſuo obiens, quum Princeps uehementer Antiochenis infenſus eſſet, arte quadã adoleſcentulos, qui ad Imperatoris mẽſam canere ſoliti erãt, aggreſſus, ut miſerabilia illa carmina, quib. in ſupplicationibus Antiocheni utebãtur, canerẽt, effecit. Eis Imperatorẽ delibutũ, iram miſeratione cõmutaſſe: & miſericordia uictũ, poculo lacry- *Fuit tum Antiochiæ quoq; Ioannes Chryſoſtomus.*
mis temperato (euenit enim, ut tum phialã in manibus teneret) urbi ei per libationem conciliatum eſſe ferunt. Tum uerò in rebus omnib. uigens Antiochię diuus quoq; Chryſoſtomus, epiſcopo in legatione peregrè profecto populũ ſedulò cõcionibus eſt cõſolatus. Magna enim erat doctrina eius. Atq; is, cp multitudinem propter cauſam tantam in metu eſſe uideret, ad animi eam liberratẽ & uirtutẽ excitabat. Senſim etiã quodãmodo imperatorem laudib. eius exornans, quas ad irã quidem extinguendã, ad placabilitatẽ autem & miſericordiã inducendam, cõmodas eſſe ſciebat. Multę ſunt eius, quas hoc argumento cõpoſuit, orationes, quas ἀνδριαντας, hoc eſt, ſtatuas inſcripſit. Fama fert, ea nocte, quæ diem quo tu- B *Dæmon tumultus eius excitator.*
multus popularis cõmotus eſt, præceſſit, ſimulacrum fœminæ habitu uiſum eſſe ſublime in aere errare, magnitudine ingẽti, & aſpectu adeò truci, ut horrorẽ multum ſpectantib. afferret. Id in aere per urbis plateas currens, flagello grauiter ſonanti aerẽ diuerberabat: unde ſonitus prodijt, qualẽ edere cõſueuerunt, quũ ad irã & furorẽ feras cõcitant, qui earũ ſpectacula edũt. Proinde opinio fuit, peſtiferũ aliquẽ dæmonẽ ſeditionẽ eã inſidioſè cõmouiſſe. Multa uerò ibi cp cędes eſſet peracta, niſi Imp. Ambroſij cohortationib. cedẽs, cp primũ irã frenaſſet. Plurimũ ille etiã ppter inſignẽ pietatẽ, epiſcopalẽ ſupplicationẽ Flauiani eſt reueritus.

Proſuit illis Theodoſij lex, quam ex præſcripto diui Ambroſij tulit. Optimus ſubditorũ ad principem ſibi iratum placandũ proceſſus. Flauianum epiſcopũ ſuũ oratorẽ & deprecatorẽ ad Theodoſiũ mittũt. Mirificè eis per carmina cantata conciliatur Imperator.

Chryſoſtomi, quas eo tẽpore in eo argumento compoſuit, orationes.

CAPUT XLIIII.

Elebechus dux & Cæſarius Gregorij Nazanzeni frater, Imperatoriæ aulæ magiſter, ad uindicandam contumeliam Maieſtati Imperiali illatam, Antiochiam miſſi.

QVum Antiochiã illi peruenijſſent, qui ab Imperatore eò ad iniuriam uindicandã miſſi fuerat, Elebechus belli dux, & Cæſarius Gregorij frater, qui tum magiſtri poteſtatẽ in Imperiali aula obtinebat: in metu fuere ciues omnes minis exterriti, & inducias per internuncios & oratores ſuos ab eis petiere. Monachi nãq; qui in ſummis montib. degebãt (multi aũt tum uirtutem & pietatem exercentes mirificè florebãt) tuguriolis ſuis relictis, in urbem uenerũt, plurimiſq; cohortationibus ſimul & deprecationib. cum uiris eis egerũt. Quorum unus erat Macedonius nomine, uitę ciuilis prorſus imperitus, & neq; ſacris literis, neq; primis literarum elementis initiatus, ſed puras die noctęq; preces rerum uniuerſarum DEO offerre doctus, atque in montium cacuminibus uiuere ſolitus. Tum uerò cum reliquis deſcenderat, ac neque Imperatoris minas, neq; eorum qui ab illo miſſi fuerant, terrorem reputans, in media urbe alterius comprehenſa ueſte, utrumq; ex equo deſcendere iuſsit. Et illi exile ſilicernium pannis uilibus amictum cernentes, primùm moleſtè id tulere: deinde à quibuſdam de uirtute hominis certiores facti, confeſtim ex equis deſiluere: & ad pedes ſenis prouoluti, non nouiſſe ſe eum affirmarunt, ueniamq; precibus ab eo poſtularunt. Ille uerò diuina gratia repletus, hiſce ad eos uerbis eſt uſus:

Apud hoſce Imperatoris mandatarius patrocinatur Antiochenis Macedonius Anachoreta.

Deus boue, quanta eſt uerę pietatis & ſanctitatis reuerentia.

Vt man-

A Vt mandata hæc ad Imperatorem referatis, dilecti filij, oro. Meminiſſe te ô Im- *Macedonij deprecatio ad Imperatorẽ ipſum directa.*
perator oportet, non ſolum Principem, ſed hominem etiam te eſſe. Proinde non ad Imperij tantum amplitudinem reſpice, ſed naturam quoq; ipſam conſidera. Quum enim homo ſis, hominum tibi imperium cõmiſſum eſt: qui quũ eiuſdem tecum ſunt ſortis, & conſerui adeò tui: tum ab ipſa creatione imagine Dei cohoneſtati ſunt. Itaq; ne tam uæſana audacia aduerſus diuinam imaginem graſſeris, uide. Imaginis enim dominum ad iram concitabis, ſi in eos qui imaginem illius gerunt, ſæuias. Tum autem illud etiam te deſpicere decet, te propter æream imaginem, multitudini infenſum, crudeliter in eam animaduertere uelle. Quanto aũt imago animata, inanimatæ præſtet, quid dicere opus eſt? Nam id eis etiam, qui uel mediocrem obtinent mentem, conſtat. Illud præterea fac cogites, nobis quidem perfacile eſſe, plures ex ære facere imagines pro una illa, quam uæcordi temeritate inſana plebs cõminuit. Te autem nequaquam efficere poſſe, quantumuis contendas, ut uel capillum unum eorum qui cæſi ſint, creare ualeas. Hæc illi à ſene ſapiente audita, ſicuti ſimpliciter dicta erant, ita Imperatori renunciarunt. Non parum etiam, ſicuti dixi, Flauiani legatio illis profuit, ut iræ flamma in Imperatore extingueretur. Poſtea namque ira & minis omiſsis, communem populo ſcripſit defenſionem, crimen illi condonans, in qua iræ etiam cauſam expoſuit. *Vſq; adeò Theodoſius Antiochenis eſt conciliatus, ut defenſionis libellum eis ſcripſerit.*

Defenſionis eius capita quædam.

Inter alia enim & illud commemorauit: Etiamſi ego fortè quidquã deliquiſſem, minimè tamen contumeliam, tantam mulierem omnis uirtutis laude dignam, idq; quum iam illa ex hac uita migrarit, ſuſtinere decuit: ac ſi quid factum oportuit, aduerſus me furore uti conueniebat. Ad finem quoque appoſuit: Grauiſsimè ſe tuliſſe, quòd præclaros aliquot in ea urbe uiros, præter ſententiam ſuam, interẽptos eſſe audiuiſſet. Hunc finem habuit ſeditio contra ſtatuam Antiochię
B concitata. Atque hæc retuli, ut quantũ Ambroſij lex emolumenti attulerit, oſtenderem: & dicendi libertatem inſipientis illius ſenis, ab obliuione & temporum ui uindicarem: denicp ut Imperatoris in rebus diuinis religionem, tum autem paſtoralem diui Flauiani curã, ut uidelicet ille pro grege ſuo, cui præfuit, laborans, legationem rectè obierit, & principis iram ſopierit, indicarem.

CAPUT XLV.

Donatus Eurææ in Epiro epiſcopus, ſerpentem pecori ſimul & hominibus peſtiferũ interemit ſigno crucis, & oris ſui ſaliua.

EA ætate multi, in omnibus orbis partibus, epiſcopalem præclarè gerentes dignitatem enituerunt. In quibus Donatus ille fuit, Eurææ in Epiro antiſtes: quem multa edidiſſe miracula, eius loci incolæ teſtantur. In primis autem illud, quod dracone interfecto exhibuit. Manebat draco iſte ad uiam publicam: locum eum incolæ χαμαιγέφυρας, hoc eſt, pontem terreum nominant. Hic non oues tantum atq; boues, ſed equos etiam & homines prætereuntes deuorabat. Aduerſus feram hanc quum Donatus iret, non enſem aut haſtam, aut aliud quodpiam armorũ genus, quib. tutari nos ſolemus, ſecum attulit: ſed ſigno crucis digitis in aere conformato, ſerpentis os perculit. qui uiri ſancti præſentiam ſentiens, magnum quiddam ſibilans, & caput in ſublime tollens, tractumq; corporis prouoluens, deuorare illum contendit. At Donatus ad crucem illud addidit, ut in os draconis expueret. Et ille ſaliua ore excepta, identidem ſe circumuolendo complicans, ſtatim interijt. Magnitudine fera ea eis non cedebat, quæ apud Indos eſſe dicũtur. Magna enim ui, ab octo boũ paribus, in uicinum campum protractam, incolæ igni combuſſerunt, ne ita iacens atq; putreſcens aerem inficeret, & contagione peſtiferum hominibus afferret morbum. Donati huius celebre quoq; ibi monumentum eſſe audiui, quod etiam orationis domus ſit. Oppidum præterea de nomine eius appellatum, ad quod fons eſt copioſam prouoluens undam, qui antea quidem nõ fuerit, preca-

tione autem eius diuinitùs extiterit. Arida namq; regio ea ab initio fuerat, neque ibi humor neq; latex apparuit. Et quum aliquando ex itinere fessus eò Donatus uenisset, & comites suos aquæ penuria languescentes uidisset, primùm ille Deum est precatus: deinde terrã manu sodit, atq; illico aquæ fluenta inde prosiluerunt, quæ ad hoc usq; tempus profluere non desinunt. Testãtur hęc uicini, qui loca ea ubi miraculum hoc accidit, accolunt. Floruit tum quoque in Tomitana urbe & reliqua Scythia Theotimus ille, genere quidem homo Scytha & barbarus, sed in præstantissima omnium philosophia educatus, & totius Scythicæ ecclesiæ administrationem fortitus: quem Hunni, qui ad Istrum iamdudum habitant, uirtutem eius admirati, Romanorum deum nominabant, multa namque diuina facta in eo experti fuerant. Porrò memoriæ proditum est, iter ei ibi in barbara regione facienti, prædones quosdam occurrisse, qui hostiliter ad ciuitatem Tomitanam excurrebant. Quum autem comites eius discrimine eo circumuenti, statim se interituros putarent, ex equo ipse descendit, & orauit. Ita factum, ut prædones eandem insistentes uiam, neq; ipsum, neq; comites, atque adeò neque equos quibus uehebantur conspicati, præterirent. Et quum illi, utpote qui plurimi essent, Scythis imminentes damna inferrent, (natura enim feri & barbari erant) arte quadam, ex agresti admodum more ad mansuetiorem uitam eos traduxit, conuiuio excipiens, & donis sibi concilians, uerbisq; humanioribus ferinam illorum crudelitatem demulcens. Sedenim ex eis Hunnis quidam, quibus benigniter faciebat, locupletem eum esse arbitratus, insidias homini sancto struxit, & capere eum contendit. Et laqueo parato, quum more quodam suo, clypeo innixus Theotimus ad hostes uerba faceret, manu ille sublata conijcere in eum funem uoluit, ut simul ad se cum eo quæ auspicia eius sequebatur gentem pertraheret. Sed ecce unà cum conatu manus eius in aere extenta hæsit: neq; prius illa uinculis talibus quæ in conspectum non caderent, liberata est, quàm Theotimus Deum pro eo exoraret, quod quidem ut faceret, plurimùm eum reliqui barbari rogarunt. Fama quoq; fert, quandoquidem comatus, quum ad se ad id genus philosophiæ contulisset, fuerat, talem eum usq; ad uitæ finem permansisse. Reliqua uerò quotidianæ uitæ consuetudo ei simplex ualde fuit. Alimenti capiendi non unum, sed diuersum habebat tempus. tum enim id sumebat, quum esuriret, aut sitiret. Nam & hoc planè philosophi est, rebus his ad necessitatem, non ad uoluptatem frui.

Precatione idẽ in arido loco fontẽ ingem elicuit.

De Theotimo Tomitano episcopo, & eius miraculis.

Romanorũ is deus ab Hunnis cognominatus.

Idẽ Hunnos ad ad humanitatẽ composuit.

Religio Christiana barbaros emollit.

Manus Hunni cuiusdã Theotimũ capere uolentis, in aere immota hæsit.

Theotimus comatus per uitã omnẽ, tametsi episcopus, permansit.

Tẽpus cibi capiendi.

CAPUT XLVI.

De Epiphanio Constantiensi, in Cypro episcopo.

VM uerò quoq; floruit Epiphanius Cypri episcopus, qui uir non solum uiuens propter uitæ sanctitatem clarissimus fuit: sed eum Deus etiam cohonestans, mirificorũ operum patratorem esse ostendit, superstitem simul & defunctum. Et fama obtinet, quod uiuo non euenit, id mortuo accidisse: ut scilicet dæmonibus agitati multi ad sepulchrum eius accedentes, plaga ea liberarentur, & multæ præterea aliæ sanationes hodie quoque ad id fiant. Multa uerò etiam uiuentem cum admiratione omnium fecisse, incolæ eius insulæ ferunt. Ego autem, quod ad me delatum est, exponam. Fuit namque perliberalis in egenos, siue naufragio, siue alio aduersæ fortunæ modo mactati essent. Vbi autẽ uirtute ea rem familiarem suam (quanta autem ea fuit?) cõsumpsit, ecclesiæ pecunijs est abusus, quas quodammodo in honestum & necessarium usum talem dilapidauit, multæ autem hæ fuerant. Nam quibus curæ erat, ut substantiam suam in pios usus erogarent, & uiuentes & morientes plurima ecclesiæ eius donarunt. In bona enim spe erant, uirum Dei amantem, & prudenter pecunias distribuentem, ex sententia sua, quidquid ita dedissent, expensu-

Largissimus eleemosynæ largitor, etiam de bonis ecclesiasticis, Epiphanius fuit.

A pensurum esse. Et quum aliquando propter frequentem largitionem, pecuniæ admodum decreuissent, quosdam id molestè ferentes, & ecclesiæ œconomum præcipuè reprehendisse eum, quòd tam sumptuosus & prodigus esset, ferunt. Cæterùm ne tum quidem de more suo, quin liberaliter indigentibus largiretur, quicquam remisit. Quum autem iam aurum omne consumptum esset, accedens quidam ad eam domum, in qua dispensator iste agebat, ingẽtem quandam & mirificam crumenam cum magno auri pondere ei in manus dedit: & statim abijt, neq; quis ipse esset, neq; qui id misisset, indicans. Perquàm uerò mirum uisum est latêre eum, qui tantam uim pecuniæ dedisset, uoluisse: factum' que id considerantes homines, diuinam eam esse liberalitatem, coniecturam fecere. Atque hoc quidem sic actum. Aliud uerò de eo audio, quod Gregorij illius miraculo simile fuit, qui olim Neocæsareę in Ponto ecclesiam gubernauerat. Neque propterea fidem non habere prodigij eius testimonio æquum est, quòd idem Epiphanius peregerit: quandoquidem neq; Petrus solus Apostolorum coryphæus & princeps, mortuum exuscitauit, sed & Ioannes Ephesi, & alij alibi, immò etiam Hierapoli Philippi filiæ. Sæpe namq; euenit, sicuti par & credibile est, ut eadem & olim ueteres, & nostræ ætatis Dei amantes homines, miracula edant. Quod autem hi storia commemorare iubet, sic habet. Aliquando sacrum hunc Epiphanium duo quidam in uia ipsa mendici obseruarunt: & quum non pœnitendum aliquid se ab eo accepturos existimarent, alter in solo spiritum cõtinens, perinde atq; mortuus esset, iacebat: alter autem ueluti familiaris eius lamentans & flens, inopiam eam assimulabat, ut funeris impensas non haberet, & penuriam tantam cum re-
B prehensione eius deplorabat. Porrò Epiphanius præteriens, nihil quidem aliud cẽq; quòd iacenti illi requiem precatus est, dixit. Exiguum autẽ quiddam ad illum funerandum ploranti dedit, illa uerba adijciens: Curam huius funeris habe, & tandem flere desine. Nam hic nunc non resurget. Mortem autem, quæ communis omnium & ineuitabilis, necessitate quadam obeunda est, animo te forti ferre oportet. Hæc Epiphanius dixit, & abijt, cœptam perfecturus ambulationem. Quũ autẽ ea in uia nemo alius appareret, ille qui sic fleterat & plorauerat, iacentem indicio pedis concussione dato, ut consurgeret admonuit: simul' que eum laudauit, qui tam egregiè mortui hominis habitum retulisset. &, Age tandem exurge, inquit, ut in præsentia uersutiæ tuæ hilarius uiuendo fructum percipiamus. Vbi autem ille amplius neque dicentem audijt, neq; modis omnibus significationem aliquam, se uiuere, exhibuit: alter cursu celeri episcopum est consequutus, eiq; fraudem quam inopia coacti commenti essent, indicauit: & iam citra fucum uerè flens & lamentans, ut socium suum resuscitaret, supplicauit. Epiphanius autem, postquam illi, ne factum id grauiter ferret, dixit, hominem dimissum absoluit: quòd Deus rem eam retractatã nollet. fidem facere omnibus uolens, ut equidem puto: qui tentare & facere talia in ministris eius audeant, illum ipsum Deum, qui uideat & audiat omnia, eos falsum ire, se' que adeò ipsos inscios fallere. Epiphanium uerò in naui mortuum esse intellexi: quem comites eius melle oblitũ, ne quid fortè ingratum corpori accideret, in Cyprum detulerunt. Hæc pauca ex multis de Epiphanio recensui.

Diuinitùs ecclesiæ pecuniæ suppeditant.

Sancti Dei homines eiusdem generis miracula sæpe edidere.

Médicus mortuũ se apud Epiphanium assimulat.

Non nouũ est, defunctis requiẽ precari.

Assimulator iste uerè mortuus.

Qui sanctos uiros, & per eos Deũ fallere uolunt, seipsos fallunt.

CAPUT XLVII.

Acacius Beræus episcopus.

BErrœæ autem in Syria, magnus Acacius episcopali munere obeundo celebris fuit, qui ab adolescentia prima in monastica uita accuratè exercitatus fuerat. Huius multa quidem sunt alia rectè acta: illud uerò maximũ uirtutis indicium, quòd perpetuò etiam uel cibi uel somni capiendi, aliarumq; rerum tẽpore, episcopalis mansionis suæ domicilium patens

Huius manſionis locus apertus ſæp ſuit.

& apertum eſſe uoluit, adeò ut ad eum uidendũ & ciues & aduenæ liberè ingre- A
derentur. id quod ego uehementer admiror. Aut enim ea re ſe cum fiducia ſem
per uiuere oſtendit: aut eum id ita inſtituiſſe puto, ut naturæ ad uitia propenſio-
nem ſupprimeret. Quum namq; in expectatione eſſet, ut frequẽtibus eorum ex-
cubijs, qui derepentè ingrediebantur, in actionibus ſuis deprehẽderetur, etiamſi
uoluiſſet, peccare tamen non potuit, ſed ſtudijs ſuis laudatis ſemper incubuit. Eo
tẽpore duo etiã fratres præclari erant, qui nõ in ſolitudine, ſed in maritimo Ga-
zæ loco, qui etiã Maiuma dicebaẽ, philoſophati ſunt. Zeno & Aiax, germanorũ
iſtorũ fratrum nomina fuere. Egregiã aũt in recta religione obtinuere fidem: &
ſæpenumero à græcæ ſuperſtitionis ſectatoribus, ut qui Chriſtũ Deum eſſe pro-
fiterenẽ, ſunt diuerberati. Aiax quidẽ, quandiu cum coniuge ſua fuit, quam ſibi e-
gregia forma matrimonio iunxerat, ter tantũ cum ea concubuit: unde etiam tres
ſuſcepit liberos. Poſtea aũt nũcio ei eiuſcemodi cõſuetudinis gratia remiſſo, mo-
naſticam delegit uitã. Duos quoq; ad idem uiuendi inſtitutũ pertraxit filios: qui-
bus, ut ne coniugia ſequerenẽ, ſed ſtudiũ omne ad res diuinas conferrent, perſua-
ſit. Tertius autem cum uxore in matrimonio uixit. Sapienter uerò & præclarè ec
cleſiæ Bitolij Aiax præfuit. Zeno autem à puero cõiunctionem fœminæ auerſa-
tus, totus in miniſterio Dei erat. adminiſtrauit quoque Maiumæ eccleſiam. Atq;
ubi ad eam peruenit ſenectutẽ, ut etiã centeſimũ attingeret annũ, haud unquã ne-
glexit aut prætermiſit receptos ſtatoſq; uel matutinos uel ueſpertinos hymnos
Dei, & reliquũ ſacrũ miniſteriũ ſuũ, principio pſalmodiarũ adeſſe, eiſq; præire
ſolitus, niſi grauis interueniẽs morbus eũ impediuiſſet. Et quòd in cœlibatu phi-
loſopharetur, ſemper in ſolitaria lanificij officina lineam texuit telam. Ex cuius la-
boris fructu cùm ipſe neceſſarijs reb. cõparandis uitã tolerauit, tum indigentib.
etiam ſumptus ſubminiſtrauit. Et quoad uixit, opus ita facere non deſtitit: quam-
uis ætate grãdiore, primas apud eam gentẽ inter epiſcopos ferret, maximæ que ec
cleſiæ præeſſet, in qua & copioſi & frequẽtes eſſent homines. Sedenim tum non
epiſcopi modò, uerumetiã in montib. colentes, amantes Dei uiri, illuſtres fuere. B
Quorũ res bene actas ſi ſingillatim exponeremus, in ingentẽ nobis prolixitatem
hiſtoria excreſceret. In quib. omnibus, ueluti quædã præclara ſtella, etiã is reful-
ſit, cuius ſuprà meminimus, Arſenius. Paucos aũt, ut ſpecimen aliquod tantorũ
uirorũ, qui tum epiſcopalem functionẽ obiere, recẽſui. Laborioſum enim eſſet o-
mnes referre, quando quidẽ plures boni atq; honeſti fuere, quorũ etiã uitæ inſti-
tutum teſtimonio ipſe ſuo confirmauit Deus. Orãtes enim eos exaudijt, & pro-
digia noua per eos edidit. Et ab eis quoq; ita eccleſia Catholica adminiſtrata, ſi-
mul & clerus & populus, ad eundem cum illis uirtutis ardorem & æmulationem
eſt excitatus.

Aiax monachus, & Bitolij epiſcopus, ter cũ coniuge concubuit, & tres ex ea ſuſcepit filios.

Ex ijs duo monachatum ſequuti.

Vnus maritus fuit.

Zeno Aiacis frater Maiumæ, ſiue Conſtantiæ epiſcopus, centũ annos natus.

Is lanificium exercuit.

Plurimi alij eiſdem temporib. ſanctitate uitæ & miraculis præclari homines fuere.

CAPVT XLVIII.

Religio uerò nõ per hos tantũ maiora capiebat incremẽta, uerum eam
etiam cohoneſtarunt, atq; ut æquũ eſt quàm maximè exornarũt, quæ
tum apparuerunt ueterũ atq; illuſtrium prophetarum reliquiæ. Aba
cuc enim primùm, deinde Micheas, & tandem poſt hos celebre Ba-
ptiſtæ caput è terra extitere. Abacuc quidem & Michææ reliquias diuina uiſio,
ſicuti audiui, in ſomnis Zebeno oſtendit, Eleutheropolis eo tempore eccleſiam
gubernanti. Ea aũt urbs Cela, atq; etiam ante id nomen, Ceila appellata fuerat, u-
bi Abacuc inuentus eſt. Ab ea quaſi ſtadijs decem locus quidam Berathbaſia co-
gnominatus diſtat, ubi Michææ ſepulchrum eſſe dicebatur. Quod fideles igno-
rantes, unà cum incolis patria uoce Nephſameemana uocarunt. Sed prophetæ
Zebeno in ſomnis apparentes, quemadmodum dixi, ſeipſos qui
eſſent, indicarunt.

Inuentio reliquiarũ Abacuc & Michææ prophetarum.

Pſalmodijs omnibus aſſuit.

Non noua eſt canonicarũ pſalmodiarum & precum ſolennitas.

Sozom. habet Berathſatia.

Admiran-

CAPVT XLIX.

A Dmirandum autem & celebre Baptiſtæ caput eiuſdem Imperij tem-
pore inuentum, in clariſsimam urbem Conſtantinopolim eſt depor-
tatum. Id namq; Herodias, quòd adhuc Baptiſtæ reprehenſionem ti-
meret, in Herodis regia abſtruſo quodam loco ſepelierat. Sed rem
tam ſanctam diuina uiſione admoniti monachi quidã Macedonianæ hæreſis in-
uenerũt; qui primùm quidẽ Hieroſolymis uixerunt, poſtea aũt in Cilicią commi-
grarunt. Atq; ubi caput id ibi eſſe cõperit Mardonius, *qui primus inter impe-
riales eunuchos fuit, inuentionem eam Valenti indicauit; & ille id Conſtantino-
polim deferri iuſsit. Quidam igitẽ miſsi, cum ſplendido cõmitatu in Imperiali cur-
ru id uexerunt. Vbi aũt ad Pantichiũ, oppidum paruũ non longè à Chalcedone
ſitum, peruentũ eſt, ulterius progredi quæ ad currum iunctæ erant mulæ, quam-
uis auriga eis uehementius & flagello & calcaribus ad curſum inſtigans immi-
neret, noluere. Porrò quũ graui eo impetu nihil efficerent, nouí quiddam Deum
ſignificare, non ductores modò & ſpectatores, ſed ipſe etiam Imperator exiſti-
mauit. Itaq; placitum eſt, ut ſacer iſte theſaurus, tum in uicino uico, quem incolæ
Coſilaũ uocabant (erat aũt in Mardonij dominio) deponerent. Cæterùm hoc tẽ-
pore accidit, ſiue Deo ſeu Propheta ipſo inſtigante, ut ad uicum hunc Theodo-
ſius ueniret. Et quum caput id inde transferre cõſtituiſſet, ſola ei obſtitit Matro-
na, Deo dicata uirgo, quæ diuinũ hoc caput Baptiſtæ ſequebaẽ, ut in itinere pro
eo atque opus eſſet, ei inſeruiret, cuſtoſq; eius eſſet. Eam uerò Imperator magno
animo obſiſtentẽ, minimè ui cogendam ducens, precib. eſt aggreſſus, ut transla-
tionem eam permitteret. Illa ita difficulter tandem annuit, rem eum quam perfi-
cere nequiret, ſicuti etiã Valẽti cõtigerat, per coniecturã aggredi rata. At Theo-
doſius arcã, in qua ſacrum caput repoſitũ fuerat, purpura circumuolutã, ipſe ma
nibus ſuis geſtauit, uſq; ad Septimã quæ dicitur regionem urbis Conſtantinopo
litanæ: ubi id repoſuit, templo diuo Baptiſtæ, quam præcipuè celebrabat, maxi-
mo & pulcherrimo conſtructo. Et quum ſæpe multumq; Matronam maximis
gratiſsimiſq; pollicitationibus, ut fidei ſententiã mutaret (Macedonij enim hæ-
reſis tenebatur morbo) aggreſſus eſſet, perſuadere id ei non potuit: quum quidẽ
Vincentius, eiuſdem religionis presbyter, qui idem cum illa apud arcã Baptiſtę
præſtabat miniſteriũ, & eam ob cauſam ſacerdotalem ſuſceperat dignitatem, ſta
tim ſententiã mutauiſſet, & ad uniuerſalem eccleſiam acceſsiſſet: idq; antea, ſicuti
Macedoniani dicunt, iureiurando interpoſito, nunquã ſe opinionem ſuam reie-
cturum eſſe. Sedenim eam mutauit, hac ſibi præſcripta cõditione, ut tum demum
religionẽ ſuam deponeret, & poſtea ſine diſcrimine ullo cum Imperatore cõmu-
nicaret, ſi illum Baptiſta ſequeretur. Vincentius iſte genere fuit Perſa. Quum au
tem in Perſide ſub Conſtantio perſecutio eſſet mota, profugiens inde cum con
ſobrino Adda, in Romanorũ peruenit ditionem. Atq; hic in clerum allectus, ad
presbyteri dignitatem peruenit. Addas aũt uxore ducta, magnũ eccleſiæ emolu-
mentum genuit, Auxentium filium, in rebus diuinis fidelem, in amicos officio-
ſum, uita moderatum, & ſibi ipſi conſtantem, ſtudiorum doctrinæ amantem ma
ximè, literarũ prophanarũ atq; etiã eccleſiaſticarum peritum, modeſtum præte-
rea, & Imperatoriæ aulæ commodum, præclarum etiam in bello ducem; cuius
celebris etiã fama eſt apud optimos quoſque monachos, & alios doctos bonoſq;
uiros, qui illũ cognouere. Porrò Matrona uitam in uico Coſilaõ exegit, & plu-
ribus uirginibus præfuit, quarum ſucceſsio in longum tempus durauit, morem
Matronæ diſciplina dignũ & præclarã famam obtinens. De his quæ commoda,
ut puto, ad religionis noſtræ gloriã, in Theodoſij imperiũ inciderunt, hactenus,

Diui Ioannis caput inuentio.

Macedoniani monachi id inuenerunt.

** τῶν βασιλικῶν εὐνούχων πρῶτος, hoc eſt, imperialis domũ maior. Soz. li. 7. cap. 21.*

Matrona ſanctimonialis Macedoniana capitis Baptiſtæ cuſtos.

Caput Baptiſtæ in ſeptimũ urbis Conſtantinopolitanæ perlatum.

Templum eius in Septimo.

Matrona addũci non potuit, ut hæreſim Macedoniană relinqueret. Fecit autem id cõtra reſtitum iuramentũ Vincentius presbyter, ad cuius in capite diui Ioannis exhibito adductus, ea pitis eiuſdẽ cuſtos.

Addas Vincentij huius cõſobrinus. Auxentius uir præclariſsim. Addæ filius.

Matrona uirginum collegio in Coſilaõ præfuit.

CAPUT L.

IMperator is, post Eugenium deiectum, in Italia Mediolani agens, & Occidentis res pro eo atq; decuit cõstituens, ægrotare cœpit, hydropis morbo oppressus: & Ioannis monachi prædictione in memoriam reuocata, finem uitæ propediem aduenturũ expectauit. Maioris aũt solicitudinis causa ei fuit reipub. status, in animo secum reputanti, quantum detrimenti ciuibus & subditis, Imperatore è medio sublato, accidere soleat, quàm mors ipsa. Itaque quamprimùm filium Honorium Constantinopoli acciuit, Imperatorem eum Occidentalibus partibus præficere uolens. Quem ubi aduenientem uidit, meliusculè habuit, & ad spectaculum ludorum Circensium ob uictoriam celebrandorum prodijt. Et quum ante prandium ualidior fuisset, postea derepentè eum imbecillitas inuasit. Quumq; ludicrum id perficere non posset, filio id more solito peragendum commisit, proximaque nocte fatis concessit, decimaseptima Ianuarij mensis die, sempiterna laudis & gloriæ memoria post se relicta: quum ad finem uitæ satis longum peruenisset, atque cum splendidis uictorijs solus Romanorum imperium monarcha gubernasset; & duorum Imperatorum pater esset, eis'que imperium pacatum relinqueret. Placidè autem in lecto suo beata morte uitam finijt, præmium id fidei erga Deum suæ, & flagrantis aduersus idola & simulacra ardoris consequutus. Vixit annos sexaginta, & menses octo: quorum sedecim cum dimidio, in imperio Romano peregit. Cõplectitur duodecimus iste historiarum liber annos decem & octo: quum à mundo condito quater millesimus noningentesimus nonus; à natiuitate autem Domini quadringentesimus quartus ageretur annus.

Mors Theodosij.

Libri istius anni.

TERTIIDECIMI TOMI CAPITA.

I *De imperio Honorij & Arcadij: & ut apud Arcadium quidem Rufinus in administratione rerum primum locum, apud Honorium autem in Occidente Stilico eandem obtinuerit dignitatem. Et ut tum cùm publicæ tum ecclesiasticæ res habuerint.*

II *De pueritili institutione & uita D. Ioannis Chrysostomi, & ut doctrina simul & uirtute fulgens ad sedem Constantinopolitanam sit euectus.*

III *De cura pastorali & doctrina Ioannis: & ut multorum arguens & corrigens delicta, in suspicionem peruenerit improbitatis: & unde furor & persequutio aduersus eum extiterit.*

IIII *De Eutropio cubiculi Imperialis præposito, & de ea quam is tulit lege: ut idem sit interfectus: & ut odium aduersus Ioannem quidam conceperint, & fouerint.*

V *Res Gotthi Gainæ barbari: & de libertate dicendi, qua pro ecclesijs & apud Imperatorem & apud ipsum Gainam usus est Ioannes.*

VI *De defectione Gainæ, & de uisione quã uidit angelorum urbis Constantinopolitanæ custodum: & de legatione qua Ioannes apud Gainam est functus: & ut Gainas in Thracia captus, & necatus sit.*

VII *Ut Ioannes doctrina sua populum quò uellet duxerit: & ut miraculo, non sine Dei numine, intercedente, Ioannes mulierem quandam sectæ Macedonianæ ad frugem reduxerit.*

VIII *De frequentibus in diuinis templis populi conuentibus, & de psalmodijs hymnis que alternis decantatis, qua ex causa & quomodo morem eum psallendi primùm Ecclesia Dei acceperit.*

IX *Ut sanctus Chrysostomus in Asiam profectus, eos qui sacerdotio non recte fungerentur, dignitate ea priuauerit. & de Gerontio Nicomediæ episcopo, & de Serapione: de Seueriano & Antiocho. & de iniurijs quibus Ioannem illi affecerunt, quibus episcopatum abrogauerat. Et ut dissidium inter Ioannem & Seuerianum Gabalanorum episcopum ortum, imperatrix Eudoxia composuerit.*

X *De quæstione quæ tum in Aegypto est mota, An Deus humana sit forma: & de dissensione, quæ interim Theophilo Alexandriæ episcopo cum monachis Aegyptijs accidit: & de quatuor fratribus monachis, quibus cognomen erat Longorum.*

XI *Ut fratres Longi propter inimicitias Theophili, se Ioanni coniunxerint. Item de Isidoro, ut Theophilo sis aduersatus: & ut Augusta eos benigne susceperit.*

XII *Ut Theophilus Ioanni aduersans, se in amicitiam Epiphanij Cypri episcopi, cui antea fuerat inimicus, insinuauerit: & Ioannem tanquam Origenistam per calumniam arguerit, synodos que coegerit, quæ Origenis scripta aboleuerunt, in hoc ut Ioannem & Longos criminando traduceret.*

XIII *De Ioannis et Epiphanij in urbe Constantinopolitana dissidio: & ut pœnitentia ductus Epiphanius in Cyprum nauigans, uitam morte commutarit, ita ut Ioannes prædixerat.*

XIIII *De dissidio inter Ioannem & Eudoxiam imperatricem, & de Theophili aduersus Ioannem insidijs, & de Cyrino episcopo Chalcedonensi.*

XV *De synodo ad basilicam, cui nomen erat Rufini, contra Ioannem congregata: & ubi Ioannes absens indicta causa sit damnatus.*

XVI *De priore Ioannis exilio, populiq; ob id concitati tumultuoso clamore: & ut inuitus sedem suam receperit, pacem atq; benedictionem populo precatus.*

XVII *De ijs quæ denuò Theophilus male perperamq; egit: & ut fuga sibi consuluerit, populo per seditionem in partes discedente. & de sancto Nilamone monacho, librisq; Origenis: præterea de synodo pro Ioanne coacta.*

XVIII *De altera synodo aduersus Ioannem conuocata, & de abrogatione exilioq; eiusdem.*

XIX *Epistola diui Chrysostomi, ea quæ ei acciderunt commemorans: & de ijs qui ei exilij tempore præsto fuere.*

XX *Plura de iniusto exilio Ioannis, & quæ ad sectatores suos abiens dixerit: & de populi erga eum affectione.*

XXI *De subornatis Ioanni percussoribus & trucidarijs. & de igne à uindicta diuina de cœlo in Ecclesiam & Imperatoris ædes misso.*

XXII *De persequutione, quã ij pertulerunt, qui Chrysostomo fauerunt: et ut Ecclesia propter iniustum eius exilium sit diuisa.*

XXIII *De Tigrio presbytero, & Eutropio lectore: & ea quæ propter ipsum facta est in somnis uisione.*

XXIIII *De beata & sancta Olympiade, ministra magni templi Constantinopolitani: & singularis quædam rerum eius gestarum commemoratio.*

XXV *De conuersatione & uita sanctæ Nicaretæ Nicomediensis.*

XXVI *De profectione Ioannis in locum cui nomen Cucusus: & de episcopo Adelphio, & de admirabili uisione quam is de Chrysostomo uidit.*

XXVII *Epistola diui Chrysostomi, pro ecclesijs Dei: & singularis de exilio eius narratio.*

XXVIII *De Arsatio patriarcha Constantinopolitano, qualis is fuerit: & ut Ioannis sectatores persequutus sit, & paulo post mortuus.*

XXIX *De Attico patriarcha, & persequutione eius tempore facta. Et quæ Ecclesijs in Asia tum acciderint.*

XXX *De impurissimo Porphyrio, qui Antiochiæ Flauiano in episcopatu successit: & temporis eius persequutione, & de constitutione quam Arcadius promulgauit.*

XXXI *De legatione quam pij Romam de Ioannis iudicio miserunt.*

XXXII *Innocentij papæ Romani epistolæ duæ, sancto Chrysostomo exuli & clero Constantinopolitano missæ.*

XXXIII *De legatis Roma missis, qualia ij Eudoxiæ & Attici suggestione sint passi.*

XXXIIII *Epistola Innocentij papæ Romani ad Arcadiũ & Eudoxiam, excommunicationi eos subijcens.*

XXXV De incursione gentium barbararum, in fines Romanos, eo tempore facta: & de exortis tyrannis, Stilicone, Alaricho, Attalo, Saro, & alijs: & ut ab Alarichо Roma sit capta. & de formosa cuiusdam Romanæ mulieris castitate.
XXXVI De multis, quæ urbi acciderunt, malis: & admirandis prodigijs in cœlo, terra & mari editis: & ut omnes qui Chrysostomo aduersati fuerant, male perierint.
XXXVII De ulteriore exilio Chrysostomi, libriſq; eius, & ut uita hac relicta, ad Deum migrauerit.
XXXVIII De obitu imperatoris Arcadij.

ECCLESIASTICAE Historiæ Nicephori Callisti Xanthopuli, Tomus XIII.

CAPUT I.

Arcadius Orientis.

Honorius Occidentis imperator.

Extrema Theodosij morituri, quæ filijs reliquit, mandata.

THEODOSIVS maximus ubi ecclesiã splẽdidè auxit, duobus filijs successoribus relictis, uita defunctus est. Quorum natu maiorem Orientali: minorem autem, Honorium uidelicet, Occidentali præfecit imperio. Vterque uerò in religionis cultu patris sententiam est sequutus. Moriens namq; ille nihil eis aliud mandauit, quàm ut ueram pietatem integrã seruarent, per quam eos asseueraúit pacem habituros, & bella sopituros, tropæaq; excitaturos, & uictoriam à Deo consequuturos esse. Talia ille quidem mandata filijs relinquens obijt. Illi autem non imperij modò, sed & ueræ pietatis eius successores & hæredes extitere. Statim namque Europæ Imperator Romę monomachias, hoc est, singularia certamina, & gladiatorum ludos sustulit, ob causam eiusmodi. Vir quidam quietam monasticamq; uitam colens, ex Oriente Romam uenit: atque ubi Romanos armis ita inter se decertare, multis ad execrandum id spectaculum confluentibus, uidit, in arenam progressus, intercipere pugnam inter eos tentauit. Quod ægrè ferentes, qui sanguinario spectaculo gaudebant, & dæmonis qui cruore effuso delectatur intemperijs agitabantur, lapidibus coniectis pacificatorem interemerunt. Quæ res postquam est ad Honorium delata, Telemachium quidem (ita enim monachus ille uocabatur) in martyrum numerum retulit: importunum autem certamen illud aboleuit, constitutione, ne id postea perageretur, lata. Cum Arcadio in Oriente Rufinus imperium administrauit, uir strenuus & procerus, singularíq; prudentia præditus, quam & oculorum motus & orationis extempo ranea promptitudo indicabant. In Occidente apud Honorium eundem locum Stilico quidam obtinuit. Et uterque apud utrunq; Theodosij filium, imperij nomen & habitum esse permittens, summam ipse rerum manu simul & lingua usurpauit, sub Præfecti appellatione Imperatori ipsi imperans. Verùm neuter istorum, qui ei obuenerat, contentus fuit loco. Siquidem Rufinus sibi ipsi imperialem in Oriente dignitatẽ arrogare conatus est: alter autem in filium Eucherium Occidentale imperium arte quadam transferre studuit. Sed utrumque ambitio & conatus fefellit. Rufinum enim exercitus Romanus, qui cum Theodosio aduersus tyrannum Eugenium pugnauerat, ad Arcadij, qui more recepto, obuiam

Telemachius monachus dum Romæ dirimere certantẽ gladiatorũ parat, martyrio afficitur.

Honorius monomachiã Romæ lege lata tollit.

Rufinus apud Arcadiũ præfectus prætorio.

Stilico apud Honorium.

Vterq; imperiũ affectauit.

Rufini cædes.

Hæc cõstit. non extat, sed reperitur Cõstantini l. unic. C. de glad. lib. 11.

A obuiam progressus ei fuerat, pedes, in loco qui Tribunal dicitur, ferrò necauit: § propterea quòd id ut facerent, Stilico militibus suaserat: & quòd se illi suspenso naso ab eo derisos compererant, tum autem quòd affectatæ tyrannidis suspectus erat. Ferebatur quoque fama, Hunnos eum, gentem barbaram & feram, in Romanam ditionem immisisse. Tum enim illi Armeniam & quasdam Orientis partes, metu nullo plurimam prædam agentes, percurrebant. Fortè autem fortuna peropportunè cædes eius in eam diem incidit, qua ei, qui delectus habendi curam gerebant, tantum non purpuram circumdaturi fuerant. Eam enim ille conceperat spem, exercitum solo ipso aspectu statim Arcadium, quòd nec forma nec relíqua corporis constitutione admodum imperio aptus esse uideretur, reiecturum, ipsum autem ad imperium euecturum esse. Capite uerò Rufini resecto, & lapide in os eius immisso, hastæ id infixerunt, & in sublime sustulerunt. Dextram quoq; eius abscissam, per urbem circa opificum officinas circumtulerunt, uerbis † his utentes: Date stipem inexplebilis auaritiæ uiro. Et ridicula ea mendicitas, multum satis auri collegit. Perlibenter enim in iucundo & grato spectaculo homines aurum contulerunt. Ac Rufinum quidem imperij affectatio ad eiusmodi uitæ finem produxit. Ad eundem uerò modum & Stilico, qui, si quis alius, & ipse apud Romanos simul & barbaros potentia multum traluit, rerum summam ad se pertrahere uolens, in Italia occisus est, sicuti suo loco dicemus. Post Rufinum uerò Eutropius eunuchus præpositi sacri cubiculi dignitatem consecutus, neq; ipse in honore eo, quem præter dignitatem gerebat, acquieuit. Quum namq; uirilium exectio purpuræ ei spem ademisset, Imperatorem aggressus, ut Patricium se & consulem crearet, ei persuasit. Quapropter eunuchus deinde Imperatoris * pater fuit, qui etiam uilioris sortis filium procreare non potuit. Sed de Eutropio B postea memorabimus. Hæc autem historiæ huic intexuimus, quòd non exigua occasio fuerint, ut religio nostra multũ caperet incrementi. Imperatores namque certò persuasum habebant, patri eorum à uera pietate uictorias contra tyrannos obuenisse: cui etiã acceptũ ferebant Rufini, qui imperio insidiatus fuerat, absque ciuili bello cædem. Proinde quæcunque decessores eorum pij Imperatores pro ecclesijs statuerant, & ipsi confirmarunt: eaq; firmiter seruarunt, alia'que insuper Deo grata adiecere opera, perquam liberaliter in primis dona eis conferentes. Subditi uerò omnes ad principes suos spectantes, qui græcæ superstitioni addicti erant, ad Christianissimum transierunt: qui uerò hæreses sectabantur, ad ecclesiam catholicam accesserunt. Siquidem qui Arij & Eunomij hæresim complectebantur, propter eas quas diximus causas inter se dissidebant, ea'que gratia minuebantur. Plurimi namque non rectè eos de Deo sentire, ex eo opinati, quòd inter se uehementer contenderent atque pugnarent: eis se statim aggregarunt, qui eandem cum Imperatoribus sententiam obtinebant. Macedoniani autem eo tempore Constantinopoli parum ualuere: quibus illud nocebat, quòd episcopum suum non haberent. Ex eo namque tempore, quo eis sub Constantio ab Eudoxio popularibus'que eius ecclesiæ ademptæ fuerant, sub solis presbyteris ad præsens usque imperium conuentus suos habuere. Post Eudoxij autem mortem, qui Constantinopoli Eunomianæ sectæ præfuerat, in locum eius Lucianus quidã fuerat surrogatus, Eunomij ex sorore nepos. Hunc quòd in auaritiam

Per ueram pietatẽ uictoriæ parantur.

Fidẽ Principũ subditi ciues imitantur.

Hunni Orientem uastant.

Caput Rufini hastæ infixum.

Dextra stipem colligit.

Stilico quoq; in Italia cæsus.

Eutropius archieunuchus apud Arcadiũ patricius fit, et Consul.

Patricius, Imperatoris pater. Inst. Quibus modis ius patr. pot. sol. §. Filius familiàs.

Arcadius & Honorius ecclesiarum iura confirmant. l. Si uenerabilis. C. de episc. & cler.

Ex dissensione hæreticorũ ecclesia catholica crescit.

Lucianus Constantinopoli in locũ Eudoxij surrogatus.

§ Claudianus de Rufino: - Grauiterq; apprensa ueste morantem Increpat Augustum: scandat sublime tribunal, Particìpem sceptri socium declaret honoris.

† Claudianus: Dextera quinetiam ludo concessa uagatur, Aera petens, pœnasq; animi persoluit auari, Terribili lucro, &c. Desinat elatis quisquam confidere rebus, Instabilesq; deos ac lubrica numina discat.

* Claudianus de Eutropio isto: - Præsidium legum, genitor'que uocatur Principis, & famulum dignatur regia patrem.

Lucianus Eunomij ex sorore nepos, à reliquis Eunomianis deficit, & suam sibi instituit hæresim.

tiam & cognata illi crimina alia delapsus esset, eam'que ob causam pœnas se datu A
rum suspicaretur, ab Eunomianorum factione reliqua desciuisse, sodalitati'que
suæ præijsse, & non contemnendæ cohortis ducem factum esse dicunt, omnibus
prorsus qui uarijs infamibus'que delictis obruti essent, ad ipsum confluentibus.
Fama obtinet, Eutropij præpositi opera, scripta Eunomij omnia publicè cre-
mata: cadauer autem eius sepulchro extractum, Dacoris Tyanam proiectum
missum'que esse. Nouatiani, quemadmodũ dictum est, quieti tum fuere. Tametsi
enim quæstio de festo Paschæ, quam Sabbatius res nouas molitus excitarat, ali-
quantum eos turbasset: non tamen illi alijs pœnis, quæ in hæreticos legibus de-
cretæ fuerant, obnoxij fuere: tum quòd itidem ut Ecclesia uniuersalis, trinitatem
ὁμοούσιον consubstantialem prædicarent, tum quòd egregia episcoporum eorum
uita esset. Nam Agelio Marcianus, Marciano Sisinius successerat, quum Rufinus
cæsus est: de quibus suprà etiam diximus. Hæc hactenus.

Peßimorũ hominũ sententia.

Eiusdem cadauer effossum.

Marcianus iste eo die diem suũ obijt, quo Rufinus cæsus est.

CAPUT II.

Maximarij sediũ episcopi.

EA ætate in ecclesia Romana episcopus erat Siricius, Damasi succes-
sor. Alexandriæ ecclesias rexit Theophilus, Antiochiæ Flauianus,
Hierosolymis adhuc episcopatum gessit Ioannes, qui Cyrillo succes-
sit. Constantinopoli uerò enituit. Nectarius, de quo fusius suprà di-
ximus. Cæterùm eo paulo pòst mortuo, ingens cura & studium fuit, quem'nam
antistitem imperantis urbis legere conueniret. Atq; ut fit, alijs alios designanti-
bus, diúq; & multum consilia agitantibus, quum non eadem omnium esset sen-
tentia, & tempus extraheretur, uniuersis tandem placitum est, ut Antiochia pres-
byter accerseretur Ioannes, qui propter eloquentiam Chrysostomus est dictus. B
Præclara enim de eo fama orbem peruolitabat, maximè eum ad docendum ap-
positum, apprimé'q; clarum, necnon generis nobilitate & uitæ integritate præ-
stantissimum esse. Patrem namque habuit ducem belli secundum: matrem au-
tem natalibus, alijs'que ornamentis omnibus spectatam, Anthusam. In dicẽdo &
suadendo ui multa fuit, adeò ut ætatis suæ oratores multis modis superaret. In
uita quotidiana singulari moderatione, & accuratissimo instituto usus est. In
tantum uerò æqualibus suis antecelluit, ut etiam Libanij Syri sophistæ in hac
laudis parte, testimonium reportarit. Moriturum enim eum, quum sectatores
eius, quem'nam in sophistica sede successorem esse uellet, interrogarent: Ioan-
nem, illum respondisse fama est, nisi uirum tantum Christiani rapuissent. Plu-
res autem ex discipulis eius ad ecclesiam adduxit, ut idem secum sentirent, eis
persuadens. Quum enim ex præscripto Dei uiuere studeret, non mediocrem
uirtute sua æmulationem illius sectatoribus indidit, & facilè eo modo plurimos
cæpit, eis'que ut secum eandem complecterentur sententiam author fuit, non ar-
te quapiam aut eloquentiæ ui, uerùm quòd sacras scripturas iuxta id quod res ip
sa erat, sincerè exponeret, eos ad se pertrahens. Oratio enim reuera factis ipsis cõ
sona, perfacilè fidem meretur, & assensione digna uidetur. Quibus rebus contrà
qui caret, simulator potius, & sui ipsius accusator esse apparet, etiamsi multũ stu-
dij & operæ in docendo ponat. Si cui autẽ contigit, ut utraq; hac laude clarus sit,
nihil nõ quod uelit, efficere potest: id quod in illo etiam euenit. Vitæ namq; insti
tutũ accuratum admodũ & moderatũ fuit. Et cùm natura ingenioq; præstanti
fuit, tum perspicua ualde & dilucida eloquutione usus est: in qua cum incredi-
bili splendore diuina quædam enituit gratia, ita ut ea quasi insita quadam tyran-
nide & dominatione auditor demulceretur. Mediocri autem dicendi generi,
arcanam amplitudinem, & quæ sub oculos non caderet uim inseruit, nouam'que
elocutio-

Nectarij mors.

Ioannes Chrysostomus episcopus Constantinopolitanus.

Parentes eius.

Libanius Chrysostomum laudauit.

In Chrysostomo orationi suauitas ficta pietas responderunt.

A eloquutionis mixturam contemperauit, frequentibus scatens sententijs: adeò
ut omnes ad harmoniam conuenientem'que eiusmodi concentum consterna-
rentur, & incomprehensibilem deprehensionem cum sensuum priuatione ora-
tioni eius tribuerent. In Rhetorica & dicendi arte præceptorem habuit Liba-
nium: in philosophicis uerò disciplinis Andragathium. Et quòd ad dicendas
in foro causas appositus esse uideretur, uitæ id genus sectatus est. Cæterùm
quum id iniquum atque improbum esse putaret, faciendum sibi esse statuit, ut
primùm diligenter in sacris uersaretur libris: & in uita tranquilla, iuxta eccle-
siæ constitutiones, philosophicè uiueret, Euagrium imitatus. In quo studio
præceptores eos habuit, qui tum præclaris monasterijs & scholis præfuerunt,
Carterium, & Diodorum illum, quem ecclesiam Tarsensem gubernasse antea
diximus. Reliquisse etiam is multos scriptorum suorum libros dicitur, in qui-
bus tantum in literæ ipsius expositione occupatus est, abstrusiorem sublimio-
rem'que scripturæ sensum & contemplationum speculationes declinans. Qua
in re eum etiam præcipuè est discipulus imitatus. Non solus autem magistros
hos Ioannes sectatus est, sed plures etiam alios studiorum socios ex Libanij
schola ad eos adduxit: in primis autem Theodorum, & Maximum: quorum
iste postea pastor Seleuciæ Isaurorum, ille uerò Mopsuestiæ Cilicum episco-
pus factus est. Theodorus autem iste, uir fuit diuinarum literarum, græcarúm-
que disciplinarum, necnon artis oratoriæ atque philosophiæ egregiè peritus.
Ad quem quum à professione religionis nostræ desciuisset, diuus Chrysosto-
mus unam atque alteram dedit epistolam. Quum namque is leges literas'que
nostras legisset, & se in diuinorum uirorum familiaritatem insinuasset, omni-
bus rebus posthabitis, & urbanæ uitæ tumultu reiecto, institutum id lauda-
uit, & uitam suam ad illorum mores composuit. Cæterùm alacritatem eam con
B stanter non retinuit: sed ueluti pœnitentia ductus, ad priorem redijt uitam. Et
quum diuersam de eo studio concepisset sententiam, id genus philosophiæ reli
quit, & in urbem est reuersus: melius se ita id quod expeteret consecuturum ra-
tus. Quod ubi Ioannes cognouit, ad res scilicet ciuiles illum esse relapsum, & ani-
mum ad nuptias adiecisse, epistolam ad eum dedit, uerbis & sententijs selectio-
ribus supra humanæ mentis captum compositam. Scripsit deinde ad eundem
quoque alteram. Quas ille cum legisset, ad uitæ quod antea cœperat, institutum
se rursum contulit. Substantia enim sua relicta, & nuptiarum ambitioni nuncio
remisso, ad philosophicam recurrit uitam, pulcherrimis Ioannis cohortationi-
bus seruatus. Vnde colligere licet, quæ dicendi uis in eo floruerit, quæ'ue per-
suasionis gratia in illius consederit labris. Ea enim eos superauit, qui tum secum
à dicendo & persuadendo ualuere. Proinde etiam multitudinem ad se pertra-
xit. Et quod maius est, peccantes in ecclesia acrius obiurgauit, atq; iniuriam in-
ferentibus insultauit, non minus ob afflictorum uicem indignans, quàm si ipsi
sibi iniuria facta esset. Quod quidem multitudini pergratum fuit, principibus
autem uiris & magistratibus acerbũ uisum est: quòd scilicet eis delinquere mul-
ta licuit. Eas ob causas præclarus uir habitus est, cùm eis qui eum uidissent, uir-
tutem'que eius experti essent: tum eis quoque qui illum nunquam uisum fama
tantum cognouissent, quæ celebris de eo uulgata, aures omnium impleuerat.
Idoneus sanè Romanæ ditionis hominibus uisus est, cui Constantinopolitanæ
ecclesiæ episcopatus demandaretur. Suffragabatur uerò populi & cleri, mul-
torum'que sententiæ, Imperator etiam Arcadius. Itaque statim qui eum adduce-
rent, misit. Multorum quoque aliorum episcoporum conuentum instituit, splendidiorem ambitiosiorem'que consecrationem eius esse uolens.

Præceptores Chrysostomi.

Diodori Tarsensis episcopi theologia.

Condiscipuli Ioannis.

Theodorus Mopsuestienſis.

Maximus episcopus Seleucenus

Semel atq; iterũ hunc Chrysostomus ad ac curatius Chrystianæ uitæ institutum adduxit.

Plurimùm ualuit eloquentia Chrysostomus.

Idem acris criminum censor.

Legitima & canonica episcopi electio.

Porrò

Asterius Orienti præfectus, Chrysostomũ Cõstantinopolim mittit.

Porrò ubi Asterius Orientis præfectus Imperatoris literas accepit, in suburbanum quendam Antiochiæ agrum Ioannem ad se euocauit, habere se arcani quidquam, quod cum eo secretò cõmunicaret, renuncians. Eum uerò aduenientem ilico currui impositum, Pagras in diuersorium, seu mansionem quandam ita cognominatam duxit. Et postquã eum ibi eis qui ab Imperatore missi fuerant, plurimùm reluctantem tradidit, domum suam reuertit. Id aũt ita fecit, quòd promptos ad seditiones Antiochenos esse sciebat. Haudquaquam enim illi libentes prius se Ioannis lingua orbari tulissent, quàm graue quidquam & fecissent, & passi fuissent. Vbi Constantinopolim peruenere, atq; ibi quicunq; euocati fuerant episcopi, præstò fuere, omnes quidem alij suffragio ferendo consensere: unus tantum Theophilus Alexandrinus Ioannis consecrationi obstitit, gloriæ illius detrahens: Isidoro autem episcopatum tradere studens, qui Alexandriæ presbyter, curam ibi aduenarum & pauperum gerebat, ab adolescentia in Sceti monasticis laboribus exercitatus. Studiosus autem Theophilus Isidori plurimùm fuit, quòd is ei dudum rei satis periculosæ conscius esset. Quum enim Imperator Theodosius bello aduersus Maximum tyrannum decertaret, Theophilus munera mittens, binas Isidoro huic dedit epistolas: eumq; Romam misit, cum mandato eiusmodi, ut ibi manens belli euentum expectaret: & cui uictoria arrisisset, ei & literas & donum redderet. Legationem eam suscepit Isidorus, & Romæ momento uictoriæ intentus consedit. Et quum rem hanc premere conaretur, lector qui cum eo erat, epistolis clàm sublatis, eam indicauit. Quapropter Isidorus sibi ne quid mali pateretur timens, statim Alexandriam profugit. Proinde quòd illum fidissimum sibi cognouisset, pensare tum quod pro se adierat periculum, gratia aliqua cogitabat, studioq; tanto pro eo laborabat. Siue autem eam ob causam, ut dicitur, hoc fecerit, seu quòd Deiamantem uirum ad episcopatum euectum Theophilus uoluerit, postremò & ipse consecrationi Ioannis calculum adiecit, sententiamq; Imperialis aulæ approbauit, quæ electionem Ioannis obtinere manifestè studuit. Metuebat uerò Eutropium præpositum, qui Imperatoris ædibus & cubiculo tum præfuit. Apertè enim is illi minabundus denunciarat, ut uel alijs ipse quoq; suffragio suo consentiret, uel se ad dicendam causam contra accusatores suos pararet. Multi enim tum ibi aderant, qui ex Alexandria uenerant, libellos aduersus eum, qui coacti fuerant, episcopis offerentes: alij alia crimina ei obijcientes, & diuinas ecclesiasticasq; leges eum uiolasse accusantes. Hæc uerò Theophilus timens, nõ solum Ioanni suffragatus est, sed eundem etiam per manus impositionem consecrauit. Lectorem eum, quemadmodum Socrates Ecclesiasticus scriptor dicit, creauit Zeno Gazæ siue Maiumæ episcopus, Hierosolymis reuertens. Vixit autem tum, sicuti idem testatur, cum Basilio, qui dudum quidem à Meletio in diaconorum ordinem lectus fuerat, postea uerò ecclesiæ Cæsariensi apud Cappadoces præfuit. Quod omnino reijcit Simeon, qui sacri Chrysostomi uitam conscripsit, nam is à Flauiano eum & diaconum & presbyterum creatum esse, memoriæ prodidit: quo tempore etiam diuinam columbam aduolantem sacro eius capiti insedisse memorat. Socrates autem ab Euagrio eum presbyteri dignitate auctum esse dicit. Post Meletij enim obitum secessisse à Meletianis Ioannem, & triennium sibi ipsi quietè ita uixisse, ut neque cum Meletij, neque cum Paulini sectatoribus communionem coleret: postea uerò ab Euagrio Paulini successore presbyterum creatum esse, refert. Quum in lectorum ordine consisteret, orationes contra Iudæos composuit. Diaconus autẽ factus, dialogos de episcopali munere, & libros ad Stagerium, item alios de incõprehensibili, & alios rursum περὶ Ἀνωμοιότητος†, hoc est, de puellis nõ matrimonij

Inuitus episcopatum suscipit Ioannes.

Theophilus Alexandrinus Isidoro presbytero suo episcopatũ Constantinopolitanũ demandari uult.

Theophilus Alexandr. infidus Theodosij amicus, duplici corde uir.

Fortunæ, nõ hominis amicus.

Theophilus tandẽ in episcopalem Ioannis cõsecrationem quoq; cõsentit.

Accusationis libelli contra Theophilum.

Sacri diui Chrysostomi ordines.

Idẽ Basilij magni familiaris.

Colũba capiti Ioannis, quum presbyter consecraretur, insedit.

† *Subintroductæ hæ in Canonibus extraneæ in legib. dicuntur.*

Scripta Chrysostomi.

A monij neq; libidinis causa adoptatis, scripsit. Presbyteri uerò honore cohonestatus, expositiones diuinorũ Euangeliorũ, ὑποθήκας, id est, Statuas, Consolationem, Commentarios in Psalteriũ, De uirginitate, De misericordia, & plurimos alios libros edidit. Homilias uerò mysticas in diuinum Apostolum, & in sacra Acta, aliaq; præterea plurima, festos dies & conuentus ecclesiasticos uarios celebrans, Constantinopoli in episcopatu condidit. Ego uerò supra millẽ eius uiri lucubrationes legi, ineffabili quadam suauitate diffluentes. Iam enim inde ab adolescentia amore eius flagraui, atq; in illius perinde atque Dei ipsius uocibus acquieui. Atq; si quid mihi est eruditionis, id ei acceptum fero. Multis etiam ex sectatoribus meis persuasi, ut omnibus relictis, illum sibi familiarem facerent. Verùm ad argumentum institutum reuertamur.

Nicephorus Chrysostomi studiosissimus.

CAPUT III.

IOannes episcopatum adeptus, primùm cleri sui mores corrigere est aggressus: progressus eius in publicum, & quotidianæ uitæ institutum persecutatus. Acrioreq; usus castigatione, nõnullos quidem ad mores legitimos reformauit. Si quos autẽ sacerdotes nõ iuxta ecclesiæ constitutiones uiuere uelle cernebat, eos sacris ædibus exclusit. Neq; enim sacerdotum honore eos frui debere dixit, qui uerorũ sacerdotum uitam æmulari nollent. Nam quum natura ad arguendũ & reprehendendum propensus esset, magis etiam postquã magistratum tantum cæpit, mos is in eo est adauctus. Natura enim potestatem nacta, promptius etiam aduersus peccantes est concitata. Neq; uerò clerum ille suum tantũ, sed ubiq; locorũ ecclesias, perinde atq; pater quidam, ad rectum reformare statũ studuit: sic scilicet Thraciam omnẽ, quæ in sex diuisa est præfecturas, Asiamq; cunctam, quæ ab undecim præsidibus regebatur, atq; etiam prouinciam Ponticam, totidem præfectis gubernatam, eisdem legibus ad officiũ reducere conatus est. Vbi uerò Phœnices adhuc simulacrorum sacrificijs insanire cognouit, missis eò qui diuino ardore flagrarent uiris, legibusq; quæ dudum latæ fuerant confirmatis, quicquid erat de superstitione eorum reliquum, idolorumq; delubra, ex ipsis fundamẽtis euertit. Quam ad rem è domo sua impensas præbuit. Fœminis enim nobilibus & locupletibus, ut pecuniam talem liberaliter cõferrent, persuaserat. Vt uerò Scytharum quoq; multitudinem Ariana liberaret contagione, qui eiusdem cum illis linguæ essent, eis præfecit: sæpius quoq; ipse eos uisens, doctrinisq; suis per interpretẽ illustrans, ad ueritatẽ adduxit. Eos uerò Scythas etiã qui ad Istrum sunt, ubi ueritatis & salutis siti teneri intellexit, eò quoq; misit: & homines eos captos, in ueritatis potestatem redegit. Ab Osroenis autẽ Marcionis morbũ, qui altè apud eos radices egerat, repulit: aliaq; plurima & Deo grata peregit opera, apostolicã planè de ecclesijs omnibus in animo circumferens curã. Nec is ille quoq; contentus fuit, sed dissensionẽ quæ inter Orientales & Occidentales ecclesias propter Paulinum & Flauianum extitit, Theophilo cõciliato, sustulit: & ut una Antiochiæ esset ecclesia effecit, Paulino & Euagrio uita defunctis. Quapropter facilem episcopis fuisse, quũ nemo impedimento esset, conciliationẽ puto. Populus namq; dissidijs, quibus iam fatigatus erat, remissis, qui Eustathij primùm authoritatem sequuti erant, sicuti fieri assolet, paulatim ad eos qui sub Flauiano erant accedentes, per unionẽ eis sunt coniuncti. Talem se quum uir magnus et natura & ardore statim à principio exhiberet, durus quidã & gratus admodũ esse uisus est peccantibus: potissimum uerò eis, qui in clero absurdis gaudebant factis. Itaq; magnum aduersus eum odium est succensum, & multi hostiliter illum declinabant. Multitudini uerò, quã assidua doctrina demulcebat, maximè gratus fuit.

Chrysostomus post intronisationem, clerum suum, & alienum quoq; reformauit.

In Phœnicia Idololatriæ reliquias tollit.

Scythas ab Arianismo ad orthodoxiam adduxit. Hunnos ad Christianismũ pertraxit.

Ecclesias Antiochenas ad unionem reduxit & Romanũ Pontificem Flauiano conciliauit.

Propter uitiorum reprehensionem multorum contra se concitauit odium Chrysostomus.

Vetericis mel amarum est. Odiũ id auxit Serapion eius diaconus.

Necq adeò mirum est, si quibusdã minus bonus uisus est. nam mel quoq; regio morbo laborantibus amarũ uidetur. Potissimũ uerò, sicuti ferunt, ut multos ita offenderet, Serapion eum discipulus induxit. Quẽ aliquãdo apertè in cleri præsentia dixisse fama est, Illũ non omnes oratione allecturũ esse, nisi etiã flagello omnino eos cõpelleret. quod dictũ in odiũ & inuidiã non mediocrem episcopum apud multos adduxit. Enimuerò multis ita ob uaria crimina ecclesia eiectis, illi sentẽtijs se primorũ & optimatiũ accõmodabant: & sicuti fieri assueuit, in eiusce modi eorũ qui rebus præsunt impotentibus conatibus inter se cõueniebant, sodalitatesq; & cõspirationes nõ cõtẽmendas instituebãt, atq; eum nõ mediocribus expetebãt calumnijs. Et quæ illi in eum dicebãt, fidẽ obtinebant: quòd cum alijs cibũ capere, aut cõuiuia adire Ioannes deprehensus nõ esset. Qua ex re crimina maiora excitabant. Quo uerò consilio id ille fecerit, nemo clarè dixit. Qui uerò eum defendunt, diuturnã prætendũt consuetudinẽ: & quòd ægrũ haberet stomachũ, qui nõ facilè cibũ cõcoqueret. Vtcunq; aũt se res habuit, nõ paruam aduersarijs ad obtrectationẽ ea præbuit occasionẽ. Plebs aũt propter doctrinæ ubertatem, & quę inde profluebat utilitatẽ, ex eo uiro ualde pẽdebat, mirificè illius linguã deamãs: adeò ut χρυσόστομον, hoc est, aurei oris hominem cognominaret, tam prestantẽ illius gratiã eo uerbo significans. Neq; illa quidq; eos qui contra eum blaterabãt, curabat. Quid enim rursum hic dicere attinet, quales eius fuerint orationes, quales uel ipse scriptas edidit, uel eo dicẽte notarij celeres plurimas excepere? Quam splendidę namq; sint, atq; ad persuadendũ simul & demulcendum cõpositæ, experiri ei licet, qui uersare eas & legere, utilitatẽq; earũ percipere, & uoluptatẽ diuinã haurire ex eis uelit: adeò ut seipsum diuino quodam modo intemperijs agitari, & moderatè prudenterq; insanire crediturus sit. Cæterùm quãdiu cum clero tantũ cõflictatus est, infirmior aduersus eũ fuit furor, neq; quicq; efficere potuit. Vbi autẽ magistratus etiã propalàm arguere cœpit, tum demũ maior aduersus eum cõcitata est inuidia, multaq; in eum sunt tentata. Et quisq; pro eo atq; ei uisum esset, aut fortè reprehensione uel odio in illum flagraret, calumnijs ei intentatis fidem habebat. Plurimũ autem momenti ad obtrectationẽ illius attulit † oratio popularis eius, cõtra Eutropium ab ipso lecta.

Chrysostomi cognomen.

Chrysostomiadę orationis uis.

Viros magnos carpens Chrysostomus, maiorẽ in se pertraxit inuidiã.

† ὁμιλία.

CAPUT IIII.

Eutropio instigante Impp. legem ferunt, ne quis ad ecclesias confugeret.

Timasius dux in exiliũ actus Eutropij opera.

Eutropius ipse in eam incidit necessitatẽ, ut ad ecclesiã confugiat.

Vtropius enim iste eunuchorũ in Imperiali cubiculo princeps, qui ad consularẽ dignitatẽ peruenerat, & pater Imperatoris uocatus fuerat, neq; præsentis fortunæ magnitudinẽ tulit, neq; quidq; de rerum humanarũ mutabilitate cogitauit: sed ubi ulcisci quosdam in animũ induxisset, magnopere cõtendit, ut Imperatores constitutionẽ ferrent, ne quis ad ecclesiam cõfugeret: sed etiam si quis ad eam cõfugisset, & supplex Deo factus esset, atq; in templis metus causa uersaret, ut inde extraheret. Potissimùm uerò id fecit propter Pentadiam, clarissimi ducis Timasij coniugẽ, quem magna gloria uirũ affectatæ tyrannidis criminis reum à se actum, Oasim ad perpetuũ exilium deportari curauerat. At ille siti, quemadmodũ audiui, oppressus, aut ne peius quidq; pateretur ueritus, arenosis ibi locis errans, statim uitam finijt. Et lex quam Eutropius ferendã curauerat, ad finem suum perducta est. Breui uerò pòst, quum Imperatorẽ offendisset, ut qui in coniugẽ eius cõtumeliosus fuisset, primus ipse quam perferri studuerat legẽ, statim uiolauit. Nam ex Imperialibus ædib. profugiens, supplex in ecclesia cõsedit. Tum Ioannes absurdũ Eutropij conatũ arguens,

* Quàm bene dispositum terris, ut dignus iniqui
Fructus consilij primis authoribus instet. Sic multos fluuio uates arcente per annos,
Hospite qui cæso monuit placare Tonantem, Inuentas primùm Busiridis imbuit aras,
Et cecidit sæui quod dixerat hostia sacri. Sic opifex tauri tormentorumq; repertor,
Qui funesta nouo fabricauerat æra dolori, Primus inexpertum Siculo cogente tyranno
Sensit opus, docuitq; suum mugire iuuencum. Claudian.

Seraponis istius dicta inuidiosum.

A guens, luculentam habuit orationẽ in ambone, seu suggestu, qui mos eius erat, quum populũ doceret, ut omnes uocem eius exciperent, sedens. In ea oratione quum eorũ qui potestatẽ & magistratus gerunt, superciliũ & arrogantiã, quantum potuit, taxauit: tũ populo rerũ humanarũ inconstantiã, quæ eodẽ loco manere nõ soleant, proposuit. Sedenim qui hostili erga eum erant animo, & hoc ipsum calumniosè reprehẽderunt, illud carpentes, quum miserari potius casum eius qui de uita periclitatus sit, debuerit, q; insuper ærumnã arguerit, afflictionẽ illius adaugẽs, & calamitati insultãs. Eutropius tam impij facinoris pœnas non multo pòst, propter multa quoq; alia delicta luit, capitali affectus supplicio. Lex aũt opera eius lata, ex publicis monumentis sublata, & nomẽ eius in catalogo & nomenclatura consulũ expunctũ est: ecclesia aũt Dei legibus bene dudum constitutis enituit, eo ipso scilicet Deo apertã iniuriã extemplò uindicante. Ego uerò non committam, quin in historia hac potissimã causam cædis Eutropij exponam, ut ne ea res offendiculo sit, apud eos qui eam planè ignorãt, magno illi uiro: si rationẽ illi nesciant, per quã is uirũ eum, qui in ecclesiam cõtumeliosus fuisset, contumelia affecerit, extrahi eum ex sacris ædibus passus. Arcadius pòst patris obitũ uxorẽ duxit, cui nomen fuit Eudoxiæ: Gratiani, cui Occidentale imperiũ sorte, ut quidã memoriæ cõmendarunt, obuenerat: sicuti aũt alij tradunt, Baudonis filiã. Fuit aũt is barbarus genere, in re uerò militari & in Imperatorijs artibus plurimis in Occidente præclarus. Porrò fœmina ea nõ itidẽ ut maritus, segnis fuit, sed nõ minimũ de barbarica insolentia obtinuit. Duas aũt filias Arcadio genuit, Pulcheriã primùm, deinde Arcadiã, ac tertiã rursus Marinã: longè uerò pòst, filiũ quoq; Theodosiũ, de aui nomine ita appellatũ. Quũ ea adhuc duorum liberorũ mater esset, cõtumeliosius ab Eutropio accepta est. Super alia enim cõuicia & illud minabũdus adiecit, breui fore, ut eam ex Imperiali aula abductã, ipse domũ remittat. Illa aũt uehementi feruens ira, filiolã utrãq; in utrisq; ulnis ferens, ad uirũ accessit, quiritans atq; lamentans: liberos etiã cõmiserationis gratia prætendens, prolixè collacrymauit: aliaq; insuper fecit, quę mulierem indignatione flagrantẽ, & uirum ad condolentiã pertrahere uolentẽ, facere par est. Atq; Arcadius, coniugẽ & liberos miseratus, ad irã ipse quoq; accensus est, ardentiq; iracundia & uerborũ potissimũ grauitate, Imperatorẽ uerũ se præstitit. Proinde Eutropiũ dignitate omni & opibus cunctis spoliatũ, in Cyprum insulam exulatũ misit. Breui uerò pòst, q; eo tẽpore, quum consulatũ iniret, ornamentis præter dignitatẽ usus esset, quæ soli Imperatori gestare liceret, accusatus, atq; inde abductus, & apud Pantichiũ, ubi iudicũ consiliũ cõsederat, Aureliano præfecto, alijsq; illustrib. uiris causam eius cognoscẽtibus, grauiũ criminũ reus peractus, capitis suppliciũ subijt. Res Eutropij sic habuere. Atq nõ ea de causa solũ Ioannes est reprehensus, uerumetiã q; copiarũ militariũ ducẽ Gainã contumeliose propalàm solita sua dicẽdi libertate usus, tractauerit, quum ille ab Imperatore petere ausus esset, ut intra urbẽ ecclesia una popularib. suis Arianis attribueret: quam ubi non impetrauit, ad tyrannidẽ aspirans, plurimas Romanis intulit calamitates, ditionem eorũ deuastans. Plures uerò & alios, præterq; decoret, ab eo reprehensos esse, sunt criminati. Quas ob res permultis aduersus fuit. Non pauca in hunc etiam statim post cõsecrationem molitus est Alexandrinus Theophilus, multaq; & præsentibus, quos conueniebat, per se ipsum dixit, & plura illis absentibus scripsit, uiro ei illudẽs, ferum atq; crudelẽ appellans. Non parum namq; illum offendebat ardor & libertas diuina Ioannis, atq; insuper q; per illum tantopere sibi dilectus Isidorus ab episcopatu repulsus esset. Res sacratissimi Ioannis in hoc statu erant, & ad hũc modũ statim aduersus illũ plericq;

Homilia Ioannis contra fastũ potentiũ.

Oratio ea ab aduersarijs eius reprehẽsa.

Eutropij supplicium.

Inhumana illa lex inducta.

Res Eutropij exponuntur.

Eudoxia Imperatrix. Arcadij liberi ex Eudoxia susceptι.

Baudo ipse, siue Bauto, proximo à Gratiani cæde anno, cum Arcadio Cos. fuit.

Eutropius fortuna & potestate sua abusus, male Augustam tractauit.

Exemplũ mouendorũ affectuum.

Eutropius primùm ad exiliũ, mox etiam ad supplicium damnatus.

Diręptas quid plangis opes, quas natus habebit? Non aliter poterat Principis esse pater. Claud.

Ioannes Gainã etiam liberè nimis tractauit.

Gainas Arianis ecclesiã in urbe Constantinopolitanã dari petijt, sed non impetrauit.

Theophilus Alexãdrinus Ioannis obtrectator.

malum parturiebant. Quomodo enim uirum tantũ capere mundus posset, qui soli Deo uiueret: neq; aliud quidq;, quàm solam hominum salutem & uerbis & factis lucrifacere contenderet? Sed res eius postea persequemur.

CAPUT V.

De rebus Gainæ.

RAtio autẽ Gainæ res referre cupidè gestit. Quis fuerit, unde in Romanum imperiũ peruenerit, quomodo Ioanni negociũ facesserit, ut motus cõtra imperium cõcitans, quò magnus ille uir legatione apud eum fungeretur, effecerit: tandem è medio sublatus, interierit. Sub quo res etiã noua prorsus accidit, per quam Deus ostendit, prouidentia & ope sua urbem imperantẽ & imperium Romanũ maximis esse periculis liberatum.

Deus præsidio suo imperia cõseruat.

Gainas iste barbarus genere fuit, ex Scythis, qui ad Istrum colunt, ortus. Hi uerò amne eo, quum glacie cõstrictus fuisset, transito, cõfertim in Romanã ditionem irruperunt: & Thraciam omnẽ peruagati, Europã diripuerunt. At ille ubi ad Romanos transfugit, paulatim progressus, ex tenui milite breui dux Romanorũ factus, equestribus pedestribusq; præfuit copijs. Sedenim ad tantũ honorem præter dignitatẽ suam euectus, loco & ordine eo cõtentus non fuit: sed nisi imperium Romanorum potestati suæ subijceret, grauem eam rem sibi esse putauit. Hæc quum animo agitaret, populares suos Gothos ex præfecturis eorum acciuit, atq; ex eis qui eum genere cõtingerent, ordinũ ductores, centuriones, & tribunos fecit, exercitumq; uniuersum socijs suis credidit. Vt autẽ Trigibildus necessarius & cõmodus ei maximè, perq; frequenti ordini præesset, procurauit, eidemq; Phrygiæ administrationẽ cum Comitis dignitate cõcessit. De quo non ita multo pòst quum nunciatum esset, res eum nouas moliri, urbes circa Phrygiam & Nacoliam uastare, et eẽdem multã facere, assimulauit quidẽ scilicet se ea de causa indignari Gainas: indicijs autẽ quibusdam satis ostendit, ad res nouas eum quoq; spectare. Ilicet ille, perinde atq; Romanis bene uellet, fraudem arte comminiscit, ut ipse bellũ cõtra illum gerendũ suscipiat, & urbibus circa Phrygiam, ita ut opus esset, auxiliũ ferat. Et Imperator cõmenta credens, ei id permisit. Ille porrò ingentẽ plurium milium multitudinẽ ducens, statim quod celauerat cõsilium ostendit, & † Tyrannidis regulũ in medium produxit. Tantũ enim abfuit, ut urbes ad quas missus erat, defenderet: ut eas etiã quæ reliquæ adhuc erant diriperet, atq; ui magna euerteret, aliæ autẽ idem se ab eo passuras esse in expectatione essent. Atq; inde mouẽs, quę in medio erant loca omnia, Mysorum quod dicit prædam fecit: & ad eam quę ex aduerso Byzantio est Chalcedonem, castra metatus est. Et quùm grauissima quæq; se facturũ est minatus, tum uerba quoq; ad rem ipsam cõtulit. Quum uerò ita urbes Orientales, maximè aũt quæ in Asia & ad Pontum Euxinũ sunt, in summo uersarent discrimine: Imperator unà cum eis qui secum erant amicis, nõ diutius cunctandum esse censuit. Quòd non tutum esset remp. Romanã ita à rebus omnibus imparatã esse, contra uiros qui in mortẽ ruerent, et de uita semel desperassent. Tempori autẽ inseruiens, arte & cõsilio barbarũ est aggressus. Et missis ad Gainam legatis, paratam se esse, quæ ille peteret, facere renunciauit: tum autẽ, per uitam omnẽ postea gratũ eum sibi fore recepit. Accepit is conditionẽ, necq; aliud petijt quidq;, q̃ ut ei Saturninus & Aurelianus, uiri cõsulares, quos aduersari sibi suspicabat, dederent. Imperator uel inuitus ei hoc tribuit. Atq; illi pro repub. mortẽ obire parati, se Imperatoris potestati permisere. Itaq; Gainæ dediti sunt: quibus tamẽ ille receptis pepercit: & sedulò quod maximè cupiebat dissimulans, Chalcedonem aduenit, ubi etiã Imperator fuit. Atq; ibi diuæ Euphemiæ martyris templum, in quo eadauer illius conditũ est, ingressi, accepta ipse & data per iurisiurãdi religionem fide,

Aduersus hũc mittitur Gainas.

Is hostiliter quoq; erga ciues Romanos se gerit.

† τὸν τῆς τυραννίδος βασιλίσκον.

Gainæ castra ad Chalcedonem.

Arcadius legatione ad Gainam cũ conditionibus pacis mittit.

Transactio inter Arcadium & Gainam.

Aspirat ad imperium.

Saturninũ & Aurelianum uiri cõsulares Gainæ dedũtur.

Bis Gainas parcit.

A fide, beneuolum se & officiosum fore, arma deposuit: & deinde Constantinopolim transmisit, ubi rursum equitũ & peditum curam & administrationem ab Imperatore suscepit. Cæterùm ubi præter dignitatẽ suam secundas sibi esse res uidit, honorem eum moderatè ferre non potuit. Et postq; primus ei præter rationem susceptus conatus ex sententia succesit, alium quoq; tentandũ sibi esse statuit, & tumultum non minimũ ecclesiæ concitare aggressus est. Christianus ille quidem fuit, sed religionem sincerã non seruauit. Arij enim peste infectus erat. Dixímus autem antea, quomodo gens ea Valentis temporibus sub Vlphila ab Eudoxio Arianam receperit contagionem. Itaq; siue recentis facinoris magnitudine elatus, seu fortè ab antesignanis hæresis persuasus, sacram unam ædem intra urbem cõsentientibus sibi in religione sacerdotibus ab Imperatore postulauit. Idq; ueluti exprobrans fecit, minimè cõuenire dicens, ut ipse Romanæ militiæ dux, in ecclesia extra urbis mœnia oret. Imperator inconstantiam animi eius metuens, tyrannidemq; quæ ab eo expectabatur, suspectã habens, deliberaturum se, eiq; consulturum esse recepit. Et patre diuino accito, petitionem barbari indicauit, potentiamq; eiusdem in memoriam illi reuocauit, & meditatam expetitamq; tyrannidẽ insinuauit: manifestè denicq; uisus est, se illi quasi supplicem, quod peteret daturum esse, significarè, ut eiusmodi cõcessione barbari furorem frenarèt. Diuinus autem ille uir, nõ passus est uerba ea ad exitũ peruenire, necq; tempori cesit: sed episcopis qui tum Constantinopoli aderãt, secum ductis, regiam Imperatoris ingressus est. Et per seipsum primùm magno animo apud Imperatorem causam egit: Nec sic, inquiens, ὁ Imperator te facturum esse pollicearis, necq; ita sanctum canibus proijcere cõstitueris. Ego enim non sustinebo, ut qui rectè de Deo theologantur & sentiunt, eijciantur: atq; eis sacrũ delubrum, qui blasphemam aduersus eum linguam cient, concedatur. Necq; barbarũ illum timueris: uerùm utroq; euocato, tu quidem tacitus animum ad ea quę dicentur, aduerte: ego autem linguam illius frenabo, & persuadebo ut minimè ille petat, quæ dare non cõuenit. Imperator uerbis his delectatus, utrunq; ad se accersit. Et Gainas, ad finem perduci quæ ei promissa erant, petijt. Auream autem obtinens linguã Ioannes, illi resistens: Non oportet, inquit, principem quidq; contra Deum audere, siquidem uera pietas illi curæ est: sed potius bene constitutas leges seruare, & eam potissimùm quæ contra hæreses alias promulgata est. Suasitq; adeò Imperatori, conduciblius esse dictitans, ut imperio potius cederet, q̃ per impietatem ædem Dei proderet. Atq; sermonem ad Gainam rursum conuertens, oportere se ecclesiam unam habere dicentem: Omnes tibi, inquit, sacræ ædes patent. Cui Gainas respondit: At ego alterius religionis sum, & quod peto, rectè me petere puto, qui plurima pro Romanis pertuli certamina. Verùm tu, contrà Ioannes dixit, maiora laborum habes præmia. Permagum enim tibi est, quòd Romanorũ belli dux & es, & nominaris, & quòd consularia geris ornamenta. Illud uerò te quoq; considerare oportet, quis nam antea fueris, & qui nunc factus sis, & quanta in egestate prius uixeris, nunc autem quantæ tibi suppeditent opes: quem prius habueris uestitum, quàm Istrum transijsti, qui uerò nunc tibi sit habitus? Et minores quidẽ fuisse labores, maiorem autem illorum mercedem esse, memineris. Age ergo, & moderationem obtine: & ne ingratus erga eos sis, qui te cohonestarunt, caue. Patriam tuam considera, & ut ex ea pulsus, & ab Imperatoris patre seruatus, iureiurando te, amicum Romanis, ipsi illi, eiusq; liberis fore, & leges seruaturum esse, adegeris: quas tu nunc ut irritas arguere, in animo habes: & illam maximè, quam is qui te profugum recepit Imperator confirmauit, eos qui alienę in religione sint sententiæ conuentus,

Idẽ rursus militaribus copijs præfectus.

Gainas Arianus.

Iterũ Gainas ecclesiã in urbe Byzantij Arianis petit.

Arcadius eo de re Ioannem consulit.

Id Ioannes quàm maximè dissuadet.

Colloquiũ Ioannis & Gainæ apud Imperatorem.

intra Constantinopolitanæ urbis mœnia cogere prohibentem.

CAPUT VI.

Ioannes Gainæ silentium imponit.

HÆc uerba magnus Ioannes magna cum libertate constanter prolo-
quutus, os Gainæ obturauit, & silere eum coegit: neq; de ecclesijs
quarum ipse curam gerebat, quidq; nouari permisit. Ille uerò non
multo pòst ad perfidiam animum adiecit, & conceptam dudum me
Gainas urbem Constant. diripere constituit. ditatamq; tyrannidē prodidit. Nam urbē uastare in animo habebat, eandemq;
diripere meditabatur. Quas insidias stella illa ensis speciem referens portendit,
Id malum prodigiosa illa stella portendit. quæ supra modum splendida fuit (qualem nunq; antea apparuisse, in literarum
memoriam relatum est) supra urbem ipsam relucens, & à summo propè cœlo
ad terram ipsam pertingens. Ac primùm quidem in argentariorum tabernas
in foro sitas impetum facere constituit, maxima illa spe concepta, ingentes se pe-
cuniarum aceruos ibi corrasurum esse. Cæterùm ubi eius rei fama uulgari cœ-
pit, & argentarij, quod antea fecerant, pecunias suas & opes publicè in mensis
Gainas ad ædes Imperiales inuadendas, barbaros noctu mittit. non proposuere, ingentem barbarorū uim noctu ad imperiales ædes, ut eas in-
cenderent, misit. Illi uerò tantum abest ut aliquid egerint, ut cum ingenti etiam
Diuina ui illi à cœpto deterrentur. metu inde retrocesserint. Deus namq; tum ostendit, quanta illi prouidentia &
Deus præsidio suo urbem Constantinopolitanam seruat à barbarorū ui Stationē. cura urbis fuerit. Cœlestis enim quædam uis ingentibus corporibus, insidiato-
ribus illis apparēs, ita eos exterruit, ut terga uerterent, & celeriter trepidi Gainę
significarent, nouum ea nocte in urbem exercitum uenisse. Ille autem fidem eo-
rum dictis non habuit, quòd non alios q̄ qui soliti fuerant in urbe milites esse
Idem Gainas sequenti quoq; nocte tentat, sed frustra. sciret. Quapropter proxima etiā nocte alios eò misit. Vt uerò & illi eadem quæ
priores annunciarunt, ipse eò uenit, & spectator oculis suis miraculi eius fuit.
Sedenim sua gratia milites eos ibi adesse arbitratus, qui interdiu quidem se oc-
Præsidium cœleste is cernit. cultarent, noctu autem uigilijs urbem & aulam Imperatoriā custodirent, à dæ-
Vesaniam assimulat. mone se agitari assimulauit, & uelut orationi uacaturus templū adijt, quod Im-
Per simulationē rei diuinæ eū barbaris ex urbe secedit. peratoris pater in Ioannis Baptistæ honorem in Septimo construxit. Exijt au-
B tem cum eo magna barbarorum multitudo, quæ clàm secum arma & uasa ficti-
lia telis completa, in muliebribus pilentis, & alijs etiam quas machinati fuerant
artibus, efferebat. Et consilium hoc ille in Romanorum scilicet detrimentū cœ-
Tumultus ea re intra urbem oboritur. pit. Cæterùm id potius imperio bono fuit, ut rei exitus declarauit. Quū namq;
à portarū custodibus arma efferre deprehensi essent, atq; ea in re inhiberentur,
gladijs illi strictis excubitores interemerunt. Atq; ubi, quemadmodū fieri solet,
grauis tumultus urbem, perinde atq; ea illico capi deberet, occupauit, cōsilium
Vrbis portæ claudūtur. tamen bonum præsentia mala explicuit atq; superauit. Nam ciuitas portis clau-
Gainas hostis iudicatur. sis atq; obfirmatis, in tutū redacta est statū. Et Imperator optimū sequutus con-
Barbari cædū tur. silium, publicitùs Gainam hostem iudicauit, & qui reliqui in urbe erant barba-
ros intra muros occidi iussit. Quapropter milites magnis animis illos aggressi,
plurimos apud eam quæ dicit Gotthorum ecclesiā necarunt. Eò namq; tanq; ad
Gothorū ecclesia. asylum & perfugiū confluxerant, quum portis clausis profugere nequirēt. Ita ec
clesiam eorū igne eiecto cremarunt, & barbaros omnes discrimine nullo conci-
derunt. Quod ubi Gainas resciuit, dęmone quem uoluntate sua sibi sumpserat,
dimisso, quòd sibi fraudulentas insidias suas deinde minus procedere cerneret,
Gainas in Chersonesum uenit. inde profectus, per Thraciā in Chersonesum peruenit, trajicere ex eo loco in O-
rientem cogitans. Existimabat namq;, si in Asia urbes cæpisset, facilè quoq; se fi-
nitimas in circuitu gentes sibi subiecturū esse. Atq; ille quidē hæc sic moliebat.
Imperator aūt oratores rursum sibi ad eum mittendos duxit: sed nemo legatio-
nem eam suscipere audebat. Omnes enim pro se quisq; feritatē animi eius suspe-
ctam habebant, adeò ut neq; bello cum eo cōgredi quisq; uellet, neq; legatione
apud

A apud eum tutò se fungi posse putaret. Omnibus uerò alijs relictis, in maximum
illum heroem respiciebāt. Ille porrò nihil ueritus, quod sibi nō ita pridem cum
eo intercesserat dissidiū, Orator statim ad Barbarū est profectus. Verumenim-
Ioānes ad Gainā orator mittitur. uerò Gainas postq; legatum ad se uenientē, quis nam esset, intellexit, & liberta-
tem dicendi, qua usus apud se pro ueriore pietate fuerat, in mentē reuocauit, ni-
hilomnius si quid aliud, & uirtutē uiri eius reueritus, quāuis & barbarus & ho-
Magno cū honore is à barbaro suscipitur. stis esset, longius ei honoris causa progressus est obuiā, & dextrā eius oculis ad-
Benedictio episcopalis. mouit, & osculatus est, liberosq; suos adductos sacris illius genib. adhibuit. Et
Legationē rediē conficit. tum quidē ille arma deposuit, & legationi ei morē gessit. Vsq; adeò uirtus etiam
Sed denuò Gainas tyrannisat. acri hosti pudorē & terrorē incutere consuecuit. Breui aūt pòst, quum aliud quid
dam accidisset, ad ingeniū suū Gainas redijt. Et ubi Hellespontū trajicere, Lam-
psacumq; occupare cōtendit, spes eum fefellit, quū Romani diuini numinis mo-
mentum per Imperatoris cōsilia rursum sibi affuisse senserunt. Postq; enim bar-
Barbari in Asiam trajicere per Hellespontum uolentes, ab Arcadio oppimuntur. bari nauiū copia destituti, ratibus cōpactis Hellespontū trajicere, & in ulterio-
rem continentē euadere uoluerunt: Imperator terra mariq; cōtra eos duxit, multis militaribus triremib. subsequētibus. In hoc rerū statu uehementior derepen-
tè zephyrus afflans, rates ui magna dissoluit, atq; in eas Romanorū naues impu-
lit. Barbari ratibus disiectis, plures cum ipsis equis in alto demersi sunt: nonnulli
fluctib. rapti atq; circūacti, hinc & inde in litore eiecti, multi etiā ab imminenti-
bus eis militib. iugulati sunt. Plurimi sanè ex hostibus in trāsitu periere. Gainas
aūt cum paucis incolumis Thraciā pererrans, & fugā sæpe mutans, in alias Ro-
manorum incidit copias, atq; ibi cum fugæ comitibus barbaris cæsus est. Cuius
B caput exiccatū, Cōstantinopolim est delatū. In bello hoc Flauites Gotthicę gen-
Gainas creditur. tis uir, Romanis aūt maximè fidus, & scientia militari præstantissimus, quòd o-
Flauites Gothus rem strenuè gerendo, Consulatū meruit. Ab alijs Frauita, item Fabricius dicitur. ptimè se & splendidissimè gessisset, cōsul est renūciatus. Quo tempore etiā Im-
Theodosius iunior nascitur. peratori filius prognatus est, modis omnib. bonus, Deoq; charus Theodosius,
Item Trigibildus. auo, sicuti diximus, cognominis. Idem, quod Gainas, Trigibildus, quem suprà
nominauimus, Gotthus passus est. Postq; enim is uictoriā Gainæ per collusio-
nem scilicet prodidit, atq; ex pugna profugit, Pisidiā & Pamphyliā percurrens
afflixit. Postea plurimis pugnis, & locorum in Isauria incōmoditatibus, uiribus
eius accisis, uix & ipse in Hellespontū saluus euasit. Atq; ubi inde in Thraciam
traiecit, non multo pòst interijt. Sedenim de audacibus Gainæ conatibus, inte-
rituq; eius, hæc cursim dicta, ut opinor, sufficiunt. Si quis autē accuratius ple-
niusq; res eo bello gestas cognoscere uelit, eum Gaineū librum legere iubemus,
Eusebius Scholasticus Troili discipulus Gainea cōscripsit. De eisdem rebus etiam scripsit Ammonius poeta. quem Eusebius scholasticus cōposuit, Troili sophistæ sectator. Qui quū rebus
gerendis spectator ipse belli interfuisset, in quatuor libellis heroico uersu id lu-
culēter exposuit. quod scriptū, propter rei nouitatē, in magna admiratione fuit.
Sed & Ammonius poeta alter, qui idem bellū carminibus cōposuit, præclarus
proximo imperio, sedecimo iunioris Theodosij cōsulatu, quē cum Fausto ges-
sit (tum enim poema id publicauit) habitus est. De his hactenus.

CAPUT VII.

Ioannis doctrina mirè efficacia. DIuus Ioannes, pro eo atq; par est, ecclesiā gubernās, multos ex Græcæ
superstitionis sectatoribus, multos etiam ex hæresibus, doctrina sua
pellexit. Multos insuper q̄ longissimè à uitiosis affectibus & perpes-
Populus eius audiendi cupidissimus. sionibus, assidua uerborū rigatione abduxit. Infinita quoq; quotidie multitu-
do ad eū cōfluxit, partim eū auditura, & utilitatē aliquā ex sermone eius perce-
ptura: partim hominē uisura, periculūq; de eo factura. Omnes aūt ille simul cæ-
pit, & idem secū de Deo sentire persuasit. In tantū uerò plebs doctrinæ eius, qua
satiari non poterat, inhiabat, ut periculum etiam sibi homines crearent, dum in-

ter se in conferta turba prementerur, cubitis alij alios submouẽtes atq; repellen- A
tes, quòd pro se quisq; ad eum quam proximè accedere conaretur, quo certius clariusq; illum dicentem audire posset. Quam ob causam ille quoq; cõmunem se omnibus præbuit: & in lectorum suggestu, in media turba considens, uberem doctrinam, quasi communem quandam gratiam omnibus impertijt. Et ex multitudine quisq; suauitate orationis eius delibutus, anticipare locũ properabat, die noctuq;, ut ita dicam, in templo eum præstolans. Non intempestiuum uerò uidetur, insigne quod sub eo accidit, miraculum hoc loco commemorare. Vir quidam Macedonij morbo laborans, uxorem eadem contagione infectam habebat. Hic quum aliquando in magnum illum uirum incidisset, quomodo de Deo sentiendum sit, differentem, statim priore opinione relicta mutatus, dicta illius laudauit: coniugemq; ut itidem & ipsa sententiam suam mutaret, cogere institit. Vbi uerò illa ex consuetudine & colloquijs quotidianis familiarium mulierc-ularum pendens, admonitionem eius non susc epit, & maritus re sæpius tentata, nihil effecit, postremò ei denunciauit, nisi communem atq; eandem secum de Deo obtineret opinionem, minimè se eam secum habitare passurũ esse. Mulier postq; id per simulationẽ annuit, ex ancillis quam fidam sibi esse credebat, uni, quid factura esset, credidit, ut per fraudem uirum falleret. Et sacrorum mysteriorum tempore, accedens illa, donũ, sicuti mos erat (qui sacris instituti sunt, quid dicam intelligunt) accepit: atq; id retinens, perinde atq; orationi uacatura, se inclinata summisit, mysteriumq; sacrosanctum occuluit: & quæ ei assistebat ancilla, pro eo panem communem domo allatum obtulit, quem illa ori admo- B
uens, in lapidis naturam induratum esse, dum dentibus atterere conatur, sensit. Itaq; timore percita, ne quid grauius per Dei uindictam pateretur, propter miraculum, quod præter opinionẽ acciderat, nulla interposita mora, ad magnum illum accedit patrem, rem actam ei exponit, & lapidem ostendit, certò & apertè morsus indicium exhibentem, qui iam materiam priorem ignoraret, nouumq; & alienum colorẽ obtineret. Et uenia delicti petita, deinceps in eadem cum marito opinione perdurauit. Lapis iste ad fidem miraculi eius faciendã longo tempore inter ecclesiæ donaria asseruatus, spectatoribus miraculo fuit.

Miraculum memorabile, quod fœminæ Macedoniæ in Eucharistia accidit.

Non sustinuit olim secta una cum alia communicare.

Eucharistia olim communicantibus in manus data.

Panis in lapidem uersus.

CAPVT VIII.

PErrò populus Constantinopolitanus nocturnis matutinisq; hymnis maxima alacritate incubuit, ex eiusmodi primùm causa. Ariani sub Theodosio sacris ædibus expulsi, extra urbis mœnia ecclesias conuentusq; suos agebant. Prius autem nocturno tempore in publicis porticibus congregati, atq; in choros suos segregati, carmina quædam alternis antiphonorum modo sibi inuicem respondentia, ad hæresis suæ placita accommodata, concinnè canebant, & noctem multam in eiusmodi psalmodia cõsumebant. Sub aurorã autẽ publicè eadẽ concinentes, extra in urbem ea ubi ecclesias habebãt loca procedebãt. Faciebãt id maximè solennioribus festorum dierum temporibus, & prima eademq; ultima hebdomadis die, quam Dominicam uocamus: quibus tẽporibus etiã Synaxes in ecclesijs fieri solent. Postea uerò cantus tales ad contentionẽ quoq; instituebant: Vbi nam sunt (dicentes) qui trinitatem eiusdem substantiæ & eiusdem honoris colunt? Hæc & alia præterea eiusc emodi uerba carminibus aspergebãt. Sedenim Ioannes, ne aliqui ex ecclesia sua eius generis cantibus demulsi, ab illis seducerent, ad eundẽ modum contra illos psalmodiam suam instituit. Et breui ea celebrior, q̃ aduersariorum esset, facta est: ut quæ & multitudine, & honorifico progressu illos superaret. Nam eam cruces argenteæ cereos incensos habentes præibant, Eudoxia Imperatoris

Hymnodiæ nocturnæ Arianorum in urbe Constantinopolitana.

Eorundẽ progressus, siue processiones matutinæ carmina canentium.

Ioannes inter Catholicos eiusc emodi quoque psalmodias & progressiones instituit.

A ratoris coniuge impensas ad eam rem præbente, quæ hoc Brisoni cubiculi sui præfecto iniunxit, ut hymnorũ cantus procuraret, & ad eum usum quampluri-
mum lucernarũ pararet. Qua re Ariani ad æmulationis ardorẽ perciti, ad uindictam se contulere, & manus cum nostris cõserere sunt aggressi. Adhuc enim ex ca quam ante habuerant potentia & dominatione, animis flagrabant, & ad pugnam cõmittendam parati erant, nostrosq; adeò despiciebant. Itaq; nocte quadam inter se cõgressi, nõ pauci utrinq; ceciderunt: & Brison, quem diximus, Imperatricis cubiculariorũ eunuchorũ princeps, in fronte lapide ictus est. Hac uerò de causa cõmotus Imperator, tales Arianorũ processiones siue cõuentus sustulit. Catholica aũt ecclesia principio eiusmodi psalmodiæ hymnorumq; canendorum inde sumpto, ad hunc usq; diem consuetudinẽ eam retinet, & sacris cantilenis operatur. Morem autem Antiphonorũ, hoc est, alternis per responsionem carminum concinendorũ, ecclesia antiquitùs iam inde ab Apostolis accepit. Diuinũ namq; Ignatiũ, qui tertius in ecclesia Antiochena à Petro apostolo hierarcha fuit, & cum Apostolis omnibus plurimo tẽpore uixit, quum per ecstasim animi cõsternatus esset, uisionẽ nouã uidisse ferunt: sanctos scilicet angelos, alternis & sibi inuicẽ respondẽtibus carminibus sanctã Trinitatem hymnis & laudibus uehẽtes. Et ipse primus hanc concinendi formã Antiochenorum ecclesiæ dedit. Vnde quasi à fonte in alias ecclesias Dei omnes eiusmodi consuetudo est propagata. Hæc quę de Antiphonis, & respondentibus sibi inuicem hymnis accepi, memoriæ posteritatis commendanda duxi.

Ariani hæretici semper ad arma & uim prompti fuere.

Lucernarũ gestatio.

Ariani Catholicos in processione eiusmodi adoriuntur.

Brison Augustæ eunuchus uulneratur.

Interdicitur Arianis talibus processionibus.

Carmina Antiphona primus in ecclesia instituit Ignatius, Antiochenus episcopus.

Apud Catholicos supplicationes huiusmodi hodie quoq; seruantur.

CAPVT IX.

B POstq; magnus iste uir ecclesias in Asia à quibusdã indignis perperam administrari audiuit, quòd nonnulli quidẽ pecunia, quidã autem gratia, episcopatus redẽptos obtinerent: Ephesum est profectus, & tredecim episcopis dignitatẽ ademit, partim in Lycia & Phrygia, partim in Asia ipsa, atq; in illorum thronos alios substituit. Heraclidem etiã archidiaconum, ex eis qui sub diœcesis suæ administratione erant monachis, qui in Sceti Euagrij monachi discipulus fuerat, uirum Cyprium, metropoli Ephesiorum præfecit. Mortuus enim tum ibi fortè fuit Antonius, qui ecclesiæ ei præfuerat. Ille uerò Gerontiũ quoq; Nicomediensi exegit ecclesia. diaconus is magni illius Ambrosij, quem Mediolani antistitem fuisse suprà memorauimus, fuerat: qui nescio quomodo affectus, siue monstra portentose loqueretur, seu spectro quopiã territus, dæmonio'ue afflatus esset, ad quosdã dixit, noctu se sibi δυσκελάδαν, hoc est, dæmonem asininis cruribus adiuncturum, eisq; caput resecturum, atq; in pistrinum coniecturum esse. Ambrosius igitur illum uerba minimè diacono & ministro Dei digna proloquutum coercens, linguam decæterò continere, & peccatum id pœnitentia repurgare iussit. Gerontius autem, qui artem medicam optimè nosset, & ad dicendum atq; persuadendum non ineptus, facilè amicos sibi comparare posset, Ambrosium ueluti ridens, Constantinopolim migrauit: atq; ibi breui eis se, qui in Imperatoris aula aliquid possent, cum dexteritate quadam insinuans, amicis facilimè usus est: quorum opera ecclesiæ Nicomediensis procurationem est consequutus. Manus autem sacras ei imposuit Helladius, Cæsareæ Cappadocum post Basilium magnum, episcopatum sortitus. Eamq; is illi retulit gratiã, quòd authoritate eius, filius suus splendidũ in Imperiali aula consequutus esset locum. Porrò ubi id diuus Ambrosius resciuit, ad Nectarium Constantinopolitanæ ecclesiæ episcopum scripsit, ne illum ita insolescere per contumeliam pateretur, sed episcopatum ei potius adimeret: siquidem illi, quem in ecclesijs conseruatum oporteret, ordinis cura esset. Et Nectarius, ut Ambrosio

Episcopis plerisq; in Asia to annes episcopatum abrogat.

Heraclidẽ monachum episcopũ Ephesi ordinat.

Gerontio episcopatũ Nicomediensem adimit.

Ineptum atq; impium Gerontij uerbum.

Ob quod ab Ambrosio episcopo coercetus est.

Idem aulicorũ fauore Nicomediensem episcopatum consequutus.

Episcopi filius aulicus.

Nectarius instigante Ambrosio Gerontium ex episcopatu deturbare non potest.

abrogare, hoc est, ordinem in ecclesijs conseruatũ oportet.

Ambrosio satisfaceret, multa tẽtauit. Cęterùm rem aggressus est, quã, ut ita dicã, A perficere non posset. Nam Nicomedienses magnis animis partes eius tuebantẽ. Ioannes aũt uix tandẽ id perficere potuit. Et Gerontio episcopatu abrogato, in locũ eius Pansophiũ subrogauit, qui olim Imperatoris cõiugis pædagogus fuerat, uir perꝯ mansuetus, & ualde religiosus, Nicomediensibus aũt ingratus atqꝫ inuisus. Nectarij sanè tẽpore publicè & priuatim seditiosi Gerontij dotes cõmemorabant, affluentemqꝫ eius doctrinam atqꝫ singularẽ erga omnes locupletes simul & pauperes dexteritatẽ atqꝫ liberalitatẽ, nec nõ reliquas quæ ei inerant uirtutes referebãt. Atqꝫ etiã in supplicationibus, in terræ motibus, alijsqꝫ uel in patria ipsa sua, uel alijs in locis, iræ diuinæ indicijs psallebãt, precantesqꝫ Deum orabant, ut sub illo pastore eis esse liceret. Postremò uerò sanè ꝯ inuiti, cum immenso luctu & dolore illũ quidẽ amiserũt: & Pansophiũ, cõtra animi sui sententiam, cum metu & odio episcopũ susceperе. Itaqꝫ nõ solũ illi quibus ita ademptę erant ecclesiæ, uerum etiã quibus aliqua cum illis intercedebat necessitudo, Ioannem criminabantẽ, perinde atqꝫ nouas in Ecclesiã res ipse princeps induceret, & antiqua electionũ cõsecrationumqꝫ episcopaliũ iura abolere instituerеt: & dolore immoderato transuersim acti, etiã ea quæ ratione optima cõsultò egissent, opinionẽ multorũ sequẽtes calumniabantẽ. At Ioannes amorẽ erga se uulgi magis atqꝫ magis accẽdit: odiumqꝫ potentiorũ, & corũ qui clero nõ bene uellent, in se concitauit, quoniã homines iniuriam alijs facere solitos admonebat, delicatosqꝫ & diuites, & alios qui parũ sanctè uiuebant, ad uirtutẽ quoad fieri posset, adducere conabat. Maximè uerò hominũ in clerũ odiũ & cõtumelias Serapion auxit, archidiaconus eius, genere Ægyptius, uir iracũdus, & ad cõtumelias oppidò ꝯ procliuis. Huc accessere cõsilia & cõsessus Ioãnis cũ sacra Olympiade, de qua posteà dicemus. Quin ille etiã monachorũ multorũ inimicitias sibi conciliauit. Qui B cunqꝫ enim intra monasteria philosopharentur, & res suas agerent, eos magnopere charos habuit, & honorauit. Et ne illi à quo piã iniuria afficerentur, atqꝫ etiã ut rebus necessarijs abundarent, plurimũ curę habuit. Circumforaneos autẽ, & qui per urbis plateas cursitarẽt, notã philosophiæ suæ inurẽtes, uerbis ita ut decebat, reprehẽdens, acriusqꝫ carpens, repudiabat. Nõnunquam etiam conuicijs eos corrigẽs incessebat, & conuenienti obiurgatione perstringebat. Atqꝫ illi ad eum modum reprehensi, grauiter id ferre, & uerba contumelioſa in eum iacere, ferũ, crudelẽ, iracundũ, superbũ, & furibundũ appellare, nec non quietã eius uitam apud multos taxare, cauillari & carpere, aggredi. Et persuadere id eis quas diximus rebus potuere, reprehẽdentes in eo qꝫ cibũ cũ nemine sumere uiderеt, quodqꝫ necqꝫ in conuiuio necqꝫ in prandio alicuius esset: denicqꝫ qꝫ post diuinorũ mysteriorũ perceptionẽ pastillũ degustaret. Quibus illi scilicet rebus nixi, innumeras aduersus eũ texuere calũnias. Nõ miniма uerò & illa ei ab Imperatoris uxore, per Seuerianũ Gabalanorũ in Syria episcopũ, accidit odij occasio. Nam & hic, unà cũ Antiocho Ptolemaidis Syriæ episcopo, pręclarus fuit: uterqꝫ sanè ad summũ, uerbis ad populũ in ecclesia faciendis, exercitatus. Antiochus quidẽ tãta in dicẽdo facilitate fuit, & tã rotũdè simul & suauiter pronunciauit, ut à quibusdã ipse quoqꝫ ueluti aureũ os habẽs, Chrysostomus diceretur. Seuerianus aũt sententiarũ frequẽtia & diuinitùs inspiratorũ oraculorũ testimonio melior habitus est, qꝫ scilicet Syrorũ magis densitatẽ in lingua ferret. Antiochus prior in urbẽ uenerat: atqꝫ ibi pecunia multa collecta, in ciuitatẽ suã est reuersus. Quem emulatus Seuerianus, & ipse eò uenit. Et qꝫ beneuolo Ioanne uteretur, sępe etiã is ei, ut cũ populo in ecclesia ageret, pmisit. Qua in re eũ omnes maximè sunt, sicuti & Antiochũ, admirati. Et Ioãnis honorib. quũ multũ apud populũ potuit, tum in Im-

Pansophius Gerontio Nicomediæ surrogatus.

Gerontius Nicomediensibus mirificè charus.

Episcopi quibus ecclesiæ ademptæ, eorũdem necessarij, homines potẽtes & uitiosi, Ioanni infesti.

Causa odij, quòd Ioannes acriter uitia taxaret.

Aliæ quædam odij eius causæ.

Monachorum circulatoriorum in Ioannẽ odium.

Etiã Eudoxia Augusta odisse cœpit Ioannẽ, propter Seuerianum episcopum Gabalanorum.

Antiochus Ptolemaidis Phœniciæ episcopus, ob dicendi uim Chrysostomus quoq; dictus.

Seuerianus Ioãnis amicus

in Imperatoris notitiã peruenit, & eiusdẽ cõiugi perꝯ gratus fuit. Atqꝫ quum Ioanni in Asiã proficisci uisum esset, huic ipsi ecclesiã suã commendauit, ut curam eius gereret, & uicẽ suam populũ doctrina pasceret. Putauerat enim ille optimo se eo usurũ amico, qui per assentationẽ cum tam sedulò affectatus fuisset. At ille studio magis habuit ut multitudini gratificaretur, eamqꝫ oratione duceret, & ad se modis omnib. pertraheret, suamqꝫ prorsus redderet. Quod ubi Ioannes audiuit, Serapione instigante, nõ tulit, sed quamprimùm ex Asia Cõstantinopolim rediit. Eo reuerso accidit, ut Seuerianus alicubi præteriret, & ei Serapiõ, qui illum uiderat, nõ assurgeret: ueluti ex cõposito eis qui aderãt ostendẽs, nihil se uirum eũ curare. Atqꝫ ille plurimũ indignatus, uoce maiore exclamauit: Si Serapion Christianus diẽ suũ obierit, Christus homo factus nõ est. Et hoc nomine à Serapione accusatus, à Ioanne urbe est eiectus, ut qui contumelioſus in Deum fuerit. Et quũ testes in causa producerentur, quidã sicuti Seuerianus dixerat, testificati sunt. Qui aũt Serapioni fauebãt, omnia alia celãtes, hoc unũ Seuerianũ dixisse asseuerarũt, qꝫ Christus homo factus nõ esset. Ioãnes uerò nõ hoc tantũ, an hoc solũ dixisset, sed alia etiã quæ ille se adiecisse contendebat, in crimine esse dixit. Non enim, inquit, etiãsi Serapiõ Christianus mortuus nõ fuerit, propterea Christus homo factus nõ est. Imperatrix Eudoxia simulatqꝫ dissidiũ, quod epi-

*ὅρ ἐκεῖνος τῷ βασιλεῖ ἐμαστι γόβδ τει

Imperatrix filiũ ad genua episcopi admouet.

scopis intercesserit, & Seueriani proscriptionẽ ex fautorib. eius cognouit, statim eum, quibusdã missis, Chalcedone reuocauit. Ioannes autẽ, quamuis multi pro illo deprecarentur, colloquiũ tamen & consuetudinẽ eius detrectauit: quoad Imperatoris cõiunx, in ea ecclesia quæ de Apostolorũ nomine appellata est, Theodosium etiãnum infantẽ, quẽ Ioannes * per baptismũ sibi filiũ arrogauerat, ad genua eius admouẽs, multaqꝫ deprecãs & adiurãs, uix tandẽ persuasit, ut se ad placabilitatẽ daret, et Seuerianũ rursum in amicitiã reciperet. Atqꝫ hęc sit acta sunt.

Ioannes in Asiam proficiscens, Seuerino ecclesiam suam commendat.

Serapion archidiaconus Seueriano prætereunti nõ assurgit.

Seueriani lubricum & insolens dictum. Ob id dictum Seuerianus ab urbe Constantinopolitana proscriptus.

Seuerianus ab Eudoxia in urbẽ reuocatus. Theodosius iunior Ioannis per baptismũ filius adoptiuus.

Eudoxia Ioannem & Seuerianum in gratiã reducit.

CAPUT X.

EOdem tẽpore in Ægypto, quæ paulo antè extiterat, rursum mota est quæstio: opus ne sit, Deũ hominis forma & corporali specie esse, opinari, an ab humano habitu prorsus esse alienũ credere. Et nonnulli quidẽ simplicitate imperita, eà quæ in scriptura ex cõsuetudine eius dicunt excipiẽtes, ita ut dici audiebant, faciẽ & manus & alia corporis mẽbra Deo attribuebãt. Alij aũt abstrusiorẽ quæ in literæ recessu latet sententiã eius cõsiderãtes, contrarium maximè sentiebãt: atqꝫ aliter opinantes, impios esse, & blasphemare in Deũ dicebãt, inter quos præcipuè Theophilus Alexandrinus fuit. Atqꝫ is persæpe in ecclesia etiã eos perstrinxit, qui de Deo tam crassè opinarentur, ut humanã forma eum esse existimarẽt. Quã sententiã in epistolã quoqꝫ eam retulit, quã ex cõsuetudine de paschalib. ferijs scribere solitus erat: Oportere scilicet Deum incorporeũ & ab humana forma alienũ mente cõcipere, docẽs. Hoc ubi cognouerunt qui in Ægyptijs asceterijs uiuebant monachi, illis relictis, ꝯ celerrimè Alexandriã uenerũt, tantã eam ob causam seditionẽ cõcitantes, ut Theophilũ ueluti impiũ & blasphemũ hominẽ sublatũ uoluerint. Ille aũt cõsilio eo deprehẽso, arte quadã rem eam expediuit. Atqꝫ in seditiosorũ conspectũ ueniẽs, assentatione eos fefellit: Sic, inquiẽs, uos uidi ut faciẽ Dei. Hoc uerbũ illis, ut irã remitterent, persuasit. Proinde statim intulerũt: Siquidẽ quod ore profers, corde etiã sentis, Origenis libros tè damnare oportet. Nam quia ex monachis nõnulli in eorũ lectionem inciderunt, ut ita sentiant, persuasi sunt, nobisqꝫ aduersantur. Sin id facere noles, pœnas nunc dabis, qui impiam & Deo repugnãtem opinionem sequaris. Tum Theophilus: Sed & mea dudũ, inquit, hęc fuit sententia: & quod, uobis placitum est, id facere paratus sum. Non minus namqꝫ, ꝯ uobis, & mihi Origenis

Anthropomorphitarum error in Ægypto.

Theophilus Alexandrinus errorẽ eum rẽfellit.

Monachi Ægyptij eam ob causam tumultum in Theophilũ excitãt. Theophilus techna quadam monachorum uim eludit.

Idem à Theophilo, ut Origenis libros damnet, petunt.

Approbat Ascetarum petitionem Theophilus.

Origenis ſcripta, quicq; ea recipiunt, grauem moleſtiam afferunt. Atque ille qui- A
dem tum monachorũ turbam deceptã à ſe remouit, & ſeditionẽ compoſuit. Fo-
taſſe autẽ quæſtio quoq; iſta finem tum ſuũ habuiſſet, niſi eam Theophilus ini-
micitiarũ ſuarum gratia, ueluti intermortuã, ad uitã, ut ita dicã, reuocaſſet, aperte
Quatuor germani fratres, cognomine Lõgi, Theophilo perchari. Ammonio, Dioſcoro, Euſebio, & Euthymio aduerſatus, qui fratres germani e-
rant, & cognomentum Longorum, propter corporis proceritatẽ habebant. Hi
præclari dudum, quemadmodũ diximus, in Sceti fuerant: tum autẽ in Aegypto
monaſterijs præſidebant, & uita & doctrina percelebres. Multa aũt eorũ fama
Alexandriæ, & potiſsimũ apud Theophilum erat, gratia & nomine ſupra alios
Aegyptios monachos pollentes. Frequens cum eis Theophilo conſuetudo fuit.
Conuiuio enim eos excipiebat, & ſummopere honorabat. Dioſcorum quoque,
Ex eis ab illo Dioſcorus Hermopolis epiſcopus factus. magna ui adactũ, Hermopolis epiſcopũ cõſtituit. Duos autem, ut ſecum eſſent, *Duo œconomi eccleſiæ Alexandrinæ creati.*
hortatus eſt. & uix eis tandẽ perſuaſit, ſeu potius ut epiſcopus id eos facere coe-
git. Itaq; eis in cleri ordinẽ cooptatis, eccleſiæ œconomiã ſeu diſpenſationem ge-
rendam demandauit. Porrò illi ui coacti, ita ut decuit, diſpenſationis eius mune-
Inuiti illi administrationem talẽ ſuſcipiũt. re obeundo enituerunt: mœrore aũt pleni erant, quòd pro eo atq; nõ ſemel con
ſtituiſſent, philoſophiæ ſuæ nõ incumberent. Poſtq; aũt tempore procedente, in
animis ipſi ſuis ſe lædi putarent, quod Theophilũ per auariciã quæſtuoſam ui-
Auaritia Theophili offendũtur. tam ſequi, atq; omnia magno ſtudio in argentum redigere, omnemq; adeò lapi-
dem, quod prouerbio dicitur, mouere, ut auri odore perfrueret, uiderent: con-
uictum eius declinantes, in ſolitudinẽ rurſum, quam urbanæ uitæ præferebant,
In ſolitudinem reuertuntur. ſe cõtulerunt. Theophilus, quoad illi rem ipſam celantes, prætextũ aliũ obten- B
derunt, eos ut manerent, & cõſuetudine ſua uterent, cohortatus eſt. Vbi uerò ſe
iudicio eorum condemnatũ eſſe cõperit, ira percitus, excandeſcere non deſint, &
illis ſe mala omnia facturũ eſſe minatus eſt. At illi minas eius nihil morati, in ſo-
Indigriſsimè id ferit Theophilus. los, ut dictũ eſt, rurſum locos ſe receperunt. Theophilus aũt homo uehementiſ-
ſimus, quòd impetu quodã ferretur, inſidioſis cõſilijs adoriri eos cõſtituit: & o-
diſſe etiã fratrem eorũ Dioſcorum cœpit, quem Hermopoli epiſcopũ præfece-
rat. Dolebat plurimũ, monachorũ præſtantiſsimos quoſq; illis fauere, magnũq;
præſtare honorẽ: tum aũt & illud in animo conſiderabat, nihil ſe illis detrimenti
allaturũ eſſe, niſi monachorũ mantum ad inimicitias cõtra eos ſuſcipiẽdas cõmo-
ueret. Re ita deliberata, eiuſcemodi cõminiſcitur dolũ. Quod namq; ſæpe cum
eo in familiari conſuetudine de Deo colloquuti eſſent, certò ſciebat eos opinari,
Theophilus refellè de Deo ſentiens, ut monachos Longos ulciſcatur, monachos Anthropomorphitas aduerſus illos concitat. Deum incorporeũ, & à forma atq; ſpecie humana prorſus alienũ eſſe. Qui enim
humana forma ſit, eum etiã affectionibus & perpeſsionibus humanis neceſſariò
obnoxiũ eſſe ſciẽtes: id quod à ueteribus accuratiſsimè eſt diſputatũ atq; decre-
tum, & Origenes potiſsimũ pulcherrimè hoc tractauit. In qua ſententia quum
Theophilus maximè eſſet, & ulciſci uiros eos ſtatuiſſet, ueluti tẽpori inſeruiens,
ut quę rectè opinaretur, euerteret, graue ſibi eſſe nõ putauit. Itaq; monachorum
turbam aduerſus eos cõcitat. Et multos ex eis ad ſe rapit, uiros moribus ſimpli-
ces & idiotas, plures etiam illiteratos. Et literas ad monaſteria in ſolitudine mit-
tens, non parendũ eſſe Dioſcoro & fratribus eius, quod apertè Deum incorpo-
reum eſſe opinarentẽ, docuit. Deus namq;, inquit, ſicuti diuina ſcriptura teſtatur,
& oculos habet, & aures, manus, pedes, & alia, ſicuti & homines, membra. Dio-
ſcorus autem, & eius ſectatores, nouũ quoddam & blaſphemũ dogma afferunt,
Origenem ſequuti: neq; manus, neq; pedes, neq; aliud quidq; Deum habere aſ-
ſeuerantes. Hæc ſic cauillans, monachos multos ad contentionẽ excitauit, & ſe-
Cordati monachi nihil mouentur. ditio ingens orta eſt: parumq; decorè à diſputationibus inter ſe agitatis, poſtre-
mò ad cõtumelias peruenere. Atq; equidem qui mentem exercitatã & ſenſuum
robur

A robur denſius obtinebant, Theophili cauillatione non mouebantẽ: & Dioſcoro
rectè ſentienti, & in primis Origeni adherebãt. Qui uerò ſimpliciores erant, &
Simpliciores aduerſus Longos fratres grauiter commouentur. flagrantem quidem, ſed non ſecundum ſcientiã, ardorem ſpirabant, conflictan-
tes inter ſe nugabantur, & fratres illos tanq; impiè ſentientes proſcindebant. Ita
factum, ut ingens Aſcetis inter ſe intercederet diſſidiũ. Qui Theophili partium
erant, Origeniſtas alios uocabant. Qui autem Deum incorporeum, & à forma
alienum eſſe ſtatuebant, eos qui à Theophilo concitati aliter opinabantur, An-
thropomorphianos nominabant. Ita inter monachos non paruo cõflictu exor-
to, implacabile bellũ concitatũ eſt. Theophilus ubi conſilium ſuum ſibi ſuccede-
Monachomachia in Aegypti ſolitudine. re uidit, magna multitudine, militibus etiã conſequentibus, montem Nitriæ, ubi
plurima erãt monaſteria, occupat, & monachorum cateruas aduerſus Dioſco-
rum & fratres eius armis inſtruit: igneq; iniecto monaſterium eorum incendit,
& prorſus uaſtat. Atq; illi in ſummum diſcrimen cõiecti, uix tandem nudi ex pu-
Longi fratres ſuga ſibi conſulunt. teis, quò ſe abdiderant, euadentes, capitis periculum effugerunt.

CAPUT XI.

Aec in Aegypto agebant, & Ioannem tum latebant, qui doctrinæ in-
cumbens maximè enitebat, propter conſentientem omnium de eo fa-
mam ubiq; celebris & clarus. Dioſcorus autem cum ſuis Hieroſoly-
Hieroſolymã adeunt. ma primum conceſsit, deinde Scythopolim ſe contulit: quę locum
Scythopolim cum ſuis commigrant. idoneum ſibi atq; ſuis eſſe ad incolendum putauit propter palmarum frequen-
tiam, quòd earum foliis ad opera ſua monachi rectè uterentur. Sequebantur au-
tem eos ſolitudinis illius uiri circiter octoginta. At Theophilus ſibi metuens,
Theophilus hominẽs ſuos Conſtantinopolim præmittit. ſtatim Conſtantinopolim ſuos miſit, qui quùm illis per calumnias inſidias ſtru-
B erent: tum etiam ſi quid illi ab Imperatore peterent, impedimento eis eſſent. De
Conferunt ſe cõ quoq; duobus Longi, & cum eis Iſidorus. quo ubi Ammonius & Dioſcorus certiores ſunt facti, confeſtim & ipſi Conſtã-
tinopolim nauigarũt. Fuit enim cum eis Iſidorus, propter cuius inimicitias Dio-
ſcorum quoq;, germanoſq; eius, Theophilus magis odiſſe cœpit. Hic uir qui-
Theophilus Iſidoro, quem antea charum egregiè habuerat, inimiciſsimus. dem adeò Theophilo charus antea fuerat, ut illum etiã poſt Nectarij mortẽ ma-
gna contentione epiſcopum Conſtantinopolitanum factum uoluerit. Tum au-
Inimicitiarũ cauſæ. tem hoſtili maximè in eum erat animo, quum alias ob cauſas, tum propter hanc
potiſsimùm. Erat Alexandrię primarius quidã presbyter Petrus, quem Theo-
Lis inter Theophilum epiſcopũ & Petrum archipresbyterum Alexandrinum. philus propter ſimultatem quandam, quæ eis interceſſit, ulciſci uolens, abroga-
re homini dignitatem eccleſiaſticam cogitabat, illo ei obiecto crimine, quòd mu-
lierem quandã Manichææ hæreſis, prius ad diuina myſteria percipienda admi-
ſiſſet, quàm illa hæreſi nuncium legitimè remiſiſſet. Oderat uerò eum alijs etiam
de cauſis. Archipresbyter conſtitutionẽ eccleſiæ in ea muliere ſeruatam, eamq;
ipſius Theophili cohortatione ad myſteria admiſſam eſſe confirmauit. Epiſco-
pus indignari, & perinde atq; ſycophanta expetitus eſſet, furere. Petrus ad fidẽ
Petrus Iſidorũ teſtem laudat. rei faciendam, Iſidorũ teſtem laudare, quòd de epiſcopi ſententia mulier ad my-
ſteria recepta eſſet. Iſidorus autem Romæ tum erat, inſtinctu Ioannis à Theo-
philo ad epiſcopum Romanum miſſus, ut diſſidium quod propter Flauiani iu-
ramentum emerſerat, tolleret, & epiſcopos inter ſe in gratiam reduceret. Diſ-
ſentiebant enim adhuc à Flauiano, qui Euſtathij & Meletij partes ſequuti fue-
rant, ſicuti ſuprà à nobis eſt dictum. Poſtquam autem Iſidorus rediit, uerum
Iſidorus pro Petro teſtimoniũ perhibet. Petrum dicere, ex uoluntate uidelicet epiſcopi de muliere acta eſſe omnia, teſtifi-
catus eſt. Theophilus autem, ueluti ei calumnia intentata eſſet, uehementius in-
Theophilus Petrum & Iſidorum eccleſia exigit. dignatus, utrumque ex eccleſia deturbauit. Hæc una cauſa eſt, quam ob rem
Iſidoro & Theophilo diſſidium interceſſerit. Cognoui uerò & aliam, quam &
ipſam ut exponerem, conuenire eſt uiſum. Pauperum in eccleſia curam gere-

Idem ptochotrophus et patriarchæ curator, pecuniã ecclesiæ egenũ.de ſtruendã,epiſcopo petenti dare non uult in templorũ ſtructuram.

bat Iſidorus, quorum gratia quum hominum liberalitate multa eſſet collata pecunia, eam Theophilo rapere, & in eccleſiarum ſtructuram impendere uolenti, Iſidorus dare renuit. Rectius enim eſſe aſſeruit, pecunia tali ægrorum corpora, quæ uetera eſſent Dei templa, quandoquidem præcipuè in eum uſum comparata eſſet, cura conuenienti reſtituere, quàm parietes inanimatos magnificè excitare atq; conſtruere. Siue uerò hæc, ſeu alia inimicitiarum Theophili erga Iſidorum cauſa fuerit, tum quidem ille Alexandria pulſus, ad monachos tanquam amicos in Scetim ſe recepit, & malè in Theophilum & ipſe animatus fuit. Eiuſcemodi offenſam Ammonius abolere uolens, aſcitis ſibi aliis quibuſdam monachis, ad Theophilum uenit, & ut Iſidoro communio redderetur, ab eo petijt. Id ille ſe facturum recepit. Vt uerò ſatis multum temporis præterijt, & illi nihil egerunt, Theophilusq; apertè præ ſe tulit, tempore extrahendo, uerbis eos ludere uelle: uehementiore ardore cum aggreſſi, ut promiſſum ad finem ſuum perduceret, ſupplicando poſtularunt. Et ille quendam ex monachis comprehenſum cuſtodiæ incluſit, ut alijs exterritis, moleſtia ea qua illum frequenter impetebãt, liberaretur. Tantum autem abeſt ut conſilio quicquam effecerit, ut Ammonius unà cum reliquis quos coegerat monachis, ſua ſponte carcerem ſit ingreſſus. Quum enim eam de ſe cuſtodibus præbuiſſent opinionem, ueluti eam ob cauſam eò uenijſſent, ut uinctis res neceſſarias præberent, liberum habuere in carcerem ingreſſum, atq; inde egredi noluerunt. Quod ubi Theophilus intellexit, ad ſe eos uenire iuſſit. Illi autẽ primùm ei ſignificarunt, ut ipſe ubi præſtò eſſet, & exeundi eis poteſtatem concederet. Oportere enim propalàm eis exitũ permitti, qui tam apertè contumelia ab eo affecti eſſent. Vix autem deinde ei cedentes, ad eum ſunt progreſſi. Ille deprecatione interueniente, pollicitus ſe eis poſtea moleſtum non fore, ſed re ipſa promiſſum expleturum eſſe, eos abſoluit. Intra ſeipſum autem ſe excrucians indignabatur, & mali quidquam uiris eis facere moliebatur, quos antea non ſecus atq; ſuam ipſius animam dilexiſſet. Quum autem animi dubius eſſet, quomodo tandem ægrè illis faceret, qui præterẽq; corpora nihil poſſiderent, & res omnes monaſticæ philoſophiæ ſuę poſtponerent, quietem eorum interturbare aggreſſus eſt, & quæſtionem eam de Origenis opinione quæ dicta eſt, eis criminis loco obiecit. Has fuiſſe cauſas cognoui, cur Iſidorus, quem dixímus, cum Dioſcoro & fratribus eius Conſtantinopolim uenerit: nimirum ut publicè ſub Imperatore ipſo & Ioanne iudicibus, iniuriæ atque inſidiæ, quibus expetiti fuerant, cognoſcerentur. Exiſtimabant enim Ioannem pro conſueta ſibi libertate, qua legitimè utebatur, à iure & æquitate nõ aberraturum eſſe. Ille uiros benignè acceptos, in honore habuit, & ad communes in eccleſia preces adhibuit: ad diuinorum autem myſteriorum communionem non admiſit. Necq; enim fas erat, ante cauſam cognitam ea cum illis communicare. Ad Theophilum uerò pro eis literas dedit, ut uel illis communionem redderet, qui rectè de Deo ſentirent: uel idoneum aliquem Conſtantinopolim mitteret, qui cum illis ambigeret, ſiquidem ei uiſum eſſet, ut cum eis iudicio contenderet. Et quum diutius in urbe monachi morarentur, & Imperatrix Eudoxia in publicum progreſſa eſſet, Ammonius cum fratribus ſuis ad eam in uia acceſſit, & Theophilum propter iniurias eis inſidioſe illatas accuſauit. Illa autem ubi iniquè cum eis actum eſſe ſenſit, honorem uiris exhibens, conſtitit: atq; ex Imperiali curru proſpiciens, capite eis annuit: &, Benedictionem, inquit, nobis impertite, & Deum pro Imperatore, * & me, liberiſq; noſtris orate. Ego uerò quàm celerrimè curabo, ut Theophilus hic præſtò ſit. Hęc poſtq; illa dixit, ulterius proceſſit.

Eum monachũ Ammonius & alij in cuſtodia ſequuntur.

Verè Dei templa.

Idẽ monachum quendam in carcerem conijcit.

Abſoluit & admittit à ſe monachos Theophilus.

Quietem eorũ mox monachomachia inſtituta perturbat.

Dioſcorum & Iſidorum Conſtantinopoli Ioannes benignè ſuſcipit.

Preces cum eis communicat.

Euchariſtiam non item.

Longi fratres Theophilũ apud. Eudoxiã accuſant.

Benedictionẽ Eudoxia à Longis petit.

* *Et pro imperio Romano.* Soz.

CAPUT XII.

Theophilus Ioannem etiã ſtruit inſidias.

A IAma uerò falſa Alexandriam peruenit, Ioannem cum illis myſteria communicaſſe, opemq; illis ferre cõſtituiſſe. Porrò Theophilus uaria in animo agitabat conſilia, ut non ſolum Dioſcorum & germanos eius ulciſceretur, uerumetiam Ioannem, ſi fieri poſſet, epiſcopatu dejiceret. Atq; hæc ſecum ipſe tacitus uoluens, & inſidioſe moliens, ad urbiũ plerarũq; epiſcopos ſcripſit, conſilium quidem quod parturiebat occultans: Origenis autem libris inſultans, quibus Athanaſius ille multorum certaminum uictor, ante cum ad fidem ſuam comprobandam, in lucubrationibus ſuis aduerſus Arianos editis ſæpenumero eſt uſus. Poſtquam autem ei in mentem uenit, multum cœpto ſuo profuturum eſſe, ſi Epiphanium Salaminis in Cypro epiſcopum ad conatus eius ſocietatem ſibi aſciſceret, ætatis ſuæ perquàm celebrem, uitaq; præclarum & uirtutis reuerentia ſpectatum uirum ſtatim ad eum miſit, ſibiq; amicum fecit, quum quidem dudum ab illo diſſenſiſſet, utpote qui Deum humana forma eſſe opinaretur, tum autem ueluti per pœnitentiam rectam complexus eſſet ſententiam, ſuffragator ei eſt factus. Ea ſcilicet mente Theophilus fuit, ut qui humanã formam Deo tribuentes rideret, propter quorundam inimicitias auerſari ſe ea quæ rectè opinaretur, ſignificationem per ſucum de ſe preberet. Tum igitur, quemadmodum dictum eſt, ubi Epiphanium amicum ſibi reddidit, conſentire ei ſe in opinione de Deo aſſimulauit, eundemq; ad librorum Origenis calumnioſam ſuggillationem, perinde atq; pratiorum dogmatum cauſæ eſſent, incitauit. Epiphanius autem, qui dudum Origenis ſcripta exoſa
B habebat, quòd ſimplex eſſet, & in ſumma religione uiueret, facilliñè pedibus in Theophili ſententiam iuit. Et illico epiſcopis in Cypro congregatis, Origenis librorum lectionẽ edicto inhibuit. Et ſynodi eius decretum quùm ad alios multos, tũ ad Conſtantinopolitanum antiſtitem miſit: quem etiam hortatus eſt, ut ſynodo coacta, idem de Origenis ſcriptis ſtatueret, ac deinceps ſibi ipſi eorum lectione interdiceret. Theophilus, ubi Epiphanium multos habentem laudatores, qui propter uitæ eius præſtãtiam, quod ipſe ſentiret, opinione ſua comprobabant, ad partes ſuas pertraxit, conuocatis & ipſe qui ſub eo erant epiſcopis, decretum in eandem ſentẽtiam fecit, & prolixam Origeni intendit calumniam, qui etiam ante ducentos annos é uita exceſſerat: non ille quidem hoc præcipuè propoſitum ſibi conſilium habens, ſed illud maximè agens, ut Dioſcorum ulciſceretur. At admirandus Ioannes res eiuſmodi indigniores eſſe putauit, quàm ut eorum cura & ſtudio occuparetur, Epiphaniũq; & Theophili literas nihil prorſus eſt moratus. Verùm conſuetis ſibi doctrinæ laboribus incumbens, in ea maximè florebat: inſidiarum quæ ei ſiniſtrè tendebantur, nullam habens rationem. Vbi autem manifeſtò conſtitit, Theophilum id ſtudio omni conari, ut Ioannem throno dejiceret: tũ uerò qui hoſtili in eum erant animo, ex clero quidem multi, non pauci uerò etiã ex magiſtratibus, & eis qui potentia & authoritate ualerẽt, commodum ſe tempus inueniſſe rati, quo uindictæ ſuæ in Ioannem cupiditatem oſtenderẽt, obtrectationes undecunq; calumnijs & ſycophantijs emendicatis texuerunt, atq; ut ingens ſynodus in urbe Conſtantinopolitana celebraretur inſtituerunt: epiſcopis quibuſdam ea de cauſa ſcribentes, plures autem ſine ſcripto euocantes. Et Theophilus ea re cognita, ſtudium etiam ſuum magis intendit: & Aegyptijs epiſcopis, ut Conſtantinopolim traijcerent, author fuit: Epiphanio autem, & alijs in Oriente epiſcopis ſcripſit, ut ſe celeriter Conſtantinopolim cõferrent. Ipſe porrò pedeſtri itinere eò profectus eſt.

Athanaſius multum Origenis ſcriptis adiutus.

Theophilus Epiphanium Salaminiũ epiſcopũ ad partes ſuas pertrahit.

Epiphanius Ambroſiaſtor dictus.

Epiphanius inſtigãte Theophilo, in prouinciali ſynodo libros Origenis damnat.

Idem perſuadere Ioanni ut itidem faciat, contendit.

Theophilus quoq; cum epiſcopis ſuis eoſdem libros damnat, ut Dioſcoro ægrè faciat.

Ioannes doctrinæ epiſcopali incumbit.

Obtrectatorũ Ioannis opera ſynodus frequens epiſcoporum Conſtantinopoli cogitur.

CAPUT XIII.

Epiphanius Cõstantinopolim uenit.

PArua interceſſit mora, & Epiphanius primus nauí aduectus, ad Sẽ A ptimum uenit, decretum contra Origenem ſcriptum ſecum ferens: in quo non Origenem ipſum excommunicauit, ſed libros tantum eius damnauit. Et poſtquam in eius loci eccleſia precationem peregit, & diaconum conſecrauit, Conſtantinopolim eſt ingreſſus: quem Ioannes aduenientem, clero omni honorificè ei obuiam miſſo, excepit. Ille autem apertè præ ſe, Theophili ſuaſionibus ſe duci, tulit. Nam admonitus ut in ædibus eccleſiaſticis maneret, conditionem eam repudiauit: & in eundem cum Ioanne locum conuenire, Theophilo nimirum gratificatus, renuit. Epiſcopis etiam aduenis ſeorſum ad ſe euocatis, abolitionem Origenis ſcriptorum exhibuit: non ille quidem, quod contra ea diceret, habens, ſed de Theophili ſententia reiícere ea tentans. Et reperti quidam ſunt, qui ſua erga Epiphanium obſeruantia decretum id chirographis ſuis confirmarent: plurimi uerò id facere detrectarunt. Porrò Theotimus Scytharum epiſcopus, Epiphanium etiam uerbis propè perſtringens: Ego, inquit, ô Epiphani, nefas eſſe puto, contumelia eos qui dudum ſunt mortui, afficere: neque ita temerè uetuſtiorum ſcripta abiícienda cenſeo. Extra blaſphemias enim iudicium illorum proculcare, & quæ ritè atque ordine ab eis ſtatuta, & tempore ipſo comprobata ſunt, abrogare, minimè mihi uidetur prudentium uirorum eſſe. Cum hiſce uerbis librum quendam Origenis in medium produxit, atq; ubi quàm neceſſaria & utilia eccleſiæ in eo eſſent indicauit: Abſurdè, dixit, faciunt, qui hæc calumniari ſtudent. Non enim hæc tantum, ſed ea etiam de quibus in libris tractatur, periculoſe contumelia afficere uidentur. Ioannes Epiphanium, quòd extra ditionis ſuæ fines conſecrandi prouinciam ſibi uſurpaſſet, non reprehendit: ſed potius uirum reueritus, ut ſecum in eccleſia conuentus ageret, atque etiam ſi placitum ei eſſet, hoſpitio domus ſuæ uteretur, hortatus eſt. Ille autem utrunque renuit, niſi prius & ipſe Origenis libros damnaſſet, & Dioſcorum cum fratribus ſuis urbe eieciſſet. Poſtquam uerò Ioannes nihil temerè & cupidè extra publicum conuentum agendum eſſe dixit, & cauſam talem differendam cenſuit, obtrectatores illius aliud Epiphanio ſuggeſſere conſilium. Suadebant enim, quum ſynaxis maxima celebranda eſſet, in diuorum Apoſtolorum templo, ut in id progederetur, & publicitus Origenis libros damnaret: Dioſcorum etiam & ſectatores eius, ut qui cum illo eadem docerent, proſcriberet: Ioannis denicq;, qui illis coniunctus eſſet, opinionem & gloriam taxaret atque criminaretur. Hoc ita illi agebant, quòd eum ſic exiſtimarent cum populo conflictaturum eſſe. Atque Epiphanius eius rei gratia progreſſus, non longè ab eccleſia abfuit, quum Serapion ei ab Ioanne miſſus occurrit. Audierat is namque, quæ illi maleuoli ſuaſiſſent. Proinde illum conſilia capere atteſtatus eſt, quæ ut illegitima, ei nequaquã profutura eſſent. Primùm namque, inquit, in eccleſijs meis conſecrãdi poteſtatem tuapte authoritate, miniſterio tibi eo non commiſſo, ſumpſiſti. Deinde ad communionem inuitatus, eam detrectaſti. Nunc porrò etiam, ſicuti audio, rem indignam incipere cogitas. Cauendum uerò tibi eſt, ne ſeditione ea de cauſa excitata, ipſe cauſa dicenda periculum ſubeas, ueluti turbæ & confuſionis tantæ author. Epiphanius hiſce uerbis cautior factus, à cœpto deſtitit. Accidit interea, ut Imperatoris filius graui corriperetur morbo. Et Auguſta de puero ne quid ei accideret, cum timore ſolicita, Epiphanium accitum, ut pro ſalute eius oraret, petijt. Et ille, puerum conualiturum eſſe pollicitus eſt, ſi Dioſcorus cum ſuis urbe exigeretur. Eudoxia autem: Filius quidem, inquit, meus, ſi Deus uolet, uiuet. Sin

Ioãnes clerũ ei ſuam honoris gratia mittit.

Epiphanius conſuetudinem Ioãnis deuitat.

Epiſcopi quidam decreto Epiphanij de abolendis Origenis ſcriptis aſſentiuntur.

Verbũ Theotimi præclarum.

Theotimus Scythicus epiſcopus ſcripta Origenis deſendit.

Epiphanius à Ioanne ad hoſpitij ius complectẽdum, & communiõem precũ inuitatus, oblationẽ eius reſpuit.

B

Epiphanium contra Ioannẽ inuidi excitãt.

Ioannes per Serapionem, Epiphanium, ne in Apoſtolorum templo, ſicuti conſtituerat, conuentum agat, deterret.

Epiphanius Auguſtæ pollicetur, ægrum eius filiolũ conualiturũ eſſe, ſi illa Longos fratres urbe exigat.

Auguſta dictũ hoc eius ridet.

A Sin eum qui dedit, auferre conſtituit, eius uoluntas fiat. Tu uerò ſi mortuos exuſcitare poſſes, archidiaconus tuus defunctus non eſſet. Nuper enim admodum Criſpion uitam finierat, qui frater fuerat Phyſconis & Salaminæ, præclarorum uirtute monachorum: horum autem in hiſtoria Valentis meminimus. Criſpionem ſanè quum familiarem habuiſſet, in locum etiam archidiaconi Ephiphanius euexerat. Ammonius & Dioſcorus, hoc ſic Eudoxia iubente, ad Ephiphanium uenere. Et quum illos Epiphanius, qui nam eſſent, interrogaret: Ammonius ſubinferens: Longi, inquit, Domine. Cæterùm an unq; in ſcripta aut ſectatores noſtros inciderís, ſcire percupio. Atq; illo negante, rurſum Ammonius interrogans: Quid ita igitur, ait, hæreticos eos cenſes, quorum ſententiã nõ exploraris, aut redargueris? Quod id ita audiuiſſet, Epiphanius reſpondit. At nos, ille intulit, cõtrà fecimus. Nam & cum diſcipulis tuis fuimus, & ſcripta tua legimus, & ex eis illud maximè, quod ἀγυρωτοῦ, hoc eſt, anchorarij inſcriptionẽ habet. Quum autem multi conuiciatrices acuerent linguas, ut id proſcinderet, & tanq; hæreticum calumniarí aggrederentur, nos optima ratione patrem defendimus, atq; illius ſcripta ueluti rectiſſimè cõpoſita propugnauimus. Proinde minimè conueniebat, ut nos ita indicta cauſa ueri quadã ſimilitudine adductus reiíceres, quos ipſe non condemnaſti: aut talem referres gratiã eis, qui tecum ſunt magis in rebus bonis & honeſtis coniũcti. Epiphanius hiſce uerbis ad pœnitentiam cõiectus, modeſtius homines et accepit & dimiſit. Quum autem non diu quaſi ſentẽtia ſua ſeipſum damnans, morandũ ſibi Conſtantinopoli duceret, aut Deus etiam, ut ego puto, mortẽ ei ſuam oraculo indicaret, in Cyprũ nauigauit, atq; inter nauigandum mortuus eſt. Et quũ epiſcopi eum ad mare deducerent, & ipſe nauim cõſcendere deberet, dixiſſe ad eos fertur: Vrbẽ hanc & Imperatoriã aulã, B uitæq; huius actionẽ & fabulam uobis relinquo: ego uerò abeo, in ciuitatẽ aliam tranſire properans. Illud quoq; ſempiterna memoria dignũ uerbum protuliſſe eum dicunt, q; hodie quoq; in aurib. multorum perſonat. Quemadmodũ enim Ioannes Epiphanio mortem in marí prædixerat, ſic ipſe illi epiſcopatus abrogationem prænunciauit. Nam quum inter ſe diſſiderent, Epiphanius Ioanni dixit: Ego te epiſcopum moriturum eſſe non puto. Ad quem Ioannes contrà: Ego uerò, inquit, ſcio te in Cyprum peruenturum nõ eſſe. Et habuit utrumq; hoc dictum euentum ſuum. Neq; enim Epiphanius in ſedem ſuam rediit, & Ioannes paulo poſt throno ſuo eiectus eſt. Sicuti hoc hiſtoria procedens docebit.

Longi Epiphanium conueniunt.

Ridiculè & perperã damnãtur, quæ nõ cognoſcuntur.

Colloquiũ pulchrum Ammonij Lõgi et Epiphanij.

Epiphanius hũmanior, beniguiorq; fit Lõgis.

Epiphanij mors.

Idem Conſtantinopoli diſſeruit.

Dictũ eius celebre.

Ioannes Epiphanij nomen; Epiphanius Ioannis exitium prædixit.

CAPUT XIIII.

POſtq; Epiphanius diſceſſit, Ioannes à quibuſdã certior fit, Epiphanium ab Imperatoris coniuge aduerſus eũ excitatũ eſſe, quum uarias alias ob iniurias quas ſubditis illa intulerat, tum maximè propter uineam illam uiduæ Callitropæ. Quam rem Ioannes cum reprehẽſione carpere prius non deſijt, q; illa mulierculæ poſſeſſionem ſuã redderet. Et ut ille in eiuſmodi delictis ardentior atq; in concionibus acrior erat, orationem in eccleſia pro cõcione habuit, qua cõmuniter in mulieres malas inuectus eſt. Multitudini autẽ uiſum eſt, orationẽ eam quaſi ſub inuolucro cõtra Auguſtam maximè ab eo compoſitam eſſe: quæ etiam ab aduerſarijs eius excepta, ad eam eſt delata. Et illa maritũ ſtatim adijt, & apud eum contumeliam ſuã deplorauit, iniuriã eã maritũ communem eſſe dictitans. Confeſtim etiã ut Theophilus aduenireţ, curauit, atq; ut quãprimùm ſynodus aduerſus Ioannẽ cogeretur, egit. Addiuuabat autẽ eam Seuerianus quoq;, Gabalanorũ epiſcopus, dolorẽ adhuc ſuum tectum in animo fouens, quippe qui nondũ maleuolentiã in Ioannem ſuam depoſuiſſet. Cæterum ſiue Ioãnes caſu quopiam huiuſmodi in eccleſia habuit orationẽ, ſeu ſubobſcurè

Cõcionib. ſuis Ioannes effreat, ut Eudoxia ademptam Callitropæ uiduæ uineam reſtitueret.

Ioannis Homiliam mulieres malas, in qua obliquè Eudoxiam perſtrinxit.

Eudoxia apud Arcadium Ioannem criminatur.

Theophilum Cõſtantinopolim euocat.

Multi epiſcopi contra Ioannẽ Conſtantinopoli conueniunt.

in Imperatricem est inuectus, propter eam quæ sibi cum Epiphanio intercessit contentionem, quod affirmare certò non possum: Theophilus quidem profectò non multo pòst affuit, & multi præterea episcopi, partim Imperatoris iussu, partim Theophili instinctu, Constantinopolim aduenere. Potissimùm uerò magno illi studio cõcurrerunt, quibus in Asia à Ioanne legitimè episcopatus adepti fuerãt, quíq; ei alias etiã ob causas hostiliter aduersabatur. Iã naues quoq; quas Theophilus expectaret, ex Aegypto appulerant. Atq; ubi Chalcedone Bithynorum congregati omnes cõuenere, quomodo rem aduersus Ioannẽ aggredi deberent, consultarunt. Erat tum Chalcedonẽ episcopus Cyrinus, Theophili populàris, Aegyptius uidelicet. Hic multũ illi gratificari studuit, Ioanni q̃; maximè inimicus. Itaq; progressus, Ioannẽ cõuicijs plurimùm proscidit, impiũ illũ, insolentem & inflexibilem nominans: quibus dictis episcopi sunt delectati. Verùm illum parua intercedente mora, ob iniurias eiusmodi diuina uindicta persequuta est. Maruthas enim Mesopotamiæ episcopus, imprudens alterum pedũ eius calcauit: unde ille malè habere cœpit, & propterea cum reliquis episcopis Cõstantinopolim proficisci nequaquam potuit, quãuis ad struendas Ioanni insidias necessarius esse uideretur. Deinde aũt quũ deteriores multo res eius fierent, crus ei à medicis etiã est resectũ. Putredo enim inde exorta, ita reliquũ corpus inuasit, ut contagione alterum quoq; itidem pedem occuparit. Quin non multo etiam pòst, ea ipsa plaga uitam finijt: gratiam eam contumelijs, quibus uirum sanctum affecerat, acceptam ferens. * Cuius thronum Arsacius recepit.

Initur cõsiliũ Chalcedone cõtra Ioannem.

Cyrinus, siue Quirinus, Chalcedonensis episcopus in Ioannem inuehitur.

Sentit is statim uindictam diuinam.

* *Hæc uerba de Arsacio apud Socratẽ & Sozom. non reperiuntur.*

Quirinè episcopi successor Arsacius.

CAPUT XV.

Vbi uerò Theophilus Constantinopolim peruenit, nemo illi pro recepta consuetudine, ex Constantinopolitano clero obuiã processit: quòd omnibus cõstaret, inimicum eum episcopi esse. Nautæ uerò Alexãdrini, & maximè qui frumentum eò aduexerant, cõgregati, cum faustis acclamationibus cupidè eum susceperunt. Et quòd ecclesiasticũ hospitiũ auersatus fuerat, in Imperiales quasdam ædes, quę instructę ei fuerant, diuertit. Placidianæ hę nominãtur. Tum uerò nulla librorũ Origenis mentio erat, sed ad alia absurda crimina animos conuerterunt. Atq; ubi multi accusatores conuenere, Theophilus ex uoluntate sua rebus dispositis, Constantinopoli in suburbanũ nauale Chalcedonis transijt, cui nomen est δρῦς, hoc est Quercus: quod etiã ad hunc usq; diem Rufini consularis appellationẽ obtinet, splendidã regiã ecclesiamq; maximam & celeberrimam habens, quã ille in Petri & Pauli apostolorũ honorẽ construxit, locumq; ἀποστολεῖον, hoc est, Apostolatũ, siue Apostolorum ędẽ nominauit. in propinquo quoq; plurima monachorum, qui in ecclesia cleri munia obirent, domicilia ędificauit. Ibi episcoporũ cõuentu coacto, Theophilus librorũ quidem Origenis nõ meminit: monachos aũt, qui ex Sceti uenerãt, primùm ad pœnitentiã inuitauit † præteritarũ iniuriarũ se oblitũrũ, neq; eos postea offensurũ esse pollicitus. Et quũ Theophili partiũ studiosi, & ipsa synodus, pro ipsis per simulationem & fucum supplicũ more deprecarentur: monachi ea re seducti, & quòd in multorum episcoporũ præsentia, etiãsi ipsi iniuria affecti essent, faciendum hoc sibi esse putarent, solitum illud uerbum, Ignosce, dixerũt. Theophilus porrò non grauatè eis indulsit, eosdemq; ad communionem admisit. atq; ita inquisitio de eis finẽ suũ habuit. Quod quidẽ iudicio meo factum nõ fuisset, si Dioscorus & Ammonius adhuc uixissent. Dioscorus namq; Constantinopoli prius mortuus, in tẽplo Mocij martyris sepultus est. Ammonius aũt breui pòst, quũ synodus adornaret, ualetudine affecta in Quercũ quidẽ uenit: sed illic morbo propter traiectionẽ inualescẽte, paulo pòst & ipse diẽ suũ obijt, atq; ibi à monachis suis honorificè est tumulatus.

Adueniente Theophilo & clero, nemo Constantinopoli obuiã est progressus.

Theophilus in ædes imperiales diuertit.

Idem ad Quercum suburbanum Chalcedonis nauale epi scoporum conuentum agit.

Theophilus et monachi à Sceti inter se conciliantur.

μὴ μνησικα κὸν.

Decem. hoc Alexandrini nautæ.

Dioscori mors.

Ammonij mors.

Amulatus. De morte eius certior factus Theophilus, illachrymasse, atq; illud propalàra exclamasse fertur: Nullũ iam esse, qualis Ammonius fuerit, monachum reliquũ, etiamsi ille ipsi turbarũ causa fuerit. Cęterùm mors quoq; ea ex sentẽtia eius cecidit. Theophilus & synodus ipsa Cõstantinopolitanæ urbis clerũ omnẽ euocauit, dignitatis abrogationẽ, si quis aduentũ differret, comminata. Illi uerò Ioannem quoq;, ut causam diceret, ibi adesse, & cũ eo Serapionẽ quoq; & Tigriũ eunuchũ presbyterũ, & Paulũ quendã lectorẽ uenire iusserunt. Hi nãq; unà cũ illo rei agebant. Sedenim Ioãnes quũ alios quosdã familiares ex clero suos, tum Demetriũ Pesinuntiũ eò misit, & cõcilio uerba hæc renunciari præcepit: Nõ ego iudiciũ fugio, paratusq; adeò ad dicendã causam sum, si modò qui accusatores mei sint, cognouero, & quæ illi mihi crimina obijciãt prius dispexero. In maiore aũt frequẽtioreq; synodo respõdere cõstituti: neq; enim tam sum stupidus, ut rẽ talẽ subire, et tam manifestorũ inimicorũ iudiciũ ferre uelim. Grauiter hoc episcopi, perinde atq; ille synodo tãtę minus parêre costituissẽt, accepere. Et q ab eo legati fuerãt, reuersi ad eũ nõ sunt. Demetrius aũt, & qui inanẽ gloriã post Ioãnis cõsuetudinẽ habuere, ad uirum sanctũ rediere. Eo ipso die notarius & cursor expeditus ab Imperatore missi, Ioannẽ quidẽ ut in synodum ueniret acriore mandato iusserunt: episcopis autẽ, ut sibi sentẽtia differenda negotium nõ facesserẽt, significarunt. Vt autẽm ille quater citatus non comparuit, iudices illos ut sibi inimicos exceptione summouens, & ad uniuersalem synodum prouocans, illi contumacia uiri condemnata, episcopatum ei abrogarunt: nihil in eo reprehendentes aliud, quàm quòd quater euocatus, iudicio se non stitisset.

Clerus Cõstantinopolitanus ad synodum citatur.

Ioannes iudices sibi inimicos recusat, ad concilium iustũ prouocat, per internuncios.

Ab inimico Ammonius præclaram fert laudem.

Eunuchus presbyter: sed Sozom. eunuchũ non habet, Socrates habet.

Imperator Ioannem ad synodum ire iubet.

Idem iudicium maturari præcipit.

Ioanni à synodo tanquã coãctumaci episcopatus abrogatur.

CAPUT XVI.

Plebs Cõstantinopolitana ubi circiter crepusculũ faciũ hoc resciuit, ad tumultũ maximũ excitata, atq; ecclesiã ingressa, quàmplurima alia uerba uociferata est: tũ Imperatorẽ cõuicijs prosciđit, & causam eã iustiori synodo cõmittendã esse censuit. Eis denicq; qui ab Imperatore ut illũ throno suo detraherẽt, missi fuerãt, fortiter restitit: atq; ibi pernoctãs, in exiliũ Ioannẽ abduci nõ pmisit. Porrò Ioãnes, ne quid alterius criminis ei impingeret, q̃p uel contra imperialẽ iussionẽ ueniret, uel populũ ad seditionẽ cõmoueret, timens, tribus à condẽnatione diebus elapsis, postq; multitudo circa meridiẽ dispersa, alius aliò in domiciliũ suũ se cõtulit, illos fallens, se eorũ potestati, qui eum abducerẽt, pmisit: & porta Orientali egressus, primùm ad id quod ad Pontios situ est, ἰσθὸν, hoc est, sacrũ (ita enim statio nauiũ illa uocat) uenit, deinde per Bithyniã ductus est. Multitudo hoc molestè ferre, grauiter tumultuari, Imperatorẽ perstringere, nec minùs Seuerianũ & Theophilũ cõuicijs proscindere. Ambo enim insidiarũ illi structarũ authores erant: præcipuè q̃p Seuerianus in ecclesia tũ docẽs, cõdẽnationem Ioãnis tãq; iustã laudabat: etiamsi nihil aliud criminis esset, quã ob rẽ ita celeriter Ioãnes exauctoratus esset, sufficere tamẽ unũ hoc, dicẽs, q̃d superbus & insolẽs esset, q̃p alia quidẽ delicta Deus hominib. remitteret, arrogãtibus aũt manifestè resisteret: quẽadmodũ sacra testaretur scriptura. His ab eo uerbis dictis, populus magis etiã factũ ꝓpter eius indignitatẽ reprehendit, iramq; renouauit. Et tumultu ingẽti cõmoto, homines neq; in foro neq; in tẽplis taciti esse potuerũt, sed questib. atq; lamẽtis cũ precib. mistis, ad imperialẽ domũ ꝓgressi, pastoris reuocationẽ flagitarũt, eũq; uidere magnopere desiderarũt, ex cuius ore q̃tidie aureũ (ut ita dicã) lac hausissent. Et q̃d sępe fieri solet, nõ pauci q hostili erga eũ erãt animo, sentẽtia mutata, sycophãtijs uirũ eum expeti affirmarũt, cuius paulo antè abrogationẽ q̃ maximè cõcupiuerãt. Proinde plures cõtra Imperatorẽ & synodum atq; ipsos episcopos, in primis uerò aduersus Theophilũ uociferati sunt. Latêre

Populus Byzantius Ioannem in exiliũ abduci non patitur.

Ioannes prõpter uerbum χίλιοι tertio à condemnatione die in exilium it.

Tumultus plebis commotę. Seuerianus cõdemnationẽ Ioannis pro concione laudauit.

Idem Ioannem tanquã superbum hominem taxat.

Plebs restitutionẽ Ioannis ab Imperatore flagitat.

Obtrectatores quoq; eius nõnulli sententiã de eo suam mutant.

enim is cum siniſtris machinationibus ſuis, propter multa manifeſta indicia, non potuit. Itaque Auguſta ipſa, populi precibus exorata, & terræmotu qui noctu factus fuerat adducta, uiro perſuadet, ut ſancti uiri reſtitutioni annuat: & Briſone fidiſſimo cubiculario ſuo miſſo, ex Proneto Bithyniæ emporio, ex aduerſo Nicomediæ ſito, Ioannem reduxit, immunem ſe & alienam ab inſidijs contra illum ſtructis eſſe teſtificata: atq; inſuper eum de cætero ſe ut ſacerdotem Dei, liberorumq; ſuorum in rebus diuinis doctorẽ, qui per *diuinum lauacrum ſacri partus cum ea ſocietatẽ atq; comunionem inierit, reuerituram eſſe pollicita. Ioannes reuerſus, ſub urbe, ad tranſitum, in regione quæ Mariana dicit̃, moratus eſt, neq; ante frequentioris ſynodi diſceptationẽ atq; iudicium urbẽ ingredi uoluit, ut manifeſtò appareret, per iniuriam iniquè ei epiſcopatum ademptum eſſe. Quum autẽ eum modũ ingreſſum in urbẽ proferret, magis etiam plebs eſt indignata, conuicijs Principes perſtringens. Quapropter tanta ſibi impoſita neceſſitate, oppidò q̃ inuitus urbẽ eſt ingreſſus. Tum uauigantib. Boſporus repletus, & piſcatorijs nauibus mare contectũ eſt, & plebs uniuerſa ei ſtatim obuiam prodijt, cereos accenſos ferens, & pſalmodias ad rem preſentẽ aptè & elegãter cõpoſitas concinens, eumq; ad eccleſiã produxit, reluctantẽ admodũ, & affirmantẽ eos qui ſententia ſua iniquè cõdemnaſſent epiſcopos, legitimè rurſus, pro eo atq; par eſſet, abſoluere debere. Vi aũt eum plurima cogentes, in ſede epiſcopali colloca runt, ut pacẽ populo ex ſuperiore loco annunciaret & precaret̃. His rebus ita ex neceſſitate quadã actis, orationẽ tum quoq; ex tempore ad populũ habuit, argumentis cũ magna gratia appoſitis uſus. Dixit enim, Theophilũ per cõtumeliam conatum eſſe eccleſiæ ſuæ iniuriã facere: perinde atq; rex olim Aegypti in patriarchæ Abrahæ cõiuge inſanierit, quemadmodũ hoc Hebræorum libri commemorãt. Et plebis propenſam alacritatẽ laudibus proſequutus, beneuolentiam quoque Principũ erga ſe celebrauit, & multitudinẽ ut Imperatorem & Imperatricẽ fauſtis auſpicatiſq; uocibus ornarent, adeò excitauit, ut orationem ad finem perducere non poſſet, ſed in dimidia eius parte dicere deſiſteret.

Reuocatur ab exilio per Eudoxiam Ioannes.

Ioannes librorum Imperialium in baptiſmo ſuſceptor & compater.

Cauſam ſuã legitimè cognoſci cupit.

Reſtituitur in eccleſiã ſuam Ioannes.

Abſoluit ſe à cõdemnatione iniqua ault.

Oratio Ioannis in reditu ſuo ad populũ habita.

Orationis eius ſumma.

*τῶν θείων λουτρῶν τῶ πνεύματος

Ioannes in ſuburbana regiõe Mariana reſiſtit.

Benedictio epiſcopalis.

CAPVT XVII.

Ioãnes inuitus epiſcopalib. officijs fungitur.

THeophilus in hoc rerũ ſtatu cõſilij dubius, quamuis propalàm Ioannem calumniari percuperet, ut qui poſt abrogationem nihilominus epiſcopalibus fungereť muneribus, facere id tamen nõ audebat. Certò namq; ſciebat, ſe ea re Principes offenſurum eſſe. Illi eñ propter uulgi motũ, Ioannẽ ut id faceret, per deprecationẽ reluctantem, coegerant. Itaq; Heraclidę accuſatoribus, quamuis abſentis, iudicium iniuriarũ dedit. Inde enim facilè ſe ad Ioannis abrogationem peruenturũ eſſe putauit. Heraclides quidem, ut dixi, non affuit: abſens tamẽ accuſabatur, quòd per uim quoſdam pullatos, & catenis uinctos, per mediam Epheſiorum urbem ueluti in triumpho duxiſſet. Porrò quum *Ioannis fautores abſentem reum agi non debere dicerent: & qui à Theophili partibus ſtabant, accuſationes Herclidis admittẽdas, iudicium̃que etiam contra abſentem eum dandum eſſe condenderẽt, qui epiſcopali functione indignus eſſet, rixa inde inter Alexandrinos & plebem Conſtantinopolitanam exorta eſt: & quòd res ad conflictum peruenit, multi uulnerati, non pauci etiam cæſi ſunt. Proinde Theophilus impetum multitudinis metuens, atque itidem qui cum eo erant epiſcopi, præterquàm qui Ioanni coniuncti erant, Conſtantinopoli profugientes, ad ſua ſe quiſq; recepit. Theophilus unà cum Iſaacio monacho hyeme ineunte Alexandriam uenit. Accidit autem ut Geras appellaret, oppidum circiter quinquaginta ſtadia à Peluſio ſitum. Quod autem ibi tum epiſcopus mortuus eſſet, incolæ & ciues in locum eius Nilamonem legerũt, uirum

Theophilus in dicium dat aduerſus Heraclidem Epheſium abſentem.

Actio iniuriarum.

Tumultus propter id iudiciũ inter Alexandrinos & plebem Conſtantinopolitanã.

Apud oppidũ Geras Nilammõ monachus epiſcopus legitur.

*Sozo. habet, Ipſius Heraclidis fautores.

Theophilus ſe cũ ſuis ſubducit.

A uirum bonum, & propter uirtutem percelebrẽ, monaſticaq; philoſophia præclarum. Degebat autem ante oppidum paruę caſę incluſus, cuius aditum ſaxis obſtruxerat: & quum epiſcopalem dignitatem ſuſcipere detrectaret, Theophilus ei, ut à ſe conſecrationem ſuſciperet, ſuaſit. Poſtquam uerò eum ſæpius pernegantem non expugnauit: Cras, inquit, ſi ita placet, ò pater, quod conſtituęris facito: me autem hodie res meas agere atq; diſponere ſine. Vbi poſtridie Theophilus ad eum uenit, pro eo atque inter eos conuenerat, & fores aperire iuſſit, Nilammon: Agè uerò, inquit, Deo primùm precationem offeramus. Approbauit hoc Theophilus, & orationem peregit. Nilammon autem inter precandum uitam finiſt: idq; tum Theophilus, & qui cum eo foris ſtabant, ignorabant. Atq; ubi plurima diei pars præteriit, & clamorem eorum Nilammon non exaudiit, reuolutis ab oſtio ſaxis, mortuum illum repererunt: eumq;, ſicuti cõuenit, coopertum atq; compoſitum magnificè ſepelierunt. Super ſepulchro eius ciues precatoriam domum condidere, obitusq; eius diem ad hoc uſq; tempus feſtum læti peragunt. Ita Nilammon mortem oppetiit: ſiquidem mors dicenda eſt, quã ſibi ipſi potius precibus uotisq; exoptauit, quàm ut epiſcopus fieret, indignum ſe ea dignitate propter modeſtiam & ſummiſſionem animi eſſe ratus. Verumenimuerò rebus his ita geſtis, Theophilus ab omnibus damnatus eſt: qui hominum erga ſe odium eò etiam magis auxit, quòd rurſum citra diſſimulationem, nihil reformidans, libros Origenis eos in manibus habebat, quos paulò antè condemnauerat. Et interrogatum aliquando à quopiam, cur quæ antea abolenda iudicaſſet, ſcripta rurſum uerſaret: reſpondiſſe dicunt, Origenis lucubrationes prati inſtar eſſe, quod uarios & bene olentes flores proferat. Quapropter ſe B ſi quid in eis fructuoſum reperiret, colligentem decerpere: ſi quid autem ſpinoſum ſe ei offerret, id auerſari, & tanquam pernicioſum præterire, dixit. Hoc ſic Theophilus fecit, non ſatis Solomonis ſecum reputans dictum, quòd uerba ſapientum tanquã †boum ſtimuli ſunt, aduerſus quos calcitrare non oporteat eos quibus contemplationum & ueritatis ſtimulos ſentire contigit. Quas ob cauſas, in immenſa omnium condemnatione Theophilus fuit. Diuus autem Ioannes Conſtantinopolim reuerſus, in eum amorem & gratiam populi peruenit, ut cupiditate eum è throno ſuo docentẽ uidendi, magis atq; magis accenſi flagrarent. Conuenerunt autem eò propè ſexaginta epiſcopi, qui irrita eſſe quæ in Quercu acta fuerant, ſanxerunt, & Ioannem epiſcopatum nihil metuentem retinere iuſſerunt. Ita deinceps epiſcopalia munia obiens, clerum conſecrabat, aliaq; peragebat quæ epiſcopũ exequi fas eſt, eccleſiam quamoptimè adminiſtrans. Quo tempore etiam Serapionem, propter quem multorum in eum odium maximè accenſum fuerat, Heracleæ in Thracia epiſcopum fecit.

Nilammon electioni non aſſentitur.

Theophilus illum epiſcopũ cõſecrare uult.

Ante conſecrationẽ inter precandũ Nilammon moritur.

Inuiti olim ſancti uiri fiebant epiſcopi.

Theophilus malè audit, quòd libros Origenis à ſe dãnatos legit.

†βόεσσι

Profectò enim indignus eſt ſacerdotio, niſi fuerit ordinatus inuitus. l. ſi quẽquã. C. de epiſc. & cler.

Theophilus libros Origenis prato aſſimilat.

Publicum hominum in Theophilũ odium.

Communis omnium in Ioannem amor.

Sexaginta epiſcopi Conſtantinopoli cõgregati, Theophili acta abolẽt.

Serapion Heracleæ epiſcopus.

CAPVT XVIII.

ON lõgè pòſt bellũ aliud aduerſus Eccleſiam rurſum motum eſt, ab huiuſmodi initio. Statua argentea in porphyretici marmoris columna ſub nomine Eudoxiæ Auguſtæ in meridionali parte eccleſiæ, pro magni conſilij ęde, in ſublimiore loco chlamyde amicta ſtabat, non adeò propè, neq; adeò longè à templo cui Sapientiæ nomen eſt. Latior enim interce debat uia. Ad hanc plauſus & ſpectacula publica ſaltationum & mimicorum ludorum, ingentes̃que clamores edebantur. Ioannes autem cum eccleſiæ contumelia hæc fieri arbitratus, ſolita libertate dicendi ſua excitata, auream linguam aduerſus eos mouit, qui ludicris eiuſmodi nauabant: atq; in concione quadam uehementer eſt in eos inuectus. Imperatrix autem priores adhuc dolores in recenti memoria retinens, dicta ea rurſum in ſe contulit: & ira percita, ſynodum

Argentea Eudoxiæ ſtatua pro diuinæ ſapientiæ templo.

Varij generis ludicra apud hanc fieri ſolita.

In eã inuehitur Ioannes.

Eudoxia irascitur.

Liberrimæ Ioannis concionantis in Eudoxiam uoces.

synodum aliam cogi quamprimùm curauit. Ioannes porrò ubi id sensit, tantum abest ut uerba sua retractarit, ut apertius etiam in ecclesia alia proloquutus, ad iram illam acensus sit, quum decantatam illam & celebrem orationē in templo ad populum habuit, eiusmodi eam uerbis exorsus: Rursum Herodias furit, rursum turbas ciet, rursum saltat, rursum Ioannis caput in disco excipere festinat. Atq; illud insuper in Homilia quadam sempiterna memoria dignum usurpauit uerbum: An non semper ἐνδοξίαν, hoc est, ueram gloriam odi: ἀδοξίαν autem, hoc est, infamiam dilexi? De Iesabele & sacerdotibus turpitudinis historiam insuper adducens. Quod ubi ad aures Eudoxiæ peruenit, magnopere animum eius ira accendit. Breue intercessit tempus, & quùm alij plerique episcopi, tum Leontius Ancyræ minoris Galliæ, Ammonius Laodiceæ in Pisidia, Brisson Philipporum Thraciæ, Acacius Berrœæ in Syria, & nonnulli alij antistites affuere: apud quos causa prior renouata est. Ioannes autem magnum obtinens animum, petijt, ut de criminibus in medium productis quæreretur. Et iam natalis Christi festus dies instabat, atq; Imperator de more suo pristino in ecclesiam non uenit: & Ioanni denunciauit, non prius se in eius conspectum uenturum esse, quàm ille se de obiectis criminibus purgasset. Porrò ubi Ioannes se alacriter ad dicendam causam, quicunque eum accusaret, exhibuit, aduersarij eius timore capti, criminari eum ausi non sunt. Et episcopis uisum non est, denuò eum in iudicium trahere, cui qualicunque de causa thronus antea esset ademptus. Et quùm de rebus alijs inquirere supersederunt, tum ut de eo solo causam Ioannes diceret postularunt: Cur post abrogationem eius, synodi decreto & authoritate non intercedente, ipse sibi episcopatum contulisset, thronumq; inuolans conscendisset. Atque ubi Ioannes suffragia sexaginta, qui cum eo communicauerant episcoporum prætendit, Leontius & qui cum eo erant: Sed plures, dixere, erant, ô Ioannes, qui te condemnarunt. Et accedit, qui hoc fieri prohibet, episcopalis Canon. Tum ille: Atqui is non Ecclesiæ, sed Arianorum est canon, qui quum Antiochiæ aduersus ὁμοούσιον consubstantialis fidei professionem decertarent, & Athanasio per sycophantiam circumuento, ecclesiam Alexandrinam adimerent, rerum mutationem ueriti, canonem istum ediderunt: hoc præcipuè magno studio agentes, ut ea quæ ipsi contra illum insidiosè machinati fuerant, ne scilicet malicia eorum & improbitas deprehenderetur, in disquisitionem non uocarentur. Contra hæc uerba illi quum nihil dixissent, condemnationis sententiam in eum tulere. Ille decreto eorum cognito, conuentus in ecclesia amplius non egit, sed in episcopali domo tacitus permansit. Quadragesimæ uerò diebus exactis, ipso magni sabbati die, missis ad Ioannem quibusdam, Imperator ei, ut de throno tandem à duabus synodis exauctoratus descenderet, significauit. Ibi magnus ille uir: Ego, inquit, à Seruatore ad episcopale munus uocatus, thronum non relinquam. At si tibi, ô Imperator, hoc ita uisum est, ui me inde deturba. Illi uerò, ne graue quicquam rursus accideret metuentes, tum quidem eum in domicilio manere passi sunt. Quum autem ipse ibi quietè ageret, qui partium eius erant, ab ecclesia, unde electi fuerant, secedentes, ferias Paschales in publico lauacro, cui Constantianum nomen est, celebrarunt. Cum quibus episcopi multi, & presbyteri, alij que ecclesiastici ordinis, ab eo tempore uarijs in locis conuentus agentes, Ioannitæ sunt cognominati. Sacra uerò ea nocte, quam luculentus Paschæ feriarum dies consequitur, Imperator episcopis conuocatis, quid facto opus esset, & an ea quæ sic gererentur, Deo placita essent, interrogauit. Qui uno ore simul omnes exclamarunt: In capita nostra abrogatio seu condemnatio Ioannis redundet.

Cogitur episcopi eius aduersus Ioannē conuentus nouus.

In conciliabulo ipso Ioannes condemnatur.

Criminis loco ei obiectum, quòd post exauthorationē eius, ipse sibi episcopalē dignitatē authoritate propria uendicasset.

Canonem Arianum Ioannes refutat.

Ioannes episcopali administratione super sedet.

Episcopalis Ioannis ad Arcadium uox, ad martyriū obeundū parati.

Ioannis sectatores ab Ecclesia seiuncti, suos sibi conuentus egere, Ioannitæ appellati.

Idem uerbum usurpauit Ambrosius apud Valentinianū iuniorē. lib. 12. cap. 19. Thermæ Cōstantianæ.

A redundet. Sectatores porrò Ioannis in eo quod diximus lauacro illustrem resurrectionis Christi ad lucernas peragentes conuentum, perquàm grauiter à Ioannis inimicis, dissolutis q; & improbis quibusdam, qui eos aggressi fuerant, sunt accepti. Qua de re quid opus est dicere, quum eam eius ipsius aurea lingua accuratissimè commemorare liceat? Qui enim generosè ea mala pertulit, uerè quoq; ea referet. Igitur ad Innocentium urbis Romæ episcopum, de rebus suis scribens, hæc quoq; addit.

Ioannitæ in publico lauacro pernigilij Paschale agentes, ab aduersarijs malè accipiuntur.

CAPUT XIX.

Querela Ioannis ad Innocentiū Ro. episcopum, quomodo sint ex ecclesia Constantinopoli sint eiecti.

„ VOmodo uerò tandem quæ sic acta sunt, & tragœdiam omnem longè superant, explicem? Quæ oratio ea recenseat? Quæ aures sine horrore excipiant? Quum enim nos ea quæ antea diximus, prætendere„ mus, militaris manus confertim ipse magno Sabbato die iam ad ue„ speram uergente, in ecclesias irrumpens, clerum omnem unà nobiscum per uim * eiecit, & armis baptisterium circumuallatum est, & mulieres eo tempore in æ„ dibus sacris propter baptismum uestibus depositis, nudæ, præ timore grauis „ ciusmodi impressionis profugere: neq; eis honestum suum habitum, qui fœmi„ nas maximè decet, sumere, sęq; amicire permissum est. Multæ uerò uulneribus „ etiam acceptis expulsæ sunt. Lauacra ipsa sanguine repleta, & sacri latices pur„ pureo sanguinis colore infecti. Verùm ne in hoc quidem ærumna hæc consti„ tit. Sed ubi † sanctum repositum est, eò milites ingressi: quorum nonnulli, si„ cuti accepimus, Christianis sacris initiati non erant, penitius omnia perlustra„ runt: & sanctissimus Christi sanguis, in tanto scilicet tumultu, in eorum qui di„ cti sunt, militum uestimenta effusus, omnia denique perinde atq; in barbara ca„ B ptiuitate per audaciam acta sunt. Plebs ad solitudinem eiecta, & populus uni„ uersus extra urbem egit. Ecclesiæ in tanto die festo uacuæ hominibus fuere: ac „ plures quàm quadraginta episcopi nobiscum communicantes, unà cum popu„ lo & clero præter causam omnem pulsi sunt. Vlulatus et luctus passim in domi „ bus & solitudinibus auditi, & quæuis urbis pars calamitatibus hisce repleta est. „ Nam propter immensam iniuriæ tantæ immanitatem, non solum qui eam fere„ bant, uerum etiam qui nihil tale sustinebant, nobiscum doluere: nec qui nostræ „ opinionis sunt modò, sed etiam hæretici & Iudęi, & Græcæ superstitionis cul„ tores, non aliter quàm urbe ui & armis capta. Adeò in tumultu & turba & plan„ ctu erant omnia. Atq; hæc quidem audacissimè, præter uoluntatem & senten„ tiam pijssimi Imperatoris, noctu sunt acta, episcopis procurantibus, atq; in lo„ cis omnibus militarem manum ducentibus, & belligerantibus: quos non pu„ duit campiductores pro diaconis anteambulones habere. Die porrò exorta, „ ciuitas tota extra muros secessit, sub arboribus & in syluis, ueluti oues dispersę; „ ferias Paschales celebrantes. Hæc aurea illa lingua. Cæterùm ciusce modi fru„ ctum ipso Paschæ festo die boni illi pastores, quibus animarum cura & præfectura credita est, ei qui à mortuis resurrexit, obtulerunt. Quid uerò prætera factum? Mandata passim diuulgata, quibus populo Ioannis nomine & communione interdicebatur: quæ sanè longè diuersum habuere exitum. Plurimum namq; eos qui affligebantur, confirmabat, quæ uidelicet Dei lex & constitutio est, & eiusmodi temporibus dispositione quadam præcipuè exercetur.

† οὗτοι τὸ ἅγιον ἐκίνησαν. Vtraq. sacræ eucharistiæ species in loco sacratiore templi seruata.

Luctus ubiq; pauor, & plurima mortis imago.

Quapropter & ecclesiæ ipsæ, & eorū qui Ioanni cupiebant numerus, in horas augebatur, & incrementum maximum sumebat.

Excusatur Arcadius.

Culpa omnis in episcopos tyrannicos conferturi

Interdicitur populo nomine & communione Ioannis. Ioannitarū uerò numerus magis etiā magisq; augetur.

Vbi

* *Tempore Paschali præcipuè olim Catechumeni baptisabantur, per hebdomadem totam, sicuti & per septimanam Pentecostes: Beatus Rhenanus hoc obseruauit, in Tertull. annotationes scribens.*

CAPUT XX.

A

Episcopi ab Arcadio petunt, ut Ioannem extorrem urbe faciat.

Discreta sunt politica & ecclesiastica munia.

BI autem Pentecostes dies aduenit, episcopi rursum Imperatorẽ adierunt, eumq; uerbis hisce sunt aggressi. Tibi quidẽ humanorũ negociorum administratio à Deo, nobis autem ecclesiasticarũ rerũ procuratio cõmissa est. Itaq; ne tu uel sacerdotib. sacer magis, uel canonibus rectior & equabilior esse uelis: sed nobis episcopis Dei, taliũ rerũ cura cede. Dixi mus enim antea tibi, & nunc iterum repetentes dicimus, in capita nostra condemnationem Ioannis redundare debere. Quapropter te considerare æquum est, ne unum hominem defendens, non exiguam multitudinem perdas. Hæc ubi dixere, confestim ille ad Antistitem misit, qui ei indicarent: Accusatores tui propter iudicium tuum, quomodocunq; se id habeat, & condemnationis tuæ sententiam, capita ipsi sua deuouerunt. Proinde causa tua Deo commissa, ab ecclesia discede. Quid hoc rei est, uirorum omnium leuissime, & ad imperium administrandum ineptissime atq; inconsideratissime? Vbi est pristinum illud studium tuum, & ardor, quem tum obtinuisti, quum ex ipsa Antiochia uirum tantum euocasti, eiq; Ecclesiam Christi regendam attribusti? cuius non solum doctrinam, uerumetiam uirtutem plurimam expertus satis es? Tantum igitur, & tam animo tuo charum uirum, temerè adeò ecclesia eiectum, exilio mactas: Ecclesiam Christi rectore tanto orbans? cum quo, iuxta diuinum Paulum, ut comparetur, uniuersus mundus dignus non est? Sedenim te quoq; mulier seduxit, miserandumq; in modum faciles aures tuas titillando decepit. Quemadmodum enim Eua per serpentem, primo generis nostri authori: sic & tibi per sodalitatem bonorum istorum episcoporum, illa clàm uenenum immisit. Hæc ubi magnus ille audiuit, non degenerem se exhibuit, sed uirum præcipue esse ostendit. Cum episcopis enim qui cum eo erant, in diuinum sacrarium ingressus, B ubi angelo Ecclesiæ, quæ opus erat, commendauit, & ad illos quæ conueniebat, proloquutus, & ut constanter fidem retinerent eos cohortatus est, secum ipse, quomodo absq; tumultu urbe egrederetur, dispexit. Iam enim multitudo confluebat, ut eo uiro orbaretur, haudquaquam commissura. Iumentum igitur quod conscensurus erat, Occidentali porta abduci iussit, ipse autem Orientali exijt. Episcopos porrò & sacerdotes, qui ad eum conueniebant, plorantes atq; lugentes admonuit, ne spiritum eius affligerent, sed res præsentes boni consulerent, nec ab ecclesijs discederent. Per multas tribulationes parandũ esse regnum cœlorum, docens. Atq; ibi ex illis sermonẽ eius excipiens quidam: At, inquit, si in magistratibus ecclesiarum permanserimus, necessitas nobis, ut cum ecclesia tibi aduersante cõmunicemus, & condemnationi tuæ subscribamus, incumbet. Tũ magnus ille, maius quiddã quàm pro hominis captu cogitans, & occasionẽ schismatum & dissidiorum in ecclesia præcidens, uoce summissiore subintulit: Vt quidem cum aduersarijs meis communicetis, cõcedendum uobis esse duco: ut autem abrogationi meæ calculum uestrum adijciatis, non permitto. Nullius enim rei, cur cõdemnatione dignus sim, mihi cõscius sum. Hæc proloquutus, in sacrum baptisterem ingressus est. Atq; ubi ad beatã Olympiadem, eiusq; sectatrices peruenit, uehementer propter orbitatẽ & abitionẽ eius plangentes, consolatus illas est, easq; se amplius non uisuras esse prædixit. Alijsq; plurimis uerbis inter festinandũ cõgestis, postremò & illa addidit: Hoc à uobis, inquiẽs, postremo loco peto, ne quid de solita uestra circa Dei templũ, cui assidetis, assiduitate & fide remittatis. Et quicunq; thronum hunc conscenderit (haudquaquam enim Ecclesia episcopo prorsus carebit) ut ei ipsi non minus atque mihi capita uestra inclinetis, & dilectionis meæ in orationibus uestris memineritis.

Expostulatio cũ Arcadio.

Ecclesiæ angelus.

Discessus Ioannis ex urbe Constantinopolitana.

Extrema eius ad episcopos & amicos mãdata.

Valedicit sanctæ Olympiadi, & sanctimonialibus eius.

Talibus

A Talibus uerbis dictis, Orientali exiuit porta: nihil aliud quæstus, quàm quòd iniquè cõtra leges per uim expelleretur, iudicio uidelicet sibi denegato, quod legibus, adulteris quoq; & homicidis & maleficis daretur. Cæterùm ad mare deductus soluit, & celoce paruo in Bithyniam inexhaustum sapientiæ pelagus tra iecit: atq; inde iter cœptũ prosequutus est, ad oppidulum Armeniæ quoddam, in finibus imperij Romani, ad os Ponti, in solitudine ingenti situm (ô uindicta & lex Dei) impiè abductus, Imperatoris literis ad eum locum inhabitandum cõdemnatus. Vernaculum oppidi eius nomen Cucusus fuit. Insidiatorũ uerò eius manus secum ipsa reputans, populum Dei qui in ecclesia erat, si factũ id rescisceret, rursum illum prosequuturum, uimq; adhibiturũ, & uiro magno ut rediret, persuasurũ esse, alius alium præueniendo, templi postes clauserunt. Vt autem qui in plateis ambulabant, quiq; extra templum circumcirca stabãt, rem eam cognouerunt, partim quidem quàm potuerunt celerrimè ad mare, comprehensuros se esse bonum pastorem existimantes, properarunt: partim uerò timore perciti, fugerunt, seditionem & tumultum grauem, Imperatoris etiam iram metuentes. Qui uerò ad templi custodiam constiterant, magis etiam magisq; exitus ipsos, ad quos multitudo alijs alios inter se protrudentibus confluebat, obstruxere. Et uix tãdem ingẽti & aduersa repressione turbarum, à tergo postibus imminentium, quarundam etiam saxis fores confringentium, magna uiolentia, ædes sacræ apertæ sunt, & populus confertim ad mare percurrit. Postquàm uerò illum ibi consequuti non sunt, sed in mari fluctus multa celeritate secantem uiderunt, & armati quidam ex Imperatoria cohorte ibi præstò fuere, qui modis molitionibusq; omnib. hominũ impetũ inhibebãt, illi ueluti re desperata, uitam potius quàm illum amittere uoluerũt. Atq; ubi orbitatem suam & boni pastoris abitionem uehementer deplorarunt, & lachrymarum ui cum fluctib. decertarũt, B mœsti atq; flentes, quantum oculis consequi potuerunt, nauiculam intuiti, tandem ægrè in in urbem sunt reuersi, cum eo planctu, quem nemo unq; à seculo hominum uel uidit uel accepit.

Queritur Ioannes iniquè sibi iudicii legitimi esse denegatum.

Ioannes Cucusum ad exilii condemnatus.

Trepidatio tumultuosa multitudinis.

Populus ad mare procurrit.

Summus eius planctus & luctus.

CAPUT XXI.

ILlud porrò luctu conturbatus parum abfuit quin præterirem, quod certò argumento manifestoq; indicio est, cùm improborũ illorũ malitiæ & iniquitatis, tum diuinæ de magno illo uiro curæ atq; prouidẽtiæ. Malignum namq; conciliabulũ illud, quando quidẽ cædem etiam eos super alia patrare oportebat, seruum presbyteri cuiusdam Elpidij nomine, quinquaginta aureis dextra eius conducta, ad cædem sancti uiri summiserunt. Cuius quum accelerati ad episcopalem domum cursus causam quidam ei fortè obuius requireret, eumq; ut potuit retineret: ille nullo responso dato, statim hũc ense transuerberat: deinde alterũ quoq; iugulat, qui ad primi illius ictum exclamauerat. Tertium insuper confodit. Et quum, sicuti fieri solet, tumultus & uociferatio exorta esset, ille tamen uiolenter effugit: multisq; eum persequẽtibus, atq; clamoribus signisq; denunciantibus, ut percussor in fuga exceptus comprehenderetẽ, ex balneo quidam post lotionem casu quodam progressus, hominẽ comprehẽdit. Verum & hic quoq; confestim pugione ictus concidit, & mortuus est. Vbi autem in partes omnes profugiens, à multitudine, quæ eum circumdedit, captus est, in Imperialem domum eum illa abduxit. & cùm ab eo, qui unus ex eis qui Ioannem odissent esset, tum ab eis qui illum ad facinus tantũ produxissent, pœnas sumendas esse flagitauit. Præfectus uerò hominem suscepit, ueluti ad supplicium eum cõseruaturus, clamoremq; plebis compescuit. Alius quoq; dæmonio agitari se assimulans, pugionẽ manu tenens ad cædem sancti uiri se parauit: sed scelere non-

Percussor Ioannis subornatus.

Plures cædes percussoris patrat.

Alius itẽ percussor subordinatus.

dum patrato cõprehensus, tanc̃p ad flagitiũ id mercede conductus, ad præfectũ A

Eum ipsum Ioannes à supplicio liberauit.

itidẽ abductus est. Priusc̃p aũt tormenta illi adhiberentur, Ioannes missis qui cũ eo erant episcopis, supplicio eum exemit, quòd neminem sua causa pati quidc̃p uellet. Accidit quoc̃p aliud quiddã, quod sanè prouidẽtiæ Dei factũ extitit, mi-

Incendiũ ecclesiæ, quum Ioannes in exilium iret.

nistri aũt eius esse uisum est, id hic ad terrorẽ & commotionẽ hominũ præcipitã ter audacium & temerariorũ, quantũ potero exponam. Eo namc̃p die quo magnũ ecclesiæ sidus ueluti occidens, in exiliũ abijt, ignis ex medio throno, in quo doctrinæ illa lux considens coruscauerat, à nemine cõiectus, emicans derepentè per sacras catenas in sublime prorepsit, et ecclesiã ex omni parte carpsit, eam̃c̃p prorsus percurrens depastus est: deinde tecto quoc̃p consumpto, ad tergum sacrarum ædiũ conuersus, & uehemẽti uiolentoc̃p inde uento exceptus, proximã

Senatus curia quoc̃p cõflagrauit.

meridiẽ uersus Senatus curiã, quãuis longiusculè dissitã, inuasit. Cernere erat rẽ diuinã ferè, & ualde admirandã. Flãma nãc̃p ueluti animata esset, ædificia quæ in medio erãt præteriẽs transilijt, ne uidelicet proxima quæc̃p carpẽdo, humanũ id quispiã factũ esse putaret. Tribusc̃p horis opus tantũ, quod longo durasset tem-

Ex Ioannitis aũt quidam eo ipso die ecclesiã incẽderũt. Socrates libro 6. cap. 18.

pore, materia quidẽ lõgè pretiosissima, forma aũt multo pulcherrima constructum, ad excidiũ uergẽs conflagrauit. Porrò incendiũ hoc proserpens, ædificijs omnib. in circuitu consumptis, ab ædicula ea sola se abstinuit, ubi sacra uasa sunt asseruata. Ac ne id quidẽ absc̃p diuino numine factũ esse puto, ut ne calũniatoribus occasio esset, sacrarũ rerũ iactura insignẽ sycophantiã suẽdi, uirumc̃p sanctũ per reprehensionem carpendi. Flãma quæ circiter crepusculũ grassari cœperat, ad auroram usc̃p, & ulterius progressa, materiã quæ reliqua adhuc erat, occupauit, & cõbusit.

In templi conflagratiõe sacrorum uasorũ ædes intacta permansit.

CAPUT XII.

Persequutio Ioannitarũ, ueluti ipsi incendij tales authores fuissent.

SEdenim homines peruersi, quum id quod æquum erat cõijcere atc̃p B intelligere inde deberẽt, occasione potius alia arrepta, Ioannis fauto res criminati sunt: atc̃p in eos, ueluti illi grassati incendiũ id excitassent, grauiter animaduerterunt: multosc̃p episcopos, nec paucos sacerdotes et clericos, aliosc̃p itẽ qui in Ioannis partib. erãt, et cum eo urbe exierãt, statim cõprehensos, Chalcedõe in uincula cõiecerunt. Alij porrò in urbe passim obãbulãtes, si quis eis ut Ioannis studiosus indicatus esset, eũ quoc̃p citra morã rapuerũt, atc̃p custodię mãdarũt, & ut anathemate uirũ sanctũ feriret coegerũt. Alios aũt quib. ecclesia malignantiũ exosa erat, exilia, bonorũ cõfiscationes, neces & tormenta uaria disiunxerũt. Erant aũt isti, episcopi & sacerdotes, & monasticæ philosophiæ sectatores. Oportebat etenim pastore bono impiorũ manib.

Ex Ioannis sectatorib. quidam in exiliũ missi, & grauissimè tracta ti.

tradito, oues quoc̃p dispergi, & earundẽ cum magistro ærumnarum participes fieri. Itac̃p alij custodias proximas compleuerunt: alij in ulteriorem missi continentem, uastũ traiecere mare, insulas inhabitaturi, quum quidem multis prius tormentis essent affecti. Quæ uerò illis in profectione aduersa acciderint, quæ nam oratio tragicis uerbis exposuerit? Feris eĩ & improbissimis commissi hominibus, crudeliter & inhumaniter ab eis sunt tractati: nec̃p eis quapiã in re est parsum. Et nonnulli quidem præter commiserationem omnem in uia ita tractati sunt. Nonnulli uerò sine amiculo clitellarum instar nudis iniecti sunt mulis, haud aliter c̃p hostiæ aut uictimæ in caput deorsum uersum sublati. Despicientiã uerò, cõuicia, ludibria, graues sannas, illusiões, quæ acrius animũ penetrãt, aũt plagas, & alternata flagra, quæ mortẽ optabiliorem reddidere, quæ uerba satis expresserint? Et c̃p in horũ pudore & infamia sibi delicias facerent, in lupanaria, atc̃p alia fœdissima domicilia, & nõ in sacras ædes diuerterũt, alijs ue idoneis locis hos incluserunt, execratione pleni homines. Quæ tamen parua prorsus & pro nihilo potius isti habuere, c̃p ut à Ioannis partib. seiungi se paterent. Quod si non-

Ioãnitæ quidã in solos prosternerunt locos.

A si nõnulli eorũ pfugere potuerũt, nihilominus ipsi à se ipsis pœnas sumpserunt, ad loca sola inuiac̃p & extremas ad oras seipsos cõdemnantes. Cum feris quippe illi, c̃p cum hominib. tam agrestib. & truculentis, habitare maluerũt. Eiusmodi iniuriã seu iniquitatẽ summopere Europæ detestati sunt episcopi. Nam ab eorũ qui talia admiserant communione discreti, in partib. suis constitere. Illyrici quo

Aegerrimè tã tã indignitatẽ tulere episcopi Occidentales.

que, & plurimi in Oriente episcopi, factionis Ioannis fuerunt, ecclesiæ autẽ corpus non diuiserunt. Et magno hoc patre defuncto, episcopi Occidentales non prius Aegypti, Oricitis, Bospori, & Thraciæ episcopos ad cõmunionem suã admiserunt, quàm nomen diuini illius uiri in mortuorũ episcoporũ catalogum retulere. Sed nec̃p Arsaciũ successorem eius cõpellatione sola dignati sunt. Quin & Atticum, qui Arsacio substitutus est, & legationes multas ad eos misit, sepec̃p per pacificationem conciliari eis studuit, longo pòst tempore susceperunt, ubi magni uiri nomen sacris tabulis inscripsit, Sicuti paulo pòst dicemus.

Ioannis nomen in episcoporũ album relatũ.

CAPUT XXIII.

Optatus urbi præfectus quæstionẽ crudeliter de incẽdijs habuit.

EO tempore maximo excitato motu, quoniam plebẽ quietã deinceps per seditionem nihil moturam esse constabat, urbis præfectus Optatus publicè pro tribunali de incendio hoc, & quæ conflagrauerat Senatus curia, quæstionẽ exercuit, multosc̃p eo sub prætextu grauiter torsit. Quod enim superstitionem Græcã profitebaẽ, in nostris malis ueluti delicias consectans, & ecclesiasticis cladibus illudens, casu eo delectabaẽ, & presbyterum quendã cui nomen erat Tigrius, arripuit: eic̃p uestibus detractis, nudo flagris in tergo plagas intulit: et eousc̃p hominem excarnificauit, donec articuli eius soluerentur. Manib. enim pedibusc̃p arctè uinctus, quàm maximè fieri potuit, di

Presbyter eunuchus. Tigrius exsecruo presbyter, grauissimè eo nomine tortus

B stentus est. Tigrius uerò iste genere barbarus quidẽ, & eunuchus nõ ab ipsa natiuitate fuit. Et quoniã in herili domo, pro eo atc̃p debuit, seruitutẽ seruijt, præclariorem quàm pro serui captu laudem sibi comparauit. Quapropter libertate donatus, propter morum humanitatem & modestiã, multo intercedente tempore ad presbyteri euectus est dignitatem. Erat namc̃p moderatus admodum, & æquabilitate uitæ insignis. Erga indigentes, si quis alius, & ipse ualde commodus, & in hospites qui ad eum diuertissent, benignus. Deinde Eutropius etiã lector productus est, cũ quasi incẽdiarius per indices delatus fuisset. Et primùm quidẽ boĩs distentis sæpius tortus est, postea autẽ ei fustib. & clauis ossa comminuta, ungulis deinde membra, latera, & maxillæ concisæ, postremò flammã accensam inferioris corporis partib. is excepit. Atc̃p ubi nihil est confessus, post eos qui dicti sunt cruciatus custodiæ inclusus est, quũ iuuenis & tenero maximè corpore esset. Vbi etiam correptis putredine mẽbris, breui uitam finijt. Verũenimuerò graue mihi non fuerit, somniũ quoc̃p quod de eo accidit, historiæ huic attexere. Sisinio namc̃p episcopo dormienti, astitere uisus est uir quidam forma & proceritate illustri, habitu etiam honesto & graui, ad sanctiorem sacrificij aram tempi, quod Stephano protomartyrij dicatum est. Consternata uerò admiratione mente eum esse apparuit, quòd uiros bonos non inuenerit, cuius rei gratia totã perambulauerit urbem: & quòd in tanta proborum hominũ penuria solus præclarus esset Eutropius. Hac uisione propter nouitatem rei Sisinius ad stuporem redactus, celeriter consurrexit: & cuidam presbytero, qui sub eo erat, somniũ exposuit: eundemc̃p per urbem circumeũtem, si alicubi Eutropius quispiã adesset, inquirere iussit. Atc̃p ille coniectura ductus, eum confestim esse dixit, qui nuper diutissimè illata in quæstiõe sibi à præfecto tormẽta fortiter pertulisset. Et in ipso carcere diligẽter, si quis ibi Eutropius nomine esset, inquisiuit: quẽ ubi inuenit,

Egregia presbyteri laus.

Eutropius lector quoc̃p ueluti incendiarius excarnificatus.

Eutropius in carcere expirat.

Sisinij episcopi Nouatiani somnium de Eutropio.

colloquutus cum eo, et Sisinij somnio commemorato flens, ut pro se precaretur, A ab eo petijt. Hæc de Tigrio & Eutropio.

CAPUT XXIIII.

De sancta Olympiade diaconissa.

INhisce ecclesiasticis calamitatib. uirilis admodũ animi specimen exhibuit beata Olympias, diaconissa, quæ uel solo nomine satis est clara & manifesta. Facerẽ uerò historiæ huic iniuriã, nisi eius quoq; res referrem, cuius semel iam atq; iterum mentio est facta. Sed laxãda uenit oratio, ut nos uirtutib. quoq; eius oblectemus. Genere ipso parentib. præclaris orta fuit, diuitijs, formę uenustate, & omnib. uitæ ornamentis percũ illustris. Et collocata quidem illa uiro in matrimonium est, nõ tamen prorsus uirginitatis cœlibatu orbata. Viginti namq; mensib. in coniugio cum illo exactis, postq; eum ei mors ademit, quancũ ea esset ętate, ut secundas nõ dehonestaret nuptias, pudicitiã tamen cõplecti, atq; in ea per uitã acquiescere maluit. Et cum Imperator eam ad cognatorum suorũ connubium alliceret, præmiaq; & honores conuenientes deferret, nihilomnius tamen illa persequendum sibi esse cũ maximè iuxta ecclesiæ constitutiones philosophandi genus duxit. Proinde delicias omnes repudiauit, alieniores eas esse à præstantib. nobilitate fœminis rata. Et quum abstinentię se nõ cibi tantum, sed & somni, & crassiorum materiæ affectionum seu perpessionum dedidisset, tam accuratè corpus exercuit, ut administro illo, non insidiatore usa sit: pudicitiã uerò non modò in cõtactu quorumcunq; sensuum, sed in mente ipsa constitutã habuit. Tum autem cum domina facultatum multarum esset, primùm quidem prout sors tulit, petentibus eas distribuit. Quũ uerò eam hoc sic facere insigne ecclesiæ lumen Ioannes uideret (Nectarius enim eam B diaconissam legerat) Consilium sanè, inquit, & institutum tuum, ô mulier, de uanis hisce mundi rebus admiror. At dispensandi largiendiq; modum tenere eum oportet, qui ad perfectæ uirtutis fastigium cõtendit. Ac tu quidem, quæ habentibus substãtiam tuam distribuis, mari ipsi aquã inferre & mutuã dare uideris. Illud autem te maximè spectare decet, quandoquidem tua spõte Deo ipsi bonis tuis cessisti, & dominio possessionisq; pecuniarum renunciasti, ut eas de cætero ueluti diuini iuris factas, rectius maiore cum æquitate dispenses, obnoxiãq; te rationi reddendæ, si quid de eis præter rationem factũ fuerit, esse scias. Itaq; libertatem, si mihi obsequêris, petentium indigentia metiêris. Plures eñ hoc modo abundabunt, & misericordiã simul & dispensationis curam, quam in diuina pecunia cõsectari cõuenit, conseruabis, cõpensationemq; & gratiam cõgruentem consequêris. Ex eo igitur tempore in solam sanctorum curam opes suas impendere constituit, & liberali manu uirtutis amatores prosequuta est, largitiõe, conueniẽti cum hilaritate usa. Ac multos illa quidem alios propter excellentem hospitalitatem liberaliter & benignè excepit: in primis aũt in Theophilo, amicum illum & charum Deo esse rata, magnanimitatem suã ostendit: quamuis & ipsã improbitatem & cõtumelias linguæ eius nõ effugit, ob causam illam, q; & Dei amantes uiros illos Ammonium & Isidorum hospitio excepit, eisq; benignè fecit. Et cùm qui piè secundũ Deũ uiuerent omnes honorauit, flagrãtiq; animo illos cõpetenti cura dignata, eis inseruiuit: tũ præcipuè Chrysostomo patri addicta, & familiaris cũ maximè fuit, tota ex illius nutu & ore pendens, & uestes, atq; cibum crassæ huius materiæ expertem, cultumq; illum pro eo atq; decuit ritè parans, nec non in alijs rebus omnib. ei inseruiens, & quodammodo perinde atq; Thecla altera Paulũ cõsequens. Sedenim incendij huius prætextu & ipsa tum ad præfecti tribunal cõstitit. Atq; illo interrogãte, quid ita tandem Christianorum ecclesiã incendisset? composito placidoq; animi statu illa: Nõ hoc, ait, ô præses, ui

Viginti mẽsib. in matrimonio uixit. Secundas nuptias non attigit.

Continentia eius.

Substãtiã suã distribuit.

Ioannes Olympiadi eleemosynæ dandæ modum præscribit.

Pecunia eleemosynæ destinata diuini iuris est.

Theophilo Alexãdrino Olympias benignè fecit. Ammonio quoq; Longo, &c.

Eadem Ioãnis ministra.

Olympias altera Thecla.

A ses, uitæ meæ institutũ est. Substantiã eñ, quod ipse quoq; nosti, meã nõ exiguã, ferè omnem in sacrorũ fanorum structura insumpsi. Vbi uerò ille subobscurè se illius uitam scire significaret, Olympias: Proinde iudicis munus, inquit, relinque, accusatorisq; personam sume, & alius nobis detur iudex. Porrò quoniã crimen obiectum testimonijs cõfirmare non potuit, eamq; legitimè arguere non licuit, ad alia sensim præfectus transijt. Et quasi consiliarij locum suscepisset, eam reprehendit, quòd Ioannis necessitudinem retineret, & propterea ecclesiæ communionem non reciperet; cum ei resipiscenti facile esset, negocio molestiaq; omni liberari. Verùm beata illa nefas esse dixit, eam quæ publicè per sycophantiam delata, & in iudicio de crimine obiecto non cõuicta esset, ad alterius rei, quæ in crimen atq; iudicium non ueniisset, causam dicendam transire. Quod si tibi, inquit, uidetur, iube me patronos producere criminũ eorum, quæ proximè mihi sunt intentata. Nam si cogere uoles, ut me contra leges synaxis & cõmunionis, cuius minimè decet, participem faciã; facturam me non esse scito, quæ eis facere permissũ non est, qui piè sibi uiuendum esse statuerunt. Præfectus postq; intellexit, persuaderi eam, ut cum ecclesia cõmunicaret, non posse: tum quidem ille scilicet eam aduocatos sibi quærere permisit. Alio uerò tempore in ius citatam, magno auri pondere per cõdemnationem mulctauit: sententiam eam suam, ob causam talem, mutaturam esse arbitratus. Cæterùm illa hæc pro nihilo duxit, neque quidq; de proposito consilio suo remisit. Quocirca Constantinopolim etiã reliquit, & Cyzicum, ut ibi degeret, se contulit. Deinde uerò ex eo loco ad exiliũ in Nicomediam Bithynorũ est damnata. Abundè uerò res necessarias Ioanni exulanti suppeditauit, adeò ut ille ex ea liberalitate multorũ quoq; inopiam subleuaret, & non paucos ex Isaurorum captiuitate redemptos suis restitueret. Ibi cũ B illa annos plurimos trãsegisset, tentationũq; procellas & afflictiones uarias egregio in Deũ amore fortiter sustinuisset, patientiæ tandem coronam suscepit. Monasterium quod Cõstantinopoli cõstituit, Marinę cognatæ suæ relinquens, eam monasterij regulam inuiolatam conseruare iussit. Fuit id prope sanctæ Pacis & Verbi Dei Sapiẽtiæ pristinũ templũ: & usq; ad seditionẽ eamq; Nikæ, hoc est, Vince dicebaẽ, durauit. Tum uerò Sapiẽtiæ templo exusto, & ipsum conflagrauit. Cæterùm maximo eo longe pòst templo restituto, monasterium hoc pristinam quoq; recepit uenustatem, atq; ad ueterem restitutũ est dignitatem, Sergia ei præsidente, quæ etiam beatæ huius fœminæ uitam conscriptã reliquit, in qua illud quoq; eam commemorantem audire licet: Quòd postquam Nicomediæ sancta Olympias diem suum obijt, priusquam sepulturæ mandaretur, temporis eius Nicomedienſi episcopo in somnis præceperit, ut uenerãdas reliquias arculæ impositas alto mari committeret, & quocunq; locorum illa cursum teneret, ibi corpus eius sepeliretur. Id ab episcopo factum, & arca ad maritimum locum delata est, ubi apostoli Thomæ delubrum positum est: ab incolis locus is Brochti dictus. Ibi diuina uisione admoniti qui regionem eam incolunt, exierunt, & sacras illius reliquias ad sanctiorem sacrificij aram reposuerunt, quas innumerabilium morborum cura, dæmonumq; expulsiõe, alijsq; prodigijs, quæ supra hominũ opinionem ibi sunt exhibita, Deus dignatus est. Memoriæ quoq; proditum est, postea incursione hostili templũ hoc Apostoli incensum esse, & q; reliquiæ istæ prope maris undas sitæ essent, arcam quidem igni consumptam, ipsas autem in fluctus maris proiectas esse. Quo uerò loco illæ erãt, undam ipsam cruentam constitisse, Deo ueluti exhibente martyris illius confessionem. Sergium porrò, qui tum patriarcham gesserit, Ioannem presbyterum eò misisse: cumq; sacra eius ossa collecta, monasterio illius intulisse, quod ipsa (sicuti dictũ est) loco

Prudenter admodum Præfecto ad obiectiones respondet Olympias.

Eadem apud Præfectum tanquã incẽdiaria causam dicit. Reiectio iudicis suspecti.

Olympias non persuadetur, ut cum perfequutoribus Ioãnis communicet. Eã ob causam à Præfecto mulcta ei dicitur.

Olympias Nicomediæ exulat.

Monasterij sanctimonialium regula.

Obitus eius. Monasterium suum Marinæ cognatæ suæ Constantinopoli reliquit. Seditio Cõstantinopolitana pinæ. Sergia monasterij Olympiadis præses. Miraculum in cadauere Olympiadis.

Brochti. Sepultura Olympiadis.

Sergius patriarcha Constantinopolitanus.

Reliquiæ eius Cõstantinopolim perlatæ.

medio inter duo Sapientiæ & Pacis templa excitauit. Presbyter, quẽ diximus, A cõfirmauit, quum reliquias eas colligeret, magnã uim sanguinis se super eas scaturientem uidisse, adeò ut uestem quoq; eius contigerit, atq; inde defluxerit. Eadem alius quoq; uidit. Et cum multi confluerent homines, sanationes mirificæ exhibitæ sunt, dæmonibus plurimis eiectis: quorũ unus talo mulieris incubans, abactus est. Hæc de beata Olympiade.

Sanationes mirificæ apud eas reliquias.

Dæmon talo mulieris incubans.

CAPUT XXV.

De sancta Nicareta uirgine.

ERant autem aliæ quoq; plures eodem cursu cum illa cõcertantes, eademq; erga magnũ patrem charitate flagrantes: quarũ una bona admodum fuit, Nicareta Bithyna, nobilibus maximè parentib. apud Nicomedienses orta. Genus ei præclarum erat: perpetua uerò uirgi nitate & reliqua uitæ uirtute ualde celebris. Fastu prorsus caruit, humilitate inter eas quæ idem studiũ sequebantur, præcipuè insignis. Ordinem in moribus, sermone & uita quotidiana seruauit. Res humanas ad mortẽ usq; diuinis posthabuit. Ad fortitudinem quoq; cõposita fuit, & rerũ difficultates facilimè pertulit. Et quòd diuitiæ multæ ei ablatæ essent, nõ ægrè ei fuit: atq; eo quod ei ex illis reliquũ fuit exiguũ admodũ, optimè dispensando ad necessitatem est usa: cũ quidem ad multã peruenerit senectutẽ, alijsq; etiam liberaliter impertierit. Et quũ mundicię studiosa esset, remedia etiã egregia promptitudine cõdidit, ad uariorũ morborũ usum cõmoda, quæ plurimis ægrotis dedit, q nihil opis & adiumenti à consuetis medicis retulere. Diuiniore eñ quodã nutu quascunq; aggrederet res finẽ bonũ illę capiebãt. Atq; ut in summa dicã, in fœminis quęcũq; apud nos laudatæ fuere, non aliam reperire fuit moribus, sanctitate & uirtutibus reliquis præstantiorẽ. Et talis quũ esset, perpaucis tamẽ nota fuit. Propter morũ namq; modestiã, & mediocritatis studiũ, ut latéret, potissimũ operã dedit, adeò ut neq; diaconissæ honorẽ susciperе, neq; sacrarũ uirginũ cœtui præesse uoluerit, quam uis ad id Ioãnes patriarcha eã sæpe cohortatus sit & excitarit. Talis quoq; suo ipsius respõdẽs nomini Nicareta fuit. Sed oratio nobis ad reliquã historiã redeat.

Nicaretæ medicinæ perita.

B

CAPUT XXVI.

IOrtis ille ueritatis propugnator in oppidũ Armeniæ Cucusum abductus est, ad quod tũmulti excurrebãt Isauri. Cõsultò uerò id quoq; factum puto, ut in seuiorũ hominũ manib. esset, q illi qui eũ eò abduxissent, fuissent. Quamuis id diuina prouidentia ita etiã dispoſuerit, ut etiam illi qui ueritatis lucem non uidissent, per ipsum manu ducerentur. Id q̃d accidit. Siquidem doctrina & factis mirificis multas ibi cæpit gentes, episcopos & presbyteros ibi creando, & sacras scripturas eos docendo. Sedenim apud oppidum Cucusum Adelphius quidam Arabissi episcopus, uisione diuina admonitus, eum excepit. Hunc fama est, post Ioannis obitum, quum in mœrore ingenti esset, Deum orasse, ut sibi indicaret, qua nam sede & statione illum dignatus esset. Atq; quum in ecstasi consternatus esset, sanctos quidem omnes circumcirca ordine consistentes uidisse, illum autẽ in eorum numero non conspexisse. Quod ubi grauiter tulit, angelum ei astantem doloris molestiam ademisse, atq; dixisse, aliam Ioanni sedem, Deo propinquiorem, honoremq; præstantiorem, ut unà cum angelis Deum laudibus uehat, datum esse, ad stationẽq; eam perspicere nõ multis permissũ esse. Abi itaq;, inquit, & animi dolorẽ omitte. Quod enim hunc non uides, non propterea is non adest, sed potius supra multos est: atq; id excellentis est honoris indiciũ. Ille sanè, sicuti diximus, Ioannẽ excepit. Quæ uerò ei in itinere accidêre, tragœdia alia, seu malorũ Ilias prorsus sunt. Quàm uarijs ẽm cum ærũnis colluctatus sit, à nemine ea quàm ab ipso cõmemorante iucundius aut ue-

In exilio quoq; Ioannes Christianismũ pro pagauit.

Adelphius Arabissi episcopus per ecstasim locum Ioannis in cœlo inquisiuit.

A aut uerius quisquam cognouerit. Nam ea quoq; mala, aurea illa lingua, ita ut decuit, optimè exposuit. Ad Constantium siquidem presbyterũ ex ipsa statim Nicæa scribens, hæc uerbis talibus significat.

CAPUT XXVII.

Scriptũ Ioannis ad Constantiũ presbyterum.

» NIcæa quarto mensis Iulij die soluturus, hasce ad pietatem tuam dedi
» literas, ad id te cohortans, ad quod nunquam cohortari desij: quam-
» uis grauior presente tẽpestate procella, maioresq; fluctus ingruant,
» ut ne intermittas ea quæ officij tui sunt, in ea quam ab initio cœpisti
» administratione adimplere: Græcæ superstitionis exterminationem dico, eccle
» siarum ædificationes, animarum curam. Neq; te supinum aut socordem rerum
» difficultas faciat. Neq; enim gubernator, ubi mare ipsum concitari & furere ui-
» det, à nauis clauo & gubernaculis discedit: neq; medicus, ubi ægrũ morbo cor-
» ripi cernit, curatione supersedet: sed tum maximè uterq; istorum artem suam &
» promptitudinem adhibet. Non te ad socordiam redigant præsentia mala. non
» enim de eis quæ nobis inferuntur calamitatibus, rationem reddemus, quin po
» tius mercedem accipiemus. Si uerò ea quæ in nobis sunt non contulerimus, sed
» desides fuerimus, nihil nos ea in re adiuuabit aut defendet malorum tumultus:
» quandoquidem & Paulus carcerem incolens, in uinculis officiũ suum fecit. Et
» Ionas in uentre beluæ marinæ inclusus fuit, & tres pueri in camino uersati sunt:
» neq; tamen horum quenq; uincula uaria ad desidiam redegere. Hæc ipsa tecum
» reputans, Domine mi, ne omiseris Phœniciæ, Arabiæ, & Orientis ecclesiarũ cu
» ram gerere: illud persuasum habens, locupletem te mercedem recepturum esse,
» si tot & tantis intercedentibus impedimentis, ea quæ in te sunt conferueris. Neq;
» tibi graue sit, creberrimas ad nos dare literas. Nam sicuti nunc cognouimus, nõ
» Sebastiam, sed Cucusum exulatũ ire iussi sumus, quò tibi literas mittere facilius
» erit. Scribes igitur nobis, quot anno quolibet ædificatæ sint ecclesiæ, & qui uiri
B sancti in Phœniciam sint missi, & si quæ maiora accesserint incrementa. Et cum
» Nicænum quendam monachũ casæ suæ inclusum reperissem, ei ut ad pietatem
» tuam iret, & in Phœniciã profisceretur, persuasi. An is ad te uenerit, fac sciam.
» De Salamis regione, quæ non longè à Cyro sita, & ab hæresi Marcionistarũ op-
» pressa est, acturus cum quib. oportuit, & rem omnem rectè conformaturus fue-
» ram, nisi eiectus essem. Quod si dominũ meum Cyriacũ episcopũ Constantino-
» poli esse cognoueris, scribe ad eũ hac de causa, & perficere is omnia poterit. Co-
» hortare omnes, & potissimũ qui fiduciam erga Deũ habent, ut multùm & assi-
» duè orent, ut præsens orbis naufragium conquiescat. Intolerabilia enim Asiam,
» aliasq; urbes & ecclesias inuasere mala: quæ singillatim, ne molestus esse uidear,
» enumerare supersedeo: atq; unũ illud dico, multa nunc & assidua peropus esse
» precatione. In alia rursus epistola ita inqt: Quòd si in carcere degitis, catenisq;
» uincti, & cum squalidis & sordidis hominib. in custodias inclusi estis, propterea
» quòd istorum iniquitati nõ consentitis, exultate eo nomine, & gloriamini, quo-
» niam ingentis lucri hæc uobis occasio sunt. Quandoquidem & nos attriti, con-
» sumpti, & sexcentis mortis generibus confecti sumus: id quod renunciare certò
» possunt, qui breui etiam momento nobiscum fuere: cum quib. colloqui non po-
» tui, propter cõtinuas febres, quibus sum occupatus, quibusq; diu noctuq; affli-
» ctus, iter tamẽ facere necesse habui, æstu oppressus, insomnia labefactatus, rerũ
» necessariarum penuria, curatorumq; seu defensorũ inopia cõfectus. Nam & ijs
» qui uel in metallis opus faciunt, uel carcerem incolunt, longè duriora & passi su-
» mus, & etiamnũ patimur. Et uix tandẽ Cæsareã ex tẽpestate in portũ uenimus.
» Sed ne portus quidẽ iste recreare nos ex fluctuum & undarum ærumnis potuit:

Homines sapientes, turpitudine, non casu et delicto, suo, nõ aliorũ iniuria cõmouentur. Cic.

Curã gerit ecclesiarum exulũ Ioannes.

Cohortatur ad orationem assiduam.

Aliud Ioannis scriptum. Exultandũ in afflictionibus.

Aerũnæ quas in itinere pertulit Ioannes.

adeò nos præteritũ tempus prorsus accĩdit. Veruntamen Cæsaream quùm uenissem, non parum sum refocillatus, quòd & puram biberim aquam, & panem non sordidũ atq; durum sumpserim, neq; in doliorum fragmentis lauarim, sed balneum qualecunq; repererim, & quòd in lecto tum cubare permissum mihi fuerit. Possem quidem plura istis cõmemorare: uerùm ne nimio uos dolore afficiam, in his consistam. uno illo adiecto, non debere uos exprobrare eis casum sciicet nostrum desinere, qui nos diligunt. Nam cum tot habeamus nostri studiosos, tanta potestate & authoritate præditos, neq; eas res impetremus, quas dam nati etiam homines impetrant, ut in amœniorem uiciniorem q; locum condemnaremur. Verùm quum & corpus ærumnas hasce tolerare deneget, & metus Isaurorum omnia circumuallet, paruam hanc & tenuem gratiam obtinere non possumus. Sit eo quoq; nomine Deo gloria. Non enim glorificare eum in omnibus desinimus. Sit nomẽ eius benedictum in secula. Scitis namq; loca omnia tumultibus & turbis esse plena: nec pro Constantinopoli sola, sed pro uniuerso orbe cohortatione opus est. Inde enim initio sumpto, sicuti dictum est, malum loca omnia peruadens, ecclesias omnes turbat. Septuaginta dieb. in itinere consumptis, aliquãdo tandem Cucusum peruenimus: locum totius orbis, propter solitudinem, grauissimum. Proinde reuerentia uestra colligere potest, quæ & quanta pertulerimus mala, insustentabilibus febribus conflictati, & metu Isauricо circumuallati. Atq; hæc quidem dico, non quòd uelim quenq; cuiquã molestum esse, & petere ut aliò inde transferar. Nam quod durissimum fuit, uiæ sicet ærumnã, pertulimus. Sed illam à uobis gratiam peto, ut crebrò ad nos scribatis, & ecclesiarum curam geratis. Et rursus inquit: Quandoquidem & nos tertium iam annũ in exilio agentes, in fame, peste, bellis, cõtinuis obsidionibus, solitudine incredibili, morte quotidiana, ensibus Isauricis, non mediocriter animat & consolatur affectionis uestræ abundantia, & constantia, & fiduciæ stabilitas. Quapropter etiamsi solo & mœnibus urbis eiecti sumus, uera tamen ciuitate exacti non sumus. Si enim uos ciuitatem facitis, & nos uobiscum semper & in uobis sumus, satis constat, etiam dum hic agimus, urbem nos illam incolere. In animis enim uestris uersamur: & ubicunq; sumus, omnes uos uehemẽtes nostri amatores in mente nostra circumferimus.

Querela de exilij loco.

Cucusus.

Commendatio ecclesiarum.

Consolatur se amicorũ fidelitate egregia erga se charitate.

Non putat se exulare Ioannes, dum amici Cõstantinopolitani memoriam eius retinent.

CAPUT XXVIII.

Arsacius successor Ioannis.

Epistolæ sic habent. Non multo uerò pòst episcopus Cõstantinopolitanus eligitur Arsacius, Nectarij, qui ante Ioannẽ episcopatũ eum gesit, frater: uir placidus quidem iudicatus, & erga Deum maximè religiosus. Gloriæ autẽ eius clerici quidam obfuerunt, qui quicquid uoluere, fecerunt, & culpam omnem in eum contulerunt. Deteriorẽ uerò eum multo fecere ea, quæ Ioannis sectatorib. accidere. Postq; enim cum eo & cũ ecclesia eius, in qua insidiatores & sycophantæ Ioannis multi alijs permisti essent, cõmunicare & orare noluerũt, & suos sibi cõuentus in extremis locis & porticibus ciuitatis egerũt, rem eam ad Arcadiũ imperatorẽ detulit. Itaq; ad eos cõgregatos quidã cum nõ contemnenda militũ manu missus est. Illi multitudinem fustibus & saxis pulsantes, inde depulerunt. Quicunque autem inter illos ardentiore erga Ioannem animo, & quasi multitudinis columnæ, alijsq; præclariores erant, eos custodia excepit. Et quod in eiusmodi turbis accidere solet, cum res nouæ militib. permittuntur, mulieribus quæ ibi simul congregatæ erant, multis capitis uelamenta, aureæ zonæ, monilia, torques, & ornatus earum reliquus direptus est. Erant etiam, quibus unà cum infima auricula inaures ablatæ sunt. Et cum ingens clamor & luctus in urbe esset exortus, tantum abest ut illi suum erga

Arsacius efficit, ut militari manu, iubente Arcadio, Ioannitæ in cõuentibus suis malè tractentur.

Exemplum militaris licentiæ.

Aerga Ioannem amorem mutarent, ut etiam ea ex re numerus eorum auctus sit, & ad partes eorũ plures accesserint. Verumenimuero publicè illi deinceps non conueniebant: multi uerò etiam neq; in forũ neq; in balnea prodibant. Quibusdam etiam domi manere periculosum erat, qui sibi ipsis exilio imposito urbem reliquerunt, & quò cuiq; uisum est concesserunt. Multi sanè & alij honesti boniq; uiri, sed non minus mulieres, pari in Ioannem ardore inter se decertarunt: inter quas Olympias & Bithyna Nicareta fuit, de quibus paulo antè diximus. Arsacius porrò ubi non longius quàm decem & quatuor menses in sede episcopali uixisset, diem suum obijt: cum quidem, ut aliquis dicat, nullum uiuentis hominis opus peregisset, longo tempore per frigidiorem naturæ ignauiam & stuporem quasi confectus, nec minus ante naturalem finem præmortuus. Proh pudor, quis cuiq; inquit Simeon: quasi quidam, ut ita dicam, † uetus truncus, multa principũ facilitate, substitutus est: uir octogesimũ supergressus annum, tumulo magis quàm throno appositus, delirus quidam & desipiens, ad dicendum quidem ineptissimus, ad cogitandum autem de rebus decentib. stupidissimus, ad faciendum uerò ignauissimus, parum admodum ab inanimatis dissidens, lecto & angulo dignus: qui quum per seipsum esset inutilis, & populus Ioannis amore teneretur, quòd is ei ex parte altera obstaret, ingratus prorsus omnibus & illaudatus fuit. Talis Arsacius erat: & quum breui tempore ecclesiæ præfuisset, ita è uiuis excessit.

Ioannitæ sententiã suã non mutant.

Multi Constantinopolitani discedunt.

Arsacij mors.

Confertur successor Arsacius cum Ioanne decessore.

† γερωδέστερος

CAPUT XXIX.

BErmultis autem ecclesiam ambientibus; quarto post Arsacij obitũ mense ex presbyteris Attico ea cõmittitur: qui in cleri ordinem allectus, unus ex Ioannis obtrectatoribus fuit, Sebastiæ Armeniorum ortus, ab adolescentia autem philosophiæ operam nauauit, sub magistris quibusdã monachis Macedonij hæresim sectantibus, qui tum Sebastiæ philosophiæ suæ officinam habebant. Erat autem Eustathij disciplinæ, quem Sebastiæ episcopum & monachorum optimum ducem fuisse, in superioribus expositimus libris. Cuius scriptum pulcherrimum quidam esse ferunt, quæ Basilij magni Ascetica, seu Monastica dicuntur. Non hic autem est Eustathius, qui postea Antiochiam est translatus, & propter quem in ecclesia offendicula illa inter Paulinum & Flauianum & Euagrium extitere. Atticus ubi inter uiros census est, Macedonij opinione reiecta, ad ecclesiam uniuersalem se contulit, non tam doctrina q; natura prudens: quapropter in rebus agendis facilè quod uoluit assecutus est, instruendis simul & effugiendis insidijs dexteritate mira. In morib. eius hæ fuerunt illecebræ, ut ferè omnibus gratus & charus esset. In orationibus ecclesiasticis simplex fuit, easq; tales edidit, ut neq; ab auditorib. transcriberentur, neq; omnino doctrina liberaliore & elegantia carerent. Et cum uir summa diligentia esset, opportunum tempus nactus, subinde oratores græcos celebrio res legendo se exercuit. Tum demum, quum idiota seu rudis esse uideretur, testimonia ab illis mutuatus, eos etiã qui erudite cum eo agerent, fefellit. Cumq; studiosissimus & placidus maximè erga eiusdem sententiæ sectatores; tum eis qui aliter q; ipse sentirent, formidabilis plurimùm fuit. Eis facilimè, dummodo uellet, timorẽ incutere potuit. & rursum totus mutatus, ad comitatem se retulit. Talis ille fuit: sicuti qui eum cognouere, memoriæ mandarũt. Eo aũt ecclesiã gubernante, ingentẽ Ioannis studiosi tulere persecutionem, cum quidẽ maxima & Orientis & Occidẽtis pars ecclesiæ eius cõmunionem auersaret. Quo tẽpore Ephesij impunitate arrepta, quæ eis uisa sunt, omnia mouere & murare uoluerũt.

Atticus successor Arsacij.

Eustathius Sebastiensis.

Ascetica Basilij magni.

Eustathius Antiochenus.

Atticus ex Macedoniano orthodoxus.

Atticus Ioannis sectatores persequitur.

Itaq;

Ephesij per temporũ impunitatem episcopos à Ioãne ordinatos ecclesijs exigunt.

Itaq; uiros à bono pastore ritè, & sicuti Deo gratum est, in thronis collocatos, A eiecerunt: eisq; profanos quosdam & impuros prorsus homines substituerũt, nulla exploratione manuũ impositioni præeunte. quippe ita uana et facilis eares uisa est, ut ad episcopatũ promptissimè suscipiendum satis esset, si quis id modò uellet, aut aliquid donaret. Proinde qui dudum à Ioanne exauctorati fuerant, cõmodè rerum taliũ contemptores aggressi, in ecclesias sunt introducti, episcopatu (proh pudor) pecunia redempto. Qui etiam Heraclidem illum, quem Magnus ille Ephesi episcopum creauerat, suffragantibus ei alijs quoq; septuaginta episcopis, ad annos quatuor crudelissimè carceri incluserũt: & postea dignitate † ei abrogata, execrandum & manifestum cinædum, detestationis omnis plenum, tribuni Victoris eunuchum, in cœlibis uiri throno (ô uindicta & patiẽtia Dei) indignissimè collocarunt.

Illegitima episcoporum substitutio nulla intercurrente doctrinæ & uitæ exploratione.

Pecunia redempti episcopatus.

Heraclidẽ annis quatuor in carcere detinent.

Eunuchũ impurũ ei substituunt.

†Nemo gradum sacerdotij uenalitate precij mercetur. Quantum quisq; meretur, non quantum dare sufficit, æstimetur. Non precio, sed precibus ordinetur antistes. I. Si quenquam. C. de episc. & cler.

CAPUT XXX.

Flauiani Antiocheni mors.

Porphyrius uir malus, sedẽ eius inuadit.

VM quoq; magno Flauiano, Antiocheno episcopo, qui se cum Ioannis aduersarijs nõ coniunxerat, & ad quietem æternã translatus fuerat, Porphyrius successit: uir quidã grandæuus, nõ minus improbitate ueterator, quippe quæ cum illo diligenti cura nutrita coaluerat, cq; ætate uetulus. Nam uita in libidine peracta, ne tempore quidem ipso quicq; de eo impetu remisit, atq; in rebus turpib. ipsam quoq; naturã uincere atq; superare summopere contendit. Vbi uerò eum etiã Antiochenæ ecclesiæ sedis per tyrannidem occupandæ cupido cepit, cum urbs tota more recepto tempore suo ad spectacula in luco Daphnes effusa esset, Seueriano & Acacio, necnõ Antiocho in amicitiã suam allectis, & administris tyrannicæ cupiditatis assumptis (simile enim simili amicum prorsus est) prædonum more thronum cõscendit, ueluti lupus quidam, nõ pastor: eademq; ipsa hora cõsecrationem ab eis accepit. B Adeò autẽ illis ea res deproperata est, ut receptos ritus plurimos in sacra initiatione prætermiserint. Porrò operum tenebrarum patratores, fine suo maleficio tanto imposito, postea discesserunt, impudenti sibi fuga consulentes, & per montes inuios ad sua reuertentes. At ciuitas ubi factum id sensit, ignem & materiam aliam incendio aptam manib. rapientes, & cõgerentes, ardore scilicet diuino & ipsi flagrãtes, unà omnes aduersus eum iere, ipsum simul cum episcopali domo comburere uolentes. Vitam namque eius, quàm improba & detestanda esset, non ignorabant. Quod sic agi postquàm ille cognouit, præsidi pecunia corrupto suadet, ut & ipse furorem alium cõtra pietatis cœtum obarmet. Ilicet arma torum manus cõtracta, & cohors malorum contra illos coacta est. Proinde illi in conspectum istorum cõtrà euntium uenire ausi non sunt. Interea ingens etiam persequutio excitata est aduersus ecclesias Dei, Attici instinctu (neque enim cum hoc quoq; communicare quisq;, propter eum quo Ioannem maximè prosequebantur amorem, uolebat) iussiones imperiales passim circumferebant in hæc uerba cõceptæ: Si quis episcoporum cum Theophilo, Attico, Porphyrio, cõmunicare noluerit, extorris ecclesia esto, & facultatib. priuator. Ex laicis autẽ, seu popularibus, qui magistratus gerunt, dignitate excidunto, milites cingulos deponunto. Vulgus aũt & opifices auro multo mulctati, exilio, sicuti decet, damnãtor. Itaq; qui sincerè honestatem sequebant, & res præsentes non magni faciebãt, ne quid absonum & ueræ pietatis instituto indignum cõmitterent, ad solitudines inhabitandas profugerunt. Quidam inuiti etiã cõmunicare cum illis coacti sunt, quibus scilicet gloria & opibus excidere magnum uisum est.

Furtiua & imperfecta Porphyrij ordinatio.

Ritus in cõsecratione episcopali.

Plebs Antiochena aduersus Porphyriũ insurgit.

Porphyrius se contra illãmi litari manu defendit.

Atticus persequutionẽ contra plerasque ecclesias excitat.

Imperiale scriptum pro Theophilo, Attico, Porphyrio.

Piorũ secessus.

Multi se rebus præsentib. accommodant.

Mona-

A Monachi uerò in Syria plurimi ab ecclesia seiuncti, synaxes & conuentus suos egere: quam ob causam multas etiam experti sunt ærumnas.

Monachorum sanctorũ persequutio.

CAPUT XXXI.

QVum ecclesia ita affligeretur, episcopi quidã & clerici diuino ardore pro Ioanne & ecclesia, cuius tam malus & miserã dus status esset, flagrantes, ex Oriẽte Romam uetere sunt profecti, grauemq; tragœdiam istam Honorio Imperatori & Innocẽtio Romæ episcopo com memorarunt. Nam post magnũ illum Damasum, Siricius quindecim annis episcopatum Romanũ tenuit. Ei autẽ defuncto, Anastasius surrogatus est: qui ubi post triennĩ decessit, Innocentius locũ eius per successionẽ cepit. Tres illi secũ attulere epistolas: quarum una aureæ illius linguæ erat, calamitates omnes exactissimè recensens: secunda totius Cõstantinopolitanæ urbis cleri cõmunis: tertia, quadraginta illorũ episcoporũ, qui cõmunionis & partiũ Ioannis erant. Eis redditis, tantũ in illis ardotẽ accenderunt, propter calamitates eas dolentibus, ut ambo ad imperatorẽ Arcadiũ literas dederint, diuturnũ in rebus huiusmodi somnũ eius reprehendentes. Carpebant uerò alterũ quoq; exiliũ, quo Ioannes præter ecclesiasticas sanctiones affectus fuerat: oportere affirmantes, si quæ illi ueræ honestatis & ecclesiæ tranquilitatis cura esset, episcopũ in sedem suam reduci: & synodũ Thessalonicæ, quæ in medio è Roma & ex Oriente uenientibus sita sit, cogi. Theophilũ etiam Alexadrinum, qui omnia ea miscuisset, acciri: atq; ita demũ canonico, nullisq; affectionib. corrupto iudicio, Ioannis causam omnẽ ritè & ordine decidi. Cuius rei gratia se Italos aliquot episcopos misisse addiderunt, conscientiã bonam & iudiciũ rectũ in cordib. suis obtinentes. Hæc sic ad Arcadiũ Honorius & Innocẽtius scripsere. Quæ uerò Ioanni etiã & clero rescri
B psere, eiuscemodi uerbis continentur: quæ ego ex Romano sermone utraq; in græcam linguam translata inueni, & historiæ huic adieci. Epistola ad Ioannẽ sic habet.

Orientales de statu ecclesiarũ suarum Honoriũ & Innocentium certiores faciunt.

Rom. pontifices, Damasus, Siricius, Anastasius, Innocentius.

Honorij & Innocentij ad Arcadiũ scripta.

Rectissima scriptorũ eorum sententia.

Iudicium legitimum & Canonicum.

CAPUT XXXII.

AMetsi innocẽtem bona omnia expectare, & à Deo misericordiã pe
tere conueniat: tamen nos quoq;, qui tolerantiæ malorũ suasores sumus, literas hasce, pro eo atq; decuit, cũ Cyriaco diacono ad te dedimus, ne aduersariorũ iniuria plus possit cq; bona conscientia, dum in
spe cum illa luctatur. Nõ enim opus est doceri te, tot populorum doctorẽ & pastorem, optimos quosq; sæpe atq; adeò semper probari, an in uigore patientiæ perstiterint, neq; alicui dolorũ labori cedant. Et est profectò res stabilis & firma conscientia in malis, quæ iniustè accidunt omnibus, quæ nisi quis patientia uincat, indicium de se malæ suspicionis præbet. Omnia namq; sustinere debet, qui Deo primùm, deinde suæ quoq; confidit cõscientiæ. Quandoquidẽ bonus atq; honestus uir exerceri ad patientiã maximè potest, uinci aũt non potest. Nã mentem eius diuinæ custodiunt scripturæ. Abundant aũt exemplis lectiones sacræ, quas populo tradimus: & omnes propè sanctos uarijs modis & cõtinenter malis afflictos esse, cũ fide attestantẽ: quippe q tanq; in aliq iudicio explorati, tandẽ sic ad coronã patiẽtiæ peruenere. Consolet igitur charitatẽ tuam, frater reuerendissime, cõscientia tua, quæ in tribulationib. solatiũ uirtutis obtinet. Inspiciente namq; ipso Domino CHRISTO, in portu pacis, pura constabit conscientia.

Piorũ probratio.

Respõsum Innocentij ad Ioannem.

Conscientia recta per spẽ bonam cum iniurijs colluctans. Bona conscientia.

Viri sancti semper afflicti.

Corona patiẽtiæ.

Hæc Innocentius ad diuum Chrysostomũ scripsit. Epistola autem ad clericos hæc est. Innocentius episcopus presbyteris & diaconis, totiq; clero & populo ecclesiæ Constantinopolitanæ, quæ sub Ioanne episcopo est, fratribus dilectis, salutem. Ex literis dilectionis uestræ, quas per Germanum presbyterum & Casianum diaconum ad nos dedistis, scenam malorum, quam ob oculos posuistis,

Innocẽtij ad clerũ Cõstantinopolitanũ epistola.

Patientiæ in afflictionibus consolatio. *Dabit Deus his quoq; finẽ.* *Et hæc olim meminisse iuuabit.*

suistis, anxia solicitudine cognoui: & quib, ærumnis malisq; fides laboret, repe- A
tita sæpius lectione perspexi. Cui rei sola patientiæ cõsolatio medetur. Dabit "
enim breui Deus noster afflictionibus tantis finem, quas sustinuisse proderit. "
Sed enim hanc ipsam necessariam consolationẽ, in initio epistolæ dilectionis ue "
stræ positam, consilium propositumq; uestrum laudantes intelleximus, multa "
patientiæ testimonia complectentem. Consolationem namq; nostram, quam "
ad uos scribere debuimus, literis ipsi uestris præoccupastis. Eam siquidem labo "
rantibus Dominus noster præbere patientiam solet, ut in ipsis tribulationibus "

Sanctorũ afflictio.

se ipsos CHRISTI serui solentur, secũ ipsi reputantes, eadem antea sanctis, quæ "
ipsi patiuntur, accidisse. Sed & nos ex ipsis literis uestris afferre uobis solatium "
possumus. Nõ enim ab eo, ut uobis condoleamus, alieni sumus: siquidẽ & nos "
in uobis affligimur. Quis namq; ferre possit, quæ ab illis designantur, quos ma- "
ximè conueniebat pacificæ tranquillitatis & concordiæ studiosos esse? Nunc "
insolito more sedib. ecclesiarum suarum innocentes eiiciuntur episcopi. Quod "

Ioãnes indicta causa proscriptus.

sanè primus frater & collega noster, episcopus uester Ioannes, per iniuriam est "
passus, causa indicta, & crimine neq; obiecto, neq; audito. Quæ uerò hæc prohi "
bita ratio est, ut iudicij specimen non seruetur, aut de causa non quæratur? In "

Iniquè in locũ episcopi uiuentis alius subsbituitur.

locum uiuentium episcoporum alij surrogantur, quasi qui ab eiusmodi delictis "
prorumpunt, à quopiam iudicari possint rectè quicquam uel dicere uel facere "
posse? Nunquã sanè patres nostros talia ausos fuisse, sed potius uetuisse cogno- "
uimus, ne cui in locum uiuentis per consecrationem alium substituendi sit pote- "
stas. Minimè enim consecratio siue electio reproba honorem adimere episco- "

Soli Nicæni canones legitimi.

po potest: quandoquidem neq; episcopus ille esse potest, qui iniquè substituit, "
quoniam hæc cõtra Canonũ obseruationem sunt. Canonibus porrò obsequen- B
dum esse scribimus, qui Nicææ sunt decreti: quos solos confectari decet eccle- "
siam catholicam, & iuxta eos iudicare. Sin alij à quopiam proferuntur, à Nicæ- "

Hæreticorum canones reijciendi.

nis canonibus dissonantes, & hæreticos authores referentes, ij à catholicis epi- "
scopis reijciuntur. Hæreticorum namq; inuenta catholicis canonibus non sunt "
annectenda. Semper etenim illi per contraria & nefaria decreta, patrũ Nicæno- "
rum consilium minuere intendunt. Quapropter non solum hoc dicimus, istos "
sequendum non esse, uerumetiã cum hæreticis & schismaticis seu dissidiosis do- "
gmatibus condemnandum: quemadmodum antea in Sardicensi concilio ab epi "
scopis, qui nos præcesserunt, factum est. Nam quę sic perperàm inducuntur, ma "
gis damnare conuenit, quàm ut quæ directè contra Canones statuũtur, aliquam "

Synodi ecclesiastica dissidia sopiunt. *Synodus à Deo petenda.*

habeant, fratres reuerendissimi, firmitatem. Cæterùm quid contra istos in pre "
sentia agendum? Synodali cognitione peropus est, quam dudum etiam cogen- "
dam esse cẽsuimus. Sola enim illa talium procellarum motus sopire potest: quam "
ut obtineamus, utile nunc fuerit, medicinam & opem hanc ad uoluntatem ma- "
gni Dei & CHRISTI eius, Domini nostri, referre. Omnia quæ diaboli inuidia, "
ad fidelium explorationem sunt perturbata, pacabantur. Stabilitate fidei nihil "

ὑπομονὴ καὶ ἐλπὶς σωτήριος. *Patiendum & sperandum.*

non sperare à Domino debemus. Nos quidem multum deliberamus & dispici- "
mus, quomodo uniuersalis synodus congregetur, ut de uoluntate Dei turbulen "
ti isti motus compescantur. Itaq; interea sustineamus: & patientię muro circum- "
uallati, omnia auxilio Dei nostri restitutum iri speremus. Quæcunq; uerò uos "
sustinuisse scripsistis, ea quoq; omnia antea, quamuis diuersis maximè tempori- "
bus, à collegis uestris episcopis, Demetrio, Eulysio & Palladio, qui Romam ue- "
nerunt, & nobiscum fuerunt, percunctatione accurata cognouimus. Hæc "
sunt, quę ad clericos ab Innocentio datæ literæ continebant: ex quib, colligere li
cet, quæ illi sententia & studium de Ioanne fuerit.

Literę

CAPUT XXXIII.

Legati Romã Constãtinopolim missi.

A Literæ ipsæ tales fuere. Insuper uerò synodi decreto, quę Ioannis causa *Synodus pro Ioanne in*
in Italia coacta fuit, in manus recepto, Dei amans Aemylius Beneuẽti *Italia coacta.*
episcopus, Cathegius, & Gaudẽtius, cum Valẽtio & Bonifacio pres- *Sozõ. scribit,*
byteris, Roma Byzantiũ profecti sunt. Sequebantur eos Cyriacus & *episcopos quin*
Demetrius, unà cum Palladio & Eulysio, qui Ioannis partium studiosi eò uene- *que, & presby*
rant, & tragœdiam malorum omnem illis exposuerant. Quum autẽ in Græciam *teros duos ec*
peruenissent, in manus tribuni cuiusdam, qui insidias eis tẽtenderat, inciderunt. *clesiæ Rom. ad*
Honorium & Arcadium esse

Eudoxiæ dolo ij exciputur.

Non enim latêre potuerunt fœminarum pessimam Eudoxiam, legationis eius *missos, qui lo-*
mandata. Et quòd eorum sententiæ seu consilio, qui legationem eam miserant, *cum et tempus*
arte quadam aduersaretur, actiones eorum contrarijs actionib. prœuenit. Qua- *synodi cogẽdæ*
propter Thessalonicam illis uidere, atq; Papæ literas, quas ad eius urbis episco- *peterent. lib. 8.*
pum Anysium ferebant, reddere permissum non est. Sed duobus nauigijs impo- *cap. ult.*

In uincula conijciuntur.

siti, postquam in unum ex suburbijs Constantinopolitanę ciuitatis, quod Athy- *Athyras subur*
ras uocatur, peruencrunt, per uim in custodiam sunt coniecti: quibus per calum- *bana Cõstanti*
niam obiectum est, quòd ditionem alienam ultra terminos suos turbarent, & *nopolis regio.*
cum Orientalis imperij contumelia ibi adessent. Romani igitur, & Cyriacus e-

Torquẽtur.

piscopus, quisq; cum eo erant, seorsim quisq; in custodias inclusi, torti sunt: & æ-
rumnis plurimis affecti, ut literas flagitatas proferrent. Postquã autem illi se eas
non prius daturos esse affirmarũt, quàm Imperatorem uidissent, utpote ad eum
legati: postremò Valerius quidam, ex feritate & temeraria audacia nomen & ce-
lebritatem aucupans, episcopi unius, apud quẽ literæ erant, pollice fracto, scri- *Literæ eis &*
pta ipsa & uascula quædam, adhæc quicquid illis ad res necessarias parandas e- *uiaticum adi-*
rat argenti, ci eripuit: id quod ille non sine maligno consilio fecit, ut sumptibus *muntur.*
omnibus spoliati, facere aliquid illi quod prohibitum est, necessitate adigeren-
B tur. Postridiè eius dici alij plurimi affuere, siue ab ipsa Augusta, seu ab Attico *Agitur cũ eis,*
missi: qui ab illis petierunt, ut tribus millibus nummorum aureorum receptis, *ut tribus milli-*
cum Attico communicarẽt, Ioannis autem causam despicerent. Hoc illi se factu- *bus aureorum*
ros prorsus negarunt. Accidit enim diuinitùs quiddam, quod eam rem prohi- *receptis, cum*
buit. Nam uni ex Aemylij diaconis, Paulo nomine, uiro casto & moderato, di- *Attico commu*
» uum Apostolum Paulum apparentem dixisse ferunt: Videte quomodo accura- *nicent.*
» tè seu circumspectè ambuletis, dies enim mali sunt: promissam fortè fraudem sic *Conditionem*
inhibentem. Sedenim quum illi promissionem seu conditionem oblatam nõ re- *eã illi reſpuit.*
ciperent, sed reditum in Romanam urbem precibus peterent: Valerius, qui e-
gregium illud uiri optimi facinus in pollice patrauit, ad malè agẽdum strenuus,
immundo & uetustate squalido nauigio eos commissos, exitium eis struens ui- *Rebus infectis*
delicet, Romam reuerti iussit. Illi cum summo periculo nauigantes, ægrè Lam- *Romam reuer*
psacum appulerunt. Inde naui mutata, quatuor mensibus elapsis Romam perue- *tuntur.*
nere: & apud Innocentium Papam singillatim quæ eis accidêre, renunciarunt:
nihil scientes, quid uel Cyriaco, eiusq; comitibus, uel Ioanni ipsi acciderit. Hæc
tum segnem Arcadium latuere, id quod postea animaduertere licuit. Hisce ue- *Arcadius so-*
rò de causis Innocentius Romanus episcopus plurimùm indignatus, epistolam *cors.*
compositam ad Arcadium, Atticum & Theophilum dedit, qua illos excom-
municationi & exautorationi subiecit: quum quidem cognouisset, non multo
post patrem illum mortem oppetijsse, in longius exilium abductum,
quemadmodum paululum progressi exponemus. Epistola
uerbis huiusmodi conscripta fuit.

CAPVT XXXIIII.

Literæ Innocētij papæ, quibus Arcadium, Atticū, &c. anathematis subijcit. Ioannes re & causa indicta damnatus.

VOx sanguinis fratris mei Ioannis clamat ad Deum cōtra te, ô Imperator, sicuti quondam Abel iusti contra parricidā Cain: & is modis omnibus uindicabit. Nec id modò admisisti, sed etiā pacis tempore persecutionem magnam aduersus Deum & ecclesiam eius concitasti. Eiecisti è throno suo, re non iudicata, magnum totius orbis doctorem, & unà cum eo CHRISTVM persecutus es. Neq; de illo ita queror (sortē enim, seu hæreditatem cum sanctis Apostolis in Dei & Seruatoris nostri IESV CHRISTI regno consecutus est) quamuis intolerabilis iactura ea sit: sed affligor propterea, quòd primùm de animarum uestrarum salute, deinde de eis qui sapientissima spirituali & diuina doctrina & institutione eius orbati, fame uerbi Dei conficiuntur, sum solicitus. Non enim ecclesia tantum Constantinopolitana mellitæ illius linguæ iacturā fecit, sed & orbis sub sole totus ad orbitatem redactus est, uiro tam diuino amisso, persuasione unius mulieris, fabulam hanc & spectaculum exhibentis. Verùm excipiet ille & præsentem hic pœnam, & futurum sempiternum supplicium non post multos hosce dies ei aduenies. Tametsi enim beatus Ioannes uitam reliquit, fide seruata, & fluctuantibus confirmatis: in æterna tamen secula sempiternarum deliciarum & immortalis uitæ hæreditatem est consequutus. Noua autem Dalila Eudoxia, quæ paulatim te erroris seu seductionis noxacula totondit, execrationem ex multorum ore sibi ipsi induxit, graue & quod gestari nequeat peccatorum pondus colligans, atque id priorib. peccatis suis superaddens. Itaque ego minimus, & peccator, cui thronus magni apostoli Petri creditus est, segrego & reijcio te & illam à perceptione immaculatorum mysteriorum CHRISTI Dei nostri, episcopū etiā omnem, aut clericum ordinis sanctæ Dei ecclesiæ, qui administrare aut exhibere ea uobis ausus fuerit, ab ea hora qua præsentes uinculi mei legeritis literas, dignitate sua excidisse, decerno. Quòd si, ut homines potētes, quenquā ad id ui adegeritis, & canones uobis à Seruatore per sanctos Apostolos traditos transgressi fueritis, scitote non paruum id uobis peccatum fore, in horrenda illa iudicij die, quum neminem huius uitæ honor & dignitas adiuuare poterit, arcana autē & abdita cordium sub oculos omnium effundent atq; exhibebuntur. Arsacium, quem pro magno Ioanne in thronum episcopalem produxistis, etiam post obitum exautoramus, unà cum omnibus qui consultò com eo communicarunt episcopis: cuius etiam nomen sacro episcoporum albo non inscribatur. Indignus enim eo honore est, ut qui episcopatum quasi adulterio polluerit. Omnis siquidem plantatio, quæ à Patre nostro in cœlis plantata non est, eradicabitur. Ad Theophili abrogationem addimus excommunicationem, anathematismum, & absolutam à Christianismo alienationem. Hæc Innocētius pro Ioanne pugnans scripsit. Neque uerò etiam Atticum, qui post Arsacium thronum magni illius inuolauit, non accusauit. Verùm ut ea res composita postea sit, historia loco suo ostendet.

Slimmum malū Eudoxiæ minatur.

Cum Ioanne defuncto optimè actum.

Eudoxia altera Dalila.

Excommunicatio.

Ligandi uinculum.

Extremū Christi iudicium.

Arsacius defunctus exauthoratur.

μετχβασις τλὸς ἐκ τοποτλὸν.

Sacrum episcoporum album.

CAPVT XXXV.

Hūni Thraciā uastant.

Isauri Phœnicen & Cariā.

Stilico imperatores fratres bello inter se cōmittere uoluit.

EAdem tempestate, sicuti in omnibus episcoporū dissensionib. reperire est, res etiā publicæ tumultibus sunt repletæ. Hunni namq; Istrum transgressi, Thraciā uastantes percurrerunt, Huldam ducem habentes. Et Isauri quidam prædones percē ferī, ingenti coacta multitudine Phœniciam atq; Cariam, & quæ in medio sitæ sunt urbes, excursionibus extremisq; cladibus uexarunt. Stilico quoq; Honorij socer, opumq; & copiarum illius omnium dux, uir summus, simul & Romanorum & barbarorum ad nouas res spe-

Huldas dux Hunnorū.

A res spectantium studia sibi conciliata habens, cum præfectis eorum egit, & committere inter se Imperatores tentauit. Atque ubi ut Alaricho Gotthorū duci ducendarum Romanarum copiarum dignitas tribueretur, suffragio suo effecit, in Illyricos mouit: quibus Iouium quendam præfecit, re ita composita, ut cum Romanis Arcadij ducibus congrederetur, & regionis etiam eius populos Honorij imperio subijceret. Alarichus autem exercitu suscepto ex Dalmatia & Pannonia terra barbara in Epirum uenit: Græciaq; & Athenis captis, uicinam quoque Dalmatiam uastauit. Deinde Illyricum ingressus, atque aliquandiu ibi moratus, per Alpes in Italiam rediit: Stilicone angustias earum illum transire permittente, utpote qui insidias Imperatori strueret. Postea is quum inde proficisci uellet, Honorij literis, ne cœptum iter persequeretur, prohibitus est. Deinde uerò & ipse Honorium impediuit, quo minus Constantinopolim propter fratris filij curam concederet, ut fideles præfectos ei constitueret, qui non ita prīdem pupillus factus fuerat: ueritus scilicet ille, ne propter teneram ætatem Theodosius puer quicquam pateretur. Impediit hunc igitur Stilico, necessariò eum in Italia manere debere dicens, propter proximam tyrannidem apud Arelate à Constantino excitatam. Hoc quum illi persuasisset, alterum ex sceptris, seu uexillis potius arripuit, quod Romani Labarum uocant: simulq; quatuor militum ordines, & Imperatoris literas, quib. ei profectio Orientalis permittebatur, accepit, atq; in expeditionem se dedit. Vbi uerò fama increbuit, tyrannidem illum filio Eucherio, eis adiuuantibus qui cum potestate apud eum erant, parare: milites seditione mota, primùm Italiæ & Galliæ præfectum, alios' que quibus imperatorij magistratus commissi fuerant, necarunt: deinde paulo pòst Rauennæ à militibus & ipse Stilico, mox etiam filius eius Eucherius iugulatus est. Atque isti quidem, quòd aduersus Imperatorem conspirasse deprehensi essent, ad hunc modum interiere. Post eorum autem interitum, qui cum illis fuerant barbari, ei quem diximus Alaricho Gotthо coniuncti, Romam expugnare aggressi sunt. Postea Alarichus de pace oratores ad Honorium misit, quam ubi non obtinuit, alijs quoque multis barbaris adductis, Romanam urbem obsedit: & Tyberim amnem qui per urbem mediam fluit, cohibens, ne res necessariæ ex portu in urbem importarentur, effecit. Portus autem maximum nauale Romanorum est (sic enim illi nauium stationem appellant) tres habens receptus, amplitudine parem referens urbem. Quum igitur annonæ penuria fames simul & pestis exorta esset, & iam serui ad Alarichum transfugerent, Romanis, ut in templis omnibus sacrificia fierent placuit. Acciti autem Thusci quidam, tonitru & fulminib. quibusdam, se barbaros inde propulsuros esse pollicīti sunt. Nam id illi ad urbē aliam, cui nomen Larniæ, fecerant: quam urbem Alarichus obsessam non cæpit, sed consilium cœptumq; id frustra fuit. Siquidem qui rectam obtinebant mentem, uindicta diuina Romanos hæc pati existimarunt, propter ingentes delicias, & quas exhibebant libidines. Id quod aliquando ipse quoq; Alarichus ostendit. Nam bono cuidam uiro eum cohortanti ut Romæ parceret, neque tot malorum author fieret, dixisse fertur, inuitum se eam rem aggredi. Continuè enim quendam sibi imminētem, molestum esse, Romam' que uastare iubere. Quod etiam fecit. Ac tum quidem pecunia accepta, obsidionem soluit: quum Romani pacti cum eo essent. Imperatori se suasuros, ut pacem cum eo iniret. Et legatione

Iouius Illyrici præfectus.

Alarichus Græciā & Dalmatiā uastat.

Theodosius Arcadij filius pupillus.

Quidā seriptores Romæ utrūq; trucidatū esse tradūt.

Portus Ostiensis.

† Fames & pestis in urbe Rom.

Thusci fulminibus se hostem abacturos pollicentur.

Vindicta diuina urbs Rom. obsessa & direpta.

Romani obsidionem Gotthiam auro redimunt.

Alarichus Gothus Rom. dux copiarū. Theodosio is bonam nactauit operā in bello contra Eugenīū gesto.

Honorius Stilichonem in Italia retinet.

Retinet is rursum ibi Honorium. Constantinopolim ire uolentem.

Tyrannis Constantini apud Arelate.

Labarum.

Stilico filio suo Eucherio Orientale imperiū parare contendens, unà cū eo à militibus trucidatur.

Alarichus Romam obsidet.

Sozomenus Alarichum præfuit um militum frequens ad amnem Tyberim collocasse dicit

Sacrificia Romani idololatræ in templis instituunt.

Larniā Sozomenus Thusciæ oppidum esse dicit.

Diuinitus ad affligendā Romam iniigatus Alarichus.

missa,

* Aliter hæc dicuntur apud Paul. Diac. de ipso Alarichо: Qui quum discedere uoluisset, Honorij literis retentus est, sicut ipse confessus est

† Adeò fames Romæ inualuit, ut homines pro frumento castaneis uterentur. Creditum quoque est, quosdam humanis carnibus non abstinuisse. Sozom.

missa, qui Alarico aduersabant, impedimento, ne pax ea constaret, fuere. Atque A
Innocentio legationem obeunte, Imperatoris literis persuasus Alarichus, ad Ariminum urbem concessit, quæ ducentis & decem stadijs Rauenna distat. Ibiq; cum eo è muro colloquutus Iouius Italiæ præfectus, petitionem eius Imperatori ostendit, debere cum per literas ducem præfici exercitus utriusque censens. Atq; ille alia quidem ei concesserit: dignitatem autem eam ut conferret, nondum statuit. Iouius inconsultò Imperatoris decretũ Alarico legi iussit. Itaq; ille propter dignitatem sibi denegatã, perinde atq; iniuria affectus esset, indignatus, tuba classico cani iusso, Romam contendit. Iouius autẽ metu perculsus, ne in suspicionem, perinde atq; barbaro faueret, apud imperatorẽ incideret, imprudentius etiam quàm antea iurisiurandi sacramento suos adegit, ne pacem unquam cum barbaro facerent. Porrò Alarichus dignitate contempta, nihil amplius quod Romani haberent petijt. Et ubi bis legatione missa, quod petijt, non impetrauit, Romam rursus obsidione cinxit: portuq; capto, Romanos ui, ut Attalum, urbis tum præfectum, Imperatorem crearent, coegit. Id illi fecere. Attalus autem, cùm Romanis multis magistratus concessit, tum Alarichum utrarumque copiarum ducem fecit, Adaulphum' que coniugis suæ fratrem præfectum equitum constituit. Et multitudine conuocata, splendidam ad eam orationem habuit, patria iura inuiolata senatui se conseruaturum, Orientem' que uniuersum & Aegyptum Italis subiecturum pollicitus. Atq; ille sic elatus, non integrum imperauit annum, quòd Alarico, ut Honorij militiæ duces exautoraret, non paruerit. Et Honorius oratores ad Attalum misit, eumq; ad imperij societatem, si arma poneret, inuitauit. Ille id respuit: & Honorium insulam incolere, priuatam' que uitam, si uiuere uellet, deligere, summorum' que corporis membrorum amputatione salutem B
suam redimere iussit. Alarichus ubi Attalum non facilè uel sibi uel necessarijs a-
lijs parére animaduertit, ab Honorio sibi metuens, clàm cum eo conditionibus †
acceptis de reconciliatione pactus est. Atque omnibus ad urbem congregatis, Alarichus Attalo persuasit, ut imperij insignia, ducesq; eius cingulum quisq; deponerent. Honorius ueniam omnibus dedit, ita ut quisque quem antea habuisset honorẽ obtineret, & dignitatem. Attalus ad infima tribunalis subsellia positus, ubi se Honorij potestati permisit, postea duob. tantũ digitis ei amputatis, in Liparam insulã deportatus: Adaulphus à familiari quodam suo ense postremò necatus est. Alarichus aũt nõ multo pòst Alpibus (locus is circiter sexaginta stadia à Rauenna est situs) occupatis, de pace cum Imperatore egit. Et Sarus quidam, qui post Stiliconem præfecti militaris dignitatẽ ab Honorio acceperat, in arte bellica summè exercitatus, & Alarico ipsi propter priores inimicitias suspectus, quòd minimè sibi bono futura esse pacta inter Romanos & Gothos fœdera arbitraretur, circiter trecentos sui studiosos uiros fortissimos secum habẽs, subitò Alarichũ aggressus, non paucos ex militib. eius occidit: & uictoria in prælio potitus, Rauẽna eos eiecit. Eam ob rem Alarichus ira percitus, Roma obsessa, ꝓditione eã cæpit: suosq; Romanorũ opes quantũ possẽt diripere, & domos expilare, atq; uni solũ, in quo apostoli Petri tumulus est, tẽplo, q̃d ingens & amplũ est, parcere iussit. Quæ res in causa fuit, ne Roma omnis funditus interiret. Quum

Innocentius apud Alarichũ Orator.

Petit Alarichus ducem se Romanarũ copiarum constituí.

Iouius imprudenter Alarichо dignitatẽ eam denegatã esse indicat.

Iouius Italiæ præfectus.

Iurarunt hõ per salutem Imperatoris.

Portus Rom. capitur.

Attalus Imperator creatur.

Adaulphus equitũ domesticorum præfectus.

Attalus ab Honorio ad Imperij societatem inuitatus, insolentissimũ dat responsum.

Alarichus sibi Honoriũ reconciliat.

Attalus & duces eius se Honorio dedunt.

Attali exilium. Adaulphi cædes. Nam apud Barcinonem fraude suorum occisus est. Paul. Diac.

Sarus præfectus militũ Alarichum prælio uincit, & Rauenna eijcit.

Alarichus denuò cum Honorio transigit.

Prima direptio urbis Romæ à Gothis facta, An. Christi. 412.

Alarichus Romam capit & diripit.

Tẽplo diui Petri, & qui ad id cõfugisset, parcere iubet.

De hoc ad finẽ huius libri ex Procopio annotatio Baptistæ Egnatij reperitur.

§ *In legatione posteriore Alarichus petijt, ut in societatem belli à Romanis susciperetur: & ut sibi cum mediocri frumenti pensione loca aliqua, quæ Romani non magnifacerent, incolenda darentur. Sozom.*

† *Ad reliquas Imperij Rom. clades accessit, quod Gildo comes Aphricæ Theodosio defuncto, Likyam, & bonam Aphricæ partem per tyrannidem occupauit. De quo in fine huius libri annotatio reperitur.*

* *Attalus Gothorum instinctu denuò in Gallijs tyrannidem arripuit. Qui deinde à Gothis ipsis captus, Constantio deditus, & ab Honorio Romæ in triumpho ante currum ductus, in Liparam q; deportatus est.*

A Quum enim eò propter timorem quàmplurimi confluxissent, ob Apostoli reuerentiam seruati, urbem denuò ædificijs restaurarunt. Ille porrò quum Campaniam uastaret, morbo interijt. Et cum barbaris pace facta Honorius, ut Romam multa perpessam mala, communiter cum alijs incolerent, eis permisit; eaq; rem manu simul & ore magnopere applaudens comprobauit. In eo bello mulier quædã maximum exhibuit pudicitiæ specimen. Quod namq; & ætatis flore & formæ uenustate præstaret, ex Alarichi militibus iuuenis quidam pulchritudine eius, quum eam uidisset, captus, ad concubitum eam solicitauit. Quum autem illa pinculũ id auersaretur, miles ense stricto mortem ei minatus, ueluti cum amore concertans, per misericordiam summum tantum collum uulnerauit. Illa uerò cruore diffluens, iugulum ferro subdidit: melius sibi esse rata, ut cum pudica mente mortem oppeteret, quàm cum uiro alio concumberet. Et postquam ferocius etiam barbarus illam aggressus est, plurimumq; eam oppugnando nihil egit, ad castitatem eius consternatus, in Apostolicum diui Petri templum eam duxit, ecclesiq; custodibus commendauit, sex illis aureis nummis datis, ut puellam uiro suo conseruarent. Tales calamitates in Oriente atque Occidente tum, Dei, ut opinor, ira accidere.

Alarici mors.

Honorius barbaris Romam incolere permisit. Alarichus Gallã Placidiã Honorij sororem Romæ captam, Athaulpho uxorẽ dedit: quæ blanditijs suis apud maritũ effecit, ut ultrò ipse à Romanis pacẽ peteret. Diac.

In direptione urbis fœmina pudicissima mori maluit, quàm à milite cõ stuprari.

Miles barbarus castitatem eius admiratus, mulierẽ seruauit & honorauit.

CAPUT XXXVI.

Totius orbis clades tantæ prodigioja stella prædictæ.

TAnta enim eo tempore hominũ cædes facta est, quantam ætas nulla à seculo condito nouit. Eam porrò cladem stella illa gladij formam referens, obscurè portendit. Non etenim milites tantũ interiere, neq; in aliqua orbis parte mala hæc constitere, sed omne genus hominum, concilium est, & tota perijt Europa. Asiæ quoq; pars non exigua attrita est, pluB rima item Libyæ, potissimùm uerò quæ Romanis tributaria & subiecta fuit.

τὴν φλογὸς πλοκὴν.

† Interitus namq; multitudinem hostilis barbarorum demetuit ensis. Reliquam autem fames & pestilentiæ, necnon agrestium ferarum greges absumpsere. Præterea motus terræ ingentes, funditus urbes & domos euertentes, permultos in ineuitabile exitium coniecere. Multis etiam in locis terra hiatibus rupta, sepulchrum incolis extemporaneum, spontaneum' que facta. Insuper aquarum pluuialium illuuiones, & apud alios flammeæ siccitates, apud quosdam fulmina conjecta, uariam & insustentabilem edidere calamitatem. Quinetiam pluribus in locis grando saxis manuarijs maior, & circiter octonarum librarum pondus trahens, deferri uisa est. Denique niuium uis & frigoris immanitas, quos plagæ aliæ non præripuerunt, occupatos extinxere. Quæ omnia euidenter satis diuinam deprædicarunt indignationem. De quibus singillatim commemorare, supra uires hominis fuerit. Tum uerò tantum etiam solis deliquium fuit, ut stellæ etiam medio die refulserint: quod deinde tanta siccitas est subsecuta, ut more insolito multi mortales, & alia etiam animalia interierint. Quum autẽ sol defecit, fulgor quidam simul in cœlo apparuit, coni siue metæ speciem gerens: quem ineruditi quidam cometam, crinitam' que stellam esse duxerunt. Nihil enim, quæ in eo uisa sunt, cometæ simile fuit. Nec fulgor is in comam abijt, neque stellæ prorsus speciem retulit: sed ueluti lucernæ cuiusdam magnæ flamma per seipsam subsistere uisa est, nec radij eius aliqui stellæ cuiusquam formam subiere. Ipso quoq; motu uariauit. Nam ea parte qua sol per æquinoctium oritur, fulgor is moueri cœpit: & inde iuxta eam quæ in Vrsæ cauda sita est, stellam ultimam sensim euadens, ad Occidentem cursum tenuit. Postquam autem cœlum est dimensus, motu suo quatuor mensibus longius perfecto, disparuit. Vertex eius aliquando quidem in magnam & acutam longitudinẽ abijt, ut coni rationẽ excederet: nonnunquã

Tempestatis eius clades.

Bella.

Fames. Pestis.

Terræmotus.

Chasmata.

Eluuiones.

Exustiones.

Grandinis max.

Vis niuium.

Stellæ in cœlo medio die uisæ.

Eclipsis solis.

Siccitas summa.

Fulgor coni formã in cœlo apparens.

autem ad mensuram illius contractus est. Alia quoq; monstrosa præbuit spectacula, quibus à natura solitarũ apparitionũ discesit. Videri autem cœpit ab æstate media, ferè usq; ad autumni finem. Idipsum quoq; miraculum ingentium bellorũ, & incredibilis hominũ interitus indiciũ fuit. Deinceps uerò terræmotus esse cœperant, qui non facilè cum eis qui antea extiterant, conferri possent. Cum terræmotibus ignis quoq; cœlo quasi rupto delapsus, salutis spem omnem præcidit: cladem tamen hominibus non intulit. Diuina namq; benignitas uento uehemẽti demisso, & igne undiquaq; prouoluto, in mare eum abiecit. Videre tum erat spectaculum nouum, fluctus ipsos perinde atq; regiones quasdam marinas plurimùm igni ardere, quoad usque flamma prorsus in undis extincta est. Quũ in multis terræ locis tanti essent terræmotus, laquearia & tecta ædium, à se ipsis ita magno cum sonitu & fragore dirimi uisa sunt, ut qui intus in domibus erant, clarè oculis cœlum conspicerent. Et post eiusmodi rupturam ita rursum sunt inter se aptè coniuncta, ut nemini tam nouæ rei significationem aliquam præberent. Idem etiam in nauibus & domorum pauimentis, multis in locis accidit. Quædam namq; granaria in partibus inferioribus habitantes, frumento confertim & subitò in eos per rimas patentes effuso suffocarũt, solũq; ipsum tam commodè compactum reddiderunt, ut homines addubitarent, unde frumentum illud quoque cædem talem patrarit, profluxerit. Ad hæc, alia quoque eius generis mala tum nouo prorsus modo extitere, quæ satis ostenderunt non naturali aliqua ratione hæc, sicuti Græcæ superstitionis sectatores delirantes dicũt, prouenire, sed diuinæ indignationis flagella ea hominibus immitti. Multis certè quidem eo tempore uisum est, irato ea Deo accidisse, propter tam apertam, quæ maximo illi ecclesiæ luminari Ioanni illata est, iniuriam. Siquidem & Imperatoris coniugem Eudoxiam tum uita excedere contigit, uermibus escam factam. Et urnam, cui imposita est, moueri cernere erat: Deo uidelicet eum, qui per illam in ecclesia concitatus fuerat, motum ostendente. Et Theophilus paulo post laterum morbo correptus interijt. Arsacius etiam, quemadmodum à me dictum est, paruo intercedente tempore fatis concesit. Et Cyrinus Chalcedonis episcopus, ex eo casu quo in pede circumuentus est, utroque crure dissecto, miserabiliter uita est defunctus. Et alij aliter uitam finiere. Antiochus & Seuerianus, sectatoresq; eorum malè quoque diem suum obiere, Deo ab ipsis pœnam sumente, propter sacra (proh dolor) iniquè prodita. Inter homines quoque esse Imperator Arcadius breui desijt. Verùm Ioannis primùm, deinde etiam Arcadij obitu exposito, unà cum utriusque fine, decimotertio quoq; historiæ huius libro, Deo adiuuante, imponam finem.

Terræmotus grauissimi. *Ignis cœlestis in terram delapsus.* *Idem in mare coniectus.* *Mare ardens.* *In terræmotu tecta & pauimenta domorum derepentè rupta, & rursum coniuncta sunt.* *In nauib. idem quod in domibus factum.* *Theologicum de prodigiosis casib. iudiciũ.* *Flagella Dei hominẽs castigãtia.* *Eudoxiæ mors.* *Theophili.* *Arsacij.* *Cyrini.* *Antiochi.* *Seueriani.* *Arcadij.* *Ioannis Chrysostomi.* *Itaq; intrà tecta ab hõminib. cælum uisum.* *Deus sanctorum suũ iniurias uindicat.* *Eudoxiæ urna mouẽri uisa.*

CAPVT XXXVII.

Vcusi Ioannes quum esset, ab Adelphio episcopo benignè exceptus atq; tractatus est. Atq; ibi multos quidem pane, plurimos uerò diuino uerbo, quod uerè corda confirmat, & mentes illustrat pauit. Permultos uerò etiam utiles atq; necessarios libros composuit. Nullæ enim quæ ei accidere ærumnæ linguam eius, fluminis instar fluentem, cohibere potuerunt. De patientia quoque, & de eo quòd non solum nos ad socordiam non dare, uerumetiam in rebus duris non offendi debeamus, non pauca conscripsit. Plurimas etiam tum ad sanctam Olympiadem epistolas dedit. Vniuersæ hæ quindecim sunt, mirificam patientiæ gratiam complectentes. In

Acta & scripta Ioannis quæ Cucusi edidit. *Epistolæ eius ad Olympiadẽ.* *Epistolarũ earũ summa.*

§ In quibus solum peccatum esse, ad quod exhorrescere nos conueniat, dicit. Acrumnas etiam quas in itinere pertulit, in eis commemorat: & ut eam à desperatione reuocatam, ad spem bonam futuri congressus erexerit: atq; ut feruente maximè æstate iter faciens, cum uehementissima febri sit colluctatus. Refert insuper stomachi ipsius uitia: & improbum, qui uirum iustum in exilium abduxit, Gallum: necnon diuersoriorum mansionum'que incommoditatem, ministrorum inopiam, rerum necessariarum penuriam, item quòd medicum non habuerit, & de Isaurorum terrore. Quemadmodum etiam monachi aduersus eum furentes, domicilium eius incendere uoluerint: & quomodo rebus eius in itinere comploratis, non solum ipsi eius miserti non sint, sed etiam misericordiam aliorum, extrema omnia comminati, impedierint. De uia deniq; queritur, utpote ardua, lapidosa, difficili, & molesta. quam ob causam beatam illam fœminam rogat, ut in orationibus suis illa meditetur, ne longior eius fiat profectio, sexcentis exilijs laborem itineris faciendi grauiorem sibi esse dicens. Hæc omnia, atque alia hisce similia epistolæ istæ, & aliæ præterea ad episcopum Cyriacum datæ, complectuntur. Porrò quum ei aduersarij, quòd Cucusi maneret, inuiderent, Arabissum abductus est. Ductoribus enim eius hoc studio fuit, ut transitione frequenti labefactatus ille, uitam miserè finiret. Sedenim quo pluribus obiectus est ærumnis, eo casibus omnibus propter sanctiorem philosophiam superior fuit, splendidus'que refulsit: quemadmodum in igne flamma, si materiam copiosorem sibi insectam habeat. Inde uerò Pityuntem (ita enim mandatum fuerat) ductus est. Oppidum id est grauis solitudinis, ad finem Pontici maris situm, sæuissimis barbaris conterminum. Eò quum duceretur, & iam ad Deum migraturus esset, noctu ei oranti, qui uitæ eius duces fuerant, Petrus & Ioannes assistentes, perquàm amicè cum eo sunt colloquuti: ei'que quùm aduersus dæmones uictoriam, tum postremò migrationem ad Deum, & quæ cum exceptura essent bonorum perceptionem cum lætitia annunciarunt. Dein † cœlesti & ineffabili cum esca pauerunt: ex quo tempore nihil posteà cibi sumpsit. Dicta hæc ab eis sunt, quibus ille ea secum uersantibus concredidit. Hinc etiam ille ad maiora progressus est certamina. Illi porrò quibus magnus uir ducendus commissus fuerat, magnis itineribus proficiscebantur, aliquando immensis pluuijs exundantibus, aliquando solis radijs maximè urentibus. Merces enim eorum crudelitate in illo exercendæ, maiorum dignitatum honores, proposita fuerat. Cæterùm Pityuntem uidere non potuit, sicuti Epiphanij uaticinium prædixerat. Ad Comanenos autem Armeniæ quum uenisset, ad templum Basilisci martyris ductus est, qui episcopus fuisse, & sub Maximino Nicomediæ martyrij certamen obijsse dicit. Ibi in somnis ei apparens martyr: Bono, inquit, animo esto, Ioannes frater, utrũq; crastina dies cõiunget. Ille etiã custodi templi ut locũ Ioanni pararet, præcepit. Ex eo loco cum triginta stadiorum iter confecissent, præter opinionẽ recta uia excidentes, errabundi ad martyris ædem reuersi sunt. Itaq; cum res suas disposuisset, linguã ad docendum mouisset, lætius se ita ut calceos quoq; indueret, uestib. suis ornasset, & per communionem diuinam sanctificationẽ percepisset: Gloria tibi, inquit, Domine de rebus omnibus.

Ad solum peccatum exhorrẽscendum. *Fortassè pro monachis, legẽdum mononmachi: hoc est, gladiatores. ut milites intelligantur, qui eum in exilium abduxerunt.* *Epistolæ Ioannis ad Cyriacũ episcopum.* *Ioannes Arabissũ abductus.* *Rebus aduersis Ioannes magis ac magis obnituit.* *Inde Pityuntẽ duci iussus.* *Moritur Ioanni Petrus & Ioannes apostoli apparuerũt.* *τροφὴ θεραπεία καὶ ἀναψύξις τοῦ στόματος.* *Idem cum cœlesti cibo pauẽrunt.* *Basilisceũ martyr apud Cõmanenos.* *Idem Ioanni in somnis apparet.* *Perceptio Eucharistiæ ante obitum.*

Nn 4 Et

§ *Tu tibi persuade, præter culpam ac peccatum, homini accidere nihil posse, quod sit horribile, aut pertimescendum.* Cicero. *Simus ea mente, quam ratio & ueritas præscribit, ut nihil in uita nobis præstandum, præter culpam, putemus: ea quum caueamus, omnia humana placatè & moderatè feramus.* Idem.

* *Plin. lib. 6. cap. 5. de regione Colchica: In intimo eo tractu Pityus oppidum opulentiss. ab Heniochis direptum est.*

† *Comana oppidum est Cappadociæ: Plin. lib. 6. cap. 3. Secundum Strabonem lib. 12. in conuallibus Antitauri. Comanensium mentio est l. quum antea, C. de agric. & censit. lib. 11.*

Signaculũ crucis.

Et seipso signo crucis, sub qua uixerat, obsignato, beatam illam ingressus est profectionem, cum Christo uiuens & regnans, pro quo labores longos pertulit, suo quidem nomine per migrationem talem fœlix & beatus: eis autẽ qui eum cognouerunt, & uel mediocriter mellitam eius doctrinam degustarunt, deplorandus. A

Ioannes in die exaltationis sanctæ crucis moritur.

Obitus eius in eam diem incidit, qua uiuificæ Crucis exaltationem celebramus, Septembris mẽsis decimamquartam. Sic enim conueniebat, eum qui uitam omnem sub cruce transegerat, & gloriã non in alia re quàm in cruce Christi collocauerat, festo ipsius die, quem ex materia ista acceptum circumferebat cinerem, deponere, atq; ad Deum in sublime ferri & exaltari. Eò uerò tum innumerabilis piè uiuentium uirorum & fœminarum multitudo ex Syria, Cilicia, Ponto, & Armenia confluxit: qui postquam eum pijs manibus prope Basiliscum martyrem sepelierunt, rursum inde abierunt.

CAPUT XXXVIII.

Arcadij mors. Arcadij liberi.

POst Ioannis mortẽ, Arcadius quoq; anno tertio defunctus est. Impẽrij successorem is filium Theodosium reliquit: sicuti & antea mater, nuper admodum à lacte remotum. Reliquit etiam filias, Pulcheriam, Arcadiam, & Marinam, admodum teneras, quæ in uirginitate cœlibes permansere. Non multo pòst Honorius quoq; Romæ hydrope periit, sororis suæ Gallæ Placidiæ & Constantij filium Valentinianũ tertiũ, & filiã Honoriam, post se in ea urbe relinquens. Arcadius ante finem uitæ, Deo chari hominis opinionem, talem ob causam obtinuit. Aedes quædam Constantinopoli est maxima & pulcherrima, Καρύαρ, hoc est nucem, eam incolæ nominant, quòd in ea media, nux arbor, spectaculum non contemnendum, steterit: ex qua arbore Acacium martyrem suspensum, martyrium suum peregisse ferunt. Propter hanc eB dem alia precatoria domus contiguè extructa est, ad quam spectandam Arcadius uenit: precibusq; in ea peractis, inde abscessit. Concurrit ad locum eum, ad Imperatorem uidendum, multitudo innumerabilis, & plena erant foris hominib. loca omnia. Simulatq; uerò Imperator paululum est progressus, confestim maxima illa ædes funditùs diruta concidit, ita ut neminem detrimento aliquo afficeret. Itaque clamor statim exortus est, Imperatoris precibus cunctos præsenti exitio esse liberatos. Atque hoc sic actum. Mortuus est autem Arcadius, quum octennis filius eius Theodosius esset. Vnà cum patre is tredecim, solus autem quatuordecim imperauit annos. Quos annos etiam tredecimus hic liber continet: quum à mundo condito quater millesimus noningentesimus uigesimus tertius: à natiuitate uerò Domini quadringentesimus decimus octauus ageretur annus.

Arcadius sanctitatis famam obtinuit Acacius martyr.

Item Honorij, qui fœderi no post Arcadium mortuus est anno.

Constantinopoli domus quædã, postquàm ea progressus est Arcadius, sine detrimento ullo hominũ corruit.

Libri illius anni.

HISTORIA GILDONIS TYranni Aphricani.

Gildo secundum duos in Europa tyrannos, Maximum & Eugenium, quos ope diuina Theodosius magnus oppressit, eo mortuo, in Aphrica tyrannidem inuasit: eandemq; ita sæua dominatione obtinuit per annos duodecim, ut urbem Romam, quòd ex Libya frumentum eò exportari non pateretur, annonæ charitate et fame affligeret. Libyam sibi ab eo ademptam, Roma apud Claudianum hisce queritur uersibus:

Hanc quoq; nunc Gildo rapuit: sub fine cadentis
Autumni, patuìdo metimur cærula uoto.
Puppis si qua uenit, si quid fortassẽ potenti
Vel pudor extorsit domino, uel præda reliquit,
Pascimur arbitrio Mauri: nec debita reddi,

Sed

A *Sed sua concedi iactat, gaudetq; diurnos*
Vt famulæ præbere cibos, uitamq; fatemq;
Librat barbarico fastu, uulgiq; superbit
Fletibus, & tantæ suspendit fata ruinæ.
Romuleas uendit segetes, & possidet arua
Vulneribus quæsita meis.— Et rursum:
—Iam solis habenæ
Bissenas torquent hyemes, cernicibus ex quo
Hæret triste iugum, nostris iam luctibus ille
Consensit, regnumq; sibi tot uendicat annis.

Quo minus autẽ in hunc armis Romani imperatores Arcadius & Honorius, quos ille propter iuuenilem eorum ætatem contemnebat, animaduerterent, Barbarorum in utrumque & Orientale & Occidentale imperium excursiones, & Attali tyrannis impedimento fuere. Habuit Gildo fratrem Macezerem, egregiè fidem Romanis præstantem. Huius filios eam ob causam per parricidium ille crudelissimè necauit. Honorius tandem Macezerem contra fratrem cum copijs misit. Qui cum quinque millibus armatorum Gildonis exercitum ingentem uicit atque fugauit. Gildonis ex fuga retracti gula, uelo nautico fracta. De expeditione Macezeris & uictoria, atque de parricidio Gildonis, apud eundem Claudianum, historicum potius hac in parte quàm poetam, in consilio imperatoris Honorij ita agitur:

Est illi paribus, sed non & moribus isdem,
Macezer, fugiens qui dira piacula fratris,
Spesq; suas uitamq; tuo commisit Asylo.
B *Hunc tibi tentatis frustra mactare nequiuit*
Insidijs, patrias in pignora contulit iras:
Quosq; manu pueros paruos gestauerat unà
Occidit iuuenes, inhumataq; corpora uulgo
Dispulit, & tumulo cognatas arcuit umbras.
Naturamq; simul fratremq; hominemq; cruentus
Exuit, & tenuem cæsis inuidit harenam.
Nunc quoq; nunc Gildo, tanto quem funere mersit:
Nunc doleat uenisse ducem, seseq; minorem
Supplicibus sciat esse tuis. quem sede fugauit,
Nunc præceps fugiat: fregit quem clade, tremiscat:
Agnoscatq; suum, trahitur dum uictima, fratrem.
Hæc ita ut Claudianus scribit, acta. Postremoq;:
Tertius occubuit nati uirtute tyrannus.

HISTORIA ALARICHI, QVOMODO IS primùm cum Gothis suis urbem Romam cæperit, & diripuerit.

Obsederat Romam Alarichus iam biennium: nec Honorius, qui Rauennæ desidebat, aut ferre suppetias urbi poterat, aut audebat. Nam quum nihil minus quàm de urbis eius salute solicitus esset, Stilicone interfecto, ducem exercitui idoneum minimè præfecerat, qui rem tum aduersus Gothos rectè administraret. Vnde Gothis obsidendæ urbis cogitatio, Romano milite uel dilapso, uel segniter rem gerente. Verùm eam frustra obsessam, cũ expugnare ui nõ posset, ad dolũ hostis barbarus uertitur. Professionẽ in patria simulat, trecẽtosq; iuuenes corporis & animi ui præstates deligit,

quos

quos Romanis principibus dono det, instructos prius ut omni obsequio dominos suos demererẽtur: & A ad certum diem circa meridiem, quum Romani principes somno uel ocio uacarent, ad portam Asinariam aduolent: interfectisq; improuiso insultu custodibus, portam sibi præsto futuro aperiant.

Interea Gotthi quum reditum, alia atq; alia deesse sibi simulantes, differrent, trecenti illi iuuenes occasione egregiè usi, portam constituto die suis aperiunt: & intromissus Gotthus, maiore ignominia quàm damno urbem omnem populatur. Sunt qui Probæ illustris fœminæ & opulentissimæ opera patefactam Gotthis portam existiment, quum plebem Rom. passim fame & morbis pecudum more cadentem miseraretur. Duo sunt cognitu non indigna. Unum, edictum ab Alaricho fuisse, ut quicumq; in templa diuorum confugerent, præcipuè Petri & Pauli, his nulla uis inferretur: quod & summa fide seruatum. Alterum, quòd quum renunciatum Honorio esset Romam periisse, de pugnaci ille Gallo, cui nomen Romæ erat, significatum sibi esse credulerit, quo cum paulo antè festiuissimè luserat. Adèo socordis ingenij princeps, nec quidquam omnino paternæ & auitæ uirtutis referens, ignauus fuit. Quod & Arcadio fratri eius uitio datum. Nam Eudoxiæ uxori addictus, cùm alia improbè fecit, tum Ioannem Chrysostomum, antistitem sanctitatis & eruditionis egregiæ, plus æquo uxori inseruiens, in exilium egit.

DECIMIQVARTI TOMI CAPITA.

I De Imperio Theodosij iunioris, ut id à tutore Isligerde Persarum rege sit administratum, rebus plerisq; omnibus ab Anthemio, cui Troilus sophista familiaris fuit, gestis.

II De uita, institutione, administrationeq; rerumpublicarum. Item de diuina pietate & uirtute Pulcheriæ, sororis Theodosij imperatoris.

III De uirtute, quam à puero imbibit, Theodosij: & de moribus, beneficentia, placabilitate, & de insigni religione & pietate eius.

IIII Ut Deus pium principem defendens, bella omnia insperatis admirandisq; rebus statim confecerit.

V De tyrannis in Occidente contra Imperatorem Honorium coortis, & de genero eius Constantio.

VI De Maximo tyranno, & Gerontio, & Constantino, aliisq; à Constantio interfectis: & ut Constantius rem administrarit, Valentiniano tertio post Honorium Imperatore, Roma relicto.

VII De tyrannide Ioannis Gotthi: & de Aspare & Ardaburio, belli ducibus.

VIII Ut Deus Imperatorum delectatus uirtute, multa corpora illustrium olim sanctorum sub terra latentia, in lucem produxerit: et de prophetæ Zachariæ inuentione.

IX De reliquijs Stephani primi martyris, quàm magnificè eas Pulcheria uenerata sit, templo ei in Regia extructo.

X De inuentione reliquiarum sanctorum quadraginta martyrum, qui ad Sebastiam in lacu martyrio sunt perfuncti.

XI De successione magnarum episcopalium sedium: & ut Synnadæ Theodosius eius loci episcopus admodum per persequutionem Macedonianos afflixerit, & potissimùm Agapetum eorum episcopum. Postquam autem Theodosius Byzantium percurrit, ut Agapetus orthodoxa religione susceptа, Theodosij sedem receperit: illo ab Attico quiescere, & priuatim uiuere iusso.

XII De Iudæo paralytico baptizato: qui in ipso baptismo sanitatem recepit, sacris præsidente Attico episcopo Constantinopolitano.

XIII De Nouatianorum & Arianorum successione: & quæ turbæ ipsos quoq; exagitauerint, propter Sabbatium, qui illegitimè episcopatum inuasit.

XIIII Ut post Theophilum Cyrillus nepos ex sorore eius sedem Alexandrinam sit consequutus, & de Iudæorum Alexandriæ concitata seditione.

XV De dissensione Cyrilli contra præfectum Orestem: & ut lapide Oreste in fronte ictus sit, & de zelo Nitriensium monachorum.

XVI De philosopha Hypatia, ut à clero Cyrilli sit necata. & de uindicta quam Iudæi pertulerunt, propter irrisa Christianorum sacra.

De

XVII De Iudæo qui dolo sæpe baptizatus, postquam ad Paulum etiam Nouarianorum episcopum uenit, lauacro baptismi ritè parato, ut subitò aqua euanuerit, Deo importunitatem eam miraculo coarguente.

XVIII Ut etiam apud Persas Christianismus sit propagatus, per Marutham Mesopotamiæ, & Abdam Persidis episcopos.

XIX Ut Abdas templum sacrati ignis demolitus sit, unde & ipse & alij martyrij certamen pertulerunt. & de acerbissimis tormentis, quæ Persæ contra Christi fideles excogitarunt.

XX De Achemenide, & Saane, & Beniamin diacono: ut ij apud Persas sæuissimè excruciati, martyrij sint adepti coronam.

XXI Ut propter Christianorum persequutionem pace cum Persis fracta, ingens certamen inter Persas & Romanos sit commissum. Quum autem Romani uirtute uicissent, simul & bellum & persequutio Christianorum finem habuerit, pace denuò inter Romanos & Persas firmata.

XXII De Acacio Amidensi episcopo, ut is ex sacris ecclesiæ uasis numis factis, Persarum captiuos redimens, domum eos remiserit: quæ res magnæ Persis fuit admirationi.

XXIII De Eudocia Augusta, quæ Athenais est dicta, qualis ea & unde fuerit, & quomodo matrimonio Theodosio imperatori sit coniuncta: & ut nouerit, se religionis ergò Hierosolyma profecturam. & de oue magnitudinis admirandæ, aliisq; quæ ei accidere rebus.

XXIIII De Attici patriarchæ episcopali administratione. Et quòd is urbanus admodum & facetus, nec non in imponendis rerum nominibus acutus fuerit.

XXV De Alexandro Antiochiæ episcopo, ut primus ipse memoriam & nomen diui Chrysostomi in sacros codicillos retulerit, atq; Atticum, itemq; alios idem facere curauerit, & Ioannis studiosos tranquillitati & paci restituerit: id quod Cyrillus facere detrectauit.

XXVI Epistola Attici patriarchæ imperantis urbis, ad sanctum Cyrillum Alexandrinum, in qua eũ ille cohortatur, ut nomen beati Ioannis sacro albo inserat.

XXVII Epistola contraria sancti Cyrilli ad Atticum, nomen Ioannis admittere detrectantis.

XXVIII Ut diuus Cyrillus per uisionem diuinam nomen Ioannis susceperit: conceptumq; antea odium, Deigenitricis intercessione, ei remiserit.

XXIX Post Atticum ad sedem episcopalem Sisinius est euectus, Philippus Sidites ei postpositus. Qualis is Philippus fuerit. Ut Proclus Cyzicenorum episcopus lectus, & tandem non receptus, priuatus ociosusq; Constantinopoli egerit.

XXX De maximarum episcopalium sedium præfectis, aliisq; uirtute atque doctrina præstantibus diuinis uiris.

XXXI Ut post Sisinium Nestorius hæreticus episcopus lectus, per arrogantiam turbis & tumultibus complere ecclesiam instituerit.

XXXII Ut Nestorius in ipso flagranti crimine per discipulum suum Anastasium sit deprehensus, Christum Dominum nudum hominem dicere, & sanctam Christi Deiparam matrem Christigenitricem apellare. Et quæ de eo memoriæ prodiderit Socrates ecclesiasticus historicus. Et de prodigio quod in ecclesia accidit.

XXXIII De epistolis sancti Cyrilli ad Nestorium. idem de duodecim capitibus, in quibus illius carpit peruersam opinionem. Præterea quæ de Nestorio scripserit Celestinus.

XXXIIII De tertio sancto uniuersali Ephesio concilio, in quo Nestorio episcopatus est abrogatus.

XXXV Ut triduo post Ioannes Antiochenus & Theodoritus aduenientes, Cyrillum & Memnonem Ephesium episcopali dignitate priuarint: synodus autem ipsos id ausos, rursum episcopatu abire iusserit. Ut Theodoritus contra duodecim Cyrilli capita dixerit, huicq; rursus Cyrillus responderit. Ut Nestorius Oasim exulatum ierit. Ut Ioannes & Cyrillus in gratiam reducti idem senserint, & iussu imperatoris Nestorij abrogationem ratam habuerint. Epistola Cyrilli, quam per Paulum Emesenum ecclesiæ Antiochenæ scripsit.

Qualia

XXXVI *Qualia se passum esse Nestorius ipse de se scribat. Et ut ad Oasim innumerabilibus toleratis ærumnis, postremò corrosa & consumpta à uermibus lingua, interierit.*

XXXVII *Ut post Nestorium Maximinus, ac deinceps Proclus patriarcha Constantinopolitanæ ecclesiæ præfectus fuerit.*

XXXVIII *De Proclo, qua doctrina, quáue uita fuerit. Et ut illum Imperator charum gratumq; habuerit. Et quòd idem competenti & debito sermone, res quæ eo tempore præter opinionem hominum mirificæ acciderunt, in Deum authorem referens, apud omnes in admiratione fuerit.*

XXXIX *De translationibus episcoporum ex sede in sedem aliam, & quòd consuetudo ea antiquitùs in ecclesijs obtinuerit. Quodq; talis translatio bene instituto ecclesiastico ordini nihil afferat detrimenti, ut modò ea ritè & ordine fiat.*

XL *De Iudæis qui in Creta uagati, postea Christianismum sunt complexi. Item ut tum ultra flumen Rhenum, gens Burgundionum Christi religionem susceperit.*

XLI *De Paulo Nouatianorum episcopo, & quæ ille admiratione & memoria digna ediderit.*

XLII *Ut episcopus Proclus Thalassium præfectum comprehendens, iamiam in Illyricum profecturum, post Firmum Cæsareæ creauit episcopum.*

XLIII *De reductione sacrarum reliquiarum sapientissimi Ioannis Chrysostomi.*

XLIIII *Ut etiam sit relatus diuinus Ignatius, Roma Antiochiam.*

XLV *De sanctis septem pueris, qui Ephesi resurrexerunt, ad fidem communis resurrectionis stabiliendam.*

XLVI *De maximis terræmotibus: & ut propterea in campo supplicationes factæ. quibus quum Imperator & Proclus adesset, subitò puer in aerem surreptus, ter sanctũ hymnum audierit: id quod ita rursum demissus populo retulit, & statim concidens expirauit. Et ut Theodosius urbem renouarit, pluraq; ædificia Antiochiæ construxerit.*

XLVII *Ut post Proclum Flauianus, post Cyrillum Dioscorus, ecclesiæ susceperit administrationem. De dissidio inter Pulcheriam & Eudociam, propter Chrysaphium. Item de synodo iterum Ephesi celebrata, & prædatoria cognominata.*

XLVIII *Confutatio eorum qui Christianorum sacra malignè exagitant: & Græcarum Gentiliumq; nugarum traductio.*

LXIX *Ut post prædatoriam synodum Theodosius, cognitis quæ ibi gestæ sunt rebus, Chrysaphium quidem occiderit, grauiter autem in coniugem Eudociam commotus fuerit. Idem sororem Pulcheriam reuocat: quæ Flauianum secum adducens sepelit, et in foro ærario magnificè Dei genitricis templum condit.*

L *Ut imperatrix Eudocia Hierosolyma petierit: quæ ibi construxerit ædificia. De uita & conuersatione Palæstinorum monachorum. Ut imperatrix Eudocia è uita migrarit.*

LI *De sancto Symeone, qui primus uitam & stationem in columna inuenit.*

LII *De sancto & magno Euthymio, alijsq; qui sanctè pieq; uitam exegerunt.*

LIII *De sancto Isidoro Peluſiota. Et quæ Cyrillus, & item alij de sacro Chrysostomo scripserunt.*

LIIII *De sancto Nilo: de Marco monacho, & de Theodorito Cyri episcopo.*

LV *De Synesio Cyrenensi episcopo: & quam is opinionem obtinens, ad sacerdotalem proiectus sit dignitatem.* — Synesius Ptolemaidis Pentapolis Thebaidis Libyæ episcopus. Suid.

LVI *De Valentiniano, qui Romæ imperauit. De gẽte Gotthorum: in quas nationes sit diuisa, & quæ tenuerint loca. Præterea de Bonifacio, Aetio, & Aspare ducibus: & ut Libya occidentalis Vandalis subdita fuerit.*

LVII *De Attila, Alaricho, & Giserico, Gotthis: & ut ab eorum expeditione bellica, uetus simul & noua Roma sit liberata. Et de alijs bellis, quæ uarij scriptores memoriæ commendarunt.*

LVIII *De obitu Theodosij iunioris, ut in monumento patris sui sit sepultus, in celebrrimo sanctorum Apostolorum templo.*

ECCLE-

ECCLESIASTICAE Historiæ Nicephori Callisti Xanthopuli, Tomus XIIII.

CAPUT I.

A IOANNES igitur, aurea lingua uir, labore certaminũ pro CHRISTO obitorum, ueluti aurum obryzum ad summum per exploration̄ probatus, ad hunc modum uita est defunctus. Post hunc & Imperator Arcadius mortuus est, adolescentulo admodum Theodosio filio, octauum uidelicet ingresso annũ, relicto. qui cum trimulus esset, mater quoq; cum relinquens; ad futuras transijt pœnas. Arcadius porrò, puero ne quid contingeret metuens, antè mortem Isdigerdem Persarum regem curatorem eius, & simul Imperij, donec ille in uirum euaderet, testamento instituit. Quod ubi Isdigerdes cognouit, re ea minimè neglecta, nouum quoddam admirandæ uirtutis exhibuit specimen. Pace namq; prolixa, ceu tum annorum inducijs cum Romanis initis, imperium Theodosio, quo minus periclitaretur, conseruauit: & Antiochum quendam, uirum admirandũ & præclarum, delectum ueluti tutorem & pædagogum, ad eum, cum literis in hęc uerba ad senatum Romanum conceptis, misit. Quum Arcadius Imperator uester me filij sui curatorem instituerit, qui officio meo fungatur, uirum istò misi. Ne quis igitur puero insidias struere audeat, ne bellum ipse implacabile aduersus Romanos moueam. Et Antiochus ubi Constantinopolim uenit, puerum ita ut Imperatorem decet, educauit: illud prouidens & curans, ut simul puer & magnificentiam in publicum progressus retineret, & rebus bellicis optimus esset.

Arcadius filiò Theodosio curatorem testamento designat aduersus Isdigerdem Persarũ regẽ.

Inducię centũ annorũ inter Rom. et Pers.

Antiochus de legatus ab Isdigerde Theodosij tutore.

Educatio puèri Imperialis.

B Quum autem quadriennium cum eo fuisset, discessit. Rerum autem omniũ administratio Anthemio præfecto commissa est: qui ex filio nepos eius Philippi fuit, qui Paulo Constantinopolitano episcopo electo, Iuæsanum Macedonium pro eo in ecclesiam induxit, sicuti libro decimo diximus. Anthemius iste mœnia Cõstantinopolis demolitus, pomeria urbis prolaturus, latericio ingenti qui nunc cernitur muro eam circumdedit, opere eo per menses duos magna & ferè incredibili celeritate confecto. Et quum prudentia multos antecelluit, tum inconsultò nihil sibi agendum duxit. Ac cum multis quidem ille alijs de rebus gerendis consilia communicauit: Troilo tamen sophista familiariter maximè usus est, in quo, præter cæteras uirtutes, prudentia etiam quædam reipublicæ administrandę Anthemij æmula fuit. Illud sanè animaduertendum, Anthemium Imperatoris iussu, unà cũ Cyro præfecto urbi, longo post tẽpore urbis mœnia construxisse. De Antiocho & Anthemio Imperatoris pedagogis hęc dicta sufficiãt.

Anthemius Orientalis imperij administrator.

Latericius ille urbis urbis Constantinopolitanæ ab Anthemio celeritèr exructus.

Troilus sophista Anthemij familiaris.

Cyrus præfectus urbi.

CAPUT II.

PRouidentia autẽ diuina, illud præcipuè curans, ut pius maximè Theodosius imperator fieret, alium quoq; tutorem germanum magis, imperio eius præfecit: Pulcheriam nimirum sororem, quæ à prima statim ætate ita sapuit, ut uirtute & ciuili prudentia eis non cederet, qui in his reb. maximè excellunt. Vnde colligere satis possumus, Principibus ad salutem, solam

Deus tutelę sororis Pulcheriæ Theodosium commisit. Eximia Pulcheriæ laus.

Imperia pietatē potiſſimùm cōſiſtūt.

ſatis ueriorem eſſe pietatem: ſicuti contrà, abſque illa nihil proſunt exercitus, A equi, ſatellites, enſium uis, uirorumq́ innumerabiles copiæ, aurum item, & argentum, plurima terræ iugera, & quicūq; alius præterea eſt apparatus. Etenim ipſa nondum quindecim nata annos, ſapientiorem diuinioreḿque quàm ætas ferret, obtinuit mentem. Et primùm quidem uirginitatem ſe per uitam omnem *Votum uirginitatis perpetuæ.* conſeruaturam eſſe Deo uouit: deinde ut idem facerent ſorores, eis quoq; perſuaſit, ne æmulationem atq; contentionem in Imperialē aulam induceret. Qua *Per ſuas ſcilicet aut ſororū ſuarū nuptias. Sozom.* re omnem inſidiarum occaſionem præcidit. Sedenim quum conſilium decretumq́ ſuum pignore aliquo ſtabiliendum eſſe putaret, Deo ipſi, ſacro ſacerdotum ordini, & ſubditis ciuibus, certum ſententiæ ſuæ teſtimonium exhibuit: Nam admirandum quoddam, incredibili pulchritudine ornamentum, ex auro *Donariū precioſiſſimū Pulcheria templo Cōſtantinopolitano dicat.* & precioſis lapillis confectum, in ſacræ menſæ formam redactum, pro uirginitate ſua, fratriſq́ imperio, catholicæ Conſtantinopolitanæ eccleſiæ dedicauit, in corona quadranguli eius, conſilio cauſáque conſecrationis eiuſmodi, nouis quibuſdam literis inſculpta. Itaque ubi pro uirili ſua natura Imperij curam ſuſcepit, quàm optimè, ita ut conuenit, cum ingenti decore rem Romanam adminiſtrauit: quàm celerrimè de rebus agendis conſultauit, ſimuľq; eas in ſcriptum retulit. Nam & in ſcribendo, & in dicendo, ſummopere eſt exercitata, ſermone utroque, Latino ſcilicet & Græco. Et quæ ipſa agebat, perinde atque à fratre *Educatio et inſtitutio Principis Chriſtiani.* conſtituta eſſent, in illum retulit. Illud plurimùm curauit, ut in Imperatorijs artibus educaretur, atque diſciplinis ætati cuique conuenientibus inſtitueretur. Ita ille rem militarem & equeſtrem, ab eis qui rerum talium accuratè periti erāt, didicit. Vt autem in publicis progreſsibus quouis tempore, ita ut Imperatorem decet, magnificus eſſet & ſplendidus, ab ipſa edoctus eſt: quemadmodum ſcilicet ueſtem ſibijpſi circundare, quo modo conſidere, incedere, & riſum moderari deberet: ut in rebus quibuſq; ſe, prout tempus ferret, uel placidum uel terribilem exhiberet, & commodum audiendis ſupplicantium precibus præberet. B Potiſsimùm uerò eum docuit iuſtitiam & ueram pietatem, ſicuti conuenit, colere, precari continenter, templa adire frequenter, ædes ſacras Deo conſtructas uaſis, donarijs, & ornamentis locupletare: ſacerdotum ordinem, ſimuľq; uiros bonos, qui Chriſtianorum legibus optimè uiuerent, plurimi facere. Hæc eius erant inſtitutiones. Quinetiam nonnullis, religionem adulterinis dogmatibus, *Sūmæ Pulcheriæ principis religioſiſſimæ laudes.* nouiſq; rebus deprauare conantibus, eamq́ in magnum periculum adducentibus, ut firmiter in ſtatu ſuo permaneret, ipſa quoque effecit. Et quo minus eo tēpore noua quæpiā hæreſis eccleſiā inuaſerit, in cauſa ipſa maximè fuit: quemadmodum ſuo loco hiſtoria oſtendet. Et quia ardenti animo diuinum numen *Opera pietatis eiuſdem.* coluit, non facilè quiſpiam enumerare poſsit, quę illa ſacra templa magnificè excitarit, quæ ue Dei amantium uirorum domicilia atque monachorum cœnobia *Templa & ſacræ ædes à Pulcheria conſtructæ.* conſtruxerit, perpetuas in ea impenſas, & res omnes eorum qui in eis pietati uacarent neceſſarias conſtituens. Ex multis uerò pauca quædam, quæ uim temporum ſuperarunt, id indicabunt. Opus enim eius eſt ſacrum Deigenitricis templum, quod Blachernæ dicitur, dignū ipſa illa Verbi matre, quod inhabitaret, *Blachernæ.* iudicatum domicilium: ſicuti filio eius, quod Sapiētiæ uocatur. Cuius diuinum tumulum, & ſepulchrales faſcias inuentas, cum ueneratione maxima ibi repoſuit. Templum item, quod τῆς ὁδηγοῦσης, hoc eſt, uiæ ducum cognomine clarum *Tumulus uirginis matris, & aliæ eiuſdemgeneris reliquiæ. Imago eiuſdem à diuo Luca picta.* *Virducū.* eſt, in quo diuinam illius imaginem, quam Lucas apoſtolus in tabula depictam reliquit, ſacrumq́ penſum, & Seruatoris ipſius faſcias, perinde atq; theſaurum, * τῶν χαλκοπρατῶν quem ad eum Eudocia Auguſta, quum Hieroſolyma profecta eſt, miſit, ſer- † ἁγίας σο uandas curauit. Præterea & ſacrum in * fabrorum foro delubrum, cui † ſancti φοῦ. ſepulchri

A ſepulchri nomen eſt. Vtraq; uerò hæc fana pulchritudine ſimul & amplitudine ambitioſa, magnificè ſunt conſtructa. Deus ſanè fœminam eam, propter uitæ inſtitutum charam habens, preces eius exaudijt, & in rebus agendis ſæpe ei apparuit. Et ut mihi quidem uidetur, amorem Dei homines nō conſequuntur, niſi ſeipſos idóneos factis ipſis præbeant. Ad eundem etiam modum ſorores inſti- *Virtutes ſororū Pulcheriæ.* tutæ, eadem ſtudia erga ſacerdotes, erga tēpla, præterea erga egenos, mendicos, & aduenas liberaliter præſtitēre. Vita quotidiana, inſtituta, atq; progreſſus, noui omnibus fuere. Diu noctuq; hymnis laudibuſq; Deum celebrarunt. Ocium, ſacram telam texentes, & id genus opus facientes, uitarunt. Inſtitutum namq́, *Ocij fuga.* propter quod uirginitatem erant complexæ, non decere ignauiam exiſtimarūt. Proinde uitia ciuſmodi, & reliquam Imperialem conſuetudinem, à uita ſua repulerunt. Itaq; factū, ut quòd Deus eis propitius eſſet, domus earum rectè ad- *Theodoſius Chriſti miſſimi Principis exemplum.* miniſtraretur, ętaſq; Imperatoris optata caperet incrementa: & aduerſariorum inſidiæ, bellaq; orta, omnia ſua ſponte, Deo adiuuante, ſoluerentur: & Imperator ipſe in dies rebus bonis accumulatus, laudatis ſororis conſilijs, ueluti uera effigies & ſtatua in optimi imperij formam expolita, eſſet.

CAPUT III.

Theodoſij uirtutes.

VErùm res quoq; eius ſine diſpendio et iactura ſilentio cōmittere non poſſumus, nō omnibus prorſus notas. Primùm namq; ita ut Imperatorē oportet inſtitutus atq; educatus, nullū de ſe ignauię & mollicię indiciū præbuit: ſed ita quùm noſtrarū, tum earū quę ſupra nos ſunt rerum peritus fuit: ut qui cum eo colloquerentur, humanæ mentis captum eum exuperare iudicarent. Adeò etiam fortis & laborū patiens, ut facilè uicißitudiB nem & mutationem temporū ſuſtineret, cumq; æſtu iuxtà & frigore concertaret. Ieiunio frequēti ſe aſſuefecit, & maximè quarto hebdomadis, & eo qui Paraſceues nomen ſortitus eſt, die: Chriſtianiſmū ad ſummū excolere uolens. Atque *Aula Imperialis aſceterio monachorum perſimilis.* ut aula eius Imperialis re nulla ab aſceterio differret, ſedulò curauit. Manè cōſurgens, hymnos Deo cum ſororib. alternis cecinit, & ſpiritus uerba ſemper in ore habuit. Cum epiſcopis & ſacerdotibus cōgreſſus, obſcuros locos & nodos ſcripturarū, haud aliter quàm ſi ſacris ipſe initiatus eſſet, explicuit. Sacrorum libro- *Bibliotheca Theodoſij.* rum, eorundēq; interpretum cōgerendorū adeò fuit ſtudioſus, ut ea laude Ptolemæo inferior non eſſet. Noctu eis legendis operam nauauit: lucerna ſe ſponte *Lucerna αὐτόματος.* ſua, machina quadam mouente, ſibiq; ipſi oleum infundēte, comparata: ut ne quis miniſtrorum eius in laboribus eiuſmodi moleſtiam quampiam ſubiret, ne quę uim naturæ cum ſomno colluctans inferret. Manu ipſe ſua pulcherrimè ſcripſit: ac multa ſcriptorum eius ad hoc uſq; tempus ſunt conſeruata, temporum ui ſuperiora, Euangelia uidelicet, & alia quædam, aureis omnino literis diſtincta, quorum paginæ crucis formam referunt. Quo labore eum uitæ ſumptus to- *Theodoſius fuit Calligraphus.* lerare potuiſſe, fama eſt. Malorum tolerantia omnibus, præcipuè autem qui eo nomine apud Græcos clari fuere, poſt ſe relictis, multis modis eos prętergreſſus eſt. Illi ſiquidem quum uerbis ſe philoſophiam exhibituros eſſe polliciti eſſent, re ipſa eam præſtare nequiuerunt. Ipſe autem Ariſtotelis perplexibilibus inuo- *Philoſophus μέχρι τοῦ πράττειν.* lucris uale dicto, factis philoſophiā exercuit, iræ, dolori, & uoluptati moderando. Iram adeò in poteſtate habuit, ut neminem unq; à quibus læſus fuiſſet, ultus *Ἀοργησία Theodoſij.* ſit, neq; eum quiſq; ſuccenſentem uiderit. Atq; aliquando ex familiaribus cuidam dicenti, neminem ab eo illorū morte mulctatum eſſe, qui iniurij ei fuiſſent, reſpondens: Vtinam, inquit, eos etiam in uitam reuocare poſſem, qui iamdudū mortui ſunt. Ad alium quendam eadem propè referentem, dixit: Nihil eſſe notii, ſi quis homo quum ſit, è uita excedat. Vnius aūt Dei eſſe, eum qui ſemel mor-

Theodosius ad supplicium damnatos, si illi ad ciuitatis portas ad mortem ducti non peruenissent, per misericordiam absoluit.

tuus sit, per pœnitentiam ad uitam reuocare. Vsq; adeò autem uirtutem hanc A
coluit, ut si quando quispiam capitale crimen admisisset, neq; eum condemnationis sententia usq; ad urbis portas produxisset, statim eum misericordia prosequeretur. Et quum aliquando Constantinopoli in amphitheatro uenationis spectaculum præberet, & populus exclamaret, aduersus grauem feram generosum quenquam periclitatorem, qui cum ea congrederetur, mittẽdum esse: An nescitis, inquit, nos humanioribus spectaculis delectari solere? Et deinceps itidem populum spectaculis uti docuit. Religione tanta cum sinceriore pietate usus est, ut sacerdotes omnes apprimè honoraret, maximè uerò quos sanctitate uitæ enitere cognouisset. Et quum ex episcopis quidam, qui Deo charus fuisse perhibebatur, diem suum obijsset, sagum eius squalore multo imbutũ, eum petijsse, & sub Imperiali chlamyde gestasse dicunt: quod bona spe esset, se aliquid de uiri eius sanctitate consequuturum. Longior aliquando pluuialis tempestas extitit, & ipse solitos Circenses ludos populo more recepto gratificãs exhibuit. Quum uerò uberiores etiam decíderent imbres, ibi tum egregiam suam erga Deum pietatem declarauit, per præcones populo denunciari iubens, conducibilius uidelicet esse, ut spectaculo repudiato, Deum qui præsenti calamitate eos liberaret, precibus placarent. Id quod confestim est factum. Litania instituta est: supplicantes processere, laudibus Deum uexere, atq; una concors ecclesia ciuitas tota facta, et ipse medius hymnis canẽdis, pręjt habitu priuato incedẽs. Minimè uerò eum opinio fefellit. Statim enim cœlum aerem turbidum serenitate commutauit, & frumenti non mediocrem inopiam ingens quædam frugũ copia & ubertas est consequuta. Atq; omnib. ille quidem, ut ita dicam, exornatus fuit bonis: non minus uerò eũ cohonestauit misericordia, placabilitas, & animi serenitas, tẽpestatis procellã non admittẽs: atq; insuper fides sincera & probata, una cum religione non ficta, sicuti inde conijcere licet. Vir quidam aspe- B
riorem durioreḿq; uirtutis uitam consectans, præfracto eum adjt animo, ut ab eo quidquam peteret. Atq; ubi id sæpius expertus non impetrauit, uinculis ecclesiasticis Imperatorem à communione arcens subdidit. Postquàm autem Imperator in regiam suam uenit, & epulæ appositæ sunt, conuiuaq; omnes assuerunt, non ille prius cibum sumendum esse, quàm uinculis sibi iniectis solutus esset, censuit. Quapropter ad antistitem Constantinopolitanum famulum quendam misit, petens, ut eum ipsum soluere se, qui ligasset, iuberet. Quum id episcopus recusaret, & pro uinculo habendũ non esse, quod à quocunq; ligatum esset, significaret, solutuḿq; adeò iam esse diceret, nondum calculo eius acquiescendum esse duxit. Multo uerò labore is qui eum ligauerat inquisitus, eum absoluit. Ac sic tandem Imperator cibum sumpsit. Adeò religiosus Theodosius fuit, uitaḿq; suam accuratissimè ad diuinas leges composuit. Quam ob causam quicquid fuit ex idolis reliquum, ita est funditus disiectum, ut posteris eius ne uestigium quidem prioris fraudis & seductionis cernere sit datum. Sententiam uerò de eis suam in constitutionem retulit.

Per pœnitentiam homo reuocatur ad uitã.

Theodosius legitimã quoque monachi excõmunicationem nõ contempsit.

Idololatria prorsus euersa.

l. Omnia loca. C. de sacrif. pag. et templ.

CAPVT IIII.

Deus manifestè bella à Theodosio repulit.

Roilas Scytha cũ copijs suis fulmine cœlesti extinctus.

SI quando bellum motum est, ad Deum confugiebat, diuinũ musicũque Dauidẽ æmulatus, quod in illius ueluti promi cõdi potestate bella esse sciret: & quòd illum certum haberet curatorem, cõdignos spe bona percepit fructus. Ego uerò ueritatem promulgãs, ex plurimis pauca referam, quamuis extra institutum argumentum ferri uidear. Roilas ingenti Scytharum Nomadum exercitu coacto, & Istro transito, Thraciam uastauit, & ad urbem quoq; imperantem uenit, subitò & primo clamore atq; impetu,

A petu, sicuti ipse putabat, eã direpturus atq; excisurus. Verùm Deus cœlitùs Imperatorem propugnans, uiolento tonitru & fulmine demisso, non modo ipsum ustulatum in cineres redegit, sed innumeras quoq; copias eius concidit. Idem etiam aduersus Persas fecit. Quum enim ille pace repudiata, derepentè finitimos aggrederetur populos, neq; auxilia aliqua, quæ oppressis opem ferrent, adesscent, ducibus copijśq; militaribus alijs bellis occupatis, imbre uehementissimo & grandine maxima Deus illos persequens, progredi ultrà passus nõ est; equosque eorum ita pedicis cohibuit, ut diebus uiginti, totidem stadia cursu perficere non possent, quoad usq; exercitus cõgregatus fortiter hostibus restitit. Antea quoq; quum Persæ, Goranne duce, cognominem Imperatori urbem oppugnarent, omniśq; generis machinis adorirẽtur, & turres extra muros contra eam excitarent, neq; quidquam efficerent, ridendos se dedere, Eunomio eius episcopo machinas hostium omnes perfringente. Quum naḿq; nostri propter oppugnatorum multitudinem animos desperatione desponderent, precibus ipse contra illos pugnans, urbem saluam conseruauit. Ex satrapis tum ibi qui sub Goranne erant, quidam ad blasphemias conuersus, itidem ut Rabsaces & Sennacherim, animo furibundo minatus est, sacrum se eius ciuitatis templum igne consumpturum. Contumeliam eam non ferens diuus Eunomius, tormentum bellicum saxa iaciens ad propugnaculum cui apostoli Thomæ cognomen fuit, disponi, ingenteḿq; lapidem eò in os blasphemi illius emitti iussit. Iicet saxum balista ea tortum, maledici illius satrapæ os detestandum perculit, facieḿq; eius omnem com-
B minuit, capite rectissimè attrito, cerebróq; omni dispersо. Quem ubi Gorannes conspexit, expugnatione urbis desperata, fugiens inde discessit, re ipsa uictum se esse clamans. Metúq; correptus, de cetero per pacta conuenta cum Romanis inita pacem est complexus. Tantam Deus ipse fidelis ministri sui Imperatoris eius curam gessit: qui eo nomine illi gratias egit, eundeḿq; religione debita coluit. Porrò bella in Occidente contra ipsum et patruum adhuc uiuum mota, quo modo Deus soluerit, quid dicere attinet?

Persarũ excursio in fines Ro. imbribus & grandine inhibita.

Goarannes Persarum dux.

Theodosiopolim Eunomius episcopus precibus ab immani ut Persarum seruauit.

Pax Persica. Præsidio suo Deus Theodosium tutatus est.

CAPVT V.

Alarichus fraude & perfidia Romam cæpit.

Placidia Constantio duci nuptui data.

QVm etenim in regionibus Occidentalibus plurimi tyranni exorti essent, partim alij alijs colluctati, atq; ipsi inter se concisi, partim diuina ui in Imperatorum manus delapsi, satis illis Dei in eos amorem sunt testificati. Iã enim antea de Stilicone & Alaricho Gottho diximus: illo tantum omisso, quòd quum in Italia & in ipsa urbe Roma, casu quodã seditiosi homines Imperatori Honorio rebellarent, ipse Rauennam se contulerit: Alarichum autem istum, quem fidum adhuc sibi esse putabat, Galliæ scilicet ab eo ducem creatũ, cum frequentissimo exercitu, ut iniurias Imperatori factas ulciscereturr, miserit. Ille uerò quum eò uenisset, arte ciuibus deceptis, Romam ingressus est: atq; ibi publica pecunia ablata, tandem & Honorij sororem Gallã, quæ etiam Placidia dicta est, adolescentulam adhuc & innuptam, rapuit, atq; inde discessit. Eaḿq; Constantio, Comitis dignitatem gerenti, fido admodum sibi amico, seruandam dedit. Constantius porrò illa una cum pecunia accepta, ad Imperatorem Honoriũ uenit. Quo cum ad hostes reuersus, cum Alaricho pugnã commisit, uictoriaḿq; obtinuit. Quam illius erga se beneuolentiam & fidem ut
† Honorius remuneraretur, in matrimonium ei Placidiam collocauit: eundeḿq; fororí talem honorem habens, corona & purpura ornatum, ad societatem Imperij extulit. Atq; illum quidem Romæ reliquit: ipse uerò Constantinopolim ad res Theodosij ex fratre nepotis ordinandas, Arcadio illius patre non ita pri-

Vandalorum, Alanorũ, Suuoruḿq; ducces legatos ad Honorium cĩ huiusmodi mãdatis misere: Tu cum omnibus pacẽ habe, ab omnib. obsides accipe: nos nobis confligimus. nobis perimus, tibi uincimus: tuæ erit quæstus reip. si omnes pereamus. Diac.

Cõstantius Alarichũ uicit.

Cõstantius in societatem Imperij ab Honorio assumptus

dem mor-

Oo 3

† *Hoc tempore apud Bethlehem sanctus Hieronymus, uno & nonagesimo annis expletis, ad Christum migrauit. Diac.*

Tyranni Occidentales in Britania.

dem mortuo, profectus est. Sedenim in Britania milites seditione mota, Mar- A
cum tyrannũ promulgarunt. Nõ multo uerò pòst eo occiso, Gratianũ ad impe-
rium euexerunt. Sed cũ & hic quatuor exactis mensibus, iugulatus ab eis esset,
Constantinũ summæ rerũ præfecerũt, nomine ipso imperiũ illi certũ tutumq;
Constantini tyrannis. fore opinati. Quas ob causas reliquos etiã ita legisse uidentur. Cõstantinus ex Bri-
Bononia Galliæ. tania Bononiam maritimam Galliæ ciuitatẽ traiecit, militesq; Galliæ & Aquita-
Cõstans filius eius ex monacho cæsar. Diac. niæ omnes, ciuesq; & subditos usque ad eas quas Romani Cottias Alpes nomi- Cottiæ Alpes.
nant, inter Galliã & Italiam sitas, ad se pertraxit, & maximũ natu filium Constan-
tem (quem postea Imperatorẽ renunciauit) data tum ei Cæsaris dignitate, in Hi-
spaniã misit. Is ibi quos in rerumpub. administratione inuenit, Honorio genere
Cædes Didymi & Veroniani. Pro Veroniano alij legunt Viridianum. coniunctos, Didymũ & Veronianũ, prælioq; secum in Lusitania congressos, & Hi quũ ad-
iuuos captos, unà cum coniugibus interemit, & suos ei prouinciæ rectores pre- tea inter se dissensissẽt
fecit. Theodosiolus uerò, & Lagodius, qui eorũ quos modò necatos esse dixi- in periculo
Theodosiolus. Lagodius. mus, fratres erãt, fuga sibi cõsulentes, salui permansere. Et Theodosiolus in Ita- supremo ad
Id sibi cõmitti Hispani more antiquo petierunt, sed eos Cõstãs nõ audiuit. Idem. liam ad Honoriũ, Lagodius aũt in Orientem ad Theodosiũ peruenit. Hac re sic cõcordiare
acta, Constans ad patrẽ Constantinũ transijt. Cæterùm cum incõmodum præsi- diere. Soz.
dium in Hispaniarũ aditu collocasset, maximæ cladis & excidij regionibus eis id Barbaris enim Pyrenæi montis claustracrè didit. Diac.
causa fuit. Postq; enim Cõstantini copiæ cõciderunt, Vandali, Sueui, Alani, gen-
tes feræ, transitu eo occupato, multas urbes & multa castella Galliarũ & Hispa- Vandali, Sueui, Alani, Gallias & Hispanias uastãt.
niarum, & aliquot tyranni duces ceperunt. Constantinus quũ ei adhuc ex sen-
tentia res procederent, filiũ Constantem Augustũ declarauit, & transire in Ita-
liam uoluit. Et Cottijs Alpibus superatis, Liberonem, Liguriæ ciuitatem uenit.
Eridanumq; traiecturus, ubi de Alauichi morte certior factus est, retrocesit.
Alauichi proditoris cædes. Alauichus iste dux quidẽ Honorij, proditionis aũt suspectus, quasi Cõstantino
Italiæ imperiũ pararet, fuit. Quã rem ubi Honorius cognouit, ex progressu seu B
deambulatione quadã reuersus, simulatq; ab equo descendit, statim gratiarum
Cõstãtinus et Constans Arelate concluſi. actiones & laudes Deo obtulit, ueluti à manifesto prædítore liberatus. Cõstan-
tinus aũt tyrannus, & filius eius Constans, profugientes, in urbe Arelatensi con
clusi sunt. Exercitu namq; eius dispersso, gentes quas diximus barbaræ, loca cir-
ca Pyrenæum montem opibus atq; diuitijs referta occuparunt: atq; inde, præsi-
dijs negligenter ad transitum ipsum dispositis, in Hispaniam transierunt.

* Eadẽ ætate Pelagius Brito, Celestino & Iuliano adiutoribus, hæreticũ dogma contra gratiam Christi instituit: quod in Carthaginiensi ducentorum decem & septem episcoporum concilio est damnatum.

CAPUT VI.

Gerontius Maximũ tyrannũ constituit.

IO tempore Gerontius Cõstantini ducũ præstantissimus, susceptis
contra eum inimicitijs, Maximũ quendã sibi familiarissimũ, q̃ eum
imperio cõmodum esse existimaret, ad imperialẽ sustulit dignitatẽ,
purpurea ei uestẽ data. Atq; illum quidem Taracone reliquit. ipse
autem copijs acceptis, aduersus Constantinum progressus est: atque ex itinere
Constantis interitus. Edouichus. Viennam digressus, filio eius Constanti necem struxit. Ea res de Gerontio ubi Franci. Almani.
ad Constantinũ est delata, Edouichum ducem suum ad auxilia ex Francis & Al-
manis contrahenda trans Rhenũ misit. Et Viennã filio Cõstanti, nondũ Geron-
Gerõtius Arelate obsidet. tij insidijs sublato, seruandam cõmisit. Gerontius ad Arelate duxit: eamq; urbẽ,
ubi Constantinus profugus erat, obsedit. Honorius aũt exercitum ingentẽ ad-
Cõstantius ad uersus Cõstantinum in Galliam uenit. uersus Constantinũ tyrannum misit, duce Constantio, quem sororis eius Gallæ
Placidię uirũ fuisse, antea diximus: atq; is postea Valẽtinianũ tertiũ, & Honoriã
filiã ex ea genuit. Ea re territus Gerõtius, cum paucis celeriter fugit. Reliqui aũt Gerontij fuga.
milites eius ad Constantium transierunt. Hispani Gerontium propter subitã fu-
gam contemnendũ esse censentes, consilium eius occidẽdi ceperunt. & noctu in
hospitio

A hospitio eius imminẽtes, quũ armis satis muniti essẽt, interficere eũ sunt aggres- Gerontiũ Hispani in hospitio obsident.
si. At Gerontius & Alanus unus, cum quibusdã illius necessarijs, tectũ eius do-
Gerontius se contra illos strenuè tuetur. mus cõscendentes, nõ pauciores q̃ trecẽtos qui eos oppugnabãt, interfecere mi- Exemplum militaris fortitudinis.
lites. Atq; ubi tela eis defuere, famuli quidẽ clàm se ex ædib. demittẽtes, in pedes
Bauci plurimos interficiunt. coniecerunt. Gerontius aũt quũ & ipse iti dẽ saluus euadere posset, facere id re- Præclarũ exẽplũ amoris coniugalis Nunychia Gerontij coniunx.
Idem salute desperata, primùm Alanum fidi somitẽ, deinde coniugem suam, postremò se ipsum interficit. cusauit, Nunychiæ cõiugis amore obstrictus. Cum ipso aũt diluculo, hostes do-
mum in inferiori parte incẽderunt. Et quũ Gerõtio nulla salutis spes reliqua es-
set, primùm ille Alani caput nõ illibẽtis resecuit: deinde & uxoris, quũ illa lamẽ-
tarẽt, & lacrymãs se ferro admoueret, precaretur q̃, ut prius extremum hoc mu-
nus à marito ferret, eiusq; gladio interiret, q̃s in aliorũ peruenire potestatẽ. At-
que illa dignã se religione sua exhibẽs (Christiana emẽ erãt) uirili prorsus animi
instituto, ita uitã finijt: præclariorem, q̃s ut obliuione premi possit, memoriã ad
posteros transmittens. Postremò uerò Gerontius, quũ tertio sibi ipsi ferrũ ade-
gisset, nec letale uulnus inflixisset, quem ex femore suspensum habebat, pugione
Constantinus Constantij obsidionem sustinet. strícto, cor conuulnerauit. Et sic Gerõtius quoq; interijt. Enimuerò Honorij ex-
citus, cui Constantiũ præfuisse indicauimus, Cõstantinũ circũuallante, ille ob
sidionẽ sustinuit, Edouichũ, quẽ ultra Rhenũ ad Francos & Almanos auxiliares
adducẽdos miserat, expectans. Quod ueritus Cõstantius, retrocedere Italiã uer
sus, ibiq; cõfligere cũ Edouicho uoluit. Idq; ita cõstituit, q̃ in propinquo Edoui
Edouichus cũ suis à Constantio prælio uincitur. chũ castra habere audiuerat. Itaq; cũ copijs Rhodanũ transijt. Et ipse quidẽ cum
Vlphilas equitũ præfectus. peditatu omni hostib. exitiũ molitus est: nec minus Vlphilas equitũ præfectus,
nõ longè ab eis loco alio clàm in insidijs cõstitit. Postq; aũt hostes Vlphilam in-
B scij prætergressi sunt, & iam pugnã inire cum Cõstantio deberẽt, signo dato ille
subitò se ostendit, & hostes à tergo aggressus est. Ordinib. ergo turbatis, alij se
in pedes dederũt, nõnulli trucidati sunt: quidã abiectis armis ueniã petiere, qui
etiã quãprimùm in gratiã sunt recepti. Edouichus aũt equo cõscenso, in agrũ Ec- Edouichus ex fuga ad Ecdicium amicum confugit. Is ab Edicio fraude occidit-
Exemplũ amicitiæ et hospitij uiolati. dicij cuiusdã ueteris amici, qui multa ab eo acceperat beneficia, peruenit. Et ille tur.
quidẽ ut amicũ eũ excepit. Noctu aũt capite ei amputato, ad Constantiũ id, ma-
gna se pro eo munera accepturũ sperans, pertulit. Cõstantius gratias homini de
Cõstãtius à castris suis proditorẽ repellit. facinore eo egit, & caput recepit. Quũ uerò manere cum eis ille conaretur, discede
re inde iussus est. Minimè namq; sibi & exercitui bono putauit fore, insidi hospi
tis consuetudinẽ. Quapropter Ecdicius in amico & hospite aduersis reb. presso,
quũ flagitiũ tam impiũ designarit, lupus (quod in prouerbio dicit) frustra hians
esse uisus est. Post uictoriã istã, ubi exercitus ad urbis obsidionẽ amne transmis-
so redijt, & Cõstantinus ea quæ Edouicho acciderãt cognouit, sua spõte Impe-
ratoria deposuit insignia: ecclèsiamq; ingressus, presbyteri fusce pit dignitatẽ. Et Cõstãtius ex tyranno presbyter factus.
Gallia patefacta. ciues oppidi iureiurãdo prius accepto, portas Cõstantio aperuere: qui etiã om- Cõstantius p deditionẽ Arelate recipit.
Constãtini & filij eius Iuliani cædes. nes seruati sunt. Atq; ex eo tẽpore, subditi eius regionis omnes in pristinum sta- † Nõnulli hũc Iouinũ, alij Iouium nominant: cuius frater Sebastianus itidem est cæsus: Illustrissimi dignitas.
tum restituti, Honorio fideles fuere. tyrãnus aũt cum filio Iuliano in Italiã ducti,
priusq; ad destinatum locum peruenere, trucidati sunt. Breui quoq; pòst † Iouia-
Aliorum item tyrannorum. nus, Maximus, quẽ diximus, Sarus, alijq; præterea qui Honorij imperio insidi-
ati sunt, cæsi interiere. Qui sanè Honorius, sicuti dictũ est, per sororẽ Gallã Placi
diã, in affinitatẽ Cõstantiũ, q̃ Cõstantini tyrãnidẽ exterminauit, asciuit: eundem
que propter plurimas præclarè bello res gestas, in Imperij societatẽ recepit. Ipsi-
us etiã filio Valẽtiniano, quẽ illi Placidia progenuerat, Illustrissimi dignitatẽ cõ-
cessit. Cõstãtij imagines, id q̃d eis facere mos erat qui pridẽ ad fastigiũ Imperiale
Constantij mors. euecti essent, in Orientẽ missæ sunt. easq; cũ iunior Theodosius nõ admitteret,
& ob talem contumeliã bellum Constantius molireꝰ, simul & uita & curis eius-
modi eum mors aduenies soluit, cum nõ lõgius quàm mensib. sex imperasset.

CAPVT VII.

Vocatur ij hypomnematographi. l. si quos spontaneos. C. de decurion. li. 10.

INterea uerò Ioānes, unus ex ijs qui Imperatori cōmentarios scribū, præsenti secundarū rerū statu nō cōtentus, imperio arrepto tyrānus alius extitit. Placidiam is, & Valentinianū expulit, qui etiam Byzantium ad Theodosiū nauigarunt. Ea rē Honorius cognita, dolore immenso correptus, postea hydropis morbo perijt. At Ioannes tyrānidi incubans, † legationē ad Theodosiū misit, quæ ut ipse Imperator reciperet, peteret. Legati uerò nihil egere, sed primùm in custodiā conijcti, deinde in Propontidem exulatum missi sunt. Porrò Placidiam & Valentinianū Thessalonicā duci Theodosius curauit, atq; ibi Cæsaris dignitatē nepoti tribuit: bellum aūt aduersus tyrannum gerendum Ardaburio duci, & filio eius Aspari commisit. Qui sanè Placidiam & Valentinianum secum ducentes, postq; ad Pæones & Illyricos peruenere, Salonas Dalmatiæ oppidū ui cæperūt. Ex eo loco Ardaburius classe contra tyrannum profectus est. Et primùm ille quidē secunda fortuna usus est, postea autem naualis expeditio ei non bene cesit. Nam subitò uiolentus & incommodus uentus exortus, in tyranni manus eum coniecit. Et ille ad pacificationem spectans, humaniter Ardaburium tractauit. Ardaburius in securitate multa, quum eos qui à tyranno ducum ordine moti & exautorati fuerant, mœstos esse uideret, insidias etiam contra illum magis struxit: & filio Aspari clàm denunciauit, ut quàm celerrimè ad occasionem rei bene gerendæ aduenire. Tyrannus Ardaburio capto spe elatus, in eam necessitatē Imperatorē cecidisse censuit, ut cōmuni calculo petitionē suam approbaret, & se Imperatorē reciperet, siquidem ducem suum saluum esse uellet. Et profectò in maximo Imperator erat discrimine, ne quid à tyranno aduersi Ardaburio accideret. Aspar equitatu accepto, celeritate aduentus sui sensum præuenit, & Aquileiam urbē magnā recepit: eam'q; facilè, Placidiam & Valentinianū secum habens, cōfirmauit. Metus aūt ei ulterius progrediēdi, quòd barbarū plurimorum millium exercitū contraxisse audisset, incessit. Verùm tum quoq; maximè Imperatoris precatio enituit. nam angelus Dei pastoris habitu sumpto, copijs Asparis præijt, & per lacū eas, qui Rauennæ (ibi enim tyrannus in potestate sua Ardaburium habens agebat) subiectus est, duxit, unde neminem unquam aduenisse memoriæ proditū est. Deus sanè ipse, qui in mari rubro undas discidit, quod inuium erat, omnib. peruium exhibuit. Sedenim perinde atq; solum siccum copiæ Asparis unà cum equitatu omni, lacus undas transeuntes, primo aduētu urbis portis captis, potiti ea sunt. Ibi cum prælium exiguum commissum esset, tyrannus proditione suòrum captus est, & Aquileiam ad Placidiam & Valentinianum missus. Vbi ei primùm manus resecta, deinde etiam caput amputatum est, quum annum sesquialterum tyrannidem exercuisset. Imperator more suo rursum qua esset erga Deum religione ostēdit. Postquam enim ei uictoria de tyranno reportata, ludis Circensibus renunciata est, ad populum uociferans: Agite, inquit, si ita uidetur, ludicro hoc dimisso, in ædem hanc precatoriam eamus, & carmina gratiarum agendarum authori uictoriæ Deo concinamus. Hæc ubi dixit, spectaculum neglectum est: & per circum medium euntes omnes, concentu uno cum hymnis & carminib. pulcherrimis gratissimisq;, in proximā Dei domū sunt ingressi, formam'q; prorsus ecclesiæ unius cūcta retulit ciuitas, populo omni in tēplo diem eum cōsumente. Postea cura illa animum subijt Imperatoris, ut quem'nam Occidenti Imperatorem omnino præficeret, deliberaret. Quapropter Valentinianum sororis filiū, idoneum

A Ioannes ex scriba tyrannidē occupat.

Honorij mors.

Legati eius malè à Theodosio accepti.

B

Aspar Aquileiam capit.

Efficacia precū Theodosij. Consideret lectoræquus, qd in Albi flumine ad oppidū Mulbergā an. Domini 1547 acciderit.

Aspar angelo Dei duce per lacū itinere facto, Rauennā & Ioannem tyrannum capit.

Supplicū Ioannis.

Theodosius pro uictoria gratias Deo agit.

† Honorius cum patre, fratre, & fratris filio, triginta imperauit annis, & tricēnalia celebrauit. Ab eodem Placidia Augusta, Constantio marito eius mortuo, cū Valentiniano & Honorio liberis pulsa, à Theodosio in Oriente suscepta est. Diac. Pomp. Cassiod. Huic soboles nulla fuit. Nā duæ Stiliconis filiæ, Maria & Thermantia, altera post alteram ei nuptæ, Dei iudicio inopinata morte præuentæ, ex hac luce migrarunt. Diac.

A idoneum ei imperio iudicauit, quòd matrem haberet, quæ curam ibi rerum administrationis ferre posset. Properabat uerò & ipse in Italiā proficisci, ut nepoti imperium constitueret, prouinciales'q; ibi, ne facilè tyrannis se cōmitterent, doceret. Et ea de causa Thessalonicā progressus est. Sed quo minus ulterius procederet, morbo impeditus est. Proinde per Helionem patriciū, imperij insignibus illi missis, ipse Byzantium est reuersus. Aetius uerò, qui secundum ducēdis militaribus copijs locum apud tyrānum habuerat, post tertium à cęde illius diē, sexaginta barbarorū millia ducens aduenit. Cum quo ubi Aspar conflictum habuit, & cædes utrinq; ingens facta est, postea pacificatione inter ipsum & Placidiam atq; Valentinianum interueniente, Comitis dignitatem tulit. Qui uerò cū eo mercede cōducti erant barbari, auro corrupti, & ipsi simul & irā & armā abiecere. Obsidibus'q; datis, & fide rursum accepta, in patriam rediēre suam.

Valentiniani 3. Ro. imperator in Occidente constitutus.

Helio patricius.

Aetius per transactionem Comitis dignitatē accipit.

Hunnos fuisse scribit Diac.

Castinus magister militum apud Ioannē, cuius consilio potissimū in tyrannidē inuaserat, exilio multatus. Id.

CAPVT VIII.

NErùm de tyrannis qui tum extiterunt, & prouidentia Dei diffluxerunt, satis dictum esse puto. Neq; nos illorum obiter, & quasi per digressionem meminimus: sed ut certò declararemus, sufficere principi, maximè ad præsidium & custodiam imperij, rerum diuinarū curam diligentem, & cultum rectum: quæ in Theodosio & sorore eius Pulcheria fuere. Deus etenim omnino administratione eorum delectari uisus est: non eo solum quòd bella ita composuit, ut subditi eorum ab hostibus liberarētur, atq; ijdem præter opinionem omniū, cum ingenti magnificentia rectè gubernarentur: uerumetiam, quòd multa sacra corpora eorum qui olim ueriore pietate excelluerunt latentia, Imperij illorum tempora honore prosequens, uisionib. qui-
B busdam è sinu terræ produxit, & publicè in apertum protulit. Id quod eo tempore accidit in Zacharia ueteriore propheta, in Stephano primo diacono & martyre, atq; in Sebastiensibus quadraginta sub Licinio gelu concretis martyribus. Quorum omnium quum noua sit inuentio, ut eam Deus exhibuerit, necessariò dicendum esse uidetur. Ac primùm de propheta, ut qui primùm apparuerit, memorabo. Circa Eleutheropolim Palæstinæ, uicus quidam est Chophar dictus, unde Zacharias ortus fuit. Præfuit huic Calemerus quidā agricola, erga agri possessorem quidem benеuolus maximè, in finitimos autem rusticos durus admodum & grauis. Et quamuis ille talis esset, propheta tamen ei insistens, seipsum apertè ostendit, & ad hortulum quendam eo ducto: Hic, inquit, in duorum cubitorum altitudinem fodito, à septo in hortum ipsum, eam uiam uersus quæ in Bithrerebin oppidum ducit: & arcas duas inuenies, exteriorē lignеam, interiorem plumbeam. Reperies præterea apud loculos eos uas quoddam aqua repletum: ad cuius partē utramq;, mediocres duo innoxij & placidi serpentes (cicures eos dicas) circumuoluuntur. Hæc quidem, qui per uisionem apparuit, dixit. Calemerus uerò uiso ei obsequutus, imperatum opus perfecit, atq; ubi sacra illa arca iuxta prædicta signa extitit, diuus propheta apparuit, sacerdotalem indutus stolam: quippe qui etiam, ut puto, sacerdos fuerit. Extra urnam eam, ad pedes, puer etiam quidam tener admodum iacuit, qui quidem ex nobilitate fuisse, & ad reges genus referre uisus est. Caput enim eius corona aurea lapillis & margaritis distincta redimitum erat. Calceos quoq; deauratos habuit. Vestis item magni precij, & auro exornata fuit. Porrò cum sapientes eius temporis & sacerdotes de eo puero, quis'nam in tali habitu esset, addubitarent: Zachariam illum, qui tum in Geraris monastico contubernio præfuit, dixisse ferunt, se in uetustam Hebræorū scripturam quandam, non ex eis quæ à maioribus

Multa sanctorum corpora sub Theodosio reperta.

Inuētio Zachariæ prophetæ.

Ad pedes eius filius regis Ioæ quoq; repertus.

Zacharias ab his Gerarę.

ribus sunt traditæ,& in ecclesiam receptæ,incidisse.quæ scriptura præter alia il- A
lud quoqꝫ cõplexa sit: Quum Ioas Iudææ rex Zachariam uatem occidisset, gra
uem eum septimo pòst die domi suæ accepisse cladem, & ex filijs quem gratissi-
mum habuerat,morte amisisse. In quam ærumnã cum se ira diuina confectũ esse
intellexisset, puerũ eum ad propheræ pedes sepelijsse, ueluti causam de iniuria
Corpus prophetæ propè integrum. illi illata dicentẽ.Hoc quidẽ sic iudicatũ est. Ipse uerò propheta cũ multis homi-
num etatibus seu generationib.in terra iacuisset,nihil tamẽ in corpore eius defi-
cere uisum est. Ad cutim usqꝫ tõsus,rectũ habuit nasum, mentũ mediocriter de-
missũ, caput paruũ, & oculos paulo altius supercilijs cõrectos.Sicqdẽ diuinus
propheta est manifestatus.

CAPUT IX.

Gamaliel, & filius eius Abibus,Stephani sepeliere.

Sluitas aũt Capargamala est, in qua post martyrium absolutũ, Gama-
liel,qui Paulũ apostolũ ueluti pædagogus instituit, unà cum Abibo
filio,Stephani primi martyris corpus sepelijt. Vbi uerò & ipsi postea
mortem oppetiere,proximè circa reliquias eas positi sunt. Cæterùm
quemadmodũ illæ repertæ Constantinopolim deportatæ sint,satis constat. Se-
natorium uidelicet uirũ, propter singularem eius aduersus primum martyrem
Alexandri eius nomen erat, coniugi autem eius Iulianæ. Religionis ergò ij Hierosolyma profecti fuerant. amorem, precatoriam domũ in Palæstina ei construxisse: eundemqꝫ mandasse,
ut & ipse post obitũ suũ in simili itidem urna prope diuũ Stephanũ tumularet.
Postea uerò quum coniunx uirum Byzantium transferre deberet, inter prope-
randũ illa imprudens pro uiri urna Stephani loculos recepit,& cꝫ potuit celer-
rimè Constantinopolim cõtendit. Sedenim quod ipsa secum in itinere ferebat,
latére minimè potuit,quòd id nouus quidam odor, & innumera miracula pro-
derent. Vbi Constantinopolim pertigit,urbs effusa thesaurũ talem obuijs exce
pit ulnis.Comitatu & satellitio plurimo in aulam Imperatoriã ducebat. Martyr B
Suprà Constantianarum thermarum est mentio, lib.13.cap.18. aũt eo loco manere dedignabat. Quum enim mulæ,quæ eum uehebant, ad Con
stantinianas thermas uenissent, ulterius progredi haudquaqꝫ sustinuerũt. Vbi
uerò plurimũ flagris atqꝫ stimulis sunt cõcitatæ,humana usę lingua,eo loco mar
tyrem reponi iusserũt. Ita ille ibi cõditus est, locusqꝫ fano pulcherrimo cohone-
Pars quædã reliquiarum earũ Hierosolymis ad Theodosium missa. status.Hoc sic factũ esse sub Constantio,proditũ est. Pars uerò quædã reliquia-
rum istarum nescio qua de causa à quibusdam fidelibus occultata fuerat: quæ &
ipsa quum primùm Pulcheria princeps lucem hanc solis aspexit,in Palæstina in
apertũ producta est,Ioanne episcopatus munere Hierosolymis fungente. Pro-
ducta autem, quum eam martyr ipse ineffabili quadã uisione noctu presbytero
cuidam Dei amanti uiro, cui Luciano nomen erat, apparens ostendisset,Pulche
ria incredibili erga primum diaconũ amore flagrãs, & quod simulatqꝫ ipsa nata
esset,pars ea è terræ recessu in lucem prodijsset,desiderio illius marcescens, sum-
mo studio in hoc incubuit,ut partem aliquam sacrorũ illius ossium nanciscereť.
Incertus namqꝫ tum locus erat, ubi in Constantinianis humatus ille esset.Itaque
Præyllius episcopus Hierosolymitanus. Theodosius crucẽ auream Hierosolyma mittit. Theodosio fratri suasit,ut Præyllio episcopo Hierosolymitano pecuniã, quã ille
ibi egenis largireť, mitteret. Theodosius persuasus,non solũ pecuniã, sed & cru
cem auream magni ponderis lapillis & margaritis exornatam, ut ea in Caluariæ
loco reponeret, misit. Præyllius episcopus rebus eis acceptis, ut gratiam aliquã
Dextra diui Stephani manus. Imperatori eiusdemqꝫ sorori referret,reliquias dextræ manus primi ab Aposto
lis cõstituti diaconi, eiusdemqꝫ primi martyris, sancto Passalione diacono admi
nistro usus,remisit. Passalio itinere peracto, postqꝫ in nauale Chalcedonis è re-
gione Byzantio sitæ peruenit,martyrũ princeps eũ præueniẽs, noctu Pulcherię
seipsum ostẽdit,talib. eã alloquẽs uerbis: Oratio tua ad aures Domini sabaoth
uirtutũ peruenit,petitioqꝫ tua optatũ consecuta est exitũ: & ipse in propinquo
præstò tibi sum,Chalcedonis hospitio utẽs. Visionẽ eã simulatqꝫ cũ fratre cõmu
nicauit,

Reliquiæ diui Stephani è Palæstina Constantinopolim translatæ. Factũ id ab ea annis 7. elapsis.

Mulæ humana uoce loquutæ.

Ioannes episcopus Hierosolymitanus.

A nicauit, confestim ciuitas tota se in mare dedit, undisqꝫ perinde atqꝫ continenti
usa est:ipsaqꝫ etiam Pulcheria cum fratre subsequuta est, reliquijsqꝫ exceptis, in
Templũ diuo Stephano Pulcheria construxit. regiam eas lætitiæ summæ plena, cum maxima obseruantia & magnificẽtia pro
duxit, ibiqꝫ reposuit: templo insuper ingenti & pulchro, auri & lapillorum ful-
gore relucenti, propter præcipuum quo protomatyrem prosequuta est hono-
rem,extructo. Quæ de his comperi,hæc sunt.

CAPUT X.

De reliquijs 40. martyrum Sebastenorũ, qui sub Licinio sunt passi.

Verumenimuerò quod manifestum est pietatis fœminæ eius indicijũ,
& propterea Ecclesiasticæ historiæ insertũ, quãuis aliquo pòst tem-
pore accidit,nouum quiddam & admirandum habens, de inuentio-
ne reliquiarum quadraginta martyrum, stylo persequar. Eusebia
Eusebia diaconissa Macedoniana. quædam fœmina Macedonij sectæ,& diaconissæ in Macedonianorum ecclesia
munere fungens, extra muros Constantinopolitanæ urbis domicilium & hor-
tulum habuit:ubi reliquias quadraginta militum, qui in lacu ad Sebastiã certa-
men pro Christo obiere, asseruauit. Ea moritura, quibusdã eiusdem religionis
monachis locum eum relinquens,iureiurando eos adegit,ut eam ibi sepelirent,
& supra caput eius tumulo excisо, martyrum ossa in eo reponerent, necꝫ cuiqꝫ
reni eam reuelarent. Id illi ita fecere: martyribusqꝫ gratificari, & cultũ debitum
præstare, tum aũt promissa integra seruare uolentes, ne externorum quispiã id
sciret, subterraneum delubrũ circa tumulum Eusebiæ excitarunt, superioremqꝫ
eius partem solo quodam plano ex latere cocto contegentes,scalas latentes quæ
ad martyres ducebant, struxerunt. Postea autẽ Cæsarius quidam uir,qui ad ma
gnas opes peruenisset, ita ut & consulatus & præfecturæ honore functus sit, cõ
Cæsarius ille præclarus. iugem suam mortuam iuxta Eusebiæ tumulũ humauit. Hoc enim sic utriqꝫ ad-
B huc superstiti,pro mutua inter se gratia & cõcordi eiusdem religionis obseruan-
tia placuerat: quæ res in causa fuit, ut Cæsarius locum eum emeret,in animo &
ipse habens,communem ibi cum uxore sepulturam sortiri. Monachi, quum ni-
hil de martyribus indicassent,sicuti conuenerat, Constantinopoli discedentes,
alió migrarunt. Postqꝫ uerò ædificium super tumulo eo antea apertè construc-
tum, tẽporis ui dirutum cõcidisset, & ruderib. congestũ esset, tota ea regio ex-
æquata est. Quum uidelicet quẽ diximus Cæsarius Thyrso martyri gratificans,
Thyrsus martyr. magnificum ibi ædificauit templum. Deo aũt ipsi uisum est,ex composito locum
eum ita obscurũ fieri,& tam longũ tempus intercedere,ut eo illustriorẽ martyrũ
inuentionẽ & inuẽtricis erga se amorẽ redderet. Erat ea Pulcheria princeps, cui
Reliquiæ istı Pulcheriæ pricipi indicantur. tertium noctu imminens martyr Thyrsus, coopertos terra martyres indicauit,
eosqꝫ ex sinu terræ extractos eodem secũ loco & honore ornari iusit. Nõ ille
uerò solum, sed & ipsi quadraginta, insolitas nouasqꝫ induti chlamydes,se ipsos
ei ostenderũt. Res ipsa dubia atqꝫ admiranda erat, fidemqꝫ excedere uidebatur.
Necꝫ enim quisquã,qui ętate multa in clero prouecti erant,de martyribus quid-
quam dicere:necꝫ etiam externorum aliquis ubi illi essent,ostendere potuit: do-
Polychronius presbyter decrepitus. nec desperantibus omnib.ex familiaribus Cæsarij Polychronio cuidamuiro de-
crepito, qui olim presbyter factus fuerat,in memoriam Deus reuocauit mona-
chos eos,qui aliquãdo locum eum incoluerant.Hic Macedonianos clericos,qui
nimirũ eiusdem cum monachis opinionis essent, conuenit, & an quisqꝫ illorum
in uita adhuc esset, percunctatus est. Vbi reliquos quidẽ defunctos,unũ aũt dun
taxat superstitẽ esse cognouit(Deus porrò hũc inter uiuos ad rem eã de qua am
bigebat ostendendã,conseruasse uisus est)Polychronius eũ,num reliquię marty
rũ in loco designato cõditæ esśet,ut diceret rogauit.ille silẽtij arcanũ Eusebię cõ
seruãs, rem eam se scire subnegauit,Polychronius cõtrà ei apparitionẽ diuinã,
nego-

negotiumq́ quod martyres Pulcheriæ hanc ob cauſam exhiberent, nec non du- A
bios deſperantesq́ omnium animos expoſuit. Hoc poſtq̃ ille intellexit, ueram
eſſe principis uiſionem profeſſus eſt. Adoleſcentulus enim, inquit, quum eſſem,
& à ſenioribus monachis monaſticæ uitæ inſtitutum addiſcerem, ſatis ſcio, mar
tyres hic ad Euſebiæ tumulum conditos eſſe. Loco autem ipſo in aliam quam
nũc uidere eſt formam redacto atq̃ mutato, & maximè multo interea tempore
exacto, certò ſcire nequeo, ſub Cęſarij ne fano, an alibi deſoſi ſint. Egouerò, Po
lychronius ſubintulit, nõ idem quod tu patior. Quia enim quũ Cæſarij uxor ſe
pulturæ mandaretur, affui, ex publica quæ hic proximè eſt uia coniecturam fa
ciens, illã ſub ambone, qui lectorũ ſuggeſtus eſt, ſitã eſſe puto. Tum monachus: Quærendus igit̃, ait, Euſebiæ quoq̃ tumulus eſt, qui non longè à coniuge Cæſa-
rij abeſt. Quandoquidem ſuperſtites ipſæ multam inter ſe habuere conſuetudi-
nem: & pactũ eis interceſsit, ut defunctæ contigua haberent monumenta. Itaq̃
ubi ex ſignis & coniecturis eiuſmodi, ſacras haſce reliquias, Pulcheria iubente, in
quirentes fodere cœperunt, primùm quidem circa ambonem coniugis Cæſarij
arca apparuit, quemadmodum coniecturis quibuſdã collegerat Polychronius.
Deinde uerò pauimentũ quoddam latere coctili diſtinctũ extitit, ſub quo mar-
morea tabula eiuſdem magnitudinis iacuit. Et ſub ea Euſebiæ tumulus, atq̃ ſub-
terranea illa ſacra ædes reperta eſt, affabrè admodum conſtructa, candidoq̃ ſi-
mul & porphyretico marmore incruſtata. Operculum uerò tumuli in formam
ſacræ menſæ elaboratum erat. Porrò in ſummo capitis loco, ubi martyres ſiti e-
rant, paruum quoddam foramen patebat, in quod ex comitatu Imperiali quidã
ibi aſsiſtens, uirgam quam tenuem ſecum ferebat, dimiſit: deinde eam reductam
ubi naribus admouit, incredibilem, ſuauitatis odorem percepit. Vnde ijs qui o- B
peri præerant, quiſq̃ ei incumbebant bona concepta ſpes eſt: nullaq̃ interpoſi-
ta mora, monumento aperto Euſebiam inuenerunt, pulchrè admodum colloca-
tam. Et monumentum ad caput eius ſitum, ad arcæ formam eminens pulcherri-
mè exculptum, operculo alio intus obfirmatum erat. Vtrumq̃ uerò tabulæ eius
labrum, ferrum impoſitum habebat, plumbo diffuſo compactum, atq̃ id ſimile
priori foramen oſtendit. Quod ſanè manifeſto indicio fuit, martyres ibi condi-
tos eſſe. Hæc ubi renũciata ſunt, cũ feſtinatiõe omni & Pulcheria & urbis ipſius
epiſcopus Proclus ad martyriũ accurrit. Et poſtq̃ ferrea illa uincula arte quadã
ſoluta, & operculum facilè dimotũ eſt, unguenti multũ ſub eo fuit: & in unguen-
to ipſo uaſcula anſis carentia duo, argento elaborata, inuenta, in quibus religio-
ſę ſacræ reliquiæ poſitæ erant. Proinde Pulcheria, quam Deus reuelatione eiuſ-
modi dignatus eſſet, ſacrificia gratiarũ actionis, de ſanctarũ reliquiarũ inuentio-
ne, ei obtulit. Deinde precioſæ arcæ impoſitas, martyribus gratificãs, iuxta mar-
tyrem Thyrſum collocauit. Feſtusq̃ maximè dies is, pro eo atq̃ par fuit, cũ de-
centi honore actus: & pompa atq̃ apparatus ſplendidus, fauſtis acclamationi- Põpæ huic
bus unguentorumq̃ odoribus additis, celebratus eſt, omni propè ætate & ciui- ſe affuiſſe
tate propter martyrũ honorem extra urbem effuſa. Hæc quoq̃ ſic geſta cogno- teſtatur So
ui. Fama ſanè obtinuit, in alijs quoq̃ multis rebus Deum principi huic puellæ zom. li. 9.
futura prædixiſſe, maximeq̃ religionis & pietatis ei atq̃ ſororibus eius, quæ & cap. 2.
ipſæ idem uitæ inſtitutum coluere, teſtimonium perhibuiſſe. Nam & Laurentij
martyris & Agnes reliquias inuẽtas Cõſtantinopolim intulit, cuius rei gratia &
amplitudine maximũ & ſtructura ipſa pulcherrimum delubrum conſtruxit. E-
iuſdem imperij tempore Gennadio eccleſiam Conſtantinopolitanam curante, * ῥαφαναν λυτρίας Martyriũ Anaſtaſiæ.
reliquiæ etiam ſanctæ Anaſtaſię * incantatricis ex Sirmio allatę, in martyrio eius
ſunt repoſitæ, quod proximè ad porticũ quæ Domini dicitur, ſitum eſt. Attico
uerò Epi-

Proclus epiſcopus Conſtãtinopolitanus.

Reliquiæ eiuſmodi in tẽplo Thyrſi martyris repoſitæ.

Pulcheria et ſorores eius Deo charæ.

Reliquiæ diui Laurentij.

Diuæ Agnes.

Anaſtaſiæ ueneficæ.

Gennadius epiſcopus Cõſtãt.

A uerò epiſcopatum gerente, prophetæ quoque Samuelis oſſa allata, & in prophe- Samuelis prophe
tico eius fano, quod prope Septimũ conditum eſt, collocata. Cæterùm de his abun- tæ. Propheticum Sa
dè ſatis à nobis dictum eſſe puto. Proinde ad reliquas Eccleſiaſticæ hiſtoriæ res muelis.
nobis redeundum.

* Hiſtoria Anaſtaſiæ pharmacentriæ, ex Suida, in fine libri annexa eſt.

CAPUT XI.

IN tempeſtate Romæ eccleſias Innocentius rexit, Anaſtaſio ſurrogatus, Primariarum ſe-
qui Sirício, Sirícius aũt Damaſo ſucceſſerat. Alexandriæ adhuc Theo- dium epiſcopi.
philus eccleſijs præfuit. Apud Antiochenos execrandus Porphyrius
epiſcopatum, poſt diuum Flauianum geſſit. Hieroſolymis poſt Cyril-
lum, Ioannes etiamnum ſacrum munus adminiſtrauit. Conſtantinopolitanam eccle
ſiam poſt admirandum illum Ioannem, & Arſacium, Atticus curauit. Qualis uerò
is genere, uita, eruditione & doctrina fuerit, proximo expoſuimus libro. Quæ
uerò res eccleſaſticæ memoria dignæ ſub eo acciderint, nunc commemorabo. Syn
nada Pacatianæ Phrygiæ urbs eſt, ubi tum Theodoſius quidam paſtorale ſortitus Theodoſius Syn-
fuerat munus. Hic Macedonianæ religionis ſectatores (perquam frequentes au- nadæ epiſcopus.
tem ij erant) crudeliter ibi non urbe tantum ipſa, ſed proximis etiam agris expulit. Macedonianos
tyrannicè perſe-
quitur.

Eccleſia or thodoxa ne minẽ perſe quitur.

Fecit autem id, neq̃ de orthodoxæ rectéq̃ ſentientis Eccleſiæ more, quę ſemel per-
ſecutioni omni nuncium remiſit: neq̃ ardore aut æmulatione probatæ fidei: ſed a-
uaritiæ morbo captus, ad pecuniam undequaq̃, atque etiam ex eis qui aliter atque Theodoſius ad eo
ipſe ſentirent, corradendam, plurimum poſuit ſtudij. Proinde omnem contra Mace uenęſus et auarus.
donianos, quod dicitur, lapidem mouit, bellũ cum ipſo clero gerens, ſexcentasq̃
inſtituens uias, in ius eos uocauit, atq̃ in uincula & cuſtodiam coniecit. Præcipuè
uerò Agapeto eccleſiæ eorum præſidi grauis fuit. Atq̃ ubi ei prouinciæ rectores Agapetus Mace-
B ad illos perſequendos minus ſufficere uiſi ſunt, ad Imperatorem confugit, iuſſio- donianorum epi-
nes ad prouinciam omnem petens. Et cum ille ea de cauſa Conſtantinopoli mora- ſcopus.
retur, tempusq̃ ita extraheretur, Agapetus unà cum clero ſuo optimum texuit con- Theodoſius Con-
ſtãtinopoli opem
Agapetus interea cum ſuis ad or- ſilium. Populo namque qui ſub eo erat, congregato, inuentum ſolers propoſuit: imperatoris con-
thodoxiam perſuaſitq̃ adeò, ut patria hæreſi relicta, ὁμοσίῳ conſubſtantialis fidem comple- tra Macedonia-
tranſit. cterentur. Qua re ſatis confirmata, unà cum ea ipſa multitudine in eccleſiam ſe con- nos implorat.
Et populo tulit: atq̃ ibi precatione peracta, cum pacem populo, ſicuti mos eſt, precatus eſſet,
uniuerſo in throniũ conſcendit, in quo Theodoſius ſedere ſolitus erat. Et plebe inter ſe coniun-
fide coniun- cta, deinceps ὁμοσίῳ conſubſtantialis fidem docens, eccleſias Synnadæ in poteſta-
cto, throniũ tem ſuam redegit. Hac re ſic acta, paulo pòſt Theodoſius Conſtãtinopoli eò uenit,
Theodoſij & auxilium à Præfecto in prouinciam totam ſecum ferens, neq̃ eorum quicquam
occupat. quæ ibi acciderant ſciens, cum inſtituto propoſitoq̃ ſuo eccleſiam eſt ingreſſus: at- Theodoſius re-
que inde ab omnibus expulſus, rurſum ſe Byzantiũ cõtulit, & apud epiſcopũ At- uerſus ab eccleſia
ticum caſum ſuum deplorauit, uidelicet quòd cõtra receptos mores & Eccleſiæ ca repellitur.
tholicæ cõſtitutiones, è throno ſuo deturbatus eſſet. Atticus ſecum ipſe rem eam in Caſum ſuum rur-
Eccleſiæ utilitatem ceſſiſſe conſiderans, quamuis ei præter rationem nõnihil admi- ſum Conſtantino-
xtum eſſet, illum quidem oratione benigna cõſolatus, & ut de cætero priuatã quie- poli apud Atticũ
tamq̃ ageret uitam cohortatus eſt, publica priuatis maximè præferenda eſſe do- exponit.
cens. Ad Agapetum autem, epiſcopatum eius authoritate ſua confirmans, ſcripſit, Atticus Theodo
poſtponendum deſpiciendumq̃ eſſe, quicquid illi ex inimicitijs Theodoſij accidiſ- ſium Conſtãtino
ſet aduerſi. Hoc ſic Eccleſiæ perquàm utile Attici temporibus euenit. poli retinet.
Agapeto epiſco-
patum Synnadæ
confirmat.

CAPUT XII.

CAeterùm nec inſignium miraculorum, ſanationumq̃ mirificarũ expers
temporum eorum ſtatus fuit. Iudæus enim quidam multis iam inde ab Iudæus Conſtanti
annis paralyticus, in lecto ueluti põdus quoddã iacebat. Et cum Iudaica nopoli in deſpera
to caſu paralyti-

eius per baptismũ morbo eo liberatur.

Catecheſis et inſtitutio ſacra ante baptiſmum.

precatio omnis & medicorum ars de uita eius animos deſpondiſſent, poſtremo ille A rebus omnibus deſperatis, diuinum cæpit conſilium, baptiſmi Chriſtiani ſubeundi: illo ſolo ſe deinde ad opem & ſalutem commodo remedio uſurum eſſe ſperans. Hoc ubi Attico renunciatum eſt, de rebus ſacris more noſtro eum inſtituit, & ſpem bonam in Chriſtum habere per Euangelium ritè docuit, lectoq; ita affixum ad ſacrum ferri lauacrum iuſſit. Ibi ille fide ſincera baptiſmi gratia ſuſcepta, in baptiſterio ſtatim morbum reliquit, ſaluusq; inde prorſus rediit, ita ut deinceps nihil in corpore ſuo de priore illa, quæ longo tempore ſedes in eo fixerat, peſte paralyſis circumferret. Tantam uim omnipotens Dominus, præter opinionem omnium, tum baptiſmi gratiæ immiſit, per quam multi quidem ex ſuperſtitione græca ad

Ex miraculo multi Græci ad Chriſtianiſmũ pertracti.

baptiſmum complectendum confluxerunt. Iudæis uerò, qui ſemel ſibi ſigna requirenda ſtatuerunt, ne hoc quidem tam euidens miraculum, ut idem facerent, perſuaſit. Tanta prodigia tum quoque Chriſtus hominibus ſpectanda exhibuit. Verùm

Iudæi pertinaciter in induratione ſua perſiſtunt.

tamen permulti ſignis quoque editis, ad improbitatem ſuam & malitiam rurſum ueluti ſues reuoluti ſunt. Non ſolum enim illi ſignis admirandis non crediderunt, ſed ſi quibus etiam nugari mos eſſet, eos ſequentes, opinionem eandem & ſententiam complecti animaduerſi ſunt.

CAPUT XIII.

Sabbatius Nouatianus epiſcopatũ affectans, à Nouatianorum eccleſia ſecedit.

NAm Sabbatius ille, cuius antea quoq; meminimus, ordine atq; honore ſuo non contentus, ſed epiſcopatum affectans, cum non haberet apud quos epiſcopatum gereret, à Nouatianorum eccleſia diſceſſit, ſub feſti Paſchæ obſeruationis prætextu. Itaque illegitimos conuentus agere incipiens, apud Arcadij forum, cui Xerolophi, hoc eſt, ſicci tumuli cognomen eſt, multum fuit ibiq; facinus aggredi auſus eſt, grauiſſimo ſupplicio dignum. Quum enim in quodam frequenti conuentu partem illam Euangelicæ lectionis pronunciare deberet, quæ dicit, Erat autem dies Iudæorum feſtus, qui dicitur Paſcha: diuinis uerbis alia de ſuo attexuit, quæ neque ſcriptura, neque auris quæpiam unquam percepit. Quæ nam uerò ſunt iſta? Execrandus (inquit) eſt, qui extra azymorum dies Paſcha celebrat. Quod dictum tandem ex eo auditum, & ad multos diuulgatum, ad illum ipſum etiam eos qui ſinceri apud Nouatianos erant, quodammodo rapuit atque pertraxit. Cæterùm non diu homini talis profuit cauillatio, nam in deterius ei commentum hoc ceſſit. Non multo pòſt de concepta ſententia ſua feſtum agebat diem, & ad eum ingens confluxerat multitudo. Quum uerò in peruigilio ſolito, pro eo atque conueniebat, ſacras cæremonias obirent, rumor ad eos perlatus eſt dæmoniacus, Siſinium epiſcopũ cum multitudine magna contra eos uenire. Proinde ingenti excitato tumultu, quum & nox eſſet, & angu-

Xerolophus ξηρὸς λοφος. Hic locus declarat locũ ſ. Item lex Cornelia: inſt. de pub. iud.

B

In peruigilio Sabbatianorum, pauci eo, ſiue potius dæmoniaco terrore tumultus excitatur, et cædes multa fit.

ſtiæ loci eos premerent, inter ſe conflictati, ſupra ſeptuaginta enecti ſunt. Quæ ſanè res fecit, ut multi à Sabbatio diſcederent. Non pauci tamen cum eo manentes, agreſtem illius opinionem ſunt ſecuti. Porrò Siſinio mortuo, Chryſanthus ad præfecturam Nouatianorum eccleſiæ uocatus eſt, Marciani, cui Siſinius in epiſcopatu ſucceſſerat, filius, qui cum ab adoleſcentia in aula Imperiali militaſſet, & ſub Theodoſio primùm * Conſularis Italiæ, dein etiam Britanniæ inſulæ Vicarius factus eſſet, in rerumpub. adminiſtratione admirationem & laudem meritus erat. Aetate uerò iam prouectus, Conſtantinopolim uenit, & præfecturam urbis cuiuſdam ambiens, ad epiſcopatum eſt protractus. Siſinius enim è uita excedens, mentionem eius uiri fecerat, idoneum eum eſſe ad epiſcopatum gerendũ dicens. Quam illius uocem perinde atq; certam legem populus eius excepit, atque Chryſanthum inuitum, per uim ad præfecturam eccleſiaſticam traxit. Cum autem ille profugiſſet, Sabbatius opportunum ſibi id tempus eſſe ratus, ut quod ſtudebat perficeret,

Chryſanthus Marciani epiſcopi filius, uir Conſularis, et Britanniæ Vicarius, inuitus epiſcopus à Nouatianis creatur.

* ὑπατικὸς τῆς ἰταλίας.

Chryſanthus electionem fugit.

epiſcopis

A epiſcopis quibuſdam obſcuris ad amicitiam ſuam adductis, ut ſibi matus imponerent perſuaſit, iureiurando quod antea iurauerat poſthabito. In conſecratoribus eis Hermogenes etiam ille fuit, qui propter blaſphema quædam ſcripta compoſita, ab eo damnatus atque communicatuserat. Verùm ne ſic quidem Sabbatio ambitioſa epiſcopatus petitio ſucceſſit. Populo namque exoſus fuit: & quod improbo conſilio, omnem funem mouens, epiſcopatum conſequi contenderet, ab eo reiectus eſt. Chryſanthus autem rurſum inquiſitus. Qui in Bithynia, ubi latebat, inuentus, etiam reluctans ad epiſcopatum eſt euectus. Is quòd prudens admodum & caſtus uir eſſet, eccleſiam Nouatianorum magnis incrementis auxit. Pecuniam enim ipſe ſuam in pauperes erogans, nihil ex eccleſia percipiebat præter quàm duos benedictionis panes, quos diebus Dominicis habebat. Adeò autem ec

Hermogenes Sabbatij ordinator, antea ab eo propter blaſphema ſcripta excommunicatus.

Ablabius Nouatianorum Nicææ epiſcopus.

cleſiaſticæ rei promouendæ ſtudioſus fuit, ut Ablabium nobiliſſimum oratorem, Troili ſophiſtæ auditorem, ſibi adiunxerit, & in presbyterorum ordinem coopta rit: cuius etiam conciones populares, ſuaues & uehementes, diu excelluerunt. Hic poſtea Nouatianorum eccleſiæ in Nicæna urbe præfuit, Sophiſticam etiam tum profeſſus. Sedenim Alexandriæ Nouatianorum eccleſiæ clauſæ, & donaria ornamentaq; earum publicata fuerant. Nudus etiam Theopompus epiſcopus eorum erat. Neque illi Romæ melius habebant, eccleſijs enim eis ademptis, in locis obſcuris conuentus agebant. Hactenus namq; quum & multis & frequentibus eccleſijs floruiſſent, per epiſcopos catholicos illis eis tum ademptis, neque conuentuum cogendorum libertas permiſſa fuerat. Et cùm ablata eis omnia, tum in iudicia ipſi quoque ſunt protracti. Conſtantinopoli uerò non eadem paſſi ſunt. Præterquam enim quòd expulſi non ſunt, intra urbem etiam eccleſias cogere eis licuit, propter unam hanc cauſam, quòd ὁμοούσιον conſubſtantiale deprædicarent, ſicuti fuſius antea à nobis eſt dictum. Hæc de Nouatianis. Eo tempore defunctus etiam

Sabbatius contra iuriſiurandi religionem illegitimè epiſcopus ordinatur.

Populus Nouatianus Sabbatiũ epiſcopum non recipit.

Chryſanthus imitatus epiſcopatũ ſuſcipit.

Epiſcopi boni exẽplum.

Panes benedictionis, εὐλογίαι.

Troilus ſophiſta.

Nouatiani nõ bene ſteterunt Alexandriæ.

Item Romæ.

ἐκκλησίαι ἀμφίβολοι ἐγένοντο.

Conſtantinopoli locum ſuum retinuere.

B eſt Dorotheus, Ariano religioni Conſtantinopoli præfectus, quum ad centeſimum & uigeſimum uitæ annum peruenisſet: quem quod ſtrenuè ſectam ſuam tueretur, Ariani ex Antiochia Conſtantinopolim tranſtulerunt. Cuius ſucceſſor fuit Barbas, ſub quo Ariana religio duos eximios habuit uiros, presbyteros ambos: alteri Georgio, alteri Timotheo nomen erat. Georgius græcorum magis diſciplinis polle-

Quo ſtatu Ariani tum fuerint.

Dorotheus epiſcopus Arianus 120. annorum.

Barbas eius ſucceſſor.

Georgius & Timotheus Ariani presbyteri docti, alter Platonicus, alter Origenicus.

bat, Timotheus diuinis literis plus delectabatur. Et ille in Ariſtotele & Platone ſemper uerſabatur: hic Origenem ſpirans in ore habebat, & ſacras literas publicè docens, in Hebræorum quoq; lingua deſudabat. Timotheus promptus paratusq; fuit de ſacris literis reſpondere, & facilè quæ in diuinis oracultis obſcura inueniren tur, ſoluere & explicare potuit, atq; in locis omnibus Origene maximè teſte uſus eſt. Quapropter utrumq; admirari mihi in mentem uenit, quomodo ſcilicet ut Arij dogma ſequerentur, animum induxerint, alter Platonem, alter Origenem prorſus ſpirans: quòd & Plato ſecundam & tertiam cauſam, ut ipſe nominare ſolet, initium ſubſiſtentiæ cepiſſe non dicat, * & Origenes ubique in ſcriptis ſuis, uerbis diſertis coæternum patri filium eſſe profiteatur. Nihilominus tamen in eccleſia illorum permanſerunt, niſi quòd Arianorum religionem ſenſim & clàm in melius tradu-

* Secũdum Origenẽ filius patri ὑποδεέστερος. Georgius et Timotheus multa in Ario improbarunt.

Plato τὸ δεύτερον καὶ τρίτον αἴτιον καὶ τὸ περιούσιον ἀπὸ τῆς οὐσίας ἄρχεσθαι ἐκεῖνος ἀποφαίνεται.

xerunt. Multas namq; Arij blaſphemias in libris ſuis repudiarunt. De his ſatis.

CAPUT XIIII.

QVinto Theodoſij Imperij anno, lethargico morbo correptus Alexandriæ Theophilus, quindecima Octobris menſis die diem ſuum obijt. Et quum de epiſcopatus petitione contentio exorta eſſet, quibuſdam placebat, ut Timotheus quidam, qui Archidiaconus eius eccleſiæ erat, epiſcopus legeretur: alij Cyrillo magis fauebant, qui Theophili † ex fratre nepos erat, prophanarum que ſimul & ſacrarum literarum peritia multis modis omnes

Theophilus Alexandr. epiſcopus moritur.

† ἀδελφιδοῦς

Cyrillus eius nepos illi ſuccedit.

superabat uirtutis etiam genere omni, in qualibet laudem & gloriã cõsecutus, ex-
Cyrilli scripta cellebat. cuius ad hæc usq; tempora scripta plurima circumferunt: quorũ longè optimum est, quod Thesauros inscripsit, ex omnib. sacrarũ literarũ scriptis, syllogismorũ ratiocinationib. & demonstrationib. mysteriũ sanctæ trinitatis ostendens. Aliud præterea, cuius titulus est τὰ γλαφυρὰ, hoc est, scita seu elegãtia, in quo ea quæ in ueteribus scripturis figuratè dicta sunt, ad Christũ & ecclesiã nostrã refert. Liber item alius, qui de spirituali cultu titulũ habet. Alius etiã ad Palladiũ, in dialogo de Spiritu sancto cõpositus. Alius insuper, quem cõtra Iulianũ pro sacro euangelio cõscripsit. Alij denicq; plures, atq; etiã epistolæ. Qualis aũt is uir fuerit, cum res Nestorij & sertiæ synodi persequemur, satis liquebit. Enimuero seditione in populo de episcopi electione mota, Timothei partib. non parũ momenti attulit Abũdatius, qui tum militariũ ordinũ dux erat. Tertio uerò die, post Theophili scilicet mortem, factio altera quę Cyrillũ designauerat, uicit: et ad episcopatum maiore fastu, pfanorũ magistratuũ more, Cyrillus, cq; decessores eius episcopi, progressus est. Vnde adeò initiũ sumpsũ est in ecclesia Alexandrina, ut episcopi magis etiã prophana negocia curarent. Porrò Cyrillus iam inde à principio hæresim nullam Alexandriæ publicè coli passus est. Iudæorũ quoq; gentẽ inde ob eiusmodi causam exegit. Cùm uulgus omne, ut in summa dicam, seditiosum est, facilimeq; ad tumultus bellicos permoueẽ: tum Alexandrinus populus eis maximè gaudet, & procliuis ad turbas est: ac si exiguã saltem occasionem arripuerit, illico accendit: nec prius absistit, cq; in intolerabilia deciderit mala: & citra sanguinem fusum nõ facilè dirimi atq; cõponi motũ patit. Itaq; multitudo tumultuari inter se cæpit, nõ necessitate quapiam abducta, sed propter cõmunem, quæ tum omnes prope urbes inuaserat, calamitatem. Relictis porrò rebus omnibus, studiũ omne in saltatorum spectaculis ponebant. Sabbati die in theatro ad saltatores spectandos frequentio-
res conuenerant homines, Iudæis nimirũ ocio nõ ad legem audiendã abutentibus, sed in spectacula potius incumbentibus. Quam ob causam eo die maior inter populi factiones extitit pugna. Et quamuis eius rei gratia Alexandrinæ urbis præfectus, cum instructa cohorte sua ibi adesset: nihilominus tamen Iudæi imminebant, ueluti alteri factioni resistentes. Quorum natio quum infesta semper Christianis est, pietatemq; se præstare Deo persuasum habet, si quàm plurimorum nobis malorũ causa sit: tum eo potissimũ tempore, propter eos quos diximus saltatores, plurimũ etiam * aduersus seipsos sunt cõcitati. Et cum Orestes Alexandriæ præfectus populo πολιτείαν, hoc est, institutũ quoddam ciuile (ita enim descriptiones, seu ordinationes publicas nominare mos est) ederet, affuerũt etiam quicunq; episcopo Cyrillo fauebant, instituta eiusmodi uisuri. In his Hierax erat ludimagister, tantopere ex Cyrilli doctrina pendens, ut nihil aliud faceret libentius, quàm illum ut audiret, & plausus ciere ad illius sententias studeret. Hunc ubi Iudæorum multitudo conspexit, statim uociferari cœpit, non aliam ob causam illum in theatrum uenisse, quàm ut seditionem in populo excitaret. Præfectus Orestes antea quoque præter rationem usurpatam episcoporum potentiam oderat, quòd illi multa ex † publicis negocijs, quæ ad iurisdictionem eius pertinebant, ad se pertrahere uolebant. potissimùm autem, quòd tum quoque Cyrillus instituta sibi exactè perspicienda, curiositatemq; (ut aliquis dicat) in aliena re exercendam statuerat, commotus, rapi cõfestim Hieracem iussit, uerberibusq; subditum ualde afflixit. Quod ubi diuinissimus Cyrillus cognouit, primores Iudæorum ad se accitos, ita ut par erat,

Seditio Alexandriæ in electione episcopi.
Cyrillus prosana pompa episcopatum Alexandriæ suscepit.
Cyrillus Alexandriæ hæreses tollit.
Iudæos urbe exigit.
Alexandrini supra alios homines seditiosi.
Tumultus Alexandrinus.
Saltatorum spectaculum sabbato Alexandriæ exhibitum.
Iudæi etiam spectaculo huic adsunt.
Iudæi semper Christianis infensi.
Orestes præfectus Alexandriæ.
Hierax ludimagister Cyrilli studiosus.
Iudæorum aduersus eum uociferationes.
Orestes non bene aduersus episcopos animatus.
Hierax Orestis iussu raptus, & uerberatus.
Episcopi Alexandrini secularia negocia tractare cœpere.
Omnia ea tempestate urbium communis calamitas.
** nasc' ἐπαρ.*
† Cyrillus Iudæos ad cõsilia pacata exhortatur.

† Apud Suidam theologi ueteris sententia reperitur, πολιτικὸν ἐρετὸν θεράποντα σωφρόνων, συγκλύδην ἐγὼ τὰ ἀσύγκλυστα hoc est: Ciuilem uirtutem episcopali functioni applicare uelle, ea coniungere est, quæ inter se maximè natura dissident, & connecti nequeunt.

A erat, admonuit: postremò etiam malè se eos acceptũrum esse minatus est, nisi populum commouere, & aduersus Christianos plurimũ cõcitare, desisterent. Minarum denunciatione eiusmodi audita, illi magis etiam exacerbati, plurimas ad perniciem Christianorũ excogitarunt fraudes & machinationes. Quarũ præcipuã, aliasq;, ut ita dicã, malignitate excellentem (quæ etiã in causa fuit, ut Iudæi Alexandria ejicerentur) sicuti potero exponã. Nam cõmuni consilio coacto, de signo & tessera inter se conuenerunt, ut unusquisq; uidelicet annulum è cortice surculi palmæ gestaret, & noctu Christianos aggrederetur. Proinde nocte quadam, nonnulli per urbis uicos procedentes exclamarunt, Christianorum ecclesiam quæ nomen ab Alexandro episcopo habet, ardere. Quod ubi ad illorum aures statim peruenit, alius aliò discurrit, ecclesiæ suæ opem laturus. Quos Iudæi subitò aggressi occiderunt, à scipsis quidem propter annulorũ tesserã manus abstinentes; Christianos aũt, in quos incidebant, iugulantes. Postq; aũt dies illuxit, ex strage eo flagitium in aperto fuit: & Cyrillus æmulatione percitus, cum multitudine magna ad synagogas eorum uenit, easq; illis ademit, & substantiam eorũ omnem multitudini diripiendam dedit, ipsosq; simul omnes urbe expulit. Ita Iudæi, qui ab ipsis usq; Alexandri temporib. urbem eam incoluerant, rerum omnium egeni, inde discesserc, quò quemq; sors tulit, dispersi. Vnus aũt ex eis Adamantius nomine, artis medicinæ peritus, Constantinopolim uenit, ibiq; episcopum Atticum adijt, & Christianorum sacra complexus, multo post tempore Alexandriam reuersus, eam urbem incoluit.

Exhortationi adiuncta minas. Iudæi pertinaciores fiunt.
Constituunt inter se tesseram gladiatoriam.
Noctu ecclesiam Christianam ardere nociscrantur.
Noctu Christiani multi ad eam uocem accurrentes, occiduntur.
Iudæi per Cyrillum urbe Alexandrina pulsi.
Adamantius medicus Iudæus Constantinopoli Christianus factus, Alexandriã reuersus est.

CAPUT XV.

B Restes autem Alexandriæ præfectus grauiter id ferens, & prò ingenti detrimento habens, ciuitatem tam præclaram tot hominibus orbari, rem ad Imperatorem retulit. Ipse quoq; Cyrillus non cessauit. nam Iudæorũ is quoq; absurdam audaciam ad Principem scripsit: nec minus de redintegranda cum Oreste amicitia egit. quod ut faceret, plebs Alexandrina eum coegit. Postquam uerò Orestes orationem de gratia reconciliandã non admisit, Cyrillus sacrorum Euangeliorum codicem protulit, ob reuerentiam eius se Oreste placabiliore usurum putans. Cæterùm cum tum quoque ille iram non remitteret, atque inter eos implacabile bellum commotum esset, illud euenit. Monachi quidam montes finitimos incolentes, & Nitrienses maximè, ardore & æmulatione accensi, eodem modo pro Cyrillo pugnarunt, quomodo & patruum eius defenderant, cum eos Theopilus præter rationem omnem cõtra Dioscorum & Ammonium armauit. Hi quum plures quàm quingenti essent, monasterijs relictis Alexandriam uenerunt, & Orestem curru uectum in publicum prodire inuenientes, conuicijs eum affecerunt, idolorum sacerdotem & Græcum appellantes, alijsq; eius generis contumelijs proscindentes. Ille quòd hæc instinctu Cyrilli fieri existimaret, Christianum se esse professus est, & Constantinopoli ab Attico baptismi mysterijs initiatum. Monachi autem eum ne responso quidem dignati sunt. Atq; unus ex eis, cui nomen Ammonij erat, saxum quoque in Præfecti faciem coniecit: unde ille totus sanguine conspersus est. Porrò apparitores milites q; eius, paucis exceptis, alius aliò, lapidum ictus metuentes, diffugerunt. Quod ubi populus audiuit, ad opem præfecto ferendam omnes confluxere. Itaq; monachi saluti suæ fuga consuluerũt. Ammonius autem comprehensus, ad iudicis tribunal ductus est: in quem ille lege agi iubens, eò usq; excruciandum curauit, donec uitam morte commutaret. Rem hanc Imperatori & Oresti & Cyrillus significauit. Cyrillus Ammonij corpus in ecclesia quadam sepelijt, mutato illius nomine. Pro Ammonio enim Thaumasium, hoc est, Admirandũ uocauit, eundemq; martyris honore dignatus est: atq; in ecclesia libertatem & ardorem illius, qui certamen uidelicet pro ueriore pietate pertulerit, cum admiratione deprædicauit. Sed enim per multis populãribus Chri-

Orestes Cyrilli factum ad Imperatorem refert.
Cyrillus quoq; fibi apud Theodosium non deest.
Idem Orestem sibi conciliare, sed frustra, studet.
Monachi Nitrienses Alexandriæ contra Orestem pro Cyrillo pugnant.
Ammonius Orestis faciem saxo uulnerat.
Populus Orestis ostium fert.
Ammonius à iudice inter tormenta necatur.
Idem à Cyrillo in martyres relatus.
Ait recte pro martyre Ammonius habitus fit.

Quæ res martyres uerũ faciat.

stianis illegitimus honor tantus esse uisus est, præcipitis audaciæ pœnas eum dedisse,nõ ui aliqua adductum,quę ei nulla,ut Christũ pernegaret,allata est,moriendum sibi eo nomine esse statuisse,dicentibus. Quapropter et Cyrillus paulatim consilio suo absistẽs, obliuioni Ammonij res mãdauit. Verũenimuerò disidium inter Orestẽ et Cyrillũ nõ eò tantũ indignitatis,pcessit:sed accedens aliud isto nõ minus,q̃d tempore prægressit,absurditatẽ eã obliterauit. Quid autem id sit, dicendum.

CAPUT XVI.

De miserãda Hypatiæ, doctissimæ & honestissimæ fœminæ, cæde.

ALexandriæ fœmina quædã Hypatia erat,patrem habens Theonem philosophũ,à q̃ rectè instituta, tantũ disciplinis excelluit, ut nõ solũ temporis sui, uerumetiã qui lõgè antea extitissent,philosophos superarit :& in Platonica schola à Plotino deducta, successerit. Prõpta illa erat,quibuscunq; studiosis,disciplinarũ cognitionem,pponere. Proinde quicũq; philosophiæ amore tenerent, ad eam ueniebãt, nõ tantũ ppter eam quæ illi inerat honestã grauemq; in dicendo libertatem, sed etiã cp castè et prudenter principes adiret uiros. Nec indecorũ esse uidebat, eam inter uiros mediã adesse. Reuerebant & obseruabant eam omnes,ppter excellentem pudicitiã: et omnib.ea cum admiratione in ore erat. Aduersus hanc tum se inuidia armauit. Quòd namq; frequẽtius cum Oreste esset,calumniã id ei apud Cyrilli clerũ peperit,perinde atq; ipsa,quo minus gratia inter Cyrillũ & præfectũ coalesceret,impedimento esset. Quapropter ex illis quidam flagrãti Cyrillum prosequentes amore,quib. Petrus quidã ex lectorũ ordine præfuit,redeũtem eam alicũde insidiose obseruãtes,ex curru detraxerũt,atq; in ecclesiã quę à Cæsare nomen habet,rapuerũt:atq; ibi uestib.nudatã,testarũ fragmentis enecarũt: deinde membratim dissectã,in locũ qui Cinarõ dictus est duxerũt,atque ustularũt. Facinus hoc maximè in Cyrillo & ecclesia eius reprehensum est. Nam à Christi sectatoribus,alienę prorsus sunt inuidiæ,dissidia, cõtentionis studia,pugnæ, cædes,& quæcunq; sunt generis eiusdem. Facta hæc sunt quarto episcopatus Cyrilli Alexandrini,Theodosij aũt sexto Imperij anno, mense Martio, cum ieiuniorũ sacra celebrarent. Nõ ita multo pòst Iudæi rursum,quũ detestandũ in Christianos cõmisissent flagitiũ, dignas persoluerũt pœnas, in loco quodã cui Mestar nomen est,inter Chalcidem & Antiochiã,quę ad Orontẽ amnem est,sito. Consueto nanq; ludicro operã nauãtes Iudęi,lasciua proteruitate atq; ebrietate extra decorum progressi sunt,& nõ solũ Christianos,sed ipsum quoq; seruatorẽ Christũ illudẽtes traduxerũt : & salutiferũ crucis lignũ, eosq; qui spes suas in eo sitas habent, ridentes, horrendũ eiusmodi quiddam instituerunt. Puerũ enim Christianũ comprehensum in cruce suspenderunt, eumq; ludibrio & sannis primũ prosecuti, deinde alienatis prorsus mentibus,flagris ad mortem usq; conciderunt. Quid uerò postea factum? Multi quidem ab illorum, multi etiam à nostra parte inter se concurrentes depugnarũt,& conflictus utrinq; grauis factus,adeò ut plurimi trucidarentur. Atq; id factum ubi Imperator rescisit,ad prouinciæ rectores scripsit,ut in authores maximè mali tanti,ita ut par esset,animaduerterent. Et Iudæi comprehensi,iustas flagitij per ludum commissi soluerunt pœnas,mulcta,ferro,& alijs pœnis mactati.

Suidas potius Alexandrinorum audacia et tumultu necatam esse putat:qui de ea plura scribit.

Reprehenditur quàm maximè cædes ista.

Iudei in Mestar Seruatori Christo et Christianis,puero in cruce excarnificato, improbissimè illudere.

Quapropter graues illi tamæ impietatis pœnas luere.

CAPUT XVII.

Paulus episcopus Nouatianus, uir egregius.

HRysanthus Nouatianorũ episcopus, ubi septem annos munus suũ administrauit,uita defunctus,successorem in episcopatu habuit Paulũ. Qui quũ primũ latinarũ literarũ doctor esset,remisso illis nuncio, ad uitã ascreticã se cõtulit:& philosophorũ uirorũ monasterio instituto, præstantiorẽ cp qui in solitudine degunt,uitã egit. Talis em erat, quales Euagrius eos esse debere dicit,qui in solis locis uersant, monachos:ad quorũ mores uitam quoq; suã Paulus cõposuit,ieiunans cõtinenter,pauca admodum loquens,ab animatorũ cibo abstinẽs, plurimum neq; uino neq; oleo utens,indigentes cp maximè amore prosequens:

A quẽs:custodiq; inclusos,si quis alius,& ipse frequẽter uisitãs:pro eis qui iniuria affecti essent,apud principes uiros deprecãs:qui etiã non grauatè,q̃d ille petebat,faciebant,ppter insignẽ quę in illo erat religionẽ. Res sub eo accidit digna prorsus quę obliuioni & silentio nõ cõmittaf: quã apud Socratẽ inuentã,ipse q̃q; historiæ huic apposui. Iudæus quidã Christianismũ cõplexus,sępius baptismũ subijt arte quadã & nundinatiõe usus,ut aliquid pecuniæ cõquireret. Atq; ubi ferè ad religiões omnes,Arianorũ uidelicet & Macedonianorũ,baptismo apud eos suscepto,transijsset, neq; alij quos deinceps deciperet,reliqui essent,postremò ad Paulũ hunc Nouatianorũ episcopũ uenit. Et postq̃ cõfictis uerbis cupere se,ut manib.illius baptizaretur,dixit,ut desiderio suo satisfieret rogauit. Porrò ille ardorem hominis cõplexus, nõ prius ad baptismũ eum admisit, q̃ more recepto in uerbo fidei institutus esset, solitumq; etiã ieiuniũ cõpleuisset. Ille quũ ieiunio eo, q̃d præter opinionem suã ei compositũ erat, premeret, frequentius ut uoto suo potiret institit. Paulus ardorem eius uidens,mora longiore perturbare illũ noluit,& ea quę ad baptismũ pertinent, ritè parauit. Veste namq; insigni subornata,& baptisterio aqua,sicuti mos erat, repleto,Iudæũ nudũ baptizaturus ad id adduxit. Ecce aũt ineffabili quadam diuinæ prouidentiæ ui,unda derepentè euanuit. Vbi uerò aqua alia (episcopo ipso & eis qui ibi astabãt, rem eam nescientibus, sed aquã per subiectũ meatũ, quo emitti illa post initiationem solebat,effluxisse putantib.) infusa,diligenterq; ne ex lauacro illa proflueret,prouisum,& Iudæus denuò adhibitus est,rursum eodem q̃ prius modo aqua disparuit. Paulus re cognita: Aut flagitiũ,inquit,ò homo facis,aut ignorare uideris te baptismũ adijsse. Ad eius rei famã multi accurrerunt mortales, quorũ unus Iudæũ agnouit,cp scilicet antea ab episcopo Attico baptismũ suscepisset. Non obiter hoc quidem recensui,uerũ ut scire possemus gratiã diuinã persæpe etiã se apud B indignos exhibere,nullo inde cõtracto detrimento. Maximè uerò illa admiratione digna est,quæ sic uariè rebus nouis se ostendat per dignos simul:& aliquãdo etiã, si hoc usus postulet,per indignos.

Iudæus extortor lucri gratia baptismum identidẽ reiterans.

Catechesis ante baptismum.

Ueu ieiunium.

Aqua mirificè se mel atque iterum in baptisterio euanescens,fraudẽ Iudei anabaptistæ indicauit.

Gratiã diuina se etiam apud indignos exhibet.

CAP. XVIII.

IN Odem tẽpore in Persarũ q̃q; regione magna Christianismus cępit incrementa. Quũ namq; Isdigerdes Theodosij à patre institutus tutor,& Romanis amicus maximè esset,frequentes extitere causæ,quamobrem inter Romanos & Persas crebræ ultro citroq; mitterent legationes. Itaq; necessitate flagitante,Maruthas quoq; Mesopotamię episcopus,quem paulo antè Cyrini Chalcedonensis episcopi pedẽ calcasse diximus,orator eò est missus. Et postq̃ is ad Persas uenit, propalàm rex eum in magno habuit honore,ut uirũ Deo charũ et multa pietate præditũ. Magi ubi tantũ honorẽ Romanæ ditionis episcopo habe ri uiderũt,qui plurimũ apud regem autoritate ualent,apud seipsos macerabant, uarijsq; cogitationib.æstuabãt, ne unà cũ ea qua illũ ꝓsequebat affectione, religionẽ q̃q; eius cõplecteret metuẽtes. Nam capitis q̃q; dolorem grauẽ & diuturnũ,q̃ Isdigerdes afflictus fuerat,Maruthas precatione Deo exorato,statim curauerat,cp Magi cũ omnia tentassent atq; egissent,efficere se posse desperauerãt. Quapropter dolo regem aggredi statuerũt. Quandoquidem Persæ ignem tanq̃ Deũ colũt,& Magos eos appellãt qui elementa in numerũ deorũ referũt,et rex ex cõsuetudine perpetuũ ignem adorauit,uirũ quendã in fossã sub terra,eo tempore q̃ rex aduenire solitus erat,demiserũt, eumq; uerba hæc Magi ꝓclamare iusserũt:Exire oportere regẽ quem Deus impiũ iudicaret,cp tantopere episcopũ Christianorũ Deo charum existimans,amaret. Quod ubi Persa audiuit, Maruthã honestè quidem & reuerenter, omnino tamen à se reijciendi cõsilium cœpit. Maruthas pro suo erga Deum amore,precationib.uehementius incumbens,perfacilè Persarũ dolum edoctus est:et Isdigerdem adiens:Ne ita illudi tibi,ait,patere ò rex. Sed sacrarium ingressus,quum ad te perferri uocem senseris, effodi terram iubeto, & dolus ipse statim patebit.

Magi Maruthæ aduersantur.

Maruthas Mesopotamiæ episcopus, apud Persas Rom. legatus, in magno est apud regem honore.

Idem capitis dolorem diuturnum in rege precatione dispellit.

Persæ ignem pro Deo colunt.

Magi callido fraude efficere instituunt, ut à se Maruthan rex dimittat.

Latens sub terra homo dispositus, exire sacrario & gaïs regem iubet.

Ignis enim uocem edere,ut qui inanimatus sit,haudquaquam potest: sed fraude hu A
mana fabula hæc instituta est.Rex uerbis eis obsequitur. Atq; ubi rursum in ædi-
culam eam in qua perpetuus ignis asseruabatur,ingressus,et eadem uox ad eum de-
lata est,illico effodi eum locum iubet, & qui sub terra deum se assimulauerat, mor-
talis esse deprehenditur. Itaq; ira percitus Persa, Magorum genus * decimauit. Idē Magos decimat.
Qua re ita acta,Maruthæ præceptum est,ut quocunq; uellet loco,in Persarum ter-
ra ecclesiam extrueret. Vnde Christianissimus indies,ut ita dicam,etiam in Persarum
finibus liberè propagatus est.Maruthas legatione eo tempore rectè confecta,Con-
stantinopolim est reuersus. Et quum iterū Oratorem in Persidem mitti oporteret.
denuò legationem eam obijt. Magi autem idem q̄d antea moliebant, hoc agentes,
ut ne rex eo sicuti prius uteretur,néue apud eum in tanto esset honore.Et arte atq; ma
chinatione quadā eo loco intolerandū excitarunt fœtorem,quo rex more suo deam-
bulabat: atque insuper calumniā confinxerunt,fœtorem cum à Christiani episcopi
comitibus esse suborn atū, Princeps uerò Magos,ex eo quod antea fecerant iudi-
cans,& corū quoq; id inuentū esse suspectos habens,studio omni authores eius rei
inquisiuit. Atq; ubi illi rursum pessimi illius odoris patratores esse cōperti sunt,
permultos denuò supplicijs subdidit: Maruthā autē maiore etiā prosecutus est ho-
nore.Proindeq; Romanos dilexit,& mirificè amicitiā eorū coluit.Quinetiam amo
re desiderioq; ingenti ductus,Christianus fieri uoluit,alio Maruthę facto allectus,
quod ille una cum Abda Persidis episcopo fecit. Nam orationibus continuis in-
cumbens,à filio eius dæmonem,qui illi molestus erat,propalàm expulit.

Dolum eum rex à Maruthæ admonitus deprehendit.

ἀπεπλήκτησεν.

Christianissimus per Maruthan in Persida propagatus.

Maruthas iterum apud Persas Romanorū legatus.

Deprehenditur iterum Magorum Maruthæ structa fraus, et grauiter coercetur.

Maruthas et Abdas Persidis episcopus regis filiū dæmonio liberat.

CAPVT XIX.

SEd Isdigerdes prius uita excessit,quàm omnino Christianus fieret:regnū
autem eius ad filiū Varanem deuolutū est, qui non eodem quo pater in B
Christianos animo fuit.A Magis enim, qui illis hostiliter infensi erant,
persuasus,quum fœdera cum Romanis icta soluit: tum Christianos qui
ibi erant,nouis Persicis supplicijs excogitatis crudeliter persecutus est.Quæ autem
belli ibi aduersus Ecclesiam ab initio causa extiterit, paulo altius repetens expo-
nam. Episcopus Persidis,quem paulo antè Abdam nominatum esse diximus,mul
tis præcipuis uirtutis ornamentis refulgens,emulatione et ardore pro Christo ma-
ximè enituit. Quo aliquando in re minus necessaria usus,πυρεῖον, hoc est,sacrum fo
cum Persarum demolitus est.πυρεῖον namq; apud illos ignis templum,& ignis a-
pud eosdem deus est.Hoc ubi Magorum & Persarum rex Varanes intellexit,Ab-
da accito,mediocriter primùm eum,factum id reprehendens, perstrinxit:postea au
tem sacram etiam Ignis ædem † in speciem restaurare iussit. Quum autem ille resi- ἐπ' ἐμφάσει
steret, minimeq; se id facturū esse cōfirmaret: Varanes ecclesijs Christianorū omni tos.
bus incendiū minatus est,minasq; eas ad rem ipsam contulit. Ita Ecclesiæ dirutæ
prorsus sunt,quū quidem diuinus ille uir prius necatus, coronā martyrij reportas-
set. Mihi uerò parū rectè sacri foci euersio facta esse uidet: quandoquidem à diuo
Paulo,quū idolis addictas Athenas uenisset,nulla quæ isthic colebat ara destructa
est.Et ille uerbis mēdacij amentiā arguens, ueritatē pro eo induxit, & per aram a-
deò ipsam homines potius ad ueram pietatem manuduxit. Quòd aūt euersum Ignis
delubrum, quū id facillimè facere posset, restaurare noluerit,sed potius cū id com
mitteret, cædi se obtulerit, hoc ipsum admiror maximè, & multis dignū duco co-
ronis. Idem namq; est, ignem ipsum adorare,& fanū eius cōstruere. Sedenim ea re
tempestas coorta,graues et sæuos admodū aduersus ecclesiæ alūnos fluctus ex-
citauit. Et ad trigínta annos,pcella ea durauit, Magis tanq; turbulētis quibusdam
uentis eam augentibus. Magos aūt apud Persas eos uocari diximus, qui elementa † Supplicia
pro dijs colūt. Supplicioru aūt magnitudinem, inuentionesq; & formas acerborū quib. Chri-
tormentorū, nō facile lingua clarè expresserit, quibus pios homines sunt persecuti. stiani apud
Persas fuere affecti.

Varanes filius Isdigerdis in regno successor, Christianos persequitur.

Persequutionis exprimaria causa.

Abdas episcopus apud Persas Ignis delubrum diruit.

Abdas martyrio affectus.

Ecclesiæ Christianorum in Persida euersæ.

Quòd Abdas πυρεῖον diruerit, improbatur.

Paulus Apostolus nihil tale fecit.

Quòd restituere πυρεῖον noluerit,laudatur.

Hoc factum persecutio ecclesiarum subsecutum.

Quibus-

A Quibusdam enim manus utraq; securi resecta,nōnullis terga excoriata sunt,aliorū
capitib. pellis detracta à frōte ad mentū usq;:quorundā corpora tota calamis dis-
sectis illi operientes,cuspidibusq; eorū acuminatis carni adhibitis,et uinculis soli-
dioribus insuper à capite ipso ad pedes usq; circumligatis,magna ui calamū quem-
que extrahebant,uinculis ipsis altius carnem subeuntibus:ut tractione tali eam cor
poris partem quæ cuti propinqua est diuellentes, acerbiores dolores redderent.
Sed & fossas magna cura sepientes, muscarum examina multa in eas demisere, &
deinde alimentū eis ueræ pietatis alumnos præbuerunt, manibus pedibusq; eorū
arctiore uinculo cōstrictis,ne à se illas abigere conari possent. Muscæ autem fame Christiani martyres tormentis omnibus superiores.
acriore cōsectæ,sanctorū carnes intensum admodū & grauem illis dolorem inferen
tes uorarunt.Multas uerò & alias hisce sæuiores ærumnas,pernicioso & ueritatis
inimico dæmone magistro in rebus eiusmodi utentes, excogitarūt. Veruntamen ge
nerosam uirorū illorū fortitudinem nō retuderūt. Sua namq; sponte illi se certami
ni,ad immortalem mortem & sempiternæ uitę conciliatorem aspirātes, obtulerūt.

CAPVT XX.

ACheménides quidā apud Persas erat,qui & Hormísdes dictus est,præ- Pulcherrima Christianæ cōfessionis exempla.
fecto patre genitus,uir admodū illustris et locuples:quem ubi Christia
num esse rex audiuit,in mediū produxit,& Seruatorem abnegare iussit.
At ille regis imperata nō solū iniqua, uerumetiā incōmoda esse respon- Achemenides uir illustris,liberrimè Christianismū apud Varanem regem Persarum defendit.
Maius est crimē,diuinam quàm regiam lædere maiestatem. dit. Cui enim ea necessitas imponat, ut facilimè uniuersitatis huius Deum abiuret,
huic longè facilius fore dixit,regem despicere,atq; ad aliū transire.Regem namque
etiā,homo cum sit,naturā fatis obnoxiā sortitū esse. Quod si,inquit,animaduerten-
dum tibi esse in eum uidet,qui dominationem tuā abneget,sceptrumq; nihili faciat,
rectius multo,ut puto,suppliciū pendet,qui rerū uniuersarū Dominū abiiciat. rex
B cum obstupescere potius ad tantā uiri libertatem debuisset, opes ei adimi, dignita- Varanes Achemenidem bonis spoliatum, camelos aulæ euerre iubet.
teq; insuper priuatū,nudū, & subligari tantū præcinctū, aulici comitatus camelos
ducere iussit.Perpauci intercessere dies,cum rex ex superiore porticu prospectans,
præclarū illū uirū æstu solis adustum & puluere obsitū uidit:& patris eius gloriā Idem enim benignitate flectere, & à Christianismo abducere intendit. Sed id frustra fuit.
in mentem reuocās,eum reduxit,& linea tunica uestiuit. Et cū labore & ærūna illū
confectū,humanitateq; & misericordia ei exhibita adductū,faciliorem iam eum &
propensiorem ad gratiā ab eo ineundā fore putaret: Vel nūc tandem,inquit,errore
priore repulso,fabri filiū ex animo tuo ejice. Atq; ille exardescens, tunicā illā con-
scissam abiecit,& uoce magna:Si huius,inquit,gratia me religionem longè optimā
mutaturū putas,en munus tuū tibi,unà cum impietate,habe.Rex aūt tā forti illū ani Achemenides regia contumelioſe ejicitur.
mo esse cernens,nudū regia exegit. Alius erat Saenes nomine,qui regi restitit,neq;
rerū cunctarū Dominū pernegare uoluit.Rex ex famulis illius multo deterrimū e-
legit,potestatemq; in mille ministros illi ademptā,ei attribuit,atq; etiā huic illū ser
uire iussit,cōsorte quoq; thori et domina isti cōiuncta.Nam ita demū se persuasurū
ueritatis amatori,ut animū & sententiā suā mutaret,existimabat. Verùm minimè ei
consilium successit.Non eī in arena,sed in petra mentis illius domus fundata fuerat.
Beniamín etiam diaconū quendā comprehensum custodiq; mancipauit, in qua cum Beniamis diaconus biennium in carcere transegit.
duos exegisset annos,& orator Rom.ex causa quadā apud Persam esset,mediū se is
interposuit,ut diaconus uinculis solueret petens.Rex hoc se legato daturū promi- Hunc uinculis orator Romanus liberat.
sit,si modò Beniamis se obligaret,se nulli ex Magis,ut Christianam susciperet reli-
gionem,suasurū esse.Legatus porrò rem eam & quid Persa quæreret,ad Beniamin
retulit.Atq; ille fieri nō posse dixit,ut lucem eam quā copiosam recepisset,nō fœne- Christianus homo nōn potest non suū per talēto suo fœnerari.
raret.Quæ eī pœna ei cōstituta sit,qui talentū sibi datū defoderet,aperte admodū
diuinorū Euangeliorū codicem ostendere. Quā rem ignorās rex,liberū eū esse ius-
sit.Et ille rursum solitū officiū suū fecit, eos qui erroris caligine detinerent capies,

Saenes quoq;,mille milium præfecturam et coniugem relinquere, et seruo suo seruire, q̄ Christum negare maluit.

& ad

Iterum apud regem Beniamis Christum genero siſſimè profitetur.

& ad diuinam atq; intellectualem lucem adducens. Præteriit annus, & quæ Beniamis agebat, regi indicata sunt: qui eum ad se productum, pernegare quem sincerè prædicaret Dominum iussit. Atq; ibi ille ad regem: Quid nam, inquit, commeretur, qui imperium tuum abnegans, ad alium se conferat regem? Mortem, rex ait, & supremum supplicium. Tum Beniamis: Quod nam igitur, intulit, satis dignum homo ferat supplicium, qui uniuersitatis huius Domino seruatore & rectore abiurato, non illi cultum honoremq; debitum, sed ex conseruis suis uni præstet? Verbis

Illustre Beniamis per grauissima supplicia martyrium.

hisce rex grauiter commotus, æqualem cum digitis manuum atq; pedum calamorum numerum exacui, & unguibus illius infigi præcepit. Vt uerò athletam coronа decorandum, tormentum id perinde atq; ludum iocumq; excipere uidit, calamum alium in cuspidem acuminatum membro eius uirili immisit: quem frequentius subinde infigens atq; retrahens, incredibilem intolerabilemq; illi creauit dolorem. Postquam autem hoc quoque acerbissimum supplicium generose pertulit, aliud intulit, quod priora illa secundas partes ferre ostendit. Virgam enim crassiorem afferre, ex parte omni densos ramorum uncos prætendentem, & in sedem decertatoris inijci, ac deinde identidem per eam attrahi & retrahi iussit. Quem cruciatum cum amplius tolerare non posset, spiritum fortis ille ueritatis propugnator & athleta reddidit. Infinita uerò alia ab audacibus & impijs illis quoque tentata

Iacobus Persa ex Christiano ethnicus.

sunt. Quale uidelicet et illud est in Iacobo Persa patratum. Is enim cum Christianus antea fuisset, propter intercedentem sibi cum Isdigerde Persarum rege amicitiam,

Idem denuò Christianus.

paternam religionem reiecerat. Postquam autem per matrem & coniugem rursus ad fidem Christi reuertit, & eam rem princeps ægrè tulit, acerbam quandam, &

Iacobi istius lucu lentissimum martyrium.

propter nouitatem admirandam, post supplicia multa, subijt mortem. Nam ubi ar-B

Membra omnia articulatim, et postremò caput et resectum.

ticulis & iuncturis quibusque in commoda & apta totius corporis membrorum conformatione, ex manibus, brachijs, pedibus, & suris ei resectis, reliquum nihil quàm unà cum uentre caput solum habuit, quoniam ne tum quidem fidem in Christum abiecit, & idipsum postremò ferro amputatum est. Minimè uerò mirandum, si rerum uniuersarum Dominus feritatem illorum sustinuit. Nam & qui Constantini imperium præcesserunt principes, rabiem suam aduersus uerę pietatis amato-

Deus per longanimitatē suam tyrannicos ecclesiæ persecutores sustinet.

res euomuerunt. In primis uerò Diocletianus omnium grauissimus, ipso augustæ & uenerandæ Passionis die ecclesias sub imperio Rom. ubique omnes euertit. Et nouem elapsis annis, illæ quidem ad priorem florentes rediere statum, ac potius & pulchritudinem & amplitudinem multo præstantiorem recepere. Diocletianus autem postremò disperijt, & cum impietate extinctus est. De bellis autem & perse-

Diocletianus uno Soterorū die omnes Christianorū ecclesias diruit. Sed illæ post nouennū magnificentius sunt restitutæ.

Persecutionē Ecclesiæ prædixit ipse Dominus.

cutionibus hisce, ipse uaticinatus est Dominus. Nec id modò, uerumetiam ecclesiæ ipsius inuictum & insuperabilem statum prædixit. Res ipsa hoc testatur. Quodammodo namque pace ipsa nobis bellum utilitatem affert maiorem. Propterea quòd tentationes istæ, ut ecclesia magis etiam refulgeat, efficiunt. Pax enim mol-

Persecutio ecclesiæ bono est.

les nos, desides & timidos reddit. Bellum autem, cùm animos nostros acuit, tum rebus præsentibus nos affigi non patitur; sed ut eas despiciamus, & fluxa hæc atque caduca pro nihilo habeamus, suadet.

CAPUT XXI.

Christiani è Perside ad Romanos confugiunt.

Iniuriæ aliæ Romanis inibi illatæ.

CHristiani apud Persas intolerandis, quæ aliæ super alias inducebantur, ærumnis pressi, ad Romanos confugerunt, opem eorum petentes, & ne ipsi ita afflicti despicerentur, rogãtes. Episcopus Atticus benignè suppli ces eos suscepit, & ut quantũ posset eos adiuuaret, propensus fuit: & Imperatorem Theodosiũ pro eis cõpellans, ad eos uindicandos excitauit. Eo tempore alia quoq; acciderunt, ut Romani nõ mediocriter à Persis affligerentẽ, propterea q; Romanæ ditionis hominibus qui mercede in aurifodinis opus ibi faciebãt, redire inde

A inde non permittebatur, & Romanorum mercatorum merces diripiebantur. Ad quas iniurias Christianorum in urbem Constantinopolitanam accessit perfugium. Et res in bellum euasit. Persa namque legatione missa, perfugas sibi dedi à Romanis petijt. Romani autem id facere noluerunt, non modò quòd illos tanquam supplices & precatores seruare uoluerint, sed etiam quòd pro religione sua facere quiduis & pati potius parati fuerint, quàm ut eos quibus cum communem fidem haberent, despicerent. Proinde pace soluta, bellum graue inter Romanos & Persas est ortum, quod paucis perstringere cõmodum esse uisum est. Arda-

Persarū rex per legationes deditī sibi profugos Christianos ab imperatore postulat.

Bellum inter Romanos et Persas exoritur.

burius ille ex Imperiali aula cum non ita multis copijs missus dux, per Armeniam in Persidem excurrit, & prouinciam eius quandam Azazenem uocatam uastauit. Aduersus quem à rege Persarum dux alius Narses uenit, ingentem secum du-

Azazene à Romanis uastatur.

Belli Persici.

cens exercitum. Hic commissa cum Ardaburio pugna, cum ingenti suorum clade uictus in fugam se dedit. Ex qua conuersus, per Mesopotamiam Romanorum ditionem, præsidio omni uacuam inuadere, & acceptæ cladis ignominiam abolere, statuit. Verùm consilium quod Narses cæperat, Ardaburium latère non potuit: qui quàm maxima potuit celeritate, regione Azazena summè uastata, &

Ardaburius Romanorum dux Narsen Persam uincit & fugat.

ipse Mesopotamiam petijt. Narses quamuis uarij generis copias coacerua sset, ingredi tamen Romanorum fines ausus non fuit. E Nisibi autem ciuitate, quæ in fi-

Idem cum re per Mesopotamiã Romanæ ditioni detrimentũ inferat, impedit.

Narses insolēter Ardaburio diem, locum, et cõditiones pugnæ nuncia ri iubet.

nibus Persarum & Romanorum sita est, Persis tamen subiecta, hominibus certis ad Ardaburium missis, de conditionibus pugnæ committendæ, loco & die constituto, certiorem eum fecit. Cui ille renunciari iussit: Romanos, non quando ille uellet, sed quo tempore ipsis commodum usum esset, prælium facturos. Et cum

Ardaburij ea tum responsum.

Persam magnis uiribus copias suas inuasurum puraret, spe belli omni summopere in Deum collocata, maximas & ipse uires contraxit. Sedenim diuino auxilio, quo maximè fidebat, adiutum eum esse, inde satis constat. In urbe Constantinopo-

Ardaburius confidit Deo.

B litana, in anxia solicitudine quum ciues essent, & addubitarent, cui nam parti uictoria arrisura esset, angeli Dei quibusdam in Bithynia, propter negocium cer-

Angeli uictoriæ Romanorum auctores.

Supplicationes belli tẽpore pro uictoria.

tum Constantinopolim petentibus apparuere, eos que ibi annunciare iussere, ut illi precationi admodum incumberent, & animum fortem obtinerent, ac Deo crederent, uictoriam Romanorum esse. Illud insuper addentes, indices ipsos inde & nũcios uictoriæ, qui Romanis præsentẽ maximè opem tulerint, à Deo missos esse. Quæ res ubi ad aures hominũ peruenit, nõ modò ciuibus ipsis animũ addidit, sed etiam militum fortitudinem confirmauit. Itaque ubi bellum, sicuti dictum est, ex Armenia in Mesopotamiam translatum est, et Romani eos qui in urbe Nisibi clausi atque circumuallati erant, obsidione prementes turres ligneas fecerunt (quæ rotis quibusdam & machinis prouolutæ, mœnibus admouebantur, & ex eis lõgiore, pro muro, pugna commissa, multi è superiore loco urbem propugnantes cædebantur) Varanes autem Persarum rex Azazenam regionem excisam, & suos Nisibi inclusos muralium tormentorum ui affligi cognouit, copijs quas tum paratas habebat omnibus, fortunam belli experiri aggressus est. Quum uerò Romanorum uirtutem metueret, Saracenorum auxilijs usus est, quos Alamundarus uir fortis & bellicosus duxit: qui quum multa eorum millia secum adduxisset, bono animo regem Persarum esse iussit, quamprimùm se primo conflictu Romanos superaturum, atque ipsi unà cum magna Syrorum urbe Antiochia subiecturum esse, dicens. Hæc ille quidem iactabat, sed uerba eius minimè ad exitum peruenere. Qui-

Romani Nisibim obsident.

Saracenũ auxiliares Persarum.

Saracena insolentia.

bus namque rex fidebat, Saraceni, præter rationem terrore correpti, & per imaginationem se à maximis Romanorum copijs circumdatos propelli opinati, atque in magnum tumultum coniecti, ita ut neque quid faciendum eis, quo ue effugiendum esset, scirent, unà cum armis in Euphratem amnem se præcipitarunt.

Saraceni panico metu correpti, in Euphrate submerguntur.

Opinio

Opinio sanè obtinet,centum ibi uirorum millia periisse. Atque hoc sic quidem accidit.Romani uerò,qui excitatis expugnatoriis urbium machinis Nisibim obsidebant, quum audissent, Persam magnam elephantorum multitudinem adducere, & ea de causa metu consternati essent, machinis eis omnibus igne consumptis,ad loca sua sunt reuersi. Cæterùm quot postea prælia sint commissa, & quomodo alius Romanorum dux Areobindus singulari certamine eum qui apud Persas omnium fortissimus habitus est, interemerit, & quomodo Ardaburius septem Persarum ductores insidijs exceptos trucidarit: ad hæc ut Vitianus,alius Theodosij dux, reliquias Saracenorum optimè extinxerit: prætermittendum esse censeo, ne longius extra propositum digrediar. Imperator Theodosius res in eo bello gestas,Palladio quodam cursore celeri usus, quamprimùm cognouit. Vir is quùm corpore fortis, tum animo adamantinus fuit, qui tanta celeritate equo insidens uectus est, ut diebus tribus in fines, qui medij inter Persas & Romanos sunt, peruenerit,totidemq; postea diebus Constantinopolim reuersus sit. Ob eam uerò celeritatem, non ad Persarum fines tantum, sed ad reliquas etiam orbis partes, quò cum Imperator misit, expeditissimè peruolauit. Quapropter aliquando ex præclaris uiris quidam, celeritatem eius admiratus, dixit: Virum eum tam amplam Romani imperij ditionem angustam expedita celeritate sua reddidisse. Ad hanc etiam Persarum rex obstupuit,quòd legatione fungens,multorum dierum iter tam celeriter perficeret.Hæc de Palladio. Theodosius Imperator Constantinopoli degens, ubi Romanorum diuinitùs concessam uictoriam resciuit, tam bonus honestus que fuit,ut etiam secundis rebus suis, pacis tamen consilia caperet, & cum hostibus fœdus inire uellet. Helionem igitur ducem illustri præditum dignitate, ad pacem cùm Persis faciendam misit. Atque is postquàm in Mesopotamiam peruenit, ubi Romani fossam altam, quæ præsidio eis esset, duxerant, Maximinum, uirum præclarum, & eiusdem cum Ardaburio dignitatis, qui de pace ageret, ad Persam legauit. Maximinus apud regem se à ducibus, non ab Imperatore ipso missum esse dixit.Illum enim bellum hoc nescire: atque etiam ut id maximè sciret, parui tamen facere. Porrò Varane legationem eam recipiente, quòd fame maxima exercitus eius premeretur, qui apud eum *Immortales uocantur (decem millium numerum ij, delectorum admodum & fortium uirorum, complent) eum adiere: & ne prius pacem susciperet, quàm impetum in Romanos parum cautos ipsi fecissent,admonuere. Quibus rex obsequutus, oratorem quidem in abdito loco clausum asseruauit: Immortales autem illos insidias Romanis struere iussit.

Romani obsidionem Nisibis soluunt.

Areobindus Ro. dux.

Vitianus Rom. dux.

Victoria penes Romanos est.

Expeditissimus et celerrimus cursor Palladius.

Palladius celeritate sua Romanorum ditionem ampliss̃am, angustam reddidit.

Theodosius reb. quoque suis secundis de pace cum Persis transigit.

Helionem in Oriente legat.

Is Maximinum ad regem mittit.

Maximinus ducti Ro. non Imperatoris nomine legatione apud Persam fungitur.

Barbarus dolus Persarum.

Qui bifariam diuisi, in medio partem quandam Romani exercitus non minimam, circumuentam concludere uoluerunt. Romani ad turmam hostium eam, quam conspexerant, conuersi ferebantur. Nondum enim alteram, quæ derepentè procurrerat, uidebant. Et iam inter se acies concurrebant, quum Dei prouidentia quadam, aliæ Romanorum copiæ ex colle quopiam prospicientes apparuere,Procopij ducis signa sequentes, qui ciues suos in discrimen coniectos uidens contra Persas duxit, cosq; à tergo aggressus est.Ita factum,ut qui paulo antè intercipere Romanos uoluerint, ipsi ab illis sint circumuenti. Nostri omnibus illis occisis,ad eos inde qui ex insidijs prodibant,conuersi,itidem illos quoq; iaculis confecerunt. Ad hunc igitur modum qui apud Persas sunt Immortales, subitò mortales omnes esse comperti sunt, ipso à Persis pœnas sumente CHRISTO, propterea quòd plurimos eius cultores insigni pietate præstantes, acerba morte mulctarint. Rex autem Persarum clade ea accepta, nihil se earum rerum scire assimulauit,&

Romani Deo opitulante unà atq; alteram hostium manũ concidunt.

Immortales Persarum cæsi.

Vindicta diuina Persæ ulcti, qui tantopere in sanctos martyres sæuierunt.

Singulare certamen.

Ardaburius fortissimè rem gessit.

Ἀθάνατοι aulicũ.

Ἀθάνατοι Persarũm.

Persæ legationem Ro. ludificãtes, ex insidijs Romanos adoriuntur.

* Ἀθάνατοι,hoc est,Immortales,lectissimi decies mille Persarum uiri, quos Xerxes Darij habuit. Hos sub Theodosio Ardaburius concîdit,atq; extinxit.Suid.

A uit,& oratore è custodia emisso,legationem recepit:pacem se non ut Romanis gratificaretur,sed oratori ipsi prudentia omnes excellenti honorem cum haberet, complecti testatus. Porrò bellum Persicum, quod initium propter persequutiones aduersus Christianos motas sumpsit,finem tum habuit. Cum ipso autem bello persequutio quoq; conquieuit.

Ἀθάνατοι barbarum.

Pax Persica.

Quies Christianorum apud Persas.

CAPUT XXII.

RAt autem in ciuitate Amidensi episcopus Acacius nomine, quem tum facinus pulchrum illustriorem omnib. atq; clariorem reddidit. Quum etenim exercitus Romanus Azazena regione uastata,supra septem millia Persarum cæpissent,cosq; nullo modo Persæ reddere uellent,atq; illi fame paulatim afflicti interirent,eaq; res non parum molestiæ regi afferret: Acacius ea cognita,non ita prætermittendam censuit, sed qui sub eo erat, clero coacto:

» Deus (inquit) noster,filioli,neq; discis indiget, neq; pocula curat. Egestati enim
» minimè obnoxius,non edit,neq; bibit. Quum igitur multa sint ecclesiæ eius donaria, aurea quidem plurima, multa etiam argentea, quæ benignitate & liberalitate
* eorum qui se ad eam contulerunt, parauit, utendum eis censeo ad Persas captiuos redimendos,& famelicos alendos. Hæc atq; alia hisce similia loquutus,statim diuina illa donaria conflauit, atque ex eis æstimationem militibus quæ eis usa fuerat, persoluit, & captiuos recepit: deinde alimentis eos abundè refectos, uiatico etiam prosecutus, ad regem suum misit. Id episcopi factum, plurimum Persarum regem ad consternationem adegit: quòd Romanis utrunq; hoc studio esset,ut simul & bello & benefactis egregiè uincerent. Dicitur uerò, Persam etiam desiderium cæpisse uiri eius uidendi,ut eius & conspectu frueretur,& colloquio dignaretur. Idq; sic imperatoris Theodosij iussu factum esse, fama obtinet. Victoriam hanc tantam post-
B quam Deus concessit,quicunq; eo tempore eruditione pollebant,libros in laudem Imperatoris publicè conscripserunt,eiq; obtulerũt: alij quidem, ut eloquentiæ uim, quam longo collegissent tempore, ostenderent: alij autem,ut se in notitiam illius insinuarent: atq; alij item causam aliam prætendentes. Eadem porrò illi uirtutis ornamenta testimonijs suis Imperatori tribuerunt,quæ & nos de eo suprà commemoramus, ex plurimis pauca saltem breuiter perstringentes. Non solum autem hoc, qui in arte dicendi studium posuerant, fecere: sed & ipsa Augusta & Imperatoris coniunx,heroico uersu poemata marito & principi suo composuit. Erat enim præclara admodum & docta. Quando quidem uerò eius memini, in tempore hoc loco me expositurum puto,quæ ea,& unde fuerit: & quomodo præ alijs quæ in communionem connubij Imperatoris Theodosij ueniret,delecta sit. Res sic habet.

Acacius Amidenus, episcopus donarijs ecclesiæ cõflatis,hostium, Persarum uidelicet,captiuos redimit.

Facinus id rex Persarum uehementer est admiratus.

Multi à multis de uictoria Persica & Imperatoris uirtutib. conscripti libri.

Eudocia Imperatrix Theodosij quoq; laudes heroicis uersib. scripsit.

* Si necessitas fuerit in redemptione captiuorum, tunc & uenditionem sacratissimorum atque arcanorum uasorum uel uestium cæterorumq; donariorum, quæ ad diuinam religionem necessaria sunt, & hypothecam & pignorationes fieri concedimus. Quoniam non absurdum est animas hominum quibuscunque uasis uel uestimentis præferri. L. Sancimus. C. de sacrosanct. eccles.

CAPUT XXIII.

PVlcheria Augusta quòd honestatis studiosa esset,quum Imperator iam ad ætatem maturam peruenisset, ut ei coniugem matrimonio iungeret, deliberauit. Et generis cuiusq; & familiæ puellas,eas etiam quæ ex gentibus forma, diuitijs, & alijs dotibus præclaræ essent, dispexit. Atque hoc quum illa sic ageret, percommodè accidit,ut mulier quædam,cui nomen Athenais erat, adhuc uirgo, ex Athenarum urbe ad Augustam ueniret. Ea Leontij philosophi filia, & quidem ingeniosissima, omni genere non solum Græcarum, sed etiam Latinarum disciplinarum à patre erudita,tantum in philosophia effectrice simul & contemplatrice,atq; ea quoque quæ circa dicendi artem, probationesq; &

Athenais Leontij Atheniensis philosophi filia doctiss.

confutationes uersatur, quantum alius nemo, profecit. In Astronomia etiam, Geometria, & numerorum proportionibus, plus quàm alius ætate sua quisquam est asA secuta. Hanc ubi pater ita educauit atque instituit, moriturus ille, filios suos Valerium & Aetium bonorum suorum hæredes reliquit, filiam autem exhæredauit: Fortunam ei, & quam ex doctrina consecuta esset, gratiam sufficere dicens. Quum uerò ei res esset perangusta, ad Pulcheriam Augustam de fratrum iniuria conquerenti accessit. Illa prudentiam, uenustatem, & miram in rebus (ut ita dicam) omnibus dexteritatem puellæ quum cognouisset, fratri eam connubio coniungendi consilium cæpit. Atque ubi ei ut Christianorum sacra coleret, persuasit, accito Attico episcopo, ad diuinum baptismum eam in eo quod diximus Stephani protomartyris templo adhibuit, & per eum ipsum baptismum, aliosq; item plures modos, in filiæ locum sibi arrogatam, uxorem fratri dedit, pro Athenaide Eudociam cognominatam. Hæc Theodosio Eudoxiam filiam genuit, quæ Valentiniano Placidię filio, Romæ rerum summam obtinenti, & propter affinitatem nuptiarum Thessalonicæ, quò ex Occidente uenerat, agenti, in matrimonium est collocata. Atque ea Valentiniano filias duas, Placidiam & Eudociam, progenuit. Cæterùm Eudocia Theodosij coniunx, quum desiderio coniugij Eudoxiæ filiæ uidendi teneretur, uoto sese ipsam obligauit, ubi nuptiæ filiæ confectæ essent, se Hierosolyma adituram, ut simul & loca sancta uenerarentur, & debitas Seruatori, ob innumerabilia ab eo accepta dona, ageret gratias. Ad quas causas præclaræ etiam alia illa ouis occasio accessit, quam ouem, utpote ingentem & admirandam, festo lumine die à Phrygisco quodam adductam, quum illi eam ob rem Imperator centum numos præbuisset, imperatrici Eudociæ dono dedit: eamq; illa deinde simplici animo (perliberalis enim erat) magistro Paulino, qui principi apprimè charus, domi ex podagra decumbebat, misit. Paulinus autem, quod de oue factum fuerat, ignorans, ea perinde atq; miraculo quopiã Imperatorem muneratus est. Qui postquam eam cognouit, cõiugem explorando, de ea an illa ipsa esset, salutem suam uerbis prætendens, percontatus est. Eudocia uerò, quòd Imperatoris consilium explorandiq; uoluntatem non intelligeret, cum esse negasset, domi suæ illam suauiter pasci dixit. Qua re quum in grauem suspicionem apud Imperatorem incidisset, Paulinus quidem statim in Cappadociam relegatus, capitali supplicio est affectus. Ipsa autem ea de causa, immenso correpta dolore, uotum Deo nuncupatum soluit, & illico Hierosolyma concessit. Dispositione diuina id profectò factum, ut ibi quicquid esset bonum atq; utile, perficeret. Quid namq; opus est admiratione digna dicere opera, quæ eo loco in sacris templis, monachorumq; domicilijs, atq; apud sacerdotes & pauperes, de quibus paulo pòst referam, peregit? Vnum illud in præsentia memoria dignum de ea & Pulcheria recensebo. Quòd namque natura apertus & simplex Theodosius esset, & omnibus benignè facere cuperet, sæpe etiam literis, quibus minimè oportuit, sententia earum non perspecta, subscripsit. Quæ uerò ei diuinitùs quasi fidelis custos data erat, in rebus omnibus magnifica, moderata, & sapiens Pulcheria Augusta, id ipsum quoq; morem absurdum coarguens, correxit. Syngraphan enim inter eum & seipsam uenditæ coniugis eius raptim compositam ei proposuit, eamq; ille scripturæ uim nesciens, confestim manus suę annotatione confirmauit. Postridie eius diei Imperator coniugem ad se uocauit, quam Pulcheria se ei redditurum, plurimum negauit: emptionis libellum, ut testem qui accusari aut reuci non posset, prætendens. Tanta illa prudentia atq; festiuitate fuit. Atq; illa negligentiam eius arte quadam arguens, moderatione mira improuidam literarum subscriptionem sic in eo emendauit. De his hactenus.

Atticus

Eiusdem fratres.

Athenais à patre exhæredata.

De exhæredatione ea apud Pulcheriã queritur.

Athenaidẽ in baptismo per spiritualem arrogationem sine consanguinitatem, filiam sibi Pulcheria adoptat.

Athenais Eudocia cognominata, Theodosio matrimonio iuncta.

Eudociæ ex uoto Hierosolymitana religionis gratia profectio.

Quem miræ magnitudinis Theodosius Eudociæ donat.

Eudocia eam Paulino magistro domino mittit.

Paulinus ea Theodosium muneratur.

Eudocia apud Imperatorem aliam eam ouẽ esse perhibet, & in suspicionem uenit.

Eudocia Hierosolyma profecta.

Theodosius quibusuis literis facile sub scribere solitus.

Errorem eum mirificè in eo Pulcheria correxit.

Theodosij et Eudociæ filia, Eudoxia, Valentiniani tertij coniunx: Filiæ huius Placidia et Eudocia.

ωεφιφανῆς μάλιτα. τῶν φόβων ἐφεῖτο.

Paulini cædes.

CAPUT XXIIII.

ATticus autem episcopus Constantinopolitanus, ut Ecclesia incrementa sua caperet, mirificè operam dedit. Summa enim prudentia eam administrans, continua doctrina populum ad studium uirtutis excitauit. Et ad misericordiam atq; largitionem tam procliuis fuit, ut non modò eis qui in parœcijs eius erant, egenis prouidendum duceret, sed etiam uicinis Constantinopoli ecclesijs pecuniam multam, ad pauperum consolationem mitteret. Porrò ex una eius epistola, quam ad Calliopium Nicænum presbyterum dedit, missis simul trecentis aureis, qualis ea re uir fuerit, satis patebit. Ea sic habet: Callio » pio presbytero Atticus in Domino salutem. Decies mille in urbe uestra egenos » piorum commiseratione indigère cognoui. Decies mille dum dico, multitudinem » ipsam, non certum pauperum numerum ostendo. Quandoquidem uerò certum » pecuniæ numerum ei acceptum fero, qui perliberali manu ritè eam dispensantibus » donat, & nonnulli indigent explorandorum eorum gratia, qui habent quidem, » sed illis non dant, acceptis à me, ò charum mihi caput, trecentis aureis istis, ut uo» les eos expende. Voles autem eis maximè, qui mendicare erubescunt, non illis qui » in uita uentrem ad nundinationem proponunt. Quum igitur pecuniam largie» ris, religionis hac in parte rationem non habebis: hoc unum spectans, ut indigen» tes alas, neq; eos præferas qui moribus nostris uiuunt. Pauperum sanè etiam qui longius abessent, ita curam Atticus gessit. Verùm ille quoque ut quorundam superstitionem minueret, magnopere curauit. Et cum audisset Sabbatium illum, qui propter Paschæ diem Iudaico more celebrandum à Nouatianorum ecclesia secesserat, & gregem sibi suum coegerat, Rhodi, ubi exulare iussus fuerat, uitam
B finijsse: populares q; factionis eius, corpore illius inde translato, circa sepulchrum eius precationes peragere, & ueluti uiro sancto reuerentiam cultumq; præstare: noctu hominibus certis missis, cadauer Sabbatij sepeliri in loco alio curauit. Porrò sectatores illius ubi tumulum uiolatum repererunt, cæremonias superstitionemq; suam ad sepulchrum eius posthabuerunt. Et quoniam in nominum inuentione, aptè illis rebus ipsis imponendis, elegans & felix fuit, nauale quod ad angustias Euxini ponti non longè à transitu situm, ueteres φαρμακέα, id est uenificum appellarunt, quòd ipse ibi conuentus cogeret, ne locus is infamem obtineret appellationem, nomine mutato θεραπεῖαν, hoc est curam, seu culturam uocauit. Ex suburbijs etiam Constantinopolis aliud, Argyropolim, per mutationem nominis ob causam eiusmodi appellauit. Chrysopolis antiqua nauium statio est, contra Byzantium, in Bospori initio posita. Multi eius antiquorum historicorum meminere, sicuti Strabo Geographus, Nicolaus Damascenus, & qui Cyri historiam optimè conscripsit, ui eloquentiæ magnus, & historico stylo admirandus Xenophon, in sexto Cyri expeditionis: sed & in primo Hellanicorum, seu Græcæ historiæ libro, ubi de ea hæc quoq; memorat, quòd Alcibiades ille muros Chrysopolis demolitus, decimarum accipiendarum sedem ibi constituerit. Quicunq; enim mercatores ex Ponto præternauigarent, decimas eo loco merciũ præbuerunt. Atticus igitur locum è regione Chrysopoli, commodè cum non mediocri amœnitate situm cernens, Argyropolim eum nominari oportere dixit: quod uerbum regioni statim cognomen indidit. Quibusdam dicentibus, incommodum esse, quòd Nouatiani intra urbem Constantinopolim conuentus agerent: Ignorare uidemini, inquit, quæ sub Constantio & Valente perpessi sumus. Præterea uerò testes isti nobis sunt fidei uenaces. Quum enim iamdudum ab Ecclesia uniuersali secesserint, nihil illi aliud de fide, quàm pœnitentiam nouarunt. Et quum Nicææ aliquando esset, consecrandi ibi episcopi gratia, Asclepiadem Nouatianorum ec-

Qq 2 clesiæ

Atticus Constantinopolitanus episcopus in alienos etiam per elemosynam liberalis.

Scriptum Attici ad Calliopiũ Nicænum presbyterum, cui in usum pauperũ 300. miserit aureos.

Quare Deus nõnullos egere patiatur.

Quibus sit danda elemosyna.

Atticus superstitionis etiam occasiones præcidit.

Corpus Sabbatij ad eius sepulchrum Sabbatiani sacra peragebant, alibi clàm sepeliri curauit.

Atticus rectè rebus apta nomina imposuit.

Natale Constantinopolitanũ, prò uenefico, curatiõnem uocauit.

Chrysopolis.

Argyropolis Chrysopoli oppõsita.

Scitè dicta Attici.

Nouatianos is nõ improbauit.

Asclepiades Nouatianorum episcopus, sed annis episcopatũ gessit.

cleſiæ antiſtititem,ſenem admodũ cõſpicatus, quot nam annis epiſcopatũ geſsiſſet, A interrogauit. Atque ubi ille, quinquaginta, dixiſſet, ſermonem excipiens Atticus: Beatus, inquit, es ô pater, qui tam longo tempore bonũ opus curaris. Apud eundẽ Aſclepiadẽ illud quoq; intulit: Ego, inquiens, Nouatũ quidem ualde laudo: qui uerò ab eo, puenere, eos minimè recipiendos eſſe duco. Vocem hanc ut nouã, poſtq; ille auſiuit: Quomodo, ait, hoc dicis epiſcope? Propterea, Atticus inquit, illũ probo, quòd ad cõmunionẽ eos qui diſs ſacrificauerant, nõ admiſerit: id namq; et ipſe, ſi aſſuiſſem, feciſſem. Nouatianos autem auerſor, quòd exiguarum rerum gratia homines à communione excludunt. Ad quæ uerba Aſclepiades reſpondit: At non ſacrificia deorũ tantũ, ſed multa etiam alia ſunt peccata ad mortem. Quorũ cauſa uos quidem clerum, nos uerò etiam laicos reſcimus, ſoli Deo, qui nouit omnia, omnia cõmittentes. Dicunt etiã obitũ eum ſuũ prouidiſſe, & ad Calliopiũ Niceæ presbyterum ab eo diſcedentem, uerbis hiſce uſum eſſe: Quòd ſi me rurſus uiuũ uidere uoles, ante autumnũ exactum celeriter Conſtantinopolim te uenire oportebit. Sin tardius eò cõceſſeris, ſuperſtitem me nõ inuenies. Id q̃d ita accidit. Nam uigeſimo primo miniſterij ſui anno, decimo Octobris menſis die mortuus eſt, undecimo Theodoſij conſulatu.

Epiſcopatũ ad miniſtrare, bonũ opus eſt.

Quatenus Atticus Nouatum laudarit, Nouatianos autẽ nõ item.

Quo Nouatianos à Catholicis diſſideant.

Peccatũ ad mortem.

Tempus mortis ſuæ prænidit Atticus.

CAPUT XXV.

NOuum aũt, & admirandũ quiddã, quod prius perfecit, cũ defunctus eſt, ita ut reprehenſionẽ eam, qua expetitus eſt, quòd, Ioannis ſectatores male acceperit, à ſe amolitus, aliis obuelauerit bonis exponam. Antiochiæ Porphyrius, cuius ſuprà meminimus, deceſsit: & ſedem eccleſiæ Alexander ſortitus eſt, congruentem epiſcopatui agens uitam. Monaſticis enim antea ſtudijs exercitatus, fortis admodum decertator extitit, cõſona uitæ facta exhibens, pietatis ſanctioriſq; philoſophiæ meditatione, diuitiarum contemptu, eloquentia, & multis aliis donis atq; ornamentis mirificè abundans. Alexander iſte, eos qui propter Euſtathium ſuos ſibi celebrant cõuentus, cohortatione & perſuaſione tandem reliquo eccleſiæ corpori (quod Paulinus, & poſt illum Euagrius, impedierant) coniunxit, conuentumq; eccleſiarum per unionem tantum coegit, quantum nunq; aliquis uidit. Eis em̃ qui idẽ ſecũ ſentiebãt, & ex clero et ex populo ipſo aſſumptis, ad illorũ uenit conuentũ: atq; illis etiã inde, ita uti pſalmis atq; hymnis Deum celebrabant, receptis, cantilenam eandem uno ore cõcinnè canente, ab ea quæ ad Occidentem uerſa eſt porta, uſq; ad templũ maximũ, totum q̃d in medio eſt forũ, hominum multitudine cõpleuit: ueluti ſpiritualẽ quendã amnẽ inſtituẽs, re nulla ad ſimilitudinẽ, ab eo qui urbẽ præterfluit flumine differentẽ. Quod ubi Iudęi, & qui adhuc pauci reliqui erãt Græcæ ſuperſtitionis ſectatores, et Ariani ipſi, fieri, fluuioſq; undecunq; pmanantes in catholicæ Eccleſiæ pelagus inferri uiderũt, uehementer ingemuerũt, atq; lamentati ſunt. Alexander itaq; & uita et doctrina optimus, ardo reſingenti Ioannis cauſam fouens, primus illius nomen in eccleſiaſticũ retulit albũ: atq; ad Imperatorẽ omnesq; ubiq; epiſcopos, ut idem & ipſi facerent, & ea re pacẽ certã & conſtantẽ eccleſiæ cõciliarent, ſcripſit. Cæterũ quũ Atticus q̃q; epiſcopus propter Ioannitas eccleſiam eſſe ſciſſam uideret, de Principũ ſententia, ipſe quoq; mentionem illius fieri in precationib. iuſſit: quemadmodum id & in aliis epiſcopis qui uita exceſsiſſent, fieri ſolitum erat. Atq; ex eo tempore pax extitit, donec poſtea quoq; reliquiæ eius urbi imperanti illatę ſunt. Atticus inuidiã in quã propter diuinum Ioannem deciderat, hoc modo magnificè aboleuit. Nec ille modò id fecit: ſed aliis q̃q; Ioannis memoriã precibus inſerere recuſantibus, & Cyrillo maximè Alexandriç præſuli, qui hoſtiliter Ioannem oderat, cp ille à Theophilo patruo ſuo diſſenſiſſet, perſuaſit. Sed non intempeſtiuum fuerit, hiſtoriæ huic epiſtolas eorum, certioris fidei gratia, annectere: quæ de uerbo ad uerbum ſunt tales.

Alexander optimus Antiochenæ eccleſiæ antiſtes.

Euſtathianos is ec cleſiæ catholicæ coniunxit.

Frequentiſſimus eccleſiæ cõuẽtus.

Coniunctio talis Iudæis, Græcis & Arianis dolorem graue attulit.

Alexander primus Chryſoſtomi nomen ſacris inſcripſit codicillis.

Atticus itidem Ioãnitas eccleſiæ ſuæ ante obitum adiunxit.

Epiſcoporum defunctorum in precibus mentio.

Alij quoq; epiſcopi memoriam Ioannis receperunt.

καθάπερ εἰωθὸς ἦν γίνεσθαι καὶ ἐπὶ τῶν λειτουργιῶν ἐπὶ πόπων ἀναγραφομένων τῶν τοῦ βίου.

Atticus

CAPUT XXVI.

ATticus Cyrillo felicitatem. Incidimus eò, quò non putaueramus: & acquieſcimus neceſsitate in eo quod minus ex ſentẽtia noſtra proceſsit, utilitatem iuſtitiæ præponentes. Et cognitionibus noſtris ad populi cordiam inclinati, canonibus quidem patrum detrimentũ nullum afferi » mus: exactæ aũt uerborũ obſeruationi, uniuerſi orbis pacem præferimus. Nõ igno » ro equidem & beatũ Paulum, cum eccleſiaſticas ederet cõſtitutiones, ſapienter occa » ſionibus prouida diſpenſatione uſum eſſe. Scio etiã, qui in ſanctorũ numero cenſeẽ, » patrem tuũ apoſtolicũ Theophilũ, in cõfuſione & turba à græcæ ſuperſtitionis ſtu » diosis excitata, exactam ad breue tempus obſeruationem paci poſthabuiſſe. Maxi » mæ enim quæq; urbes pelago fluctibus exagitato perſimiles, ex ſententia ciuium » non tam ſumma legũ & conſtitutionũ obſeruatione, cũ expeditiſſimis cõſilijs atq; » iudicijs, ad pacem & concordiam facientibus, regi atq; adminiſtrari ſolent. Qua uerò de cauſa literas haſce ſcribam, accipe. Nouit ſanctitas tua, ac potius illis ipſis ocu » lis, quibus qui in ſanctis eſt, pater noſter Theophilus conſpexit, qualis & quàm in- μεγαλο πόλῳ. » gens turba, magnam hanc inuaſerit urbem: atq; ut in ea ſanctior fides & pietas, ne » funditus erueretur, periclitata ſit: adeò etiam, ut populus maiore ex parte per factio » nem ſciſſus, extra muros conuentus egerit: & plericq; ſacerdotes & collegæ noſtri » epiſcopi, à mutua communione deſciſcentes, bonam plantationem Domini IESV » CHRISTI, parum abeſt quin euulſerint, pacis commoditate ſcilicet aliquantulum » diſtracta. Sedenim multo ſanè labore, multo ſudore, & periculis multis deſperatio- » nis plenis, plurima & maxima quæq; communium patrum noſtrorum atq; etiam » pietatis tuæ precibus & conſpiratione ſopita ſunt mala. Et turba quidem illa con- B » quieuit, cõcordia uerò & ſerena trãquillitas in orbis uniuerſi eccleſijs obtinet. Cum » uerò nonnulli nomen tantum beati Ioannis myſticis tabulis inſcribi uellent, beatus » epiſcopus Alexander, Antiochenum iſtum dico, Conſtantinopolim uenit, & multa ἀφανῶς μῆσαι. » * orc confidenti uerba fecit, multumq; excitare populum uoluit, ut uel nobis inui- » tis, neceſſariò eius quem diximus, nomen ita inſcriberet. Quam rem accuratè pror- Petrus et Aedeſius diaconi. » ſus pietati tuæ, miniſtri Dei religioſiſsimi diaconi, Petrus & Aedeſius expoſuerũt. » Præteriit tempus longum, & nos neceſsitate ea, quæ à populari rerum adminiſ- » tratione prouenit, premi incipiebamus, neque tamen quidquam ſchiſmatis & diſ- » ſidij reliquias curabamus: cum ad nos ex Oriente Deiamantiſs. epiſcopus Aca- » cius literas dedit, religioſiſsimum antiſtitem Antiochiæ Theodotum à populo, ut » nomen Ioannis in faſtos referret, coactum eſſe, ut ueniam rei ei quam neceſsitate il- » le adductus feciſſet, daremus, petens. Et tum bonus ille qui literas ad nos pertulit » presbyter, cauſam aduentus ſui indicans, rem hanc in uulgus magnæ urbis propa- » lauit, & ſententiam datæ ad nos epiſtolæ populo uulgauit: adeo ut parum abſue- » rit, quin tumultu plebis uniuerſæ urbs repleta ſit. Ibi uerò ego, ibi demum pertur- » batus, & de rebus maximis diſcrimen ſummum ueritus, piiſsimum Imperatorem » adij, & cum eo de pace & tranquillo rerum ſtatu egi. Atq; ille, nihil eſſe periculi » aut incommodi reſpondit, ſi defuncti uiri nomen, tranquillitatis, pacis & populi » concordiæ gratia inſcriberetur. Itaq; ego ea re perſuaſus (quomodo enim neceſsi- * » tate præuentus id non facerem?) † ne religionis noſtræ res, ex multitudinis arbi- » trio, exemplo uno permiſſo, penderent, neue urbem ipſam populari adminiſtra- » tioni aſſuefaceremus, nomen id in album referri iuſsi. Quare, ut equidem puto, ne- » que in ſacros canones commiſi, neque iudicio patrum fraudem feci. Mentio nam- » que eius fit cum defunctis non ſolum epiſcopis, ſed & presbyteris, diaconis & lai- » cis ipſis, mulieribusq;, cum quibus omnibus nobis ſacerdotij communio, aut earũ

Epiſtola Attici ad Cyrillum, de Chryſoſtomo in epiſcoporum matriculam inferendo.

Charitas ſe mutuas publica de ſeueritate conſtitutionum ſemper aliquid remittit.

Diſſidium eccleſiæ Conſtantinopolitanæ.

Alexander Antiochenus epiſcopus, Conſtantinopoli hortator fuit, ut Ioannis nomen in ſacras tabulas referretur.

Quibus tandem reb. adductus Atticus, Ioannis nomen in epiſcoporum matricula ſacra inſcriberet.

Theodotus epiſcopus Antiochenus.

Imperator ipſe inſcriptionem hominis Ioannis in ſacris tabulis probauit.

† ὥστε μὴ γενέσθαι τὰ ἡμῶν ἐπιτηδεύματα τῶν πολλῶν, μήτε μᾶλλον ἐθισθῆναι τὸν ὄχλον εἰς θορυβώδη στάσιν ἑλκύσθαι.

Qq 3 rerum

* Non committendum, ut populus de cauſis religionis quidquam conſtituat.

Non mult esse eandem defunctis cũ uiuentibus communionem Atticus: argumento præsenti, ut opinor, inserviens.

rerum quæ in sacra mensa mysticè percipiuntur, participatio non est. Magna enim A
est inter defunctos & superstites differentia: ita ut etiã libri, propter differentem eo-
rum quorũ memoria conseruaẽ statũ, discreti sint. Nihil eñ Dauidi obfuit honori-
fica Sauli sepultura, neq; apostolis Arij impietatis sectator Eudoxius, sub eadẽ san-
ctiore sacrificij ara positus: neq; Paulinus & Euagrius ecclesiæ, qui schismatis &
diſsidij duces in ecclesia Antiochena fuere, quòd post obitum, non paucis hinc ab
annis, ppter populi pacem & cõcordiam mysticis tabulis sunt inscripti. Quam ob
causam ipse q̃q; Aegypti ecclesijs, ecclesiarum orbis totius pacificandarum gratia,
ut mortui illius nomen inscribant, præcipe. Ita eñ cùm patrũ canones nõ transgre-
diere, tum ecclesiarũ simul omniũ concordiã plurimi facies. Te uerò ea nobis, quæ
cõuenit, rescripturũ esse, ad cõmunem cõsensum & fraternitatem respicientem, per-
suasum habeo. Fraternitatem, quæ tecũ est, omnem, ego, quiq; mecũ sunt, saluere iu-
beo. Ad Cyrillum Atticus hæc scripsit. Rem aũt istã magis etiã urgens, aliã quoq;

Scriptũ Attici eiusdem argumenti, ad Petrum & Acedesium diaconos Constantinopolitanos.

epistolã ad Petrum & Aedesiũ diaconos eius, hisce uerbis dedit. Ad Deiamantiss.
episcopũ, fratrem nostrũ Cyrillum, ita ut decuit, per epistolã scripsimus, ea quæ no-
mine Ioannis in ecclesiasticas tabulas relato, acta sunt. Nihilo uerò minus & ad pie
tatem uestram scribimus, quę melius quàm alij res nostras nouit, ad pacem uidelicet
& tranquillitatem eas euasisse, de sententia præcipuè pijssimorum Principum, &
omnium deinde Orientaliũ episcoporũ, ipsorumq; adeò Occidentalium quoq;, de
Ioanne sacris tabulis, non ut episcopo, sed qui aliquando episcopus fuerit, inserto, ut
memoria eius propter communem orbis uniuersi pacem coleretur. Scribimus aũt,
ne concordia, ut ita dicã, ubicq; obtinente, solis nobis ei non astipulantibus, simul &
pijssimis Principib. aduersari uideamur: & summè necessarijs rebus nostris, uentis

Reuocat ad se diaconos Atticus, propter consuetudinis eorum suauitatem.

aliquibus aduersis obortis, & Ecclesiæ Christi noceamus. De his hactenus. In ma- B
gnum uerò desiderium nos profectio uestra adduxit, q̃p non eandem ex eorum qui
nunc nobiscũ sunt, quam ex uestro conuictu percipiamus iucunditatem, adeò ut no
uitate familiaritatis eorum, quæ à cõsuetudine uestra multum differt, ferè perturbe
mur. Quapropter rebus omnibus postpositis, operam date, ut deinceps ad nos re-
curratis, propter morũ, quod experti sumus, discrimen, apud nos uehementiorem
quàm antea reperturi charitatem. Literis eiusmodi Cyrillus receptis, maximopere
rem eam auersatus est, sicuti ex literis eius satis liquet. Nam quæ Attico rescripsit,
sic habent.

CAPUT XXVII.

Cyrilli Alexandrini ad Atticũ responsum: qui q. Ioannem pro laico habeat, minimè probat, ut in episcoporum catalogo recensea-tur, & canones ecclesiasticos seruandos esse censet.

Ectis quæ à pietate tua ad me missę sunt, literis, Ioannis nomen sacris in-
scriptum esse tabulis intellexi. Vbi uerò eos qui inde ad nos uenere, in-
terrogaui, non in laicorum, sed episcoporũ catalogo ascriptũ esse audiui.
Porrò dispicienti mihi, atq; in animo reputanti, an qui hoc fecere, Nice-
norum patrum decreta sequanẽ, & aliquãtulum mentis luminibus in magnã illam
synodũ intendẽti, uniuersum sanctorũ illorum patrũ collegium, quibusdam ueluti
oculis renuere, & uirib. omnibus, quo minus ad rem eam cõprobandã accurram,
obsistere uidentur. Quomodo namq; inter sacerdotes Dei censebiẽ, illorum ue fe-
ret sortem, cui sacerdotalis dignitas abrogata est? Quomodo uerò in catalogo sa-
crorum ministrorum erit, qui ecclesiasticis mœnib. eiectus est? Aut eñ professione

Sacerdotalis dignitas eorũ tantum est, qui ad eam sunt uocati. μὴ μιγνύειν τὰ ἄμικτα.

nostra indignum est, ut sacerdotij nomen nihil esse, & rem ipsam communem omni-
bus esse, quæ tamen eis solis qui ad eam uocati fuut, asseruata est, dicamus: aut si ma-
gnum quiddam est, quod sacerdotalem functionem à populi multitudine dirimit,
nõ miscenda quæ miscerí non possunt, sed eorum quæ diximus quoduis in ordine
suo conseruandum, & honore debito cohonestandum nobis erit. Quomodo igitur
aut inter episcopos laicus: aut inter germanos & legitimos, qui talis non sit, consi-
stet? Honora, te hortor, eos qui magnarum & splendidarum rectęq; actarũ rerum

tulere

A tulere testimonium, ne contumelia sanctum patrum chorum afficias. Considera eos
„ qui superstites adhuc in uita manent, quomodo rem hanc acceperint. An non illi
„ dolore se omni repletos esse rectè dicant, si in eundem cum eis ordinem, is cui di-
„ gnitas adẽpta est referaẽ? Verùm id pietati quoq; tuæ persuasum esse puto. Quã-
„ obrem & illis & nobis mœroris abole causam. Tolle omniũ tristitiæ occasionẽ.
„ Nam facilè et expeditè ea quę prẽter opinionẽ accidunt, disponere et administrare,
„ boni & sapientis esse dixerim: sed tum demũ, cum nihil detrimẽti afferat. Non eñ,
„ quãuis gregẽ Christi, ppagare frequentioremq; efficere studeamus, examina hære
„ sium, si errorẽ suũ non repudient, recipimus. Et proinde nõ omnino prompta qua-
„ dam dispensatione facilẽ cum eis cõplecti pacẽ debemus, aduersus quos pugnare
„ præstet. Dispensationis sanè laudatæ opus fuerit, si quandoq; ita à debita ratione
„ deflectere uideamur, ut in reb. utilib. et cõmodis detrimentũ euitemus. Sic et bea-
„ tus Paulus omnibus factus est omnia, non ut exiguũ quiddã lucrifaceret, partẽ aũt
„ quampiã damno afficeret, sed ut omnes lucraret. Videamus ergo, eiusmodi rerum
„ inuestigationi insistentes, an non plus huic causę insit mali, quàm illa uideaẽ habere
„ boni. Tot iam præteriere anni, ex quo pietas tua thronũ suũ tenuit: neq; quisquã
„ est, qui cõuentus in ecclesia tuos uitet: quin etiãsi ab initio nõnulli dissidendi amo-
„ re seipsos ab illis segregrarũt, tamen & illi per uim & gratiã Christi reuocati sunt.
„ Ex magistratibus uerò quis nõ pietatis tuæ dictis audiens est? quis ob hanc ipsam
„ causam est, qui extra ecclesiã maneat? Nemo hercule est, nõ enim hoc det Deus. Ita-
„ que quẽm nam ad salutem reuocans, aut ad legitimos in ecclesia conuentus redu-
„ cens, sed omnem ecclesiæ mœnibus eiiciens Aegyptũ, regionẽ etiã *Augustalem, et
„ Arcadiã, & Thebaiden, & Libyam, & Pentapolim, & tot ecclesias dolore afficis:
„ nõ ut quencq; lucrifacias. omnes namq; lucrifecit gratia Seruatoris. Remitto te hac
B in re ad ipsam pietatis tuæ doctrinã. Ne contra teipsum celebres atq; illustres eos,
„ qui aduersandi studio in partes discessere, neque unquam iustum de seipsis iudiciũ
„ accipiunt. An ita conniuere & cessare nos pietas tua suspicatur, ut non diligenter
„ de præclara fama tua, & quomodo Seruatoris greges reganẽ atq; manuducantur,
„ inquiramus? Vna namq; hæc, etiãsi locorũ intercapedine disiuncti sint, episcopo-
„ rum est cura. Sedenim ne in hoc prolixior esse, & pietati tuæ contraria sentire ui-
„ dear: esto ut pauci admodũ sint adhuc seditiosi, qui se pro illius malignitate pericu-
„ lo exponũt: apud nos aũt tot sunt ecclesiæ, quæ de Ioanne decreta obtinere debere
„ contendũt. Quibus igitur suffragari æquum est? Qui nam ut lætenẽ, Deo placitũ
„ est? Illi ne qui Ioanni patrocinanẽ, quum tanta designauerit: an qui pœnam homi-
„ ni irrogarũt ei, qui quum alios dolore afficeret, pro nihilo duxit? Quòd si concor
„ diam ecclesiarũ conseruare, minimè cõtemnendũ uidetur: solue id rogo, quod eam
„ scindit. Mitte gladiũ in uaginam suam. Iube ex episcoporũ nomenclatura Ioannis
„ nomen eximi. Nam si parui id facimus, nõ affert dolorem apostolorũ choro Iudas
„ proditor, in eodem cum illis ordine census: Iudæ autem nomine in eorum numerũ
„ relato, quo deinde loco Matthias nobis ponetur? Quum igitur nemo Matthia ei
„ cto, apostolorũ choro Iudã ascripserit, maneat et seruẽ, hortor, post celebris memo-
„ rię Nectariũ, secũdus laudatissimi Arsacij gradus: ne quid per uim perperã et ille
„ gitimè inductũ, memoriam beati uiri explorat. Sed pauci fortasse hoc ægrè ferunt
„ (permitte aũt mihi ut liberè quæ uolo dicã) Omnes equidẽ saluos fieri optẽ. Si
„ quis uerò imperitia sua ab Ecclesia secedit, et illius cõstitutionib. refragaẽ, quę eius
„ modi hominis est iactura? An nõ ipse q̃q; Seruator nos, idipsum docẽs, & formã
„ in omnib. ponens, cõducibilia quidẽ ad eos qui eum accesserũt locutus est, inobe
„ dientes aũt & renuentes discedere permisit? Atq; tantũ abest ut aliquã talium homi
„ num rationẽ habuerit, ut etiam ad ipsos dixerit discipulos: An & uos abire uultis?

Augustanica dicitur.

Præcipua episcoporum cura.

Suadet nomen Ioannis in albo episcoporum inducẽdum esse.

Obsequentibus sanè multam nos impendere curam æquum est. Aduersarius au- A
tem & inobediens, maleuolentiam ipse suam accusat, medicinam odio habens. «
Audiet ille uerò iustum iudicem, dicentem: Quandoquidem loquutus sum, & non «
obediuistis: & extendi sermones, & non aduertistis: & quæ sequuntur. Nos «
quidem qui docemus, quibus nam rebus aliquis laudem sibi apud Deum paret, «
studiose admodum id facere atque instituere decet, atque cum Paulo resistentibus. «
dicere, Obsecramus per Christum, reconciliamini Deo. Inobedientes uerò potesta- «
ti Dei commendare, illud usurpantes: Medicati sumus Babyloni, sed sanata non «
est: relinquamus eam, quoniam peruenit in cœlum iudicium eius. Consequens «
igitur non est, propter aduersos quorundam sermones, siquidem prorsus aliqui «
sunt, funditùs sanctiones ecclesiasticas conuelli, ut laicus sacerdotali dignitate eni- «
tentibus accenseatur, & honorem eundem consequatur. Neque enim hoc commu- «
nem orbis uniuersi pacem, sed concisionem potius quidam uocent. Ego quidem «
tum demum obtinere debere & nomen & rem ipsam pacis censeo, cum sanctorum «
sententijs non aduersemur, neque illorum decretis repugnemus. Quòd si enim «
beatus Alexander, confidentis prorsus oris uir, iuxta pietatis tuæ uerba, aliquos ex «
religiosissimis fratribus et collegis nostris Orientalibus episcopis inani dictorum «
fuco decepit, & ad huius rei comprobationem raptos pertraxit: non propterea «
morbus hic prorsus obtinere, & animas omnium depascere, sed potius ueluti quę- «
dam lippitudo, ecclesiæ oculum infestans, à uobis repurgari debet. Vt illa rursum «
directè ad patrum decreta respiciens, meritò à Christo audiat: Oculi tui columba- «
rum. Accepi & ego à Deiamantissimo, qui ad extremam feliciter peruenit senec- «
tutem, Acacio literas, in quibus religiosissimum Antiochię antistitem, ui coactum «
à quibusdam esse, ut Ioannis memoriam celebraret, asseuerat. atq; illud præterea a- B
pertè commemorat, ualde eum uirum ea in re dolore affectum esse, uiamq; qua à «
tam præfracta audacia liberaretur quæsisse: & literas hac de causa à nobis & pie- «
tate tua, ne simul cum quibusdam in eundem errorem duceretur, ne ue eiuscemodi «
consilia agitantibus cederet, impetrare uoluisse. At nos, qui ad curam & medici «
nam faciendam uocati sumus, (da enim hoc mihi, ut pro animi mei dolore, liberè «
dicere possim) ne accessio uulnerum fiamus, sed potius opinionem eam, qua te- «
meritatem aliorũ secuti esse uideri possimus, fugiamus. Demiror uerò hoc quo- «
que, si Alexander, quem diximus, ad dicendum promptus & copiosus, & qui non «
paruo tempore uobiscum isthic uersatus sit, aliquos ad hanc rem suasione sua ad- «
ducere non potuisse uisus est, quam tabellarius unus efficere tantum, sicuti rumori- «
bus fertur, potuit, ut populum commouerit, causamq; tempore longiore sopitam «
denuò excitarit. Quod omnino est incredibile. Verum sit hoc quoq;, & ita factum «
esse credatur. Sed noui pietatem tuam præclaram in eloquentia esse. Docebit ea «
prorsus quæ opus est, homines ad tumultum excitatos. Vberem habes sacrarum «
doctrinarum gratiam. Persuadebis, scio, piissimis etiam Principibus, ut more suo «
in canonum decretis acquiescant. Quòd enim ueræ pietatis studiosi & Christia- «
mantes sunt, constitutionibus suis ecclesias administrari permittent, paternæq; uir «
tutis æmulatores maiorũ exempla imitabuntur. Ne igitur Iechonias reiectus cum «
Dauide & Samuele prophetis censeatur: neq; si quibusdam iniquè placitum est, ut «
Eudoxij reliquias eo quo scripsistis reponerent loco, propterea nos quoq; decet «
prophanum ut sacrum in album referamus. Oportuit namq; à nobis res illius cor «
rigi, non illum nobis præscribere, & quæ post eum acta sunt constituere. Atq; hęc «
dicimus, non quòd iacenti & mortuo illi insultemus: non enim hoc det Deus: ne- «
que quòd alienis, sicuti scriptũ est, lętemur malis: nõ enim hoc Christianorũ est cõ- «
silium & institutũ: sed id quod homini condolemus, ad utilitatem Ecclesiæ confe- «
rimus,

Quæ pax Ecclesiastica probanda.

Contra Alexandrum Antiochenum episcopum.

Ridet abundè partem quandam epistolæ Attici de Alexandro.

A canonibus illius nihil præstabilius esse ducentes. Si namq; illos sartos tectos con- «
seruare, atq; exautoratũ inter episcopos censere liceret, rectè profectò, qui id quo «
minus fieret, impedirent, feri atq; immites dicerentur. Quandoquidem uerò alte- «
ro obtinente, alterum cõsistere non posse necesse sit, sanctiones Ecclesię uincant: & «
ex sacro catalogo, qui sacrorum minister non est, moueatur. Hoc enim ecclesias ad «
pacem seruandam coniungit: hoc animorum consensum omnem perficit. Itaq; il- «
lud nobis dato, ut purè nos conuentus agere, & communicare cum pietate tua pos- «
simus: atq; tu unius, eiusq; defuncti, morem, post eorũ qui adhuc uiuunt dilectio- «
nem, ac potius post Ecclesiæ sanctiones, habeas.

CAPUT XXVIII.

HAec quidem Cyrillus de sacro Chrysostomo & scripsit & sensit, præ- *Cyrillus postea errorem suum de Ioanne correxit.*
sumptæ opinioni inseruiens, quam dudum patruum suum Theophi-
lum sequutus conceperat. Quoniam uerò dissidium hoc quidem ex æ-
mulatione, quamuis non secundum scientiam, non autem ex inuidia, ne-
que diabolica contentione manauit, non oportere uirum & doctrina & uirtute
præstantem, hac una in re claudicare, quo minus ad summam perfectionem perue-
niret, Deo uisum est. Homines enim illi erant, & humanis affectionibus obnoxij.
Quapropter aliquanto pòst Cyrillus cum magno illo uiro, etiam post eius mor-
tem, in gratiam rediit, erroremq; suum, quùm multis alijs concitantibus, tum maxi- *Isidorus Pelusiota.*
mè Isidoro Peluſiota nunc reprehensione, nunc admonitione eum cohortante, diui- *Erroris sui ipsius per diuina admonitus est Cyrillus.*
na etiam & arcaniore quadam reuelatione accedente, correxit. Videre namque ui-
sus est, seipsum sacris ædibus expulsum esse à Ioanne, comitatu & diuino, qui
B circa eum erat, satellitio maximè freto: & matrem Domini pro ipso deprecan-
tem, atque cùm multa etiam alia, tum illud præcipuè quòd pro ipsius gloria plu-
rimùm ille decertarit, sicuti dicetur, referentem, ut in sacra templa reciperetur, ora-
re. Hanc uisionem quum diuus Cyrillus cogitabundus in animo secum uolueret,
se ipsum, quòd in sanctum uirum inuectus esset, damnauit: & deinde ipse quo-
que re cognita, ecclesiæ Chrysostomi addictus, uirum eum admiratus est, ualde-
que eum, quòd contra illum imprudens prorsus irritatus fuerit, pœnituit. Pro- *Cyrillus Ioannis nomen in sacrum catalogum episcoporum reponit.*
inde diuersum omnino à priore consilio faciens, synodum prouincialem coegit,
& Ioannis nomen simul & ipse & reliqui magnarum sedium antistites, in sacro
albo proposuerunt. Illi uerò minus uerè dicere uidentur, qui Cyrillum libros a- *Falsum est, quòd Cyrillus libros Chrysostomi aliquos aboleuerit.*
lios magni patris aboleuisse perhibent. Nam si qua scripta eius abolenda erant,
hæc quæ adhuc extant, quod consilium institutumq; eius in eis maximè expres-
sum est, abolita oportuisset: nisi Deus utilitatis hominum curam gerens, ea con- *Opera Chrysostomi diuina prouidentia cõseruata.*
seruasset. Hoc quum in arcana Nicetæ philosophi, qui & Dauid dictus est, histo- *Nicetes philosophus, qui idē Dauid dictus.*
ria, & apud alios item inuenerim, operi huic meo inserendum esse quoque duxi:
ne cui ambigere in mentem ueniat, quomodo tanta luminaria, inimicitias mutuas
exercentes, ambo ad summam sanctitatem peruenerint, & ecclesiæ columnæ extite
rint, inimicitijs huiusmodi nullum illorum gloriæ detrimentum afferentibus. De
his hactenus.

CAPUT XXIX.

ATtico autem, quemadmodum diximus, defuncto, ingens de legendo at- *Attici mors.*
que consecrando episcopo contentio extitit: quòd unusquisque prout
ulicui faueret, ei thronum committi cupiebat. Proinde quibusdam Phi- *Electio episcopi Constantinopolitani.*
lippus presbyter ad sacram sedem euehendus esse uidebatur: nonnulli
Procium ei, Chrysostomi discipulum, præferebant. Erat autem & is presbyter. *Philippus, Proclus, Sisinnius, presbyteri.*
Communiter uerò omnes Sisinnium idoneum maximè censuerunt. ipse quoque
presbyteri

presbyteri dignitate enitebat, non equidem Constantinopoli, sed in suburbano e-
ius uico, cui nomen est Olca, qui ex aduerso urbi situs est: quo in loco urbs ipsa
cum ciuibus omnibus festum diem Seruatori CHRISTO, quo in cœlum assum-
ptus ad patrem reuertit, celebrat. Populo uniuerso charus præcipuè Sisinius fuit,
cùm propter uirtutis claritatem, tum ob eximiam in pauperes, supra uires etiam
eius, curam. Quapropter plebs ui effecit atq; eiicit, ut is in thronum sit sublatus.
Qua re offensus Philippus presbyter, quòd ille scilicet sibi prælatus esset, electio-
nem & consecrationem eius plurimùm reprehendit, in ea quæ ab ipso conscripta
est Christiana historia. Non Sisinium uerò tantum, sed & consecratores ipsos &
populum calumniose perstrinxit, atq; in eos ita inuectus est, ut quæ ille dixerit, ne-
mo historia digna iudicet: neq; quispiam ei, tam temerariæ audaciæ, qui scribere
talia substinuerit, ueniam concedat. Et quia eius mentionem fecimus, æquum est ut
pauca de eo dicamus. Philippus iste Sidæ in Pamphylia ortus est, unde etiam so-
phista Troilus genus duxit, eiusq; adeò cognatum se Philippus esse dixit. Diaco-
nus quum esset, cum magno Ioanne episcopatum Constantinopoli gerente, mul-
tum fuit. Quòd uerò in scribendo elaboraret, multos & uarios collegit libros.
Multa etiam, Asianum affectans dicendi genus, conscripsit. Opus uerò magnifi-
cum, in quo Iuliani contra sacra biblia scriptum euertit, reliquit. Aliud quoq; uo-
lumen composuit, quod Christianam historiam nominauit. In eo trigínta & sex li-
bri sunt, quorum quisque tomos plures habet: adeò ut omnes ad millenarium ferè
numerum pertingant, & habet suum tomus quisque argumentum. Multam uerò
in opus id materiam congesit, declarare uolens, non imperitum se Græcarum di-
sciplinarum esse. Frequenter namque Geometricarum, Arithmeticarum, Musica-
rum, & Astronomicarum commentationum mentionem facit. Prosequitur quoq;
insularum situs, & montium. Arbores describit, & alia quædam, ad argumentum
institutum nihil pertinentia. Proinde lucubratio ea, utpote ad ostentationem com-
posita, laxa et soluta est: & propterea indoctis simul et doctis inutilis esse uidetur.
Indocti enim, styli elegantiam non perspiciunt: eruditi autem, eandem rem aliis
uerbis repeti, & multa intempestiuè scribi, reprehendunt. Verùm de scriptis eius
ut quisque uolet, iudicabit. Historiæ uerò tempora confundit. Nam imperij Theo
dosij memoriam faciens, actiones magni Athanasij tanto pòst tempore repetit: &
consuetudinem hanc, non in illo tantum, uerumetiam in multis aliis seruat. Hæc de
Philippo. Porrò Cyziceno episcopo mortuo, Sisinius diuinum Proclum eccle-
siæ Cyzici episcopum legit. Sedenim quum Proclus, ut eò transiret, in procin-
ctu erat, homines ibi episcopum designarunt Dalmatium quendam, uirum uene-
randum, & in monasticis laboribus exercitatum. Id illi fecerunt, sanctione illa
contempta, quæ præter sententiam episcopi Constantinopolitani electionem fieri
uetat. Hoc ubi ita est factum, Proclus non oppugnauit: & ecclesiæ quidem nul-
li præfuit, in Constantinopolitana autem ecclesia docendo floruit. De quo postea
loco suo dicam.

Olca, suburbana Constantinopolis regio.

Eleemosyna in uiris ecclesiasticis Christiano populo gratissima.

Sisinius Arcticí successor.

Philippus Sidites Sisinij electionem reprehendit.

Scripta eiusdem.

Sisinius Proclum Cyzici episcopũ designat. Sed Proclus intellecto, q Cyziceni Dalmatium sibi episcopum legissent, Constantinopoli mansit.

CAPUT XXX.

Sisinius episcopus minimè nuncupandus.

Sisinius postquam in episcopatu non duos integros exegit annos, decessit, castitate uitæ & pauperũ cura, quemadmodũ diximus, celebris. Moribus affabilis & simplex fuit, à negocijs & rerum actionibus abhorrens, quam ob causam in eos qui curiosè se negocijs immiscent, acerbior erat, apud quos contrà & ipse non admodum decentem gloriam est consecutus: Innocentio, optimo urbis Romæ episcopo, Bonifacius successit: atque huic Zosimus, Zosimo rursum admirandus Celestinus. Alexandriæ Cyrillus adhuc enituit. Antiochiæ uerò, diuino Alexandro Theodotus in episcopatu surrogatus est,

Episcopi Romani. Alexandrini. Antiocheni.

Theodotus Antiochenus.

A tus est, castitatis decus, & ornamentum, morum uir mansuetudine (si quis alius) &
ipse, & præterea exacta uiuendi ratione maximè ornatus. Hic sodalitatem Apolli-
naris scissam, reliquo orthodoxorũ & rectè sentientium gregi, precibus apud Deũ
interpositis, immiscuit, una ecclesia facta. Verùm sic quoq; multi in instituto suo
permanserunt, labem pristinam ueluti præclarum quiddam retinentes. Hieroso-
mis Cyrillo diuinus Ioannes successerat. Deinde autem post Nepotem, ecclesiæ ibi
habenas sibi commissas gubernauerat Prayllius, re ipsa suo nomini respondens:
quo mortuo, locum eius per successionem Iuuenalis obtinuit. Eis ipsis annis eccle-
siam Cyri quoque gubernauit sapientia & doctrinis magnus Theodoritus, uir in
Græcis iuxtà & Christianis disciplinis præclarus, qui libros multos Ecclesiæ uti-
les reliquit. Viguit tum etiam Theodorus ille Mopsuestienſis ecclesiæ antistes,
qui cum ecclesiarum omnium doctor fuit, tum aduersus hæreticorum phalanges
fortiter, ut primarium uirum decet, rem gessit: quiq; cum Diodoro magno familia-
riter uiuens, doctore eo usus est: & sodalis atque condiscipulus diui Ioannis, pari-
ter cum eo Diodorum audiuit. Sex is & triginta annos contra Arianam factionem
aperto Marte pugnauit, & aduersus Apollinaris prædonum more structas insi-
dias constanter decertauit, hæreditarium autem Christi populum doctrinis opti-
mis & præceptis fouit. Erat huic etiam frater Polychronius, qui optimè uixit, & i-
tidem optimè docuit, uitæ scilicet ex æquo doctrina respondente. Apamenorum
hic ecclesiæ pastorale munus sortitus est. Ecclesiæ uerò Edessenę diuinus ille præ-
fuit Nonnus, qui primariam in urbe Antiochena luxu perditam Mænadem, uer-
borum persuasione adductam, & præter opinionem omnem Deo consecratam,
B nympham et sponsam purissimam illi repręsentauit, pro Margarita Pelagiam eam
cognominans, in qua certè meritò aliquis diuini iudicij pelagus admiretur. Vi-
guit uerò tum maximè quoque in Ascetica palæstra præcipuus, & uita monastica
illustris, magnus ille Euthymius, qui solitudinem in urbis formam redegit. Et Si-
meon qui primus domicilium in columna habere instituit: insuper Nilus, Ascetes
uenerandus: Isidorus Pelusius, & decantatus monachus Marcus, Ioannis magni
discipuli. Proclus præterea ille admirandus, quietam degens uitam: & alij quam-
plurimi, de quibus postea dicam.

Apollinaristas in ad ecclesiam catholicã reduxit.

Hierosolymitani.

Theodoritus ecclesiasticus scriptor.

Theodorus Mopsuestienſ.

Theodorus iste Chrysostomi condiscipulus, & Arianorum antagonista.

Polychronius Apamenus.

Nonnus Edessenus.

Diuam Pelagiam is Christo inseruit.

Euthymius monachus.

Simeon Columnela

Monachi præclari.

CAPUT XXXI.

Sisinij mors.

Principibus uiris aliunde episcopũ postulandum esse uidetur.

Sisinio patriarcha defuncto, sicuti dictũ est, eis qui honores & magistra-
tus gerebant, placuit, neminem ex eius ecclesiæ clero episcopum creare,
propter uanã eorũ, qui honorem eum temerè, quibus ipsi fauerent, man-
datum uolebant, gratiam. Rursus enim alij Philippo, alij uerò Proclo
cupiebãt: sed aliunde quempiã designare uisum est. Erat tum Antiochiæ Germani-
censis patria uocalis & facundus Nestorius: hunc q; in dicendo promptus et faci-
lis esset, Antiochia accersendũ statuerũt, qui laudẽ etiã castitatis meruerat maximã.
Præterierãt menses tres, & ille adducit̃, & episcopus Constantinopolitanus creat̃.
Qualis uerò is uir fuerit, prima statim eius concio indicauit. Illico namq; post con-
secrationẽ decantatã illã, ppalàm apud populũ, ad Imperatorẽ uerba dirigens, emi-
sit uocem: Da mihi, inquiens, ò Imperator, terrã ab hæreticis liberã & purã, & ego
tibi cœlum reddam. Tu mihi hæreticos extirpa, et ego tibi Persis delendis adero.
Hęc eius dicta multi quidem cõprobarunt. Qui uerò certò sciunt, animũ ex uerbis
dijudicandũ esse, illi mentis eius leuitatem, animũ arrogantem, & uanã gloriã affe-
ctantem, deprehenderunt: propterea quòd, quũ nondũ quidquã ibi satis degustas-
set, ad eiuscemodi productus sit uerba. Ardorem uerò & æmulationem deinde
pro Ecclesia spirans, ædem precatoriã Arianorũ demolitus est. atq; illi templum
suũ dirutũ cernentes, igne insuper coniecto, non id modò, sed et magnã uicinorum
ędificiorũ partem concremarũt. Deinde Nouatianos quoq; turbare aggressus est.

Nestorius Antiochia accersitur.

Nestorij in prima eius concione uerba satis insolentia.

Nestorius ecclesiæ Arianorum ignem injecit.

Nouatianos idem afflixit.

Non

Item Teſſarescedecatidas.

Antonius Germenuſis epiſcopus inſidijs Macedonianorum interfectus.

Non eos uerò ſolum,uerumetiã qui per Aſiam,Libyã,& Cariam,& qui præterea A Mileti & Sardis erant, Quatuordecimanos, quorum multi ſeditione & tumultu propter ipſum cõcitato interiere. Et quum Macedoniani Antoniũ epiſcopũ Germenſem,qui eos Neſtorij iuſſu admodum affligebat,percuſſorib.quibuſdam ſummiſsis,qui uoluptatem honeſto præferunt,iugulaſſent, occaſionem eam & cauſam arripuit,& eccleſias eis Conſtantinopoli,Cyzici,et in Helleſponto ademit.Ex quibus nonnulli ui ea adacti, ſe ad ὁμοούσιον conſubſtantialis fidem contulere. Accidit porrò,ut qui alios ita eccleſijs expelleret, ipſe quoq; eijceretur, cum derepentè bellum acre aduerſus eccleſias concitaſſet.Id bellum inde ſumpſit exordium.

Macedonis eccleſi adimit.

CAPUT XXXII.

Neſtorius à uera pietate excidit.

Anaſtaſius quidam presbyter in maximo apud Neſtoriũ honore fuit,comes profectionis eius, quum ille ſe ad epiſcopatũ ineundum conferret. Quo tempore etiam ad Theodorum Mopſueſtienſem diuertit,dogmatibuſq; eius auditis, à uera pietate Neſtorius ipſe tranſuerſus actus eſt: quemadmodum Theodulus in epiſtola ſcribit. Anaſtaſius igitur iſte,acer Iudaicorum dogmatum et actionum Neſtorij ſuaſor,uerba aliquando in eccleſia Conſtan-

Errorẽ ſuum Neſtorius per Anaſtaſium presbyterum prodit.

tinopolitana ad Chriſtifidelem populum faciens,hoc propalàm & apertè dicere auſus eſt,Mariam θεοτόκον, hoc eſt, Deigenitricem nemo uocato. Maria enim homo fuit. Vt autem ab homine Deus gignatur,fieri non poteſt.Dolum hunc quum primum Euſebius rhetor deprehendiſſet,eundemq; deinde & clerus,& pietate in populo præſtantiſsimus quiſq; grauiter ferret, & elocutionem eiuſmodi blaſphemiã eſſe putaret,nõ paruus tumultus excitatus eſt.Dudum enim de theologia & Chriſti diuinitate edocti fuerant, quod uidelicet ille œconomiæ ſeu adminiſtrationis gratia ueluti homo purus,haudquaquã à diuinitate ſeceſſerit.Ea in re apoſtoli Pau B li uerbo fidem habentes,qui dicit:Etiamſi CHRISTVM ſecundum carnem cognouimus,nunc tamen non cognoſcimus . Et rurſum : Quapropter relinquentes eum « qui de CHRISTO eſt ſermonem, ad perfectionem contendamus. Turba tali,ſicuti fieri aſſolet,gliſcente,Neſtorius impietatis dux non ſolum Anaſtaſium non reprehendit atque inhibuit, uerumetiam ſtudioſe laudauit, & dictis eius aſſenſum prorſus ſuum præbuit : eum quem in precio habebat, ut blaſphemum arguere nolens. Et quòd contendendi ſtudio teneretur,freqüentius in eccleſia docuit, & ubique uocabulum Deigenitricis exterminauit, à ſeipſo pleraq; illegitimè & ſubrepticiè ſtatuens atque confingens, aperteq; animi ſui uenenum eructans, ad blaſphemiam ſe dedit.Proinde quæſtione huius rei apud omnes diuulgata, atq; aliſs aliter eam accipientibus,diſsidium in eccleſia ortum eſt:atq; homines ſicuti in nocturna pugna inter ſe ſunt conflictati, nunc hæc nunc illa affirmantes & negantes. Neſtorius uerò à multis exiſtimatus eſt, Dominum merum hominem eſſe opinari, atque olim Pauli Samoſateni & Photini intermortuum dogma renouare, & in eccleſiam ſenſim inducere.In tantum ſanè quæſtio hæc agitata eſt, ut uniuerſali etiam opus eſſet ſynodo.Porrò Socrates, qui Eccleſiaſticam hiſtoriam conſcripſit, de Neſtorij opinione hæc commemorat.Ego,inquit,quum edita à Neſtorio ſcripta legerem, impe « ritum hominem eſſe reperi : atque id ita uerè dicere poſſum . Necq enim odio du- « ctus, tenuitatis eius qua aliſs inferior fuit,memini:neq; cuiquã gratificatus, quibus « alios ſuperauit dotes,exponam. Non mihi uidetur Neſtorius uel Paulum Samoſa- « tenum,uel Photinum imitatus,merum hominem Dominum dicere:ſed uocabulum « ipſum tantum ſicuti laruam reformidat, idq; ppter multam imperitiã facit. Quum « namq; naturali quadã facundia præditus ſit, probè quidem eruditus eſſe putatur: « re autem

Blaſphemia iſta grauiter à pio populo accepta.

Neſtorius Anaſtaſij uerba laudat.

Diſsidium ea de re in populo.

Neſtorius Samoſateni & Photini hæreſim reducere uiſus.

Socratis de Neſtorio iudicium.

*Blaſphemia Neſtorij in uirginem matrem. Apud Suid.eſt, Neſtorium tertium fuiſſe ducem Iudaicæ hæreſis Pauli Samoſateni,& Theodori Cilicis,eumq; perpetuum geſsiſſe contra uirginem matrem bellum,qui ſcilicet Theodorum ipſum patrem habuerit,& Cilicem inter maiores ſuos numerauerit.

A » re autem ipſa indoctus fuit,& ueterum interpretans libros docere noluit: ſiqui-
» dem expedita linguæ uolubilitate elatus, animum ad ueterum ſcripta non accu-
» ratè intendit, ſed ſeipſum omnium præſtantiorem eſſe duxit . Itaq; illud ſtatim ex
» catholica Ioannis epiſtola, quod in ueteribus exemplaribus ſcriptum eſt, ignorauit:
» Quòd ſpiritus omnis, qui IESVM ſoluit, ex DEO non eſt . Nam ſententiam
» hanc, qui ab adminiſtratione hominis diuinitatem ſegregare uoluerunt, ex anti-
» quis exemplaribus ſuſtulerunt . Quapropter & priſci interpretes hoc ipſum in-
» dicarunt, eſſe nimirum quoſdam, qui epiſtolam eam deprauarint, hominem à Deo
» ſolucre uolentes . Aſſumpta autem eſt à diuinitate humanitas, & iam non duo
» ſunt, ſed unum : quo ueteres freti , Mariam θεοτόκον, hoc eſt, Deigenitricem di-
» cere non dubitarunt . Sic enim & Euſebius Pamphili in tertio de uita Conſtanti-
» ni libro,hac de re ad uerbum inquit:Nam & natiuitatem qui eſt nobiſcum DEVS,
» noſtra cauſa ſubire ſuſtinuit, & locus natiuitatis eius in carne nominatim apud
» Hebræos Bethleem prædictus eſt . Quamobrem etiam DEI amantiſsima Hele-
» na Auguſta, geſtationem uteri Deigenitricis admirandis monumentis cohone-
» ſtauit, & ſacrum illud antrum multifariam exornauit . Origenes ucrò & ipſe in
» tertio Commentariorum in epiſtolam Apoſtoli ad Romanos tomo , quomodo
» Deigenitrix dicatur exponens, copioſè id explicat . Apparet igitur, Neſtorium
» lucubrationes ueterum ignoraſſe . Proinde, ſicuti dixi, loquutionem ſolam op-
pugnat . (Quin ille non uocabulum ipſum modò, ſed prorſus etiam Deum eſſe,
qui genitus eſt, negauit . Qui enim ex uirgine ſancta natus eſt, idem crucifixus
quoq; eſt, qui quidem Dominus eſt gloriæ, quemadmodum Apoſtolus ait : Si «
enim cognouiſſent, Dominum utiq; gloriæ non crucifixiſſent . Neſtorius autem «
B inquit : Ne glorieris Iudæe, DEVM non crucifixiſti . perinde atq; Dominus glo-
» riæ crucifixus non eſſet .) Quandoquidem quòd CHRISTVM, non purum ho-
» minem dicat, ſicut Photinus, aut Paulus Samoſatenus, homiliæ ſeu populares eius
» conciones editæ docent . Nunquam enim DEI uerbi ſubſiſtentiam tollit, † ſed
» ubiq; id in carne ſubſiſtere,& carni ineſſe profitetur . Nec ille, ſicuti Photinus &
» Samoſatenus, ſubſiſtentiam eius abolet. namid Manichæi & Montaniſtæ quoq;
» opinari ſunt auſi.Sic ego Neſtorium ſentire inuenio, atq; id ſimul & ex libris eius
» quæ legi, & ex ſectatorum eius dictis animaduerti . Non paruam uerò turbam or-
» bi uniuerſo ineptiæ Neſtorij peperere . Hæc Socrates . Et quum ille ſic blate-
rans nugaretur, ut deteſtandum quiddam in Eccleſia fieret, accidit . Nam prima-
rij cuiuſdam magiſtratus ſerui, crudeliter ab ipſo hero accepti, ad eccleſiam confu-
gêre : & ferrum in manibus habentes, ad ſanctiorem ſacrificij aram irruêre:iuſsiq;
inde atq; coacti exire,haudquaquam paruere,diuinas ceremonias impedientes : &
diebus pluribus ſtrictos & coruſcantes enſes præ ſe ferentes, ut obuios omnes ferirent, parati fuere .Atq; ubi clericum quendam trucidarunt, aliumq; inſuper uulnerarunt, poſtremò tandem ſeipſos interemerunt. Porrò ex eis qui affuere,quidam mali ominis eſſe, templi profanationem & inquinationem, prædixit:poetæ cuiuſdam iambos allegans eiuſcemodi.

» σημεῖα γὰρ τἄρα γίγνεσθαι φιλεῖ,
» ὅταν ναοὶς ἐγκατασκῆ μύσος.
» *Aſſueuit omen ferre triſte,ſanctius*
» *Si fortè templum polluat piaculum.*

Nec ille prorſus non uera dixit.Quùm enim diuiſionem populi & diſsidium,tum eius qui ſeditioſæ eiuſmodi diſceſsionis author eſſet, abrogationem prædicere uiſus eſt . Enimuerò Neſtorius non aliſs tantum, ſed Proclo quoq; per diſſenſionem aduerſatus eſt. Quum enim ille in eccleſia docens, Neſtorio præſidente, ora-

Rr tionem

Ueſtorius ueterũ ſcripta parũper ſecit.

« Locus 1. Ioan. 4. bene tractatus.

Euſebius Pamphili de natiuitate Chriſti.

Diua Helena ſpelunam ubi Chriſtus natus eſt, exornauit.

Origenes uocabulum Deigenitricẽ recte expoſuit.

Socrates negat Neſtorium in Samoſateni & Photini hæreſim inciſſe.

† οὐκ ἀσεβῶν αὐτὸν ὁμολογῶ, καὶ οὐδέποτε.

Serui armati ad eccleſiam confugêre,ibiq; cæde facta,ſeipſos etiam interemere.

Mali ominis locũ id factum acceptum.

Nr Procli uerba Nestorius ferre nõ potest.

tionem in hæc uerba conceptam haberet: Virginalis hodie, ò fratres, celebratur « A
conuentus: Exultet natura, choros ducat hominum conditio: Coegit & conuo- «
cauit nos sancta Deigenitrix, impollutum decus atq; ornamentum uirginitatis; «
ob eam causam ad contentionis studium delapsus Nestorius, dissidere quàm ma-
ximè à Proclo cœpit.

CAPUT XXXIII.

Cyrillus Alexandrinus Nestorium uarijs sit admonitum per literas.

EDenim diuinus quoque Cyrillus, ubi Nestorij blasphemias audiuit, unam atque alteram ad eum dedit epistolam, in quibus disertis uerbis eos qui non apertè CHRISTVM Deum profiterentur, sed blasphemis uerbis hominem † deiferum atque organum seu instrumentum di- † deiferos
uinitatis esse dicerent, anathema esse proclamauit. Cui Nestorius literis rursus
Nestorius Cyrillo respondit. obuiauit, conuicijs simul & blasphemijs rem agens. Eis uerò Nestorij literis, in-
gentes hæresis fluctus eructantibus, acceptis, cum quatuor quibusdam alijs, pro-
Cyrillus prouincialt synodo cogit, Nestorij errorem damnauit. uincialem Alexandriæ synodum congregauit, atq; ei utriusq; ultrò citroq; datas
epistolas exhibuit, quarum exempla & synodi ipsius decreta ad ueteris Romæ e-
piscopum Cœlestinum misit. Ad Nestorium insuper tertiam dedit epistolam,
Duodecim Cyrilli capita. cui multum celebrata illa duodecim capita, unà cum anathematismis adiunxit:
quæ ut hic insererem, æquum esse duxi. Ea sic habent. Si quis non profitetur 1
» uerum Deum esse Emanuelem, proindeq; uirginem Mariam Deigenitricem (ge-
» nuit enim illa carnaliter cum qui caro factus est, Deum scilicet ex Deo uerbum)
» anathema sit. Si quis non profitetur carni secundum subsistentiam unitum esse 2
» sed quod est ex Deo patre Verbum, unumq; esse CHRISTVM cum propria car-
» ne, eundem scilicet Deum simul & hominem, anathema sit. Si quis in uno Chri- 3
» sto subsistentias diuidit post unionem, sola eas connectens coniunctione, quæ B
» secundum dignitatem siue authoritatem aut potestatem est, & non potius unio-
» ne naturali, anathema sit. Si quis duabus personis siue subsistentijs in Christo, 4
» uoces in Euangelicis & Apostolicis scriptis, uel à uiris sanctis, uel ab ipso de se
» ipso tributas diuidit, & alias quidem ut homini extra id quod ex Deo patre est
» Verbum propriè conuenientes, alias uelut Deo congruentes ei soli quod ex
» Deo patre est Verbo accommodat, anathema sit. Si quis dicit hominem Chri- 5
» stum Deiferum, & non potius uerum Deum esse, utpote unum & quidem natura
» filium, pro eo atque Verbum caro factum est, & nobiscum æqualiter de sanguine
» & carne (extra peccatum) participauit, anathema sit. Si quis dicit Deum aut 6
» Dominum CHRISTI esse, quod ex Deo patre est uerbum, ac non potius ipsum
» Deum profitetur & hominem, quum Verbum caro factum sit, secundum scri-
» pturas, anathema sit. Si quis dicit ueluti hominem IESVM à Deo uerbo agita- 7
» tum, eiq; præclaram unigeniti gloriam circundatam esse, ut qui alius ab ipso exi-
» steret, anathema sit. Si quis dicere audet, hominem assumptum unà cum Deo 8
» Verbo coadorari & conglorificari & collaudari, dicíq; Deum debere, sicuti alte-
» rum cum altero (particula enim Con adiecta, semper id cogitare atq; intelligere
» cogit) ac non potius Emanuelem adoratione una honorandum, & unam ei glo-
» rificationem tribuendam esse, pro eo atque Verbum caro factum est, anathema sit.
» Si quis dicit unum Dominum IESVM CHRISTVM glorificatum esse à Spi- 9
» ritu, perinde atq; aliena uirtute usus sit, & ab illo acceperit, ut efficax contra im-
» puros spiritus esset, & diuina miracula inter homines edere posset, ac non potius
» proprium ipsius spiritum profitetur, per quem diuina fecit miracula, anathema
Pontificatus et sacrificij Christi. » sit. Si quis pontificem & apostolum confessionis nostræ factum esse CHRI- 10
» STVM, sicuti diuina refert scriptura (obtulit enim seipsum pro nobis in odo-
» rem suauitatis Deo patri) si quis igitur pontificem & apostolum nostrum factum
esse,

A» esse, non ipsum Dei uerbum, quum caro & sicut nos sumus homo factum est, sed
» tanquam aliũ propria & peculiari quadã ratione ab eo qui ex muliere est, homi-
» nem: præterea si quis eum etiam pro seipso, & non potius tantum pro nobis obla-
» tionem obtulisse dicit (neque enim oblatione opus habuit, qui peccatum non no-
» uit) anathema sit. Si quis nõ profitetur carnem Christi uiuificã et propriam ipsius,
» quod ex Deo patre est, Verbi, sed alterius cuiusdam ab ipso esse, ueluti ei iuxta di- 11
» gnitatem coniuncti, quasi solam diuinã habitationem in ea habuerit, & non potius
» (quemadmodum diximus) uiuificam, quoniam per Verbum omnia uiuificans et
» propagãs facta est, anathema sit. Si quis non profitetur Dei Verbum carne passum 12
» esse, & carne crucifixum, & carne mortem gustasse, atq; primogenitum ex mortuis Anathema: Ita Christiani eadem & sententiã uocare solẽt, quãcunq; eam ueluti in columna incidentes, ppalàm aduersus blasphemiam & impium omnibus proponunt. Socr.
» factum esse, pro eo atq; uita & uiuificans est, utpote Deus, anathema sit. Cœlestinus Rom. episcopus diuini Cyrilli literis acceptis, & graui præterea de Nestorio
Cœlestini Rom. Pontif. ad Nestorium literæ. fama audita, ad eum scripsit: decem exactis diebus, si adhuc in eadem impietate perseueraret, non amplius cum ad communionem admittendum: sed potius omnino
sacerdotum Christi catalogo eximendum: illosq; adeò ad cõmunionem recipien-
Ioannis Antiocheni, & Iuuenalis Hierosolymitani. dos esse, qui propterea ab eo quòd pro fide recta stetissent, excõmunicati fuerant.
Porrò non Nestorio modò Cyrillus & Cœlestinus, sed etiam Ioanni Antiocheno,
Theodoti successori, & Iuuenali Hierosolymitano, hæresim Nestorij exponentes,
scripserunt. Ipse quoq; Ioannes ad Nestorium epistolam dedit, admonens homi-
nem, ne à patria fidei professione deficeret, sed rectè filium Dei ex sancta Deigeni-
trice Maria genitum esse profiteretur, neq; in duo eum partiretur, neq; etiam iux-
ta progressum † seu profectum Deificatum esse diceret. Apostolicam illi etiam uo- † λαικὴ προκοπὴν.
» cem subijciens, quæ est: Misit Deus filium suum factum ex muliere. Et simul illi
» suasit, ne sententiam ipse suam ut rectam & certam retineret, sed potius quod in cõ-
B mune commodum atque utile esset, sequeretur. Misit insuper ad eum quas Cœle-
stinus & Cyrillus scripserant literas. Nestorius sibijpsi obsequutus est. Et quoniã
Nestorius ab Imperatore ad Cyrillum Sacram impetrat, ad eũ terrendum. sciebat ecclesiarũ præsules in ecclesiæ turba hauquaq; tacituros, Theodosiũ permo-
uit, ut Sacram ad Cyrillũ mitteret, in qua multa illi obijciebat, et multa minabat, ni-
si in Nestorij decretis acquiesceret. Et quũ talibus literis se illũ pessundaturũ existi-
maret, magis etiã cõmotũ excitauit. Accepto nãq; spiritu diuus Cyrillus, ad ipsum
Imperatorẽ & eius sorores libellos doctè cõpositos misit, quibus simul certam re-
ctæ fidei professionẽ, & peruersam Nestorij uecordiæ opinionẽ ostendit: tum aũt,
ut synodus uniuersalis cogereretur, petijt, ut Nestorij res certò in apertũ proferrentur.

CAPUT XXXIIII.

Theodosius concilium generale Ephesiũ indicit.

THeodosius Imperialibus literis suis in metropoli Epheso locorum om-
nium episcopos conuenire iussit, sacram Pentecostes diem, qua conue-
nirent, constituens. In ea quippe die Spiritus uiuificator ad sanctos A-
postolos peruenit. Literis ipsis illud quoque adiecit, neminem se uel
apud Deum uel apud homines excusaturum esse, qui non statim ad designatam san
ctæ Pentecostes diem præstò ibi esset. Qui namq;, inquit, ad episcopalem sacrum
conuentum uocatus non alacriter accurrit, non bonæ is conscientiæ esse apparet.
Nestorius, qui non longè ab Epheso abesset, cum turba multa statim post festum
Paschæ diem Ephesum uenit, multos ibi iam congregatos episcopos reperiens.
Cyrillus quoque cum suis ante destinatum diem affuit. Quinta post Pentecosten
Euthymius Petrum episcopum Saracenorũ, Cyrilli et Acacij sententiam in concilio sequi iubet. die, Iuuenalis cum Palæstinis episcopis uenit. Quibus ita conuenientibus, ce-
lebris & magnus ille Euthymius Petro Saracenorum episcopo abeunti præcepit,
ut Cyrilli Alexandrini & Acacij Melitinensis omnino sententiam sequeretur, co-
lumnas & fastigia rectæ fidei eos esse testatus. Cœlestinus autem Romæ episco-
pus, propter nauigationis pericula, ipse synodo adesse detrectauit: ad Cyrillum

Cyrillus Alexandrinus in synodo Ephesia Romani Pontif. mandatarius & locum tenens.

tamen, ut locum ibi suum obtineret, scripsit. Ex quo tempore, fama est, mitram il- A
lum & Papæ appellationẽ, atq; ut orbis uniuersi iudex appellaret, accepisse. Quæ *Priuilegia episcopi Alexandrini à Rom. antistite accepta.*
deinde omnia per successionẽ ad eos etiam peruenerint, quib. forte Alexandrinę ec
clesiæ thronus legitimè obuenisset, sacros episcopos. Solus Ioannes Antiochenus
antistes cũ Orientalib. suis episcopis, lõgè etiam post diem cõstitutũ, tardius affuit,
non dedita ille opera moratus, sicuti se plurib. uerbis excusauit: sed q̃ tam celeriter

Iustinianus Antiochiam post terræ motũ auspicatiore nomine Theopolim uocauit.

episcopos qui sub eo essent, cogere nõ potuerit. Magnis enim locorũ interuallis di
tionis eius urbes distant, ab ea quæ olim quidẽ Antiochia, nunc aũt Theopolis di
cta est. Duodecim nanq; dierũ itinere, et aliquo præterea exiguo, homini expedito
& succincto absunt. Tum aũt Antiochia ipsa Epheso triginta dierũ uia maximè di
stat. Confirmauit ille etiam, ad designatũ se non uenturũ fuisse diem, si nouo qui di
citur Dominico die collegæ sui in sedibus suis esse perseuerassent. Vbi post diem

Nona Dominica μετὰ Πεντηκοστήν.

constitutã dies quindecim præteriere, & Antiochenus prȩsul non aduenit, multiq;
episcopi morbis & ærumnis alijs pressi sunt, de cõmuni sententia uigesimo mensis

Prima synodi sessio.

Iunij die episcopi cõgregati sunt circiter centũ & triginta, à cõdito mundo quater
millesimo noningentesimo decimoquinto, à secunda aũt synodo quadragesimo &
uno anno, præsente Iuuenali & diuino Cyrillo, qui Cœlestini locũ tenuit, Romani
(ut diximus) episcopi. Die primo Nestorius etiam præstò fuit. Atq; ubi de quæ
stione eius agi cœptũ est, Cyrillus Alexãdrinus in prima uelitatiõe iacula fortiter

Recta de Christi diuinitate & nativitate sententia.

iaciens, Nestoriũ admodũ perstrinxit. Hostili enim iamdudũ erga eum erat animo.
Et quũ Christo sententijs suis diuinitatẽ multi tribuerent, unumq; & eundem esse
filium, ex patre quidẽ ante secula genitũ, extremis aũt temporib. ex perpetua uirgi
ne hominem factũ, neq; aliũ atq; aliũ, & uirginem mariã propriè & uerè θεοτόκον

Blasphema et impia Nestorij uox.

Deigenitricem dicendã esse assererent, assurgens Nestorius: Ego, inquit, bimestrem
aliquem & trimestrem Deum nõ dixerim. Proinde purus sum sanguinis uestri, &

Nestorius se à patribus synodi seiungit.

postea ad uos non ueniam. His uerbis dictis, cum sex episcopis egressus est, et dein
ceps cum illis cõuenire solitus fuit: alijs quoq; assumptis, qui prauã eius fidem se
quebantur. Ita synodus in partes duas diuisa est. Cyrillus, & qui cum eo erant, postri B
die cõsilio coacto, ut mos est, tribus episcopis missis, Nestorium ut in conuentum

Secunda sessio. Nestorius euocatus in synodum nõ uenit.

ueniret citarunt. Ille id contempsit, & haudquaquã comparuit, synodum in Antio
cheni episcopi aduentũ diffundens. Vt aũt ille iterum atq; tertiò uocatus, respon
sum nullum, quo se defenderet, dedit, & cõuicijs atq; contumelijs eos qui ad se mis
si erant, remisit, synodus sancta trecentorum illorum & decem octo diuinorum pa
trum symbolum in medium, & Cyrilli atq; Nestorij, quas ultrò citroq; de dogma
te dederant literas, Sacram item illam Cœlestini ad ipsum Nestoriũ scriptam exi
stolam protulit. Atque ubi Theodotus Ancyranus & Melitinensis Acacius bla
sphema eius uerba, quibus apertè Ephesi multis præsentibus usus fuerat, indicaue
re, & multę eximiorum & sanctorum uirorum uoces auditæ, insuper quę alia Ne

Nestorius damnatur.

storij impiè dicta congesta sunt, impium illum exauctorauit, sententia hisce uerbis
„ concepta. Quum præter alia reuerendissimus Nestorius, neque uocationi nostræ
„ audiens esse uoluerit, neque à nobis missos sanctissimos & pijssimos episcopos ad
„ miserit, necessariò eò descendimus, ut de impietate eius inquireremus. Et quoniam
„ quùm ex epistolis & scriptis eius, quæ lecta etiam sunt: atq; item ex uerbis, qui
„ bus in metropolitana hac urbe usus est: tum ex testium dictis, impiè eum & sentire
„ & docere deprehendimus: necessitate nobis à canonibus & sanctissimi patris col
„ legęq; nostri Rom. ecclesię episcopi epistola, imposita, diu multumq; lacrymantes,
„ ad tristem hanc peruenimus sententiam. Qui igitur ab eo blasphemijs expetitus est,
„ Dominus noster IESVS CHRISTVS, per præsentem sanctam synodũ decreuit,
„ Nestoriũ ipsum à dignitate episcopali, & sacerdotali conuentu omni esse alienum.

Post

CAPUT XXXV.

A POst latam hanc legitimam sententiam, Ioannes Antiochenus cum sacer- *Ioannes Antiochenus Ephesum post Nestorij condemnationem uenit.*
dotibus & episcopis suis duobus & uiginti, triduo à Nestorij condem
natione aduenit. Et re sicuti acta fuerat cognita, Cyrillo ualde succen
suit, qui sic ad Nestorium exauctorandum deproperasset. Et facta à *Is Nestorio se coniungit, & Cyrillo atq; Memnoni dignitatem adimit.*
synodo discessione, consilio que cum Nestorio coacto, Cyrillo & Memnoni Ephe
si episcopo, sicuti illi uidebatur, dignitatem abrogauit. Cyrillus & Memnon, post
quam libellos suos synodo, quæ cum eis congregata fuerat, obtulerunt (quamuis
Socrates per ignorantiam aliter scripserit) Ioannes unà cum suis euocatus est, ut
rationem de condemnationis sententia, quam illegitimè tulisset, redderet. Vbi ue
rò ille non comparuit, post tertiam citationem, sicuti mos est, Cyrillus quidem & *Cyrillus et Memnon per synodũ legitimè absoluuntur, Ioannes autem Antiochenus cum suis excommunicatur.*
Memnon à sancta uniuersali synodo, à condemnationis sententia præter rationem
lata absoluti sunt: & qui eos damnauerant, in uincula ea deciderunt. Nam & à di
uina communione sunt excluſi, & sacerdotalis eis authoritas omnis adempta est,
Ioanni uidelicet, & qui in partibus eius erant episcopis, in quibus etiam fuit sa- *Theodoritus Cyri episcopus unà cum Ioanne proscriptus.*
piens ille Theodoritus Cyri episcopus: donec seipsos condemnantes, erratum
suum professi sunt. Theodoritus sanè Ioannis uicem ægrè ferens, in Cyrillum in- *Idem contra Cyrilli duodecim capita scripsit.*
uectus est: confutans etiam, quæ tertiæ ad Nestorium epistolæ duodecim capita
Cyrillus adiunxerat, perperàm ea exponendo. Quod quum non ritè fecerit, Ne
storio quàm maximè patrocinari iudicatus est. Aduersus quod scriptum Theo- *Cyrillus scriptũ suũ defendit.*
doriti, ea quæ diximus capita Cyrillus doctè tutatus est, ea pro eo atque decuit, in
terpretando, & latentem in eis sententiam declarando. Hæc omnia quùm ab utra *Acta synodi ad Imperatorem referuntur.*
B que parte ad Imperatorem sunt relata, tum episcopi eidem præstò fuere, qui acta fa
ctionis utriusque renunciarunt. Imperator primùm Nestorij condemnationem ra
tam non habuit. Orientales enim episcopi Nestorium secum abductum in annum *Nestoriũ Orientales episcopi in episcopali dignitate retinent.*
tertium per uim in episcopatu retinuere. Quarto autem ab illius condemnatione
anno, Ioannes Antiochenus iudicium Dei metuens, & multos præterea praua
Nestorij opinione interire uidens, Theodosio Imperatori, ut quamprimùm eum
ex Orientali ditione ejiceret, significauit. Et Imperator postquam blasphemiam il- *Nestorius quarto condemnationis suæ anno Oasim deportatur.*
lius certò cognouit, confestim Nestorium quidem Oasim deportari iussit. Ad
Cyrillum autem & Ioannem piè scriptas literas dedit, ut quùm inter se consenti
rent, tum uterque latam aduersus Nestorium condemnationis sententiam confir
maret, & dissidio omni ecclesias Dei liberaret. Porrò Nestorius ubi commu
nionem, quæ sibi cum Ioanne Antiocheno incercesserat, in contentionem & dissi
dium euasisse cognouit, pœnitentia ductus, Mariam θεοτόκον, Deigenitricem uo
cauit: Dicatur, inquiens, etiam Deigenitrix Maria, & contentiones tristes facef
sent. Verùm nemo prorsus id cum per pœnitentiam dixisse arbitratus est. Ioan- *Nestorij ficata pœnitentia non recipitur.*
nes Antiochenus episcopus Imperiali iussioni cedens, Paulum Emesenum epi- *Ioannes Antiochenus cum Cyrillo in gratiam redit.*
scopum Alexandriam ad Cyrillum cum libello misit, in quo germana & since
ra fidei professio, necnon amicitiæ conciliatio, & scandalorum seu offendiculo
rum amolitio expressa est. Venerandus autem ille Cyrillus libello accepto, at
que professione fidei ei inserto comprobata, & ueteres sanctos patres, & seipsum
ita sensisse confirmauit. Atque epistola ea uehementer laudata, hisce uerbis Ioanni *Cyrilli ad Ioannem scriptum.*
„ rescripsit. Lætentur cœli, & exultet terra. Dirutum enim est interstitiũ maceriæ: *De concordia episcoporum gratiæ Deo aguntur.*
„ & quod mœrorem fecit, conquieuit, modus que discordiæ omnis sublatus est eo
„ quòd Seruator omnium nostrùm CRISTVS ecclesijs suis pacem conciliauit, *Principes laudãtur.*
„ & ad eam nos pijssimi & Deiamantissimi Principes uocarunt. Qui maiorũ pieta
„ tis æmultatores optimi, quùm ipsi in statu suo certam atque immotam conser
„ uant fidem rectam, tum præcipuam de sanctis ecclesijs gerunt curam, ut simul

& præclaram in æuum gloriam habeant,& quàm celeberrimam Imperij sui admi« A
nistrationem reddant. Quibus etiam ipse uirtutum Dominus manu liberali bo«
na tribuit: simulq; dat, ut & aduersarijs imperent, & uictoriam ab eis reportent. «
Non enim fallit is qui dicit: Viuo ego, dicit Dominus, quoniam glorificantes me «
glorificabo. Quum igitur Alexandriam uenisset dominus meus, pijssimus fra« *Cõmendatur Pauli Emeseni episcopi pacificandi studium.*
ter & collega Paulus, animi uoluptate & gaudio repletus sum: ac meritò quidem, «
quòd tantus scilicet uir partes suas ut mediator interponeret, & supra uires tan« *Gratulatio de unitate fidei.*
tum laborem adiret, ut diaboli inuidiam superaret, ea quæ diuisa erant coniun«
geret: & sublatis è medio scandalis atq; offendiculis, concordiæ & pacis corona «
uestras simul & nostras cohonestaret ecclesias. Et post alia. Quòd uerò super«
flua prorsus & importuna ecclesiæ, præterq; causam suscepta discordia fuerit, nunc «
maximè certior sum factus, ex quo pijssimus dominus meus Paulus episcopus libel«
lum extra calumniæ aleam positum attulit, fidei professionem cõplectentem: quem «
à sanctitate tua & pijssimis isthic episcopis compositum esse confirmauit. Libellus «
is quibus conscriptus est uerbis, epistolæ adiunctus fuit. Porrò de Deigenitrice, et «
quæ sequuntur Sanctis hisce uocibus uestris lectis, ita nos quoq; ipsos sentire inue«
nimus. Vnus enim est Dominus, una fides, unum baptisma. Quapropter rerum u«
niuersarum seruatorem Deum glorificauimus, mutuò nobis congratulantes, quòd «
congruentem cum diuinitùs inspiratis scripturis & traditione sanctorum patrum «
nostrorum nostræ simul & uestræ ecclesiæ habeant fidem. Verùm hæc qui inqui«
rere uolet studiosus, in synodi eius actis reperiet.

CAPUT XXXVI.

Res Nestorij post condemnationem.

POstquam Nestorius eiectus est, quid postea ei contigerit, ut uitam præ«
sentem finierit, & digna blasphemiarum præmia tulerit, historici non B
prodiderunt. Et profectò uis temporis obliuionis profundo hæc im«
mersisset, nisi in librum eius incidissem, ex quo historiam eius decer«
psi. Itaq; ipse blasphemiæ pater, qui non super petra, sed in arena fundamenta fi«
dei suæ iecisset, ad quosdam qui ei obiecerant, non rectè eum res nouas molitum
esse, neq; ex Reipub. utilitate ut Ephesi synodus ageretur petijsse, defensionem bla
sphemiæ suæ scripsit, ad eam scilicet necessitatem se peruenisse, Ecclesia sancta in
partes duas scissa, dictitans. Et quum alij quidem Mariam ἀνθρωποτόκον, id est,
hominis genitricem: alij autem θεοτόκον, hoc est, Deigenitricem dicendam assere«
rent: se mediam excogitasse uocem χριστοτόκον, id est, Christigenitricem. In ea
defensione refert, Theodosium propter commiserationem primùm reiectionem e«
ius authoritate sua non confirmasse. Vbi uerò episcopi quidam Constantinopo«
li uenissent, ut in monasterium suum reuerteretur, permissum ei esse, quod extra
Theopolim situm est. Nomen quidem illius non expressit: ab Euprepio tamen
appellationem accepisse legi. Stadijs id duobus ab urbe ea distat: ubi annos qua«
tuor se in honore omni exegisse ait. Deinde commemorat, ut Theodosij sanctio«
ne apud Oasim exulare iussus sit, sed causam exilij primariam celat: quòd uideli«
cet tali etiam rerum suarum statu à blasphemia non destiterit. Alium quoque li«
brum ad Aegyptium quendam disertius scripsit, in quo de exilio ad Oasim fu«
sius agit. Ex alijs quoque literis colligere est, quæ mala propter blasphemias tule«
rit, quum † inspectorem rerum omnium oculum fallere non potuerit. quas literas *τὸν παντεπόπτην ἐφορον ὀφθαλμὸν μὴ λαθών.*
ad Thebarum tum præfectum dedit, indicans quandoquidem hominibus con«
dignas pœnas non dederit, diuinitùs se iusta uindicta expetitum esse, atque in æ«
rumnam & captiuitatem miserandam maximè incidisse. Quum uerò eum maio«
res calamitates experiri oporteret, ex potestate quidem Blemmyarum ille dimis« *Blemmyarũ captiuus Nestorius.*
sus est (eorum enim captiuus fuerat) Theodosij autem, qui redijsse eum intelle«

Axerat, iusionibus, in extremis Thebarum oris, locum ex loco mutans, uersatus est.
Vbi terra rupta coopertus atq; oppressus, uitam hanc pro eo atq; blasphemiæ e«
ius conuenienbat, amisit: Arius alter ultimo uitæ suæ actu habitus, qui quidem satis, *Miserabilis eius mors.*
quæ præmia in Deum iactas blasphemias manent, declarauit. Vterq; sanè ex æ«
quo in Christum blasphemus fuit: quem Arius quidem creaturam, iste autem me«
rum hominem esse dixit. Ad quem acta Ephesiæ synodi, quasi Cyrilli uersutia & *Conferturis cum Ario.*
nefanda rerum nouatione instituta sint, reprehendentem, perlibenter dixerim: Cur
tandem à Theodosio, qui uicem tuam ualde miseratus est, postea nullo relicto ue«
niæ loco, expulsus es? & tot ostracismis atq; exilijs mulctatus, turpiter uitam fini«
uisti, si non de sententia et iudicio diuino Cyrillus, et qui cum eo fuere episcopi, de«
cretum suum fecere? Et ambo uos quidem iam ex uita hac excessistis: quo tempo« *Conferturcum Cyrillo Nestorius.*
re, sicuti quidã ex prophanis sapientibus dixit, nihil obstat quo minus libera quis«
que hominum beneuolentia, nullo intercedente aduersario, colatur. Ac tu quidem
ut blasphemus, & hostis Dei extremus, ab omnibus damnatus es: ille autem ueluti
quædam Ecclesiæ tuba, fines terræ personans, & propugnator Ecclesiæ fortissi«
mus, ab omnibus celebratur, & omnibus in ore est. Sed enim ne crimen falsi apud
quospiã sustineamus, age illũ ipsum in mediũ producentes, uerbis eius res suas ex«
ponamus. Et tu epistolam fac audias, quibus eam literis, ad eum quem diximus
Thebarũ præsidem composuisti, ex Ephesijs de religione sanctissima recentibus a« *Epistola Nestorij ad Thebæum præfectum.*
» ctis prolatam. Oasim, quæ & Ibis dicitur, Imperiali sanctione incolimus. Et post
» quædam uerba infert: Quandoquidẽ locus, quem diximus, barbarorũ incursio«
» ne, captiuorũ abductione, atq; igne, & cædibus, ex ipsis fundamentis dirutus atq;
» uastatus est, & nos à barbaris derepentè nescio quomodo misericordiam conse«
B quuti, ita liberi dimissi sumus, ut illi attestatione coniunctis minis nos terrerent, &
» quamprimùm regione ea excedere, utpote quam † Mazici post eos, nulla interpo«
» sita mora, occupaturi essent, iuberent, in ditionem Thebarum, cum captiuorum
» reliquijs, quos ad nos barbari misericordia moti (quid sibi uoluerint, dicere ne«
» queo) adduxerunt, uenimus. Atq; illi quidem ad optata & placita quisq; loca se re«
» ceperunt. Nos autem ad Panis urbem diuertimus, manifestò id indicantes. Vere« *Nestorius ex barbarorum captiuitate ad Panis urbem uenit.*
» mur namq;, ne quis captiuitatem nostrã consultã molitionẽ et fraudem esse dicens,
» calumniose profugisse nos accuset, ut alterius criminis machinationem confingat.
» Ferax enim generis omnis calumniarum est malitia. Quapropter amplitudinem
» tuam rogamus, ut tibi captiuitas nostra, pro eo atq; legibus constitutum est, curæ
» sit: & ne maleuolentiq & fraudi hominum captiuum ad iniurias et contumelias de«
» das, ne uidelicet omnibus deinceps generationibus & ætatibus tragica uociferatio
» seu quiritatio inualescat, melius esse ut in barbarorũ aliquis potestate captiuus sit,
» quàm ad Romanorũ imperium supplex confugiat. Et iuramento interposito, pe«
» titionem talem subiunxit. Patere nos hic ex Oasi reuersos manere, sicuti id nobis *Vt ibi sibi manere liceat, petit.*
» barbari permisere: ut nunc etiam, quod Deo uisum est, de nobis constituatur. In
» alia rursum epistola ad eundem hæc scribit. Siue scriptum hoc, ut amici, ad magnifi«
» centiam tuam, epistolã, seu ut patris ad filium cõmonitionem accipias, non reijce, re«
» quæso, quæ in eo est, quàm fieri potuit breuissimam de rebus multis narrationem:
» quum Oasis, quæ etiam Ibis dicta est, dudũ à Nomadũ multitudine, qui in eam ex«
» currerũt, uastata sit. Et postea. Hæc quũ sic acciderint, nescio qua de causa, aut quã *Quæritur se fæpius exilij locum mutare coactum fuisse.*
» arrepta occasione, magnificentia tua nos per barbaros milites ex Panis oppido ad
» quandam Elephantinam, quæ Thebææ prouinciæ finis est, deportari curauerit. *Elephantina ab Thebis stadijs à Thebis Aegyptijs distat.*
» Et quũ ad illam per ea quæ diximus militaria auxilia raperemur, et maiore itineris

† *Apud Stephan. Mazyes, Nomades Libyæ sunt. Suid. autem, sub Anastasio urbes Libyæ excursionibus eorum qui Laxici dicuntur, uexatos scribit. ut fortasse hic etiam Laxici sit legendum.*

parte confecta affligeremur, rursum à fortitudine tua iussionem sine scripto acce- A
pimus, ut in ciuitatem Panis reuerteremur. Et itineris, quod iussu tuo suscepi-
mus, casibus confecti, corpore morbo simul & senio labefactato, necnon manu &
latere conuulso, in Panis oppidum reuersi sumus, animo quodammodo uiæ labo-
ribus deficientes: Adhuc cruciatibus dolorum affligebamur, & ad aliud rursum
fortitudinis tuæ aduolans scriptum mandatum, ex Panis urbe in alium ditionis
eius locum translati sumus. Et quum talia aduersus nos conquiectura putaremus,
& quid de nobis uictores Principes statuerent expectaremus, aliud subitò sine gra
tia omni, de longinquiore alio, & quarto iam exilio, mandatum compositum est.
Et paulo pòst. Sed acquiesce tandem in eis quæ facta sunt, rogo, & tot aduer-
sus corpus unum exilia decernere desine, & tot calamitatibus quæ à magnificentia
tua pertulimus, contentus esto. Et nobis per homines, quos conuenit, sententiam
uictorum Principum nostrorum explorare humaniter quæso permitte. Hæc no-
stra, ueluti patris, ad te tanquam filium, consilia sunt. Sin ea indignè feres, tum tu
nunc quoq; sicuti antea, quod placitum tibi est, facito: siquidem sententiam tuam
oratio nulla flectere aut uincere potest. Nestorius igitur in literis quoq; ipsis,
pugnis & calcibus impetit atq; insultat, Imperatoriam etiam potestatem, sicuti ui-
des, blasphemans: atq; tot quoq; mala passus, non tamen resipiscit. Peruenit in
manus meas scriptum quoddam, obitum eius exponens, quem & ipsum memo-
riæ mandare in hac historia uisum est. Commemorat enim, lingua eius à uermibus
corrosa, ingemiscentem & lamentantem, ad maiora & sempiterna supplicia eum
pœnas debitas soluturum, migrasse. Deinde & Theodosius diuino nutu commo
tus, sententijs & calculis omnibus, impium illum anathemate iugulatum condem-
nauit, hisce uerbis in constitutione usus, quæ Iustiniani uolumini, quod Codex no B
minatur, inserta est, tertia numero, in primo primi libri titulo. Præterea, inquit, «
sancimus, qui impiam Nestorij fidem æmulantur, aut nefariam eius doctrinam «
sequuntur, ut siquidem episcopi sint, aut clerici ecclesijs ejiciantur: sin uerò laici & «
populares, anathemate feriantur. Sed plures quoq; alias constitutiones religio
nis nostræ gratia edidit, quæ flagrantem illius erga CHRISTVM ardorem decla
rant. Hunc impius Nestorius finem uitæ habuit, atq; hæc sic in tertia quam di-
ximus uniuersali Ephesia synodo sunt acta. Porrò pernicioso Nestorio exaucto-
rato, grauis rursum contentio in Constantinopolitanæ urbis ecclesijs mota est. Po-
pulus enim de Nestorij placitis agens, in duas partes abijt. Clerici sanè omnes com
muni suffragio eum anathemati subditum reiecerunt: sic namq; Christianis mos
est, sententiam contra blasphemum ferre, quum eam tanquam statuæ incisam om-
nibus publicitùs proponere uolunt.

In summis & plurimis ærūnis Nestorius ut resipisceret, animū inducere nō potuit.

Lingua Nestorij ante mortē à uermibus corrosa.

Cōstitutio Theodosij, qua hæresis Nestorij damnatur.

Hæc constitutio hodie non extat. Damnat autem Nestorianos hic Imperator, l. Dānato. C. de hæret. & Manich.

Dissidiū in plebe Constantinopolitana de Nestorij condemnatione.

Anathema quid apud Christianos sit.

CAPVT XXXVII.

Philippus Sidites & Proclus competitores archiepiscopatus Byzantij.

ILlo uerò sublato, non mediocris de episcopi electione quæstio exti-
tit. Multi enim ad eum qui dictus est Sidensem Philippum respicie-
bant: omnes autem ferè Proclum cathedra ea maximè dignum esse
iudicabant. Et exitum suum consilium horum habuisset, nisi qui mul-
tum tum apud Imperatorem ualebant, impedimento fuissent, Ecclesiasticum ca-
nonem prætexentes, qui designatum ciuitatis alicuius episcopum in ciuitatem

Canō de nō transferēdis episcopis, &c.

aliam transferri uetat. Is est eiusmodi. Si quis episcopus electus in parœciam, cui «
destinatus est, non ierit, non culpa ille quidem sua, sed propter populi reiectionem, «
aut aliam non ab ipso electo prouenientem causam, is cum dignitate ministerio fun «
gi (ut modò rebus ecclesiæ, ubi conuentus agit, nihil afferat turbæ) & acquiesce «
re in eo debet, quod prouinciæ synodus de controuersia in medium producta «
iudicans

A iudicans decreuerit. Hic canon publicatus plebem, quæ Proclum episcopum
designabat, uel inuitam quiescere coegit. Quatuor menses à Nestorio exaucto-
rato effluxerant, & ecclesiæ procuratio Maximiano commissa est, qui in ordine
presbyterorum erat, & in monastica uita uixerat. Religionis hic maximè laudem
consequutus fuerat, ex eo quòd proprijs sumptibus monumentis constructis,
in eis piè defunctorum reliquias reponeret. Et propterea quòd doctrina exigua
fuit, alienam à rebus agendis delegerat uitam. Quam ob causam Ecclesia sub eo
externis rerum fluctibus libera, pace multa lætata est. Atque ubi annos duos &
menses quinque pacificè ecclesiam administrauit, septima iciunij dierum septima-
na, ea quæ dicitur Magna quinta die, mortuus est. Tum uerò Imperator Theo-
dosius, & Pulcheria Augusta maximè curam eius rei suscepit. Ne enim rursus ne-
gotium eis exhiberetur de electione episcopi, unde miscerí ecclesiæ res & confun-
dí potuissent, nulla interposita mora, quum adhuc Maximiani corpus insepul-
tum esset, episcopos quoscunque inuenire potuerunt, coactos, inthronisare atque
in uacuam ecclesiæ possessionem inducere Proclum iussit. Quum namque deli-
beratum antea de eo esset, Cœlestinus quoq; Romæ episcopus suffragatus ei per
epistolas fuerat, ad magnum illum Cyrillum & Ioannem Antiochenum & Ru-
fum Thessalonicensem scribens, & modis omnibus docens, nihil obstare, quo mi-
nus qui alterius urbis aut sit, aut saltem designatus sit episcopus, in aliam transfe-
ratur urbem. Proclus igitur in sede sua collocatus, postea funus & exequias Ma-
ximiani, omnib. patriarchæ insignibus usus, curauit. Sed de hoc quoq; pauca quæ-
dam historiæ annectenda duxi.

Maximianus episcopus Constantinopolitanus.

Obitus eius.

ἡ μεγάλη παρασκευή.

Magna quinta.

Proclus Maximiani successor.

Cœlestinus Rom. Pont. eum canone soluit.

CAPVT XXXVIII.

B PRimo is capillo præceptoribus usus, in arte dicendi potissimùm ela-
borauit. Et post adolescentiam exactam, in iuuenili admodum æta-
te, in lectorum ordinem cooptatus, primùm diui Ioannis Chrysosto-
mi Constantinopolitanam ecclesiam administrantis sectator, minister,
libriscq; scribendis adiutor, & corporis eius curator fuit. Hic Paulum Ioanni ma-
gno in aurem dictitantem, atque arcaniorem epistolarum suarum sensum reuelan-
tem, per ianuæ rimas prospectans uidit. Atque ubi ille in exilio uixit, ab illius af-
fectione non desciscens, cum successore eius Attico episcopo fuit, orationum illius
scriba. Quem ille in diuino uitæ instituto progredientem, in diaconatus gradum
sustulit. Deinde uerò quum in presbyterorum cathedra dominum laudaret, à Si-
sinio ecclesiæ Cyzicenæ designatus est antistes. Longo uerò tempore pòst, quem-
admodum diximus, Constantinopolitanæ ecclesiæ episcopatus ei commissus est.
Et quòd moribus atque institutis placidus maximè uir esset, quæcunque in Ioan-
ne & Attico eximia erant, expressit. Malorum tolerantia illis etiam superior
fuit. Atticus namque sæpius etiam eis qui in fide à se dissentirent, terribilis esse
uisus est. Hic uerò & erga illos, & in alios omnes placidus & lenis admodum
fuit, beneuolentia potius quàm ui pertrahere illos ad se in animo habens. Et quo-
niam nemini turbarum causam præbuit, ecclesiæ dignitatem in humanitate &
mansuetudine consistentem, integram conseruauit. Hac in parte Theodosium Im-
peratorem imitatus. nam & is haudquaquam Imperiali seueritate, aduersus eos
qui supplicia commeriti essent, usus est. Iste autem minus curauit, si quis de Deo
non itidem ut ipse sentiret. Sed doctrinæ iugiter incumbens, placidè, non uio-
lenter, plebem sibi deuinxit. Qua ex causa & Theodosius magnopere eum est
complexus. Nam & Imperator ipse sacerdotali, ut ita dicam, animo fuit: eosq;
qui persequendos homines esse suaderent, minimè audiuit. Dixerit uerò aliquis,
quòd

Res Procli episcopi.

exemplum placidi episcopi.

Theodosius quoque Imperator animi placidissimi fuit.

quòd & aliis rebus, in primis aũt mansuetudine, apertè episcopos eius temporis omnes longè superarit. Et quod de Mose Numerorũ liber dixit, eum supra homines omnes in terra lõgè mitissimũ fuisse: id si de Theodosio etiã dicas, haud quaq̃. ut puto, fallaris. Vnde aliquis colligat, Deũ illo ualde delectatũ, etiã extra bellorũ certamina hostes ei imminentes aboleuisse. Declarauit hoc in Ioãne tyrãno, & qui cum eo excurrerant, barbaris. Quæ namq̃ antiquitùs in uiris iustis accidisse audimus, ea quoq̃ præter opinionem omnem in eo Deus peregit. Quũ enim multi, atq̃ adeò innumerabiles barbari excurrere, & Imperatori atq̃ Romanis negotiũ facessere aggressi essent, Imperator, sicuti facere solitus erat, res illorum Deo commisit, et frequentius orationib. uacans, confestim quod petijt confecit. Dux siquidem eorum Roilas nomine (quod antea quoq̃ retulimus) fulminis telo ictus, ex hominibus sublatus est. Et postq̃ sæua pestis exercitũ eius inuasit, crudeliter eum est depasta. Quicquid uerò ex eo superfuit, id cœlesti igne crematum est. Itaq̃ in timorem magnũ barbari deciderũt, non tam q̃ contra generosam et fortem gentem Romanorũ ad manus conserendas ire ausi fuissent, quàm q̃ Deo adiuuante, illos tropæa statuere, uictoriamq̃ reportare deprehendissent. Tum sanè & admirãdus Proclus, in tãta à Deo cõcessa uictoria, ad populum in ecclesia uerba faciens, & Ezechielis prophetiam ingeniosè & aptè uerbis suis accommodans, in magna fuit admiratione. Pro-
» phetia talib. uerbis concepta est: Et tu fili hominis, uaticinare contra Gog, & princi
» pem † Ros, Mosoch & Thobel. Iudicabo enim eum morte, & sanguine, & imbre
» demergenti, & lapidibus grandinis. Atq̃ ignem & sulphur pluam super eum, &
» omnem exercitum eius, superq̃ populos multos qui cum eo sunt. Et magnificabor
» atq̃ glorificabor, & notus ero in conspectu multarum gentiũ, & cognoscent quòd
» ego sum Dominus. Talis quidem Proclus erat, peropportunus et commodus in omnibus, mansuetudine autem & humanitate quàm maximè excellens.

Deo charus Theodosius.

Precatione Theodosius hostes suos deuicit.

Roilas Scytha cũ suis diuinitùs oppressus atque extinctus est.

Ad cœlestẽ hanc uictoriã Proclus pro concione pulchrè Ezechielis uerba accommodauit.

† Ros.) Hoc sacra biblia non habent. Reperitur tamen apud Socrat. quoque lib. 7. cap. 43. Nomine autem isto uniuersa Russorum siue Ruthenorum gens, quæ magna ex parte nunc Christiana est, & Slauonica utitur lingua, intelligitur. Vulgò Russi dicuntur.

CAPUT XXXIX.

QVandoquidem autem nõnulli inuidia ducti, diuinũ uirũ reprehendunt, ecclesiasticũ canonem prætendentes, q̃ Cyzici episcopus creatus, in Cõstantinopolitanæ urbis thronum translatus sit: æquum esse duxi, pauca quædã de translationibus eiusmodi hic perstringere, ut simul & Proclus crimine absoluatur, & Ecclesia classicũ hoc ad certitudinem diuinitùs proditũ habeat exemplum, ne cuiuis facere id uolenti procliue sit, res Ecclesiæ ritè atq̃ ordine actas, temerè per reprehensionem carpere. Nam qui tum rem hanc taxare conati sunt, uel inuidia ferri, uel ignorare mihi uisi sunt, canonũ sensum & mentem, atq̃ ea quæ uariè in ecclesijs per dispensationem & utilitatem seruata sunt & gesta. Diuini siquidem canones, & ueteres Ecclesiæ antistites liberũ esse uoluerũt, q̃tiescunq̃ legitima suaderet utilitas, ex urbe una in aliam episcopũ transferre: uidelicet si sincerior pietas, uel ecclesiasticæ fortè tranquillitatis cõstitutio trãslationẽ flagitaret. Transitionẽ namq̃, phibet, nõ trãslationem. Hęc eñ, id q̃d præter uoluntatẽ et præter institutum fit, omnino significat, & uox ea ueluti in inanimatis usurpata: illa uerò, de animatis, & quodãmodo de eis dicit, qui per arrogantiã, fortè miscendarũ rerum gratia, in thronos insiliunt. Eam uerò rectè canon, sicuti paulo pòst fusius exponã, inhibet: legitimã aũt translationem nequaq̃. Nam primus apostolorũ ille princeps Petrus, Rom. urbis gubernauit ecclesiã: deinde primus etiã Alexandriã * sorte transijt. In quibus ecclesijs ubi Linum & Marcum episcopos creauit, alias rursus urbes adijt. Eusebius autem Pamphili in sexto Ecclesiasticarũ historiarum libro, Alexandrum quendã ecclesiæ in Cappadocia cuiusdam episcopũ, Hierosolyma sacrorum locorum

In Proclo inuidi reprehenderunt, quòd quum Cyzici episcopus designatus fuerit, Constantinopolitanum susceperit episcopatũ.

Non tam uerba quàm mens Canonum inspicienda. Canon transitionem, non translationem episcoporum prohibet.

Exempla translationum episcopatum legitimarum.

* λαοδίκειαν τὴν πρὸς τῷ Ἑλλησπόντῳ.

A locorum spectandorũ & precationis ibi faciendæ gratia profectũ, atq̃ à Hierosolymitanis retentum, in throno sacri Narcissi adhuc superstitis collocatũ esse, & per uitam omnem Hierosolymitanæ ecclesiæ præfuisse, memoriæ mandauit: cuius & nos in quinto Operis huius libro, cap. 10. mentionem fecimus. Quòd uerò et multi alij, necessaria utilitate uocante, in alias transierint ecclesias, satis patet. Ego uerò, etsi non omnes, aliquos tamen in historia hac recensebo. Magnus ille Eustathius à Berrœa (quæ est ipsa Chalep) in Antiochiam translatus est, Constantino primo Christiano Imperatore imperium Rom. administrante: sub quo & Maximus ex Diospoli Hierosolyma transijt, magno Macario succedens. Sed & Eudoxius ille, prauæ prorsus contra nomen suum opinionis, ex Germanicia primùm Antiochiã, & inde postea Constantinopolim est translatus. Diuus Meletius primùm Sebastiæ Ciliciũ episcopus est renunciatus, deinde autem cum magna gloria Antiochiã ad Orontem est uocatus. Item diuus Gregorius Sasimorũ primùm, Cappadociũ urbis, deinde Nazanzi, patriæ suæ, episcopatũ sortitus: postea à secũda synodo & Meletio Antiocheno, pro eo atq̃ decuit, in præclarã Constantinopolis sedẽ translatus est. Patris in Achaia Perigenes episcopus designatus est: quem ubi ciuitatis eius incolæ non receperũt, Romanus episcopus in thronũ metropolitanæ urbis Corinthi, ubi sacrorũ antistes nuper admodũ uita defunctus fuerat, induci iussit: atq̃ ille ita translatus, pacificè ibi per uitam omnem ecclesiam rexit. Dositheum Seleuciæ episcopum, Alexander Antiochenus Tarsum Ciliciæ transtulit. Reuerentius Arcis Phœniciæ episcopus lectus, Tyrum inde transiens, episcopali ibi munere est functus. Ex Gordo, quæ * in Lycia est, in Proconnesum Ioannes transmissus, magnificè episcopatũ ibi gessit. Et Palladius ab Helenopoli Bithyniæ Aspunam translijt. Et
B alius ex eiusdem urbis ecclesia episcopus Alexander, Adrianos traductus est. Ex Apamea Asiæ Philippus Eudoxiopolim missus est, cui uetus nomen Salambria fuit. Polycarpus ex Antapristena Mysiæ urbe, Nicopolim Thraciæ. Hierophilus ex Trapezuntopoli Phrygiæ, Plotinopolim Thraciæ uenit. Optimus ex Agdamea Phrygum, Antiochiam Pisidiæ. Troadem Philippopoli Thraciæ Syluanus transijt. de quo admirandũ quiddã memorabo. Is quũ artem oratoriam primùm apud sophistã Troilum didicisset, studiũ postea omne ad Christianissimũ transtulit, asceticamq̃ cõsectans uitam, pallium monasticũ non tulit. Hunc sibi cõiunctũ Atticus episcopus, Philippopolis episcopũ declarauit: in qua urbe postquã triennium exegit, loci eius hybernũ rigorem non ferens (exiguũ enim & imbecille ei prorsus corpus erat) Atticũ, ut alium in locum suum episcopum substitueret, rogauit, non aliam q̃ frigoris causam petitioni suæ prætendẽs. Porrò episcopo alio ei surrogato, Syluanus Constantinopoli degens, cura summa monasticam coluit uitam, humilitatis & pauperatis tam studiosus, ut in urbe tam frequẽtissima obambulãs, sparteis sit sandalijs usus. Et tempore non multo exacto, Troadis episcopus mortuus est. Quapropter Troes Constãtinopoli affuere, episcopũ petentes. Quum aũt Atticus, quem nam illis antistitem designaret, deliberaret, Syluanus uisendi eius gratia ad eum uenit. Quem ubi cõspexit, statim ei Troiæ episcopatum mandauit, atq̃ ad eum cõuersus: Deinceps, inquit, omnis tibi ecclesiasticæ functionis defugiendæ præcisa est occasio. Multus enim Troade calor est, opportunusq̃ & commodus tibi à Deo paratus est locus. Proinde nihil morare, sed protinus Troiam, pficiscere. Itaq̃ Syluanus eò transijt. Atq̃ ibi miraculũ insigne manib. eius editũ est, q̃d, pfectò dignũ est ut cõmemoret. In littore Troiano ingens oneraria nauis, quæ magnas colũnas ferret, cõstructa fuerat: Platen, à latitudine, eam nautæ nominãt. Hanc quũ opus esset in mare, puoluere, multi qui funib. eã in undas traherent, cõfluxere. Illa uerò dieb. plurib. moueri loco nõ potuit. & homines immobilem eius stationẽ dæmonia

Profectio Hierosolymitana precationis ergò.

Berrœa eadẽ quæ Chaleb.

Sebastia Ciliciæ.

Romani episcopi authoritas.

* Soc. in Lydia.

Quidam hunc Eugenium nominant.

Lituanicum hoc est.

Syluanus Philippopolis primùm, deinde Troadi episcopus.

Sparteis ex calceis Constantinopoli usus.

Syluanus nauem ingentem onerariam immobilem è littore in mare ore precatione promouit.

dæmonis efficaciæ aſcripſerunt. quapropter epiſcopum Syluanum adierunt, & ab eo ut precationem ſuper ea faceret, petierunt, eam ipſam ſolam ad commouendam nauim ſuffecturam eſſe credentes. Ille pro modeſtia ſua, non ipſius, ut hominis peccatoris, id opus, ſed alterius cuiuſpiam, in quo diuinum numen conquieſceret, eſſe dixit. Vbi uerò illi magis etiam ei multa precati inſtitere, petitioni eorum uix tandem cedens, ad littus aduenit: & oratione peracta, funem unum attigit, & alios operi ei inſiſtere iuſſit. Paululum nauis ab illis impulſa eſt: & illa perinde atque animata eſſet, celeritate multa prouoluta, ad mare peruenit. Hæc res in prouinciam omnem uulgata, religionem magnam Syluano eſt atteſtata. Et quum uir optimus eſſet, quoniam qui ſub eo erant clerici, in cauſis & nugis, undecunque inter eos qui iudicio contenderent, prouenientibus, ueluti nundinationem inſtituerant, ne quis ex clero poſtea cauſam quampiam iudicaret, conſtituit. Sed ſupplicantium libellos acceptos, uni ex fidelibus laicis, quem præcipuè iuſti & æqui ſtudioſum eſſe ſciret, accito dedit, ei que iudicio cauſarum commiſſo, iure contendentium nugamenta reiecit. Hæc de Syluano, quamuis per digreſſionem, non tamen, ſicuti puto, ab hiſtoria noſtra aliena, dicta ſint. Deinceps uerò multi quoque alij ex throno in thronum ſunt miſſi. Sicuti ſapientiſſimus iſte Proclus Cyzico Conſtantinopolim eſt translatus, Cœleſtino Romano Papa rem eam comprobante, epiſtolis tribus ad Cyrillum Alexandrinum, & Ioannem Antiochenum, & Rufum Theſſalonicenſem ſcriptis: in quibus aſſerit, canonibus non obeſſe, epiſcoporum ex urbe in urbem legitimam eiuſmodi translationem. Ego uerò ab inſtituto digredi, eos que qui deinde translati ita ſint, operi huic annectere cogor: rerum talium ſtudioſis, ut equidem puto, gratificaturus. Præter eos, quos diximus, Zenone imperante, Petrus Mongus, Acacij Conſtantinopolitani epiſcopi B ſuggeſtione, ab Euchaitis Alexandriam tranſmiſſus eſt: ſicuti poſtea de hoc & alijs, ſi DEO uiſum fuerit, dicemus. Anthimus Trapezuntius, ſub Iuſtino Imperatore, in ſedem Conſtantinopolitanam traductus eſt. Rem hanc confirmat admirandus etiam ille confeſſor Germanus, qui Anaſtaſio imperante, Cyzico quoque Conſtantinopolim tranſijt. Item Thomas Theſſalonica Alexandriam, de ſeptimæ ſynodi ſententia, Conſtantino & Irene imperantibus[†]. Diuiniſsimus quoque patriarcha Ignatius, ſub Baſilij Macedonis imperio, Baſilium Cretenſem epiſcopum Theſſalonicam tranſmiſit. Sub eodem imperio Ioannes Maiumæ epiſcopus Alexandriam, & Amphilochius Cyzicenus Nicæam, atque inde beatus Theodorus Laodiceã translati ſunt. Porrò Leone Sapiente Imperium regente, & Photio ſacrum munus adminiſtrante, Gregorius Syracuſanus in metropolim Nicænam tranſijt, & eiuſdem urbis epiſcopus Nicon Hierapolim. Præterea Daniel Nicopolis, quæ in Græcia eſt, antiſtes, Ancyram Galatiæ: & Simeones, nouis Patris Laodiceam: & Ioannes Lariſſæus, Synnadam translatus eſt. Ad hæc ex Amaſena urbe Stephanus euiratus Conſtantinopolim patriarcha tranſijt, ſub Romani ſenis imperio. Et Antiochenus Pœmenarches, hoc eſt, primarius paſtor, ad eccleſiam magnam primum officium tranſtulit. Ex epiſcopatu autem Fla uiadis, quæ ſub Anazarbes metropoli eſt, Nicephorus Phocas epiſcopum eius Euſtratium transferens, Antiochiæ patriarcham fecit: quum quidem epiſcopatum cum ab Anazarbe diuulſum, patriarchatui Antiocheno uniuiſſet. Agapius Seleuciæ in Pieria antiſtes, Antiochiam & ipſe translatus eſt, Baſilio Porphyrogenneta Romanis imperante. Sub eiuſdem imperio, Theophylactus Sebaſtia Roſiam, & Alexander Antiochia Hieroſolyma: tum autem Ioannes, cui Codonati nouum & celebre cognomen fuit, ex magna Antiochia in metropolim Tyri tranſijt. Et rurſum Tyri epiſcopus caſtratus, ut eccleſia eius à Perſis capta eſt, Hiero-

Syluanus cauſarum controuerſarum iudicũ non clero, ſed laicis, ne nundinatione ille uteretur, commiſit.

Abſurdum clericis eſt, imò etiam opprobrioſum, ſi pereros ſe uelint oſtẽdere diſceptationũ eſſe fórenſium. l. Repetita. C. de Epiſcop. & cler.

Cœleſtinus Rom. antiſtes Proculi translationem cõprobuit.

Alia epiſcoporũ translationes.

Imperium Conſtantini et Irenæ.

Baſilij Macedonis.

Leonis Sapientis.

Epiſcopus ἐντομίας & caſtratus.

Romani Senioris.

Nicephori Phocæ.

Baſilij Porphyrogennetæ.

Epiſcopus eunuchus.

A Hieroſolyma profugit. Et quum thronum ibi uacuum eſſe, epiſcopo ſuo orbatum, contingeret, Hieroſolymitani Perſarum principi, ut illi eccleſiam Hieroſolymis committere poſſent, ſupplicarunt. Qui etiam Conſtantinopolim, quinquies milleſimo ſexingenteſimo & decimoquinto à condito mundo anno, Alexio Comneno imperante, aduenientes, à ſacra ſuſceptus eſt ſynodo, quum Nicolaus Theoprobletus patriarcham ageret. Eodem Nicolao eccleſiam Conſtantinopolitanam gubernante, Pentaclas ille, Roſianus archiepiſcopus Lemni factus eſt, eidemq; etiam Maronis eccleſia addita. Nicephorus uerò metropolitanus Gangræ † ueluti feriatus, metropolim etiam habuit Amaſtrim. Ad eundem modum & Leopolis antiſtes, Arcadiopolim tenuit. Epiſcopo item Alexiopolis * ocianti, Abydus tradita, poſtea etiam Apros. Multæ etiam eccleſiæ unitæ ſunt, ſicuti Parus & Naxus, Sugda & Phula, Alama & Soteriopolis, Angelo Iſacio imperante. Doſitheus Hieroſolymitanus Conſtantinopolim eſt translatus: quum Hieroſolyma inde Marcus, qui ſecundum Florum dictus eſt, tranſijſſet. Deinde Doſitheus rurſum Conſtantinopoli relicta, in Aeliæ thronum reuerſus eſt, eo qui ſecundum Florum nominatus eſt, inde præter ius & æquum omne expulſo. Poſtea uerò utraque & Aelienſi & Conſtantinopolitana ſede poſthabita, Doſitheus priuatus uixit, & deceſsit. Hæc ſuperioribus temporibus ſunt acta. Atate uerò mea quatuor ſublimium ſedium antiſtites, ex translatione, eccleſiæ rebus præeſſe memini. Poſt magnum enim Arſenium illum, Nicephorus Epheſius, & Germanus Adrianopolitanus in Conſtantinopolitanam eccleſiam ſunt tranſmiſſi. Multo deinde pòſt, Niphonem etiam ex Helleſponti Cyzico in eandem eccleſiam deductum eſſe uidimus. Athanaſio quoq; Alexandrino, qui Nicolao ſucceſſerat, Gregorius Aegypti epiſcopus ſurrogatus eſt. Antiochię quatuor per eiuſmodi translationem epiſcopos ſucceſsiſſe noui. Poſt Euthymium namq;, ex Tripoli Arſenius tranſmiſſus, ſedem eam ſortitus eſt. Cui Cyrillus Tyrius ſucceſsit, atq; huic Pompeio- B politanus Dionyſius: Dionyſio rurſus Cyrillus alius, qui deinceps ſucceſſorem habuit clarum illum Dionyſium Mopſueſtienſem: atq; hic rurſum Sophronium Tyrium. Hieroſolymis itidem duos per translationem ſucceſsiſſe uidimus. nam Sophronio defuncto, in locum eius Athanaſius Cæſareæ Philippi epiſcopus ſuffectus eſt. Cuius ſedem Gabriel quidam Cæſareæ Philippi & ipſe nuper epiſcopus renunciatus, dolo rapuit: & paulo pòſt fatis concedens, uel inuitus eam rurſus Athanaſio priori reliquit. Hæc de epiſcoporum translationibus, quæ uel antea uel pòſt facta eſſe cognoui, uolumini huic annexui. Fortaſſe autem plures alios quiſquam inuenerit, qui hiſtorias ſtudioſe euoluat. Canon namq;, ſicuti à me eſt dictum, translationem eam rem appellat, & non permutationem, aut tranſitionem: quod hæc uerba de animatis, & eis quæ proprio arbitrio & uoluntate mouentur: Tranſferri autem, & Translatio, de inanimatis, atq; eis quæ ueluti ab alijs mouentur, dicatur: ita ut tranſmutatio & tranſitio eorum ſit, quæ ex ſede ſua in ſublimiores inuolant thronos: Translatio autem, eorum qui ipſi inuiti ab alijs aliò producuntur. Id quod & Cœleſtinus Romæ epiſcopus, in ſuis, ſicuti ipſe appellat, ſecretis, capite ſecundo, hiſce utens uerbis oſtendit: Si epiſcopus utilitatis gratia transferatur, ne id per ſeipſum faciat, ſed fratribus cogentibus. Et rem eam ſacræ huius ſedis authoritate expediat, non inanis gloriæ, uerùm utilitatis communis aut neceſsitatis ergò. Eadem & Auterius collega eius refert, ita ad uerbum di- » cens: Translationem epiſcoporum communis utilitatis aut neceſsitatis gratia » ſcitote fieri licere, non autem cuiuslibet cupiditate, aut dominationis affectione. » Siquidem Petrus doctor & dux noſter, eccleſiaſticæ utilitatis cauſa ex Antiochia » Romam translatus eſt, & inde poſtea Alexandriam tranſijt, ut qui iſthic prodeſſe magis

Alexij Comneni.

Epiſcopatuum quorundam unio.

† οἴκε ἐχεδιάσθω

* ἐχειροτόνητο

Angelij Iſacij.

† ἀπὸ φλώρου

Actas Nicephori Calliſti.

Exponitur ſententia uerborũ Trãslationis, Tranſmutationis, Tranſitionis.

μεθίδρυσιν, μετάθεσιν, μετάβασιν.

Quæ epiſcoporũ translationes legitimæ ſint.

Cœleſtini Romani epiſcopi ea de re uerba.

Item Auterij epiſcopi.

» magis ecclesiæ posset. Eusebius autem ex oppido quodã paruo, Apostolica autho A
» ritate Alexandriam est traductus. Atq; eodem modo et Felix ex ciuitate quæ ei ci-
» uium electione obtigerat, propter eam qua præditus erat egregiam doctrinam &
» uitam, de communi episcoporum reliquorumq; sacerdotum atq; Apostolorũ cõsi
» lio, Ephesum transijt. Non enim ciuitatem ciuitate mutat, qui id non cupiditate sua
» aut uanæ gloriæ studio facit: uerùm propter utilitatem aliquam, aut necessitatem,
» aliorum authoritate maiore pollentium cohortatione et consilio, ex minore in ma-
» iorem urbem transit: nõ inani gloria aut uoluntate ipse sua ductus, sed authoritati
» potentiorum obsequutus, aut sede sua expulsus, aut etiam utilitate loci uel populi
» permotus: & quidem non arroganter, sed humiliter ab alijs productus. Cæte-
rùm de translationibus istis hæc, iudicio meo, satis prolixè dicta sunt. Quapropter
ad reliquum historiæ contextum reuertamur.

CAPUT XL.

IT diuinus quidem Proclus ad sacra Ecclesiæ gubernacula cõsedit, et res
ecclesiasticas composuit. Eo aũt tempore multi in Creta Iudęi Christia-
norũ sacra sunt cõplexi, per causam eiusmodi. Vir quidã ex eorũ gene-
re erat, qui quũ per fraudẽ & dolũ uitam peregisset, postremò se etiam
Pseudomoses in Creta. Mosen illum esse assimilauit: & cœlitùs in Cretam à Deo propterea missum esse
confinxit, ut eius loci Iudæos ipse per mare, perinde atq; olim Israelitas per rubrũ
sinum, duceret. Et passim insulam ipsam peragrans, ut se illum esse crederent, suasit:
atq; ut opes quas haberent, pecunias q; & possessiones omnes aspernarentẽ, cohor-
tatus est: se illos per mare non aliter q̃ in arida, in promissionis terram ducturum
Pollicitus is est, se Iudæos per undas maris tanquã per continentem ductũrum. esse pollicitus. Atq; illi uanis illius promissis decepti, res operasq; suas ubiq; ne- B
glexerunt, & facultates suas temerè quibuscunq; diripiendas permisere. Vbi dies
constituta aduenit, qua proficisci debebant, ipse quidem cõfidentia & fastu plenus,
eis præijt: illi uerò hominem, unà cum coniugibus & ętate imbecilliore consequu-
ti sunt. Itaq; eos in summũ quendam scopulũ in pelagus excurrentem duxit: atq;
Sed is ipse multos mortales in perniciem abduxit. inde conijcere seipsos in mare, ueluti natantes & urinantes, iussit. Idq; ex illis qui-
dam, statim ut imperatum eis erat, fecerunt, neq; deinceps apparuerunt. Quidam e-
tiam in præcipitio saxis allisi interierunt. Et uniuersi illi uel in undis, uel in præci-
pitibus saxis perijssent: nisi Dei prouidentia, uix piscatores & alij mercatura ui-
ctum quæritantes, Christiani homines, subitò affuissent, eosq; modis omnibus ex-
trahentes seruassent, tum primùm fortasse qua dementia capti essent sentientes: a-
lios, quo minus se in fluctus proijcerent, prohibuerunt: eorum, qui antea id feciſ-
sent, interitum illis indicantes. Qui sanè ægrè in animo rem secum reputantes, &
fraudem sine iudicio susceptæ fidei & credulitatis deprehendentes, ut miserabilem
in modum enatarent, sustinuerunt: & tandem Pseudomosen illum cõprehendere
Pseudomoses iste disparet, quippe ἀλείπων ἀλέ-θρος. sunt aggressi. Verùm perficere id minimè potuerũt. Confestim enim ille disparuit,
& magnam suspicionem præbuit, pernicioſum quempiam dæmonem sub huma-
na specie gentem eam in exitium produxisse. Proinde multi Iudæorũ superstitio-
ni nuncio remisso, in Creta Christianã religionem constanter susceperunt. Horum
Multi Iudæi in Creta Christianissimum susceptũt. innumera propè fuit multitudo. Simile quiddam aliud quoq; eodem tempore ac-
cidit, quod & ipsum commemorabo. Gens quædam barbara ulteriorem Rheni
amnis ripam accolit, Burgundiones dicuntur, tranquillitatis & ocij ualde studioſi.
Burgundiones ab Hunnis infestati, Christianam religionem complectuntur. Fabri namq; tignarij omnes ferè sunt, et ea arte uitę sumptus tolerant. Porrò Hun-
norum natio eis imminens, frequentes excursiones in eos faciebat, & regionem eo-
rum diripiendo uastabat. Multi etiam ex illis cum hostibus pugna congressi, inter-
ficiebãtur. Quum ergo propter cladem eiusmodi de rebus suis desperarent, ut Deo
alicui res suas committerent, consilium cæpere: quum que in mentem eis ueniret,

Christia-

A Christianorum Deum cultoribus suis ut acerrimũ auxiliatorem plurimũ opis fer-
re, de cõmuni omniũ cõsensu, ad religionem eius & fidem accesserũt. Quam ob cau-
sam et in quadam Gallię ciuitate episcopũ, ut eos Christianorũ religionẽ edoceret,
& diuino baptismo dignaretur, obtestati sunt. Ille uerò ubi eis septem dierũ ieiunium
Ieiunium & catechesis ante baptismum. indixit, eosq; quæ opus erat de sacris reb. instituit, octauo die baptizatos, unà cum
episcopo quem eis attribuit, domũ redire iussit. Et ex ea re fiducia concepta, contra
Burgũdiones Christiani contra hostes tyrannidem exercentes. hostes tyrannidem tantam exercentes processerunt: neq; eos spes & expectatio sua
Vptarus Hunnorum dux crapula crepuit. fefellit. Nam Vptaro Hunnorum duce ex crapula nimia rupto, de improuisò ho-
stes ducè orbatos adorti, multos admotum telis cõfecerunt: atq; ipsi quũ trium tan-
Ii item constantes Christiani. tum milliũ numerũ explerẽt, decẽ Hunnorũ millia interemerũt. Ex eo tẽpore Bur-
gundionũ gens ardẽti ad Christianismũ summè cõseruandum amore flagrauit. Ita
Deus alia per alia q̃ sapiẽtissimè dispẽsat, puidentię arcano lõgè optimè omnia ad-
ministrãs. Hęc hactenus. Ego uerò aliã q̃q; rem memorię mãdabo, ut cognoscere
omnes possint, Deum persępe etiã per indignos solita cõsueuisse, pdigia exhibere.

CAPUT XLI.

IO enim tempore Nouatianorum episcopus Paulus, Chrysanthi succes-
Incendium Constantinopoli longè maximũ, quod biduum duravit. sor, miraculũ quoddã edidit, & præclarã sibi per id pietatis & amoris
diuini apud suos famam parauit. Grauè in urbe grassatũ est incendium,
quale haud unq; aliàs illa sensit. Plurimã namq; eius partem flamma
peruasit, adeò ut maxima quæq; horrea & frumenti granaria conflagrarint, atq; in
eis publicũ quoddã, cui * Achillei cognomen fuit. Porrò ignis ędificia circũquaq;
Pelargus urbis Constantinopolitanę regio. depastus, etiã contra Nouatianorũ ecclesiã, quæ prope eum locũ fuit qui Pelargus
dicebat, uersus est. Quum autem ea sic in periculo esset, Paulus in sanctius sacrariũ
Achilleum Constantinopolis gra narium. ingressus, Deum, ut ecclesiã conseruaret, supplex orauit, prò urbe ipsa simul & tẽm-
Ecclesia Nouatianorum in medio incendio illæsa conseruatur, plo precari ibi non intermittens. Et Deus nescio quo modo precibus eius exaudi-
B tis, delubrum id inuiolatum seruauit. Ignis namq; per ianuas et fenestras omnes in-
uolans, ei non nocuit: sed quũ circumcirca ædificia simul multa consumpsisset, tem-
Pauli Nouatiani episcopi precib. plum præterijt, intactũ id atq; inuiolatũ à tanto flagello relinquens. Et quod maxi-
mum est, quũ incendiũ biduum totũ grassatũ ubiq; esset, ne uestigiũ quidem fumi
in muris & tignis ecclesiæ eius apparuit. Nouatiani ex eo tempore quotannis ob-
seruatum templũ † sacra celebrantes, celebrem eum locũ reddidere: & multos etiam
† σώζεσθαι δόντες. ex Græcæ superstitionis cultoribus, in fano eo propter factum id augusto, rem di-
uinam facientes ad se pertraxere. Aliud item memoria dignum facinus Paulus iste
Paulus idem mõ riturus, prudenter, quibus oportuit cõsentientib. successorem sibi designat. iam moriturus fecit, quod & ipsum non intempestiuè historiæ huic insereretur. Illud
namq; nobis propositum est cõsilium, ut ex omnibus quod cõmodum est & utile,
Prouerb. ἐξ ὄφεως τιὼ ἀνδριαντόχλυ διακονεῖσθαι. colligamus, & nonnunq; etiam ex serpentib. Andromachen conficiamus. Paulus,
sicuti dixi, moriturus, sacerdotum qui sub eo erant, ordine omni accito: Curæ, in-
quit, uobis sit, dum ego adhuc spiro, ut episcopum designetis, ne in ecclesia uestra,
me defuncto, turba aliqua oriatur. Atq; ubi illi nõ sanum rectumq; ea in re se iudi-
cium habere, propterea q; alius alij pro affectione fauerent, dixerunt, electionemq;
Bonus episcopus posterorũ etiam & tranquillitatis eorum rationem habet. ei permiserunt, inferens ille: Sententiam cõsensumq; uestrũ in scriptũ relatum mihi
date, in eo scilicet uos quem ego delegero acquieturos esse, & ego id facere sum pa-
ℏ. e. cœli bem uitam. ratus. Illi imperata statim faciunt. & Paulus in lecto sedens, charta accepta, Marcia-
ni cuiusdam nomen in ea clàm conscribit: qui presbyter quidem erat, & sub eo * mò
nasticam uitã coluerat, tum autem peregrè profectus fuerat. Paulus postquam ipse

* Tripart. historia & Paul. Diac. habent Thermas Achilleas. Et est Thermarum mentio quæ Achilleæ dicuntur, in l. omnis seruitus. C. de aquæduct. Sed nescio an ea lex ad urbem Constantinopolitanam pertineat, quòd in ea aquæductus Hadriani mentio fiat: ut fortasse ibi de aquæductib. Antiochiæ agatur, quam urbem præcipuè Hadrianus exornauit. Nicephori uerba hæc sunt: ὁ ἐμαγησμὸς τὸ πλεῖον τῆς πόλεως ἐπέδραμε, ὡς ἐκεῖ τὰ μέγιστα τῶν ἱερέων διετανέλωσεν, καὶ τὸ δημόσιον ᾧ ἀχιλλεῖον ἐπώνυμον ἦν. ἀχιλλέως λιμβὰν, λαθεραὶ καὶ σύγγενές. h. e. farra pura et generosa: Suid. Aristoph. ἀχιλλείων ἀπομάττω. h. e. primario uescer is pane. αὐτὶ τῦ, σίτησεως τῆς ὁ πρωτεύων μετέχεις. h. e. pro eo quod est, in Prytaneo epulari.

sigillo suo chartam obsignauit, idemq; & presbyteri alij iussu eius fecere, libellum A
Marco Scytharum episcopo, qui tum in urbe erat, credidit, hisce eum alloquutus
uerbis: Si Deus me diutius in uita manere uoluerit, libellum hunc perinde atque
depositum asseruatum mihi reddes: sin illi, ut me ad te euocet, uisum est, charta re-
signata, quem ego communi omnium calculo episcopum delegerim, inuenies. Vbi
ille mortuus est, & triduo pòst libellus magna multitudine præsente apertus est, le
gitima ab omnibus etiam Pauli electio iudicata est. Atq; illi nulla interposita mo-
ra, homines qui Marcianum adducerent, misere: qui eum Tiberiopoli in Phrygia
inuentum, dolo bono usi, uel inuitum adduxere, & in ecclesiæ throno collocauere. Hæc de Paulo dicta sint.

Marcus Scytharum episcopus.

Marcianus Pauli successor.

CAPUT XLII.

Eadem tempestate, decimoseptimo consulatu Theodosij, patriarcha Pro- B
clus nouum quiddam prꝛter ecclesiasticam consuetudinem fecit. Quum
namq; Firmus Cæsareę Cappadocum episcopus mortuus esset, & Cæ-
sarienses Constantinopolim, ut episcopus eis deligeretur, petentes ue-
nissent, cui nam episcopatum cum committeret Proclus deliberauit. Sabbati dies
erat, & cõmodùm tum accidit, ut unà senatores omnes ad episcopum uisendi eius
gratia uenirent: in quibus etiam Thalassius fuit, urbium earũ quæ in Illyrico sunt,
præfecturam gerens. Et iam is inde in Orientem profecturus fuerat, munus sibi ab
Imperatore commissum administraturus: quum Proclus subitò manibus iniectis,
eum pro præfecto episcopũ Cæsariensem creauit. Atq; ille etiam contra animi sui
sententiam in Ecclesię gradum conscendit, eamq; ritè administrauit: quum quidem
tam subitum factum Imperator ægrè ferret, mox tamen id sanctione sua comproba
ret. Facinus hoc Procli insolitum & auditu admodum mirum est.

Proclus præter opinionem omnium ex Thalassio Illyrici præfecto episcopũ Cæsariensem facit.

CAPUT XLIII.

Fecit prꝛterea preclarum aliud quiddam, gloriaq; eius prorsus dignum. "
Quum enim sciret ecclesiam dudũ scissam esse propter abrogatam Chry "
sostomo dignitatem, consilium quęsiuit, quomodo Ecclesiã à dissidio & "
seditione conseruaret, & hominum mœrorem consolaret. Rem eam Dei "
ductu mirabiliter est aggressus. Quinto patriarchatus eius anno plebs, quę piè
propter Ioannem tumultuata fuerat, cõgregata, Proclo persuasit, ut legatione apud
Imperatorem fungeret, ut sanctus ille uir ab iniusto exilio reuocaretur, populusq;
& Ecclesia orbitate liberaretur, petiturus. Id Proclus statim non grauatè fecit. Et
qui corpus eius adducerent, missi sunt. Tumulus autem immobilis prorsus fuit.
Et quum multæ multorum manus ad eum mouendum adhibitæ essent, nihilo ma-
gis loco moueri potuit. Quod ubi Imperator cognouit, statim causam eius rei in-
tellexit. Itaq; literis rubrica scriptis, uirum sanctum, ut adduci se pateretur, obte-
status est. Literæ ipsæ supra pectus eius positæ, & peruigilium actum, precesq; ad
Deum fusæ sunt. Ita tumulus se abducentibus facilem præbuit, & sanctus ipse,
pondus eius leuius redditum, unà cum baiulis simul ferre uisus est. Literas Theo-
dosij ad eum scriptas, hic referre uisum est. Orbis totius doctori, & spirituali pa "
tri, Ioanni sancto, & aurei oris patriarchæ, Theodosius Imperator. Corpus tuum "
itidem ut aliorum mortuum esse putantes, pater honorande, transferre id & addu- "
cere ad nos, sicuti filij parentum amantes, desiderauimus. Quum autem debitũ pror "
sus honorem, & quantam opus fuit summissionem & modestiã, eam in rem nõ con "
tulerimus, Imperialis fortasse fastus leges in rebus, quib. nos magis quàm Imperio "
ipso honestos esse decuit, sequuti: non immeritò uoto nostro excidimus. At tu pater "
patrum uerè reuerendissime (nunc enim ueluti uiuentem alloquimur) ad deside- "
rium potius nostrum, quàm ad cœptum tuum spectans, ueniam da pœnitentibus, "
qui

Idem plebe Constantinopolitana petente, corpus diui Chrysostomi, de consensu Imperatoris Constantinopolim perferri curat.

Tumulus Chrysostomi immobilis.

Theodosij literæ ad Chrysostomũ defunctum, quib. eum Constantinopolim reuocat.

Ioannes Theodosij compater.

A qui longè magis quàm alius quisquam pœnitentiam dõcuisti, & nos uicisti: ido-
» neumq; castigationis, desiderio flagranti erroremq; suũ agnoscenti animę, eo quòd
» huc usq; reditum ad nos tuum derectasti, exemplum exhibuisti: redde teipsum no-
» bis quæso, redde. Vt enim longiore mora & dilatione nos amplius etiam affligas,
» neq; commiserationis uisceribus tuis, neq; amori & expectationi nostræ dignum
» est: qui non solum corpus & cineres, sed solam etiam umbram tuam cernere cupi-
mus. Literæ tales fuere. Postquam autem itinere cõfecto, in littus ex aduerso Con-
stantinopoli ad Chalcedonem cum reliquijs sancti uiri peruenere, transijt cò Impe-
rator, & senatus Imperatorius: transijt etiam patriarcha, & iudices, magistratusq;
omnes, deinde generis & ætatis homines omnis, per fretum in mari perinde atq;
in continente uadentes, & ad Propontidem os Bosphori ardentibus funalibus te-
gentes, sacrum tumulum Imperatoria triremis excepit. Tum sanè miraculum
quoddam edidit Deus, prodigijs quæ unquam uisa sunt longè maius. Quum enim
certa & constans esset in mari tranquillitas, repentina subitò exorta est procella,
& naues innumerabilis illius classis aliæ aliò diuersæ saluti suæ consulentes di-
sperſæ sunt. Ea autem quæ sacrum illud pondus & præclarum thesaurum uche-
bat Imperatoris triremis, funibus derepentè ruptis, ueluti diuina gubernata ma-
nu ad uiduæ agrum appulit: uiduæ inquam illius, propter quam sponsa Christi
Ecclesia pastore tanto uiduata fuerat. Et rursum post mortem quoque iusto iudi-
cio legitimam ille tulit sententiam, agrum uiduæ authoritate sua attribuens atque
confirmans: Deo nimirum magnum illum glorificante, & iniquum exilium eius
B apertè deprædicante. Et quoad eius fieri potuit, petram nauis discidit, quod mi-
raculum hodie quoque cernitur, & egregij illius ardorem eximium quouis præ-
cone clarius attestatur. Hoc ubi factum est, serenitas rursum aduenit, & naues aliæ
aliunde collectæ, cum apparatu & comitatu maximo, carminibusq; debitis, ui-
rum sanctum producentes, in urbem imperantem deportarunt. Eumq; primùm,
circa Amantium magni Thomæ templum excepit: inde uerò in sanctæ Pacis de-
lubrum delatus, postea porrò Imperiali curru tumulus uectus, in sanctorum A-
postolorum fanum illatus est. Ibi Imperator sacro tumulo chlamyde tecto, & fron-
te atque oculis urnæ impositis, communem supplex precationem pro parentibus
fecit. Dudum enim illi mortui fuerant, in pupillari ætate eum tenerum adhuc re-
linquentes. Seorsim uerò pro matre quoque precatus est, ut tumuli eius motus
atque strepitus consisteret. Triginta enim & quinque annos iam is quatiebatur,
quo tempore scilicet & ipsa Ecclesiam concutiebat. Nec ille id non exorauit. Con-
festim namq; urna eius constitit. Atq; ubi sacer Proclus uirum sanctum in eun-
dem secum thronum collocauit, plebs circunfusa ore uno exclamauit: Recipe, in-
quiens, thronum tuum, ô pater. Fertur ipse quoque tum, quæ dudum clausa fue-
rant labris rursum apertis, ad populum dixisse, Pax uobis: sicuti id circunstantes
homines, & Proclus patriarcha, se audiuisse testati sunt. Porrò sacris mysterijs per-
actis, ad reliquiarum eius repositionem itum est. Et episcoporũ manibus magnus
antistes ad basim sacræ & diuinæ mensę, ueluti sacer & inuiolabilis thesaurus, con-
ditus est, episcopis episcopus, martyribus quamuis sine sanguine martyr, prophe-
tis Christi & apostolis magna atq; aurea Ecclesiæ Christi tuba, omnes omnium au-
res personans, & pia dogmata & præcepta clarè musicis planè modulis accinens.
Factum id uigesimoseptimo mensis Ianuarij die. Ingenti autem facinore isto, illi
etiam qui propter ipsum secesserant, persuasi, Ecclesiæ omnes coniuncti atq; uniti
sunt. Admirari uerò, Socrates ecclesiasticus inquit, mihi libet (ut Nouatianus
clàm uirum sanctum, ut opinor, perstringens) quomodo inuidia Origenem de-
functum impetierit, Ioanni autem pepercerit. Ille namq; post ducentos ferè annos,

Infertur honorificentissimè Chrysostomi corpus in urbem Constantinopolitanam.

Per tempestatem subitam, corpus sanctũ ad uiduæ agrum appellit, cui is ab Eudoxia ademptus fuerat, &c.

Theodosius pro parentib. suis defunctis precatur ad diui Ioannis tumulum.

Cadauer Chrysostomi in episcopali throno collocatum, pacem populo precatur.

Ad basim sanctioris aræ in duorũ Apostolorum ecclesia id conditũ. Sectatores tandẽ Ioannis omnes prorsus ecclesiæ coniunguntur.

Socrat. de Ioãne Chrysostomo.

Confertur per dissimilitudinẽ Ioannes cũ Origene.

ab obitu suo,à Theophilo excommunicatus est:Ioannes uerò trigesimo quinto anno post mortem suam à Proclo in cõmunionẽ est receptus. Adeò diuersis à Theophilo moribus Proclus fuit. Sed hæc quomodo & antea acta sint,& adhuc semper agantur,uiros prudentes non fugit. De reductione diui Chrysostomi hactenus.

A

Post fatã Origenem inuidia, ita nem fauor est cõsequutus.

CAPUT XLIIII.

Reliquiæ diui Ignatij Romã Antiochiam translatæ.

IIsdem temporibus diuinus quoq; Ignatius Roma Constantinopolim delatus est. Quum nanque ille,sicuti ei usum fuerat, in Amphitheatro Romæ in ferarũ aluis sepultus esset,quæ cumq; superfuere firmiora solidioraq; ossa,cõdita ibi sunt. Theodosius autem Dei Opt.Max.præstantissima suggestione, magnopere ingenti atq; illustri cum honore ea ad gregem suum referre studuit. Quapropter reliquias eas inde receptas, cum magnifico apparatu post tempus longum Antiochiam reduxit,& in eo loco quod cœmiterium uocatur,uenerationc magna reposuit, & delubrũ ingens dæmonib. olim dicatũ, quod ab incolis τυχαῖον,quasi Fortunæ templũ dicas,uocabat,in sacrosanctũ fanum mutatum, diuino martyri cõsecrauit:in quo etiam reliquiarum tumulus repositus est, curru Imperiali cum sacro apparatu & satellitio in urbem eam illatus, ubi quoque anno quolibet publicè & magnificè festus dies est actus,Deo diligentiũ se memoriam sanctè à funere etiam ipso glorificãte, sicuti antea quoq; in Babyla accidit. Deo nanq; inuisus Iulianus,ppterea q; Daphnæus Apollo oraculũ eius cõsulenti nihil respõdisset (martyre quippe qui in,ppinquo loco cõditus erat, diuina potentia os illius obturãte, sicuti id dæmon inuitus cõfessus est) noua quadã trãslatione martyrẽ cohonestauit,ut cõmodius faciliusq; dæmones res suas agerent, quemadmodum Iuliano obscurè polliciti fuerant. Sed id,sicuti uidet,prouidentiæ diuinæ fuit, ut simul & martyrũ potentia manifesta fieret, & sacræ eorũ reliquiæ longè ab idolorum nidore abessent: & sacro loco repositæ, debito, pro eo atq; conuenit honorarentur delubro,sicuti & accidit. Templum enim ei ante urbem & magnitudine amplum,& forma pulchrum extructum est,in quod etiam eius urna illata est.

τυχαῖον,sitne Fortunæ templum,in martyrium Ignatij Antiochiæ redactum.

Diui Babylæ martyrium ibidem.

Deus sanctos suos etiam defunctos glorificat.

Honor martyrum defunctorum.

B

CAPUT XLV.

Disputatio de resurrectione mortuorum Constantinopoli orta.

VIdem tempus, disputatio ingens in urbe imperante de mortuorum resurrectione extitit,& populo maxima incessit concertatio. Quidam enim,unà cum Sadducæis,resurrectionem prorsus non esse opinati sunt: quidam aũt ægrè quidem, sed crediderũt tamen, defunctos excitatũ iri, apertis & irrefragabilibus sacrarũ scripturarũ testimoniis adducti, alio prorsus & mutato corpore. Vt primum enim corpus illud, quod uariis modis solutũ aboliturnq; sit,resuscitet,fieri non posse:sed præter id aliud,nulla præcedente materia diuina,quæ omnia perficit, uolũtate denuò restitutũ, ùnà cum anima resurrecturum esse existimarũt. Huic tantæ ætatis eius hominum ignorantiq,et de proposita quæstione ambiguitati,qui priusquã existant,omnia nouit Deus, perinde atq; medicus optimus, idonea præparauit remedia, ut tempore suo curam adhibens, animarũ sanaret imbecillitatem. Itaq; ante annos trecentos septuagintaduos,rem fecit,quę nulla ex parte miraculis antiquitùs ab eo supra naturæ captum editis cedat: quam hoc loco commemorare aggrediar. Ephesi in Ionia septem pueri,corporibus iuxtà & animis fratres fuere,à parentibus per manus eius traditæ religionis nostræ cultores. Tanto uerò illi erga CHRISTVM flagrarunt amore,ut persequutionem eam quam Decius Romanus eo tempore Imperator grauissimã perq; crudeliter exercuit, paruifacerent. Et quum propalàm CHRISTVM confessi essent, postea non longè ab urbe ea secessêrunt:et in uicino quodam antro,propter imminens periculum, seipsos occultarunt. Eius antri aditum & fores, persequutores à parte exteriore probè circumuallatas muniuere. Illi porrò præ anxio animi mœrore in somnum sibi profundum delabi uisi sunt, atque ita ad annos trecentos septuaginta duos

Historia septem fratrum apud Ephesum dormientium.

Ea mortuorũ resurrectio certissimè indicatur.

Simile quiddam Paulus Diaconus de septem quoq; dormientibus in Germania refert, de gestis Langobar.li.1.c.3.

A duos dormierũt. Perinde enim atq; angeli prouidentia diuina & spiritu sancto obumbrati, & ueluti sensu orbati, suaui & molli somno, eo quo diximus tempore, ita sunt detenti,ut neq; corpora neq; uestimenta eorũ diffluxerint.ubi aũt tempore suo sub præsenti Theodosij imperio speluncæ fores recluſæ sunt, è somno illo euigilarunt, unumq; ex eis in urbem rerũ necessariarũ cõparandarũ gratia misêrũt. Quĩ autem is ciuib. Decij numisma,pferret,noua atq; insolita monctæ forma adducti,in thesaurũ eum illi incidisse opinati sunt,iuuenemq; ad urbis rectorem duxerũt,neq; leuia ei, ut aurum inuentũ indicaret, adhibuerũt tormenta. Et postq; flagris abundè cõcisus,uix apud seipsum esset,exclamans:Quis tandem,inquit,imperiũ nunc obtinet? mihi dicite. Atq; illi suauiter & facetè subridentes:Num tu,respondêrũt,Theodosiũ nũc feliciter imperiũ administrare ignoras? Tum iuuenis:Bona uerba quæso,ait,an non Decius,sed Theodosius Romanũ obtinet imperiũ,qui me & sex alios mecũ multo timore territos per præfectũ urbi speluncã hanc ubi occultaremur,subire coegit,unde me illi fame perciti ad panes emendos præmiserẽ? His illi uerbis auditis cõsternati,celeriter omnes ad antrũ illud accurrerũt,aditumq; magis dilatato,lapidibusq; hinc & inde disiectis,in tabulã inciderũt,in qua Decij nomen, ipsorũ in Christi religione,pfitenda libertas,fuga simul & occultatio,nec non sepulturæ tempus percõmodè expressum erat. Proinde cum reuerentia debita eos inde duxerunt, & de re omni celeriter Imperatorẽ certiorem fecerũt. Cæterùm Imperator fidelissimus,ubi eam rem cognouit,q; semper quæ grata Deo & accepta essent faceret,pietate sua indignũ duxit,uel illos ad se trãsferri curare,uel alios ad eos uidendos mittere,ipsum aũt domi manere:alterũ enim arrogantię,alterum aũt socordiæ omnino esse iudicauit. Et rebus omnibus,præ eo ut ad illos ueniret,contemptis,q; potuit celerrimè Ephesum cõtendit,atq; ibi illorũ conspectu se oblectauit,& cum eis colloquutus, & ad satietatem cõsuetudine eorũ usus est:tum aũt in cõmuni etiam mensa cum eis,ita ut par erat,cibũ cæpit,septemq; totos dies cum eis fuit,omne eis curę & officij genus præstãs. Vbi uerò etiã longiore rursus somno & obitu sancto in Christo obdormierunt,debito eos,psequutus est honore,& præclaro ea de causa triumpho acto,magnificeq; rursum eis in antro repositis,Constãtinopolim est reuersus. Ea re quæstio de dogmate sopita est. Satis enim cõstabat, quàm ut pueri illi tot annos,ueluti noctem unam nullo corporum detrimento quiescentes superarint,effecerit, eosq; unà cum animabus excitarit: eum quoq; potestatis suæ abundantia, omnes homines cum suis, non alienis corporibus, in momento uno, ueluti ex somno, tempore suo excitaturum esse. Hæc hactenus.

Imperator Theodosius ad eos uidendos Ephesum profectus.

B

Quæstio Constantinopoli de resurrectione mortuorum per miraculum istud decisa.

CAPUT XLVI.

Terræmotus magnus et diuturnus sub Theodosio.

ADhuc Theodosius imperabat, & terræmotus magnus & admirãdus extitit,qui priores omnes magnitudine,celeritate & temporis diuturnitate facilè superauit. Nam ad menses sex maximè durauit:et nõ ex interuallo, sed motu cõtinuo omnia concussit, idq; per orbem ferè uniuersum:adeò ut non solum in urbe imperante turres in præceps ierint,& murus uariis in locis ruptus sit,uerumetiã circa Chersonesum,ędificiũ id q̃d μακρὸν τεῖχον,hoc est longũ murum uocant,simul omne conciderit:& innumerabilia ubiq; locorũ,magnorum operum templorumq; ædificia pessum ierint. Terræmotus iste Alexandriam quoque attigit. Antiochiæ autem impetu uehementiore imminens, præcipua quæq; spectacula maximè comminuit. Et innumerabiles accidêre casus, non terra tantum, uerumetiam mari. Alicubi enim terra dehiscens, uicos frequentes absorbuit: alicubi fontes non exigui subitò exaruere:quibusdam in locis ubertim aqua profluxit, quæ ibi antea esse solita non fuerat. Arbores multæ unà cum truncis suis radicitùs euulsæ. Aggeres plurimi derepentè existentes, in montes ingentes conformati. Mare terminos suos transgressum, pisces ingentis magnitudinis

Macron teichos.

Casus uarij et admirãdi in eo terræmotu.

mortuos ueluti funda eiecit. Insulæ plures unà cum incolis suis submersæ, hodie A quoque non apparent. Naues undis confertim decedentibus in arida medio mari immobiles consistere uisæ. Cladem ex eo terræmotu plurimùm sensere Bithynia, Hellespontus, utraque Phrygia, & Orientis pars maxima: sicut dictum est. Inuasit quoque Occidentis regiones plures. Et quum longo duraret tempore, non ea qua cœperat uehementia grassari perseuerauit, uerùm sensim de impetu aliquid remisit, donec prorsus conquieuit. Clades ea talis fuit. Byzantij autem in maximum conIecti metum, à ruinis ædificiorum sibi timentes, muros reliquerunt: & extra urbem in Campo, qui dicitur, morati sunt, unà cum Imperatore Theodosio, & patriarcha Proclo continuis precibus incumbentes, Deumq; ut propitius eis esset, et ab imminenti calamitate orbem liberaret, obtestantes. Et quum aliquando motu eo grassante, terra ueluti fluctuans concuteretur, & homines per metum eam ex fundamentis ipsis extirpatum iri uererentur, & omnes litanijs et supplicationibus dediti collachrymarent, & ex profundo intimoq; animo misericordiã diuinam implorarent: tum miraculũ præter opinionem omniũ, quod sensum & mentem omnem excedat, subsequutum est. Subitò namq; è medio inspectantibus omnibus, diuina quadam ui puer in aerem sublimis ad cœlestem usq; tractum, ita ut iam non appareret, sublatus, diuinam uocem qua angelis Deum laudibus ferre mos est, audiuit: eaq; uoce percepta, rursum priore per aerẽ uia reuersus descendit: et episcopo Proclo ipsiq; Imperatori & multitudini omni supplicationibus operãti, Deumq; hymnis celebranti, ab angelis canentibus se uerba hæc audisse renunciauit: Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nostri. Quæ ubi Proclus intellexit, statim ad eum modum populum psallere iussit: & terræmotus statim etiam cõ- B stitit, omninoq; conquieuit. Imperator porrò Theodosius, & inter fœminas admiratione omnium digna Pulcheria, tanto miraculo perculsi, constitutione Imperiali confestim, ut per orbem omnem diuinus hymnus iste concineretur, decreuerunt. Et ex eo tempore Ecclesia Christi eum acceptum, nõ quolibet tantum die usurpat, sed etiam (ut simpliciter dicam) cuiuslibet carminis & laudis Dei initio, ante omnia pleno ore præmittit. Puer uerborum eorum ministerium exequutus, statim uita defunctus est, & in magna ecclesia quæ Pacis nomen obtinet, conditus. Locus autem in quo ille in sublime actus est, postea ὑ.λωμὰ θεῖον, id est, diuina exaltatio uocatus est. Notum uentum pro urbe Constantinopolitana spectans. Imperator ubi terræmotus timore liberatus est, ilico Constantinopolitanæ urbis muros reficere aggressus est: et maiorũ mœniũ partem, quæ in sicco loco sunt, per dies sexaginta, in eam quæ nunc cernitur formam Anthemius restaurauit, ingenti urbi amplitudine pomerijs prolatis adiecta. Cyrus autem præfectus urbi, reliquũ qui ciderat, & ui temporis labefactatus fuerat, murum renouauit, atq; in sublimem altitudinem, urbe ueluti in nouam redacta formam, construxit. Et quum aliquando Impèrator in Hippodromo equestre exhibens certamen staret, Byzantij structura Cyri delectati, magnificã illã emisere uocem: Constantinus condidit, Cyrus restaurauit. Qua ex causa ira percitus princeps, præfecti dignitatem, illo sub prætextu quòd Græcæ superstitionis cultor esset, homini ademit, & substantiam eius omnem publicauit. Ille animũ despondens, ad ecclesiã confugit: et in sacrũ sacerdotũ ordinem allectus, Smyrnæorũ præfuit urbi. Smyrnæi ubi illũ audiuere Græcorũ sacra sequi, cõmunionẽ eius sunt auersati. Cyrus autem ad eos in ecclesia talia uerba fecit.

Constantinopolitanum imperatore extra urbem manens.

Litanijs & supplicationibus operantur.

Puer mirificè in aerem sublatus, et inde remissus.

τρισάγιος, h. e. tersanctus angelorũ hymnus, Deũ trinum & unum celebrantium.

Terræmotus conquiescit.

Theodosius, ut hymnus talis in ecclesia omni canatur, instituit.

Murus collapsus restituitur per Anthemium & Cyrum.

Populus Constantinopolitanus nuuos refectos Cyro acceptum fert.

Cyrus proscribitur.

Cyrus ex præfecto urbi episcopus factus.

Idem episcopus fit Smyrnensis.

Præclarus hic etiam fuit poeta.

Viri

De Cyro isto hæc apud Suid. reperiuntur: Cyrus Panopolites poeta sub Theodosio iuniore uixit. Apud quem præfectus prætorio, & præfectus urbi consul & patricius fuit: in admiratione ab Eudocia Augusta, quæ poematum studiosa erat, habitus. Eudocta autem, quum aula relicta, in Oriente Hierosolymis esset, Cyrus ab aduersarijs insidijs circumuentus, in Phrygia Cotyei episcopus factus est, & usq; ad Leonis imp. tempora duraut. Mentio eius fit l. si quis. C. ut nem. ad suum patroc. lib. 11. Et ad hunc scripta est l. qui sub prætextu. C. de sacrosanct. Eccles.

A Viri amici, natiuitatem Dei & seruatoris nostri IESV CRISTI silentio colamus, » quoniam auditu etiam solo in uirgine sancta conceptum est Dei uerbum. Ei gloria » sit in secula, Amen. Ac deinde gratus ciuibus fuit, et ecclesiam piè gubernauit. Huius quoq; opus est templum Dei genitrici dicatum, quod Cyri dicitur: in quo, fama est, & Romanum illum cantorem eximium, propter carmina decantata honorem & præmium uirtutis à Deigenitrice recepisse. Templum autem id huiusmodi occasione isthic est erectum. Cupressus in eo loco ingens & procera fuit, in qua superioribus temporibus nescio quomodo imaginem Deigenitricis quidam occultauit. Quum autem multum præterijsset temporis, et imago latêret, ipsa seipsam indicauit. Cupressus enim immenso coruscans lumine, perinde atq; fax una ardere uisa est, & ingens etiam miraculorum uis ab obscura & latenti efficacia manauit. Vbi autem quidam curiositate laudata arborem conscendit, imago ea, unde miraculorum uis posluxit, apparuit. Quapropter Cyrus loco ei honorem habens, pulcherrimum & maximum Deigenitrici construxit delubrum. De his hactenus.

Romanus cantor eximius.

Celebre eius ad populum pro concione uerbum.

Templum uirginis matris sub Cyri nomine.

Miracula ad imaginem Deigenitricis edita.

Verumenimuerò Imperator magnam exhibens liberalitatem, non imperantem tantum, sed & alias restaurauit urbes, quæ ualde dirutæ fuerant. Et alias quidem aliter restituit. Antiochiam uerò Memnonium & Zoilum & Callistum, religione nostra admodum præstantes uiros, rectores misit. Ibi Memnonius perquàm decenter & magnificè, quod Psephium dictum est, ab ipsis fundamentis restituit: in cuius loco medio hypæthram & subdialem aulam reliquit. Zoilus autem Imperialem erexit porticum, ad Austrum spectantem, in Rufini latere, cognomine illius loco ei relicto. Qui uerò mihi cognominis fuit Callistus, præclarum & magnificum urbi ei reliquit ædificium, quod Callisti porticus nominatur, pro iudicum curia, ex B aduerso ei foro ubi pulcherrimæ constructæ sunt ædes, in quibus duces belli habitant. Insuper Anatolius quoq; dux, militarium in Oriente ordinum præfectus eò missus, cognominem sibi porticũ, omnis generis materia et arte præcipua exornatam, splendidè excitauit. Hæc etiam si per digressionem historiæ inserta, non tamen studiosis inuenusta aut ingrata erunt.

Antiochiæ restitutum Psephium.

Porticus Rufini.

Extructa porticus Callisti.

Porticus Anatolij.

Vrbium restauratio.

ψυφίον, à calculis qui ψῆφοι dicuntur, seu suffragijs ferendis dictũ uidetur: quasi comitium Romano more dicas.

CAPUT XLVII.

POstea quum diuinus Proclus undecim annis in Constantinopolitana sede, & admirãdus Cyrillus in Alexandrina triginta duob. enituissent, eodem tempore ambo ad immortalem transiere uitam. Sed & Ioannes Antiochenus moriẽs, Domno thronum reliquit: et Leo magnus, Cœlestino ad cœlestẽ recepto uitam, in ueteris Romæ ecclesiã est inductus. Porrò Iuuenalis adhuc superstes, ecclesijs Palæstinæ præfuit. Proclo Flauianus successit, sacrorũ donariorũ ecclesiæ magnæ custos, dignitate presbyter, uita aũt cœlesti præclarus. Post Cyrillũ in Alexandriæ throno Dioscorus impictatis officinã instituit: qui quũ rebus alijs pessimus fuit, tum diuino Cyrillo & Flauiano inimicissimus, tertiæ synodi decreta non recepit. Et cp Constantinopolitano Archimandrita infelici Eutychete, & præterea Chrysaphio primario inter Imperiales cubicularios eunucho amicissimè uteretur, ut secunda Ephesi synodus cogeretur effecit, quæ λῃστρικὴ, hoc est, prædatoria dicta est. Eius celebrandæ tale fuit initium. * Chrysaphius iste multum apud Imperatorem authoritate ualuit, & quòd consecrationem Flauiani, propter anticipatam opinionem, minus gratam probatamq; haberet: Imperatori subiecit, ut patriarchæ significaret, quo ille † electionis atque consecrationis gratia, benedictionis munus sibi mitteret. Diuus Flauianus panes puros misit. Chrysaphius contrà, * aureum benedictionis donum mittendum esse dixit. Cui patriarcha respondit, non esse sibi taliũ rerum copiã: nisi fortè ad hoc sacris uteretur

Præclariorum ecclesiarum antistites.

Flauianus Procli successor.

Dioscorus Cyrilli.

Eutyches abbas.

Chrysaphius eunuchus.

Cur eunuchus iste Flauianum oderit.

Secunda Ephesina synodus, Prædatoria dicta.

Audet eunuchus munus benedictionis pro electione à Flauiano, quod Imperatori mittat, petere.

† τὰς ὑπὲρ τῆς χειροτονίας εὐλογίας.

* χρυσᾶς εὐλογίας.

* *Apud Suidam est, plurimum authoritate eunuchos aulicos apud Theodosium ualuisse, & res pleraq; ex arbitrio eorum perperam actas esse.*

Cuius sint uasa et donaria Ecclesiæ.

uteretur templi donarijs. Ipsum uerò Chrysaphium optimè nosse, Ecclesiæ sacra uà A sa Deo & pauperibus esse consecrata. Atq; inde offensio locum habuit, quum eius rei Pulcheria Augusta nihil animaduertisset. Chrysaphius eam ob rem inuidia per citus, omnem mouit lapidem, ut patriarchã sede sua deturbaret. Quum autem id omnino, Pulcheria summã rerum administrãte, fieri non posse uideret, Eudociam Augustam, quæ nondũ in Palæstinam ierat, solicitauit, eamq; paulatim aduersus matrem Pulcheriam concitans, ut Præpositũ illi ademptũ, sibi asciscceret, suadere ei cœpit. Præpositus enim Pulcheriæ parebat, ut quæ rerum summã administraret. Eudocia non parum Imperatoris tentauit animũ, ut Præpositum à Pulcheria abduceret. At ille ab ea persuasus non est, petitionem Eudociæ refellens: quòd Pulcheria soror eius in imperio genita atq; educata esset, & quàm optimè remp. administraret. Postq; Chrysaphio cœptũ id non successit, aliud est expertus, & rursum Eudociæ molestus fuit, Imperatorem ut instigaret, quo ille patriarchę secretò insinuaret, ut Pulcheriã diaconissam legeret. Hoc Eudocia quum ageret, frequenti suggestione tandem mitissimũ Imperatoris animũ flexit. Nam & lapidem aquæ gutta frequentius defluens excauare solet. Theodosius patriarchæ ad se uocato, arcanum id indicauit. Et ille in mœrorem coniectus, Imperatori quidem quod ei gratum esset, facturus esse uisus est: Pulcheriã aũt literis secretioribus certiorẽ fecit, ut nequaquam in conspectũ eius ueniret, ne scilicet quod & sibi ipsi & illi parũ gratũ esset, facere cogeret. Pulcheria statim quid ageretur intelligens, Præpositum transire ad Eudociam iussit: & ipse urbe egressa, ad Septimũ tranquillã priuata uitam egit. Imperator aũt & Eudocia Flauiano deinceps, q̃ arcanum illud consiliũ propalasset, maximè succensuerũt. Pulcheria ad hunc modũ electa, per Eudociæ manus resp. administrabat, quo tempore etiam suspicionis illius occasio locum habuit, de celebri illa oue, propter Paulinũ magistrũ, quemadmodũ suprà dictum est. Hæc quum sic ita gererentur, Eusebius de quo in synodo tertia antea diximus (nam primus ipse Nestorij uæsaniam deprehendit atq; redarguit, si quis alius, & ipse artis Rhetoricę peritus: tum aũt Dorilæus episcopus erat) q̃ Eutychetis familiaris esset, de fide aliquando cum eo est collocutus. Atq; ubi eum non rectè sentire animaduertit, libellum ea de re patriachæ Flauiano obtulit. Flauianus synodo prouinciali Constantinopoli coacta, ad quam quadraginta episcopi uenerant, Eutychetem citauit. Ille porrò primùm sistere se recusauit. Vbi autem coactus aduenit, fœdissimo morbo laborare deprehensus est. In medio enim consessu: Ego, inquit, ex duabus naturis genitum esse profiteor Dominũ nostrũ IESVM CHRISTVM ante unionem. Post unionem aũt, unam eius esse naturã, & diuinũ eius corpus neq; consubstantiale nobis, neq; eisdem nobiscũ perpessionibus obnoxiũ esse prædico. Quæ uerba postquàm synodus audiuit, illico q̃ ille pœnitentia nõ duceret, legitimè & iuxta certũ canonũ iudiciũ, hominẽ, dignitate ei adempta, reiecit. Ille Imperatorẽ adijt, & ut causa denuò iudicaret, perinde atq; acta & decreta cõtra eum facta à Flauiano confecta essent, rogauit. Itaq; Principis iussu alia in suburbano Constantinopolis coacta est synodus, in qua multi etiam alij episcopi, & ex senatu quidam affuere. Porrò ubi illi acta & decreta legitima esse authoritate sua comprobarunt, Chrysaphius eunuchus, qui idem cum illo sentiebat, quum cõtumeliam ferre nequiret, iram aduersus Flauianum suam maximè auxit: & Dioscoro Alexandrino impio illi indicauit, se illi in rebus quæ ei placitæ essent, gratificaturum omnibus, si Eutychetem periclitantem defenderet, Flauianum autem & Eusebium Dorilæum oppugnaret. Eodem etiam modo Eudociã Augustã excitauit, quũ multa alia, tum ea potissimũ dicendo, quæ ei

Initur à Chrysaphio consilium, ut Flauianus è sede sua deturbetur.

Chrysaphius per Eudociam frustra Pulcheriæ præpositum adimere contendit.

Præpositus aulæ Augustæ.

Struitur ab eodẽ consilium aliud, ut Eudocia diaconissam creari Pulcheriam curet.

Significatur id ab Imperatore Flauiano, & ab hoc Pulcheriæ.

Pulcheria præpositum ad Eudociã mittit, & priuatam in Septimo cõplectitur uitam.

Imperator Flauiano irascitur.

Eudocia rerum in aula potitur.

Eusebius Dorylæus hæresim Eutychetis in colloquio deprehẽdit.

Synodus prouincialis Constantinopoli, propter Eutychetem coacta.

Eutychetis hæresis.

Eutyches non resipiscens damnatur. Idem ab Imperatore, ut alia Constantinopoli cogatur synodus, impetrat.

Ea prioris synodi decreta comprobat.

Eunuchus Dioscorum Alexandrin. et Eudociam aduersus Flauianum commouet.

B

†

† *Synodos prouinciales patriarchæ & archiepiscopi olim, quum hoc sic usus ferret, cogere potuerunt: concilia œcumenica & uniuersalia, sine uoluntate imperatoris, minimè.*

A quæ ei à Pulcheria acerba accidissent, propterea q̃ Flauianus rem secretò sibi credi tam, tectam tacitamq; non seruasset. Hi ambo Theodosium permouent, ut alteram Ephesi synodum, quæ Eutychetis & Flauiani causam disceptaret, celebrari iubeat, sententiarumq; ferendarum iudicium Dioscoro impio committat, & eundem synodo præficiat: copias etiam militares, quæ satis sint, mittat, quæ rem iudicatam exquerentur. Vbi id Imperator mandauit, & synodus quæ prædatoria uocatur, Ephesi congregata est: præsidens ei Dioscorus, notarijs alijs reiectis, suos tantũ adhibuit, ut acta ex sententia eius in scriptum referrentur. Affuerunt concilio ei quos suprà nominauimus ecclesiarum antistites, * cum sacerdotibus suis: Leone ueteris Romæ pastore excepto, cuius locum Iulius episcopus cò missus obtinuit. Theodosius inter alia, hoc sic uerbis eiusce modi sanxerat. Qui antea iudices religiosissimi archimandritæ Eutychetis fuere, adsunto quidem, & tacento, iudicum autem ordinem non habento: cæterùm communem sanctissimorum omnium patrum sententiam expectanto, quandoquidem de rebus ab eis iudicatis nunc iudiciũ agitẽ. Vbi aũt de quæstione actum, ab Eutychete petitum est, ut ea quæ de Deo sentiret, apud synodũ exponeret: tum ille, quæ antea quoq; dixerat, in medium proferens professus est. E` duabus quidem naturis genitũ esse saluatorem ante unionẽ, post hanc aũt unam ei esse naturam. Dioscorus porrò subinferens: Et nos omnes, ait, eiusdem opinionis sumus. Ibi Leonis papæ locum tenentes, illius ad Flauianum & synodum ipsam datas literas legi petierunt. Vt uerò Dioscorus eas reiecit, mandatarij transuersum Dioscori impetum animaduertentes, è synodo discessere, & Romã recurrere. Dioscorus, cum factionis suæ popularibus, Eutychetem, reddita ei dignitate, in integrum restituit: eam uerò Flauiano & Eusebio Dorilæo abrogauit: canonem illum, quem ipse fortè transgressus est, obtendens, nullã aliam fidei formulã, præterq; quæ Nicææ est facta, promulgandã esse statuentem. Porrò Flauianus, uir sanctissimus, post eiusce modi illegitimã condemnationem, turbulentis impulsionibus & calcium ictibus à Dioscori & Chrysaphij factione ex synodo eiectus, tertio pòst die uitam feliciter finijt, quum ille ipse Dioscorus calcibus in uentrem etiam ueritatis ipsius propugnatoris defuncti insiluit. Et postridie episcopi, militum qui eos armis sublatis circunsteterant, ui actis aduersus sanctũ illũ editis subscribere sunt coacti. Cum quibus & Domnus, Ioannis in ecclesia Antiochena successor, annotatione sua ea tum cõfirmauit. At idem potestati suæ redditus, q̃ illis cessisset, retractauit, Dioscoro & principibus ex aula Imperiali uiris resistens, & contra decreta, utpote quę aduersus ecclesiasticas cõstitutiones facta essent, uociferans, synodumq; impiam appellans, & subscriptionem denicq; suam reddi sibi flagitans. Verùm synodus ea de causa huic quoq; sacerdotalem ademit dignitatem: in qua & Ibas ille Edessenorum episcopus, & sapiens eruditusq; Theodoritus ecclesiæ Cyri pastor, præterea Daniel Carrarum, item Irenæus Tyri, & Aquilinus Bibli episcopi exauctorati sunt.

Decreuit hæc synodus quoq; de Sophronio quædam, qui tum Constantinopolim, uisendæ eius gratia, uenerat, & alia insuper quæ in actis continentur. Prędatorium Ephesi concilium ad hunc solutum est modum.

Imperator synodum aliam Ephesi iterum celebrari iubet.

Synodo ei Dioscorus præficitur.

Aulicæ tales præfectiæ minimè episcopos decent.

** Iuuenalis scilicet, Domnus, &c.*

Lex Theodosij, quomodo in concilio posteriore Ephesio procedendum.

Eutychetis hæresis.

Dioscorus ei succinit.

Literas Leonis Rom. episcopi reijcit.

Eutychetem restituit.

Flauianum & Eusebiũ exauthorat.

Flauianũ ui è synodo eijcit, et mox è tractat.

Flauiani mors. Huic etiam mortuo Dioscorus calcibus insultat.

Episcopi decretis synodi prædatoriæ subscribere cogũtur.

Domnus Antiochensem subscriptionem suam reuocat.

Domno, & aliis pijs episcopis dignitatem concilium abrogat.

CAPVT XLVIII.

NE uerò ex eis quisq;, qui aliter opinanť, & idolis addicti sunt, nos rideat, perinde quasi per res nouas semper aliquid ad fidem afferamus, & apud nos posteriores priorib. derogent. Nos etenim ineffabilem atq; incõprehensibilẽ Dei erga nos benignitatem & misericordiã inquirẽtes, eamq; summopere colere atq; magnificare cõtendẽtes, eo q̃ rẽ eam assequi nõ possumus, huc atq; illuc nos cõuertimus. Nullus sanè eorũ qui in hereses delapsi sunt, illud in consilio præcipuè habuit, ut diuinũ numen blasphemis maledicto aut contumelia afficeret:

Apologia aduersus eos qui religionem Christianã propter hæreses subinde exorientes, exagitant.

afficeret: ſed præſtantius quidquam ſe prolaturum eſſe, quàm maiores fecerint, ſi hoc uel illud promulgaret, exiſtimauit. Vniuerſi equidem communi omnium concordia, quæ præcipua religionis noſtræ ſunt, & quæ cultus diuini cauſam continent, capita, profitemur. Trinitas enim in unitate naturæ diuinæ à nobis deprædicatur: & ante luciferum ſuperſubſtantiali patri genitus Deus uerbum, quod natiuitate altera incorruptè propter immenſam erga creaturam ſuam miſericordiam, carnem aſſumpſit. Quòd ſi præterea propter obſcuram numinis cognitionem, homines noui quidquam afferunt, non nouum id eſt: quòd Deus, ut equidem puto, propterea *libero arbitrio locum dederit, ut Eccleſia eius Catholica et Apoſtolica hinc & inde ad diuerſas opiniones appellens, dicta omnia, pro eo atq; decet, captiuet, & ad ueriorem pietatem referat, eaq; ad unam rectam planamq; uiam, ueritatis ſcilicet inuentionem, deducat. Cui ſententiæ illud dictum ualde conſonum ab Apoſtolo eſt prolatum: Oportet autem hæreſes etiam in uobis eſſe, ut qui probati ſunt, manifeſti fiant. Qua in re ineffabilem quoq; Dei ſapientiam mirari libet, quę olim per Apoſtolum ſuum prædixit: Virtus enim mea, inquiens, in infirmitate perficitur. Ex eo namque quod propter imbecillitatem ueræ cognitionis, partes quædam ab Eccleſiæ ſtructura reſectæ ſunt, dogmata recta & plana per ædificationem conſtituta ſunt, & incrementis maioribus ad cœleſtem ſublimitatem uniuerſalis & Apoſtolica eccleſia excurrit. Qui uerò in ſeductione & errore Græcæ ſuperſtitionis educati ſunt, propterea quòd neq; Deum, quid nam ſit, neq; ineffabilem eius & incomprehenſibilem curam atq; prouidentiam inuenire uelint, alij aliorum inter ſe, atque ipſi quandoque ſuas etiam ipſorum ſententias refellunt. Et multos uariosq; comminiſcentes deos, nominibus eos quæ affectionibus ſuis cõueniant, proſequuntur. Et cùm alios ſuper alios ſibi ipſis deſignant & eligunt, ueniam, ut aliquis dicat, impuris libidinibus ſuis aucupantur. Sic qui apud illos eſt ſummus B

—*Hominum pater atq; deorum*

natura ſua in auem uerſa, fœdi ſtupri gratia adoleſcentulum Phrygem rapuit, & pro mercede impuri ſtagitij poculum ei dedit, poteſtate illa permiſſa, ut ſibi ille beneuolentiam & amorem propinaret, & uterque ſimul cum nectare conſtuprationis probrum & dedecus potaret. Qui inſuper multis alijs nefarijs ſceleribus, quæ etiam nullius precij hominibus conceſſa non ſunt, in uarias irrationalium animantium ſpecies transformatus, turpiter ſibi uitam degendam ſtatuit: & androgynus, ancipiti ſque inter marem & fœminam ſexu Deus factus, non equidem in uentre, ſed femore uterum geſtans, imperfectum tulit fœtum: ut ea quoque res præter naturam fieret, unde Dithyrambus ſeu bis genitus infans prodijt, qui utrique naturæ ignominiæ inureret notam, muliebri motu ſaltans ſemiuir Deus: ebrietatis crapulæ, uinolentiæ, temulentæ grauedinis, aliorumq; inde profluentium malorum author. Huic Deo altitonanti & ægifero admirandum etiam aliud nomen indiderunt. nam parricidam uocarunt, cui apud homines extremum et primum conſtitutum eſt ſupplicium: ut qui Saturnum patrem ſuum (pro eo atq; decuit faciens) quod talem ipſum ille in uitam protuliſſet, turpiter regno exuerit. Quid uerò de meretrice apud eos in numerum deorum relata dicam? cui tutelarem deam Venerem ipſam Cypriam concha genitam præficiunt. Ea uerò, pudicitia ueluti placulo quodam repudiata, abſurdis & turpibus flagitijs omnibus ferè delectatur, atq; eis ipſis etiam coli atq; placari uult: cum qua Mars turpiter ſe dans, arte & fallacia Vulcani, dijs reliquis ludendus atq; ridendus tanquam ſpectaculum exhibetur. Phalli uerò, & Ithyphalli, & obſcœnitatis omnis domicilia apud illos, quem non merentur riſum? Quid Pan ipſe, & Priapus, qui præter naturam, informi membro cum magna gratia colitur? Quid myſteria & arcana ſacra Eleuſinæ deæ ſibi

In ſumma & capite fidei Chriſtianæ uniuerſi conſentimus.

Commodũ quod ex hæreſib. prouenit.

* τῷ αὐτεξουσίῳ.

Aduerſus philoſophos ethnicos, & impuriſſimã eorum idololatriam

Spurci louis flagitia.

πρωτεῖον τῶν φιλοσόφων.

Bacchus impuritatis deus.

Iupiter parricida.

Venus impudica dea.

Mars adulter. Vulcanus.

φαλλαγωγία.

Pan. Priapus.

Sacra Bonæ deæ.

A ſibi uoluntas quæ quum quàm maximè oderim, uno tamen nomine tantum laudauerim, quòd talia ipſi ea eſſe, quæ ſol nõ aſpiceret, iudicarũt: & quum reipſa ſe digna patrarent facinora, quòd ea tenebrarũ caligine & obſcuritate condemnarunt. Verùm nos turpibus hæc cultoribus relinquentes, orationem ad metam conſtitutam reducamus: quæ reliquæ ſunt Thodoſij imperij res, memoriæ prodituri.

CAPUT XLIX.

POſt prædatoriam illam ſynodũ, Leonis Papæ mandatarij uix Romam uenerant, quum illi quomodo ipſius literæ reiectæ, & iniquæ ſententię latæ eſſent, præterea Dioſcori & Chryſaphij arrogantem confidentiã, & ut illi diuinũ uirum Flauianum necauerint, expoſuere. Eis q; rebus perturbatus Leo, lachrymabundus Valentinianũ Placidiæ filiũ Romæ adhuc imperantem, & ſimul Theodoſij atque Eudociæ, quæ etiam Athenais dicta fuerat, filiam Eudoxiam adijt, & ab ipſis petijt, ut ad Theodoſium literas darent, quibus ille ad uniuerſalem ſynodum aliam cogendam mouceretur: in qua ſynodo, quæ Epheſi præter eccleſiaſticas cõſtitutiones perperàm acta fuerant, ritè corrigerentur. Illi à Leone perſuaſi, ſtatim ad Theodoſium ſcripſere, petitione Papæ literis inſerta. Et Theodoſius filiæ Eudoxiæ reſcribens, hæc quoq; uerba addidit: Illud uerò ſuauitatem tuam ſcire uolo, Flauianum diuino iudicio ex rebus humanis ſublatũ eſſe, ut controuerſia & contentio ſanctarũ eccleſiarum omnis conquieſcat. Deinde uerò Theodoſius, ubi re ſecum perpenſa, ſe Chryſaphij aſtutia deceptum eſſe comperit, perq; grauiter & impietatem in Flauiano perpetratã & alijs epiſcopis nefariè illatam contumeliã & condemnatiotionẽ tulit. Et quũ dolori ſuo mederi non poſſet, in Chryſaphium legitimum iuſtumq; effudit furorem. Itaq; illum primùm dignitate, mox etiam ſubſtantia omni ſpoliatũ, in inſulam quandam relegauit. Cuius iudicium quòd cœleſtis quoque calculus cõprobaret, in mari nauigantem eum aſſequutus eſt. Poſtea coniugem quoq; Eudociam per acrem obiurgationem malè admodum accepit, quippe quæ malorum inualeſcentium cauſa fuiſſet. Ad hæc, iniuriam quoq; germanæ ſuæ Pulcheriæ, quæ eius cauſa Imperiali aula eiecta eſſet, ſa factam adiecit: atq; inſuper illam de Paulino ſuſpicionem, & cõtentionis ouem, uehementer eam perſtringens, in medium protulit. Illa cõſilij dubia, quum in magnũ eſſet coniecta metum, ut ſibi Hieroſolyma petere liceret, petijt: ad quam profectionem ſe uoto nuncupato Deo obligauerat, ſi in matrimonium collocatam filiam uideret. Imperator confeſtim in Septimum miſit, & ſororem Pulcheriam ſeptimum iam ibi annum agentem reuocauit: quæ quamprimùm cum apparatu comitatuq; multo in Imperialem aulam rediit: Epheſum certis hominibus miſsis, ſacrum Flauiani corpus inde in urbem imperantem tranſtulit, atque id per mediam ciuitatem cum obſeruantia & pompa celebri illatum, intra adyta ſanctorum diſcipulorum CHRISTI templi ſplendidè & religioſe repoſuit. Poſtea ludæorum ſynagoga, in fabrorũ foro, in templi formam redacta, pulchritudineq; ſimul & amplitudine exornata, inſignem Deigenitrici ædem ſacram cõſtruxit. Vbi minoribus alijs adiectis ædificijs, uenerandam & ſacram Deimatris in ipſo ſanctioris menſæ tumulo zonam repoſuit: & ex eo tempore ea Deigenitricis ædes, * Sacri tumuli nomen eſt conſequuta. Atq; hæc quidem ſic acta.

Suggeſtione Leonis epiſcopi Valentinianus et Eudoxia ad Theodoſium de ſynodo Prædatoria ſcripſerunt.

Verba Theodoſij ad filiam Eudoxiam de Flauiano.

Theodoſius tandem rem rectè cõſiderat.

Chryſaphium relegat.

Chryſaphij mors Eudociam grauiter obiurgat.

τὸ μῆλον ἁρπάσας. *Alluſio per agnominationem & parodiam ad Contentionis ſiue Diſcordiæ malũ.*

Pulcheria è Septimo in aulam Imperialem reducitur.

Eadem Flauiani corpus Epheſo Conſtantinopolim tranſfert.

εἰσῆλθον χαὶ πανηγυρικῶς. *Templum Dei genitricis conſtructum ſub Sancti cuiuſdam tumuli nomine.*

Zona diuæ Virginis.

ἁγίας ζώνης.

CAPUT L.

VDocia uerò Auguſta, pfectionem in ſanctã Chriſti ciuitatẽ adurgens, tandem eò peruenit. Et quũ populus ibi ad ſpectandam eam cõflueret, poſtremò ad uerbum illud quoq; perq; ſcitè carmen dictis alijs adiecit:

ὑμετέρης γῆρυς καὶ αἵματος εὔχομαι εἶναι.

Et ſtirpis neſtræ me dico & ſanguinis eſſe.

Eudocia religionis ergò Hieroſolyma uenit.

Tc Subobſcurè

Coloniæ ex Græcia Hierosolyma & in Iudæa missæ.

Subobscurè eò antiquitùs colonias ex Græcia ductas esse significans. Eas qui eo A gnoscere uult, Strabonem Geographũ & Phlegontem, & Diodorũ Siculum, tum etiam Arrianũ, & Pisandrum poetam, præterea Vlpianum, Libanium, & Iulianũ sophistas egregios legat. Quo tempore etiam Antiochiam eam profectam, ciues i-

Statua Eudociæ apud Antiochenos.

bi statua ærea haberrimè facta cohonestarũt, quę ad posteriora etiam tempora per-

Antiochia per Theodosium amplificata.

durauit. Quare Theodosius permotus, maximam mœnibus partem adiecit, usque ad portam quæ in Daphnem fert, in latitudinem eis promotis. Eamq; suburbanã regionem cernere quiq; potest. Nam ad hoc usq; tempus uestigia ueteris muri, re liquijs eius sese cum admiratione oculis inferentibus, deprehenduntur. Alijs autem

Refectio thermarum Valentis Antiochiæ.

uidetur, à maximo Theodosio mœnia esse dilatata. Atq; ab eodem in lauacri Valentis, aliquibus ex partibus incendio diruti, refectionem *aurum ducentorum pon do librarum datum esse dicitur. Fama uerò est, bis Eudociam Hierosolyma uenisse,

χρυσίου λιτρων

Opera Eudociæ Hierosolymitana.

ubi plurima ad honorem Christi peregit. Nam & multa sacra monasteria excita-

Diuersa monachorum instituendi studia.

uit: & lauras, quæ uocantur, angustas scilicet monachorum cellas, scholasq; diui nas cõdidit. quarũ uariũ quidem est institutũ, & uaria uiuendi ratio: sed hæ ad unũ prorsus pietatis finem spectant. Quidam namq; simul eisdem in ædibus uiuunt, re

Monachorum cœnobia, in quib. eis omnia sunt communia.

nulla quæ homines in terram deprimit, distracti. Apud hos neque aurũ est, neq; a li aliud. quodpiam metallum: sed neq; uestis alicuius propria, neq; rerum aliarum quidquam, quod uentrem demulceat. Quod nanq; hodie † palliũ aut humerale hic

τριβώνιον, ἢ ἐξωμίδα.

fert, eo cras alium indutum conspicias: adeò ut unius uestem unam omnium, et rursum omniũ unius esse putes. Omnibus autem cõmunis proponit mensa, non condi tis uarijs q; & exquisitis cibarijs, eas quæ sub uentre sunt corporis partes ad lasciuiam irritans, sed paucis quibusdã oleribus atq; legumínibus, quantũ ad uitam sal tem tolerandam satis sit, conuiuas excipiens. Communes itidem eis sunt ad Deum supplicationes & preces, quas interdiu, & sæpe etiam nocte tota, cum timore, habi- B tu statuq; corporis summisso, peragunt. Labore seipsos ita conficiunt, ut uiuentes

Ieiunium diuturnum.

adhuc super terram, mortuos prorsus esse dicas. Ii sæpius in biduum & triduum ie iunium proferunt. Sunt qui diebus quinq;, & longius, cibũ non attingunt: eumq; tandem necessitate urgente, & quidem cum parsimonia multa, sumunt. Aliqui ue-

Monachi solitarij.

rò diuerso ab eis, qui ita simul uiuunt modo, seipsos à multis segregantes, solitarij degunt, exiguis maximè ædiculis se includentes, quæ ea sunt latitudine & altitudine, ut neque directè stare, neque facilè cubare possint, speluncis quibusdam & terræ cauernis, sicuti Apostolus inquit, incubantes. Nonnulli sub dio cum feris habitantes, aliqui uerò occultis sub terra hospitijs utentes, ibi cum solo colloquuntur Deo. Verumenimuerò aliud quoque genus conuersationis diuinæ ab illis excogitatum est, quod omne uirilis constantiæ & fortitudinis specimen longè superat.

Monachi eremitæ nudi in solis locis uiuentes, βοσκοὶ, h. e. pabulatores dicti.

In solitudinẽ enim quandam sole adustam se abdentes, & eam solam corporis partem, quam naturæ necessitas tectam esse uult, uelantes, nõ uiri modò, sed & fœminę, eodem inter se uitæ instituto concertantes, nullã reliqui corporis gerunt curam, frigore ingenti atq; æstui uarijs q; aeris mutationibus seipsos committentes, algorem iuxtà & calorem tolerant: & quouis loco, ita ut sors tulit, stant & cubant: omni q; humano alimento omnino repudiato, herbis quibusdam & radicibus, quas terra sua sponte fert, uiuunt: qui etiam ab eiusœmodi uictus genere βοσκοὶ, hoc est, pabulatores dicti sunt. Illi etiam tempore ipso specie eorũ mutata, feris assimilant, & mentem quoq; à reliquis hominib. alienam obtinent. Quos si quando fortè conspicati fuerint, fugiunt. Quòd si etiam insequentem quempiã sentiant, celerius se in pedes conijciunt, propter leuitatem prorsus in aere sublimes uolantes. Nonnun-

Hoc uerè est, λάθε βιώσας.

quam quoq; inaccessa sub terra loca subeuntes, subitò disparent: plurimiq; id, si ita uitam ducentes lateant, faciunt. Aliud præterea monastici exercitij genus, quod

parum

A parum abfuit quin præterirem, cõmemorabo. Id præ alijs meritò primas ferre cen setur, & apud paucissimos reperitur. Sunt namq; nõnulli, qui quũ per multos uir-

Monachi ἀπαθεῖς, h. e. indolentes.

tutis labores eò euaserint, ut ἀπαθεῖς, hoc est, indolentes, & affectionibus perpessio nibusq; omnibus liberi sint, in mundum recurrunt. Et gestibus quibusdam incom positis dementes se esse assimulantes, ita uanam contemnunt gloriam, quam extre mam tunicam (iuxta Platonem philosophum) anima deponere solet. In ἀπαθείᾳ,

Vanæ gloriæ cõtemptus.

Admirandaindolentiæ institutaq; exempla.

hoc est, indolentia philosophantur, sine affectione atq; animi cõmotione, in caupo na, aut si opus sit, in lupanari cibum capientes, & neq; conspectum cuiusquam neq; locum aliquem reuerentes. Balnea quoq; ingrediuntur, & cum mulierculis sæpe e tiam, ut natura fert, nudis lauant, & cum eisdem habitant. Adeò uerò affectionib. perpessionibusq; superiores sunt, ut naturę uim superent, & tyrannidem in eam exercent: denique ut neq; aspectu, neq; contactu, neq; adeò ab arte petitis osculis, atq; muliebribus complexibus, ad eam quæ propria naturæ est, concupiscentiam commoueantur. Cum uiris illi uersantes uiri sunt, cum mulieribus mulieres. Et quum utriusq; sexus uim obtinere uideantur, unum obtinent. Atq; ut semel dicam, in hoc uitæ genere, quod captum naturæ superat, uirtus naturæ aduersas leges fixit, ut in nulla earum rerum quæ necessariæ sunt, satietas ipsa locum habeat. Ita illi semper e suriunt & sitiunt, temperantiamq; & cõtinentiam in rebus omnibus retinere leges eorum iubent. Adeò etiam illæ corpus constringere præcipiunt, ut ui etiam neces sitas comprimatur. Tam æqua etiam per exactissimam rationem statera uita eis li bratur, ut dum lanx utraq; per diametrũ & lineam mediã inter se distat, nullũ sen tiatur momentũ. Et tantopere res inter sẽ cõtrariæ in eis & extant & miscent, diui na gratia ea quæ misceri nequeũt coniungente, et tempore rursum suo disiungente, ut quod auditu mirum est, in eodem corpore & uita simul & mortificatio habitet,

B quæ natura, ratione, & re ipsa inter se maximè sunt pugnantia. Quum enim affectio quæpiã seu perpessio subrepsit, tum corpus uidcas mortuũ & nihil agens, perinde atq; in sepulchro repositũ esset. Quũ aũt egregiũ uirtutis opus peragendũ, & pre ces ad Deũ fundendæ sunt, tũ robur nouũ & corpus mirificè uiuidũ cernas, etiãsi id senio iam confectũ & *exoletũ admodũ sit. Vitã utramq; illi, præsentem uideli cet & futurã, ita cõplicant & cõiungunt, ut carne prorsus in obitu mortificata atq; deposita, semper uiuãt, & quodãmodo cum uiuentib. simul conuersent, corpora il lorum uariè curãtes, & supplicantiũ preces ad Deũ referentes: itidẽ ut in priore ui ta degentes, præterquam q; rebus necessarijs nõ indigeãt, & loco nullo circumscri bantur. Omnibus in momento adsunt, omniũ uoces audiunt, & cum omnibus uer santur. Horum opus est, frequentes genuũ inclinationes, et graues rursum stationes desiderio solo corpora eorum sustinente, & uoluntariam imbecillitatem recreante. Illi athletæ quidã sunt carne carentes, & luctatores sanguinis expertes. Illis cõuiuia splendida & deliciæ summæ sunt, assiduum ieiunium: & mensa opipara, ut quoad eius fieri potest, nihil cibi degustent. Quòd si alicunde hospes aduenìat, matutino etiam tempore, tam benignè & amanter nouo hospitalitatis genere eum excipiunt, ut nihil aliud eos per uitam, q; ad eum modum deliciari studuisse, putes. aliud mox rursus ieiunij genus excogitãtes, cibumq; arbitratu suo capere nolentes, adeò ut res ea omnibus in stuporem euadat, quum ad uictum sufficientem tantũ eis desit, quo modo tam exiguo alimẽto uiuere possint. Inimici ij sibijpsis sunt, uoluntatisq; pro priæ & naturę destinatione animi iamdudum concepta, proditores, ut in rebus om nibus delicias carnis longè à se reijciant, & anima eis in statu suo pulcherrimè con sistat: quæcunque Deo placita sunt, prudenter deligens atque conseruans. Felices illi prorsus eiusœmodi conuersatione & uitæ instituto: longè autem feliciores illa ex hac uita migratione, ad quam illi semper aspirant, ad optatũ illũ desideratumq;

Eudociæ pietatis opera Hierosolymis edita.

uidendũ anthelantes. Itaq; Eudocia Augusta,cum multis id genus monachis col- A
locuta est,& multa(sicuti dictũ est)monachorũ domicilia et habitationes construxit. Hierosolymorũ etiã muros,ptulit,et renouauit. * Episcopalem præterea domũ ibi ex fundamentis ipsis erectã pulcherrimè exornauit, eidemq; mille numismatũ reditũ attribuit. In Phordisijs pauperũ domicilijs ædificauit, ubi quadringenti sacro morbo laborantes habitarent. Alia item pauperũ hospitũ & uiduarũ diuersoria cõdidit,eisq; substantiã suam donauit.Ecclesijs,nosocomijs,seu ægrotorũ domibus,sacrosanctis ædibus,& monasticis uirorũ & mulierũ domicilijs, † uigesies mille quadringentas & octoginta aureæ monetæ libras dedicauit:præter alios quos aliò conuertit sacros prouentus, & uarij generis donaria, quæ sanctis quibusdam locis consecrauit. Et aliquando die festo Paschæ templum ad sanctam CHRISTI resurrectionem celebrandã ingressa, in lucernarũ rationem decies mille sextarios olei retulit:& choris memoriã sacræ CHRISTI resurrectionis colentibus, annuũ prouentũ quadringentorũ numismatũ cõstituit. Postremò templũ ingens amplitudine & forma præclarum, ex ipsis fundamentis, admirando illi & primo diacono simul et martyri Stephano,stadio uno ab Hierosolymis erexit:quo loco à percussoribus Domini saxis ille obrutus,immarcesibilem coronam reportasse dicitur. In quo templo aliquo post tempore & ipsa, quum ad immortalem emigrasset uitam, condita est,quarto magni Leonis imperij anno,quum hic piam Deoq; placitã exegisset uitam.Defuncta autem est ætatis sexagesimoseptimo anno . nam uiginti annos nata, Imperatori Theodosio coniuncta est. Et in aula Imperiali sub matre, eademq; Augusta,Pulcheria,uigintinouem trãsegit.Ipsa uerò sola,absque Pulcheria, imperium annis septem administrauit.Porrò Hierosolymis undecim transegit.Ex eo tempore quatuor uixit annos, uniuersalis Chalcedonis synodi acta non approbans, sicuti postea dicemus. Postquã aũt synodi eius decreta rata gratacq; habuit,a- B
los etiã trãsegit quatuor:& tandem mortua est. De qua prophetã Dauidem illud etiã dixisse ferunt,Benefac Domine ἐν τῇ εὐδοκίᾳ,hoc est,in bona uolũtate tua Sion, et edificentẽ muri Hierusalẽ.Res Eudociæ Imperatricis ad hunc se habuere modũ.

* ἐπισκοπικὸν οἶκον.

† Ἀδο μυριάδας διακοσίας καὶ χιλιάδας τέσσαρας καὶ ὀγδοήκοντα νομίσματα χρυσᾶ λίτρας τοσαύτας ἀνέθηκεν.

Diui Stephani templum ad Hierosolyma.

Pulcheriæ mors.

Largissima Eudociæ eleemosyna.

CAPUT LI.

Simeones Stylites, siue Columella, qui primus in columna uitæ monasticæ institutũ inuenit.

IN Oc ipso tempore et magnus Simeones,sanctq; et celebris recordationis, qui primus stationẽ in colũna inuenit,uiguit : & celebre cõsequutus est nomen, domiciliũ super colũna bicubitale undequaq; habens:quo tempore Dominus sacras Antiochenæ urbis habenas tenuit. qui etiam ea re audita,quum ad eum uenisset,totus cõsternatus est, & cum eo mystico arcanoq; cõgressu cõuenire exoptauit.Conueneruntq; adeò ambo,& sacrificio immaculato atq; incruento peracto,alter alteri uiuificam communionem porrexit. Magnus igitur uir iste,etiam in corpore deorsum uersum uergente,angelorũ uiuendi institutũ imitatus,rebus negocijsq; omnibus nunciũ remisit:& ui naturæ illata,ad sublimia aspirauit,atq; mediũ inter cœlum et terram domicilium sibi fixit,ut extra turbam & tumultũ omnem positus,Deum glorificaret, & perpetuis cum angelis hymnorum laudibus celebraret . Hinc quidem ueluti mediator quidam supplicantiũ hominũ preces ad Deum referens,inde aũt affluentem atq; immensam benignitatis gratiam illis impertiens.Cuius admirãda opera à multis quidem,qui ea oculis ipsi suis uiderũt,memoriæ prodita sunt. Commodè aũt & pulchrè ea Theodoritus Cyri episcopus,in Deiamantium historia est prosequutus. Sedenim ubi terrenus iste angelus,atq; etiamnum in carne suprema illius Hierusalem ciuis & incola Simeones,à nemine antea tritã nouamq; planè uiam ingressus est,summos montiũ uertices incolentes patres perbenignè erga eum animati, delectos ex eorum numero quosdã ad eum misere,eiq; hæc renũciare iussere:Quid sibi uult insolens hęc et peregrina habitatio?

Sacrificij eucharistiæ.

Theodoritus uitã eius descripsit.

Legatio monachorum reliquorum ad Simeonem.

Ratio ab eo noui tstius instituti requirtur.

A habitatio? cur tritã hãc & à sanctis ferè omnib.calcatã uiã relinquens,aliã quandã & prorsus ignotã semitã ingressus? Illud præterea mandatũ eis dedere, ut descendere illũ,& electorũ patrũ uestigia sequi iuberent. Ac siquidẽ promptũ se,ut ex columna descenderet,præberet:permittere ei, ut quã uellet uiuẽdi rationem persequereꝰ, præceperũt. Obedientiam namq; eius,si Deus instituti eiusce modi dux esset, declaratã esse censuerunt. Sin cupiditati ipse suæ inseruiret,& contrà sibi nitendũ esse duceret,neq; celeriter statim mandatum huiusmodi exequereꝰ,pedib.ui arreptum, illico eum detrahere iusserũt. Vt illi ad eum uenerunt, & patrũ mandatũ exposuerunt,confestim ille altero pede prolato, ad descendendũ, & absq; ulla deliberatione,& dissensione,ad præceptũ eorum implendum promptus paratusq; fuit:& gratias illis egit,qui tantã de eo gererent curã,ueluti quidq; præter uoluntatem & sententiam Dei facere occæpisset. Porrò illi eum in instituto,q̃d sibi,ppositum erat,permanere sunt passi : potestati eius permittentes,ut quem cœpisset cursum teneret. illud insuper adijcientes:Fortis esto,& uiriliter age. Videris namq; diuinitùs ad hãc uiuendi uiam,pductus esse,antea ignotam.Itaq; deinceps magna ille cõcepta fiducia, cœptum id magis est,psequutus. Tam prolixè aũt diuina in eo uiro enituit gratia, ut quum Theodosius sanctione quadam Iudæis synagogas in urbe Antiochena à Christianis eis ademptas restituere iussisset,& Simeones magna dicendi & obiurgandi libertate usus,literas ad eum dedisset,princeps is iussionibus suis abolitis,ca quæ sancto uiro & Christianis placuissent,fecerit. atq; præfecto ei, cuius suasu res ea instituta fuerat,tum dignitatem ademerit:precatoresq; maximos ad aerium martyrem miserit,qui illũ,ut pro se Deum exoraret,& preces suas secũ cõmunicaret,rogarent. Quæ aũt ille admirãda ediderit facinora,& quàm cõmodè cũ quibusq; colloquutus sit,quis singillatim exponat? quæ si quis nosse uelit,eum ad historiã eius
B legendam remittimus,quam post magnũ Theodoritum optimè cognominis ei Simeon Metaphrastes conscripsit,nouum quoddam et admirandũ in ea ex omnis generis cibarijs conuiuium omnibus,pponens.In hoc uitæ instituto decertans, quinquaginta & sex peregit annos.Nouem enim in priore,ubi principijs sacræ religionis imbutus est,schola,cõsumpsit:quadraginta aũt & septem,in ea quæ dicit Mandra:decem porrò in angustijs quibusdã peregit,septem uerò in minorib.columnis, & tandem in colũna quadraginta cubitorũ lõgitudinis triginta trãsegit annos.Cuius sacrum cadauer post tot certamina & mortem ipsam obitam,postea sub Leonis magni imperio Antiochiam est perlatũ:Martyrio, qui tum ibi episcopatũ gerebat, atq; Ardaburio Orientalium copiarum ductore,cum militib.suis,& alijs plurimis magistratibus præsentibus. Qui simul omnes,maximo eos comitante exercitu, ad diuinũ illud tuguriolum aduenere,& uenerandũ illius & uitale cadauer cum reuerentia & comitatu multo (multi namq; etiã ex monasticis philosophis undiquaq; ex uicinis locis,ad sacram corporis illius,pductionem & pompã eò se cõtulerant) asseruarũt,ne finitimæ urbes cõfluentes id raperent:q̃d illæ inter se,quæ nam illud sortirent,decertarent. atq; id uix tandem saluũ, multis in itinere miraculis exhibitis, Antiochiæ repositũ est . Id etiam postea Imperatoris ab Antiochenis sibi dari petijt.At illi precatorib.ad eum missis,inter alia & hæc precibus suis addidere: Propterea q̃ urbs nostra murum non haberet,qui magno terræmotus impetu corruit, sacrosanctum Simeonis corpus huc adduximus, ut nobis pro muro & uallo esset. Quibus uerbis ægrè Leo exoratus,precibus eorum cesserit,& sanctũ Simeonis corpus eis reliquit. Quod ibi posteriorib.temporibus,ad hoc usq; tempus seruatũ esse scimus.De hoc mirandũ quiddã,qui id uiderũt,memorãt.Nam capitis eius & barbæ capillos nõ excidisse,neq; tempore lõgissimo intercidisse aiunt:qui ui temporis suocrata, formam adhuc uiri sancti ueluti uiuentis & inter homines uersantis conseruarint.Integra etiam eius dicta est fuisse cutis omnis,atq; in fronte præcipuè la-

Simeones centum & tres annos uixit.

Communio precum.

Simeõ metaphrastes, Simeonis.iunioris Columellæ uitam quoq; composuit.

Cadauer eius honorificentissimè Antiochiæ illatũ.

Preces Antiochenorũ ad Leonem imperatorem, ut corpus S. Simeonis Antiochiæ relinquat.

Corpus Simeonis usq; ad Euagrij scholastici tempora integrum duravit.

bore et tempore multo rugosior atq; durior facta. Oris item dentes, illis exceptis, A quos fideliū manus, ppter egregiū in eum amorē abstulere. Quæ sanè omnia statu ram eius & habitum, qualis & quantus Dei homo Simeones fuerit, declarāt. Iuxta corpus eius etiā torques ferreus positus est: qui & ipse, q; cōstanti illi & forti in cer taminib. uarijs corpori affuerit, honorem eum à Deo consequutus est. Nam quan tumuis defunctū Simeonē amās illius, dicā etiā amatū ab illo ferrū nō reliquit, tan quam ab illius pulchra consuetudine resiliens: sed iuxta illū situm est, ueluti corpus illius perficiens. Ingens uerò mihi cupido incesserat, res eius singillatim recēsendi, utilitatem & mihi cōmemoranti, et historiā hāc legēti allaturas: nisi ab eis, q̄s dixi, sanctis uiris, p eo atq; decet, luculenter & copiosè essent descriptæ: precipuè quum ad alia quæ instituti, pmisiq; nostri sunt, referenda nobis properandum sit. Quare unū saltē q̄d ab illis prætermissum est, nunc cōmemorabo. Mandrā, sicuti dictum est, monastici exercitij eius locū incolæ nominant, appellatione tali ei à sancto ipso uiro imposita. Distat à Thcopoli stadijs plurimū triginta, ad accliuem montis uer ticem sita. Ascensus arduus stadiorū uiginti est, ubi & templum uiro sancto, in cru cis speciem cōformatum, & ex quatuor partibus porticib. exornatum, excitatū est. Iuxta porticus eas ex laxo polito columnæ decentissimè cōstructæ sunt, quæ sum mam testudinem perpulchrè in sublime attollunt. In medio hypæthra, siue subdia lis aula est, arte exquisita ad summū elaborata. In media ea, columna illa quadragin ta cubitorū stat, qua sanctus ille uir & carnalis angelus tanq; scalis usus, ad cœ lestem cōscendit regionem. In eis quas dixi porticibus, ad fastigiū summū cancelli (quidam fenestras appellare cōsueuere) sunt, porticib. ipsis & subdiali quæ dicta est aulæ respondentes, locumq; uolentib. dantes, ut ex ipso templo extrà, et rursum ab exteriori templi parte in templū prospicere possint. Vbi ad læuū colūnæ latus in cancellorū uno emicantem cernere est immensam quandā stellam per fenestram B discurrentem, & splendidè coruscantē, & modò ueluti cessantē, mox uerò rursum derepentè affulgentem. Id q̄d eis tantum diebus fit, quibus memoria sancti uiri co litur. Sunt etiā qui memoriæ prodiderūt, ipsius quoq; Simeonis faciē illā huc atq; illuc uolitantem, ad columnā uideri, barba, sicuti eam gestauerat, summissiore, & ca pite tiara tecto. Nam sic quoq; ille incedere solitus fuerat. Miraculū hoc spectant omnes, mulieres quoq;. sed extra templū ad postes stātes. Ianua enim una ex ad uer so stellæ fulgenti locata est. Ne enim mulier quepiā sacrā ædem fortè ingrediatur, etiā atq; etiā per custodiā loco ei impositā caueē. Viri aūt, etiā ex rusticis, unà cum iumentis suis, ingrediunt, sæpius columnā ipsam circumeuntes. Hæc de Simeone.

Torques ferreus dni Simeonis.

Mandra Simeonis stadijs triginta à Thcopoli.

Templum eiusdē ibidem.

In eo templo stel la emicans ipso di ui Patris memo riæ die refulget.

Hanc stellam se ui disse scribit Euagrius li. 1. cap. 14.

Memoria sancto rum.

Mulieres templū id non ingredium tur.

CAPUT LII.

Euthymius mona chus.

SVb eodem imperio magnus etiā ille & inclytus Euthymius in Palæsti na excelluit: sub Valente quidē ex promissione natura, à magno autem Otreio & Acacio Melitinensis ecclesiæ episcopis ritè doctus atq; edu ctus: deinde in presbyterorū ordinem allectus, sacrarū tantum rerum curā gessit. Postea in Palæstina unà cum admirando Theoctisto in antro quodā, uirtutis statuit officinā: multisq; & uarijs cellis, sanctioris philosophiæ mellis sti pandi gratia cōstructis, ingens condidit monasteriū. In tantū aūt uirtute enituit, ut quū canon esset et formula instituti monastici, tum miraculis etiā edendis præclarū obtineret nomen. Nam Persarū cuiusdam tribuni filiū morbo liberatum ad incolu mitatem reduxit, & cœli ianuas aperuit, atq; sterili terrę fertilitatem orationib. con ciliauit. Effecit etiā, ut ex paucissimis plurimi panes fierent, quibus quadringenti uiri refecti sunt: mulieres steriles fœcundas reddidit. Quū sacris mysticis operare tur, lux cœlitus perinde atq; colūna affulgens, eum circundedit: ueluti uoce emissa, quanta uitæ puritate uiris esset, indicans. Et quo quisq; eorū animo esset, qui ad sa cram cōmunionem percipiendā accedebāt, per arcanā reuelationem perspiciebat, quod

Miracula eiusdē.

A quod clarissimum prorsus sanctimoniæ eius summæ indicium fuit. Migrauit au tem uir beatus ad Dominum, quum nonaginta & septem annos exegit, Leone ma gno imperante. Vita moderatus, & moribus perquam simplex fuit: colore candi dus, & ad femora usque promissam, eamq; densam habens barbam. De quo il lud historiæ memorant. Quum monachus quidam moreretur, qui egregiam uir tutis & castitatis famam obtinerent, impudicus autem prorsus esset, sanctum hunc uirum angelum horrenda specie tridente graui animam illius, crudelem in modū, è corpore extrahentem uidisse: et uocem simul cœlitùs, occulta turpitudinis facino ra apertè reuelantem, audisse. Alium quoq; pauperem quendam nudum in solo ia centem ab eo conspectum esse, lacerum prorsus & pannis uilibus obsitum: cuius a nimam, qui multi ei præstò aderant angeli, reuerenter euocarint. Cui Dauid quoq; cum summi concentus cithara sua affuerit, carminibus illam ueluti demulcens atq; pducens. Sub idem tempus alij itidem plurimi floruerunt: qualis ille fuit Theocti stus & Gerasimus, magnorum cœnobiorum præsides, quid ad nouum quendam canonem uitæ suæ rationem instituerunt. De his singula scribendi nunc locus non est. Tum quoq; Eudocia Augusta, quæ à recta uia aberrauerat, ueritate rursus cognita ab Eutychianorum factione secessit. Ad Euthymiū etiā uirtute præclarus Sabbas adolescens adhuc uenit. quē ubi ille uidisset, qualis futurus esset clarè prę dixit. Eisdem temporibus & Titus Bostrensis uiguit: item Bassa, Tatiana, & admi randa Melana. Præterea celebris illa Xena, in qua uirtutis perfectionem satis co rona illa insignibus stellis cōtexta declarat. Decantatus quoq; Xenophon ille, qui B in senatorum ordine prius fuerat, non minus internis animi dotibus, quàm exter nis diuitiarum opibus enitens. Miseratis Berytum, quæ Phœniciæ urbs est, disci plinæ & legum discendarum gratia, Arcadium & Ioannem filios suos. Quum au tem naufragium eos in mari passos esse intellexisset, ad inquirendos eos unà cum coniuge sua profectus est. Porrò ubi eos Hierosolymis monasticam exercentes re perit, ipse quoq;, & unà secum uxor, tranquillioris uitæ uestitum sumpsit. Ad eam uerò omnes uirtutem peruenere, ut à Deo miraculorum edendorum honorem & præmium acceperint. Et quùm per uitam placiti Deo fuerunt, tum ea exacta ad il lum emigrarunt. Eodem etiam tempore uirtutis incrementis longè processit, cele berrimus ille monachus Auxentius, in monte Bithyniæ, eo qui ex aduerso Con stantinopoli situs, omnes circumcirca colles altitudine superat.

Euthymius 97 ann. uixit.

Mors monachi hypocritæ horrē da.

Mors mendici o ptata.

Theoctistus, Gera simus, abbates.

Eudocia Eutyche tis hæresi reiecta resipiscit.

Sabbas mo nachus.

Sanctæ quæ dam fœmi næ.

Titus Bostrensis.

Xenophon ex se natore mona chus.

Berytus o lim studio rum iuris ci uilis mater.

Arcadius & Io annes filij eius mo nachi.

Coniunx itidem eius monachatum complexa.

Auxentius mona chus.

CAPUT LIII.

NOn uirtute tantum egregij tum floruere uiri, sed & doctrina factis ipsis consona enituit. Vtraque enim philosophia si concurrat, celerius men tem in sublime tollit, & bono ei quod desiderio uotòque omni expe timus, unit atque coniungit. Nam ueluti duabus alis, cui utraque illa contigit, utitur: atque in cœlum euolans, quàm celerrimè progressu pleno perue nit. Quales uiros ea tempestas protulit, uirtute & doctrina magnam gloriam consequutos. Talis Isidorus ille fuit, qui in Pelusio monte monachis præfuit: Ni lus & Marcus præclari ascetæ, & sapiens item Cyri ecclesiæ antistes Theodori tus, quorm magna in poetica gloria est. Præceptore ij in utraque philosophia magno usi sunt Chrysostomo. Igitur diuinus, Isidorus iam inde ab adolescentia ita in monasticis laboribus desudauit, & ita carnem, animam arcanis sublimio ribus que doctrinis fouens, macerauit, ut euangelicam prorsus degeret uitam,

Vita proba doctrinæ piæ respō dens facilimè sum mam bonam esse quitur.

Isidorus Pelusio ta.

Nilus.

Marcus.

Theodoritus.

† *Cyri oppidi, ubi Theodoritus ecclesiasticus historicus episcopatum gessit, sæpe in his libris facta est mentio. Situm est in Syria, à Iudæis, quum ex Palæstina à Medorum exercitu in captiuitatem abducti, & à Cyro rege Persarum in patriam restituti essent, ut aliquam illi pro tanto beneficio memoris animi referrent gratiam, conditum. Id admodum aliquandiu ne glectum, Iustinianus postea instauravit, munivit, & exornavit, propter diuos Cosmam & Damianum, qui ad id oppidum sepulti erant. Procop.*

& uiua animatacq; monastici instituti diuinæq; contemplationis columna, et ueluti A
primariũ quoddam exemplũ flagrantis æmulationis doctrinæq; spiritualis esset.
Isidori scripta. Multa ab eo scripta sunt uariæ utilitatis plena: potissimùm autem, epistolarũ om-
nis generis diuina simul & humana gratia refertarum, propè Chiliades decem, in
quibus scripturã omnem clarius exponit, & omnes omnium hominũ mores insti-
tuit, quippe qui dicendi genere ad docendũ accõmodato in eis utat. Satis quoq; il
le declarat, quo ardore erga honestatem, erga Ecclesiã, & eos qui temerè iniuria af-
ficerentẽ, flagrauit. Multum præterea in lucubrationib. suis inuehit in eos, qui non
Isidorus Chryso-stomum defendit. Isidori scriptum ad Cyrillum Alexandrinum. ritè episcopali sacerdotaliq; munere fungerentẽ. Et q; apertè Chrysostomũ defende
ret, uehementer Arcadium & Cyrillũ, atq; huius patruum Theophilũ perstringit,
eorumq; sinistras aduersus uirum eum susceptas molitiones taxat. Quæ illum eo-
dem cum eis tempore uiguisse testatẽ. Cyrillũ sanè quidem ut hominem turbulen
tum refellens, hæc quoq; scribit. *Fauoris quidem affectio acutũ nõ uidet, hostilis
uerò animi odiũ nihil, prsus cernit. Quòd si utroq; hoc uitio te purgare ipsum &
liberare uis, ne uiolentas sententias extorqueto, sed iusto iudicio causas committito.
Exemplum diuinum, neminẽ eatenus cognita condẽnandum esse. Quandoquidem & Deo, qui omnia priusq; fiant, nouit, perhumaniter & benignè
placitũ fuit, ut descenderet, & clamorem Sodomorũ uideret, certę & exactæ inqui-
sitionis nobis, pponens exemplũ. Multi nanq; qui Ephesi tecum cõgregati fuere,
Humanissima Cyrilli obiurgatio. publicè te traducunt, q; inimicitias tuas persequutus sis: & non ritè atq; ordine, iux
ta rectæ fidei sententiam, ea quæ IESV CHRISTI sunt, quæsieris. Theophili,
inquiunt, quĩ ex fratre nepos sit, morem quoque illius imitatẽ. Quemadmodũ enim
ille apertã insaniã in sanctũ & Deo dilectũ Ioannem effudit, ita & iste gloriã eo-
dem affectat modo. Quamuis causæ ipsæ & res de quib. cõtrouersia est, magno
Aliud eiusdem ad eundem scriptũ. pere inter se dissideãt. In alia rursus epistola, hæc scribit. Terrent me quę in diui B
nis scripturis prodita sunt exempla, & quæ opus est necessariò scribere cogor. Si
ue enim pater, sicuti ipse dicis, iudicium & condemnationem Heli metuo, q; filios
peccantes non coercuerit: seu filius tuus, qui magni Sauli personam refers, ium, id
† ἐγγαστρίμυθον. quod magis agnosco, Ionathę pœnã trepidus exhorresco, quod patrem † Pythonis-
Dehortatio à dissidijs. sam cõsulentem nõ impedierit: & propterea prius ipse qui prohibere id potuerit,
quàm qui peccauerat pater, in bello occidit. Itaq; ne ego quoq; condemner, & ne
adeò ipse etiam à Deo cõdemneris, cõtentiones sopito: nec iniuriæ propriæ uindi
cta, quæ ab hominib. puenit, uiuentem Ecclesiã per astutas actiones fallito, necq; ei
perpetuam sub pietatis prætextu dissensionem conciliato. Et de Chrysostomo rur-
Isidori uerba aduersus Theophilum, pro Chrysostomo. sum: De diuini Ioannis tragœdia quæris. Eam uerò exponere nequeo, propter rei
ipsius insolentiã atq; indignitatem. Pauca tamen sic habeto, quæ uicina Aegyptus
more suo designauit. Mosen auersata est, Pharaoni mancipata: humiles flagris con-
cidit, laborãtes afflixit, ciuitates extruxit, & mercedem operis nõ persoluit. Et quĩ
in studijs istis se exercuisset, * insano lapillorũ amore flagrantem, aurumq; ueluti
λιθομανῆ. Deum colentem, pduxit: Theophilũ quatuor administris, seu potius desertoribus
χρυσολάτρῃ. suis circumuallatũ, qui Deiamantem Deumq; deprædicantẽ uirũ hostiliter oppri-
meret, quum quidem illi eas quas aduersus cognominem meum gesserunt inimi-
citias, occasionem & causam impietatis sue arripuissent. Sed domus Dauid confor-
tatur: Sauli aũt, sicuti uides, infirmatẽ: quamuis ex uitæ huius tempestate ille euase-
rit, et ad cœlestẽ trãquillitatẽ transierit. Idem uerò mirificã Chrysostomi dictionem
Isidorus de phrasi & stylo Chrysostomi. laudib. uehens, hæc quoq; ad Ophelium grammaticũ scribit. Celebris Ioannis lin
guã, dictionisq; uenustatem, & sententiarũ densitatẽ, nõ alijs dico (parũ enim hoc
fortasse apud multos esset) sed ipsi Libanio, qui apud omnes in eloquẽtia præclarus
habetur, magnę admirationi fuisse, indicio est Libanij ipsius epistola, ad illum etiã
num iuuenem, quum orationem in Imperatorũ laudem habuisset, scripta: in qua
non ipsum modò felicem esse prędicat, qui sic dicere potuerit: uerumetiã principes

ipsos

A ipsos quos laudauit beatos putat, q; laudatorẽ illi talẽ nacti sint. Ea sic habet. Li-
Libanius orationem Chrysostomi laudat. „ banius Ioanni. Orationẽ tuã prolixã & pulchrã accepi, & uiris qui et ipsi oratio-
„ nes cõscribunt legi. Nullus in eis fuit, qui non exiluerit, & uociferatus sit, caq; om-
„ nia fecerit, quæ per stuporem cõsternati solent. Me illud delectat, q; dicendi artem,
„ quam agendis in foro causis exhibere potuisti, ad huius generis orationes conferre
„ malueris: teq; beatum iudico, qui tantopere principes laudib. ornare potueris. nec
„ minus fortunatos illos esse puto, & patrem scilicet qui dederit, & filios qui accepe-
„ rint imperiũ, q; laudatorem talem sint cõsequuti. Hæc Libanius. Plutarchus uerò
„ orationem dilucidã & facilem uerè & germanè Atticã esse censet. Sic enim, inquit il
„ le, oratores dixerunt. Gorgias autem Leontinus primus uitium hoc in orationes
„ ciuiles, sublime & figuratum dicendi genus affectans, inuexit, & perspicuitatis lu-
„ minibus obstruxit. Vitium hoc etiam admirandũ Platonem contigit. Quòd si hac
Stylus Chrisostomi Atticismum refert. „ in re Plutarcho credendum est, multis modis alios omnes præclarus superat Ioan-
„ nes, qui in orationibus suis Atticismum refert, & perspicuitatem ita, ut haud sciam
„ an alius quisquam magis, retinet. Hæc diuinus Isidorus.

CAPUT LIIII.

Nilus ex præfecto urbis Constãtinopol. monachus factus. Scripta eius. Dmirando aũt Nilo patria Constantinopolis fuit, cuius etiã, ppter egre
giam generis nobilitatem præfectus fuit. Potẽtia aũt & opibus affluens,
ascetica illis prætulit uitã: quippe qui ad exemplũ diuini Dauidis, ad do
mum Dei abijci, q; in tabernaculis peccatorũ habitare maluerit. Et quĩ eloquentiæ
ui polleret, diuinæq; gratiæ neruis ualidus esset, scripta uaria quæ uitæ monasticæ
exercitium instruunt, reliquit, uerbis & sententijs ita compositis, ut lectoris animũ
gratia incredibili recreent. Scripsit quoq; diuinorum patrum in monte Sina obitũ,
martyrium, facundia & affectu tanto, ut satis inde colligere liceat, quàm eximia do-
B ctrina iuxtà & uirtute uir is fuerit: ubi etiam suas & filiorum res paucis commemo
rat, miserabiliter ueluti in tragœdia captiuitatem eorũ exponẽs, quĩ barbari Blem-
myę excursione sua cędem ingentem fecere: quod opusculum tanq; spirituale quod-
dam oblectamentum, studiosis reliquit. Alios item libros optimos edidit, spiritua-
lis gratię nõ expertes: inter quos primas eum ferre puto, quem ad Grecę superstitio
nis sectatores scripsit. Et rursum qui ab eo ad Eulogiũ cõpositi sunt. Capita autem
collegit aliqua quidem fusius, multa aũt cõpendiosius tractata, in quibus spiritua-
lem fructũ, perinde atq; nectar aut ambrosiam aliquã, oculis subiectum, ita ut facilè
percipi posset, ppositi. Quem uita defunctũ, Iustinus posterior indè translatum, in
fundamento sacratioris mensæ, in eo q̃d ab ipso, Petro & Paulo apostolorum prin-
cipibus, ad Orphanotrophiũ cõstructum est, templo reposuit. Ipse quoq; Marcus
Marci monachi scripta. in monastica prius uersatus, multa post se reliquit scripta. Eorum qui ad nos perue
nerunt, libri octo sunt, uniuersaliũ affectionũ numerum æquantes: & alij triginta et
duo, in quibus uias totius ascetice uitæ omnes prosequitur, ad quę loca secedendũ,
& q̃modo ad uoluntatem Dei gressus dirigendi sint: quomodo etiam homo dæmo-
num tẽtationes superet, mentemq; repurget, atq; ad ueterẽ dignitatẽ progrediat, &
cum Deo cœleste institutũ sectatus uiuat. Theodoritus uerò natione quidem Syrus
fuit, sectator aũt magni Ioannis Chrysostomi, illumq; sibi quasi primariũ exemplar
stylo conformando propositum habuit. Etenim fluidus admodum, & copiosus, in
elocutione facilis, & Atticam gratiam redolens. Lucubrationes ab eo compositæ
Theodoriti scripta. hæ sunt. Enarrationes in uetus testamentum, cuius etiam obscurorum locorum ex-
positiones in peculiarem contulit librum. Opus aliud in sedecim Prophetas, a-
liud itidem in Psalterium. de Prouidentia liber alius. alius in Apostolum. Ad-
uersus hæreses omnes uolumen, quod Mendacij & ueritatis discrimen inscripsit.
Liber quem contra duodecim capita Cyrilli conscripsit. Item, Ecclesiastica historia.

Et rursum

Et rursum φλέβιος, hoc est, Deiamantiũ historia: in qua institutũ eorum qui æta-
te sua uitam sanctè transegerũt, persequit. Libri tres de diuinis dogmatib. in dialo
go conscripti. Legi præterea supra quingẽtas eius epistolas, Græco sermone opti-
mè compositas. Hæc de Theodorito. Quæ aũt ei acciderint, postea indicabimus.

CAPUT LV.

De Synesio, qui episcopus factus est ex philosopho.

GVm his & Synesius, cuius magna toto terrarũ orbe gloria est, floruit: qui, si quisq; alius, & ipse ætate ea doctus fuit. Tantũ uerò operæ naua uit philosophiq; Platonicæ, & adeò ad summũ eius peruenit fastigiũ, ut eum nõ solum Græci homines, uerumetiã Christiani sint admirati, qui de rebus nulla affectiõe infecti sincerè iudicãt. Huic tanto uiro, qui præterea placi dus & modestus esset, Theophilus Alexãdrinus, ut salutarẽ susciperet regeneratio nem, persuasit: postea uerò etiã, ut idẽ sacerdos ungeret, cum eo egit. Atq; ille ad a-

Difficile fuit Platonico philosopho resurrectionẽ mortuorum credere.

lia quæ Christiani profitent, promptũ se & facilẽ præbuit: Platonicis aũt sentẽtijs seductus, resurrectionis doctrinã primùm minimè recepit, nefandã eam & detestã dam esse iudicãs. Et quãuis ea esset opinione, Ecclesia tamẽ, ut sacerdotij obiret mu nus homini permisit. Quę hoc tum fecit, illa certa cõiectura adducta, cp, ppter reli quas eius uirtutes eum etiam aliquãdo tandẽ flexũ, resurrectionis, pfessionem com probaturũ, diuinamq; gratiã rem illi tantã deesse, qui multis magnisq; primarijs donis eniteret, passurã nõ esse putaret. Necq; illa opinione & spe sua falsa est. Paulo nanq; pòst, resurrectionẽ & credidit, &, pfessus est, certã hanc esse, maximeq; cõue nire Ecclesię ipsi sententiã. Qualis aũt et quantus uir fuerit, testanẽ quæ ab eo post sacerdotalẽ susceptã dignitatẽ, perq; eleganter scriptę sunt epistolę: et alij insuper li

Scripta Synesij.

bri, qui cõcinna ipsa cõpositione, dictione, & sententiarũ frequẽtia, scripta alia om-
nia longè post se relinquũt. Lucubrationes ab eo editæ hæ sunt. Epistolarũ uolu-
men, centũ & sexaginta. Theodosio iuniori de imperio administrando dicatus li- B
ber, doctrinã & formam reip. ab Imperatore regendę cõplectens. Opusculũ de In-
somnijs. Ad Pæoniũ de dono liber. De prouidẽtia libri duo, quos Aegyptios no
minat. Item laus caluitij. Et hymni quidã ad Deum perq; scitè ab eo compositi. Cę
terùm ego, qui ueritatem, pferre studeo, epistolã ipsius hic apponã, quã ad fratrẽ E-
uopium dedit: unde intelligere licet, de quibus nam rebus illi ambigenti, per † com *κατ' οἰκονο μίαν.*
modam dispensationem sacerdotij dignitatem susc ipere permissum est. Ea est talis.

Epistola Synesij ad Euopium fratrem, quũ à Theophilo Alexandrino episcopus Ptolemaidis Cyrenaicæ regionis designatus esset.

Inconsideratus sanè essem, nisi multã haberem Ptolemaidis ciuibus gratiam, qui « me honore eo, quo meipsum indignũ puto, honestũ esse uolũt. Cæterùm non an illi « magna tribuant, sed potius an ea à me recipienda sint, deliberare cõuenit. Quòd si *Episcopalẽ dignitatẽ diuini honoris esse putat, et se ea indignũ esse censet.*
enim homo diuino propè fruatur honore, siquidem iustus sit, dulcissimũ percipiat « fructum: sin dignitate ea longè sit indignior, acerbam futuræ pœnæ sustineat expe- « ctationẽ. Porrò non nouus hic, sed uetustus admodũ est metus, ne quid in Deum « cõmittam, honorem ab hominibus ferens. Ego sanè qui meipsum noui, ineptiorem « omnino eõperio, quàm ut sacerdotali dignitati gerendæ idoneus sim. Proinde a-
pud te de animi mei motibus & cogitationib. agam. Non enim alium habeo, apud «

Fraternæ charitatis officium.

quem id rectius faciam, quam te, percharũ mihi mecumq; educatũ caput. Te nan- « que æquum est participem esse curarum mearum, ac noctu uigilantem delibera- « re, & interdiu cogitantem considerare, ut & boni mihi aliquid contingat, & ma- « li quicq; effugiã. Accipe igitur quo loco res meę sint, quæ tibi etiã maiore ex parte « cognitæ sunt. Fasce exiguo sublato, pulchrè mihi uideor hucusq; philosophiam i- « psam pertulisse. Quum uerò ab hominib. nõ prorsus perperàm in ea uersatus esse « censear, laudatũ à quibusdam, ampliore nunc honore me ornatũ esse uolũt, qui de « idoneis animi mei uiribus iudicare non possunt. Vereor autem, ne si per ineptam « ambitionem dignitatem oblatã recipiam, neutrũ cõsequar: uidelicet neq; laudẽ ex «

honore

Synesius ut philosophus studijs & ludis deditus. Arduus res est, & diuina, episcopatus.

A honore cõtempto, neq; gloriam ex dignitate minus rectè gesta. Rem ipsam sic me-
„ cum considera. Rebus duabus semper tempus omne tribuo, studijs & ludo, Literis
„ uacans, & præcipuè diuinis, solus sum. Ludo operam dans, quàm plurimos admit-
„ to. Nosti enim, quum à libris exurgo, totũ me in ludis esse: à ciuilibus autem curis
„ & natura & animi destinatione abhorrere. Sacerdotem autem oportet esse uirũ di-
„ uinum, & ad ludum omnem perinde atq; Deum difficilem & durũ, qui ut propo-
„ situm institutumq; suum teneat, innumeros in se plurimorum conuersos habet ocu-
„ los. Ad quos nulla, aut certè parua peruenit utilitas, nisi aliquis probè instructus et
„ cordatus sit, & à suauitate animi omni alienus. Rem diuinam faciens, non priuatim
„ solus esse potest, sed in communi conuentu inter plurimos uersatur, quum legis do-
„ ctor sit, & nihil aliud quàm quod legitimũ sit sonet. Negotia eum gerere oportet,
„ quæ simul omnes gerunt. Quę enim communia omnium sunt, unum ipsum curare
„ opus est, nisi criminibus omnibus obnoxius esse uelit. Quomodo igitur non maxi-
„ mi fortissimiq; animi sit, tantam curarum molem ita ferre, ut mens non obruatur, et
„ extincta in anima particula diuina non negligatur, si quis tot studijs & actionibus
„ uarijs distineatur. Neq; ignoro esse quosdam, qui hoc præstare possint: & felicem
„ eorum naturam atque beatam, ipsosq; uerè diuinos uiros esse censeo, qui quum in
„ multis humanis uersentur negotijs, non tamen diuini numinis cura excidant. Ego
„ uerò meipsum, qui in urbem descendere & per urbem deambulare soleam, rebus
„ inuolutum, quę ad terrenas curas trahunt, atq; inquinationibus repletum esse, qua-
„ rum non facilè quisquam magnitudinem dixerit, scio. Nam quæ ad natiua & pro-
„ pria aliunde aduenium piacula, in accessionis rationem conferuntur. Corporis ro-
B „ bur mihi non est. Interiora animi bona non rectè se habent. Ab externis etiam ali-
„ qua ex parte destituor: tum autem conscientiæ mœrorem ferre nequeo. Et quotie-
„ scunq; me quispiam rogat, disertis uerbis statim dico, Sacerdotem in rebus omni-
„ bus maximè à probris debere esse alienum, quippe qui aliorum quoq; sordes ex-
„ piet. Verumenimuerò illud quoq; literis ad fratrem datis inserere conuenit. Per-
„ multi enim epistolam hanc legent, & ea gratia illam potissimùm dictaui, ut quum
„ res ipsa nota omnibus fiat, tum utcunq; ea procedat, & apud Deum & apud homi-
„ nes, nec minus apud ipsum patrem Theophilum culpa caream. Siquidem quum
„ res meas in medium protulerim, & potestati eius quicquid uelit de me statuendi
„ permiserim, quomodo crimini alicui obnoxius sim? Mihi & Deus ipse, & leges, si-
„ psaq; sacra Theophili manus uxorem dedit. Quapropter omnibus prædico, testa-

Vxorem legitimã propter presbyteri seu episcopi magistratum dimittere non uult.

„ tumq; esse uolo, me illam prorsus deserturum non esse, neq; cum illa ueluti mœchũ
„ clandestinam consuetudinem habiturum. Alterum enim minimè pium, alterum mi-
„ nimè legitimum est. Quin potius & uolo & opto, plures mihi & probos nasci li-
„ beros. Hoc ipsum electionis authorem & principem ignorare non oportet. Sciant
„ id amici etiam nostri Paulus & Dionysius, quos legatos hanc ob causam à populo
„ lectos esse audio. Illam uerò rem Theophilo non significari, sed in memoriam tan-
„ tum reuocari opus est. De ea autem fusius dicam, cum qua una quisquã alia omnia
„ collata parua esse iudicet. Difficile est, atq; adeò fieri omnino non potest, ut ani-
„ mus dogmata, quæ per eruditionem & scientiam in certam necessariamq; persua-
„ sionem euaserint, fluctuare, & in dubium uocari sinat. Nosti porrò, philosophiã ad-
„ modũ diuulgatis istis Christianorũ aduersari opinionibus. Itaq; haud unq; addu-

Platonicas sententias cum Christianis dogmatib. pugnantes, retinẽdas sibi esse censet.

* ψυχὴν σώματος ὑστερογονῆ φορίζειν. car, ut * posterius animam q̃ corpus gigni credã, neq; mundũ ipsum & partes alias
interituras esse dicã. Resurrectionem deprædicatã, † sacrũ quiddam, & minimè uul- *ἱερόν τι ἀπόῤῥητον.*
gandum esse duco, neq; conceptus uulgi opinionibus assentiri possum. Mens phi-
„ losophia exculta uerũ perspicit. Ea necessitate adducta, mendacium permittit. Et ha
„ bet rationẽ seu proportionẽ suã lumẽ ad ueritatem, & oculus ad mentẽ. Quatenus

ergo

Philosophia quando admittit mendacium.

ergo oculus lumine copiosiore in deterius abutatur, aut lippis tenebræ commodiores sint, hactenus mendacium quoque populo utile esse, & ueritatem noxiam eis puto, qui aciem mentis in cuidentem rerum claritatem intendere nequeunt. Quod si sacerdotes nostri hæc mihi permittunt, potero sanè ego quoque sacerdotis munere fungi, qui domi quidem philosophiæ incumbo, in publicum autem progressus sermonibus & colloquijs hominum delector, non ego quidem docens, neque tamen uetera dediscens & noua addiscens, sed in anticipata opinione quemque persistere permittens. Sin illi sacerdotem ita animatum, & opinionibus popularem esse oportere dicant, omnibus palàm ostendere non intermiserim. Quid rei est populo cum philosophia? Rerum enim diuininarum ueritatem minimè uulgari oportet. Populus autem more & assuetudine alia indiget. Rursum igitur & sæpius repetens dicam, nulla cogente necessitate, neque arguere neque argui sapientis esse. In sacerdotum autem ordinem cooptatus, non committam ut dogmata præter animi sententiam assimulem. De his Deum, de his homines testes inuoco. Veritas Dei propria est, apud quem in rebus omnibus inculpatus esse uolo. Hoc unum tantum non dissimulo. Quandoquidem ioci & ludorum studiosus sum, ita ut iam inde à puero crimen illud sustinuerim, plus quàm deceret armis me & equis delectatum esse. Seuerus & tristis ero. Quid enim, si charissimos canes feras nullas persequi, & sagittas à teredinibus excisas esse uiderem, facremne? Et constantiam, si Deus uoluerit, obtinebo: atque, quamuis à curis alienus, macerabor, * causarumq; & negociorum quantumuis graue ministerium hoc, Deo confisus, sustinebo. Dogmata autem per dissimulationem non tegam, neque mihi mens à lingua dissentiet. Hoc sic quum & sentiam & dicam, Deo placere puto: neque sermonis illius de me occasionem relinquere uolo, me quòd qui fuerim ignoratus sim, electionis suffragia rapuisse. Cæterum Dei mantissimus pater Theophilus, quum me norit, postquam mihi se id scire significauerit: sic tandem de me consilium, quid statuat, capiat. Tum enim aut in instituto meo uiuere me & philosophari patietur, aut postea ut me in iudicium uocet, uel sacerdotum ordine moueat, sibi ipsi potestatem non relinquet. Alioqui insuper opiniones & sententiæ omnes nugæ fuerint. Veritatem enim, satis scio, Deo esse grauissimam. Sedenim sacrum caput tuum, atque in primis ueritatis tutorem & inspectorem Deum testor, ægrè mihi esse. Quomodo enim non sit, quum quodammodo ex uita solita, in uitam aliam transeundum mihi sit? Quòd si rebus his in publicum prolatis (latère enim eas & premi nolo) is cui potestatem hanc concessit Deus, in ordinem sacerdotum me legerit, subibo eam necessitatem, & ueluti diuinum decretum suscipiam. Sic enim existimo, si uel Imperatore, uel infelici † Deoq; inuiso Augustali quopiam iubente, imperata non facerem, inobedientiæ pœnas me daturum esse: * Deo autem ipsi uolentes nos parère conuenit. Qui si me ad sacrum obeundum ministerium admittit, ab ipso statim initio me rem diuinissimam ueritatem ipsam complecti, neque per id quod illi maximè repugnat, mendacium scilicet, functionem ipsius suscipere decet. Fac igitur ut scholastici hæc sciant, & ad illum referant. Synesius quidem hæc scribens, apertè sacerdotalem dignitatem auersatus est, sed tamen sacrum munus non effugit. Hæc ego eo consilio hic adieci, ut scire possumus, quæ uariè † per dispensationis rationem Ecclesia egerit, non illa leges certas statuens, sed prout * tempus ferret, quæ decerent & commoda essent faciens. Hæc de eximio philosopho Synesio. Multi uerò præterea alij tum philosophati sunt, doctrina simul & uirtute celebres: quorum omnium mentionem facerem, nisi me longè ab instituto digressurum esse scirem.

A

B

Forum, seu tirisdictio episcopalis.

Reformidat episcopatum Synesius.

* Δεσπόζῃ καὶ πραγμάτων λειτουργίαν.

† κατ' οἰκονομίαν, h. e. per dispensationem, Ecclesia se quandoq; temporibus accommodat.

† κατὰ δεσποτικὸν τύπον.

τῷ θεῷ δ' ἔοικε βέλτιστον θεοῦ πείθεσθαι.

τοῖς καιροῖς τὰ πρέποντα παράγοντα.

Porrò

CAPUT LVI.

Valentinianus tertius orthodoxus.

AProrò Valentinianus Placidiæ filius, & Theodosij gener (nã Eudoxiã filiã eius, quã ei Eudocia genuerat, in matrimonio habuit) Occidentalis imperij habenas obtinens, haud quaquã à sanis ecclesiæ dogmatibus desciuit, uerioris pietatis atque religionis acris sectator. Quòd aut in cõsuetudine & uita quotidiana nullum certum seruaret modum, multisq; uteretur impostoribus, atq; incantationibus gauderet, & alijs eiusce modi uitijs transuersim ageret, non solum Britaniam, Hispaniã, & Gallias, quæ imperio eius ademptæ fuerant, recuperare nõ potuit: sed Libyã etiam omnẽ & Aphricã perdidit, quindecimo imperij sui anno, ob causam huiusmodi. Duo belli duces Constãtinopoli fuerũt, Bonifacius & Aetius: quos Theodosius Imperator ad Valentinianũ, qui hoc petierat, misit. Quũ aũt Bonifacio Occidẽtalis Libya prouincia obtigisset, Aetius id æquo animo ferre nõ potuit: sed inuidiæ stimulis actus, calũniã aduersus eũ concinnauit, ad rebellionẽ eũ spectare, Imperatoribusq; parum fidum esse, criminatus. Hoc sic clàm apud Imperatoris matrem Placidiã, ut prouincia ei adimeret suadens, egit. Atq; interim etiam longè alia ad illum scripsit: ui delicet ne prouincia, si principes eum reuocarent, decederet. Delatum enim eum apud illos esse, necessitatẽq; illi eam incũbere, ut fraude eorum pereundũ sibi esset, affirmauit. Literis talibus Bonifacius acceptis, Aetio, quem sibi ueru & fidum amicum esse putabat, credidit: & quãuis sæpius ab Imperatore reuocatus, haud quaquã tamẽ ut prouinciã relinqueret, iussionib. eius paruit. Quapropter principes Aetio, tanquã homini fido & beneuolo, qui dudũ hostilem illius animũ indicasset, fauerunt, & cum eo contra Bonifacium dolum texuere. Ea tempestate

Barbaræ gentes ad Istrum considere.

Gotthi, Vissegotthi, Gepides, Vãdali, nõ minore solo dissidentes.

Migratio istarum gentiũ ab Istro.

Gotthi dudũ Ariani.

Lõgobardi Abares.

Bplurimæ maximæq; Gotthicę gentes, in septentrionali parte ad Istrũ passim dispersæ erant. Inter quas præcipuæ quatuor iudicio ipsarũ celebres fuere, Gotthi scilicet, Vissegotthi, Gepides, & Vãdali, non alia re quàm nominib. solis inter se dissidentes. Omnes enim lingua una, & eodẽ uiuẽdi instituto utebant, detestãdã Arij doctrinã sequẽtes: sicuti in historia Valẽtis cõmemorauimus. Hi Honorio & Arcadio imperãtib. Danubiũ transgressi, in finib. Romani Orientalis imperij consederũt. Gepides quidẽ, qui in duos populos diuisi sunt, Lõgobardos & Abares, orã eã quæ ad Singidonẽ & Sirmium est, incoluere: Vissegotthi aũt, Alarichõ, de quo suprà diximus, duce, Romã & Italiã populati, atq; in Galliã inde profecti, quùm omnia isthic in potestatẽ suã redegerũt, tum Constantinũ Britaniæ tyrannũ occiderũt. Porrò Gotthi, qui antea Pannoniã, eiq; circumquaq; uicina loca occupauerãt, Theodosij iunioris decimũ nonũ annum imperãtis permissu, in finitima Thraciæ regione habitarũt. Atq; ubi isthic annos quinquaginta octo transegere, Zenone Romanũ imperium administrante, atq; iubente, Theuderichi principis eorũ ductu inde trãseuntes, Occidentale occuparunt imperiũ. Vandali uerò Alanis sibi & Germanis, qui nunc Franci dicunt, cõiunctis, * Gongidisclum ducẽ tum habentes, aminẽ Rhenum transierunt, atq; in Hispania sedes fixerunt: quæ prima ab Hesperio Oceano Europæ regio est. Bonifacius igitur Occidentalẽ Libyã obtinens, ubi quæ contra eum struerent intellexit, profectus indè fretũ traiecit, atq; in Hispania cũ Vãdalis fuit: & q̃ Gongidisclus uita defunctus fuerat, filios eius Gontarẽ & † Genserichũ, qui paternũ regnum administrabant, ut cõmuniter secũ bellum gererent, hortatus est: Hesperiã Libyã eis se daturum pollicitus, in tres ita diuisam partes, ut cuiq; eorum pars una sorte cederet. Siue autẽ ob hãc, seu aliã ob causam bellum motũ est, frater certè uterq; se ei cõiunxit. & eiusmodi societatis conditionib. acceptis, Vãdali freto trãsmisso, ex Hispania in Aphricã uenere: eamq; ab Oceano ipso ad Tripolim usq; in ditionẽ suã redege

Theuderichus Gothus.

Germani & Franci ijdem.

* Alij Madogi sclum uocant.

Bonifacius se Vandalis in Hispaniã cõiũgit.

† Alij Gizerichum nominãt.

Vandali ex Hispania in Aphricam transeunt, eãq; occupãt.

Vu re;

Visigothi Hispaniam simul & Galliam obtinent.

re. Cæterùm illis digressis, Visigothi ex Gallia in Hispaniam profecti, eam cæ- A
pere: postea uerò Galliam etiam rursus occupauere. In senatu Imperiali Bonifacij amici quidam dolum Aetij, quem aduersus illum struxerat, Placidiæ & Valentiniano indicarũt, epistolãq; illã ad Bonifacium ab eo scriptã exhibuere. Illi ad tantam fraudem & improbitatem Aetij consternati, apud illum quidem se quicquã eius rei scire dissimularunt: ad Bonifacium uerò iusiurandum in scriptum relatũ, quo * iniuriarum præteritarum omnium obliuionem iuduxerũt, misere. Interea Gontare mortuo, Vandalorum regnum ad unum Genserichum peruenit. Bonifacius Imperatoris iuramẽto recepto, bellũ Vãdalis intulit. Nã exercitus ingẽs Roma simul & Byzantio, Aspare duce, qui Bonifacio auxilium ferret, missus fuerat. Et pugna forti cõmissa, uictoria Vandalis fauit: & Romani deuicti, fuga salutí suæ cõsuluere. Bonifacius aũt cum Aspare & alijs qui se fugæ cõmiserant, Romã saluus peruenit, atq; ibi conceptã de se suspicionem diluit. At Libya, quæ & Aphrica dicit, omnis in potestate Vandalorũ fuit: Gẽsericho solo, quemadmodũ dictũ est, regnum apud eos obtinente. Ita à Vandalis Aphrica occupata est.

Bonifacius Imperatori conciliatus prælium cũ Genserichо committit, & uincitur.

Apud Imperatorẽ Valẽtinianum Aetij dolus aduersus Bonifaciũ detegitur. ἐμηχανήσατο ναυτῶν.

CAPUT XVII.

* Numerosissimã classẽ Theodosius aduersus Genserichũ mittit.

ENserichus, ubi Vãdali ad tantas uires peruenere, & tantũ terræ atq; maris sibi subiecere, regẽ se primus renunciauit: & nõ uctere solũ, sed & nouã ipsam Romã, & qui ei imperauit Theodosium afflixit. Theodosius insolentẽ barbarorũ audaciã nõ ferens, classem maximã mille centum & septuaginta nauiũ instruxit, eiq; Areobindũ & Germanũ præstãtissimos belli duces præfecit: qui quum in Sicilia essent, Genserichus sibi metuens, ad Theodosiũ legatos, qui de pace cum eo agerẽt, misit: & classis Aphricã prætervectari iussit. Attilas enim Gotthus ex Gepidum gẽte originem ducens, Numedij filius, apud quem Hunnorum imperium erat, cum multorum millium exercitu simul cõtra utrũq; imperium bellũ mouit, expeditione & impetu incredibili & ueterem & nouã Romam potestati suę subijcere aggressus. Et quòd uir fortis & confidens admodum esset, Thraciã ingressus uastauit: urbibusq; omnibus quæ uel maritimæ, uel in continenti sitæ essent, subactis, ad Athyrã amnem usq; omnia depopulatus est. Aduersus quem, cum copijs nõ pœnitendis Theodosius Asparem & Areobindum misit. Postq; aũt Attilas quotidie uiribus ualidior factus est, Theodosius ei sexies mille auri libras, ut ditionis suæ finibus excederet, se daturum, atq; insuper mille minarũ stipendium annuum pensurum esse pollicitus est, si de cætero forte sua cõtentus quietusq; esset. Ille auro eo accepto, Thraciã reliquit. Vbi aũt ui magna in fines ueteris Romæ irrupit, Aetius, quem antea diximus, primum Romæ dignitatis locum tenens, & barbari insolentiã nõ ferens, ad Theuderichum Galliam administrantẽ, quãuis Romanis pro eo atq; suprà diximus, inimicum, se contulit: magnisq; & uarijs promissis barbaro persuasit, ut ingentes uires suas cum copijs suis coniungeret. Itaq; ex improuiso Attilã ultra Danubium castra habentem aggressus, ingentem cædem fecit, multaq; hominum millia interemit. Vbi etiam † Attilas hasta confossus interijt, sicuti & ipse

Gẽsericho regẽ Aphrícæ se nominat.

Areobindus, Germanus, classis præfecti.

Attile Hunnorum regis expeditio aduersus utrũq; Ro. imperium.

Omnia castella & ciuitates in potestatem redigens, præter Adrianopolim & Heraclæam. Diacon.

Theodosius pacẽ ab Attila auro redemit, eidẽq; tributũ pẽdit. Aetius cõtra Attilã Theuderichũ Gotthum coniungit.

Attilas cæsus. Item Theuderichus.

B

Gẽserichus oratores de pace faciẽda ad Theodosium mittit.

* Genserichus in Aphrica Carthaginem & urbes alias expugnauit: Hipponem quoq; regium obsedit. Obsidionis eius mense tertio, diuus Augustinus, eius ciuitatis episcopus, Deum precatus, ut uel urbem Hipponensem æruinna expugnationis liberaret: uel si hoc non fieret, è uiuorum se numero eximeret: ætatis septuagesimosexto anno, clericatus quadragesimo, in Christo obdormiuit. Paul. Diaconus.

† Certamẽ & prælium hoc, cuius post hominum memoriã simile nullũ reperitur, circiter nonã diei horã cœptũ est. Et utrimque centum octoginta millia hominum cecidere, Gotthorum rege cæso, & Attila fugato. Romani Aetio duce uicere. Diac.

Attilas deinde uiribus recuperatis, Aquileiã expugnauit. Honoriã Valẽtiniani germanã uxorẽ sibi dari postulauit. Atq; insuper aliam Ildiconem nomine duxit, nouisq; nuptijs crapulæ & uino indulgens, in Pannonijs mortuus est. Cass. Diac.

A ipse Theuderichus sagitta ictus occubuit. Ita ope diuina eo tempore & uetus & noua Roma Gotthorum impressione liberata est. Et Gẽserichus solus nationib. eis imperauit. Verumenimuerò plurimi quoq; alij motus sub Theodosio in Oriente & Occidente extitere, quos terrestribus & naualibus copijs oppressit. A Persis quoq; magnam illam quã retulimus reportauit uictoriam: quibus etiam quum legationẽ ad se misissent, pacem concessit. Quo bello Ardazanes Persa & Areobindus Gotthus singulari certamine cõgressi, prælijũ diremere: & Gotthus Persam in æquo campo equo insidentẽ & cataphractũ uicit, et occidit. Ea pax ad longũ durauit tempus, usq; ad duodecimũ uidelicet imperij Anastasij annũ. De quibus rebus quùm multi alij scripserũt, tum elegãter eas in cõpendium redegit * Eustathius Epiphanensis Syrus, qui etiam Amidæ expugnationem descripsit. quo tempore Claudianus & Cyrus poetæ florucre. Cyrũ uerò fama est summũ etiam præfecturæ honorem gessisse, qui præfectus aulæ antea dictus erat, & Occidentalium copiarum dux fuerat, Carthagine à Vandalis capta, quum Genserichus barbaros eos regeret. Plurima porrò & magnifica ædificia in urbe imperante & alibi Imperator iste construxit, & Alexãdriæ maximũ templum erexit.

Theodosij uictoria de Persis.

Areobindus Gotthus Ardazanem Persam monomachia uicit.

Cyrus & Claudianus poetæ.

Summa præfectura.

Præfectura aulæ.

Theodosij structuræ.

* Eustathius Epiphanensis compendium, siue Epitomen Chronicam septem tomis condidit, ab Aenea usq; ad Anastasium Imperatorem. Suid.

CAPUT XVIII.

B TQuũ obitus eius appropinquaret, Ephesum uenit, diuũ Ioannẽ illũ cœlibẽ & euangelistã honoraturus: templũq; illius ingressus, orationi sese dedidit: in qua etiã quis ei in imperio Romano successurus esset, edoceri se à Deo petijt. Quod ubi per uisionẽ ei Deus ostendit, Constantinopolim redijt. Nec ita multo pòst exercitu ex bello aduersus Attilam gesto, reuerso, urbe egressus est, ut equitatione & uenatione se recrearet. Atq; inter equitãdũ equo delapsus, spinæ uertebrã luxauit. Quapropter lectica in urbẽ relatus est. Atq; ubi se moriturũ esse sensit, cũ Pulcheria sorore secretò ad se euocata, de Martiano Tribunitio loquutus est: Deo gratũ placitũq; esse dicens, ut ille post se Romanã administraret ditionem. Et ille quidem quũ hæc dixisset, mortuus est. Nondũ aũt Imperatoris morte cõperta, Pulcheria Martianum accersit, uirũ prudẽtia & grauitate morũ præclarũ, & senio iam uenerandũ, & cõsilio de Imperij successione cũ eo cõmunicato: Te, inquit, ego ex senatu omni præ cęteris imperio dignũ iudico. Proinde iurisiurãdi religione interposita, te uitæ & potestati, maximè aũt uirginitati meæ, quã à prima adolescẽtia Deo cõsecraui, nõ insidiaturũ esse, imperiũ ipsum cape. Postq; ille q̃d Augusta uolebat peregit, patriarcha Anatolio, qui Flauiano successerat, & senatoribus conuocatis ad Septimũ, statim eũ Imperatorẽ creauit. Theodosius aũt postea mox in paterno monumento Romani lapidis repositus est, in dextra sublimi sanctorũ Apostolorũ templi porticu: in qua porticu, eodẽq; lapide, pater quoq; Arcadius, et mater Eudoxia, nec nõ auus Theodosius siti sunt. In siniſtra autẽ quæ ex aduerso est porticu sacri eius templi, Iouinianus iacet. Mortuus est Imperator Theodosius, annos quinquaginta & unum natus: ex quibus quadraginta & duos maxima cum pietate imperauit, ita ut uitam ipse & administrationem suam tanquam Imperij formam posteritati reliquerit. Complectitur decimus quartus iste liber annos quadraginta duos, quum à mundo condito quatermillesimus noningentesimus sexagesimusquintus, à diuina autem Domini natiuitate quadringentesimus & sexagesimus ageretur annus.

Per reuelationem diuinam Theodosius successorem suum uidet.

Theodosius in uenatione equo delabitur. Idem moritur.

Pulcheria de uoluntate Theodosij morituri Martianũ Imperatorem renunciat.

Anatolius patriarcha Flauiani successor.

Libri istius anni.

DIVAE ANASTASIAE HISTORIA.

EPISTOLA ANASTASIAE MARtyris ad Chryſogonum.

SAncto CHRISTI confeſſori Chryſogono, Anaſtaſia ſalutem. Etiamſi quàm A maximè pater meus ſimulacra coluit, mater tamẽ Flauia per uitam ſuam omnem Chriſtiana, ſimulatque me in lucem protulit, Chriſtianam etiam fecit. Poſt obitum autem eius uiro importuniſsimo ſum coniuncta. Cuius coniugium tandẽ gratia Dei effugi, quum diu noctuq; CHRISTVM obſecraſſem, ut me ab impuro idolorum cultore liberaret. Is ſanè deinde ſubſtantiam meam omnem cum idololatris, aliiſq; execrandis hominibus conſumpſit, & me tanquam ueneficã & ſacrilegam in grauiſsimum coniecit carcerem: in quo temporanea hæc mihi uita diſperiit, neque quidquam præter animam reliquum eſt. Quapropter, ut cum bona Dei ſpe moriar, precor. Et quamuis in confeſſione CHRISTI mei glorier, ualde tamen mihi dolet, impurum illum bona mea, quæ ſeruis Dei, ita ut optabam, donata oportuit, dæmonum cultoribus impendere. Itaque te famule CHRISTI Dei oro, ut etiam atque etiam Deum pro me obſecres, ut ſi quidem hoc ſic conſtituit Deus, in CHRISTVM Publius uir meus credat. Sin minus, ut ille quidem in errore ſuo pereat, ego autem ab eo liberer. Melius namque mihi fuerit ut moriar, quàm ut filium Dei abnegem, & credẽtibus in eum offendiculo ſim. Ipſum autem omnipotentem CHRISTVM teſtem inuoco, quum à ſeductione & fraude hac liberata fuero, me ſedulò & conſtanter cum ſanctis cõuerſaturam, & curam illorum, ita ut cœperam, ad finem uſq; geſturam eſſe. Vale ſerue Dei, mei memor.

Chryſogonus Anaſtaſiæ ſalutem. B

LAboranti tibi in uitæ huius procellis, qui in fluctibus ambulauit, auxilium ferat, ut diaboli uim uerbo eius opprimas. Magno ergo animo, ut quæ in medio mari uerſeris, CHRISTO, ut te uiſitet, crede: atq; ad te ipſam conuerſa, unà cũ propheta exclama, dicente, Vt quid triſtis es anima mea, & cæt. Duplicata enim Dei gratiæ uis tibi exhibebitur. Nam & temporalia hæc exuberabunt, & cœleſtia adiicientur. Deus autem eos auerſatur, qui eum de bonis non compellant. Siquidem gratia eius tenuis non eſt. Caue uerò illud te perturbet, quòd piè tibi in CHRISTO uiuenti, contrà quàm ſperaris res eueniant. Non enim in errorem ſeducit, ſed te explorat CHRISTVS. Neque certa eſt ab hominibus opitulatio, ſicuti tu exiſtimas, Scriptura dicente: Maledictus homo qui confidit in homine, & benedictus qui ſperat in DEO. Fac igitur generoſè, uigilanter & prouidè lapſum peccatumq; omne effugias, & conſolationem à Deo implores: cuius mandata ſerua. Iam enim tibi ſalutis tempus adueniet, & perinde atq; in nocte caliginoſa, præclara lux Dei illuceſcet, atque poſt tempeſtatem tempus lætum & ſerenum arridebit: & ſicuti omnibus aliis, qui propter Deum affligũtur, temporalem tibi præbebit patientiam, per quã ſempiternam percipies mercedem. Vale in Domino, & pro me ora.

Chryſogono confeſſori CHRISTI, Anaſtaſia ſalutem.

QVandoquidem finis adeſt corpori meo, ora pro me, ut ille animam meam ſuſcipiat, propter quem afflictiones iſtas perfero. Vale.

Ancillæ

Ancillæ Dei Anaſtaſiæ Chryſogonus.

SAtis manifeſtum eſt, lucem abſcondere tenebras: ſic etiam poſt infirmitatem aduenit ſalus, & poſt mortem uita dignis conceditur. Eundem ſanè & ſecundæ & aduerſæ humanorum negotiorum res habent finem, ut ſcilicet neque humiles ad mœrorem ſe deijciant, neque ſuperbi gloriantes efferantur. Vnum namque eſt mare, in quo corporis noſtri decurrunt nauigia, atque ea ab uno gubernantur rectore. Quorum igitur naues carinis firmis probè munitæ ſunt, nullo detrimento curſum per undas tenent. Infirmæ autem etiam abſque fluctibus cœlo tranquillo periculum incurrunt. Non longè enim à pernicie & interitu abſunt, quæ ad ſalutis portum non contendunt. Ad tu condemnationis expers ancilla Dei, tota anima tua crucem conſerua, ac te ipſam ad ſalutem para, ut in Martyrum CHRISTI numerum referaris. Vale.

QVINDECIMI TOMI CAPITA.

I *De Marciani imperio. Quæ ſigna præceſſerint, imperium ei portendentia: quibuſq; is fuerit moribus.*

II *Quibus de cauſis ſancta uniuerſalis Synodus quarta, Chalcedone in Bithynia ſit coacta.*

III *Deſcriptio templi ſanctæ & celebris martyris Euphemiæ, quod Chalcedone à primis fundamentis eſt conſtructum.*

IIII *Acta Synodi: & ut epiſcopatus Dioſcoro, eiusq; ſectatoribus abrogatus ſit.*

V *De miraculo quod ad monumentum ſanctæ Euphemiæ accidit, ſuper deciſione duplicis fidei decreti orthodoxorum & hæreticorum.*

VI *Decretum fidei ſanctæ uniuerſalis quartæ Synodi.*

VII *De reliquis rebus, quas Synodus ſtatuit.*

VIII *De ſeditione Alexandriæ, propter Proterij ſucceſſoris Dioſcori electionem coorta.*

IX *Vt in Palæſtina quoq; ſeditio extiterit, à Theodoſio quodam monacho excitata: qui etiam Hierosolymorum inuaſit ſedem, Iuuenali expulſo. & quæ ſub eo acciderint. Item de Athanaſio diacono confeſſore.*

X *De fame ſimul & peſte, quæ ciuitatibus Orientalibus inceſſerunt: & ut ſua ſponte terra anno ſequente fruges protulerit.*

XI *De Valentiniani cæde, qui Occidentalibus imperauit: & de Eudoxia coniuge eius, liberisq; eiusdem. Et ut Genſerichus urbem Romam ceperit. Item de eis qui poſt Valentinianum per ſucceſſionem Romæ imperarunt.*

XII *Vt imperatrix Eudocia Pulcheriæ Auguſtæ ſit conciliata. & de iuniore Eudocia Eudoxiæ filia.*

XIII *Vt procuratione & arte Pulcheriæ, Eudocia ſanctam quartam approbarit ſynodum, perſuaſione Symeonis Stylite ſiue Columellæ & magni Euthymij inducta.*

XIIII *De pijs Pulcheriæ Auguſtæ operibus. & de tribus quæ maxima Deigenitrici conſtruxit templis: uno, ſancti loculi, in ærario ſito: altero, quod ὁδηγῶν, id eſt uiæ ducum dicitur: tertio, cui nomen Blachernæ. Et quæ memoriæ prodiderit Iuuenalis de ſancta obdormitione ſanctiſsimæ Deigenitricis, deq; eiuſdem faſcijs ſepulchralibus.*

XV *De obitu Pulcheriæ & Marciani: & ut poſt eum Leo magnus Romanorum Imperator ſit promulgatus.*

XVI *Vt rurſus Alexandriæ ſeditione orta, ab eis qui non aſſentiebantur ſanctæ quartæ ſynodi decretis, Proterius Alexandriæ epiſcopus occiſus ſit, & per urbem pedibus tractus, inſtinctu & dolo Timothei Aeluri, qui epiſcopalem ſedem occupauit. Et ut iſto à Leone pio expulſo, Alexandri-*

ni alium Timotheum legerint, cognomento Salophaciolum. Et ut Anatolio mortuo, Gennadius sedem Constantinopolitanam obtinuerit.

XVII *Episcoporum & clericorum Aegyptiorum libellus supplex, de ecclesiarum suarum rebus. & de Proterio & Timotheo.*

XVIII *Epistola Leonis ἐγκύκλιος, hoc est circularis, ad Anatolium & reliquos episcopos, de Synodo Chalcedonensi contra Timotheum Aelurum missa.*

XIX *Quæ Leo de sancta quarta Synodo ad omnes ubiq; monachos, & ad ipsum Symeonem Columellam scripserit: & epistola eiusdem sancti Symeonis pro eadem Synodo.*

XX *De horrendo qui sub Leone accidit terræmotu, & diluuio, aliisq; item orbis calamitatibus: & de puluere qui è cælo decidit.*

XXI *De Constantinopolitano incendio.*

XXII *De sancto Marciano magno ecclesiæ Constantinopolitanæ œconomo. Et de sancto Daniele Columella, aliisq; qui tum monastica uita insignes fuerunt.*

XXIII *De Gennadij patriarchæ uirtutibus, & de rebus quæ temporibus eius præter opinionem & fidem acciderunt admirandis.*

XXIIII *De ueneranda sanctissimæ Deigenitricis ueste, ut ea Hierosolymis allata, in rotũdo atque acumi nato templo, cuius nomen est Blachernæ, sit reposita.*

XXV *De templo sanctissimæ Deigenitricis ad fontem: & ut is fons admirando miraculo Leoni oblato repertus sit.*

XXVI *Descriptio sacri templi, cui Fontis nomen inditum, à Leone conditi.*

XXVII *Ut Leo centum millia nauium contra Genserichum miserit, Basilisco coniugis suæ Verinæ fratre classi præfecto, qui instinctu & consilio Aſparis & Ardaburij classem hostibus prodidit: & ut Aſpar & Ardaburius à Zenone Isauro trucidati sint. Quam ob causam Ariadna Leonis filia in matrimonium ducta, is gener eius est factus.*

XXVIII *De Martyrio Antiocheno episcopo. De Petro Cnapheo, qui primus ter sancto hymno addidit: Qui passus es pro nobis. Et de successoribus eius, Stephano & Calandione. De cæremonijs à Cnapheo in ecclesia institutis. De Iuuenali & Anastasio & Martyrio, Hierosolymitanis episcopis.*

XXIX *Ut Leo magnus fatis concesserit, Leonem minorem Imperij successorem relinquens. Et ut paulo post hoc quoq; uita defuncto, pater Zeno filij Imperium susceperit, diademate ab eo accepto.*

XXX *Breuis & succincta expositio sanctæ uniuersalis quartæ Synodi actorum, ad finem huius tomi est apposita, ui historiæ ordo citra confusionem conseruaretur.*

Ecclesia-

ECCLESIASTICAE Historiæ Nicephori Callisti Xanthopuli, Tomus XV.

CAPUT I.

A MARTIANVS ubi firma Imperij sui fundamenta iecit, præstantiorem se, quàm de eo spes concepta fuerat, præbere perseuerauit. Verùm age si uidetur, de eo, quis, & unde fuerit, & quomodo ad Imperium peruenerit, referamus. Celeberrimus Martianus iste, sicuti & Priscus rhetor inquit, genere Thrax fuit, militari patre genitus. Quo mortuo, quũ ipse paterna sibi studia sequenda statuisset, Philippopolim se contulit, ubi rectè se nomẽ militiæ daturũ iudicauit. Quum autẽ in itinere eo esset, in cadauer recens cæsi hominis incidit, quod temerè in terra proiectum iacebat. Restitit ad id paulisper, quòd præter reliqua egregia ornamenta, quibus abundè pollebat, humanitate quoque & misericordia excelleret: & casum hominis miseratus, pro eo atq; cõuenit, corpus eius sepulturæ mandauit. Vbi aũt eum nõnulli in cadauere humãdo occupatum esse cõspexerunt, magistratibus Philippopolitanis rem eam indicarũt: qui deinde illum aduenientẽ comprehenderunt, & cædis quæstionem contra eum instituerunt. Porrò quum res uerisimilis esse uideretur, & coniecturæ ab initio eius conceptæ, plus q̃ oratio Martiani crimen obiectum negantis, & ueritas ipsa, uallerent: homicidij ille pœnas dedisset, nisi quidam diuino nutu cædis patratorem in iudicium produxisset: qui capite suo sceleris supplicium pendens, Martiani caput seruauit. Iudicio eo præter opinionẽ absolutus, ad ordinẽ ibi militum sacramentum dicturus uenit. Atq; illi uirum eum esse egregiũ ex aspectu & signis pluribus iudicantes, perbenignè susceperè, in ordinemq; non postremum militaribus legibus legere, dignitate ei præclara uiri cuiusdam iam defuncti, cui Augusti B nomen fuerat, concessa, & nomine eius sic quodammodo in album militum relato: Martianus, qui & Augustus. Vt inde satis liqueat, unà cum appellatione etiam purpuram Augusti ad eum peruenisse: perinde atque cognomen tale in eo absq; dignitate ipsa manere noluerit, & rursum dignitas quoq; non aliud ad magnificentiam nomen requireret: ita ut idem in uno conueniens, simul & nomen proprium & cognomẽ fieret, una uidelicet appellatione & dignitatem & nomẽ indicante. Et hoc quidem primum ὄμεν & indicium in Martiano fuit, quod eum ad Imperialem dignitatem consensurũ esse portendit. Accidit autem aliud quoq;, unde imperaturum eum esse, per coniecturam colligere licuit. Militauit sub Aſpare contra Vandalos Martianus: & postquam illi uictoria sunt potiti, ipse quoque captiuus cum alijs ex acie abductus est. Genserichus Vandalorum dux, captiuos unà cum alijs mancipijs uidere uoluit. Atque ubi in loco quodam congregati sunt, ipse in sublimiore colle consedens, spectaculo tantę captiuorum multitudinis se oblectauit. Et quum sic tempus extraheretur, illis tum quod quisque uellet facere permissum est. Genserichi enim mandato uinculis soluti

Martianus ubi Philippopolim petẽs, in cadauer hominis paulò antè cæsi incidit, & id sepelit.

Is propterea cædis reus fit.

Sed tandẽ percussore cõperto absoluitur.

Omẽ futuri Imperij Martiani.

Martiano dum in catalogum militum refertur, per errorẽ quidem, sed nõ sine futuræ dignitatis omine, Augusti nomen tribuitur.

Aſpar Romanus dux.

Genserich ut Vandalus.

Secundū futuri imperij prodigium in Martiano.

erant. Atq; alij quidem aliud fecere: Martianus autem, propter ingentem solis ardorem, in solo concidens somnum cæpit. Et aquila alicunde aduolans, alis submissis ex aduerso soli, iuxta perpendiculum uolatum instituens, aeream nubem & umbram quandam fecit, qua illum diuino nutu non mediocriter refrigerauit. Id barbarus uidens, statim quid futurum de eo esset, apertè coniecit: & accitum ad se Martianum, libertate q; donatum, iurisiurandi religioni sibi obstrinxit, ut ad Imperialem sublimitatem euectus, sibi & Vandalis fidus esset, neq; unquam aduersus eos bellum moueret. Id quod Martianus, sicuti ille uolebat, iuramento interposito fecit, fidem q; ei re ipsa seruauit, sicuti Procopius scribit.

Martianum sibi Genserichus amicitiæ fide obstringit.

Ad hæc aduersus Persas quoque Martianus iturus, quum in Lyciæ oppido, cui nomen est Sidena, morbo correptus esset, cum duobus fratribus, uiris præclaris, Iuliano & Tatiano, amicitiam summam contraxit: qui etiam domus suæ hospitio exceptum, ita ut par erat, curarūt: & postea uenatum cum eo progressi, tempore merediano somno omnes sunt sopiti. Atque ubi Tatianus primùm somno excitatus est, spectaculum admirandum uidit: aquilam nimirum ingentem, alas supra Martianum extendentem, & umbram quodammodo inducentem. Is fratri excitato, prodigiū id ostendit: & uterq; uolucris perbenignum studium admiratus, Martiano, quod de eo futurum esset, prædixerunt. Et ab eodem, quonam loco, si id quod diuinarent succederet, in aula futuri essent, sciscitati sunt. Ille, se eos patrum loco habiturum esse, dixit. Quare illi hominem deinde auro hospitaliter locupletatum, Constantinopolim deduxerunt. Vbi uerò omen illud ad rem collatum est, Martianus ex Lycia eos euocatos, patricios suos creauit: & Tatiano patriæ suæ præfecturam, Iuliano autem Lyciæ administrationem concessit. Hæc prodigia Martiani imperium præcessere. At nos ad institutum argumentum reuertamur. Martianus, quantum uix alius quisquam, uerioris ergà Deum pietatis iustitiæ q; cultor fuit: diuitias opes q; ueras esse putans, si non studio omni aliena bona corradere, sed indigentium penuriā liberalitate sua subleuare posset. Formidabilis etiam maximè habitus est, non tam exemplis pœnarum editis, quàm expectatione & metu suppliciorum. Quæ uirtutes fecere, ut non hæreditatis successionem, sed uirtutis mercedem Imperium acceperit, senatu ipso & omnibus fortunæ cuiusq; hominibus calculis suis Pulcheriæ Augustæ sententiam comprobantibus. Quæ in aula quidem Imperatoria cum eo uixit, & unà Imperium administrauit: cœlebs autem ad senectutē & mortem usq; permansit, Martiano ei fidem per iurisiurandi religionē datam seruante. Postmodum & Valentinianus, qui Romanam urbem regebat, ubi de uirtute eius certior est factus, suffragio suo imperium ei confirmauit. In primis uerò illud Martianus studuit, ut unum & communem ab omnibus, sublatis è medio hæresibus, Deo offerret cultum, & ecclesia per coniunctionem unita sententiam & religionem unam coleret.

Tertium omen imperiū Martiano designās.

Tertianus et Iulianus Martiani patricij.

Præclaræ Martiani uirtutes.

Iudiciū Pulcheriæ, quæ Martianum Imperatorem legit, ab omnibus comprobatur.

Martianus ecclesiā dissidentem coniungere studet.

CAPUT II.

Agitur de œcumenica synodo cogenda. Flauianus iste l. Quoniā uenerabilis. C. de epis. & cler. Fabianus dicitur.

HOc illum sic animo agitantem, literis insuper suis Leo Papa excitauit, ut in uniuersali concilio, de atroci iniuria quam Eutyches & Dioscorus, fidei Christianæ & celeberrimo uiro Flauiano irrogare ausi fuissent, inquireretur. Accesserunt etiam, quicunque ab illis contumelia affecti fuerāt, ut de eorum causa iudicaretur petentes: maximè uerò ex omnibus Eusebius Dorylæi antistes, solicitatione sua eam rem egit, insidijs Chrysaphij, qui Theodosij, iuribus abusus esset, & sibi & Flauiano propterea dignitatem ademptam esse memorando: quòd Chrysaphio Flauianus aurum electionis consecrationis q; eius nomine petenti, paupertatem suam prætendens, & illi auaritiam

Plin. Dorylaū uocat, li. 5. ca. 29.

auaritiam quodammodo exprobrans, sacra ecclesiæ uasa obtulisset. Adiecit is illud quoque, Chrysaphium eandem cum Eutychete complecti religionem. Et quod maximum esset, Flauianum à Dioscoro crudelem in modum prædatorio consessu eiectum, calcibus proculcatum, & enectum esse. Earum rerum gratia Imperatorum literis, locorum omnium episcopis conuocatis, synodus Chalcedone est coacta, quæ quidē primùm Nicææ conuenerat: quò etiam Romanæ urbis episcopus Leo, per Pascasini & Lucentij & aliorum ministerium, literas miserat. Sed ea Chalcedonem Bithyniæ est translata, quòd Imperator ipse synodo ei adesse uellet, magnū Constantinum imitatus: cum quo quàm maximè de gloria concertans, sacrum illum cōuentum duplicauit, pro trecentis decem & octo, sexcentis triginta sex patribus coactis. Zacharias quidem Rhetor affectione adductus, Nestorium quoq; ad concilium hoc uocatum esse scribit. Sed quòd aliter se res habeat, illud clarissimè indicat, quòd ubiq; ferè à synodo omni anathemate mactatus fuerit. Et apertius etiam hoc ostendit Eustathius Beryti episcopus, ad Ioannem episcopum, & alterum Ioannem presbyterum de synodi actis scribens, in quibus literis hæc etiam uerba sunt: Prodierunt uerò illi denuò, qui Nestorij reliquias quærūt, & aduersus synodum uociferati sunt: Quam ob causam uiri sancti anathemate feriuntur? adeò ut indignatus Imperator, satellites illos longè reijcere iusserit. Quomodo igitur synodus eum euocarit, cuius defuncti reliquias illi quęsiuerunt, colligere nequeo.

Flauiani cædes.

Synodus Chalcedonensis.

Leonis Ro. episcopi mandatarij.

639. Patres in concilio Chalcedonensi fuere.

Nestorius ei non interfuit.

CAPUT III.

YNodus postquam Chalcedonem peruenit, in sacro Euphemiæ martyris inclitæ fano coacta est, quod Chalcedone constructum est, & duobus maximè stadijs à Bosporo abest, in loco peramœno & molliter accliui situm, ita ut ambulationis laborem, qui in martyris templum ascendere uult, non sentiat, & facile statim in basilicam eam ueniat: & ex edito loco oculos circumagens, subiectum campum omnem herba tenera uirescentem, altoq; frugum prouentu fluctuantem, & omnis generis consitas arbores habentem, adhæc montes pulchrè se in sublime attollentes, & nonnullos sensim sese incuruantes, densam q; comam prætendentes cernat. occurrāt etiam illi uariæ maris undæ, aliæ quidem paulatim serenitate & tranquillitate purpurea resonantes, placide q; & suauiter littori colludentes: quædam autem strepentes fluctibus, & tumescentes, æstu uerò ipso cōcharum testas, algas & quascunq; alias res leues circumuoluentes, & facilitate plurima collidentes. Templum uerò ipsum, e regione urbi constructum, ita iacet, ut ex situ ipso colligere facile sit, urbis tantæ aspectu id conspicuum amœnum q; esse. Tribus autem ingentibus structuris ædes hæc sacra distincta est: quarum una hypæthra & subdialis aula est, in magnā longitudinem extensa, & frequentibus columnis ornata: secunda æqualem cum illa habet, paucioribus tamen columnis, amplitudinem & lōgitudinē, una hac re ab illa uarians, quòd tecto è coctili latere contecta est. Ad cuius Boreale latus, qua parte sol oritur, ædes rotundior erecta est, multa arte elaborata, columnis & ipsa materie magnitudinis & coloris eiusdem, ueluti in choro in circuli formam stantibus, templi interioris partem cohonestans. Super quibus porticus sublimis eadem sub testudine constructa est, ubi cuiuis diuinæ rei mysticis q; sacris adesse, atq; etiam ad Orientem conuerso precationem ad Martyrē ipsam facere licet. Intra porticū ipsam sacrarium aliud est longè pulcherrimum, ubi martyr posita est, in tumulo longiore, quē nonnulli etiā Longum uocant, argento arte diffuso pulchrè admodū ex omni parte inclusum, & ad præcipuā pulchritudinē redactum. Cæterùm quæ olim semper martyr ea ediderit miracula,

Diuæ Euphemiæ Chalcedone templum, et loci eius amœnitas summa.

Intelligit urbē Constantinopolim; cuius urbis Chalcedon quasi suburbanus uicus est.

De qua Pli. li. 6. ca. ult. Chalcedon libera.

Proceraſtis ante dicta, deinde Cōpusa, postea Cæcorum oppidū, quòd loci eum eligere nescissent, septem stadia distante Byzantio, tanto feliciore omnibus modis, sede.

Christia-

Miracula ad sepulchrum sanctæ Euphemiæ edita.

Christianis omnibus constat. Loci namque eius persæpe episcopum, in somnis A
sese ei exhibens, aut alium etiam quempiam præclarè uitam agentem, obiter templum eius ingressum, ut miraculorũ talium fructum perciperent, est cohortata. Quod ubi in urbe Constantinopolitana innotuit, uniuersæ eò populi turbę sunt profectæ: ipse etiam Imperator, & qui sacras ecclesiarũ habenas regunt, quiq́ honores & magistratus alios in republica gerũt, ut quę ibi peragerentur, uiderent. Atq́ etiam inspectantibus omnibus, episcopus Constantinopolitanus cum sacerdotibus suis templum id, ubi martyris eius corpus repositũ est, uisit. In tumuli læuo latere fenestella quædam admiranda est, operculo quàm maximè obfirmata, per quod ferramentum longiusculum, cui in extrema parte spongia alligata esset, immittebãt, spongiaḿ que ipsam in sacrosanctis martyris reliquijs obuolutam, sanguiné que & guttis cruore illius delibutis refertam, extrahebant. Hanc ubi plebs conspexit, homines statim in terram inclinati, uociferatione maxima Deum honorabant, miraculoq́ eo stupefacti manus sustollebant. Tantus autem inde profluxit ubertim humor, ut nõ solum Imperatores & episcopi, populusq́ qui ibi congregari solitus fuit, affatim eo perfruerentur, uerunetiam quócunque quiuis uellet locorum de eo aliquid secum auferret. Neq́ guttę tempore ipso defecere, neq́ diuinus ille sanguis aliqua ex parte mutatus est, sed is semper colorem suum summè rubrum conseruauit. Facta hæc non certo aliquo temporis curriculo, sed pro eo atq́ episcopi ipsius uitæ moruḿq́ sanctitas ferret. Sic enim fertur, quũ is qui ecclesiam gubernaret, præclarè uiueret, & uirtute exornatus esset, frequẽtius miraculum hoc exhibitum esse. Quum autem antistes sacrorum talis non esset, rarius eam rem tam admirandam, nec tam facile à martyre processisse. B

Oleum in urna eius mirificum & ἀλεξιφάρμακον.

Odor ad monumentum eiusdem multo optimus.

Hoc sic factum esse noui. Cæterùm quòd neq́ dies neq́ tempus ullum intercipit, sed perpetuò omnibus fidelibus simul & infidelibus affluit & accedit, id nunc dicam. Si quis in sacrarium id, ubi tumulus & sanctæ martyris reliquiæ perinde atq́ thesaurus nunc repositæ sunt, ueniat, odor immensus & naturæ captum, odoresq́ omnes, quos ars humana conficit, supergrediens, ad eum perfertur. Eum siquidem qui ex prato uersicolore colligitur, longè superat: neq́ alicui eorum similis est, qui ex beneolentissimis rebus profluit. Tum autem neq́ ei par est, quem unguẽtarius odoribus suauibus ad certum modum temperatis miscet: uerùm multis modis qui inde redditur præstantior est, uim & potestatem eius à qua redundat declarans.

CAPUT IIII.

Synodi in templo diuæ Euphemiæ cõsessus.

Dioscorus Alexandrinus non bene stat.

Iuuenali Hierosolymitano cultum deprecanti gratia facta.

IN hoc sacro martyris delubro, quam ex Nicea transisse diximus, cõgregata est synodus, trigesimo à tertia synodo, à mundo autem condito quater millesimo noningentesimo & sexagesimo sexto anno. In dextra templi parte Romani, Byzantij, & Antiocheni: in sinistra, Alexandrini & Hierosolymitani: medio autem inter hos loco Principes & Senatores consedere. Et quum ea quæ Eutyches Constantinopoli & Dioscorus Ephesi nouandarum rerum studio designauerant, in medium producta essent, Dioscorus ad rerũ actarum ignorantiã, qua se excusabat, confugit. Et quòd obiecta sibi crimina effugere nequiret, animi dubius fuit. Vbi uerò ueritate in apertũ prolata, necessitatem apertam causæ dicendæ declinare non potuit (nam qui in prædatoria illa synodo ei assederant, eum redarguerũt, dolumq́ eius & illatã sibi per Imperialis minas uim & necessitatem ostenderunt) in ruborem magnum & probrũ cõiectus est. Atq́ equidẽ qui uiolẽtiæ eius administri fuerãt, uenia petita in gratiã sunt recepti, & ex sinistro in dextrũ latus trãsiere, quorũ unus Iuuenalis Hierosolymitanus fuit. Dioscorus aũt, q́ aliud ex alio ei obijcereť crimẽ, quũ ueniam

A ueniam à iustis illis iudicibus consequi non posset, in synodum uenire supersedit. Postquam uerò Synodus canonem sequuta, ter illum citauit, & ipse dicto audiens non fuit, communibus omnium suffragijs, ipso Dei amante Imperatore

Dioscorus propter contumaciam, & Eutyches damnatus

Acta synodi Chalcedonensis.

præsente, & ipsum & Eutychetem exauthorauit, & anathemate iugulauit. Deinde decreta sanctarum uniuersalium synodorum, stabiliendæ fidei gratia, edita, eius uidelicet quæ Nicææ, & Constantinopoli, & Ephesi primùm coacta est, cõfirmarunt. Tertio porrò confessu admirandi Cyrilli ad Nestorium datas epistolas in sua retulerunt acta: quibus epistolam etiam Leonis Papæ ad diuinum Flauianum, & libellum insuper quem idem Leo ad synodum & Imperatorem Martianum dederat, columnam orthodoxiæ seu rectæ fidei appellatum, coniunxere. Leo namque iste rebus Eutychetis & Dioscori cognitis, prouincialem synodum Romæ coegerat, in qua utrumque, & eos præterea qui illorum sequerentur opinionem, reiecit: actaq́ eius cõcilio Chalcedonensi & Imperatori miserat, uidelicet ut eos ipsos qui confusionem commixioneḿ que duarum CHRISTI naturarum inducerent, illico citra prætextum & exceptionem omnem damnarent. Exhortatus quoque fuerat, doctrinis hisce ædificari & stabiliri ecclesias docens, si homines scirent unum CHRISTVM subsistentia DEVM esse perfectum, patri consubstantialem, ita ut in ipso citra commistionem, citra mutationem, citra alterationem, & citra confusionem, duæ naturæ diuinitatis & humanitatis unitæ, quæ scilicet in eo cognoscuntur, & in eo uerè sunt, considerentur.

Libellus Leonis Ro. Pontificis γνωμοδοτικὸς.

Idem Eutychetem & Dioscorum præiudicio suo in concilio Ro. damnauit.

** παρὰ δόξαν διαλέγεσθαι.*

Leonis ad Imperatorẽ Martianum & concilium Chalcedonense scriptum.

CAPUT V.

B VVm autem ea de rè disputatio magna excitata esset, (inexpugnabilis namque & contentionis maximè studiosa improbitas est) spiritui sancto & egregijs illis qui conuenerant uiris placuit, ut decretum fidei in libello describeretur, & controuersiæ iudicium atque decisio laudatissimæ martyri & uirgini Euphemiæ committeretur. A' maioribus illa suis, ciuis & alumna urbis Chalcedonensis fuit. Sub impio autem Diocletiano, pro detestandi cuiusdam præsidis tribunali consistens, CHRISTVM Deum esse & Dei filium clara uoce deprædicauit. Quapropter plurimis primũ cruciatibus excarnificata, & bestijs tandem obiecta, certamini pro CHRISTO peracto, coronam recepit: & diuinum corpus eius integrum atq́ incorruptum asseruatum apud ecclesiam Chalcidonensem marmoreo tumulo repositum est, talia edens prodigia, qualia paulo antè commemorauimus. Itaque immaculato & sacro corpori eius ueluti sincero iudici, orthodoxi & rectam sententiam obtinentes, simul & qui aliter opinarentur, fidei suæ arbitrium committentes, utriq́ seorsim fidei formulam in libellum suum relatam, & chartam utrámq́ clausulis atq́ sigillis obfirmatam, ad martyris pedes deposuere. Et nocte proxima precationibus consumpta, postridie uenerunt, & monumenti operculo remoto, spectaculum nouum rectoq́ iudicio dignum conspexere. Nam orthodoxorum rectq́ sentientium libellus perquàm tenaciter uictricis illius martyris manibus continebatur: alter autem, tanquam res uana & nullius preci, temerè ad pedes illius proiectus iacebat. Posteaquam uerò post cœlestem hunc calculum adhuc impudentia contra ueriorem fidem pugnaret, condemnatio amplius etiam ut ualde legitima confirmata est: & qui decretis Synodi consentire noluerunt, ij ignominiam & probrum, à Deo & hominibus sunt consequuti. Hæresis ipsius dux Gangram exul abductus est. Qui autem à Dioscoro condemnati proscriptíq́ fuerant, de Synodi sententia & Imperatoris consensu reuocati sunt. Atque ubi alia etiam pleraque acta sunt, decretũ Synodus hisce cõceptum uerbis promulgauit.

Martyrium sanctæ Euphemiæ

Iudicium fidei Christianæ Catholici atq́ etiam hæretici ad arbitrium martyris Euphemiæ defunctæ referunt.

Per illustre miraculũ, Euphemia, hæretica prauitate reiecta, orthodoxia approbat.

Condemnatio hæreticorum.

Dominus

CAPVT VI.

L. quouiam uenerabilis. C. de epiſc. et cleric. L. quicunq; in hac. C. de hæret. et Manich.

DOminus & ſaluator noſter IESVS CHRISTVS, fidei doctrinam diſcipulis confirmans: Pacem, inquit, meam do uobis, pacem meam relinquo uobis. Vt nemo à uera pietatis dogmatibus diſſonet, ſed ex æquo omnes ueritatis doctrinam prædicent. Et poſtea ſancto Nicæno ſymbolo, & centum atque quinquaginta ſanctorum patrum decreto lecto, intulerunt: Satis igitur ad perfectam ueræ pietatis cognitionem & confirmationem eſt, ſapienter conceptum & ſalutare iſtud diuinæ gratiæ ſymbolum. de patre etenim & filio & ſpiritu ſancto abſolutam doctrinam continet, & inhumanationem Domini cum fide eam recipientibus aſtruit. Quandoquidem autem ueritatis inimici, qui abolere per hæreſes ſuas prædicationem contendunt, inaniloquentiam peperere: & nonnulli ſacroſanctam Domini noſtra gratia ſuſceptam † adminiſtrationem adulterare, & uocem hanc θεοτόκος Deigenitrix pernegare auſi ſunt: aliqui uerò confuſionem mixtionemque inducentes, unam eſſe carnis & diuinitatis naturam conſiderate fingunt, diuinam què unigeniti naturam per confuſionem perpeſſioni obnoxiam prodigioſe aſſerunt: hæc ipſa nunc ſancta & magna uniuerſalis Synodus, omnem illis fraudem & machinationem aduerſus ueritatem præcludere uolens, & integritatem firmitatemq; ueteris doctrinæ uindicans, in primis ſtatuit, ut ſanctorum trecentorum patrum fides inuiolata conſtet. Deinde & eorum qui in urbe Imperante aduerſus Spiritus ſancti hoſtes poſterioribus temporibus conuenerunt, centum quin quaginta patrum, de Spiritus ſubſtantia doctrinam, authoritate ſua confirmat: quam illi omnibus notam eſſe uoluerunt, non ut aliquid quod maioribus ignotum fuiſſet, inducerent, ſed ut ſpiritus ſancti naturam, quædam de illius poteſtate obtinere uolentes, teſtimonijs in ſcriptum relatis, clarius promulgarent. Propter eos uerò qui œconomiæ & adminiſtrationis myſterium deprauare audent, & qui ex Maria uirgine natus eſt, merum hominem eſſe impudenter & conuicioſe dicunt, beati Cyrilli, qui Alexandrinæ eccleſiæ paſtor fuit, ſynodales epiſtolas ad Neſtorium & Orientales epiſcopos datas, quòd rectè ſcriptæ ſint, quùm ad Neſtorij uæſanam dementiam refutandam, tum ad ſententiam ſalutaris ſymboli, qui eam pio ardore requirunt, declarandam, recepit: quibus epiſtolam quoque maximæ urbis ueteris Romæ antiſtitis, beatiſſimi & ſanctiſſimi archiepiſcopi Leonis, ad eum qui in ſanctis eſt archiepiſcopum Flauianum, refellendæ Eutychetis maleuolentiæ gratia ſcriptam, quæ beati Petri confeſſioni conuenit, & aduerſus perperam & malè ſentientes quaſi quædam communis & publica columna eſt, ad dogmata recta confirmanda, meritò coniunxit. Nam aduerſus eos qui adminiſtrationis myſterium in duos filios diſtrahere conantur, pugnat: & eos qui unigeniti diuinitatem perpeſſioni obnoxiam eſſe dicere audent, ſacris conuentibus excludit. Tum autem eis quoque qui in duabus CHRISTI naturis mixtionem & confuſionem commiſcuntur, reſiſtit. Eos præterea qui cœleſtis aut alterius cuiuſquam ſubſtantiæ eſſe delirant, quam ex nobis ſibi aſſumpſit ſerui formam, proſcribit. Eos denique, qui duas quidem ante unionem Domini naturas profitentur, unam autem poſt unionem faciunt, anathemati ſubijcit. Itaque patrum ueſtigijs inſiſtentes, unum atque eundem profitemur eſſe filium Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM: & una uoce omnes deprædicamus perfectum eundem in diuinitate, & perfectum eundem in humanitate, Deum uerum & hominem uerum eundem, ex rationali anima & corpore, ſubſtantialem patri ſecundum diuinitatem, conſubſtantialem eundem nobis ſecundum humanitatem, per omnia nobis

Senatuſconſultum Concilij Chalcedonenſis.

οἰκονομίαν. Aduerſus negantes uirginem matrem θεοτόκον Deigenitricem eſſe, et naturas duas in domino Saluatore confundentes.

Synodus Chalcedonenſis confirmat decreta cõcilij Nicæni & Conſtantinopolitani.

Aduerſus eos qui Chriſtum merum hominem eſſe dicũt.

Confirmantur Cyrilli Alexandrini epiſtolæ Synodales.

Item epiſtola Leonis Rom. ad Flauianum Cõſtantinopolitam.

A bis æqualem abſq; peccato, ante ſecula quidem ex patre ſecundum diuinitatem, in extremis autem diebus eundem propter nos & propter noſtram ſalutem, ex Maria uirgine & Deigenitrice ſecundum humanitatem genitum, unum & eundem IESVM CHRISTVM filium & Dominum unigenitum in duabus naturis inconfuſe, immutabiliter, indiuiſe, inſegregabiliter cognitum atq; deprædicatum: haudquaquam naturarum differentiam unione tollente, ſed proprietatem potius utriuſq; naturæ conſeruante, quæ in perſonam unam & ſubſiſtentiam unam concurrit: non ueluti in duas perſonas diſpertitum aut diuiſum, ſed unum & eundem filium unigenitum Deum Verbum Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM: quemadmodum antiquitùs Prophetæ, & ipſe de ſeipſo nos docuit CHRISTVS, & ſymbolum patrum nobis tradidit. His igitur cum cura & diligentia omni à nobis conſtitutis, ſancta & univerſalis Synodus decreuit, ut nemini liceat aliter ſentire, aut fidem aliam proferre, uel conſcribere, uel cõponere, uel alios docere. Quicunq; autem auſi fuerint fidem aliam componere, aut proferre, aut docere, aut ſymbolum aliud eis tradere qui ex Græca ſuperſtitione & Iudaiſmo, uel alia quacunq; hæreſi conuertere ſe ad ueritatis cognitionem uoluerint: eos, ſiquidem epiſcopi aut clerici fuerint, ab epiſcopatu & clero alienos: ſin autem monachi aut laici fuerint, anathemati ſubiectos eſſe debere.

Non eſſe edendas nouas fidei formulas.

CAPVT VII.

POſt hæc Imperator Martianus, qui Synodo interfuit, ubi ea quæ parerat, pro concione dixit, in Imperialem eſt reuerſus aulam. Synodus autem controuerſiam quoque quæ Maximo, Domni in eccleſia Antiochena ſucceſſori, & Iuuenali Hieroſolymitano epiſcopo, de prouinciarum finibus interceſit, ritè & ordine decidit. Adhæc & Theodoritus, & Ibas, thronos ſuos receperunt. Conſtitutum etiam ibi, ut ſedes nouæ Romæ, ſecundas à ueteri Roma, ab alijs autem thronis primas ferret. Plurima inſuper alia in concilio hoc acta, quæ omnia initio altius repetito, in fine huius tomi, pro eo atq; potero oratione perſequar, ut quiuis clarius res ibi geſtas cognoſcat. Importunum namq; quodammodo eſſe duxi, ſi in præſentia eas referrem, ne hiſtoriam perpetuam interpolarem. Qua etiam de cauſa fuſius ea nunc tractare noluí. Proinde qui exactè ſynodi iſtius res cognoſcere cupit, compendioſam illam narrationem, quæ ad finem quindecimi huius libri adiecta eſt, legat. Nunc porrò ad hiſtoriam continuandam progrediar.

Aliæ ſynodi Chalcedonenſis actiones.

CAPVT VIII.

SYnodo huic interfuere ex ueteri Roma Paſcaſinus, Lucentius, & Bonifacius, Leonis Romani antiſtitis locum obtinentes. Interfuit & Anatolius nouæ Romæ epiſcopus, Maximus Antiochiæ ad Orontem, Iuuenalis Hieroſolymorum, & ipſe Dioſcorus Alexandriæ, præſules: qui, ſicuti diximus, exauctoratus, & ad exilium damnatus, Gangrenſem regionem in Paphlagonia incolere eſt iuſſus. Porrò epiſcopatum Alexandrinum communi ſynodi conſenſu diuinus Proterius ſortitus eſt. Et quum is thronum ſuum reciperet, ingens multitudini inceſsit certamen, turba, & tumultus, uulgus in uarias ſcindens ſententias. Quemadmodum enim eiuſcemodi temporibus euenire ſolet, alij fortiter, quæ maxima pars erat, nouum paſtorem defendebant: alijs Dioſcorus eccleſiaſticæ prouinciæ adminiſtrandæ idoneus magis eſſe uidebatur. Et res in magnum diſcrimen proceſſit. Priſcus namque orator in hiſtorijs ſuis, ſe eo tempore ſcribit ex Thebæorum prouincia Alexandriam ueniſſe, & turbam ingentem uidiſſe, ſeditionem aduerſus magiſtra-

Secundũ Ro. antiſtitem epiſcopus Conſtantinopolitanus præ alijs primatũ obtinet.

Dioſcorus ad exiliũ damnatus.

Proterius Alexandriæ epiſcopus à ſynodo lectus.

Seditio & tumultus ea de cauſa Alexandriæ exortus.

Plebs furens magistratus fugat.

tus mouentem. & quum milites inhibere eam contenderent, pro telis, saxis ipsis, quæ ex tempore passim iacentia rapuit, usam, illos fugere compulisse, ad templum quod olim Serapidis nomen habuit. Fuit autem Serapis, Iupiter, aut Nilus, aut Apis, quidam in urbe Memphitica uir, qui famis tempore de suo Alexandrinis frumentum subministrauit. Ei uerò defuncto templum & statuam sa-

Suid. addit, aut Ioseph. Scribit is quoque, in capite eius fuisse modiũ & cubitum, quo Alexandrini auctum Nili mensi sunt: & templum id ab Alexandro esse conditum.

xerunt, in quo etiam bos insignia quædam & notas habens nutritus est, in agri culturæ, quantum conijcere licet, signum atq; indicium: quem ipsum Apim quoque, eodem scilicet cum hero suo nomine uocabant. Hominis autem istius tumulo, qui Græcè σορὸς dicitur, in templũ translato, Sorapim statuam eius nominarunt, aut Serapim etiam, per literarum transpositionem. Cuius templum pulcherrimum fuit, & simulacrum longè maximum, maximeque horrendum, ex uaria

ἀ ναὸς ἕτερος ἀνάκτος.

materia ita compactum, ut utraque manu utrumque parietem attingeret. In medio uerò simulacro * templum aliud erroneum fuit, in quo effigies alia ærea non magna suspensa erat, cuius capiti ferrum immiserant. Et quum in tecti laquearibus magnetem lapidem iuxta perpendiculum collocassent, sublimem eam in aerem ita promittebant, ut neque terram, neque tectum ipsum attingeret. In hoc ipsum templum populus magistratus compulit, & deinde uiuos captos igne concremauit. Quæ res ubi ad Imperatorem est delata, duo millia militum eò misit, qui secundo uento sexto die ad magnam Alexandriæ urbem appulerunt. Ii petulanti insolentia in coniuges & filias Alexandrinorum usi, grauioribus eos quàm quas antea experti fuerant, affecere ærumnis. Plebs autem indignè eas ferens, à Floro tandem, qui rem militarem administrabat, tum autem ibi urbanas quoque res curabat, quum ad Circenses ludos spectandos congregata esset, petijt, ut quæ ei ablata fuerat, frumenti solitam largitionem relinqueret, balnea que & theatra, aliasq; B res quibus in tam dissoluto & perturbato ciuitatis statu abstinere cogebatur, redderet. Quod ille, sicuti uulgus uoluerat, pollicitationibus interpositis se facturum recepit. Atque ad eum modum seditionem sensim sedauit. Res Alexandrinæ sic habebant.

Magnetis lapidis uis.

Plebs eadem magistratus suos uiuos combussit.

Coercio plebis.

Florus tabis Alexandr. præfectus.

Per ademptionẽ frumenti plerunque lasciuiens populus coercetur.

CAPUT IX.

Monachi quidam in Palæstina contra synodũ Chalcedonensem furiunt.

NEc uerò in Palæstina tranquillitas fuit. Siquidem monachi quidã, qui synodo interfuerant, & diuersa à decretis eius sentiebant, quum Hierosolyma uenissent, proditam esse fidem clamitarunt, lamentantes, & monasticum ordinem concitare atque impellere satagentes, ut quæ in synodo ritè acta erant, rescinderent. Vbi autem Iuuenalis sedem suam recepit, at-

Theodosius monachus sedem Hierosolymitanam fraudulenter, Iuuenali absente, occupat.

que illi eum ut synodi acta aboleret, & anathemati subijceret, cogere uoluere, in Imperatoris urbem concessit. Turbæ totius dux Theodosius monachus quidam erat. Hic Eudocia Augusta (adhuc enim in uita erat) in partes suas rapta, & sodalitate monacharum omni sibi conciliata, prædonis & sanguinarij hominis more, quòd Iuuenalis (sicuti diximus) Constantinopolim petierat, Hierosolymorum thronum occupauit, adiutoribus ea in re usus, qui synodi constitutionibus aduersabantur, & Eudociæ gratificabantur. Et quum episcopi nondum à synodo reuersi fuissent, alios ipse delectos, in urbes quasque misit. Seuerianum autem Scythopolis episcopum, quòd maleuolentiæ illius suffragari nollet, oppido exactum interemit. Magnam quoque mouit persequutionem in ciuitate sancta, aduersus eos qui communicare cum eo nolebant. Quosdam namque tormentis excruciauit, aliquibus substantiam ademit, aliorum ædibus ignem iniecit, ita ut urbs à barbaris capta esse uideretur. De quo postea monachorum ordo ad Alcissionem literas dans, illud scripsit: quòd quum ut maleficus & episcopo suo infidus deprehensus esset, monasterio suo expulsus, & quia Alexandriæ quoque rebellis

In alias quoq; ecclesias is episcopos illegitimos mittit.

Seuerianum Scythopolis episcopũ necat.

Theodosius malefici.

A rebellis Dioscoro fuerat, quòd uerberibus multis affectus, tanquam homo seditiosus per urbem ibi camelo insidens traductus sit. Idem quoque Palæstinæ urbes circumiens, eas ut sibi episcopos legerent, coegit. Quorum unus etiam fuit Petrus, ex Iberia oriundus, Gazæorum ciuitatis, cui Maiumæ nomen est, episcopus. Adeò ut Athanasius quidam in diaconorum ordinem coopatus, in media eccle-

Petrus περίοικος Gazæ episcopus.

sia Hierosolymis cum multa dicendi libertate, iniquitatis abominatione thro-
» sanctissimo insidente, uocem illam præclaram emiserit: Desine Theodosi tantam
» cædem committere, desine CHRISTO bellum infere, & gregem eius in prædo-
» num morem è diuino ouili eijcere, & aliquando tandem beneuolentiam erga ue-
» rum germanumq; pastorem nostram cognosce. Hæc quum diceret, à satellitibus Theodosij arreptus, & ex ecclesia tractus est. Atque insolentis petulantiæ & cruciatuum genus omne propter CHRISTVM perpessus, & flagris multis concisus, postremò etiam ferro uitam amisit. Cadauer eius ex pedibus per urbem omnem raptum, canibus tandem esca proiectum est. Porrò Dorotheus, qui Palæstinam prouinciã ab Imperatore acceptam administrabat, & tum apud Moabitidem bello aduersus barbaros occupatus erat, ubi ea quæ in urbe sic gerebantur cognouit, celeritate summa cum exercitu forti rebus præsentibus consulturus accurrit. Cæterùm Theodosij & Eudociæ satellites, portis clausis, non prius eum admisere, quàm eis pollicitus esset, se quoque ad partes eorum defecturum, sicuti monachorum omnium ordo & uniuersa ciuitatis multitudo fecisset. Ita mentes uiginti exitiosus Theodosius tyrannidem in sede Hierosolymitana exercuit. Quam rem postquam Martianus intellexit, à Dorotheo ille electus est: quem is capere quidem (sic enim Imperatoris præceperat iussio) conatus est: sed id ab eo fieri non potuit, propterea quòd pestis illa in Synaeũ montem profugerat. Quam
B ob causam plurimi, qui partibus eius fauerant, tormentis subditi sunt, non plebeij tantum homines, sed etiam qui propter habitum in monachorum ordine censi fuerant. Post Theodosij fugam, Iuuenalis in thronum suum restitutus, omnibus quos ille consecrauerat, dignitatem statim ademit. Multa præterea alia tristia hinc & inde prouenientia multitudini accidère, quæ animus ei inuido & Deo inuiso dæmone, per unius literæ mutationem, suadente suggessit: ita ut alterius literæ pronunciatione, aliud prosus inducere liceret. Adeò etiam, ut multa à pluribus mutatio fieri, & sententia in contrariam prorsus & ex diametro repugnantem significationem ferri, & alteram per alteram tolli existimaretur. Nam CHRISTVM ἐν, hoc est, in duabus naturis profitens, ἐκ, hoc est, ex duabus dicebat. Et si in diuinitate & humanitate CHRISTVM confiteretur, ex diuinitate & humanitate unitum eum esse proferebat. Et qui ex duabus diceret, professionem in duabus inferebat. Si ex diuinitate & humanitate CHRISTVM dicere debebat, in diuinitate & humanitate consistere ipsum profitebatur, neque carne in diuinitatem eunte, neque rursum diuinitate in carnem euadente: unde ineffabilis illa existit unio, ut & per loquutionem ex duabus, hic commodè loquutio in duabus, & per in duabus etiam ex duabus intelligatur, & alterum ab altero non differat: quandoquidem & iuxta abundantem loquendi rationem non solum totum ex partibus, sed etiam in partibus totum percipitur. Et tamen separata hæc inter se sic esse homines opinati sunt, quadam de Deo opinionis consuetudine: uel quòd ita destinatione animi uoluerint, & formas dicendi omnes peperam intellexerint: uel quòd ad rei ipsius, ut sese habet, assensionem uenire contenderint. Quam ob causam, quæ à me dictæ sunt confusiones extitere. Hæc sic apud Alexandrinos & apud Palæstinos accidêre.

Athanasij diaconi Hierosolymitæ libera ad Theodosiũ istum uox.

Athanasij martyrium.

Dorotheus Palæstinæ præfectus.

Theodosius ecclesiasticus tyrannus manus Dorothei effugit.

Iuuenalis in integrum restitutus.

Dæmon contentionum et dissidiorum author, &c.

Confusionem mẽditatam quarundam loquutionũ, & sectarum dissentionumq; causam & occasionẽ unius literæ mutationi, & duab. præpositionib. ἐν & ἐκ, hoc est, in & ex, apud homines contentiosos, adscribit.

CAPUT X.

Temporis eius casus fatales.

IIsdem temporibus ingens fuit siccitas, famesq; simul & pestis in Phrygia, Galatia, & Cappadocia: quæ calamitas etiam ad Ciliciam usque progressa est, ut earum quas diximus regionum incolæ in summa penuria ad eas angustias peruenerint, rebus necessarijs deficientibus, ut prohibitis insolitis & exitiosis alimentis uterentur. Et fame tantopere inualescente, homines uictus ratione mutata, in ægritudines inciderunt. Corpora namque propter maximas inflammationes tumore concepto, oculos primùm amittebant: deinde tussi accedente, die tertio moriebantur. Contra pestem eam nullum usquam fuit auxilium. Qui autem ex ea perrari superfuere, eis opem seruatrix omnium Prouidentia attulit, & fami subuenit. Eo enim anno quo fruges non prouenerunt, alimento aerio eos fouit, sicuti olim ueteribus Israelitis fecisse memoratur, manna illis (quod dicitur) cœlitùs demittens. Proximo autem anno ut fruges sua sponte excrescerent, effecit. Hæc mala Palæstinam etiam, & plurimas alias regiones peruaserunt. Et calamitates eiusmodi Orientalem orbis partem omnem peragrarunt.

Pestis grauis.

Fames.

Alimentum aerium.

Manna.

Fruges αὐτομάτως crescentes.

CAPUT XI.

Actij præfecti urbis Rom. cædes.

HAe Orientis ærumnæ fuere. Porrò Occidens alijs, eis quas diximus non minores, sensit. Nam Actius urbis Romanæ præfectus, miserandum in modum uitam amisit: & oræ Hesperiæ Imperator Valentinianus recta quidem ecclesiæ dogmata, quemadmodum suprà à nobis dictum est, retinuit. In quotidiana autem consuetudine uitæ plurimum deliquit. Quum enim uultu uenusto, & rebus alijs ornatam maximè in matrimonio haberet coniugem, iunioris Theodosij filiam Eudoxiam, alienas nuptias turpiter fœdauit, & apertè permultos curiosarum artium sectatores familiares habuit, & tandem uitam fœdissima morte finijt. Maximi namque qui Gratiano Imperatore cæso, tyrannidem arripuit, & à magno Theodosio postea necatus est, ex filio nepos, auo cognominis, patriciatus dignitatem primariam gerens, quum insidijs Valentiniano Imperatori strueret, propterea quòd is uxorem eius stuprasset, Aetium Imperialem aulam gubernantem (consilijs enim suis is obsistebat) metuens, perduellionis crimine per calumniam apud Imperatorem detulit. Atque ubi ille eam ob causam miserabiliter cæsus est, labore nullo Maximus Imperatoris regiam ingressus, illum interemit, & coniugem eius Eudoxiam rapuit, eidemq; per stuprum uim intulit. * Per quæ enim aliquis peccat, per eadem etiam castigatur. Postea uerò ille imperium quoque sibi usurpauit. Enimuero Eudoxia tanta contumelia affecta, quòd tam inopinatum flagitium ægrè ferret, omnem sibi quod dicitur faciendum esse talum statuit, ut iniuriæ authorem ulcisceretur, qui facinus tantum in marito suo patrare, & insuper ingenuitatem libertatemq; suam contaminare ausus fuisset. Acris enim esse solet fœmina, nec ullo modo ea flectitur aut exoratur, ut dolorem statim ponat, si pudicitia ei, quam retinere contendit, per uim adempta sit: & quidem ab eo qui etiam castitatis, dignitatis & existimationis suæ custodem sustulerit, Hæc secum in animo uolutans Eudoxia, quandoquidem nullam ex Byzantio auxilij spem esse putauit, quòd pater eius Theodosius dudum diem suum obijsset, & tempore plurimo diua Pulcheria Imperio ibi potiretur, quæ nondum conceptam aduersus matrem Eudociam iram deposuisset, dona maxima in Libyam ad Genserichum misit, eundemq; ut sibi in tanta ærumna subueniret, secq; Maximi improbitate liberaret, rogauit: ipse illa barbaro oblata, si modò se moueret, præter opinionem eum classe ingenti Imperium Romanorum consecuturum, quod se illi facile traditurum recepit. Itaque Maximus

Valentiniani Imper. Occidentalis nitia.

Maximus tyrannus Valentiniani necat, & eiusdem coniugem Eudoxiam constuprat.

* Δι' ὧν γὰρ τις ἁμαρτάνει, δι' αὐτῶν καὶ κολάζεται.

Valentinianus à Thrasyla percussore in campo Martio cæsus est. Pom. Cassiod.

Ad tyrannū Maximum ulciscendi Eudoxia Genserichū ex Aphrica Romam inuitat.

Maximus quum neque unum quidem annum tyrannide potitus esset, interemptus est: Genserichus uerò ubi cum ingentibus copijs aduenit, Romam cæpit. Qui quòd barbara mente & instabilis atque inconstans esset, Eudoxiæ fidem non seruauit: * sed urbe direpta, spectaculis que eius incensis, in Libyam reuersus est, Eudoxia secum & duabus eius filiabus Eudocia & Placidia captiuis abductis. Multa quoque inde ecclesiastica & preciosa abstulit uasa, inter quæ non pauca etiam Hebraica fuere, quæ Vespasianus & Titus Hierosolymis uastatis Romam secum attulerant. Genserichus maiorem natu filiam Eudociam filio Honoricho matrimonio iunxit. Placidiam autem, quòd Olibrio patricio Senatus Romani principi, qui tum urbe Roma capta Byzantij profugus erat, desponsatam esse cognouisset, una cum matre Eudoxia, cultu magno & regio comitatu tradito, Byzantium Martianum placaturus misit. Qui uehementer ira aduersus eum percitus fuerat, quùm quòd Romam incendisset, tum quòd sic in Imperiales liberos illusisset. Olibrius, Martiano iubente, Placidiam uxorem duxit. Cæterùm post Maximum Romæ Auitus rerum potitus est mensibus octo. qui ubi uitam fame finiuit, Maiorianus biennio imperium tenuit. Postquam autem is ab Recimero Romanæ militiæ duce dolo cæsus est, Seuerus tres annos ibi imperauit. Post hunc Anthemius, cui Martianus filiam suam despondit, Occidentalibus Romanis id per legationem petentibus. Vbi uerò & hic, quum Christianissimus esset, fraude peremptus est, Olibrius à Recimero Imperator renunciatus est. Huic succesit Glycerius. Atque illi rursum, ubi annos quinq; dignitatem eam gessisset, Nepos, qui Glycerium apud Salonas Dalmatiæ urbem episcopum fecit. Sed & hunc Orestes imperio spoliauit. Cui Romulus filius, qui & Augustulus dictus est, successit, ultimus Romanorum Imperator, à Romulo primo rege mille trecentis et tribus exactis annis. Post hunc Romanorum Imperium Odoacer inuasit: qui Imperiali cognomine reiecto, regem se primus uocauit. Quo tempore & Leo magnus ex hac uita migrauit.

Maximus cæditur.

Roma à Gensericho capitur & diripitur.

Genserichus Eudoxiam cum liberis & spolijs amplissimis Roma in Aphricam transfert.

Eudocia Eudoxiæ filia Honoricho Genserichi filio nubit.

Placidia Olibrio patricio.

Occidentales Imperatores.

Auitus.

Maiorianus.

Seuerus.

Anthemius.

Martiani gener.

Olibrius.

Glycerius.

Nepos.

Orestes.

Augustulus.

Odoacer rex.

* Quum Genserichus Carthaginē, ex quo annis 585. in ditione Ro. fuisset, anno Domini 441. cepisset, cuius cladis mentio fit l. 1. in princ. C. de of. præf. Præt. tandē Romā quoq;, anno Domini 457. fœdissimè uastauit. M. Varro Vectiū se Romæ, in augurio non ignobilem, & ingenio cuiusparem, audiuisse scribit, dicentem: Quoniam cxx. annos incolumis præterisset populus Ro. ad M. CC. peruenturū. Quidam eruditi tempus direptionis istius Vandalicæ, cuius iustin. meminit C. de off. PP. Afric. designari per Varronis uerba putant. Alij potius ad Totilæ uastationem referunt, quæ sub Iustiniano accidit.

† Circiter hæc tempora Paulinus Nolæ episcopus, multos à Vandalis captiuos redemit. & tandem uiduæ filium, seipso in seruitutem dato, liberauit. Diac. Odoacer, quòd bellicosus esset, id nomen à uastandis & excindendis agris accepit. sicut & apud Vandalos siue Bohemos, rex Odoacrus, uir fortissimus, antè Premislaus nominatus.

CAPUT XII.

VDocia Augusta in Palæstina adhuc degens, de filiæ Eudoxiæ, mariti; & liberorum eiusdem rebus certior facta, ad extremam coniecta est animi anxietatem. Proinde funem omnem, ut in prouerbio est, mouens, per Valerium & Olibrium patricios Pulcheriq; recōciliata est: à qua etiam petijt, ut eis quæ in captiuitate essent opem ferret. Et quum pax inter Genserichum & Martianum facta esset, Eudoxiam Genserichus, & Placidiam, Pulcheria petente, sicuti dixi, Byzantium misit. Iunior autem Eudocia apud maritum Honorichū in Aphrica mansit, cum quo sedecim annos uixit, eidemq; filium Hulderichum genuit. Porrò quum parum grata ei esset uiri coniunctio, qui Arianam profitebatur religionem, arte manus eius elapsa, & auiam Eudociā imitata, ad sancta loca cōcessit, et sepulcrum illius longè post exosculata est. Vbi & ipsa non diu uixit: sed somno beato sopita, iuxta auiæ tumulum in præclaro & ipsa reposita est monumento. Quidquid autem ei erat facultatum, id pauperibus & sanctæ CHRISTI resurrectioni consecrauit.

Eudocia Pulcheriæ conciliata.

Eudoxia cum filia Placidia Byzantium missa.

Hulderichus Honorichi filius.

Iunior Eudocia Hierosolyma quo que uisit.

CAPUT XIII.

Eudocia senior ab errore Entychiano ad orthodoxiã reducitur.

PVlcheria Augusta quamprimùm Eudociæ reconciliata est, fratres & A filias eius hortata est, ut crebras ad eam darent literas, quo ab Eutychetis & Dioscori opinione desciscet, & sanctæ Catholicę ecclesię communionem amplecteretur. Literis eiusmodi Eudocia acceptis, quum etiam beata Bassa semper ei, ut eadem secum in religione sentiret, molesta esset: metuens illa, ne id non ex sententia Dei faceret, faciendum sibi esse putauit, ut de ea re ad diuinos patres referret, qui se de uero pietatis cultu certò edocerent. Proinde loci eius episcopo Anastasio accito, ad sanctum Symeonem Stylitem seu Columellam per illum scripsit, qui tum uirtutibus suis orbem illustrabat. Ad eum literis quoque manu sua conscriptis, conscientiam suam reuelauit: conplexuram se esse, quod ille decreuisset, pollicita. Sanctus autem uir ille ad eam in hæc uerba

Symeonis Columellæ ad Eudociã literæ.

rescripsit. « Scito filiola, quòd diabolus uirtutum tuarum diuitias cernens, te expetiuit ut cribraret sicuti triticum. Et exitiosus ille Theodosius uas & instrumentum mali illius factus, Deiamanti animæ tuę tenebras offudit, eam'que conturbauit. Sed confide. Non enim deficiet fides tua. Ego quidem illud ualde admiratus sum, quòd quum fontem apud teipsam haberes, eum'que ignorans, longius aquam hauriendam peteres. Habes igitur diuinum uirum Euthymium, huius doctrinam & præcepta sequere, & salua eris. Literis lectis, Eudocia minimè se negligentiæ dedit: uerùm ad se Euthymium in eam quam recens constructam erat turrim euocauit. Atque ubi ille uenit, incredibili repleta uoluptate, & ad pedes eius prouoluta, magnum exclamans: Nunc, inquit, cognoui, quòd Dominus indignam me aduentu & præsentia tua uisitauit. Sanctus uerò uir benedictionem ei

Per Euthymium Eudocia ad frugẽ bonam adducitur.

impertijt, & attentionem decæterò esse iussit. Quæ namque, inquiens, accidêre B res tristes & duræ, non aliam ob causam accidisse eas tibi scito, quàm quòd cum impio Theodosio communicare sustinueris. Itaque contendendi, quod præter rationem suscipitur, studio prorsus posthabito, in tribus sanctis uniuersalibus synodis, in ea uidelicet quæ primùm Nicææ aduersus impium Arium, deinde quæ contra Macedonium Constantinopoli, & quæ rursum Ephesi prima aduersus Nestorium coacta est, conquiesce. Tum autem decretum etiam quod in concilio Chalcedone congregato factum est, recipere te: & Dioscori communione reiecta, ad Iuuenalem Hierosolymitanum accedere, & quæ in ecclesia solita tibi sunt facere oportet. Hæc postquam ille dixit, & precationem pro ea ad Deum fudit, in Mandram suam reuersus est. Eudocia autem ciuitatem sanctam petijt,

Sacrosanctæ quatuor uniuersales synodi.

Eudocia cum Catholica ecclesia sentit & communicat.

& in Ecclesia catholica quæ fas est peregit. Magna porrò unà cum ea multitudo ex plebeijs & monachis, qui Theodosij errorem sequuti fuerant, sacram communionem perceperunt. Qui uerò exemplum eius imitari noluerunt, solita ad-

*συμπαθείας οὖσαν, ἀλλ' ὰ πρόσταθείας.

huc ipsius Eudociæ munera receperunt, sed * propter condolentiæ affectionem tantum, non etiam ob sententiæ & opinionis conuenientiam & coniunctionem. Postquam autem uniuersali se dedidit ecclesiæ Eudocia, omni animi propensione consternata, opiniones illorum non ritè conceptas est admirata. Et non longè pòst puluere hoc in terris relicto, ut dixi, felici & beato obitu ad Deum migrauit.

Eudociæ mors.

CAPUT XIIII.

CEleberrima hæc Pulcheria multas per uitam præclarè res gessit, multa publica hospitum & pauperum condidit domicilia. Aduenarum etiam sepulcra & alia ædificia construxit, piæ mentis eius indicia: in quibus etiam est martyris Laurentij delubrum. Tria quo-

que

A que Deimatri ex ipsis fundamentis templa erexit. Quorum unum est, in Chalcopratęio, siue fabrorum foro, † Sacri tumuli nomen habens. In hoc, uelut thesaurum, Deigenitricis deposuit zonam: de qua paucis libro proximo capite secundo mentionem fecimus. Hoc in templo, ut quarto quoque hebdomadis die peruigilium & supplicatio ad lucernas & lampades fieret, constituit, quam & ipsa pedes frequentare solita erat. Secundum templum ὁδηγῶν, uiæ ducum est, ubi Antiochia missam Verbi matris imaginem dedicauit, quam diuus Apostolus Lucas suis ipse manibus depinxit, illa adhuc uiuente, & tabulam ipsam uidente, gratiamq; adeò illi formæ suæ immittente. Hæc imago primùm in eo loco qui Tribunal dicitur, fuit: ubi ea, quæ nunc quoque fiunt, miracula peracta sunt. Porrò in templo isto, ut tertio quoq; septimanæ die peruigilium itidem & supplicatio perageretur, curauit: quod ad hunc usq; diem seruatur. Tertium autem Verbi matri incredibiliter pulchritudine & omnis generis materia ornatum consecrauit templum, cui Blachernæ cognomen est: quo abundè per ambitionem quandam & liberalitatem decorato, Martiano Romani Imperij sceptra tenente, magnopere unà cum eo operam dedit, ut modis omnibus uenerandum immaculatum, Deiferumq; illius tabernaculum inueniret, & in ecclesia ea reponeret. Itaque Iuuenalem Hierosolymorum archiepiscopum, & Palæstinos episcopos, qui concilij celebrandi causa Chalcedonem uenerant, accitos interrogauit, an diuinum Deigenitricis templum & sacrosanctum tabernaculum adhuc apud Palæstinos in eo tumulo, quo primùm repositum esset, reperiretur: uelle se id inde translatum, in templum hoc eius inferre, ut imperantis urbis * custodia esset & præsidium. Quum enim & urbs ipsa & templum illi dicatum esset, æquum esse dixit, ut sa-

Pulcheriæ Augustæ opera.

† ἁγίας σορᾶς.

Templa tria beatæ uirginis.

De reliquijs uestium eiusdem.

Imago Deigenitricis à diuo Luca picta.

* φυλακτήριον.

B crum etiam eius tabernaculum ab eis non abesset. Ad quæ uerba Iuuenalis respondit: In sacris diuinitusq; inspiratis scripturis obitum sanctæ semperq; uirginis Deigenitricis Mariæ minimè referri. antiquissima autem & uerissima omnino traditione receptum esse, instante illius obitu, Apostolos ex ipsis orbis terrarum finibus, ubi ad prædicationem obeundã dispersi erant, sublimes in aere Hierosolyma uenisse, uisione auspicatiore hymnos diuinarum potestatum exauditos esse, & absq; strepitu aliquo, mirifico planè modo, Verbum & filium eius aduenisse, atq; in manus suas diuinum illius spiritum suscepisse. Sacrosanctum autem corpus illius angelica simul et Apostolica hymnodia elatum, in tumulo quodam, in regione Getzemani repositum esse, & in tertium usq; diem eo loco carmina angelos perpetuà in honorem & laudem Deigenitricis cecinisse. Et quum eodem tertio die, is qui in obitu uirginis matris choro Apostolorum non affuerat, aduenisset, & sacrum illum cœtum, ut tumulum recluderet, quo & ipse Verbi matri debitum supremumq; persoluëret honorem, precibus summopere sollicitasset, atq; sigillo ablato sepulchrum apertum esset, sacrum illius corpus prorsus repertum nõ esse: sed sepulcrales illius fascias tantum suo loco intactas atq; inuiolatas, perinde atq; corpus ea paulo antè reliquisset, repertas, & quidem inenarrabili odoris suauitate redolentes: eaq; illos abunde afflatos, signaculo rursum tumulo imposito abijsse, ad miraculum tantum consternatos, atq; illud solum, pro eo atq; decebat, animo secum meditatos illum ipsum Deum Verbum & Dominum gloriæ, qui subsistentia sua, pro bene placito suo, eo quem neq; uerbis neq; intelligentia assequi liceat modo, carnem ex ea suscipere, & deinde post ineffabilem illam uteri gestationem & partum uirginitatem illæsam conseruare dignatus sit: illum inquam ipsum, etiam post obitum & ex uita hac migrationem, mirificè immaculatum, impollutum, & modis omnibus sanctum corpus eius ante destinatam quoq; & communem omnium resurrectionem, immortalitate cohonestasse: eoq; per angelorum ministerium in loca quædam

De obitu Deigenitricis Mariæ, eiusdemq; funere & assumptione.

cœlestium regionem lucidissima, & à corruptione alienissima, translato, hono- A
re præcipuo prosequutum esse, ne una cum reliquis uel celeberrimis laudatissi-
misq; hominibus resurgeret. Porrò cum discipulis ibi tum affuisse addidit,
sanctissimum illum Timotheum, Dionysium Areopagitam, magnumq; diui-
num & sapientem Hierotheum: quemadmodum hac de re Dionysius ipse in suis
ad Timotheum de beato Hierotheo scriptis testatus sit. cuius testimonium libro
secundo, capite uigesimo secundo, à nobis est relatum. Hæc ubi Iuuenalis di-
xit, principes ipsi ab eo, ut sanctum eum tumulum, una cum sacris uestibus pro-
Tumulus beatæ Deigenitricis. bè obsignatum ad se mitteret, rogarunt: eumq; ita à Iuuenali transmissum, in ma-
ximo quod ab eis constructum est Blachernarum templo, pijs consecrarunt atq;
depositum manibus, proximè ad sacram diuinamq; mensam. Factum id Mar-
Vestis eiusdem. tiano adhuc superstite. Veneranda enim uestis eius aliquanto post, sub Leone est
allata: & in rotundo templo, quod Leo magnus ædificauit, collocata est, sicuti in
historia eius dicemus.

CAPUT XV.

Pulcheriæ mors. BEata Pulcheria sexto Imperij Martiani anno, illustri post se relicta lau-
de & gloria, & uirginitate sua ad extremum usque finem integra con-
seruata, quum post plurima maximaq; benefacta, substantiam suam
omnem Dei templis & pauperibus dedicasset, in fata concessit. Do-
Martiani obitus. nationem eam Martianus gratam habuit, facultatesq; illius quæ plurimæ erant,
distribuit. Ipsa autem in templo diuorum Apostolorum condita est. Postea
annis duobus non omnino exactis, Martianus quoque inter homines esse desijt,
multa religione & sanctitate uir: ut qui in supplicationibus publicis alijs præie-
rit, & maximam indigentibus pecuniam præbuerit: si quis alius, & ipse Christia- B
nissimus Imperij administratione ueluti monumentum uitæ piè agendæ hominì-
bus omnibus reliquit. Eo imperante, in Romana ditione tranquilla pax fuit, ita
Leo eius successor. ut tum aurea existimarentur esse secula. Cæterùm eo ad meliorem uitam transla-
to, communi Senatus calculo, Leo Tribunitius, Thrax ipse quoque genere, Im-
perator Romanorum salutatus est, & à patriarcha Anatolio diademate corona-
Cognomen eius Maceles. tus. Hic Maceles cognominatus est, quòd Asparem ex militiæ ducibus maxi-
mum, qui eum ad Imperium euexerat, & filium eius Ardaburium, propter impe-
rium affectatum, interemit.

CAPUT XVI.

ALexandriæ autem plebs ipsa, atque etiam primores uiri Dioscoro ad-
dicti, Chalcedonensis synodi decretum non susceperè: & Martiani
Tumultus Alexandrinus contra synodum Chalcedonensem et Proterium episcopũ. obitu cognito, furore multo rursum aduersus Proterium concitati sunt,
ardorem eo expellendo plurimum ostendentes. Populus quidem u-
Alexandrina plebs in primis ad seditionem est procliuis. biquè uniuersus facilè ad iram impellitur: & materiam quamque quam fors of-
fert, ueluti scintillam atque fomitem tumultus arripit. Alexandrina autem plebs
ad res eiusmodi non minus procliuis & prompta est, ex innumera quæ un-
dequaque confluxit multitudine coaceruata. Proinde præter rationem om-
nem audacia utitur, & impetu dæmoniaco effertur. Aiunt quippe, cuiuis li-
berum ibi esse, quacunque temerè arrepta causa & occasione, populum cele-
riter ad seditionem intemperijs quibusdam excitare, & quocunque uelit du-
† πανηγύρεσιν. cere. Et maxima ex parte iocis † ludicris que rebus populus, sicuti inquit
Herodotus, de Amaside scribens, deditus est. Plebs ea, quantum ad hanc
partem pertinet, talis est; in rebus autem alijs haudquaquam contemnenda.
Dionysius Orientis dux. Quum igitur eo impetu irati ferrentur homines, illa etiam temporis oppor-
tunitate oblata, quòd Dionysius Orientalium copiarum ductor apud inte-
riorem

A riorem Aegyptum esset, Timotheum quendam cognomento Aelurum, ad episco-
palem euehere dignitatem constituerunt: qui monasticam egerat uitam, & de-
inde presbyter ecclesiæ Alexandrinæ factus fuerat. Et quòd magnopere in Chal-
cedonensem synodum inueheretur, idoneus que ad res miscendas esset, atque epi-
scopatum mirificè expeteret, fuligine nigro que colore oblitus, noctu circum mo-
nachorum cellas obambulauit, & quemque per calamum scirpeum excauatum
nominatim euocauit: atque illi quum eum audirent, ipse se ex spiritibus admini-
stris unum esse assimulauit, & cœlitus propterea missum omnibus dixit, ut admo-
nitu eius à communione Proterij discederent, & Timotheum Aelurum in episco-
pali sede collocarent. Adhuc Proterius episcopatum gerebat, & munere suo
fungebatur, quum Timothei partium studiosi in ecclesia magna, quæ de Cæsa-
ris nomine dicta est, congregati, Aelurum ipsum patriarcham Alexandriæ de-
† πεποιη-κόσιν. signarunt. Consecrarunt eum, Eusebius Pelusij, & Petrus ex Iberia ortus, Maiu-
mæ, quod Gazæorum nomi oppidum est, episcopus, quibus dignitas sacerdota-
lis à Proterio dudum adempta fuerat. Qua de re certior factus Dionysius dux,
maximis itineribus Alexandriam uenit, seditionis recens etiamnum incendium re-
stincturus. Timotheus sibi, ne è throno deturbaretur, metuens seditiosos quosdam
ex populo Alexandrino homines aduersus Proterium irritauit, qui illum audaci
furore pleni aggressi sunt, & episcopum tantum, quum ad sacrosanctum baptiste-
rium confugisset, crudelem in modum (ô diuina uindicta) ferro in uiscera eius a-
dacto, ut imperata Timothei exequerentur, contrucidarunt: & deinde ex fune su-
spensum, passim per uiam publicam rapuerunt, cadaueri eius ut homines furibun-
di insultantes, atque cum contumelia illudentes, & quòd Proterius necatus es-
B set clamitantes. Et postquam id per urbem omnem distraxere, postremò igni e-
tiam ustularunt, cinere qui superfuit in aerem disiecto, uisceribus que eius cru-
dis (nam & ab hoc facto non abhorruere) degustatis. Vnà cum Proterio alij
præterea sex idem certamen obiere. Hæc res ubi ad pijssimum Imperatorem
Leonem est delata, non ille rursum synodum cogendam esse duxit, sed † circu-
laribus per orbem literis ad ecclesias missis, quibus sententiam suam inseruit, opi-
nionem episcopum quenque suam rescribere sibi iusit, quùm de Chalcedonensis
synodi constitutionibus, an sequi illas uellent: tum de electione & consecratione
Aeluri, quæ ita sicuti dictum est, facta esset, reprehenderent ne eam, ut quæ mi-
nus legitimè processisset, an episcopatum illum gerere permitterent. Leo hæc sic
ad omnes ubique episcopos scripsit. Illi autem, quanquam locorum intercape-
dine inter se dissiti, simul tamen omnes, quum supra mille essent, suffragijs omni-
bus Chalcedonensem synodum comprobarunt, decretumq; eius egregiè confirma
runt: Timotheo autem, ut qui illegitimè in thronum insiluisset, eisdem calculis di-
gnitatem abrogarunt, disertis que uerbis hominem excommunicarunt. Ille ad
Aelurus Gangræ exulat. hunc modum condemnatus, & Alexandria electus, Gangram, quo etiam magi-
ster eius Dioscorus deportatus fuerat, exulatum missus est. Aelurus iste multa di-
uini Cyrilli scripta nondum uulgata, dogmatibus eius adulterinis aspersis depra-
uasse dicitur. Eo autem abducto, Alexandrini Timotheum alium, eiusdem quam
Proterius complexus fuerat sententiæ uirum, ecclesiæ suę episcopum legunt: quem
quidam Basilicum, quidam autem Salophaciolum cognominarunt. Qui propter-
ea quòd plebs eius gratia tumultum excìuerat, Canopi degebat. Eodem tempore
quum Anatolius simul & uita & episcopatu in urbe Imperante defunctus esset, in
locum eius Genna dius substitutus est: atq; huic postea A-
cacius, qui ea in urbe pupillorum domicilio
prætuit.

Timotheus Aelurus impostura mirifica monachos, angelum se esse assimulans, à Proterij communione abstterret.

Aelurus, iuxta adhuc Proterio, episcopus Alexandrinus creatur.

Ordinatio illegitima Aeluri.

Proterij martyrium.

Admiranda hæreticorum in orthodoxos crudelitas. Sex martyres Proterij socij.

† ἐγκύκλια γράμματα. h. e. circulares literæ Leonis ad episcopos omnes.

Episcopi omnes Leoni rescribentes, Chalcedonensem synodum laudant, & Aelurũ damnant.

Idem Cyrilli librorum depravator: Timotheus Salophaciolus Alexandriæ episcopus.

Byzantij Anatolio succedit Gennadius, Gennadio Acacius.

Mihi

CAPVT XVII.

MIhi uerò moleſtum non erit, & difficile, Aegyptiorum epiſcoporum & Alexandrini cleri ad Leonem miſſas preces, Proterij ferè hiſtoriam omnem complectentes, atque etiam circulares Leonis literas hic apponere. Preces illorum hiſce conceptæ fuere uerbis. Ad piiſſimum, Chriſtianiſſimũ, & à Deo renunciatum uictorem, triumphatorem, & Auguſtum Leonem, epiſcoporum Aegyptiæ diœceſis omnium, & maximæ urbis Alexandriæ eccleſiæ clericorum preces. Non immeritò, qui cœleſti gratia quaſi quoddam donum orbi huic datus es, quotidie ſecundum Deum reipub. conſulere, Imperator omnium ſanctiſſime, pergis. Et poſt alia: Quum tranquilla pax orthodoxi rectéq; ſentientis populi apud nos & Alexandrinos eſſet, Timotheus rurſum ſeipſum ſtatim poſt Chalcedonenſem ſanctam ſynodum, presbyteri dignitatem tum gerens, ab uniuerſali Eccleſia & fide ſegregauit atquè reſecuit, cum quatuor aut quinque tantum epiſcopis, paucisq; monachis, Apollinarij eiusq; ſectatorum praua opinione & hæreſi infectis. Quam ob cauſam canonicè & legitimèà diuinæ memoriæ Proterio & uniuerſo Aegyptio conuentu ita illi ſunt exauctorati, ut Imperatoris indignationem, & ſoli exilij cauſa uertendi condemnationem, meritò ſint experti. Et poſt pauca: Et migratione ad Deum per ſanctum obitum Martiani Imperatoris ille comperta, ueluti is qui legibus ſolutus ſuo ipſe arbitrio uiueret, impudenter aduerſus eum blaſphemis & maledicis uocibus ferociens, & ſanctam uniuerſalem Chalcedonenſem ſynodum perfricta prorſus fronte anathemati ſubijciens, ex plebe uenali & incompoſita multitudinem ad ſe pertraxit, bellumq; contra ſacros canones, eccleſiaſticas conſtitutiones, rempublicam & leges ipſas cepit, & in ſanctam Dei eccleſiam ſeipſum coniecit: quum illa tum paſtorem & doctorem ſuum haberet, ſanctiſſimum patrem noſtrum archiepiſcopum Proterium, quùm ſtata ſacra & conuentus ſolitos peragentem, tum preces in ſupplicationibus ad omnium noſtrum ſeruatorem CHRISTVM pro pio Imperio & Chriſtiamanti palatio ueſtro fundentem.

Aegyptiorum epiſcoporum ſupplicatio ad Leonem Imperatorẽ.

Aelurus cum ſuis rectè damnatus.

Aelurus violentus epiſcopatus Alexandrini occupator.

Chriſtiani pro principum ſalute ſedulò orant.

Et deinde: Et quum una interceſſiſſet dies, & amantiſſimus Dei Proterius, ſicuti mos eſt, in epiſcopali æde ſua eſſet, aſſumptis ſecum duobus epiſcopis & clericis, qui legitimè exautorati & ad exilium pariter damnati fuerant, Timotheus, conſecrationeq; ab eis accepta, quum nullus prorſus ex diœceſi Aegyptia rectè ſentientium epiſcoporum adeſſet, (id quod moribus in eiuſcemodi Alexandrini epiſcopi electione fieri ſolet) archiepiſcopalem cathedram, ſicuti ipſe exiſtimauit, occupauit, adulterium manifeſtè inferre eccleſiæ ei auſus, quæ ſuum ſibi haberet ſponſum, rem diuinam in ea facientem, canonicèq; & legitimè munus ſuum obeuntem. Et poſt alia: Nihil aliud facere beatus ille uir potuit, quàm ut locum daret iræ, iuxta id quod ſcriptum eſt, & ad ſacroſanctum confugeret baptiſterium, illorum qui ei ad cædem patrandam imminebant furiens impetum. In quo loco barbaris etiam ipſis & feris hominibus omnibus, qui uenerationem & cultum eius, ſcatentemq; inde gratiam ignorant, metus inceſsit. Sedenim homines illi qui concilium cœptumq; Timothei ad exitum ſuum perducere contendebant, ne incontaminato quidem illo templo, ſaluum eum eſſe paſsi, neque religionem reueriti ſunt, uel loci, uel temporis. Ageba-tur enim tum ſalutiferi Paſchæ feſti diei conuentus. Sed neque ſacerdotalem exhorruerunt functionem, † quæ media intercedit inter Deum & homines. Interfecerunt igitur hominem innocentem, & crudeliter ipſum unà cum ſex aliis mactarunt, & reliquias eius undequaque conuulneratas per omnia ferè ciuitatis loca, ferum in modum tractas atque raptatas, miſerabiliter traduxerunt: ſine mi-

In baptiſterio, Proterio percuſſores ab Aeluro immiſſi non pepercerunt.

Cædes Proterij crudeliſſima.

Functio ſacerdotalis.

† μεσιτευουσαν θεῷ καὶ ἀνθρώποις.

A ne miſericordia omni corpus quod iam plagas non ſentiret, diſcruciantes: & in fruſta eo conciſo, beſtiarum more uiſcera eius deguſtarunt, quem * mediatorem ſe nu-
» per inter Deum & homines habere exiſtimarunt: poſtremoq; quidquid ex eo ſu-
» perfuit, id igne concremarunt, & cineres uentis differendos permiſerunt, feritatem
» belluarum omnem longè ſuperantes. Atqui malorum iſtorum omnium autor
» ſapiens, ſi Deo placet, Timotheus fuit. Porrò Zachariæ Rhetori de his in hiſtoria ſua ſcribenti, aliter hæc referre libuit: tumultum uidelicet Alexandriæ per Proterium potius excitatum: neque populum hæc, ſed ex militum ordine quoſdam auſos eſſe. Fidemq; uerbis eis aſtruit per epiſtolam quandam à Leone ad Timotheum miſſam: quam rem iudicaturus atque uindicaturus aliquis etiam à Leone miſſus ſit. Literas circulares ad omnes ubique epiſcopos Leo dedit, ad ipſum etiam Conſtantinopolitanæ urbis antiſtitem Anatolium, cosq; qui monaſtica uita enituerunt, ſententiam eorum (quemadmodum dixi) de ſynodo Chalcedonenſi Timotheiq; conſecratione requirens: Aegyptiorum epiſcoporum libello ſupplici, precibusq; inſuper eorum qui uel Proterij partium, uel Timothei factionis erant, ſicuti ad eum miſſæ fuerant, adiunctis. Circulares literæ Leonis in hanc ſententiam ſcriptæ erant.

* μεσίτευσιν θεῷ καὶ ἀνθρώποις.

Zacharias Rhetor hæc aliter retulit.

CAPVT XVIII.

Circulares Leonis ad epiſcopos literæ.

» IMperator Cæſar Leo, pius, uictor, triumphator, maximus, ſemper colendus Auguſtus, Anatolio epiſcopo. In uotis quidem pietati meæ fuit, ut uniuerſæ orthodoxæ rectéq; ſentientes & ſanctiſsimæ Eccleſiæ, nec non urbes ſub Imperio Romano omnes, quiete altiſsima fruerentur: neque quidquam, quod ſtatum illarum & tranquillitatem turbare poſſet, intercederet. Quid autem nuper admodum apud Alexandrinos acciderit, ſanctitatem tuam iam noſſe credimus. Vt uerò plenius de rebus omnibus, & quæ cauſa tanti tumultus & confuſionis extiterit, certior fias, exempla precum quas religioſiſsimi epiſcopi & clerici ex Alexandriæ urbe & diœceſi Aegyptia, aduerſus Timotheum in urbe Conſtantinopolitana pietati meæ obtulere: atque itidem ſupplicum libellorum exempla, quos à Timotheo internuncij eius Alexandria aduenientes ſerenitati noſtræ in comitatu noſtro dederunt, ad pietatem tuam miſimus: ut quid actum ſit, ab eo quem diximus Timotheo, quem ſibi populus Alexandrinus, & qui ibi magiſtratus gerunt, ciuesq; & naucleri, ſeu nauium gubernatores, epiſcopum petunt, & aliis quoque de rebus quas ſupplicationum complectitur contextus: ad hæc de ſynodo Chalcedonenſi, cui nequaquam aſſentiuntur, quemadmodum libelli adiuncti oſtendunt, clarius ſanctitas tua cognoſcere poſſit. Itaque pietas tua, orthodoxos omnes & ſanctos epiſcopos, qui nunc in urbe hac imperante degunt, & religioſiſsimos clericos confeſtim ad ſe conuocet, & rebus omnibus cum cura & fide tractatis atque deliberatis, quandoquidem hoc tempore Alexandrina ciuitas turbulenta, & ſtatus eius tranquillitasq; nobis maximè curæ eſt, nobis ſententiam ſuam, de Timotheo ipſo, & concilio Chalcedonenſi, timore humano omni, gratia etiam & odio ſemoto, ſolum omnipotentis Dei metum ob oculos ponens, ſignificet. Sciatis namq; uos omnes de negocio tanto immaculatæ Diuinitati rationem
» eſſe reddituros. Vt in eo de re omni literis ueſtris abunde
» edocti, congruentem & debitam ſententiam ferre poſsimus.

Ad hunc

CAPVT XIX.

Præclari monachi. Simeones Stylites.

AD hunc modum Leo ad Anatolium, & omnes ubiq; episcopos scripsit. In eandem sententiam quoque literas dedit ad illustres monachos, & qui uitæ sanctitate præclari erant alios, mores suos ad uitam spiritualem dirigentes: inter quos celeberrimus omnium fuit Simeones ille, qui primus stationem super columna inuenit, cuius antea etiam meminimus: *Varadatus. Iacobus Nisibenus.* præterea Varadatus, & Iacobus Nisibenus, quorum etiam Theodoritus in Dei amantium historia mentionem facit. Porrò Leo Romanus episcopus primus Chalcedonensi synodo comprobata, electionem atque consecrationem Timothei ut illegitimam improbauit: cuius epistolam Leo Imperator Timotheo Aeluro per Silentiarium misit. Cæterùm Aelurus ad Imperatorem rescripsit, Leonis epistolam refellens, & Chalcedonensem synodum quàm maximè reprehendens. Episcopi reliqui, itidem ut Papa fecerunt. Solus Amphilochius Sidites ad Imperatorem scribens, Timothei quidem consecrationem damnauit, synodi autem Chalcedonensis decretum non recepit. Quæ omnia à Zacharia Rhetore in historiam sunt relata, qui Amphilochij etiam epistolam ei inseruit. *Amphilochius Sidites Chalcedonensem synodum non recipit.* Non episcopi uerò solum, sed & celebris memoriæ Simeones de his rebus epistolas duas dedit, alteram ad Imperatorem Leonem, alteram ad Basilium episcopum Antiochenum: quam quòd breuior sit, hic apposui, uerbis hisce conscriptam.

Symeonæ Columellæ literæ ad Basilium episcopum Antiochenum, de pietate Leonis imperatoris, & synodo Chalcedonensi.

Domino meo pijssimo & sanctissimo, Dei amanti Basilio archiepiscopo, pec- «
cator & humilis Simeonis in Domino salutem. In tempore nunc dicere pos- «
sumus, Domine: Benedictus Deus, qui non reiecit precationem nostram, & mise- «
ricordiam suam à nobis peccatoribus non remouit. Acceptis enim sanctitatis ue- «
stræ literis, ardorem & ueram pietatem Dei amantissimi Imperatoris nostri erga β
sanctos patres, & certam stabilem que eorum fidem admiratus sum, quam pieta- «
tem ille & antea exhibuit, & etiam nunc exhibet. Atque hoc quidem donum non «
ex nobis ipsis, quemadmodum etiam sanctus Apostolus dixit, sed ex Deo est, «
qui illi eam animi alacritatem propter orationes uestras indidit. Et post pauca· «
Proinde & ego humilis & tenuis, atque adeo † abortiuus monachus, Imperiali e- «
ius celsitudini institutum meum de fide sanctorum patrum, qui Chalcedone se- «
xingenti triginta sex conuenere, in qua persisto, & per quam confirmor, utpote «
quæ à spiritu sancto manifestata sit, significaui. Quod si enim duobus aut tri- «
bus in nomine eius conuenientibus, medius inter eos est Saluator: quomodo «
ad tot & tam sanctos patres ille aduenisset, nisi ab initio cum eis spiritus san- «
ctus fuisset? Et pòst alia· Itaque fortis esto, & in uera pietate uiriliter age, «
quemadmodum & Iesus Nauæ filius, seruus Domini, in populo Israelitico. Cle- «
rum religiosum, qui sub sanctitate tua est, omnem, & benedictum fidelissimum· «
que populum uerbis meis consolare. Quapropter, sicuti dictum est, Aelurus «
quidem Alexandria eiectus est: Timotheus autem alter, qui & Salophacio- «
lus dictus, & ex Proterij partibus erat, pro eo in ecclesiam inductus. De his «
hactenus. «

† ἐπτρωμα τῶν μοναχῶν.

CAPVT XX.

Terræmotus graues. Præcipuè Antiochiæ.

EOne iam alterum annum imperante, ingens terræmotus & fremitus «
usq; adeò extitit, ut multæ quidem in locis omnibus ruinæ consequutę «
sint, Antiochia autem omnis ferè concuteretur. Clades ea ueluti præ- «
mium futurorum malorū fuit, propterea quòd ciues ipsi à diuinis legi- «
bus alieni, tanquam beluę feri animis essent, & uecordiæ intemperijs omnibus agi- «
tarentur. Grauissimus enim qui unquam fuere omnium terræmotus urbem eam «
Causa eorum, impietas hominum. iuuasit, quingentesimo sexto ab ea condita anno, decimoquarto mensis Septembris

Abris die, quarta noctis hora: ab eo terræmotu qui ibi sub Traiano fuit, trecentis quadraginta septem annis exactis. Ille namque quum centesimo uigesimo nono suis legibus, ut libera republ. ea urbs uteretur, eam afflixit. Iste autem sub Leone quingentesimo sexto anno eam oppressit, sicuti hoc à studiosis repertum est. Et domos eius ferè omnes diiecit, quum quidem populosissima foret: ita ut in ea solitudo nulla, aut locus quisquam inhabitabilis aut neglectus esset. Magnificentissimè autem exornata fuerat, propter ambitiosam multorum principum liberalitatem, qui operibus ibi extruendis inter se concertarunt, & de gloria superare alij alios conati contenderunt. Conciderunt igitur Imperiales domus una atque altera, aliæ periculum euasere, unà cum uicino lauacro, quod sanè urbem in commoditate pristina liberauit, propterea quòd reliquæ balneæ uiolenta inundatione ei incõmodassent. Diiectæ quoque quæ pro Imperatorijs ædibus fuere porticus, & quod eis impositum erat tetrapylum. Præterea Hippodromi pro foribus turres, & quædam eis insistentes porticus. In ueteri autem urbe domum aut porticum ullam non attigit. Concussit insuper & Traiani & Seueri & Adriani lauacra. Plurima item ædificia & porticus in ea quæ Ostracina dicitur uicina, atq; etiam quod uocatur Nymphæum: quę omnia cępiosissimè Ioannes Rhetor in historijs suis refert. Terræmotus istius gratia, & propter ædificia diruta, Imperatorem ferunt urbi ei mille auri talenta tributi annui remisisse, multam quoque pecuniam ad publica ædificia renouanda dedisse. Eadem tempestate Thracia etiam & Hellespontus, Ionia omnis, & quæ uocantur Cyclades insulæ concussæ sunt. Aedificia plura in Cnido & Co collapsa'. Constantinopoli uerò & in prouincia Bithynia imbres immensi, in tertium & quartum diem iugibus aquis cœlitùs in β fluminum morem decidentibus durauerunt: montes in planiciem deciderunt, uici maximi diluuio disparuerunt. Ex ingenti purgamentorum copia in quibusdam lacubus instlæ extiterunt: sicuti in Boane, quæ ad Nicomediam est, accidit. Alia præterea multa euenere. Signa quoq; in cœlo conspecta. Nubes enim tubæ speciem ad dies quadraginta uisa est. Quo tempore cinere etiam Constantinopoli, nubibus in ignem uersis, pluit, qui cinis palmi minoris propè altitudine in tegulis iacuit: id quod euidentissimum indicium imminentis incendij fuit. Itaque cum tre more omnes urbe egressi, Deum precibus placarunt, ignea pluuia Deum abolere uelle omnia dicentes. Porrò Deo ad misericordiam conuerso, flamma extincta, & cinis horrendus in terram delatus est. De hoc Procopius etiam Cæsariensis alicubi memorat, ex Bebio eum monte ortum habuisse scribens, unde ille quum plurimus redditus esset, uento uiolento in sublime actus, eo loci ubi ille conquieuit, deciderit. fortasse autem & Deus illum ita in sublimi aere iactatum, in ea loca quæ pœna coercenda erant, coniecit. Terræ quem diximus motu ita ingruente, Imperator Leo sibi metuens, circa sanctum Mamantem tabernacula posuit, ad sex menses ab urbe ingredienda abstinens, eoq; modo se diuinam iram declinaturum existimans.

Antiochia multos pertulit terræmotus.

Clades eius urbis exterræmotu.

Ioannes Rhetor.

Liberalitas Leonis principis erga Antiochenos maxima.

Casus fatales uarij & admirandi.

Boane insula.

Pluuia cineris.

Leo mensibus sex extra urbem sub tabernaculis mansit.

CAPVT XXII.

Incendiũ fœdissimum Constantinopolis quatriduanum.

TVm quoq; maximum incendiũ Constantinopoli grassatum est, quod illi maiorem quàm terræ motus intulit cladem. Initium sumpsit in parte maritima, quam Bosporum seu Bouis transitum incolæ nominant: quum pernicios⁹ quidam dæmon lucubrationum horis mulierculæ uictum labore manuum quæritanti assimilatus, lucernam ad *rerum omnium uenalium forum, salsamentorum aliquid empturus, siue etiam mulier uerè exitioso dæmone agitata illa fuerit (nam dicere id non possum: utrumque sanè fertur) detulisset. Lucerna igitur alicubi posita est, & mulier ipsa abijt. Ignis autem ne-

*ἐπὶ τὸ πανωνήσιον λεγ.

scio unde stuppa correpta, ingentem prouoluit flammam, & ædificium id illicò A
consumpsit, atq; inde ad uicina serpens circumquaq; quàm facilimè proxima tecta
depastus est: nec illæ tantum quæ facile ignem concipiunt ædes, uerumetiam quæ
è lapide secto amplitudine & altitudine ingenti constructæ erant domus, confla-
grarunt. Incendium id liberè, in quæcunq; incidisset, ædificia consumens, in quar-
tum usq; durauit diem. Adhibita quidem est aduersus ignem omnis generis de-
fensio, sed uis eius eam modis omnibus superauit, adeò ut media pars urbis omnis
à Septentrione Austrum uersus prorsus conflagrarit, in longitudinem quinque, in
latitudinem uerò decem & quatuor stadiorum spacio, neque quidquam in medio
de publicis priuatisq; porticibus & ædificijs relictum est. Columnę quoq; & du-
rorum natura lapidum materia, perinde atque sarmenta quædam quę facile accen-
duntur, arserunt. Clades ea ex parte boreali, ubi etiam nauale urbis est, à Bosporo
ipso ad uetus usque fanum quod ab Apolline cognomen habuit, ex australi uerò
regione à Iuliani portu usque ad præclarum ædificium templi eius quod Con-
Constantini fori. cordiæ dicitur, processit. Medius inter hæc locus à Constantini foro, usque ad
Tauri forum. id quod Tauriforum dicitur, fuit. Itaque quæ inter ea quæ diximus in medio fue-
re ædificia, deforme & miserandum facta sunt spectaculum. Quæcunque enim
ad sublimem amplitudinem & formam extructa, & ad incomparabilem exorna-
ta magnificentiam, maximo commodo publica & priuata ædificia fuerant, omnia
simul subitò in aceruos & hiatus uastos & inuios redacta sunt, uarij generis mate-
ria in cumulum unum congesta, & priore facie rerum adeò mutata, ut neq; ædium
ipsarum incolæ quid fuerit, quóue loco quæuis prius opera steterint, discernere
potuerint.

CAPUT XXII. B

Sanctæ Anastasiæ templum præcibus Marciani uiri sancti illæsum ab incendio permansit.

ORripuit quoq; incendium id sanctæ Anastasiæ templum, quod Mar-
cianus celebris uir sumptibus suis erexit: & item sanctæ Pacis delu-
brum, ad mare situm. Eo enim tempore præclarus uir iste claruit, o-
peribus nouis enitens, humanitateq; & misericordia maximè insignis:
& qui uirtute eò processerit, ut etiam mortuos excitarit. Sed alia quoque is tem-
pla præclara & magnifica Deo construxit. Tum porrò ignis carpere iam san-
ctæ Anastasiæ templum instituerat, sed ei ille obstaculo fuit. Quum enim iam
flamma serpens ecclesiæ appropinquaret, accepto in manus sacro Euangelio,
per tegulas in tectum conscendit, precibus que & lacrymis Deum implorauit. I-
gnis autem ad eum accedens, ueluti uirum sanctum reuerítus, atq; in sublime sub-
latus, & in arcus speciem admodum incuruatus, ædem eam intactam prorsus re-
Daniel Stylites. linquens transiliuit. Cum hoc eo tempore Daniel quoque floruit, qui ad Transi-
tum perquam diu stationem super columna pertulit. Is ex Simconis Mandra
prodijt, cuius precibus & cohortationibus adiutus, eximia subijt certamina, & pie-
tatis exercitium supra naturæ captum, Boreæ continuè expositus, peregit: quapro-
pter etiam ab agonothete siue certaminis muneratore ingenti gloria est condeco-
Miracula Danielis. ratus, à quo exitiosorum dæmonum expulsionem, & uariorum morborum sana-
tionem accepit. Ad quem sæpe etiam in tenui habitu ueniens Imperator obstu-
Daniel à Leone Imperatore admodum cultus. puit, benedictionem que ab eo & communionem precum petijt. Perliberaliter
quoque magnifica prope columnam construxit ædificia, templum item & domi-
cilium circa uirum sanctum monachorum statuit, & columnam ipsam extulit, om-
nia que adeò uiro sancto factus est. Incendij eius tempore, Daniel ex colum-
Incendium ad Danielis aduentum constitit. na tandem digressus, in urbem uenit: atque in eius præsentia ignis confestim ex-
tinctus conquieuit. Sub Basilisco uerò, qui à religione excidit, & Chalcedo-
nensem Synodum contempsit, ardore inde ductus rursum descendit, & cum
Acacio

A Acacio Constantinopolitano antistite ecclesiasticos conuentus egit, monacho-
rumq; ordine omni cum multitudine ipsa plebis assumpto Basiliscū adijt, & cum
eo liberrimè colloquutus est. Idem fecit Ascetarum præstantissimus Olympius.
*Tum quoque uiguit Auxentius *Exscholaris, uitam nudam in monte eo qui ex
aduerso Constantinopoli situs est, sicuti antea dixi, monachus agens. Qui inde de-
scendens, Synodo affuit, & plurimum momenti recto dogmati attulit. Inter mo-
nachos clari etiam maximè fuere Varadatus, & Iacobus Nisibenus: cuius quàm e-
gregium uitæ institutū fuerit, satis declarat miraculum quod in puellis Græcam
superstitionem sectantibus, dum in fonte lauarent, edidit. Quæ quòd dicto Iacobi
audientes non essent, canuerunt: & fons statim exsiccatus est, quem quidem ille pre
catus undis repleuit, puellas autem canas per uitam omnem reliquit. Illud scire
conuenit, non hunc esse Iacobum illum, qui aduersus circulares literas scripsit. nam
is Constantij temporibus fuit: iste autem temporib. hisce uiguit, prodigijs & mira-
culis præcipuis spectatus, sicuti Theodoritus in Deiamantium historia inquit. Cui
etiam arcam sepulchralem fieri, idem Theodoritus curauit. Accidit autem ut prior
moreretur Theodoritus: uerumtamen sic quoq; magnus Iacobus in ea est condi-
tus. Martianum, quem diximus, Gennadius Constantinopolitanus ecclesiæ œ-
conomum & dispensatorem legit, quum ex Catharorum siue Purorum hæresi ad
ecclesiam transijsset. qui quum id munus obiret, quæ in ecclesia quaque muneris
loco offerrentur, ea ut loci cuiusq; clerici ferrent, constituit, quum ad id tempus ec-
B clesia Catholica seu uniuersalis dona eiusmodi omnia tulisset. Quo tempore pri-
mus etiam Leo † constitutione lata, ut dies Dominicus ab omnib. absq; labore o-
mni per ocium transigeretur, festus que & uenerabilis esset, quemadmodum & di-
uis Apostolis usum est, præcepit. Constituit quoque, ut qui in cleri ordinem lecti
essent, à solo præfecto prætorio iudicarentur.

Daniel liberè Basiliscum tyrannū propter hæresim obiurgauit.
Olympius.
Auxentius.
* ἀσκητηρίου.
Varadatus. Iacobus Nisibenus.
Huius miraculo puellæ lauantes canuerunt.
De parochialibus ecclesiarum muneribus quæ offertoria dicimus.
† Hanc nunc parochialem & curatam uocamus.
L. omnes iudices.
L. Dies festos. C. de fer.

* Scholares in sacro Palatio militantes dicebantur, sicuti & pars eorum Domestici Scholæ. Nam militantium quoque schola est. Hinc rubrica est de priuilegijs scholarū, C. lib. 12. Et exscholaris, qui militare in aula desijt: sicut exrex, exconsul, exquæstor, &c. dicitur.

CAPUT XXIII.

Miraculum in pictore, qui Saluatorem, ouis forma pinxit.

ENnadio isto episcopum gerente, pictor quidam Seruatorem habitu
& forma Iouis pingere ausus, facinoris eius mercedem tulit. Nam ma-
nus eius exaruit: quam, quum ille crimen id publicè confiteretur, Gen-
nadius restituit. Illud uerò notandum, uerius esse, Seruatorem no-
strum capillum molliter inflexum & subcrispum, eumq; minus densum habuisse,
sicuti in historijs colligitur. Gennadius iste ad Eleutherium martyrem, de cleri-
co illius quodam, quem ut dissolutè uiuentem criminabatur, epistolam dedit uer-
bis hisce compositam: Sancte martyr Dei Eleutheri, miles tuus incompositam de-
git uitam: quapropter aut tibi ille corrigendus, aut tu ab Ecclesia reijciendus es. Et
clericus ille statim mortuus est. Idem Gennadius nullum sacerdotem consecra-
uit, qui non prius psalterium sedulò in ore habuisset. In episcopatu huius, Studius
quidam uir præclarus, Roma Constantinopolim peruenit, & diuo Præcursori
templū erexit, in quod monachos ex domicilio eorum qui ἀκοίμητοι, hoc est Insom-
nes dicuntur, induxit. Horum domicilium Marcellus diuinissimus construxerat,
in quo perpetuis carminibus nunquam non hymni Deo canerentur, sodalitate
monachorum eam ob rem in tres cœtus diuisa. In ea Mandra Ioannes quoque
Calybetes monachum egit. Ea tempestate Timocles etiam & Anthimus Tro-
pariorum poetæ floruere, qui suas uterque sodalitates habuere. Et qui Chalcedo-
nensis synodi decreta comprobabant, Anthimi conuentus frequentabant, qui
etiam peruigilium inter eos instituit. At qui hostili erga eum erant animo, Ti-

Epistola mirifica Gennadij ad Eleutherium martyrem.
Studius.
Sodalitas monachorum Insomnium.
Ioannes Calybetes.
Tropariorū poetæ Timocles & Anthimus.

moclem sequebantur. Admirandum etiam quiddam aliud, quod Gennadio acci A
dit, exponam. Quum enim noctu ad sanctius sacrificij altare astaret, & preces ad
Spectrum dæmoniacũ Gennadio apparet. Deum pro mundo funderet, spectrum quoddam dæmoniacum uisum est: quod crucis signo ab eo repulsum, humana uoce ita illi respondit. Illo quidem uiuo, se cessurum atq; quieturum, postea uerò modis omnibus Ecclesiam perturbaturum. Quod Gennadius metuens, postquam Deum plurimùm deprecatus fuisset, ex hac uita migrauit. Et Acacius orphanotrophus, seu pupillorum curator, thronum rece-
pit. Tum quoq; euenit, ut duo episcopi, quorum alter rabie Arij infectus, à di-
Disputatio episcopi ex igne. cendi & disputandi arte instructissimus, alter uirtute, religione & recta fide orna-
tissimus erat, de doctrina religionis concertarent. Porrò orthodoxo & rectè sen-
tienti uisum est, uerborum contentione relicta, ad rem ipsam descendere, & uerita-
tem explorare: uidelicet ut rogo ingenti accenso, se in ignem conijcerent. Quod
ubi Arianus detrectauit, orthodoxus igni se commisit, atq; inde cum impio sermo
Miraculũ in Archisynagogo Iudæo in flamma ignis diuinitus conseruato. nem conferens disputauit, saluusq; etiam uestibus intactis permansit. Archisyna-
gogus quoq; inter Iudæos quidam cum pueris duobus in tumultu concitato, per-
inde atq; is author eius fuisset, correptus, crudeliter à uiro cõsulari excruciatus est,
multis hominibus præsentibus. Is autem inter tormenta uaria illud tantum uoci-
feratus est: O Deus sancti Sergij adiuua me. Sancte Sergi, tu nosti. Iudices por-
rò fingere & assimulare hæc Hebræum putantes, ad ignem, ut uiuus comburere-
tur, qui uerba ea protulisset, condemnarunt. Et ecce in media flamma equites duo
candidis induti stolis apparentes, horis multis illum ab igne intactum conserua-
Diui Sergij templum. Idem monachus factus. runt: & multitudo in flammam insiliens, hominem inde rapuit. Qui deinde ba-
ptizatus, Sergius nominatus est: atq; ille non minus mente quoq; illuminatus, sub-
stantia sua quam multam habuit uendita, in pyræ eius loco amplissimum Sergio B
martyri templum extruxit: ubi capite raso reliquam, iuxta Dei beneplacitum, ex-
egit uitam. Idem duo eius fecere pueri, nominibus suis in Sergij & Bacchi no-
men mutatis. De his hactenus.

CAPUT XXIIII.

Vestis diuæ virginis è Palæstina Cõstantinopolim deportata. IEone imperante, ueneranda immaculatæ Matris uestis Constantino-
polim hoc modo perlata est. Hanc, sicuti diximus, mater Dei ad filium
migrans, mulieri Hebrææ uirgini reliquit, quæ etiam usq; ad illud i-
psum tempus incorrupta permansit, & multa miracula edidit. Post-
quàm autem Candidus & Galbius germani fratres patricia dignitate præditi,
Hierosolyma profecti, omnia ibi loca perlustrarunt & exosculati sunt, atque inde e-
tiam in Galilææ partes uenerunt, & thesaurum hunc apud Iudæam quandam as-
seruatum repererunt, consilium eius auferendi cæperunt. Et Hierosolymorum ur-
be peragrata, & sancto quoq; loco salutato, ex Palæstina discessuri, arcam eadem
longitudine & latitudine qua illa erat, in qua diuina Deimatris uestis reposita erat,
fieri curarunt: eamq; uacuam, solito ornamento coopertam, per fraudem in loco suo
deposuerunt: alteram autem illam cum sacrosancta ueste receperunt, & cum ea quã
Blachernæ. Rotundum Dei genitrici Leo construxit templũ, in quo uestis ea reposita. celerrimè Constantinopolim recurrerunt, in suburbana regione, cui Blachernæ no-
men erat, occultare diuinum thesaurum uolentes. Quandoquidem uerò rem ten-
tare quæ fieri nequiret uisi sunt, ingratis etiam eam ad Imperatorem retulere. Atq;
ille incredibili elatus uoluptate, rotundo in eo loco ubi asseruabatur constructo
templo, cum magna ueneratione sacram arcam in eo collocauit: ubi nunc quoque
ueneranda illa uestis integra seruatur, ueluti inuictum perpetuumq; urbis præsi-
dium, quæ uarios repellit morbos, & miraculis quæ in ea fiunt, naturã & uim tem
poris superat. Pulcheria quidem celebris Imperatrix, ingens sub Marciano Dei
matri

A matri condidit templum, ubi sepulcrales fascias reposuit: Leo autem magnus aliud
constructit, in quo magnificè uestem illius consecrauit.

CAPUT XXV.

Templum diuæ virginis ad Fontem. LEo iste aliud quoque templum uirgini matri in loco qui Fontis nomen
habet, erexit, ubi densæ & ingentes cupressi, pratum etiam teneris refer-
tum floribus, quasi quidam paradisus amœnus & pulcher. fons insu-
per pellucida & potabili aqua tacitè scatens: & ut semel dicam, quæ-
cunq; sacrum templum decerent, omnia erant. Vtrunq; hoc delubrum pro urbis
mœnibus constructum est: alterum in Blachernis ad maris littus, alterum autem
ad eam quæ dicitur Aurea porta quæ ad arcis finem est, ut utraque ædes inexpu-
gnabile urbi propugnaculum esset. Abest ab urbe regio hæc stadio uno, dotes
quas terra habere potest omnes obtinens, antiquitùs matri Dei consecrata. Opti-
mum ibi est cœlum, locus ipse uarijs consitus arboribus, platanorum prouentu
plurimo & cupressorũ proceritate perquàm amœnus fuit. Herbam protulit mol-
lem & copiosam, diuersi generis flosculos prætendentem, toris cõmodam, nec mi-
nus pascuis utilem. Fons ubertim & pellucidè profluens, quum loco ipsi gratiam
ingentem & amœnitatem præbuit, tum pulchrum eum & conspicuum reddidit.
Diuina præterea gratia aquæ ipsi indita, ad miraculorum edendorum prolentum
efficacem eam præstitit. Intercesit tempus longum, & cœnum paulatim undæ ag
gestum fontem obruit, initiumq; quà unda proflueret obstruxit. Arborum etiam
densitas, aditu ad fontem obstructo, quum diuturnitas insuper temporis accessis-
set, obliuione locum obduxit, ita ut limus uliginosus esset, & humore tantum tenui
dignosceretur. Verumenimuerò Leo iste, quum nondum diuino nutu Imperiali
Leo adhuc priuatus cæcum hominem in uia ducẽs, in fontem mirifi-cum incidit. dignitate exornatus, priuatus degeret, & circa eum locum alicubi deambularet, in
B hominem cæcum tota uia errantem incidit: & uicem eius miseratus (erat enim uir
bonus, misericors, & in rebus omnibus consideratus & prouidus) manu eum du-
xit, oculi ei uicem præstans, gressumq; eius per loca plana dirigens, si quid in itine-
re spinarum aut duri esset, quod incedentem offendere posset, remouit. Atque ille
quidem hunc ducebat, hic autem sequebatur. Et iam itinere aliquanto cõfecto, pro-
pe cœnosum hunc locum uenerant: cæcusq; ille siti plurimum conficiebat, & quin
concideret parum aberat, ita humor omnis in eo æstu uehementissimo exaruerat.
Itaq; Leoni ualde institit, ab eoq; crebrius contendit, ut siti eius mederetur, & uiæ
laborem in umbra quapiam aliquantulum recrearet. Erat hoc inenarrabilis cogni-
tionis & sapientiæ Dei, quæ mirificè omnia instituit. Ille igitur misericordia erga
pauperem motus, densam syluam omnem perlustrauit, & si quis aquæ humor ibi
scateret, scrutatus est. Vt uerò post fatigationem multam infectà re ad illum rediit,
& anxiè admodum quiritaretur, quòd misero illi in tali casu nihil solatij conferre
posset, uocem incredibilem præter opinionem omnem ex alto ad se delatam au-
dijt, quæ diceret: Non ita anxietate te macerari oportet Leo, ecce aqua propè est.
Proinde noua hac uoce consternatus, denuò undam inquirere instituit. Sed & ipse
cæcus prorsus fuit. Circum eam enim uersabatur, minimè tamen eam uidebat:
quòd & syluæ densæ opacitas ei obstaret, & cœnum profundius illum inde remo
ueret. Quapropter partim indignans, quòd quem manu duxerat cæcus ærumnam
eam pateretur: partim uocem eam in animo fixam considerans, & aquam rursum
inuestigans, denuò eam ipsam exaudijt suaue quiddam & facetum cœlitùs sonan-
tem uocem. Nam & de nomine eum compellauit, & Imperialem dignitatem primo
quoq; ei tempore aduenturam certò denunciauit, ita inquiens: Leo Imperator, den-
Leoni cœlitùs tum periura promissum. sum hunc & umbrosum lucum ingressus, turbidam aquam hauri, eaq; sitim homi-
nis ægri refice: & limum cœnosum manibus cape, quo cæci oculos inungas. Quæ

Templũ Dei genitrici condere in betur.

uerò ſim, dudum hunc obtinens locũ, eoq; me oblectans, mox ſcies. Tu fac ut ædem hic mihi ſacram conſtruas, in qua identidem uerſer, & ſuauiter deambulem: in qua etiã precantib. omnibus, locumq; hunc cum ardore & fide certa adeuntibus, optata præſtem omnia. Neq; quidq; eſt prorſus, quod mihi aduerſeť, & non continuò poteſtati meæ ceſſurum ſit, etiamſi dæmon ſit, aut morbus qui omnẽ ſuperet medicinæ curã, aut aliud quidq;, quod factura non ſim, dummodo ritè pieq; ſit petitum. Verbis eis Leo parens, cœnũ & undam ad cęcum parũ id iam curãtem, ut in quo ſpiritus propè extinctus eſſet, attulit: & oculos eius luto, non ſecus atq; Ser-

Cæcus fontis cœnuo oblitus illuminatur.

uator illius à natiuitate cęci, liniuit: deinde etiam aquã præbuit, oculos attrectanti. Ecce autem maieſtas & magnificentia tua, ò Deigenitrix, ſe exhibet, & miſero illi aqua turbida & lutũ Siloe ſit. Confeſtim enim uilum recipit, & diuturnas abiecit tenebras, oculis præter ſpem omnem, ſolem, ſeu potius cœnum & lutum inſpiciens. Sicuti namq; ſol primùm, qui uiſui lucem primus dat, ab eo conſpicitur: ſic tum lutum, quod lumen illi ſubminiſtrarat, primùm ab eo eſt cõſpectum. Qua in re illud

Lutum oculis ſalutare.

etiam admirandum fuit. Nam quod oculis ualentibus maximè aduerſatur, id tum natura & ui ſua depoſita, ſalutare eſt factum.

CAPUT XXVI.

Structura templi Virginis matris ad Fontem.

Eo poſtea, pro ea atq; ei Deigenitrix prædixerat, ad Imperiale ſublatus faſtigium, ſtatim pro tanto illius in ſe beneficio ei gratiam rependit. Et loco eo repurgato, & fontis uena altiſſimè inueſtigata & reſtituta, quidquid erat cœni & terræ aggeſtæ eiiciendum curauit: & fonte ipſo circũquaq; ſtructura ſolida probè munito, delubrũ Dei matri conſtruxit, & ædificium ipſum ſupra fontem ſtatuit. Structura ita comparata eſt, ut non minus ędificij ſubter terram ſit, q̃ ſuper terrã emineat. Nã iudicio meo ex ipſius terræ fundamentis excitata eſt, & in * quadrangulum ita coagmentata, ut eam formã ędi ſacræ prę ſtet, qua aliquatenus longitudo latitudinem ſuperet, & longitudini quę aſſis ratio nem habeat, latitudo trientis proportione reſpondeat, ſed ædificij muri ſub terra nihil habent uarietatis: quamprimum aũt ſupra terrã eminẽt, ſtatim uariãt. Nam in quatuor porticus conformanť, quarũ duæ, contra Orientem altera, & Occidentem ſolem altera, in uacuũ aerem ſublimes ferunť: alterę duę utrinq; proximis ſuffultæ parietib. coniunguntť, eiſq; incunbunt. E' ſuperiore parte ſtructura quædã apſidũ & arcuũ molliter ædem ipſam attollens circumit, & porticib. quibuſdã æquis inter ſe ſpaciis diſtantib. fulcit, quæ ſpacia ueluti intercolumnia luminis immittendi gratia inſtituta ſunt, per quæ lux immenſa in fontem influit, & ſplendoris abundantia lumine multo locum omnem illuſtrat. Super his tholus in ſublime eminet, cum teſtudine rotunda & alta, paulatim ſeſe deorſum uerſum incuruante, & aliquantulum in ſublime euadente: cuius tam prolixa eſt pulchritudo, ut cœlo relucenti & igni ardenti ſimilis uideatur. Superiorem ſacri adyti patrem, aliud ſupra fontem ipſum ædificium terminat, firma porticu exornatum, ut formæ pulchritudinem, * longitudine altero tanto latitudinem ſuperante adimpleat. Gradus etiam quoſdam architectus, uigintiquinq; opinor, ex utraq; parte aptiſsimè conſtruxit, qui facilem ad fontem ipſum deſcenſum præbeant: cancellis marmoreis additis, qui et pulchritudinem aliquam operi afferant, et deſcendentes, ne lubrico humoris labantur, manuducant. Gradus aliį directè accliues ſunt, aliį uerò aliquantulum incurui. Teſtudo ſumma, ſeu potius uertex ipſe templi auro puro prolixè exornatus eſt: atq; is luce per frequentia ſpecularia immiſſa, & marmoris quo parietes incruſtati ſunt fulgore uibrato, ueluti coruſcans templum omne tanquam fulgure illuſtrat. Fons in medio ferè templo eſt, parum enim id abeſt. Latitudo eius bis ſenum pedum, undam habet iugem, frigidam & pellucidam. Structura marmorea quadrangulari

B

ἐτερομήκη. Fons mirificus.

οὐ τετραγώνῳ ξυγκειμένη, ἔστρομήκη ἢ πλὴν θέσιν παθεστῶσα τῷ μήκει τὸ εὖρος.

A drangulari cõtinctur, cuius labrum aquantibus percommodũ eſt. Intra id eis quos diximus pares gradus ſunt, quidam ſemicirculi figuram, aliį quadratam formã rẽſe rentes: ſeni utrinq;, qui deorſum uerſum ad fontem quemuis ferũt. Mediocris præterea phiala paululum excauata ad os fontis ſtat, hydriam ſtatim exceptura. Habet ea foramina quædam, ut effluenti latici locus ſit. Hanc cauum aliud in ſolo pro fontis influxu excipit, quod aquæ effluere ſatagẽti meatũ exitumq; ex parte omni præbet. Cuniculus per mediam ædem protenditur, adytum diuidens, probè ubiq; munitus. Caua ſupernè duo habet alterum lapide rotundo conſtructum, in medio templi loco: alterum ad adytum appropinquat, labrum longius quàm latius habens: unde etiam ſacrum illud & luſtrale lutum uaſculo in cochlearis formã facto illi hauriunt, quibus id miniſterium commiſſum eſt. Aquæ iſtius per incredibilem miſtionem mirifica eſt temperies, neq; enim ſupra modum gelida eſt, & à tepiditate multum abeſt: ita ut eam omnigenam & qualem quiſq; uelit eſſe contingat, non ſecus quàm decantatum illud Manna. Eſt autem pellucida maximè, & leuis, ſpiritus aura ſacro quodam modo extenuata. Et quod alia omnia ſuperat, res quoq; contrarias unda hæc curat. De quibus enim ægritudinibus frigore homines affligentibus ars medicorum curandis deſperauit, eis ſtatim in illa medicinam inuenias. Tale delubrum Leo Deimatri erexit, atq; id Fontem nominauit: opus, ſi uideas, inſigne, præſtantius certè quàm ut uerbis explicari queat. In fontis unda, ea quam diximus gratia enituit. Poſtea uerò aliį quidam ædificiorum acceſsionibus locum eum exornarunt, pulchritudinem adiectitiam ei addentes, et decentiorem illi amœnitatem adiicientes: quemadmodum & Iuſtinianus poſtmodum maximam & pulcherrimã extruxit domum, gratiam eam pro beneficijs acceptis uirgini Matri referens. De

B miraculis quæ ad fontem ipſum quamplurima edita ſunt, librum conſcripſimus, à piis quibuſdam uiris, ut hoc faceremus, excitati. Vnde etiam ea quæ de fonte diximus, in opus hoc tranſtulimus. Sed iam ad reliquam hiſtoriam progrediamur.

CAPUT XXVII.

Enſerichus Vandalorũ rex, qui Aphrica, quemadmodum à me dictum eſt, potitus, ad magnas peruenit opes, poſt Martiani obitum, ditionem Romanorum excurſionibus plurimùm afflixit: urbium omniũ, præterquàm Carthaginis, mœnia diruit. Et quidquid pecuniq; & agri occidentales Libyes habuere, id illis ademptũ, popularibus ſuis dedit: ſubditiſq; ſuis, tributa tributis accumulando, apprimè grauis fuit. Quibus ærumnis incolæ preſsi, profugerunt. Porrò quum id Leo ægrè ferret, ex ditione ſua omni mille & centum naues contraxit, armiſq; & copiis non pœnitendis impoſitis, eas aduerſus Genſerichum & Vandalos miſit. In eam claſſem mille & ducenta centenaria auri pondera impendiſſe, eidemq; ſupra ſeptem millia remigũ attribuiſſe dicitur. Ducem ei cum imperio Baſiliſcum præfecit, coniugis ſuæ Verinæ fratrem germanum: qui quòd oculos ad Imperium adieciſſet, Aſparem ſibi & Ardaburium cõciliauit. Nam per eos ſe facillimè, quod uolebat, confecturum eſſe putabat. Vt autem ipſi ad imperialem dignitatem peruenirent, fieri omnino nõ potuit, propterea quòd Ariani eſſent, quorum religionem Byzantij uehementer deteſtabãtur. Verùm ut imperium aliis cõcederent, in procliui eis erat: quemadmodum & Leoni fecerant, qui quum curator eorum eſſet, ſine ſanguine ad Imperium eum extulerunt. Atq; ille Imperio potitus, quòd ab eis regeretur, grauiter tulit. Et ipſi quòd Eccleſiam ſibi turbandam eſſe conſtituiſſent, in multis neceſſarijs rebus ei aduerſati ſunt, & plurima eum perperam agere dixerunt: ſuperatum etiam iri aſſeuerantes à Genſericho, quòd minus ſanam coleret religionem. Multo enim Genſerichi opinionem, qui Arij dogma profiteret, Deo gratiorem eſſe quàm Leonis ipſius: quem malè facere, quòd Nicæ-

Ingẽtem claſſem Leo in Aphricam contra Vandalos miſit.

Centenaria pondera: Plin. h. e. cẽtum librarum.

Claſsis dux Baſiliſcus.

Aſpar & Ardaburius duces Ariani.

Genſerichus Arianus.

nam & Chalcedonensem fidem defenderet,non rectè putabant. Atq; ut uera dicere A
uiderentur,clàm cum Basilisco congressi,sceptrum imperiale ei se tradituros polli-
Basiliscus classem Vandalis prodit, Aspares & Ardaburij suasu. citi sunt,si Gensericho uictoriam concederet.De quo quùm eis conuenisset,Basili-
scus cum classe omni in Aphricam nauigauit, & in colloquio Gensericho, pro eo
atq; cum Aspare pactus fuerat, classem statim prodidit. † Itaq; militibus somno
sopitis,Genserichus illam incendit:& quum uehementior uentus flammã in subli-
me tolleret,naues aliæ ab alijs ignem conceperunt:& Vandali contis imminentes,
si qui milites ex incendio eò profugerent,occiderũt. Ex classe tanta nè una quidem
nauis reliqua fuit.Basiliscus ægrè cum paucis admodũ profugiens,Byzantium ue-
nit,& ad magnam ecclesiam confugit. Cuius soror Verina Augusta cum periculo
liberauit,& Perinthũ Thraciæ,ut ibi degeret,misit.Leo Imperator Asparem et Ar
daburium ad se acciuit, ut quùm ab absurda eos opinione abduceret, tum ab insi-
Filio Aspari Patricio Ariadna Leonis filia matrimonio iungitur. dijs Imperio struendis auocaret. Quapropter Ariadnam filiam, quam ex Verina
susceperat, filio Asparis consuli & patricio in matrimonium collocauit. Cæterùm
illi pro semel concepta malicia, dolos contra Leonem texere non desierunt. Quod
ubi Constantinopolitani cognouerunt, contra eos concitati sunt,& in Hippodro-
De Aspare & Ardaburij cæde. mo cõuicijs eos acerbè prosciderũt.Illi plebem metuentes, Chalcedonem,exercitu
eos omni consequente,traiecerunt:& in templum Euphemię martyris confugerũt.
Imperator patriarcha ad eos misso, se fidem eis seruaturum esse, si ex ecclesia ea di-
scederent, pollicitus est. Ipsi uerò se loco eo excessuros, nisi Imperator ipse adesset,
negarunt. Proinde Leo eò concessit,& uiros eos præter rationem ad se pertraxit,
& ad mensam suam adhibuit: & alia præterea multa iniuriarũ amnestiã illis pol-
licitus, fecit. Alia autem ex parte Zenoni Isauro,qui fidus ei maximè esse uidebat,
ut is illis per balneas in Imperialem regiam uenientibus, subito impetu capita re- B
secaret, præcepit. Aderant illi, & Zeno Ardaburio primùm caput amputauit.
Quod ubi Aspar uidit, indoluit:& magna uoce exclamans, Dignum (inquit) fert
exitium senex canus, qui frustra gloriatus est, neq; unquam admonitioni meæ au-
diens fuit. Persæpe enim ei dixi: * Prius Leonem deuoremus,quàm ille nos sibi in
prandio apponat. Hæc ubi dixit,& ipse ferro cæsus uitam amisit. Filium autem
eius,patricium illum,à filia sua Ariadna per repudium seiunctum, in exilium misit:
& Ariadnam Zenoni, utpote qui insidiatores sustulisset,coniugem dedit. Zeno
iste ab incunabilis Aricmesius nominatus fuerat: cæterùm unà cum Imperatoris
filiæ coniugio id nomen mutauit, & Zeno appellatus est: nomine eo à quodam,
qui apud Isauros ad magnam peruenit gloriã,sumpto.Huic ex ea quam dixi Leo-
nis filia,Leo minor progenitus est.

* φάγωμεν λέοντα, πρὶν ἡμᾶς αὐτὸν φαγεῖν σπεύσαι.

Filius Aspares Patricius exulat. Ariadna Zenoni nubit. Leo minor.

† *Procopius,uel per ignauiam,uel per proditionem Basilisci rei bene gerendæ occasionem & uictoriam amisisse,scribit. De classe Rom. cremata,mentionem nullam facit. De bello Vandal. lib. 3.*

CAPUT XXVIII.

Zenone adiuuante Petrus Cnapheus, uiuente adhuc Martyrio episcopo, sedẽ Antiochenam inuadit.

ZEno simulatq; Imperatoris gener factus est,in Orientem missus est: in
qua profectione,Petrus cognomine Cnaphcus eum sequutus est,templi
sanctæ Bassæ martyris apud Chalcedonem Bithyniæ presbyter. Is ubi
cum illo Antiochiam uenit,et sedes episcopalis ibi ei perplacuit,Zeno-
ni persuasit,ut sibi in episcopatu eo recipiendo adesset:quem tum Martyrius gere-
bat,Maximi,qui quartę synodi suffragijs dignitatem eam consecutus fuerat,succes-
sor.Et quum Martyrius in urbe Imperiali,necessitate id flagitante,diutus morare-
tur: Petrus tumultus Antiochiæ non minimos excitauit, res pleraſque apud ple-
bem per confusionem miscens, & insolita quædam aduersus fidem inducens:
quod que maximum est, omnes eos qui Deum crucifixum & passum esse non cre-
derent,anathematis fulmine iaciens. Atque ubi opinionem suam cõfirmauit,ter san-
cto illi

Cnapheus hymno ter sancto, clausulam illam, Qui crucifixus es pro nobis, adijcit.

A cto illo hymno accessionem istam,Qui crucifixus es pro nobis,tandem adiecit.
Quæ uerba ad hunc usq; diem apud Theopaschitas obtinent. Quibusdam etiam *Theopaschitæ.*
hominibus ex Apollinaris partibus sibi ascitis,multa aduersus Martyriũ episcopũ
molitus est,et populum per uaria dissidia in partes plures diduxit. Martyrius An
tiochiã redijt,& multitudinem seditionẽ aduersus se & uerã de Deo sententiã mo-
uere,Zenonemq; q̃ maximè Cnapheo fauere reperit. Atq; ubi post frequentem eo
hortationẽ persuadere illis,ut sententiã talem mutarent,nõ potuit,populi publici-
tùs concione cõuocata,episcopatũ deposuit,uerbis hisce in præsentia omniũ usus. *Martyrij episcopatu abeũtis gratiuter dictum.*
Clero rebelli, & populo inobedienti, & ecclesiæ contaminatæ, nuncium remitto, *Cnapheus in exilium agitur.*
sacerdotalem mihi reseruans dignitatem. Hoc ubi ille dixit, & secessit, Cnapheus
in Antiochenũ thronum insiluit, Chalcedonensem synodũ plurimũ prosecidit, atq;
omnes accessionem illã tersanctí hymni usurpare coegit. Quę res postq̃ est ad pijs-
simũ Leonem delata, continuò Cnapheum ad exiliũ condemnauit. Id uerò ubi ille
Apud insomnes latet. cognouit, fuga saluti suæ consuluit, & in domicilio Insomnium monachorũ clàm
latuit. Cnapheo Stephanus substitutus est,quem Antiocheni pueri,quòd scilicet *Stephanum Antiochiæ episcopũ pueri trucidant.*
Cnapheo adhuc addicti essent, acutis calamis ueluti cuspidibus iugularunt: & in
amnem,qui urbem eam præterfluit,coniecerunt,sicuti Ioannes Rhetor tradit. Ste-
phano in episcopatu Calaudion, qui tum Constantinopoli propter negociũ certũ *Calaudion eius successor.*
erat,successit.Hic quartã synodum defendens, neminem prius admittebat, q̃ Petrũ
Cnapheum & circulares quæ postea à Basilisco tyranno editæ sunt literas,anathe-
mati subiecisset.Idem Cnaphei actionibus resistens,accessioni illius in eo quem di-
ximus hymno, præmisit, CHRISTE REX. Petrum Cnapheum quatuor ista *Petri Cnaphei quatuor in ecclesia uetita inuecta: Theophania, eadem quæ Epiphania.*
B Ecclesiæ Catholicæ cõmodissima reperisse dicunt: * ut sacrum unguentum in po- B
* ἅγιον μύρον κατασκευῆς puli totius præsentia consecraretur: ut ad uesperam sanctorum Theophaniorum
unda in sacrũ lauacrum infunderetur: ut symbolum sanctum, quod semel tantum
antea magno & sancto Parasceues die dici solitum fuerat,in synaxi & cõuentu ec-
Anastasius & Martyrius episcopi Hierosolymitani. clesię quouis decantaretur:et ut in precatione omni Deigenitrix nominaretur,† &
diuinum eius nomen inuocaretur. Paulo pòst ubi Iuuenalis in extrema senectu- *† καὶ τοῦτο τὴν θεόν λεγόμενον ἐπαναλάβωσι.*
te Hierosolymis diem suum obijt, episcopale eius munus Anastasius sortitus est.
Cui deinde successit Martyrius.

† *Hodie quoq; Græci & Orientales Christiani precationi cuiuis intercessionem τῆ θεοτόκου,h.e.Deigenitricis inserunt.*

CAPUT XXIX.

Leo senior moritur.

LEo magnus Imperator, Leonis & Ariadnæ filiæ filium Leonem mi-
norem Cæsarem primùm, deinde etiam Imperatorem Romanorum re
nunciauit,manibus q̃ ipse suis imperij insignia ei contulit.Zenonem
enim,quòd in religione uariaret,Imperatorem legere dignatus non est.
Deinde Leo morbo oppressus,Byzantij imperium unà cum uita deposuit,quum id
annis decem & septem ministrasset. Post quem Zeno purpuram sumpsit,ut Leo-
nis gener: quòd eum Verina, Leonis coniunx, imperij socium Leoni adhuc tene-
ro,qui etiam patri Imperij insignia imposuit,ascíuerit. Porrò quum Leo minor *Leo minor itidẽ. Zeno pater Leoni filio in imperio succedit.*
post annum unum decessisset, Zeno solus Romanorum imperium gubernauit, mi
nus feliciter. Quæ uerò sub eo acta sint, & quæ eo tempore acciderint alia, Deo *Libri huius anni.*
opitulante,ea quæ sequuntur,ostendent. Quindecimus iste historiarum liber ui
gintiquinque complectitur annos,quum ab orbe condito quatermillesimus nonin
gentesimus nonagesimus,à natiuitate Domini quadringentesimus octogesimus
quintus ageretur annus. *

Sanctæ

* *Leone Imperatore aliquando Eulogio philosopho tesseram frumentariam dari iubente,ex cubicularijs eunuchis quidam, militibus largitionem talem dari debere,dixit.Ad quem conuersus Leo:Vtinam, inquit, is sit temporum meorum status,ut mihi liceat stipendia militum in literarũ magistros conferre.Suid. Apud quem etiam de Malchi sententia est,grauem ciuium prouinciarumq; suarum Leonem istum compilatorem fuisse.*

CAPUT XXX.

SANCTAE VNIVERSALIS QVARtæ Synodi Acta.

A Mundo condito quater milleſimus noningenteſimus ſexageſimus ſextus agebatur annus, quum diuina & ſacra uniuerſalis quarta Synodus, in prouincia Bithyniæ Chalcedone, in Euphemiæ martyris templo eſt congregata. Leonis ueteris Romæ epiſcopi locum ibi obtinuere Paſcaſinus & Lucentius epiſcopi, & Bonifacius presbyter. Epiſcopatum Conſtantinopolitanum tum Anatolius adminiſtrauit, Alexandrinum Dioſcorus, Antiochenum Maximus, Hieroſolymitanum Iuuenalis: qui in Synodo ea unà cum alijs epiſcopis affuere. His acceſſere magiſtratus, & qui in Senatu ſummo primas gerebant dignitates. Vbi omnes conſederunt, ſtatim Leonis mandatarij dixere, Dioſcorum illis aſsidere non debere. Hoc enim à Leone ſic conſtitutum eſſe: alioqui ſe, ſi id facere cogerentur, ex conuentu eo abituros. Senatus, quánã de cauſa id fieri deberet, rogauit. Atq; illi reſponderunt: Dioſcorum reum agi: proindeq; iudicis perſonam eum ſuſtinere, Romano antiſtite non permittente, nõ poſſe. Hæc ubi dicta ſunt, & Dioſcorus de Senatus ſententia mediũ cæpit locũ: Euſebius Dorylæi epiſcopus affuit, & quas Imperiali obtuliſſet celſitudini preces, legi publicè petijt, hiſce uſus uerbis. « Iniuria affectus ſum à Dioſcoro, iniuria affecta eſt fides. Epiſcopus Flauianus cæſus, & unà mecum iniquè ab « ipſo exautoratus eſt. Iubete rogo ſupplicem meum libellũ legi. Quod ubi permiſ- « ſum eſt, ſupplicatio lecta eſt, in hæc uerba conſcripta. Libellus Euſebij epiſcopi « Dorylæi, qui ſuam & orthodoxæ fidei, & qui in numerum ſanctorum relatus eſt, B Flauiani epiſcopi olim Conſtantinopolitani, cauſam agit. Conſilium inſtitutumq; « Imperialis ueſtræ poteſtatis eſt, ut quùm alijs omnibus ſubditis, tum eis maximè qui « in ordinem ſacerdotum allecti ſunt, iniuria affectis, curam eorũ gerentes, dextram « porrigatis. Qua in re diuino numini, pio cultu obſequimini, à quo Imperium uobis « & orbis poteſtas tradita eſt. Quum igitur præter æquitatẽ et rationem omnem, ea « quę in CHRISTVM eſt fides, & nos, grauem acceperimus iniuriã à religioſiſsimo « magnæ Alexandrinæ urbis epiſcopo Dioſcoro, ad pietatem ueſtrã confugimus, ut « ius noſtrũ conſequamur petentes. Res tota in hoc ſita eſt. In ea quæ proximè in « metropoli Epheſiorũ celebrata eſt ſynodo, (utinam aũt celebrata non eſſet, nec or- « bis terrarũ tumultu & malis multis repleret) bonus Dioſcorus, nulla iuſticiæ, nul « la timoris Dei habita ratione, quòd eadem cum ueſano & hæretico Eutychete opi « naretur & ſentiret, multis ille quidem tum ignotus, ſed poſtea ſeipſum manifeſtauit « & prodidit, opportunitatem nactus per inſtitutã à me aduerſus opinionis ſuæ po- « pularem Eutychetem accuſationem, & promulgatam contra eum à ſanctę memorię « & quietis Flauiano epiſcopo ſententiã, multitudine turbulentorũ diſſolutorumq; « hominũ contracta, & poteſtate pecunia ſibi cõparata, piam orthodoxorum rectęq; « ſentientiũ, quantum in eo fuit, religionem afflixit, & prauã Eutychetis monachi opi « nionem cõfirmauit, quę iam inde ab initio à ſanctis patrib. eſt cõdemnata. Quando « igitũ nõ parua ſunt, quę ille aduerſus fidem in CHRISTVM & nos deſignare auſus « eſt, ad amplitudinem ueſtram prouoluimur, obſecrantes, ut amplitudo ueſtra ſan- « ctione ſua ipſum religioſiſsimum Dioſcorum cauſam dicere de criminibus ſibi à « nobis obiectis iubeat: necnon monumenta & acta contra nos ab eo edita in ſancta « Synodo legi mandet, per quæ probare poſſumus, illum longè ab orthodoxa & « recta fide alienum eſſe, & hæreſim impietatis plenam confirmaſſe, nobisq; iniquè « dignitatem ademiſſe, & grauem iniuriam intuliſſe: ut diuinis uenerandisq; man- « datis

Maximarum eccleſiarum epiſcopi.

Romani Pontificis authoritas.

Non poteſt idem in concilio eſſe reus & iudex.

Actio Euſebij Dorylæi epiſcopi cõtra Dioſcorum Alexandrinum.

Eiuſdem ſupplicatio principibus exhibita.

A datis ueſtris ad ſanctam & uniuerſalem piiſsimorum epiſcoporum ſynodum datis, « ab ipſis de noſtro & Dioſcori cauſa inquiratẽ, & actiones omnes ad pietatis ueſtræ « cognitionem, ſempiternæq; ſublimitatis ueſtræ arbitrium referantur. Atq; hoc ſic « conſecuti, orationes perpetuas ad Deum, pro æterno ueſtro Imperio piiſsimi Prin- « cipes fundere nõ intermittemus. Itaq; Dioſcoro iuxtà & Euſebio ita petente, acta Epheſia in medium producta & lecta ſunt. Ex quibus conſtitit, epiſtolam Leonis publicè lectam nõ eſſe: quum quidem, ut id fieret, multi ſemel atq; iterum poſtulaſſent. Dioſcorus cauſam eius rei dicere iuſſus, ſemel atq; iterum ſe, ut id fieret, præcepiſſe dixit: teſtesq; Iuuenalem Hieroſolymorum & Thalaſsium Cæſareæ primariæ urbis Cappadocum epiſcopos laudauit, qui ſecum ſynodo ei præfuiſſent. Iuuenalis ſe ſacrum id, quod ſynodo præiret, ſcriptum legi iuſsiſſe teſtatus eſt, poſtea autem neminem eius mentionem intuliſſe. Thalaſsius aũt profeſſus eſt, ſe ut id legeretur non obſtitiſſe: ſed neq; tantum ſibi authoritatis, ut ſolus ipſe legi id iuberet, uſurpaſſe. Quum actorum lectio continuaretur, epiſcopi quidam uoces quaſdã quaſi fictitiæ aſsimulataeq; eſſent, reprehenderunt. Et Stephanus Epheſi antiſtes interrogatus, qui nam ſubſcriptores aliorum etiam nomina ſubſcripſiſſent, Iulianum Lebedi epiſcopum poſtremum eos ſubſcripſiſſe dixit, & Criſpinum: ſubſcriptores uerò Dioſcoro id non permiſiſſe, ſed ſubſcribentium digitos inhibuiſſe: ita ut etiã, ne res omnium fœdiſsimas paterentur, periclitati ſint. Idem Stephanus ſubintulit, uno eodemq; quo Flauiano dignitas abrogata eſt die, ſubſcriptionem etiam factam eſſe. Ad quæ Acacius Ariarathiæ epiſcopus addidit, omnes in chartam puram ſubſcriptionis annotationem retuliſſe, ui adactos, quod militib. armatis cincti fuiſſent. Porrò quum quædã uoces aliæ legerentẽ, Theodorus Claudiopolis epiſcopus ne- B minem ea uerba protuliſſe retulit. Quum lectio per capita progrederetẽ, locus quidam cõplectebatẽ, Eutychetem dixiſſe: & eos qui dicũt, carnẽ Domini noſtri IESV CHRISTI de cœlo deſcendiſſe. Et Euſebium contrà intuliſſe, quòd ille dixerit quidem hoc uerbũ, de cœlo: uerbum aũt, † A quo, nõ addiderit. Et Diogenem Cyzici † nõdum. epiſcopũ inſtitiſſe, ut A quo tandem diceret: ſed eis ut amplius quærerent, permiſſum non eſſe. Ad hæc acta indicant, Baſilium Seleuciæ Iſaurorum epiſcopum ſic dixiſſe: Adoro unum Dominũ noſtrum IESVM CHRISTVM, filium Dei, ſolum Deum uerbũ, qui poſt incarnationem & unionem in duabus naturis cognoſcitur. Ad quæ uerba Aegyptij magna uoce clarè exclamarint: Qui indiuiſibilis eſt, eum ne quis diuidat, unum filium, nõ duos dicere cõuenit. Orientales aũt ſub hæc uociferati ſint: Anathema in eum qui diſpertit, anathema in eum qui diuidit. Eadem acta inferunt, Eutychetem interrogatum eſſe, an duas eſſe in CHRISTO naturas diceret. Illumq; reſpondiſſe: ex duabus quidem naturis CHRISTVM ſe noſſe ante unionem, poſt unionem autem naturam eius unam. Sub hæc Imperatorem dixiſſe: Niſi poſt unionem duas naturas, quæ ſegregari & confundi etiã non poſsint, profiteretur, confuſionem eum prorſus & commixtionem aſſerere. Sin adderet incarnatam & inhumanatam, & itidem, ut Cyrillus, incarnationem & inhumanationem intelligeret, idem eum nobiſcum dicere. nam aliud quiddam eſſe diuinitatem ex patre, aliud quiddam humanitatem ex matre. Quum aũt interrogati eſſent, cur condemnationi Flauiani ſubſcripſiſſent: actorum commentarij, Orientales exclamaſſe produnt: Omnes peccauimus, omnes ueniam petimus. Lectio eorundem actorũ procedens rurſum oſtendit, epiſcopos interrogatos eſſe, qua nam de cauſa Euſebiũ in conuentum non admiſerint. Et ad id Dioſcorum reſpondiſſe: Elpidium commonitorium produxiſſe, & aſſeueraſſe, Theodoſiũ Imperatorem, ne Euſebius publicè quidq; & liberè diceret, ſtatuiſſe. Idemq; Iuuenalem Hieroſolymitanum dixiſſe, acta declarant. Cæſarienſem autem Thalaſsiũ, quod admittendi eius poteſtatem non habuerit,

Acta ſynodi Epheſiæ prædatoriæ in concilio Chalcedonẽſi lecta.

Vi adhibita, ſubſcribere decretis Epheſijs ſunt coacti.

Eutychetis hæretica opinio.

Imperatoris Marciani orthodoxa ſententia.

buerit,retuliſſe.Ea principes damnaſſe,quòd fide de qua agereē propoſita, hæc de A
fenſio eius non eſſet. Ad hæc,acta aſſerunt,Dioſcorum ea quæ fiebant reprehen-
diſſe,& dixiſſe:quomodo nunc Canones ſeruantur, quum Theodoritus quoq; in
conuentum uenerit? Senatum autem reſpondiſſe,quòd accuſatoris locum obtine
ret,propterea illum ingreſſum eſſe. Dioſcorum porrò intuliſſe:Atqui in epiſcopi
ſubſellio ille ſedet. Et rurſum Senatũ imperialem intuliſſe:Et Euſebium & Theo-
doritum accuſatorum uices gerere,ſicuti & Dioſcorum rei partes ſuſtinere. Atq;
ubi acta ſynodi poſterius Epheſi celebratæ omnia,unà cum ſententia contra Flauia
num & Euſebium lata,lecta,& ad clauſulam illam uentum eſſet, ubi Hilarius epi-
ſcopus dixit,Orientales epiſcopos & qui cum eis erant, uociferatos eſſe, anathema
Vociferationes ſynodi aduerſus Dioſcorum. in Dioſcorum:Hac ipſa hora Dioſcorum CHRISTVS condemnauit:Flauianus «
à Dioſcoro exauthoratus eſt:tu illum Domine uindica,tu illum orthodoxe Impera «
tor uindica:Viuat,uiuat in multos annos Leo:uiuat diutiſsimè patriarcha. Sub «
hæc ubi reliqua quoq; lecta eſſent,quæ alios quoq; epiſcopos in Flauiani & Euſe «
bij condemnationem conſenſiſſe declararunt,laudatiſsimos principes in hunc mo «
dum uerba feciſſe. De orthodoxa recta & Catholica fide poſtea frequentiore con «
Sententia principum uirorum laicorum in ſynodo aduerſus Dioſcorum. uentu coacto, certiorem inquiſitionem fieri debere decernimus. Quandoquidem «
uerò Flauianus piæ memoriæ,& Euſebius Dorilæi religioſiſsimus epiſcopus,per «
commentariorum lectorum teſtimonium,& uoces ipſas eorum qui tum ſynodo il «
li principes præfuiſſent,lapſos ſe eſſe,perperamq; illis dignitatem qui in fide hallu «
cinati non fuerint, abrogaſſe confeſsi ſint, iniquè condemnationem eam factam eſſe «
Pœna talionis. probarunt:æquum nobis eſſe,pro eo atq; Deo placet,ſi diuiniſsimi & p̃ſsimi Do «
mini noſtri acceſſerit calculus, uidetur, ut eadem pœna Dioſcorus religioſiſsimus «
Alexandriæ epiſcopus, & Iuuenalis religioſiſsimus epiſcopus Hieroſolymorum, B
& Thalaſsius reuerendiſsimus Cæſareæ epiſcopus, & Euſebius religioſiſsimus «
Ancyræ epiſcopus,& Euſtathius religioſiſsimus Beryti epiſcopus,& Baſilius reli «
gioſiſsimus Seleuciæ Iſaurorum epiſcopus,qui cum authoritate ab eis uſurpata,ſy «
nodo p̃fuerunt,afficiantur:uidelicet,ut per ſacram hanc ſynodum,iuxta Canones, «
Adclamationes epiſcoporum ſententijs uariantiũ. epiſcopali excidant dignitate.Reliqui uerò omnes qui illos ſecuti ſunt,diuinæ Ma «
ieſtati cogniti ſunt. Ad quæ uerba Orientales exclamarint:Hoc iuſtum eſt iudi «
cium.Illyrici autem uociferati ſint:Omnes errauimus, ueniam omnes poſcimus. Et «
Orientales rurſum:Hoc iuſtum eſt iudicium: CHRISTVS Dioſcorum exautora «
uit,CHRISTVS martyres uindicauit. Hic Senatum, epiſcopum quemque fidei «
ſuæ profeſsionem in ſcriptum referre iuſsiſſe: quibus etiam is, ut ſcirent, indicarit,
Deiamantiſsimum Imperatorem,iuxta formulam à trecentis decem & octo, & rur
ſum à centum quinquaginta patribus editam, & iuxta epiſtolas ſanctorum patrum
Gregorij, Baſilij, Hilarij, Athanaſij, Ambroſij, & duas illas Cyrilli, quæ in priore
Epheſia ſynodo publicatæ eſſent,credere,& religioſiſsimum Romanę eccleſiæ an
Seßio ſecunda. Actio Euſebij aduerſus Dioſcorum ſecunda. tiſtitem Leonem Eutychetem damnare. Conuentu ſeu congreſſu eo ſoluto,alium
rurſum inſtitutum eſſe,in quo ſoli ſanctiſsimi epiſcopi conſederint. Eis libellum a
lium de ſe & Flauiano conſcriptum,Euſebium Dorilæi antiſtitem obtuliſſe,in quo
Dioſcorum eo etiam nomine criminatus ſit,quòd idem cum Eutychete ſentiret,cu
ius rei gratia & Flauianus & ipſe ab eo exauthorati eſſent. Addidiſſe quoq;,ple
raq; uerba,quæ tum dicta non eſſent,commentarijs actorum eſſe aſperſa.Et quòd
ſubſcriptiones in charta pura factæ eſſent. Petiſſe inſuper ut communi eorũ qui
ſic congregati eſſent ſuffragio,quæcunq; in poſteriore Epheſia ſynodo acta eſſent,
authoritate eis omni adempta,perinde atq; acta non eſſent,abolerentur,ipſis digni
tas reſtitueretur,& impiũ illud dogma anathemate iugularetur.Poſt libelli lectio
nem eundem poſtulaſſe,ut aduerſarius quoq; adeſſet. Ibi epiſcopos inter ſe collo-

quutos,

A quutos,adeſſe eum debere ſtatuiſſe. Aetium primicerium inter notarios reuer-
ſum,ad eos dixiſſe,acceſsiſſe ſe ad Dioſcorũ,ſicuti etiã ad reliquos. Illos aũt dixiſ-
ſe, uenire ſe propter aduerſariorum inſidias non poſſe. Ibi colloquium rurſus
habitum,& decretum eſſe, ut Dioſcorus, prius q̃ conſeſſus fieret, quæreret. Eo
uerò nõ inuento, Anatolium nouæ Romæ epiſcopum dixiſſe,æquitatem & iu-
ſtitiam,ut ille adeſſet, efflagitare. Itaq; quæſitum eſſe: & qui ad eum miſsi erãt re
uerſos,hoc ſic eum dixiſſe renunciaſſe,Inſidias ſibi fieri. Sin ei tutò uenire permit
teret, paratum ſe ut in ſanctã Synodum ueniret, eſſe. Himerium illud addidiſſe,
quum à Dioſcoro digreſsi eſſent, Boethum eis & magiſtro diuinorum officio-
rum obuiã ueniſſe. cum quo epiſcopi ad Dioſcorum reuerſi,habere ſe dixerint,
quod cum eo ex ſcripto agerent. Quod ubi lectum eſſet, Dioſcorum hæc uerba
» dixiſſe, Actorũ liber refert: Quum de me ipſo deliberarim,et id quod utile com
» modumq; eſt conſiderarim,hoc ſic reſpõdeo: quãdoquidem in proximo cõſeſſu
» magnificentiſsimi cõſidentes Principes in cõſilium iere,& multa poſt multas in
» ter loquutiones decreuere: & nunc ego in cõſeſſum alium, ad ea quæ dicta ſunt
» reuocãda atq; abolenda euocor,ad magnificentiſsimos qui proximè Synodo in
» terfuere Principes,& ſacrum Senatum, ut de ijſdem rebus denuò inquiraẽt,pro
» uoco. Ad quæ uerba,acta Acacium ita reſpõdiſſe teſtanẽ: Nõ ita ſancta & ma-
gna Synodus ſanctitatem tuã adeſſe iuſsit, ut ea inducanẽ, quæ in præſentia ma-
gnificentiſsimorum Principum et ſacri Senatus acta ſunt. Sed nos ad te miſit,ut
in cõſeſſum eius uenires,& ab eo ſanctitas tua nõ abeſſet. Ad quem Dioſcorus:
Modò,inquit,mihi dixiſtis,Euſebium libellum cõtra me obtuliſſe. Quod ſi id fa
ctum eſt,iterum peto, ut de rebus meis in Principũ & Senatus præſentia diſqui
B ſitio fiat. Et alijs quibuſdã huiuſmodi uerbis interpoſitis, alios rurſum miſſos
eſſe, qui Dioſcorum, ut rebus agendis adeſſet,accerſerent. Quod ubi factum eſ-
ſet,reuerſos illos,hiſce eũ uerbis uſum eſſe retuliſſe: Antea quoq; pietati ueſtræ
indicaui,ualetudine aduerſa me correptum eſſe, & petere, ut magnificentiſsimi
Principes & ſacer Senatus nunc quoq; rerum inquiſitioni & iudicio adſit. Quũ
uerò ualetudo mea inualuerit,diffundi ob eam cauſam diem poſtulo. Cõmen
tarij actorum porrò indicant, Cecropium Dioſcoro dixiſſe: Nihil eum antea
de ualetudine allegaſſe. Proinde illum,pro eo atque deberet, canonibus ſatisfa-
cere oportere. Cui rurſum Dioſcorus reſponderit: Semel ſe dixiſſe, Principes
adeſſe debere. Sub hæc Rufinum Samoſatenum epiſcopum retuliſſe: Canoni-
cè Synodum atq; cõſeſſum inſtitutum eſſe,ad quem ſi ueniret,liberum ei,ut quę
uellet diceret,fore. Et quum Dioſcorus,an rebus agendis etiã Iuuenalis & Tha-
laſsius & Euſtathius intereſſent,rogaret:nihil illos ad rem id pertinere,reſpon-
diſſe. Ad quæ uerba Dioſcorum acta ſubintuliſſe tradunt: Imperatorem Chri-
ſtianiſsimum exhortabor,ut Principes uiri, & qui mecum de cauſa decreuerũt,
adſint. Tum uerò eos qui miſsi ad eum fuerãt dixiſſe:Euſebium ſolum eum ac-
cuſare,& omnes eos adeſſe debere. Atq; ibi Dioſcorum,eos quoq; preſtò opor
tere eſſe,dixiſſe, qui unà ſecum iudicis munere functi eſſent. Nihil enim,inquit,
mihi priuati negocij aut criminis cum Euſebio eſt,quod non cum alijs qui mecũ
cõdemnationis ſententiã tulerunt, cõmune ſit. Et quum eius rei gratia diutius
internuncij apud eum morati eſſent, Dioſcorum tandem hiſce uerbis eis reſpon
diſſe:Semel uobis quæ dicenda erãt dixi,& quod amplius dicã nõ habeo. Quæ
ubi ad epiſcopos fuiſſent relata,Euſebiũ,cum uno Dioſcoro, neq; cum alio quo
piã iudicium ſibi eſſe,dixiſſe,Dioſcorumq; tertiò etiã citari poſtulauiſſe,Ibi tum
Aetiũ ſignificaſſe,paulo antè quoſdã,qui ſe clericos eſſe dixiſſent,& alios ab Ale
xandria laicos & populares homines,libellos ſibi aduerſus Dioſcorũ obtuliſſe,

Dioſcorus per internũcios in ſolorũ epiſcoporum cõſeſſum aliquoties uocatur.

Dioſcori reſponſum.

Idem ad principes & ſenatorios uiros laicos prouocat.

eoscp pro confessus foribus uociferantes astare. Dedisse autem libellum primũ A Theodorum Alexandrinæ ecclesiæ diaconum, deinde diaconum alterum Ischyrionem nomine, et Athanasiũ presbyterum Cyrilli ex fratre nepotem, et item Sophronium: in quib. libellis blasphemũ illum esse, & per uim pecuniã hominib. extorsisse, & de corporalib. insuper quibusdã supplicãtes retulerint. Sub hæc, tertio Dioscorũ, ut se sisteret, citatũ esse. Et eos qui ad illũ missi fuerãt, reuersos, uerba eius memoriæ mãdata retulisse. Dioscorũ scilicet dixisse: Abundè satis se antea respõdisse, necp iam quod insuper diceret, habere. Atcp ubi internuncij ei identidem institissent, & ille eadem sæpe uerba repetijsset, Paschasinum episcopũ dixisse: Tertiò etiã euocatus Dioscorus haudquacp cõparet, propterea fortasse quòd eũ conscientia mordeat: episcoposcp eũ interrogasse, quid nã is cõmeritus esset: Et quum illi in canones eum cõmisisse dixissent, Proteriũ Smyrnensem episcopum proloquutũ esse: Quum Flauianus cæsus est, nihil tum ordine legitimo de eo est actum. Et Leonis ueteris Romæ antistitis mãdatarios in hæc uerba sententiã dixisse, cõmentarius Synodi perhibet. In lucẽ producta sunt, quæ Dioscorus, qui magnæ Alexandrinorũ urbis episcopis fuit, aduersus canonum sanctiones & ecclesiasticas cõstitutiones facere ausus est, per inquisitionẽ in cõsessu primo institutam, & per ea quæ hodierno die sunt acta. Ille enim, ut multa omitta mus, Eutychetẽ opinionis suæ populare, canonicè & legitimè ab episcopo suo, eo scilicet qui inter sanctos degit, patre nostro et archiepiscopo Flauiãno, exautoratum, authoritatem sibi ipsi arrogãs cõtra canonum sententiã, prius etiã ad cõmunionem admisit, cp pijs & Dei amãtib. episcopis Ephesi assederit. Sedenim se des Apostolica, alijs gratiã de reb. quas cõtra uoluntatem & sententiã eius admiserunt, fecit: atcp illi ad hunc uscp diem sanctissimum archiepiscopum Leonem, & sanctã uniuersalem ecclesiã sequi perseuerarunt. Quãobrem in cõmunionem etiã suã ipsos, ut eiusdem fidei cultores, recepit. Iste aũt ad præsens etiã tempus se gloriose de reb. eis iactitat, propter quas anxiè eum lugere & summissè terrã spectare oportuit. Ad hæc epistolã quocp beatissimi Papæ Leonis legi nõ permisit, ad beatissimum Flauianum ab eo scriptã, quum quidem de ea legenda, ab eis qui illã attulerãt admonitus, iureiurãdo interposito, lectionem eius pollicitus esset. Quapropter ea nõ lecta, per scandala & offendicula sanctissimę in urbe ecclesiæ plurimum cepere detrimenti. Nos uerò, tametsi talia ausus sit, de priorib. tamen eius impiè factis, ut misericordia eum, sicuti & alios Dei amãtissimos episcopos, qui nõ eã quã sibi usurparũt iudicãdi habuere potestatem, dignaremur, prospeximus. Quãdoquidẽ aũt ille priora facinora posterioríb. flagitijs superauit, & excõmunicationem aduersus sanctissimũ & pijssimum magnæ Romæ archiepiscopum Leonem dictare & promulgare ausus est, atcp insuper libellnm cõtra illum criminib. iniquis plenum sanctæ & magnæ Synodo obtulit: semel denicp iterum ac tertiò à pijs episcopis canonicè citatus, dicto audiensnõ fuit, cõscientia scilicet ipse sua ictus, multoscp ritè atcp ordine à plurib. Synodis dãnatos cõtra leges & cõstitutiones suscepit, sentẽtiã ipse aduersus seipsum ecclesiasticis sanctionib. uarijs modis proculcatis tulit. Proinde sanctissimus & beatissimus Archiepiscopus magnæ & ueteris Romæ Leo, per nos & Synodũ præsentẽ, unà cum ter beato et celeberrimo Petro apostolo, qui est petra et basis Ecclesię catholicę, fundamentumcp orthodoxæ & rectæ fidei, episcopalem ei abrogauit dignitatẽ, & ab omni sacerdotali ministerio alienum esse decreuit. Itacp sancta hæc & magna Synodus, de eo qui dictus est Dioscoro, iuxta sententiam canonum, calculis suffragijscp suis, cp ei uidebitur, statuet. Hæc omnia, quũ authoritate sua Anatolius, Maximus, & cęteri episcopi, præter eos qui unà cum Dioscoro exauthorati fuerant,

Præiudicium mandatariorũ Romam pontificis, quo Dioscorus damnatur.

Pœnitentibus episcopis gratia facta.

A fuerant, confirmassent, relationem de omnibus rebus Synodalem ad Martianũ Imperatorem missam, esse acta dicunt. Cui sententia quocp qua Dioscoro dignitas abrogata est, adiuncta fuerit, de uerbo ad uerbum sic habens, sicuti etiam ipsi Dioscoro est insinuata. Scito te, propter sacrorũ canonũ contemptũ, & quã sanctę isti uniuersali Synodo exhibuisti inobedientiã, propterea cp præter crimina alia, de quib. manifestò conuictus es, tertium à sancta hac & magna Synodo, iuxta sacros canones citatus, ut ad dicendã causam adesses, non comparueris, de cimotertio uertentis huius Octobris mensis die à sancta & uniuersali Synodo exauthoratum, ab episcopatu & omni ecclesiastica * constitutione alienum esse. *Scientia Synodi Chalcedonẽsis, quã Dioscorus est condemnatus.* *Vocatus*

Post hæc, ubi de his rebus literæ ad episcopos Alexandriam scriptę, & edicta contra Dioscorũ cõposita fuissent, finem etiã suum congressum istum habuisse.

Cæterùm quum rursum conuenissent, de recta fide tractatum, & ne formula ulla alia conciperet, decretũ esse: & posteacp res Eutychetis finẽ suũ accepissent, & ab episcopo Romano per constitutionẽ conformatæ essent, quã etiã omnes cõprobarint, omnes eadẽ se dicere, sæpiuscp repetere, exclamasse. Postcp etiã principes postulassent, ut patriarcha quilibet unũ aut alterũ episcopum ex diœcesi & administratione sua designaret, quo uniuscuiuscp sentẽtia manifestò apud omnes proferret: Florentiũ Sardensem episcopũ, episcopis ut re deliberata id faceret permittentibus, & Cecropiũ Sebapostolis episcopũ, sic postea uerba fecisse. Fides ritè à trecentis decem & octo sanctis patribus in formulã redacta, & rursum à sanctis patribus Athanasio, Cyrillo, Cœlestino, Hilario, Basilio, Gregorio, atcp nũc denuò à sanctissimo Leone cõfirmata est. Rogamus igiť, ut sanctorũ trecentorũ decẽ et octo patrũ, sanctissimicp Leonis scriptũ legať. Id ubi factum esset, Synodũ uniuersam exclamasse: Hæc orthodoxorũ rectecp sentientiũ fides est: Ita omnes credimus: Papa Leo sic credit: Cyrillus sic credidit: Papa fidẽ sic exposuit. Porrò colloquio & deliberatione alia habita, ut etiã quæ centum & quinquaginta patres ediderunt, legerentť, lecta ea quocp esse. Ad quæ Synodus rursum exclamauerit: Hæc omniũ nostrũm est fides, hæc orthodoxorum est fides: Ita omnes credimus. His dictis, Aetiũ archidiaconũ progressum, in manibus se habere diuini Cyrilli ad Nestoriũ epistolã, dixisse, quã manib. suis patres Ephesi cõfirmarint. Et aliã itẽ epistolã ipsius Cyrilli ad Ioannẽ Antiochenũ, itidẽ ut alterã illã confirmatã: eascp publicè legi petijt. Itũ igiť in consiliũ, & utrũcp scriptũ publicè lectum esse. Epistola prior hisce uerbis cõposita fuit. Religiosissimo & pijssimo collegę Nestorio Cyrillus. Blaterãt, ut audio, nõnulli, de suspicione mea, quam de pietate tua cõcœperim: & id crebrius faciunt, solicitè ad modum, ut cum magistratibus propterea congrediantur, opportunitatẽ obseruantes, & fortasse alicubi auribus se tuis inseruire putãtes. Et post pauca: Sancta igitur & magna Synodus profiteť, inquit, ipsum qui ex Deo & patre natura genitus est, filium unigenitum, ex uero Deo Deum uerum, lumen de lumine, per quem pater condidit omnia, descendisse: incarnatum & hominem factum, & pássum esse: resurrexisse, tertia die ascendisse in cœlos. Quę & nos sequi oportet, doctrina simul & exemplo illud nobiscum reputantes, quid sibi uelint uerba hæc, Deum uerbum incarnatum & hominem factum esse. Nõ enim dicimus, Verbi naturam transmutatam carnem factam: sed necp in totum hominem ex anima & corpore constantem, uersam esse. Verùm illud potius, carne rationali anima animata sibi ipsi secundũ subsistentiam unita: Verbum eo, qui uerbis exprimi & intelligentia percipi nequeat, modo, hominem factum, & filium hominis dictum esse. Atcp id quidem nõ iuxta uoluntatem aut beneplacitum solũ, sed necp ueluti per solius personæ assumptionem, & cp diuersæ ad unionem ueram

Non esse componendas nouas fidei formulas.

Symbolum Nicænum confirmatum.

Secũdæ uniuersalis Synodi decreta comprobata.

Epistola beati Cyrilli ad Nestorium.

Duæ naturæ in uno Christo.

cõuenerint naturæ: uerùm quòd unus ex utriſq; CHRISTVS & filius factus ſit, A
nõ q; naturarum diuerſitas per unionẽ ſublata ſit, ſed q; illæ nobis potius unum
Incarnatio Saluatoris. Dominum & CHRISTVM & filium ex diuinitate atq; humanitate ineffabili &
inenarrabili ad unitatem concurſu perfecerint. Et rurſum poſt pauca: Quan
doquidem uerò propter nos & noſtrã ſalutem, unita ſibijpſi, iuxta ſubſiſtentiã,
humanitate proceſsit ex muliere, carnaliter etiã genitus eſſe dicitur. Non enim
primùm communi more ex ſancta uirgine homo genitus eſt, & deinde in eum
Verbum peruenit: ſed id ex utero ipſo unitum, carnalẽ natiuitatẽ ſubijſſe dicit,
Paſſio. Reſurrectio. utpote carnis ſuę natiuitatem propriè ſibi aſciſcens. Sic ipſum dicimus paſſum
eſſe, et reſurrexiſſe, nõ q; Deus uerbum propria ſua natura paſſum ſit, aut plagas
ἀπαθὲς τὸ θεῖον. aut clauorũ fixuras aut uulnera reliqua exceperit. * Diuinitas enim perpeſsioni
obnoxia non eſt, propterea q; etiã incorporea eſt. Quoniã uerò corpus, q̃d pro-
priè eius factũ eſt, paſſũ eſt, propterea uerbũ ipſum pro nobis paſſum eſſe dicit.
Nã id à perpeſsione liberũ, in corpore perpeſsioni obnoxio fuit. Alterius porrò
epiſtolæ partes pleræq; antea in hoc opere inſertæ ſunt. In ea autẽ dictum quod-
Epiſtola Cyrilli ad Ioãnẽ Antiochenũ. dã eſt, à Ioanne quidem Antiocheno prolatum, à Cyrillo uerò ſuffragijs omni-
bus comprobatum, qui ſic inquit, Virginem ſanctã, θεοτόκον, hoc eſt, Deigenitri-
cem profitemur, propterea q; Deus Verbum ex ea caro & homo factus ſit, et ab
ipſa uſq; conceptione aſſumptum ex ea templum ſibi uniuerit. Euangelicas ue-
Virgo Maria θεοτόκος. rò & Apoſtolicas uoces de Domino, diuinos illos uiros ſcimus partim commu
Verba ſcripturæ de Chriſto. niter ueluti de una perſona protuliſſe, partim uerò tanq; de duabus naturis di-
Gratulatio de concordia fidei. ſcreuiſſe. Et alias quidẽ magnificè, ſicuti Deũ decet, iuxta diuinitatẽ CHRISTI:
alias autẽ ſummiſſe & humiliter, ſecundum humanitatem eius tradidiſſe. Qui- B
bus intulit: Sacras haſce uoces ueſtras ubi legimus, ſicuti & nos ipſos, ſentire
uos cõperimus. Vnus enim Dominus, una fides, unum baptiſma, rerum uniuer
ſarum ſeruatorẽ Deum glorificauimus, alteri alteris congratulãtes, quòd cõgru
entẽ diuinitùs inſpiratis ſcripturis, & traditioni ſanctorum patrum noſtrorum,
noſtræ ſimul & ueſtræ eccleſiæ habeant fidem. Hæc ubi lecta ſunt (acta Syno-
Acclamationes aſſentientis Synodi. di habent) Synodus exclamauit: Omnes ita credimus, papa Leo ita credit: Ana-
thema in eũ qui uel diuidit, uel cõfundit. Hęc ipſa Leonis archiepiſcopi eſt fides,
Leo ita credit, Leo & Anatolius ita credũt: Omnes ita credimus: & Cyrillus ita
credidit. Sẽpiterna eſt memoria Cyrilli: epiſtolæ Cyrilli ita ſunt, ſicuti ſentimus,
ſicuti credidimus, ſicuti credimus. Leo archiepiſcopus ita ſentit, ita credit, ita ſcri
Leonis epiſcopi Rom. epiſtola lecta. pſit. Atq; ubi de Leonis epiſtola legẽda colloquuti eſſent patres, ſicuti in græ-
cum ſermonem translata fuerat, & ipſam lectam eſſe cõmentarius refert, eamq;
de uerbo ad uerbum actis annexam. Poſt cuius lectionem epiſcopi uociferati
Vociferationes ſynodi Leonis ſcriptũ cõprobantis. ſunt: Hæc ipſa patrum fides eſt, Hæc ipſa Apoſtolorũ fides, omnes ita credimus.
Nos orthodoxi & rectè ſentientes ita credimus, Anathema in eum qui ita non
credit: Petrus per Leonem iſta protulit: Apoſtoli ita docuerunt: piè & uerè Leo
docuit: Cyrillus ita docuit: Leo & Cyrillus ad eundem modum docuerunt: Ana
thema in eũ qui non ita credit: Hæc uera eſt fides, orthodoxi ita credunt: hæc fi-
des eſt patrum. Cur hæc Epheſi lecta non ſunt? Dioſcorus hæc ſuppreſsit. Il-
Particula epiſtolæ Leonis Ro. epiſcopi. lud quoq; in actorum commentarijs reperitur. Poſtquam pars quædam epiſto
læ Leonis lecta eſt, hoc complectens: Et ad naturæ noſtrę debitam culpam luen
dam, natura diuina ei quæ perpeſsioni obnoxia eſt, unita eſt, ut quod ita ſanatio
ni noſtræ affine commodumq; eſſet, unus & idem mediator Dei & hominum
CHRISTVS IESVS, mori ex altero poſſet, ex altero prorſus non poſſet. De hac
uoce Leonis Illyricos atq; itidem Palæſtinos epiſcopos contendiſſe: & eum qui
dictus eſt Aetium archidiaconum ſanctiſsimæ eccleſię Conſtãtinopolitanę, ſen-
tentiam

A tentiam aliam Cyrilli, hiſce uerbis compoſitam protuliſſe. Quando quidẽ pro- Cyrilli uerba Leonis uerbis reſpondentia.
» prium eius corpus, gratia Dei, quemadmodũ inquit Apoſtolus Paulus, pro om
» nibus mortẽ guſtauit, oppetijſſe mortem pro nobis ipſum (uerbum ſcilicet) di-
» citur, non quòd id periculum mortis adierit, quantum ad naturam ipſius perti-
» net (nam hoc dicere, aut ſentire, attoniti ſtuporis eſt) ſed quòd, ſicuti modò dixi, Leonis dictum.
» caro eius mortem guſtauit. Rurſum ad epiſtolæ Leonis dictum, quod ſic ha-
» bet: Operatur namq; utraq; forma, cum alterius communione, quod ei propriũ
» eſt: Verbo quidem, id quod Verbi eſt, perficiente: corpore autem, quod corpo-
» ris eſt, abſoluente. Atq; illud quidem in eo miraculis relucet, hoc autem iniurijs
» & contumelijs ſubiacet. Ad hoc inquam dictum Illyricis & Palæſtinis rurſum
» ambigentibus, Aetius aliud Cyrilli capitulum legit, quod ſic habet: Quædam ſa Cyrilli ſimile uerbum.
» nè uoces q; maximè Deum decent, quædam autem rurſus homini conueniunt,
» quædam porrò medium obtinent locum, filium Dei Deum ſimul & hominem
» eſſe ſignificantes. Poſt hæc, de alia epiſtolæ Leonis parte, quos diximus, epi-
» ſcopi addubitarunt, cuius hæc ſunt uerba: Etiãſi enim in Domino IESV CHRI- Aliud Leonis ſcriptum.
» STO Dei & hominis perſona una eſt, aliud tamen illud eſt, ex quo in utroq; com
» munis eſt iniuria & contumelia: & aliud, ex quo cõmunis conſiſtit gloria. Ex no
» bis enim in eo eſt minor patre humanitas, ex patre autẽ æqualis ei cum patre di-
» uinitas. Ibi tum Theodoritus æqua lance uerba ea ponderans, beatum quoq;
» Cyrillum de uerbo ad uerbũ hæc dixiſſe retulit: Et homo factus, eo quod eius Item Cyrilli ei ſimile.
» proprium fuit, non mutato, id quod erat permanſit, et alterum in altero habitat,
» uidelicet natura diuina cum hominibus. Sub hæc, ampliſsimi principes, ſi quæ
adhuc reliqua eſſet controuerſia, interrogarunt: & omnes, minimè ſe ambigere
B dixerũt. Deinde Atticus Nicopolitanus epiſcopus permitti ſibi poſtulauit, ut Atticus Nicopolitanus epiſcopus ſynodi ſenatuſconſulta in ſcriptum refert.
in diebus paucis, animo tranquillo & quieto, Dei & diuinorum patrum decre-
tum, in conſtitutionem referre poſſet. Epiſtolam quoq; Cyrilli ad Neſtoriũ da-
ri ſibi petijt, in qua illum Cyrillus, ut duodecim capitibus ſuis, ita ut alij omnes
feciſſent, aſsenſionem ſuam præberet, admonuit. Et principes collocuti, dierũ
quinq; tẽpus ei conceſſere, ut cum Anatolio Conſtantinopolitano antiſtite con Principes uiri nomine Imperatoris ſynodo præſunt.
grederetur. Et epiſcopi omnes fauſtis acclamationibus hæc laudarunt, uociferã-
» tes: Nos ſic credimus, Omnes ita credimus, & Leo. Sic credimus, Nemo noſtrũ
» ambigit, Nos omnes ſubſcripſimus. Deinde uerba hæc dicta ſunt: Nõ neceſſe
» eſt, ut omnes cõueniamus. Cæterũ quoniã æquũ eſt, ambigentiũ fidem cõfirma
» ri, religioſiſsimus epiſcopus Anatolius ex ſubſcriptoribus deliget, quos ad am-
» bigentes docendos iudicauerit eſſe idoneos. Ibi Synodus intulit: A patribus pe Voces uariæ epiſcoporum, Dioſcorũ uel damnari uel recipi in gratiã uolentium.
timus, ut patres Synodo reſtituãt, ut uoces & preces orthodoxorũ ad Imperato
rẽ referãt: Omnes peccauimus, omnib. uenia deẽ. Tum eccleſiæ Conſtãtinopoli
tanæ clerus exclamauit: Pauci uociferanẽ, nõ Synodus hoc dicit. Poſt quos Oriẽ
tales dixerunt: Aegyptiũ in exiliũ. Illyrici aũt exclamarunt: Omniũ Imperator
miſereat, oramus. Et Orientales: Aegyptiũ in exilium. Et quũ contrà ex æquo
Illyrici uociferarentur, Conſtantinopolitani exclamarunt: Dioſcorum in exiliũ,
Aegyptium in exiliũ, Hæreticum in exilium, Dioſcorum CHRISTVS exautho-
rauit. Et Illyrici rurſus: Omnes peccauimus, omnibus gratiam facito: Dioſco-
rum Synodo, Dioſcorũ eccleſijs redde. Et quum alia quædã in eundem modũ
fierent, conſeſſus quoq; is finem ſuũ cæpit. In proxima deinde ſeſsione, poſtq;
Senatus per interloquutoriam ſententiam, ut decreta concilij in conſtitutionis Sententia & pœna talionis in Dioſcorũ et factionis eius populares.
formam redacta legerentur, ſtatuit: progreſſus Conſtãtinus ſecretarius, ex ſche-
» da hæc recitauit: Poſtea quã Synodus orthodoxæ & catholicæ fidei gratia coa-
» cta eſt, poſt unã amplius etiã exactã & accuratã magis inquiſitionẽ & delibera-

tionem fieri debere, censemus. Et quia Flauianus diuinæ memoriæ antistes, & Eusebius religiosissimus episcopus, ex actorũ commentariorũ, qui lecti sunt, testificatione, & dictis ipsis quorundã, qui Synodo tũ celebratæ præfuerũt; quíq; hallucinatos se esse, & perperã dignitatẽ eis abrogasse, q nihil à fide aberrauerint cõfessi sunt, iniquè cõdemnati esse ꝓbati sunt: uidet nobis, pro eo atq; Deo equũ esse placet, quatenus hoc etiã diuinissimus & religiosissimus noster Dominus arbitrabit̃, ut eadẽ pœna mulctent̃, Dioscorus religiosissimus Alexãdriæ episcopus, & Iuuenalis religiosissimus Hierosolymorũ episcopus, et Thalassius religiosissimus Cęsareę Cappadocũ episcopus, & Eusebius religiosissimus Ancyrę episcopus, et Eustathius religiosissimus Beryti episcopus, et Basilius religiosissimus Seleucię Isaurorũ episcopus, qui tũ Synodo prędierũt: uidelicet ut iuxta sacros canones ab episcopali dignitate sint alieni. Qui uerò illorũ authoritatẽ sunt sequuti, eos diuinæ maiestatis cognitioni permittimus. Et post quarundã sententiarũ lectionẽ, episcopi q ibi cõgregati erãt, interrogati sunt, an fidei trecẽtorũ decẽ & octo, & rursum centũ & qnquaginta patrũ, literæ Leonis Papæ cõsonæ essent̃? Tũ Anatolius Cõstantinopolitanus episcopus, & reliq, ęq; maximè epistolã Leonis cõcordare cũ eis qui dicti sunt patrib. responderũt: & cõfestim eã omnes manuum suarũ annotatione roborarũt. His ita actis, Synodus uniuersa exclamauit: Omnes assentimur, omnes cõprobamus, omnes idẽ credimus, omnes idẽ sentimus: Omnes ita credimus. Patres Synodo reddãt̃, subscriptores synodo reddãt̃: Viuat Imperator Augustus, Viuat Imperatrix Augusta. Patres Synodo reddãtur: qui idẽ nobiscũ credũt, synodo reddant̃. Viuat in multos annos Imperator. Qui nobiscũ in sentẽtia cõcordant, Synodo reddant̃. Multos annos uiuat Imperator. Omnes fidei subscripsimus. Sicuti Leo, ita & nos sentimus. Sub hæc, interloquutoria sentẽtia ita promulgata est: Retulimus ad diuinissimũ & pijssimũ Dominũ nostrũ de eis, & sententiã pietatis eius expectamus. Religio aũt uestra & de Dioscoro, cui dignitatẽ amplissima celsitudine nobiscq; ignorãtib. abrogastis, & de quinq; istis pro quib. precati estis, denicq; de reb. in Synodo hac gestis uniuersis, rationẽ reddet. Sententiã eã acclamationib. episcopi probarũt, dicentes Dioscorũ Deus exauthorauit, Dioscorus iustè dãnatus est, Dioscoro CHRISTVS dignitatẽ ademit. Postq; à Martiano respõsum allatũ est, quo episcopis qd de exauthoratis illis statuerẽt, permisit, sicuti hoc à principib. indicatũ est, Synodus hoc sic ad uerbũ dixit: Rogamus eos ut ingrediant̃, Synodo qui eiusdẽ nobiscum sententiæ sunt restituantur, Synodo qui cum ea idem opinantur reddantur, ad Synodum qui Leonis epistolæ subscribunt reuertant̃. Postea supplices episcoporũ Aegyptię diœcesis libelli Martiano oblati, lecti sunt, in quib. præter alia hæc fuere: Quemadmodũ trecenti decẽ & octo in Nicæna urbe patres promulgarunt, ita & nos sentimus: & anathemati subijcimus hęresim omnẽ Arij & Eunomij, & Manetis & Nestorij, & eorũ qui dicũt carnẽ Domini nostri de cœlo uenisse, & nõ ex sancta Deigenitrice atq; perpetua uirgine Maria assumptã esse, iuxta similitudinẽ omniũ nostrũm, absq; peccato. Adhæc Synodus exclamãs dixit: Cur Eutychetis etiã dogma anathemate nõ feriũt? Epistolę Leonis subscribere debẽt, Eutychetẽ & dogmata eius anathemate iugulãtes: Leonis epistolæ consentiãt: Illudere nobis & discedere uolũt. Ibi tum Aegyptij episcopi dixere: Multi sunt in Aegypto episcopi: neq; nobis, ut eorũ personã qui absunt sustinea mus, integrũ est. Et Synodo supplicarũt, ut eis, q̃ad Archiepiscopũ suũ haberẽt, expectare liceret: sententiã & authoritatẽ illius, iuxta Synodorũ cõsuetudinẽ, sequuturis. Si enim præter eius consiliũ q eis pręiret, statuere aut facere quicq; in animũ inducerẽt, malè se à prouinciæ suæ episcopis acceptũ iri, dixerunt. Et magna

Epistola Leonis Ro. episcopi cum primæ & secũdæ Synodi decrẽtis concordat.

Vociferationes assentiẽtiũ episcoporum.

Eorundẽ pro damnatis restituẽdis preces.

Interloquutoria principum sententia.

Restituuntur episcopi damnati, præterunte Dioscorũ.

Aegyptij episcopi orthodoxiam profitentur.

Eutychetis etiã hæresim idem non damnant.

A gna inter eos et synodum cõtentione mota, uix tandẽ eis, ut quoad episcopus eis designaret̃, expectarẽt, cõcessum est. Deinde preces monachorũ quorundã producte sunt, quarũ hoc erat caput, ne eis necessitas chartis aliquibus subscribẽdi imponeret̃, donec synodus uniuersa, quã Imperator ipse cogendã sanxisset, congregata esset, & ipse decreta eius ritè in scriptũ relata legisset. Eis lectis, Diogenes episcopus Cyzici dixit, Barsumã unum inter eos qui ibi cõuenissent esse, qui Flauianũ iugulauerit. Ipsum enim, σφάξον, hoc est, iugula exclamasse: neq; tũ legitimè, q̃p in supplici libello nominatim insertus non esset, in synodũ uenisse. Ad hęc uerba episcopi omnes exclamarunt: Syriã omnẽ Barsumas uastauit, & mille nobis monachos induxit. Atq; ubi synodus colloquuta, eos qui cõuenissent, synodalẽ constitutionẽ præstolari iussit: monachi, ut libelli ab eis cõpositi legerentur, postularunt. Quorũ pars quædã erat, ut Dioscorus, & qui cum eo erant episcopi, in cõsessum admitterent̃. Cęterùm ad petitionẽ eam episcopi omnes exclamarunt: Anathema in Dioscorũ, Dioscorum CHRISTVS exauthorauit. Monachos hosce eĳce: Contumeliã synodi tolle: uim synodo illatam tolle: Probrum synodi tolle. Atq; aduersum ea monachi cõtrà uociferati sunt: Monasteriorũ cõtumeliã tolle. Et quũ synodus rursum uociferationes suas repeteret, per interloquutionẽ reliqui illorũ libelli legi sunt iussi: qui dictabant, nõ rectè Dioscoro dignitatẽ ademptã esse: & quæstione de fide proposita, disquisitione opus esse, atq; illũ in consessum uenire debere. Sin minus, ueritẽta se excussuros, & ab episcoporũ qui ibi cõuenissent cõmunione secessuros esse, dixerunt. His uerbis auditis, Aetius archidiaconus canonem de eis legit, † qui se ipsos segregarẽt. Atq; ubi cõtentio inter episcopos orta est, et monachos, qui partim Dioscorũ & Eutychem anathemate mactarunt, partim id facere recusarũt, per interloquutoriã statutũ est, ut Fausti preces, & aliorũ monachorũ, clarius, quo exaudiri possent, legerent̃: quæ preces hoc cõplectebant̃, ut Imperator rogatus eos monachos recipere nõ dignaret̃, qui rectis dogmatib. aduersarent̃: inter quos Dorotheus etiã Eutychetẽ orthodoxum & rectè sentientẽ uocauerat, à quibus in principũ præsentia uaria de Eutychete opiniones sunt productæ. Postea in cõsessu quinto, Principes omnibus satis liquere dixerunt, ea quæ de fide essent constituta. Et Asclepiades Constantinopolitanę ecclesiæ diaconus in mediũ processit, & synodi decretum legit, quod hic referre uisum non est. Ei nonnulli quidem reluctati sunt, quidam autem assensi. Porrò postquã uariæ uociferationes editæ sunt, Principes dixerunt, Dioscorum retulisse, propterea se Flauianum exauthorasse, quòd duas naturas esse dixerit: decretũ aũt hæc uerba, Ex duabus naturis, habere. Ad quæ Anatolius intulit, non propter fidem Dioscorum damnatũ esse, sed quòd Leonẽ in excõmunicationẽ coniecerit, & ter citatus nõ cõparuerit. Atq; ex eo tempore Principes, ut sententiæ epistolę Leonis decreto insererentur, iusserunt. Quum autem episcopi respondissent, decretum & formulam fidei aliam quod prior illa rectissimè concepta esset, fieri non debere, res ad Imperatorẽ est relata. Imperator ex Orientalibus episcopis sex, ex Pontica diœcesi tres, ex Asiana tres, ex Thracia item tres, & ex Illyrico quoq; tres deligi, eisq; Romanos mandatarios & Anatoliũ adesse iussit: qui in martyrio celeberrimæ Euphemiæ conuenientes, professionẽ fidei rectè cõstituerent: atq; ut aut quisq; eorũ fidem suã declararet, aut synodũ in Occidentalẽ orbis partẽ translatũ iri sciret. Et interrogati ut dicerent, Dioscorúmne qui ex duabus naturis CHRISTVM profiterẽt, an Leonẽ qui duas naturas in CHRISTO concurrere doceret; sequerent̃, cũ Leone se credere, & qui aliter dicerent, Eutychianastas uocari exclamarũt. Ita Principes decreto duas naturas quæ nõ mutarent̃, nõ diuiderent̃, non cõfunderent̃,

Monachorum quorundã supplicatio.

Barsumas per cussor Flauiani.

Synodi clamor contra Dioscorũ & deprecatores eius monachos.

† περὶ τῶν ἀφορισθέντων.

Preces contra Eutychẽtem.

Decreti synodi lectio.

Cur Dioscorus damnatus sit.

Post Nicænam formulam aliã fidei nõ edendam.

Duæ naturæ in uno Christo.

in CHRISTO unitas esse iuxta Leonis sententiam addi iusserunt. Porrò post quam Principes cum Anatolio & Leonis mandatarijs, in martyrium sanctę Euphemiæ peruenerũt, ubi quoq; aderant, Maximus Antiochenus, Iuuenalis Hierosolymitanus, Thalassius Cæsariẽsis, simulatq; illi egressi sunt, Synodi decretũ in hanc sententiã lectum est: Dominus noster & Seruator IESVS CHRISTVS: « & reliqua, quæ in historiæ contextu inseruimus. Post hæc ubi omnes exclamarunt: Hæc ipsissima patrũ fides est, Metropolitani ei mox subscribãt. Hæc fides « Apostolorum est: huic omnes assentimur, omnes ita sentimus. Principes inter « se colloquuti responderunt, se ea quæ à patribus constituta, & ab omnibus comprobata essent, ad sacram Celsitudinẽ relaturos esse. In cõsessu sexto Martianus ipse affuit, & primùm pro concione ad episcopos uerba de cõcordia orthodoxæ & rectæ fidei fecit. Deinde iussu eius ab Aetio archidiacono fidei decretũ lectum est, eiq; omnes subscripserũt. Post hæc Imperator, num de cõsensu omnium decretũ conscriptum esset, percunctatus est: atq; id per fastas acclamationes omnes confirmarunt. Et Imperator rursum orationẽ habuit, eamq; omnes collaudarunt. Sub hæc, Imperatore cohortante, canones episcopi cõdiderunt, & Chalcedonensi ciuitati metropolis iura concesserunt. Imperator quoq; episcopos tres aut quatuor dies expectare, & quẽlibet eorum quod uellet proferre, ut in Principũ præsentia quod æquũ esset decerneret, iussit. Et sic cõsessus is solutus. Ad alium postea cõsessum uentũ est, & in eo canones cõpositi. Deinde aũt cõuentu alio coacto, unà eũ alijs Maximus Antiochenus & Iuuenalis Hierosolymitanus cõsedit. Ibiq; constitutũ, ut Antiocheno antistiti utraq; Phœnicia, & Arabia ipsa: Hierosolymitano aũt, tres Palæstinæ prouinciæ parẽrent. Atq; B hæc ab episcopis & principibus stabilita sunt. In sessione nona, de Theodorito « Cyri episcopo actũ, qui assurgẽs anathemate Nestoriũ dãnauit, uerbis hisce: A- « natham̃a in Nestoriũ, eumq; qui sanctam uirginẽ Mariã Deigenitricẽ nõ dicit, « & qui in duos filios diuidit unum filium unigenitũ. Ego etiã decreto & Leonis « epistolæ subscripsi. Itaq; de cõsensu omniũ, sedem suã recepit. Rursum in congressu alio, Ibas Edessæ episcopus, ut de rebus eius diſpiceretur, obtinuit. Lecta eius est epistola, quã Photius Tyri & Eustathius Beryti episcopi in iudicio oppugnarũt. Sentẽtia eius rei in proximã sessionẽ dilata. quę postq; undecima est coacta, pluribus episcopis præsentibus, nonnulli quidẽ ut sacerdos tantum esset statuerunt: alij uerò, ut episcopi dignitatẽ etiã obtineret, iudicarunt: aduersarios eius pro foribus esse, & ut ingredi eis liceret petere, dicentes. Quę de eo acta & decreta erant, lecta ibi sunt. Quum aũt principes ea legenda esse censerent, quæ Ephesi de eo ipso constituta essent, episcopi illis responderunt, quæ in posteriore Ephesina synodo gesta essent, ut pro irritis haberentur, iudicatum esse: electione & consecratione Maximi Antiocheni sola excepta. Qua de re preces Imperatori obtulere, ut ille sanciret, ne quid earum rerum, quæ Ephesi secundò actæ essent, obtineret: synodo, quæ ibi primùm sanctissimo Cyrillo Alexandrino pastore præeunte celebrata est, salua. His ita dictis, Ibas synodi iudicio episcopatũ suum recepit. Porrò consessu duodecimo Basiani Ephesij episcopi res agitata est: & tum ut ille episcopatu abiret, eumq; Stephanus reciperet, decretum est. Id per alium quoq; conuentum confirmatum. Sessione tredecima, de Nicomedienſi Eunomio & Nicæno Anastasio actum, qui de finibus prouinciarum suarum administrandarũ inter se cõtendebant. Coactus quoq; decimusquartus cõsessus, in quo de rebus Basiani est tractatũ. Et postremò omniũ synodus Cõstantinopolitano throno ius illud tribuit, et cõfirmauit, ut alterũ statim à Romana sede locum & ordinẽ is obtineret. Atq; ita finem suum synodus accepit.

Decretum Synodi lectũ, ab omnibus approbatur.

Canones ecclesiastici.

Diœcesis patriarchæ Antiocheni, et itẽ Hierosolymitani.

Theodoritus in integrũ restitutus.

Ibas Edessenus itidem.

Decretorum posterioris Ephesiæ synodi abolitio.

Basiano Ephesio episcopo episcopatus abrogatus. Constantinopolitanus antistes secundum Rom. episcopum primatũ obtinet.

Sedeci-

SEDECIMI TOMI CAPITA.

I *De Zenonis Imperio: & quòd is, quũ indoctus esset, & dissoluta prorsus uita, multa Rom. Imperij perdiderit loca.*

II *De tyrannide Basilisci. Ut Zeno imperio sit exutus: & ut Timotheus Aelurus, & Petrus Cnapheus, recuperatis sedibus suis, quartam Synodum oppugnarint.*

III *Circulares Basilisci literæ aduersus sanctam quartam Synodum, procuratione Timothei & Petri scriptæ.*

IIII *De ijs qui circularibus Basilisci literis subscripserunt. Epistola Asianorum episcoporum, sanctam quartam synodum perstringens.*

V *De Eutychianis: quæ ad hos fecerit uerba Timotheus. De Paulo Ephesi episcopo. Et de prærogatiua patriarchatus eiusdem urbis, quam ei quarta Synodus ademit, Timotheus uerò Aelurus restituit.*

VI *Ut Acacius Constantinopolitanus & Daniel Columella Basilisco persuaserint, ut contrarias prioribus pro sancta synodo circulares conscriberet literas.*

VII *Contrariæ circulares Basilisci literæ.*

VIII *Ut Zeno in Imperium suum sit restitutus, Basiliscus autem interierit.*

IX *Episcopi Asiani libellum pœnitentiæ ad Acacium mittunt, de synodo eum placantes.*

X *Ut Zeno Petrum Cnapheum, & item alios Antiochia expulerit, & Calandioni episcopatum eius commiserit. De reductione reliquiarũ sancti Eustathij Antiocheni.*

XI *Ut Alexandriæ Timotheo Aeluro Petrus Moggus, Moggo Timotheus Salophaciolus, huic porrò Ioannes Tabennesiotes, huic autem rursus Petrus Moggus, eis qui Proterium sectati fuerant ad se receptis, & Zenonis Henotico, hoc est, conciliatorio seu pacificatorio edicto comprobato, successerit.*

XII *De Zenonis edicto, quod Henoticum, hoc est pacificatorium est dictum, neq; reijciens neq; comprobans Chalcedonensem synodum.*

XIII *Ut Calandion in exilium sit actus, & Petrus Cnapheus in eius rursum insilierit sedem: & de inconstantibus ac uersipellibus Petri Moggi moribus.*

XIIII *Epistola Petri Alexandrini ad Acacium missa. Imperantis urbis episcopum.*

XV *Ut Ioannes Tabennesiotes Alexandriæ episcopus Romã profectus, Felici Rom. episcopo persuaserit, ut is Acacio repentè & inconsultò episcopatum abdicaret.*

XVI *Quæ propter Acacium inter Felicem & Zenonem acciderint. De Cyrillo, contuberny Insomnium monachorum præceptore & duce. Ut Rom. legati & Acacius Constantinopolitanus à synodo Rom. dignitatibus suis priuati sint.*

XVII *De seditione propter Moggum, quòd is quartã synodum anathemati subiecerit, Alexandriæ orta. Et de Felice Rom. atq; Acacio Constantinopolitano episcopis.*

XVIII *De Flauitã Acacij successore, ut is dolo malo sedem episcopalem inuaserit.*

XIX *De literis synodalibus Flauitæ, Petri, & Felicis. & de Euphemio, qui post Flauitam episcopatum gessit.*

XX *Ut Petro Moggo Athanasius, & Cnapheo Palladius successerit: deq; eorundem successoribus.*

XXI *De Theuderici Scythæ uastatione, & ut is interierit.*

XXII *De Marciani tyrannide, Anthemij qui Romæ obtinuerat Imperium, filij: & ut idem Marcianus captus, sacerdotali dignitate sit decoratus.*

XXIII *De Illi et Leontij tyrannide, & de structuris atq; ædificijs Ammiani.*

XXIIII *De obitu Zenonis, & electione Anastasij Dicori.*

XXV *De ecclesiarum eius temporis statu, qua quæq; fuerit de Chalcedonensi synodo opinione. & de exilio Euphemij Constantinopolitani.*

De Ma-

XXVI De Macedonio Constantinopolis episcopo, ut & is sede sua sit expulsus, & quem uitæ finem habuerit. Item de episcopis Alexandrinis.

XXVII De Xenaia Hieropolitano, & Flauiano Antiocheno, episcopis, narratio.

XXVIII Quæ Monachi Palæstini ad Alcisonem de Macedonio & Flauiano Antiocheno scripserint: & de ecclesiarum eo tempore confusione.

XXIX Ut post Flauianum impius Seuerus sedem Antiochenã inuaserit. De eiusdem uita, & ut confestim synodum Chalcedonensem anathemate maclauerit.

XXX Ex literis ad Alcisonem missis excerpta uerba, de impio Seuero.

XXXI Qualia de Seuero, cui episcopatus ademptus est, ipse illustris Euagrius scripserit.

XXXII De Helia Hierosolymitano episcopo, ut propter Synodũ Chalcedonensem Imperatori restiterit. Et ut magnus Sabbas ad Imperatorẽ missus, inter ipsum & Heliam offendiculo sublato trãsegerit.

XXXIII De dicendi libertate magnorum & sanctorum monachorum Sabbæ & Theodosij cœnobiarchæ, reliquorumq; in Palæstina monachorum sanctam synodum defendentium.

XXXIIII Rursus de Helia & Ioanne Hierosolymitanis patriarchis: & ut per resipiscentiam Ioãnes, recepto saniore dogmate, & in eos qui quartæ synodi decreta non complecterentur, contorto anathemate, in communionem à sanctis patribus sit receptus.

XXXV De Timotheo Constantinopolis, de Symmacho & Laurentio Romæ episcopis. De sanctorum apostolorum Petri & Pauli feriis. De Theuderico Scytha. Item de Deuterio & Alamundaro Saracenorum ducibus.

XXXVI De rebellione Longini Isauri, alteriusq; Longini. De administratione regni Persarum Perozi, Blasi, & Cabadæ, ut cum Romanis pacem fecerint.

XXXVII De Persarum pugna. De Theodosiopoli & Dara oppidulis. Et de sacris reliquijs Bartholomæi & Barnabæ apostolorum.

XXXVIII De tyrannide Vitaliani. De Hunnis, qui ex angustijs Caspijs proruperũt. Et de insula Rhodo.

XXXIX De muro cui nomen Longo, quem Anastasius costruxit, ab Ponto Euxino ad Thracium usq; mare porrectum.

XL De turpi & impio portorio Chrysargyro, hoc est, auri argẽteo dicto, quod pro Imperiali uirtute, ex imperio Rom. Anastasius sustulit.

XLI Digressio ad Zosimum: quæ is in Imperatorum omnium celeberrimum Constantinum per blasphemiam acerbè & amarulenter detorserit.

XLII Refutatio eorum quæ de apostolico Constantio Zosimus dixit.

XLIII Zosimus idem redarguitur: & probatur, quòd aduentu in terras CHRISTI, res Romana maxima incrementa ceperit.

XLIIII De uectigali, quod nouum Anastasius instituit, unde multæ ærumnæ sunt subsequutæ.

XLV Ut Anastasio, ter sancto hymno adijcere uolente illud, Qui crucifixus es pro nobis, tumultus à populo sit concitatus: usq; adeò, ut is timore perculsus, imperium deposuerit. Et ut paulo post Anastasius uitam finierit.

Ecclesia-

ECCLESIASTICAE Historiæ Nicephori Callisti Xanthopuli, Tomus XVI.

CAPUT I.

AVAE sub Martiani & Leonis piorum Imperatorum rerum administratione in ecclesijs acciderunt, sic se habuere. Zeno autem postquam Imperium accepit, non rectè se rerum summã gubernare posse putauit, nisi uoluptatibus omnibus cum potestate summa perfrueretur, quibus adeò se à primis, quod dicitur, carceribus corrumpendum permisit, ut nihil prorsus esset, quod impetum eius in facinora teterrima inhibere posset. Ita siquidem turpibus flagitijs se cõtaminauit, ut existimaret, si clàm intra regiæ penetralia scelera patraret, obscurum id & minus generosum esse. Sin publicitus & apertè in conspectu omnium absq; pudore omni flagitiosus esset, id demũ Principe & Imperatore dignum esse censuit. Quod ille sic seruiliter admodum & periculosè arbitratus est. Ego uerò dixerim, non ex eo uerum Imperatorem, qui legibus solutus, arbitrio ipse suo uiuat, quòd alijs imperet, æstimari: uerùm si in seipsum potius potestatem exerceat, neq; praui quicquam animum suum subire sinat: unde ille aduersus fœditatem & turpitudinem inuictus, & à libidine omni alienus, perinde atq; animata uirtutum effigies, ciues subditosq; suos uniuersos ad imitationem sui pertrahat. Zeno igitur qui, [illegible] uoluptatibus sese dedidisset, ignorasse mihi uidetur, seruum se omnium fœdissimũ, aut mancipiũ, propter momenta ea quibus ad deteriora semper paulatim raptus est, factũ esse: nõ aliter q; seruus quispiã inutilis, subinde dominos mutãs. Et habuit is certè dominas uoluptates plures q; numerari possent, eo q; perpetuò sibi inuicẽ succedentia scelera eum haudquaq; ad finẽ perue nire passa sint: & uoluptates quibus in præsentia deditus erat, nunq; cõstiterint, sed ueluti initiũ & igniculus succedẽtis libidinis fuerint, semperq; deteriora alia facinora inuitarint & cõciliarint. Id quod sic necessariò procedit, quòad Imperator uerè quispiã euadat, & † turbulentũ uoluptatũ statum ita sibi captiuũ subiuget, ut deinde illis imperet, & haudquaq; tyrannide illarum prematur. Alioqui accessionibus libidinum tacitis & uoluptatũ illecebris delibutus, ueluti seruus miserrimus improbæ dominæ ad extremum usq; momentũ seruit, donec tandẽ supplicijs infernalibus dedatur. Talis ab ipso statim initio & ingressu imperij Zeno fuit, uir incompositus, dissolutus, intemperans, & corruptus. Quam ob rem & ei qui sceptrum illi tradidit, honorem debitum pijs operibus nõ tribuit, & Imperium malè administrauit. Proinde populi subditi omnes in Oriente simul & Occidente afflicti sunt. Nam qui ab ipsa Agar originem ducunt populi, Mesopotamiã uastarunt. Thraciã autẽ innumera Hunnorũ, qui antea Massagetę dicti fuerãt, & tum Istrum transierant, multitudo, nemine obsistente, liberè percurrit. Si quid uerò ex illorũ direptione fuit reliquũ, id ipsum Zeno per uim abstu-

Zeno Imperator flagitiosus.

Verus Imperator qui sit. αὐτοκράτωρ.

B

Verũ mancipium.

† ὁλοθύμου δουλεύματος ἡδονῶν.

Agareni Mesopotamiam uastant.

Hunni Thraciam.

abstulit, qui non minus quàm barbari ipsi hostiliter eam inuasit. Nec ille longin- A qua modò loca detrimentis affecit, uerumetiam domum suam per absurdas foedasq; uoluptates uastam dedit.

CAPUT II.

DAruo siquidem elapso tempore, Basiliscus Verinæ Augustæ frater, aduersus eum consurrexit. Ille uerò nihil quod uirum & Imperatorem deceret, sed illiberale et summissum quiddam cogitans (desperata enim prorsus quædam res est, libidinibus dedita impietas, effœminatum satis animũ, eo quòd uoluptatibus uicta manus dat, indicans) & Verinæ dolum suspectum habens, per aduersam tempestatem celeriter in Isaurorum regionem, Ariadnam coniugem quæ à matre tandem fugerat, & qui præterea fidi ei erant, secum habens, se contulit. Porrò Basiliscus imperio tanquam spolio quodam sine sanguine arrepto, Imperiale sibi ipsi imposuit diadema, et Marcum filium suum Cæsarem creauit; exercitumq; ingentem ad Zenonem Seleuciæ apud Isauros, in qua urbe sicut prius in lucem editus fuerat, ita tum profugus latebat, obsidendum misit, & bellum id aduersus Zenonẽ gerendum Illo & Trocundo cõmisit. Atq; ubi res suas, sicuti ipsi uidebatur, probè constitutas esse putauit, minus sibi legibus parendum esse duxit. Ac nisi contrà quàm Leo, & qui ante eum imperauerant, fecerant, rempub. administraret, ne imperandum sibi quidem existimauit. Ad eam rem autem eum maximè coniunx nomine Zenonis, quam etiam Augustam dixit, incitauit. Cum qua aduersus fidei professionẽ bellum cœpit. Ac primùm quidem ad quorundam Alexandrinorum legatorum petitiones, Timotheum Ælurum ab exilio, in quo decem & octo annos uixerat, reuocauit; quũ Acacius Orphanotrophus & pupillorũ curator, post magnum B Gennadium Constantinopolitanæ ecclesiæ præesset. Ælurus in urbẽ Imperialem uenit, atq; ibi cohortem hominum dissolutorum secum trahens, magnificè processit: atq; asino insidens, ex imperiali palatio templum supplicationum gratia petijt. Cæterùm quum iumentum id casu quodam procidisset, ipse pede fracto, cum ignominia inde est profectus. Petrum quoq; Cnapheum Basiliscus ex Insomnium monasterio, ubi abditus latebat, acciuit: & Ælurũ quidem Alexandrinum, Cnapheo autem Antiochenum rursum thronum, Timotheo qui Proterio successerat, & sacro Calandione pulsis, concessit. Isti quamprimùm sedes eas receperunt, armis strenuè sumptis, quartam Synodum anathemati subiecerunt. Multis præterea alijs Basiliscus licentiam multam permisit, quoscunq; ecclesiasticis opinionibus aduersari satis posse sciret. Prius autem quàm thronos suos Ælurus & Cnapheus reciperent, quum adhuc Constantinopoli essent, Basilisco persuaserũt, ut ad episcopos uniuersos circulares daret literas, quibus cõcilium Chalcedonense, & Leonis libellum, per anathema damnaret. Qui illis facilè obsequens, ita scripsit.

Zeno Imperator suis uictis, in castellum, quod Constantinopolim accolæ nominant, casu quodam profugit. Itaq; ad fugæ comites cum alto gemitu: Ludibriũ, inquit, Dei prorsus est homo, qui me quoq; sic ludificat. Vates quidẽ consulti, mense hoc Iulio ex necessitate quadam me Constantinopoli esse oportere, responderunt: & ego me in urbem Constantinopolitanam uenturum esse putaui. Nunc uerò fugiens & desertus ab omnibus, tumulum hunc miser teneo, castello urbi cognomine reperto. Suid.

Zeno profugus Seleuciæ Isaurorũ latet.

Basilisci tyrannis.

Marcus filius eius.

Illus et Trocũdus duces aduersus Zenonẽ mittuntur.

Basiliscus scelerosus.

Timotheus Aelurus ab exilio reuocatus.

Acacius episcopus Constantinopolitanus.

Aelurus pedẽ frangit.

Cnapheus ab exilio redit.

Isti Chalcedonensem synodũ damnant.

CAPUT III.

IMperator Cæsar Basiliscus, pius, uictor, triumphator, maximus, semper colendus Augustus; & Marcus, illustrissimus Cæsar: Timotheo religiosissimo et Deiamantissimo magnę urbis Alexandrinorum archiepiscopo, atq; omnibus per Orientem & Occidentem sacerdotibus Dei. Quascunq;, qui ante nos fuere pijssimi Imperatores, qui beatam, immortalem,

Basilisci circulares literæ ad uersus Chalcedonense Concilium, & Leonis Rom. episcopi Tomum.

A mortalem, & uiuificam Trinitatem rectè coluere, pro recta & Apostolica fide sanxere leges, eas ueluti toti mundo salutares, non modò tempore ullo negligi & abo-
leri nolumus, uerumetiam perinde atq; constitutiones proprias promulgamus. Et quũ ueram pietatẽ, flagrantemq; erga Deum & Seruatorẽ nostrũ IESVM CHRISTVM, qui nos condidit, & ad tantam gloriam extulit, ardorẽ studijs rebusq; humanis omnibus præferamus, atq; insuper coniunctionẽ gregis Christi salutarem ipsi ciuibusq; & subditis omnibus, firmumq; adeò fundamentũ atq; inconcussum Imperij nostri murum esse credamus, meritò certè diuino mentis zelo permoti, unionem sanctæ Ecclesiæ imperij nostri primitias Deo & seruatori nostro IESV CHRISTO offerentes, constituimus, ut fundamentum firmamentumq; * felicitatis humanæ, hoc est trecentorum decem & octo sanctorum patrum, qui Nicææ olim cum sancto Spiritu in conuentu ecclesiastico congregati fuere, Symbolũ, quod nos atq; omnes qui ante nos fuerunt certa fide professi, baptismum suscepimus, solum in omnib. sanctissimis Dei ecclesijs obtineat, & ab orthodoxo rectoq; sentienti populo usurpetur: quippe quod solum ueræ rectæq; fidei contineat authoritatem & decretum, satisq; quum ad omnes in uniuersum hæreses abolendas, tum ad unionem summam sanctarum Dei ecclesiarum conciliandam ualeat. Et ad diuinum istud Symbolum confirmandum robur suum habeant, ea quæ in imperante hac urbe aduersus eos qui in spiritum sanctum blasphemi fuere, à centum quinquaginta sanctis patribus, tum autem quę etiam in metropoli Ephesiorum aduersus impium Nestorium & sectatores eius sunt acta. Ea autem quæ unionem & ordinem bonum sanctarum Dei ecclesiarum, & pacem orbis totius turbant, uidelicet Tomum Leonis, & omnia quæ Chalcedone per formulam seu decretum fidei, aut editionem symboli, aut expositionem, aut doctrinam, aut disputationem, per res nouas, aduersus id quod diximus sanctum sanctorum trecentorum decem & octo patrum symbolum dicta & acta sunt, sancimus, ut & hic & ubique in ecclesijs omnibus à sanctissimis ubicunq; fuerint episcopis, apud quos reperta fuerint, anathemate feriantur, atque igni tradantur: propterea quòd hoc sic etiam ab eis qui ante nos fuere, & nunc pia & beata quiete fruuntur, Constantino & Theodosio minore Imperatoribus de hæreticis dogmatibus omnibus constitutum est. Hæc sic abolita, prorsus ex ea, quæ una & sola catholica Apostolica & orthodoxa Ecclesia est, ejiciantur: utpote quæ sempiterna & salutaria trecentorum decem & octo, atque etiam centum & quinquaginta, qui professionem de sancto Spiritu promulgarunt, & eorum etiam qui Ephesi congregati fuere sanctorum & beatorum patrum decreta tollunt. Neque prorsus cuiquam uel sacerdoti, uel laico & populari homini diuinam sancti symboli constitutionem uiolare aut transgredi liceat. Præterea autem, unà cum rebus omnibus Chalcedone aduersus sacrum symbolum nouatis, anathemate iugulandã censemus hæresim eorum, qui non profitentẽ filium Dei unigenitũ ex Spiritu sancto, & sancta Deigenitrice semperq; uirgine Maria uerè incarnatum & hominem factum esse: sed aut de cœlo uenisse, aut per phantasiam atq; imaginationem hominem existimatum esse, prodigiosè blaterant. Omnem denique hæresim aliam, & si quid aliud tempore, modo, & loco orbis uniuersi quocunq;, uel uerbis, uel sententijs aduersus sacrum symbolum nouatum est. Sedenim quum Imperiali prouidentiæ maximè conueniat, non præsentibus modò, uerumetiã futuris temporib. cõsulere, & ciuibus subditisq; accurata deliberatione de certa tranquillitate, pspicere, statuimus, ut sanctissimi ubiq; episcopi sacris hisce circularibus literis publicatis subscribant, uerbisq; disertis declarent, soli diuino trecentorum decem & octo sanctorũ patrum symbolo assentiendũ esse: quod authoritate sua centum & quinquaginta sancti patres cõfirmarunt, sicuti decreto etiam suo

Confirmatio Nicænum symboli.

* αἰτίᾳ φωνῇ ἀδ ἰωάν.

Decreta item cõstantinopolitanæ synodi comprobãtur.

Ephesiæ itidem.

Tomus Leonis et Chalcedonensia Decreta damnantur.

Hæreses omnes damnantur.

postea,qui in Metropoli Ephesia conuenere pijssimi patres censuerunt,quod uide licet soli sancto trecentorum decem & octo patrum symbolo et fidei decreto assen tiri conueniat. Atcp ut anathemate configant actiones Chalcedonenses omnes,& ex ecclesijs prorsus ejiciant, ueluti orthodoxorũ populorum offendiculũ, totiuscp orbis & nostræ felicitatis impedimentum. Eos porrò, qui post diuinum hoc scri ptum nostrum,quod ad exoptatam ab omnibus sanctæ Dei ecclesiæ unionem con ciliandam ex sententia Dei promulgatũ esse persuasum habemus,ausi unquam fue rint uel in disputatione,uel in doctrina, uel in scripto qualicuncp tandem tempore & modo & loco, Chalcedone aduersus fidem res nouatas proferre, aut saltem no minare,ut turbarum & seditionis in sanctis Dei ecclesijs & in Romana ditione om ni authores, & Dei salutiscp nostræ hostes, iubemus iuxta constitutiones dudum ante nos ab eo qui in beata & sancta quiete est Imperatore Theodosio aduersus e iuscemodi maleuolentiam latas,& sacro huic circulari scripto nostro adiunctas,si quidem episcopi aut clerici sint, dignitatem amittere: sin monachi,aut laici & popu lares,exulare, bonorumcp uniuersorum publicationi & ultimis subiacere pœnis. Ita nancp,quæ semper à pietate nostra adorata est sancta & ὁμοούσιῳ cõsubstantia lis,quæ res uniuersas condidit atque uiuificauit, Trinitas, etiam num à nobis, per eorum quæ memorauimus zizaniorum abolitionem, rectarumcp & Apostolica rum sancti symboli traditionum confirmationem, culta, animabus nostris subdi tiscp omnibus placabilis & propitia erit, nobiscumcp semper manebit, & res hu manas pacabit.

CAPUT IIII.

Episcopi plurimi circularibus istis subscripserunt.

CIrcularibus istis non modò Timotheus & Petrus,quos diximus,consen seruntsed Anastasius etiam,qui post Iuuenalem Hierosolymitanã tenuit sedem, facilimè subscripsit, & quamplurimi alij ecclesiarum antistites, quingentis non pauciores. qui omnes Leonis tomum,& Synodũ Chal cedonensem repudiarunt. Declarat id uerum esse, libellus supplex ab Asianis e piscopis Ephesi congregatis, ad Basiliscum scriptus, qui ad uerbum hæc comple ctitur. Modis omnibus pijssimis & Christianissimis Dominis nostris, Basili sco & Marco, perpetuis uictoribus, Augustis. Et post pauca. In rebus omni bus longè pijssimi & Christianissimi Principes declarastis,cum inuisa & hostili fi de uos egregiè bellum gerere. Et post alia. Horrendum profectò quoddam, quod eis imminet iudicium, & diuini ignis ardor, & iustus serenitatis uestræ mo tus, aduersarios ad pedes uestros abjiciet: qui potentem Deum & fide confirma tum imperium uestrum superbæ uindictæ telis petere audent, & tenuitati no stræ multis modis non parcentes, calumnijs & mendacijs sycophanticis nos sem per perstringunt, quasi ui & necessitate quadam adacti, diuinis uestris & Apo stolicis circularibus literis subscripserimus, quum id cum lætitia & alacritate om ni fecerimus. Et postea. Ne igitur alias quàm sacras circulares uestras literas e dere atcp proponere uelitis. Atcp illud quod diximus scitote, orbem omnem rur sum euersum, & parua ea uisum iri, quæ in Chalcedonensi synodo accidère ma la, quæ quidem infinitas etiam illas patrarunt cædes, & orthodoxorum iniquè at que iniustè sanguinem effuderunt. Et post pauca alia. Attestamur coram Salua tore nostro IESV CHRISTO,liberam esse & innocentem pietatem uestram:à qua iustam & canonicam & ecclesiasticam aduersus illos, & maximè contra eum qui impiè episcopatum in urbe Imperante gerere multis modis depre hensus est, condemnationis & exauthorationis sententiam ferri petimus.

Asianorum episcoporum Ephesi congregatorum scriptum, Circulares Basilisci laudantium.

Circularibus

CAPUT VI.

Eutychiani in Aegypto monachi Aeluri cœptis laudant.

CIrcularibus istis publicatis,ut Zacharias inquit,qui Eutychetis opini onem somniabant, & monasticam sectabantur, perinde atque in lu crum & cõmodum per circularia scripta,& Timothei honorem inex pectatum incidissent, celeriter ad eum accurrerunt: & cum eo collo quuti,ubi Dei uerbum nobis iuxta carnem, & rursum patri iuxta diuinitatem ὁμοούσιον consubstantiale esse audiuere, ad loca sua reuersi sunt. Idem memoriæ prodidit, Timotheum ex urbe descendentem, ueluti Alexandriam nauigaturum, Ephesum appulisse, & Paulum in throno episcopali collocasse: qui antea quidem a prouincialibus episcopis,quemadmodum antiquo more receptũ erat,consecra tionem susceperat, sede autem sua deturbatus fuerat. Et Ephesiorum etiam urbi antiqua patriarchatus iura,quæ ei Chalcedonensis Synodus ademerat, restituisse: atcp ibi eis rebus peractis,Alexandriam uenisse. Vbi statim omnibus persuasit,ut Chalcedonensem Synodum anathemate condemnarent, sicuti antea quoque à me est dictum. Multi etiam ei restitere: & ab eius factione plericp alij, & inprimis Theodotus ille, unus ex eis qui à Theodosio Ioppæ consecrati fuerant, resiluere. Theodosius autem ille est, qui prædonis more, quum Iuuenalis Byzantij esset, Hierosolymorum ecclesiam occupauerat.

Paulus per Aelurum sedem Ephesiam recuperat.

Multi in Aegypto etiam Aeluro resistunt.

Theodotus.

Theodosius prædo ecclesiasticus.

CAPUT VII.

Acacius Constantinopolitanus episcopus, Daniel Columella, & populus urbis Constantinopolitanæ, magnis animis Basilisco circulares eius reijcientes resistunt.

BAcc ubi sic Basiliscus egit, Acacio quocp ut circulares eius literas reci peret,& Synodũ Chalcedonensem anathemati subjiceret,per uim insti tit: quum id iam tres magni throni fecissent, Illum uerò uehementer indoluisse, secp ipsum & thronum suum, atcp etiam sanctiorem sacri ficij aram pulla ueste obduxisse, opinio est. Qui deinde, plebe & monachorum Constantinopolitanorum ordine congregato, strenuè tyranno restitit. Quo tem pore etiã Daniel ille magnus ex columna descendit, & cum Acacio ecclesiasticos conuentus egit. Basiliscus motum plebis urbanæ ueritus, in ædes Imperiales ex templo reuersus est,& Senatui indixit,ne molestiam Acacio exhiberent, quod multitudo ad incendendam urbem parata esset. Daniel uerò plebis & monacho rum multitudine assumpta, ad tyrannũ accessit, & propalàm liberè apud eum de rectis dogmatibus disseruit. Ille igitur ab Acacio & Daniele coactus, circulares priores literas abnegauit, & constitutionem quæ circulares eas surreptitiè impe tratas prorsus induceret atque aboleret, edidit, & eam priori illi contrariam in orbem uulgandam misit, quæ aliter longè quàm circulares illæ scriptæ fuerant, composita,Synodũ Chalcedonensem defendit. Cæterùm Zacharias, qui rem eam omnem affectibus ductus conscripsit, in historia sua coutrarias prioribus circu lares literas prætermisit: quas ego alicubi inuentas hic apponam. Earum uerba hæc sunt.

Contrarias prioribus Circulares Basiliscus publicat.

CAPUT VII.

AImperatores Cæsares,Basiliscus & Marcus. Fidem Apostolicam & orthodoxam,quæ iam inde ab initio in Catholicis ecclesijs usqp ad no stri Imperij tempora obtinuit,& sub imperio nostro obtinet,atcp adeò in perpetuum obtinere debet,in quam etiam baptizati sumus,quam & credimus, eam ipsam solam inuiolatam atcp inconcussam obtinere, & obtinen tem perpetuò celebrari in omnibus orthodoxorum catholicis & Apostolicis ec clesijs,necp quidquam aliud requiri debere,sancimus. Proinde quicquid sub Impe rio nostro actum editumcp est,siue circulares literæ,seu scripta alia quæcuncp tan dem ea sint, professionis fidei aut ecclesiasticæ constitutionis gratia promulga ta, irrita & abrogata esse iubemus. Nestorium & Eutychetem, nec non hæreses omnes, & eos qui idem cum illis sentiunt, uniuersos,anathemate condemnamus.

Nestorius & Eutyches damnatur.

Decernimus quoq; de fidei causa neq; Synodum cogi, neque quæstionem aliam inferri, sed hęc firma & inconcussa manere: Prouincias etiam reddi debere sanctissimo & religiosissimo patriarchæ & archiepiscopo Acacio, quarum antistitum electionem & consecrationem Imperantis huius & inclytæ urbis thronus habuit: ita uidelicet, ut Deiamantissimi qui nunc sunt episcopi, in sedibus suis permaneant: neq; post obitum illorum, prędiudicium aliquod aduersus iura electionis sacri throni imperantis huius & inclytæ urbis creetur. Atq; diuina hæc sanctio nostra uim sacræ constitutionis habens, ne cui in dubiũ aut controuersiã uocet. Hæc sic acta.

Irrisidicto Pontificalis Cõstantinopolitanæ sedi integra restituitur.

CAPUT VIII.

Duces Basiliſci Zenoni concilian tur.

PRorsò Basiliscus quod aduersus fidem libellũ gereret, odium omnium incurrit. Quod ubi cognouere, quibus Zenonis obsidio commissa fuerat, iuramento interposito se fidos illi futuros, Zenoni conciliati sunt: eoq; recepto, ad urbem Imperantem ire contenderunt: quum quidẽ dona ab eo partim iam accepissent, partim se accepturos esse stipulati essent. Ferunt sanè quidam protomartyrem, quæ multum & strenuè decertauit, Theclam, arcanis quibusdam uisionibus illi restitutionem imperij confirmasse. Quapropter Zeno ut martyri de eiusce modi denunciatione gratiam referret, in metropoli Seleuciæ, delubrum amplitudine maximum & pulchritudine præstantissimum condidit, quod multo auro & Imperialibus donarijs exornauit. Basiliscus de Zenonis motu certior factus, consobrinum suum† Harmatium copiarum in Thracia ducem, qui progressum illius impediret, aduersus eum misit, eumq; iureiurando sanè quàm horrendo, ne se unquam Zenoni coniungeret, obstrinxit. Harmatius cum Zenone ad Nicæam congressus, in eum illum coniecit metum, ut frustra se rem quam consi cere nequiret, aggredi putarit: nisi donis ac pollicitationibus Harmatium se uidelicet Basil. scum filium eius Cæsarea tænia exornaturum esse, expugnaret. Atq; ita hunc quoque iurisiurandi religionem parui facientem, Zeno aduersus Basiliscum in partibus suis habuit. At Basiliscus his rebus cognitis, statim sententiam mutauit: & Imperiali corona sacræ mensæ imposita, supplex ipse cum Zenonide ad baptisterium confugit. Zeno confestim Constantinopoli exceptus, primùm ecclesiam magnam, deinde cum apparatu & comitatu maximo Imperialem regiam ingressus est. Basiliscus autem quum uiginti menses in Romano imperio tyrannus fuisset, in Cappadociam moriturus missus est: atq; in mansione quadam seu *militari diuersorio, cui Acusi nomen est, cum uxore & liberis interfectus est. A Zenone statim Circenses ludi editi. Deinde is, pro eo atq; paulo antè se facturum iurauerat, Harmatij duidem filium Basiliscum ad Cæsaris dignitatem extulit: postea autem Harmatium, quòd eum non magis sibi, quam Basilisco fuisset, fidum fore arbitraretur, iugulari iussit: filium porrò eius Cæsarem sacerdotem fecit, qui deinde multo pòst ecclesiam Cyzicenam optimè administrauit.

Zeno Theclæ protomartyri Seleuciæ Isauorum templũ condidit.

Basiliscus Harmatium ducem aduersus Zenonẽ in Thraciam euntẽ mittit.

† Procopius Armatum nominat.

Basiliscus Harmatij filius.

Harmatius quoq; ad partes Zenonis transit.

Alij Zeobiam uocant.

Zeno Constantinopolim redit.

Basiliſci cædes.

Basiliscus Harmatij filius Cæsar.

Harmatius cæditur.

* Basiliscum tyrannum cum uxore & filijs, Zeno in Cappadociam misit hyemis tempore, eosq; neq; ueste neq; cibarijs iuuari iussit. Vnde breui se inuicem complexi, collacrymantes miserè perierunt. Procop. Hic inexplebilis auaritiæ fuit. Nam & ab ecclesiarum antistitibus pecuniam exegit: & à tenuibus opificibus, manuum labore uitæ sumptus toleranibus, exactionibus non abstinuit. Quapropter ob eiusmodi exactiones lacrymis plena erant omnia. Sub Leone is pro Rustico copiarum militarium dux lectus. Suid.

CAPUT IX.

Basiliſcum ex Cæſare ſacerdos fit, & epiſcopus Cyzicenus.

ZEno simulatq; in Imperium restitutus est, per constitutionem scriptam quamprimũ, quicquid à tyranno Basilisco per circulares literas contra fidem nouatum fuerat, abrogauit. Quod ubi Asiani episcopi intellexerunt, missis ad Acacium Constantinopolitanum episcopum pœnitentiæ libellis, gratiam sibi fieri petierunt: illa deprecatione usi, quod non sua sponte,

A sponte, sed ui maxima adacti circularibus subscripsissent. Eamq; rem non aliter se habere, & se Chalcedonensi Synodo assentiri, atq; iuxta eius decretum & antea credidisse, & nunc credere, iuramento confirmarunt. Episcoporum scriptum hoc »» erat· Acacio sanctissimo & pijssimo, sanctissimæ quæ apud imperantem Constan »» tinopolim, nouam Romam, est, Ecclesiæ, patriarchæ. Et post pauca· Rectè sa »» nè ad nos uenit, qui locum etiam nostrum obtinebit. Et rursum· Per libellos sup »» plices significamus, subscripsisse nos non ex animi sententia, sed necessitate coa »» ctos, literis tantum & uerbis, non autem animi destinatione, Circularibus illis »» assentientes. In acceptabilibus enim precationibus nostris, annuente Deo, quæ à »» totius orbis luminaribus trecentis decem & octo, & rursum à centum quinqua »» ginta sanctis patribus accepimus, adhæc quæ à diuinis patribus Chalcedone con »» gregatis, piè & rectè constituta sunt, ea credimus. Hæc episcopi scripsere. Siue autem Zacharias, qui hæc affectibus ductus conscripsit, sycophanticè hoc illis impegit: seu ipsi episcopi, quòd præter animi sententiam circulari constitutioni subscripserint, quum ita ad Acacium scriberent, mentiti sunt, dispicere & pronunciare certò non possum. Hæc certè sic habuere.

Asiani episcopi recipiscẽtes, Circulares priores Basiliſci literas antea laudatas damnant.

CAPUT X.

ZEno Petrum Cnapheum, ut qui à Basilisco reuocatus esset, Antiochia expulit, & Calandioni Stephani successori episcopatum restituit. Paulum etiam Epheso exegit. Nestorium item Tarso, & Cyrum Hierapoli, Romanum Chalcedone, Samosatis Eusebium, Mopsuestia Iulianum, Paulum Constantina, & Andream Theodosiopoli, Calandion autem neminem ad communionem admittebat, qui non prius Petrũ & circularia Basilisci anathema te confodisset. Ac de Zenonis uoluntate & consensu, diui Eustathij, qui Philippis B apud Macedones in exilio uitam finierat, reliquias cũ reuerentia multa Antiochiã reduxit: quas cum lætitia summa ciuitas ea, ad decimũ octauum ferè lapidem extra urbem effusa excepit. Atq; illi qui ad longum usq; tempus ab ecclesia secesserant, annis centum elapsis, ecclesiæ tandem prorsus uniti sunt.

Cnapheï et aliorum subintroductorum episcoporum expulsio.

Eustathij cineres Antiochiã perlati.

Ecclesiæ ibi certa perfectaq; unio.

CAPUT XI.

COnstituerat Zeno Timotheum quoq; Aelurum Alexandria ejicere. Postquam autem ad multam eum senectutem peruenisse, & iam non longè à sepulcro abesse cognouit, consilium mutauit. Atq; ille paulo pòst ad inferorum migrauit iudiciũ. Alexandrini autem potestate sibi & authoritate usurpata, pastorem sibi delegerunt impietate Aeluro longè deteriorem, Petrum cognomento Moggum: quem unus & alter, sicuti ferunt, episcopi consecrarunt, quibus legitimè dignitas adempta fuerat. Quod ubi Zeno resciuit, eos qui illum episcopum legerant, morte mulctauit. Timotheum autem Salophaciolum, Proterij successorem, qui Canopi (sicuti diximus) degebat, in sedem suam restituit, cui Moggus diebus triginta sex incubauerat. Ac Timotheus quidem Imperatorijs literis thronum suum recuperauit. Breui uerò pòst, consilium quidam cæperunt, legatum ad Imperatorem mittendi, Ioannem presbyterum Tabennesiotam, qui œconomus templi honorandi præcursoris & Baptistæ creatus fuerat: ut ubi episcopus eorum inter homines esse desijsset, Alexandrini potestatem episcopi quem uellent eligendi haberent. Qui legatus ubi compertus est sibi ipsũ episcopatum procari, quemadmodũ Zacharias inquit, postquã Imperatori iurauit, haud unquam se Alexandriæ thorũ recepturum esse, domũ reuersus est, & Imperator constitutione, ut post obitum Timothei, Ioanne excepto, cathedram episcopalem Alexandrię, quem ibi clerus legisset sortiretur, sanciuit. Nõ multo pòst Timotheo defuncto, Ioannes pacta conuenta & iusiurandum parui pendens,

Aelurus maritur

Petrus Moggus ei Alexandriæ succedit.

Eo reiecto, Timotheus Salophaciolus episcopatum Alexandrinũ recipit.

Ioannes Tabennesiotes se episcopatum Alexandrinum non recepturum esse iurat.

Idem tamen Salophaciolo mortuo episcopus fit.

pecunia quibuſdã,ut idem Zacharias ait,corruptis,ad epiſcopatũ cõſcendit. Quod ubi factum eſt,Zeno illum quidem reijci iuſsit,ſuggeſtione autem Acacij ſcriptum ad Alexandrinos,quod ἑνωτικὸν, hoc eſt,unionis conciliatorium uocauit,dedit: in quo præcepit, ut thronus Petro Moggo reddatur, ſiquidem ille ſcripto ei ſubſcribere, & Proterij ſectatores recipere, quartamq; Synodum approbare uellet. Hanc rei eius diſpoſitionem,de Acacij ſententia(ſicuti dixi)cõſtitutam,Pergamius, qui nuper admodum Aegyptiæ prouinciæ præfectus declaratus fuerat, Alexandriam pertulit. Is poſtquam eò peruenit, & Ioannem Romam profugiſſe comperit,cum Petro Moggo colloquutus,ut henoticum Zenonis ſcriptũ reciperet,ei perſuaſit:& eos præterea qui ab eccleſia ſeceſsiſſent. Ille tomo ei ſtatim ſubſcripſit: & quũ Alexandrię publicus populi conuentus celebraretur, quia henoticũ Zenonis omnibus placuit, eos quoq; qui propter Proterij partes ſeceſſerant, admiſit. Atq; ubi orationem nõ ita longam ad populũ habuit, quã ad eccleſiaſticũ plebis cõuentũ compoſuerat,poſtea etiã Zenonis conſtitutionem multitudini recitauit,hiſce uerbis compoſitam.

Petro Moggo epiſcopatus Alexandriæ reſtituitur.

Vnio eccleſiæ Alexandrinæ.

CAPUT XII.

Zenonis henotica conſtitutio ad Alexandrinos. Imperium conſeruatur per orthodoxam fidem. Symbolum Nicænum.

IMperator Cæſar Zenopius uictor,triumphator, maximus, ſemper co « lendus Auguſtus: Alexandrinis, & qui per Aegyptũ & Libyã & Pen « tapolim ſunt religioſiſsimis epiſcopis & clericis, & monachis & lai « cis. Quùm Imperij noſtri initiũ & conſeruationem,tũ aũt opes atq; ar « maturã inexpugnabilem perſuaſum habeamus eſſe, ſolã rectã & uerã fidẽ quã di « uina inſpiratione Nicææ trecenti decẽ & octo ſancti patres congregati promulga « uerunt,& Conſtantinopoli centũ quinquaginta itidẽ ſancti patres coacti cõfirma « uerunt,diu noctuq; precationib. ſtudijs legibusq; noſtris omnibus,hoc agimus ut « per eã ubiq; locorũ ſancta Dei Catholica & Apoſtolica eccleſia incremẽta capiat, B quæ incorruptibilis eſt & immortalis ſceptrorũ noſtrorum mater,& pij populi no « ſtri in pace & religionis diuinæ concordia perſiſtentes acceptabiles pro imperio « noſtro preces unà cũ Deiamãtiſsimis epiſcopis & pijſsimis clericis & archimãdri « tis & monachis fundãt. Quũ enim magnus Deus & Saluator noſter CHRISTVS « IESVS, qui ex ſancta uirgine & Deigenitrice Maria incarnatus & natus eſt, glo « rificationem & ſacrum cultũ noſtrũ conſentientẽ laudauerit, benignéq; ſuſceperit, « tũ gẽtes hoſtiles conterentur atq; extinguenẽ, & omnes colla ſua Imperio,ſecundũ « Deũ,noſtro ſummittent:pax etiã,& quę ex pace proueniunt bona, cœli ſalubritas, « frugum ubertas, aliaq; quæ hominib. cõmoda ſunt, liberaliter ſuppeditabũt. Itaq; « quũ fides irreprehenſibilis & uos & imperiũ Romanũ ſic conſeruet,preces nobis à « pijs archimandritis & eremitis, alijſq; uenerandis uiris oblatæ ſunt: qui cũ lacry « mis nobis ſupplicarunt, ut unionem in ſanctiſsimis eccleſijs fieri, & mẽbra mẽbris « coniungi, quæ honeſtatis pietatisq; inimicus ab annis plurimis ſegregare eſt cona « tus,curaremus. Qui qdem inimicus bene nouit, ſi integro & cõiuncto eccleſiæ cor « pori bellum inferat, uictũ ſe iri. Qui etiã effecit,ut infinitę gentes & generationes, « quas tot annorũ tẽpora ex hac uita ſubduxerunt, partim abſq; lauacri regeneratio « ne obierint,partim ſine diuinæ cõmunionis perceptione ad ineuitabilẽ illam om « niũ migrationẽ tranſierint: & ut cędes innumerabiles patratæ ſint,ita ut ſanguinis « unda nõ ſolũ terra,uerũetiã aer ipſe contaminatus ſit & infectus. quæ omnia quis « eſt qui non in melius mutari exoptet? Quapropter ſcire uos uolumus, neq; nos, « neq; quæ ubiq; locorũ ſunt eccleſias,aliud ſymbolum,aut doctrinã aut formulã fi « dei, aut fidem etiã qd prętereq; ſicuti dictũ eſt,à trecentis decẽ et octo ſanctis patrib. « editum,et à centum et quinquaginta,quorũ mentionẽ etiã fecimus,ſanctis patrib.cõ « probatum eſt ſanctũ ſymbolũ uel habuiſſe,uel habere, uel habituros eſſe,neq; ali « quos qui habeant ſcire:atq; ſi quis etiam habeat,alienum illũ putare. Nam id ſolum « ſymbolum,

Cõmoditates cõſentientis & concordis Chriſtianæ fidei.

Inſidiatus diabolus eccleſiæ tendit per ſectas & diſſidia inteſtina.

Vnum Nicænum fidei ſymbolũ obtinere debet.

A ſymbolum,quemadmodum diximus, Imperium noſtrum conſeruare confidimus. « Et populi uniuerſi,qui ſalutarẽ conſequuntur illuminationẽ, hoc ſolo recepto, ba « ptizãtur. Hoc etiam ſequuti ſunt ſancti patres Epheſi congregati,qui impiũ Neſto « rium & opinionis eius poſtea ſectatores cõdemnarunt, quem ſanè Neſtorium unà « cum Eutychete, quòd diuerſa ab eis quæ dicta ſunt ſentiant, anathemate ferimus: « duodecim etiam capita illa à ſanctę memorię Cyrillo ſanctę catholicę Alexandrino « rum eccleſię Archiepiſcopo promulgata recipientes. Profitemur autem unigeni « tum filium Dei & Deum (qui uerè homo factus eſt, Dominum noſtrum IESVM « CHRISTVM,qui conſubſtantialis eſt patri ſecundum diuinitatem,& idem conſub « ſtantialis nobis iuxta humanitatẽ:& qui deſcendit & incarnatus eſt ex ſpiritu ſan « cto, & Maria uirgine & Deigenitrice) unum eſſe, & non duos. Vnius enim eſſe « dicimus & miracula & perpeſsiones,quas ſponte ſua carne pertulit. Eos uerò qui « eum diuidunt aut confundunt, aut phantaſiam ſeu ſpectrum inducunt, haudqua « quam approbamus. Et pura labiſq; peccati omnis expers, ueraq;, ex Deigenitrice « incarnatio† acceſsionem filij non attulit: & trinitas, uno trinitatis eius Deo uerbo « incarnato, trinitas permanſit. Quum igitur ſciamus neq; ſanctas quæ ubiq; ſunt, « & orthodoxas Dei eccleſias, neq; qui eis præſunt Deiamantiſsimos ſacerdotes, « neq; Imperialem noſtrã ſublimitatẽ ſymbolum aliud, aut fidei decretũ,præter eam « quam diximus ſanctã doctrinã & formulã, uel antea tuliſſe, uel nunc ferre,coniun « ximus nos per unionẽ inter nos ipſos,nihil addubitantes,nihilq; cunctantes. Atq; « hæc ſcripſimus,non ut noui quicquã de fide afferremus:ſed ut uos per certã perſe « ctamq; doctrinã confirmaremus. Quemlibet uerò qui aliud quicquã ſenſit,aut ſen B tit,aut nunc,aut quandocũq;,uel Chalcedone,uel in quacunq; ſynodo alia,anathe « mati ſubiſcimus:præcipuè uerò quos diximus, Neſtorium & Eutychetẽ, & qui cum « eis idem ſentiunt. Coniungite ergo uos per unionẽ ſpirituali matri Eccleſię,& diui « na eius in ea cõmunione fruimini,per id quod dictũ eſt unum & ſolum trecentorũ « decem & octo ſanctorum patrum profeſsionis fidei decretum. Ipſa enim ſanctiſ « ſima mater ueſtra Eccleſia, uos ut germanos natiuos q; filios, circumfuſis ulnis am « plecti deſiderat, & ſuauem ueſtram uocem aliquando tandem audire cupit. Itaque « uos ipſos incitate,atq; urgete. Quod ſi feceritis, tum Domini & Seruatoris & Dei « noſtri IESV CHRISTI, benignitatẽ uobis ipſis cõciliabitis, tum ab Imperiali no « ſtra amplitudine laudem eximiam feretis. Quibus literis lectis, Alexandrini uniuer ſi ſanctæ catholicæ & apoſtolicæ Eccleſiæ coniuncti unitiq; ſunt: & quæcunque in medio fuere offendicula & impedimenta,ſuſtulere.

Confirmatum à ſynodo Conſtantinopolitana, & Epheſia priore.

Duodecim Cyrilli capita.

πρσθήκην ἐν τῷ συμβόλῳ.

Vnio eccleſiarũ per cõcordem fidei Nicænæ profeſsionem.

CAPUT XIII.

Calandion in exilium mittitur.

PRorò Calandion Antiochenus antiſtes ad Acacium & Zenonẽ ſcripſit, & Petrum mœchum uocauit, quùm propter ea quæ de illo acciderant, tum quòd Alexandriæ anathema in ſanctã quartam Synodũ conieciſſet. At Calandion, q; per eam cauſam, occaſionem arripuit, ut Illi & Leontij & Pamprepis, qui à Zenone defecerant,& tyrannidem affectabant, partes foueret,ad Oaſim exilij cauſa incolendam damnatus eſt. Atque ille quidem ſic rurſum Antiochia eiectus: Petrus autem Cnapheus fraude in negocio peragendo uſus, in deſideratam ſibi Antiochenam ſedem rurſum inductus eſt, poſtquam henotico Zenonis ſubſcripſit. Dedit is ad Petrũ Moggum Alexandrię epiſcopum, & uiciſsim ab eodem accepit ſynodales literas. Martyrius itidem Anaſtaſij Hieroſolymis ſucceſſor, ad eum more recepto epiſtolas eiuſcemodi miſit. Coniunctus quoque ei eſt,qui Conſtantinopolitanã gubernabat eccleſiã, Acacius. Verùm non multũ interceſsit temporis, & nonnulli qui Petri Moggi partiũ fuerant, quũ eum conſilium mutaſſe uiderent, à cõmunione eius ſeceſſerunt:quòd ex eo ſci

Illus, Leontius, Pamprepes, tyrannidem affectant.

Petrus Cnapheus Antiochenam ſedem recipit.

Petrus Moggus ſynodum Chalcedonenſem damnat.

Idem sepulchri violator.

licet tempore Chalcedonensem synodum in ecclesia anathematis sententia damnaſ- A
set, & Timothei cadauer effodisset. Eam rem ubi Acacius Constantinopolitanus
audiuit, grauiter factum id tulit, & magnopere est perturbatus: adeò certè, ut
quosdam Alexandriam mittendos duxerit, qui rei ueritatem cognoscerent. Eos uc
rò Petrus postquam diligenter inquisitos adesse resciuit, certiores fecit, nihil se ea-
Petrus Moggus, homo uarius, ex eodem ore calidum & frigidũ efflat.
rum rerum admisisse: & multitudine quadam contracta, attestationes conscripsit,
quæ indicabant, Petrum nihil earum quæ auditæ essent rerum feciſſe. Ille uerò re
ipsa ueluti cothurnus quidam, aut Proteus Pharius atq; Euripus, uersipellis scili-
cet homo, fuit, & sibi ipsi non constitit: uerùm pro eo atq; ei usum esset, semper se
temporibus & rebus ipsis accõmodauit. Et aliquando quidem Chalcedonensem
synodum cõprobauit, aliquando autem perinde atq; palinodiam canens, calculis
omnibus reiecit, & anathemate condemnauit. Ex literis autem eis quas ad Acaci-
um Constantinopolitanum episcopum, qui dolum eius per inquisitionem scruta-
tus est, dedit, qualis fuerit, liquebit. Scripsit autem in hæc uerba.

CAPUT XIIII.

Literæ Moggi ad Acacium Constantinopolitanũ.

Ltissimus Deus remunerabitur sanctitati tuæ labores & sudores tan- «
tos, quos tot annorum curriculis fidei sanctorum patrum professione «
conseruanda subijsti: quam sanè assiduè prædicans confirmasti. In ea «
symbolum quoq; sanctorum trecentorum decem & octo patrum rectè «
positum reperimus: in cuius scilicet professione baptizati, & antea credidimus, «
Laudat Nicænam fidem.
& nunc quoque ei credimus. Id quod etiam cõprobarunt centum & quinquagin «
ta sancti patres, qui Constantinopoli congregati fuere. Itaque quum assiduè om- «
nibus in recta uia præeas, per unionem sanctam Dei coniunxisti Ecclesiam: & «
nobis certissimis argumentis persuasisti, nihil esse contra hæc actum in sanctissi- «
Item Chalcedonense concilium.
ma uniuersali synodo Chalcedone celebrata: quippe quæ cum sanctis Nicænis «
patribus concordet, eorumq; decretum confirmet. Et quum in actis Chalcedonen B
sibus noui nihil reperissemus, sponte nostra illis assensimus & credidimus. Cæ- «
terùm certiores facti sumus, monachos quosdam, qui coniunctioni nostræ frater- «
næ inuident, de iniurijs criminibusq; quibusdam ad nos retulisse, quibus tamen il- «
li non facile sanctitatem uestram permouere. Primùm, quòd reliquias eius qui in «
sanctis est patris nostri beati arhiepiscopi Timothei in locum alium transtule- «
rimus: quod factum neque Deo placet, neque legibus conuenit. Deinde ad conui- «
cium aliud quod non consistit, & priore illo deterius est, peruenere. Quomodo «
nanq; anathema iaculari in sanctam Chalcedonensem synodum potuimus, cui cre «
didimus, & quam confirmauimus? Non latet autem Pietatem uestram populi «
nostri feruor & leuitas, & monachorũ etiam ad nouas res spectantium motus: qui «
quum in animo habeant, cum quibusdam consulta animi destinatione improbis «
ab Ecclesia resilire, populum secum auellere conantur. Porrò uestris adiuti pre- «
cibus, re deliberata, rationem quæ mederi malo imminenti posset, inuenimus, ni- «
hil sanctæ Chalcedonensi synodo, in qua nihil noui scimus esse actum, derogan- «
tem, ut simul ea ipsa ratione & simplicibus per persuasionẽ satisfaceremus, & eos «
qui nobiscum conuentus agunt, per apologiam defenderemus. Id ut diceretur, cu- «
†τῦτο πολὺς γε νόμενος ταχέως ἐπώλυσα.
rauimus.† Atque in eo quum toti essemus, mox etiam prohibuimus. Certiorẽ ue- «
rò sanctitatem uestram facio, ne nunc quidem cessare eos qui semper zizania semi- «
nant, monachos: & tanquã instrumenta sibi asciscere quosdam, qui monasteria nõ «
incolunt, sed passim uagantes rumores uarios contra nos & ecclesiasticam CHRI «
STI pacẽ & tranquillitatem spargunt: necq; nobis, pro eo atq; decet, canonicè quic- «
quam in sancta Dei catholica ecclesia facere permittunt. Illudq; sedulò agunt, ut no «
bis populus hic potius præeat, quàm pareat; & facere id quod Deo non placet, «
studeat.

A studeat. De sanctitate autem uestra nobis persuademus, eam omnia ad sacratissimũ
» orbis terrarum dominum relaturam: curaturamq; esse, ut constitutio à serenita-
» te eius edatur, in qua de ecclesiastica pace, ea quæ & Deum ipsum & Imperato-
» rem deceant, & in quibus omnes acquiescant, præcipiat. Atque hæc cothurnus
ille Petrus, homo inconstans & uersutus, fraudulenter ad Acacium scripsit.

CAPUT XV.

Ioannis Tabennesiotæ actiones Romæ.

Oannes autem Alexandriæ episcopus Tabennesius, cuius antea quo-
que fecimus mentionem, quum inde profugisset, Romam uenit, & tur-
bam isthic conciuit: propterea se throno suo excidisse dicens, quòd
Leonis doctrinam & Chalcedonensem synodum defenderet: aliumq;
qui ab his prorsus diuersum sentiret, in locum suum substitutum esse. Querela
ea permotus Simplicius Romæ post Leonem episcopus, ad Zenonem illegiti-
Simplicius Romæ episcopus.
mam Ioannis electionem reprehendens scripsit: eicq; Zeno, non aliam illum ob
causam sede sua expulsum esse, quàm quòd periurij compertus esset, rescripsit.

Felix Rom. episcopus.

Postquam Simplicio Felix successit, non intermisit Ioannes molestus illi esse,
de Petro, quem Acacius Constantinopolitanus prius tanquam hæreticum reie-
ctum, tum admodum complecteretur, referens. Et quum frequentius ei insta-
ret, tandem Felici persuasit, ut literas statim ederet, in quibus Acacio, quòd cum
Is dignitatem literis suis Acacio abrogat.
Petro Moggo communionem haberet, dignitatem abrogauit. Quas literas con-
tra ecclesiasticam traditionem compositas, sicuti Zacharias scribit, monachi qui-
dam ex Insomnium sodalitate, Acacio obtulerunt. Acacius autem non recepit.

Porrò Zacharias rem ipsam ut acta est ignorare, & summam tantum eius, ita
ut referri eam audiuit, exponere uidetur. Ego uerò illam certò mihi compertam
B commemorabo.

CAPUT XVI.

Vitalis & Siminus episcopi Romani Pontificis Legati apud Zenonem in Ioannis causa.

Oannes libellos supplices Felici aduersus Acacium, quod præter ra-
tionem cum Petro communicaret, & res plerasq; alias non ex præscri-
pto sanctionum ecclesiasticarum ageret, dedit. Et Felix ad Zenonem
Vitalim & Siminum episcopos misit, cum mandato & decreto huiusmodi, ut Chalcedonensis synodus calculis omnibus obtineret: Petrus, ut qui non sanam coleret religionem, Alexandria ejiceretur: & Acacius Romam aliquos mitteret, cum Ioanne in iudicio, si quam haberet actionem, experturus, aut causam dicturus, & legitimam actionum suarum rationem redditurus. Prius autem quàm Vitalis & Siminus Roma Constantinopolim uenerunt, sodalitatis Insomnium præfectus Cyrillus ad Felicem Papam scripsit, moram eius tantam accusans, per quam tot res nouæ in ecclesiasticis constitutionibus inducerentur. Literis eius acceptis, Felix legatis suis scripsit, ne quid prius agerent, quàm Cyrillum conueniſſent, & ab eo quid agendum esset cognouissent. Dedit quoque alias ad Zenonem literas, quibus illum de synodo Chalcedonensi, & de ea quam in Aphrica Honorichus cõcitauerat, persequutione admonebat. Quin & ad Acacium scripsit, maximam eum nouatarum in Ecclesia rerũ causam esse dicens. Zeno eadem quæ antea Felici rescripsit, Ioannem scilicet frustra illi molestiã exhibere, qui haud quaquam se thronũ ecclesiæ Alexandrinę conscensurum esse iurauerit, iurisiurandi religionem uiolarit, episcopatum per sacrilegium arripuerit, & alia grauia facinora admiserit. Nec Petrum Moggum, inquisitione nulla præeunte ad sedem peruenisse, sed illum priusquã eam acceperit, manibus suis fidei Nicænorum patrũ quã cõprobarit subscripsisse: cuius fidei uestigijs Chalcedonensis etiam synodus iunctatur.

Cyrillus Insomniũm monachorum præfectus.

Literæ Felicis ad Zenonem.

Item ad Acacium.

Responsum Zenonis ad Felicem.

† Honorichus rex Vandalorum, plusquàm trecentis triginta quatuor episcopis in exilium pulsis, eo quòd Arianus esset, in catholicos admodum sæuijt. Diac.

† ὁτοῤῥοσέμονος Hoc uerbũ Euagrius non habet, lib. 2 cap. 10.

tur,illud quoque† iuramento interpoſito uerbis hiſce Zeno ſcripſit.Debent certò & pietas noſtra, & qui dictus eſt ſanctiſsimus Petrus, uniuerſæq; adeò ſanctiſsimæ eccleſiæ, recipere & colere Chalcedonenſem ſanctam ſynodum, quæ cum profeſsione fidei Nicænæ ſynodi concordat. In rerum iſtarum actis, eius quem nominauimus Cyrilli, aliarumq; in urbe Imperiali archimandritarum, atque etiam Aegyptiæ diœceſis epiſcoporum & clericorum, ad Felicem contra Petrum, & eos qui cum eo communicabant, ueluti hæreticos, datæ epiſtolæ reperiuntur. Et nonnulli ex Inſomnium monaſterio Romam profecti, apud Felicem de Simino & Vitali queſti ſunt, quòd ad aduentum uſque eorum Byzantij clàm & occultè Petri nomen in ſacris codicillis fuiſſet, atque ex eo tempore ad eum uſque diem eſſet, & quòd propalàm ferretur, contra canones Vitalim & Simínum cum Petro & Acacio commercium & communionem habere. Aegyptiorum quoque epiſtolæ eadem ſignificabant. Et præterea, Ioannem quidem orthodoxum eſſe, rectèq; ſentire, & ſedem ſecundum canones recepiſſe: Petrum autem à duobus tantum qui eandem prauam opinionem ſequuti fuiſſent, conſecratum eſſe, eundemq; poſt Ioannis diſceſſum nihil rerum grauium aduerſus orthodoxos agere intermiſiſſe. Hæc omnia quum Acacius ex eis qui Byzantium Roma ueuerant,cognouiſſet, tantum abeſt ut authoritate ſua rebus huiuſmodi, quum facile poſſet, interceſſerit:ut etiam adminiſtrum ſe Petri actionum præbuerit, & ferè omnes cũ illo communicare coegerit. Quæ omnia adauxit,& uera eſſe confirmauit Simeones ille ex Inſomnibus ad Felicem miſſus,qui apertè Simínum& Vitalim per id cũ hæreticis communicaſſe conuicit, q̃ ipſis præſentibus propalàm Petri nomen ex ſacris tabulis promulgatum eſſet, quum ne per prætextum quidem grauiter ſe id illi ferre oſtendiſſent. Quapropter factum, ut permulti ex ſimplicioribus ab hæreticis ſeducti ſint,qui à Romana etiam ſede receptum eſſe Petrum dixerunt. Addidit & illud Simeones, quum uariæ quæſtiones in medium productæ eſſent,Vitalim & Simínum cum nullo orthodoxo colloqui, aut per literas ei reſpondere uoluiſſe, neque eos etiam de rebus in religione nouatis accuratius diſquiſiuiſſe. Monachorum quoque dicta presbyter quidam Syluanus, qui cum Vitali & Simino in urbe imperante fuerat, comprobauit. Tum autem Acacij epiſtola ad Simplicium producta eſt, quæ oſtendebat Petrum dudum ut noctis filium exauthoratum eſſe. Quas ob cauſſas Simino & Vitali ſacerdotalis dignitas abrogata, & ipſi longiſsimè à communione ſancta repulſi ſunt. Et cõmunibus ſuffragijs ſynodus Romana hæc ſic ad uerbum decreuit. Petrum hæreticum,qui olim per ſententiam, epiſcopali cathedra ei adempta, damnatus, proſcriptus, & anathemate confoſſus eſt, eccleſia Romana non recipit. Cui quidem ſi aliud nihil quod obijceretur eſſet, illud ſufficeret, quòd quum ab hæreticis conſecratus ſit, orthodoxis præeſſe non poteſt. In ſententia ea illud quoque fuit: Acacium Conſtantinopolitanum maximo crimini obnoxium eſſe, res ipſa indicauit, propterea quòd ad Simplicium ſcribens, Petrum hæreticum appellauerit, & id Imperatori non indicauerit: quum certè id, ſi Zenonem diligeret, facere debuerit. Proinde ſicuti apparet, cõmodi ſui deſiderio Inperatorem complectitur,fidem autem non cõplectitur,

Libelli accuſationum uarij ad Felicẽ contra Moggum miſſi.

Vitalis & Simínus legationis ſuæ prævaricatores.

Acacius nimium Moggo addictus.

Simeones Inſomnis ad Felicem miſſus.

Vitalis & Simínus, propter uaçanpeoßeiav & perperã obitam legationem damnati.

Synodus Romana Moggum damnat.

Acacium mendacij arguit.

CAPUT XII.

Mongue Alexandriæ inſolentiſsimè ſe gerit,orthodoxã damnans.

ACacius diſsidium quod interuenit tollere, & unionem inducere uolens,ad epiſcopos & clericos Aegyptios, atque ad ipſum Petrum ſcripſit. Sedenim quum id malum Alexandriæ magis magisq; inualeſceret. Petrus quibuſdam epiſcopis & archimandritis, ut ſecum communicarent,perſuaſit: & in acta Chalcedonenſia, Leonisq; tomum, atque eos qui Dioſcori & Timothei ſcripta nõ reciperent,anathemata coniecit. Eos uerò qui ei non

Aei non parebant,monaſterijs ſuis exegit. Quæ omnia poſtquàm Zeno ex Nephalio quodam qui Alexandria Conſtantinopolim uenerat, intellexit,magnopere conturbatus,ex ſatellitibus Coſmã quendam Alexandriã miſit,qui admonitionib. omnibus funem,ut in prouerbio eſt,omnem moueret,ut plebem & Petrum inter ſe cõciliaret:atq; eis qui aliter facerent, minas ingentes denunciaret.Cæterùm ille ſeueritate ſua tantum abeſt ut quod per diſsidium ruptum fuerat,cõiunxerit,ut ſeditionem quoq; auxerit, & infectis rebus ad Imperatorem redierit:eis tantum qui monaſterijs ſuis exacti fuerant,reſtitutis. Poſtea à Zenone Arſenius militarium ordinum in Aegypto præfectus,unà cum eo qui dictus eſt Nephalio, Alexandriã miſſus,de reconciliatione & unione egit. Quum autem nihil efficeret, multos ex Alexandria Byzantium miſit,qui cum Zenone colloquuti ,multa de Chalcedonenſi ſynodo diſſeruerunt:nihil autem ad rem ipſam collatũ eſt,propterea q̃ Zeno prorſus Chalcedonenſem ſynodum non reciperet. Baſilius Cilix memoriæ prodidit, Felicem etiam Acacio cõdemnationis ſententiã,qua dignitas ei abrogaretur,miſiſſe,eamq; ei in ſanctiore ſacrario à monachis Dij monaſterij redditam eſſe. Et eam ob cauſam ſectatores eius,multos ex eis quos diximus monachis occidiſſe, quoſdã uulneratos reiecisse,nonnullos uerò cuſtodijs incluſiſſe:atq; Acacij uſq; adeò condemnationem eam nõ reſpexiſſe,ut mente ſenſuq; omni captus,primus ipſe Papæ nomen à ſacro albo exemerit. Et ille ita & animo & corpore uinctus, breui pòſt communem omnibus ingreſſus eſt uiam.

Coſmas ad pacificationem inſtituendam,Alexandriam à Zenone miſſus.

Coſmas aulicus nihil ibi agit.

Nihil itidem Arſenius militũ dux:

Zeno ipſe Chalcedonenſem ſynodum non probauit.

Acacius exauthoratus.

Eiuſdem mors.

Acacius contrà Felicis nomen in ſacro albo inducit.

CAPUT XVIII.

BPOſt hunc Flauitas Cõſtantinopolitanum ſuſcepit epiſcopatum:uir, qui quidem presbyter eſſe uiſus ſit,ſed uſq; adeò ad audaciam & improbitatem ſummam peruenerit,ut id quod dicturus ſum facinus,ſatis,qualis is fuerit,indicare poſsit. Zeno chartam puram in ſacro repoſuit altari, atq; in charta alia per ſcriptum Deo ſupplicauit,ut per angeli manum,quæ in hominum conſpectũ non ueniret,nomen eius adſcriberet,quem cœleſti calculo Conſtantinopolitanæ eccleſiæ hierarchã præfectũ uellet. Atq; ob eam rem quadraginta dierum ieiunium indixit: & Deum omnes orare, ut qui illi placitus eſſet, oſtenderet, iuſsit. Hæc ubi Flauitas legit, auro multo templi cuſtodem,qui idem princeps Imperialium cubiculariorum erat, corrupit, ut in charta pura nomen eius annotaret,eamq; rurſum Imperatoris ſigillo obſignaret. Hoc ubi factum eſt, atque ubi conſtitutũ ieiunij præterijt tempus,ſigillo in charta ſublato, derepentè Flauitas ingenti gloria,perinde atq; à Deo deſignatus eſſet, affluens, correptus eſt, & magnifico ſaltu in patriarchæ thronum is conſcendit. Verùm enimuerò piaculum id omnipotens Prouidentia non diu latère paſſa,illuſionem eam ſcenicam q̃ actionem quamprimùm in apertum produxit. Infelix enim ille quum non totos quatuor menſes in ſede ea tranſegiſſet, morte repentina ex hominibus ſublatus eſt: quũ ne dimidiam quidem partem muneris eius, quo epiſcopalem dignitatem redemerat,corradere potuerit.Argentarij heredib. eius inſtitere,& pecuniam nuper admodum mutuò datam exegere. Atq; illi quòd ſoluendo non eſſent, Zenonem adiere, ei que ut eos ab acerbis illis creditoribus liberaret, ſupplicarunt, & rem ipſam ſecretò ei ipſi qui de illa inquirebat, indicarunt. Zeno ea audita, obſtupuit: & poſtquam non CHRISTVM, ſed Chryſum, hoc eſt aurum potius, Flauitæ nomen in libebello illo aſſcripſiſſe cognouit,iudicium reuera & iuſtitiam(iuxta pſalmum) fecit: atq; eunuchum quidem,qui ſibi diuinam exiſtimationem et gloriam arrogaſſet,tolli,pecuniam autem creditam ex ſubſtantia eius diſſolui argentarijs iuſsit. Ipſam uerò eccleſiam epiſcopis permiſit, ut illi ſuffragijs ſuis quem idoneum eſſe procurationi ei iudicarent, eligerent. Sic citra moram omnem, Euphemius

Flauitas eius ſucceſſor. Euagrius habet Phrauitas.

Per ſycophantiam impoſturam epiſcopatũ is cõſequitur.

Repentina Flauitæ mors.

Sycophantia Flauitæ indicatur.

Redit in authorẽ ſcelus, iuſto Zenonis iudicio.

Canonica epiſcopi Euphemij electio.

minus eccleſiæ presbyter, uir clariſsimus, orthodoxæ fidei & uirtutis omnis ſtudioſiſsimus, eccleſiæ gubernandæ præfectus eſt. A

CAPUT XIX.

QVum Flauitas adhuc thronũ obtineret, ſynodales ad Petrum Alexandrinum epiſtolas dedit, & eiuſdem generis literas ab eodem accepit, in quib. eadem de Chalcedonenſib. actis, anathemati ea ſubijciens, ſcripſit. Quum aũt Flauitas ex rebus humanis exceſsit, quatuor tantũ menſib. epiſcopatu geſto, & Euphemius eccleſiã adminiſtrandã ſuſcepit, ut ei Petri ad Flauitã Synodales literæ redderentur, accidit: in quibus ubi res Chalcedonenſes anathema damnatus comperit, perquàm eſt conturbatus, & ſe à cõmunione Petri ſubduxit. Appoſuiſſem hic & Petri & Flauitæ literas, niſi me prolixitas illarum abſterruiſſet. Et Flauitas ad Felicem ſcribes, ſe cõmunionis illius eſſe, Petri aũt coniunctionem auerſari, ſignificauerat. Idem ad Petrum literas dans, fecerat: cõmunionem ſe illius recipere, Felicem aũt reijcere, inſinuans. Quas literas ubi Felix à pijs quibuſdam ad ſe perlatas accepit, legatos Flauitæ cum contumelia Roma expulit. At Euphemius ſimulatq; epiſcopatum init, nihil moratus, ſuis ipſe manibus in ſacris tabulis Moggi nomen expunxit, & Felicis appellationem repoſuit: atq; in ſacro ſuggeſtu cõſidens, ſynodales more recepto epiſtolas Romam ad Felicem dedit. Porrò Papa ſcripta quidem illius recepit, & Euphemio ueluti orthodoxo fauit: ſed illum in epiſcopalem cõmunionem non admiſit, propterea quòd Acacij quoq; & Flauitæ nomen in ſacro libro non induxiſſet,

Flauitas in epiſtolis ſuis ſynodalib. Δίλογος, h.e. bilinguis, ſimulq; albus & ater.

Legati eius ea de cauſa cõtumelioſe Roma exacti.

Euphemius Conſtantinopolitanus epiſcopus Felicis nomẽ in ſacro codice reponit, Mõggi nomen eximit.

Is tamen à Felice incõmunionem epiſcopalẽ non recepius.

CAPUT XX.

ET quum Euphemius & Petrus inter ſe diſſenſuri, & ſynodos in pro-
uincijs ſuis, alter aduerſus alterum, propter Chalcedonenſem ſynodum B
congregaturi eſſent, Petrus Alexandriæ è uita exceſsit, eiq; Athanaſius cognomento Celetes, ſiue Herniosus, in epiſcopali throno ſucceſsit. Atque is quum multa quoque experiretur, ut diſſidentia membra coniungeret, nihil tamen egit. In multas namque & uarias opiniones diſceſſerant. Non multo uerò pòſt, & Petrus Cnapheus Antiochiæ defunctus, Palladium ſucceſſorem habuit. Cuius ſuffragator etiam fuit Anaſtaſius Dicorus, qui poſt Zenonem Romanum malè adminiſtrauit imperium. Porrò Athanaſius ſynodalia ſcripta ad Palladium mittens, eadem & ipſe quæ Moggus de Chalcedonenſi ſynodo retulit. Idem fecit Ioannes quoque, qui poſt eum Alexandrinæ præfuit eccleſiæ. Sed & Palladio Antiocheno mortuo, & Flauiano procurationem eius fortito, Solomon quidam Antiochiæ presbyter Alexandriam cum ſynodalibus literis miſſus eſt, ſolitas rurſum eiuſcemodi epiſtolas à Ioanne ad Flauianum allaturus. Ea quoque ſcripta idem de ſynodo pronunciabant. Huic uerò Ioanni Ioannes alter Alexandriæ ſucceſsit, de quibus paulo pòſt dicemus. Nam ad aliquot uſque Anaſtaſij imperij annos, ad hunc modum res eccleſiarum proceſſere. Euphemium namque ille expulit. Hæc uerò ita ordine exponere, quo facilius intelligerentur, coactus ſum. Et eccleſiæ quidem tum ſic ſe habebant. Nos autem orationem adalia conuertamus.

Succeſſor Moggi Athanaſius.

Cnaphei Palladius.

Athanaſij Ioannes. Palladij Flauianus.

Ioannis Ioannes alter. Ab omnibus hiſce Chalcedonenſis ſynodus exagitata.

CAPUT XXI.

THeuderichus Scytha magnis comparatis opibus, aduerſus Zenonem arma cæpit. Et cum copijs in Thracia coactis Romanam ditionem ingreſſus, obuia quæq; diripuit, & uſq; ad os Euxini peruenit. Atq; ille Imperialem etiam ferè cæpiſſent urbem, niſi ex neceſſarijs eius quidam uitæ

Gothos author pro Scythis habuit.

* *Theoderichus Theodemiri filius, Ostrogotthorum rex, à Zenone patricia & conſulari dignitate eſt exornatus. Blond. lib. 2. Idem Odoacrum uicit, & Italiam obtinuit.*

A uitæ eius inſidiati fuiſſent, Quas ueritus, retroceſſit. Neq; ita multum interceſſit temporis, quum uitam etiam finiuit, per cauſam huiuſmodi. Haſta expedita patrio more pro tabernaculo eius ſublimis collocata erat. Quum autem corpus exercere deberet, equum adduci iuſſit: atque moræ impatiens, ex terra in illum inſiluit. Quòd autem ex paſcuis & equitio is nuper admodũ ueniſſet, ferocitatemq; ſpiraret, necdum Theuderichus rectè ei inſediſſet, priores pedes in ſublime iactans, poſterioribus tantum inſtitit. Theuderichus autem cum equo concertans, neque freno cohibere eum potuit, (ne ſcilicet fera ſuper eum concideret) neq; ſatis certo aut firmiter illi inhæſit. Atq; quum ita cum equo huc atq; illuc in gyrũ uerteretur, neſcio quomodo haſtam illam concuſſit: & illa obliquè in eum illata, latus eius uulnerauit. Ex quo uulnere lecto affixus, ubi uiſcera eius ex conuulſione & inflammatione commarcuerunt, breui uitam amiſit.

Theuderichi Gothi mors.

CAPUT XXII.

ROſt hunc aduerſus Zenonem bellum mouit Martianus, Antemij, qui non multo ante Romæ imperauerat, filius, Leontiam Leonis Romani Imperatoris Zenonis ſoceri filiam in matrimonio habens. Is enim ad ſe magis quàm ad Zenonem Imperium pertinere putabat: quòd minorem natu Leonis filiam, quam illi Verina imperij tempore genuit, coniugem haberet: Ariadnam autem Leo adhuc priuatus ex uxore ſua tuliſſet, Eam ob cauſam Martianus ad tyrannidem ſpectauit. Et pugna ad imperiale Palatium commiſſa, cædes utrinque facta ingens, & uictoria Martiani fuit. Atque ille & ſceptro potitus eſſet, & Palatium occupaſſet, niſi rem in craſtinum diſtuliſſet. Celerrima namque aquila eſt, temporis opportunitas & occaſio: quæ ad pedes aduolans, capi à quopiam poteſt: ſin aufugiat, in altum aerem ſublimis ſublata, eos qui ſe perſequuntur ridet, neque ut ad eos redeat, in animum inducit. Proinde quicunque imagines uel pingunt, uel fingunt, occaſioni caput humanum tribuentes, comam in fronte demittunt, occipitium autem ad ipſam uſque cutim tondunt: ſubobſcurè quidem, ſed ſapienter admodum indicantes, ſi ea à tergo tardius nos ſequatur, coma prolixore teneri fortaſſe comprehenſam poſſe: ſin præcedat, minimè prehendi, facilimè auolantem, neque perſequenti quicquam quo teneatur præbentem. Id tum Martiano accidit. Quum namque tempus opportunum neglexiſſet, nanciſci id deinde haudquaquam potuit. Poſtridie enim diei eius à ſuis deſertus, ſolus ad ſacrorum Apoſtolorum templum ſupplex confugit: unde per uim extractus, Cæſaream Cappadocum miſſus eſt, & paulo pòſt inter monachos quoſdam latitare & fugam meditari deprehenſus, Tarſum inde Ciliciæ abductus eſt, ubi capite raſo presbyteri dignitate eſt cohoneſtatus. Quam rem Euſtathius Syrus rhetor, qui hæc conſcripſit, ſanè quàm eleganter memoriæ prodidit.

Bellũ inter Martianum & Zenonem.

Martianus uictor uictoria & temporis opportunitate uſus non eſt.

Λαιμός, hoc eſt occaſio rei bene gerendæ facilè amittitur. Occaſionis pictura.

Martianus à ſuis deſertus, ad Eccleſiam confugit. Idem tandẽ presbyter fit. Euſtathius rhetor.

CAPUT XXIII.

IDem Euſtahius quoque refert, Zenonem ſocrui Verinæ, uariè inſidias tetendiſſe, & poſtremum eam Tarſum in Ciliciam relegaſſe: quæ poſtea quum in Papirij caſtello eſſet, quo tempore Illus & Leontius, quibus ipſa Imperij inſignia contulerat, tyrannidem exercuerunt, uitam ibi finiuit. Hiſtoriam Illi Euſtathius quoque ſtylo terſo proſequitur: quem admodum uidelicet is Zenonis inſidias effugerit, & Zeno eum qui ad Illum necandum percuſſor ſummiſſus fuerat, iugulari præceperit: capitis ſupplicium pro eo quòd Illi cædes ei non ſucceſſiſſet, ueluti mulctam reportantem, Zenonem deinde rem eam conſultò premere uolentem, Illum Orientalibus copijs præfe-

Verinæ obitus.

De rebus illi, qui Imperium aduerſus Zenonem affectauit, & Leontij atque Pamprepij ſociorum eius: ex Euſtathio.

ciſſe: Illum autem Leontio & Pamprepe in ſocietatem aſcitis, tyrannidem in Ci- A
licia apud Tarſum arripuiſſe. Adhæc Euſtathius idem addit, nihil illis tyranni-
dem profuiſſe, eo quòd Theuderichus Gotthus cum ingentibus prouincialibus
Res Thoderichi Oſtrogotthi, cuius mors paulo antè deſcripta eſt. ſimul & externis copijs aduerſus eos à Zenone miſſus ſit, cuius etiam iuſſu mi-
ſerandum in modum ſint occiſi: condignam ab eo, quòd illum in Imperium re-
ſtituiſſent, gratiam ferentes. Addit Rhetor idem illud quoque: Theuderichum,
quem Zeno conſulem & Thraciæ ducem renunciauerat, ubi inſidias ſibi ab eo
ſtrui ſenſit, aduerſus ueterem Romam exercitum duxiſſe, Odoacrum bello ui-
ciſſe, & regia ueſte ſumpta, regem ſe dixiſſe: multas præterea Occidentales gen-
tes abſque prælio, item Vandalos, magnam urbem Romam, & (ut ſemel dicam)
Heſperiam plagam omnem cæpiſſe, atque ditioni ſuæ ſubieciſſe. Sunt qui dicunt,
Præclara Mămiani apud Antiochiam ædificia. Zenonis ſuggeſtione ea Theuderichum egiſſe. Eodem tempore & Mam-
mianus, uir curuli honore clarus, & ſenatorius in Daphne, qui ſuburbanus An-
tiochiæ lucus fuit, ædificium conſtruxit, quod ab illis Antiſorum dictum eſt. In
tra urbem autem Imperiales duas porticus magnificè admodum, magni precij
& uarij coloris lapidibus exornatas condidit: inter quas Tetrapylum medium
ingentibus columnis & ære conſpicuum ſtatuit, ſolo lapide Proconeſio conſtra-
to. Hæc hactenus.

CAPUT XXIIII.

ZEno finem uitæ ſibi appropinquare uidens, ex eis qui futura prædi-
cere exiſtimantur, Maurianum quendam, quis nam poſt eum (libe-
ros enim ex lumbis ſuis procreatos non habebat) imperaturus eſſet,
conſuluit. Qui reſpondiſſe dicitur, ex Silentiarijs aliquem, non imperi-
Zeno uiros aliquot bonos necat, ſucceſſorē ſe ſuū ſublaturum ſperans. um modò, ſed & uxorem eius recepturum eſſe. Zeno autem, quòd Pelagium de
ſignari putabat, uirum præclarum & ſapientem, ferro cædi iuſſit: atque inſuper
alios etiam nihil commeritos, necari curauit. Et morbo comitiali correptus, quòd
Memoranda Zenonis mors. uim eius non ferret, animam egit, Pelagij nomen in ore habens. Fertur etiam,
quòd eum Ariadna coniunx odiſſet, quum epilepſiæ doloribus diſtenderetur,
& ſpeciem defuncti præberet, uiuum adhuc ab illa ſepulcro incluſum eſſe. Alij
uerò tradunt, quum ex ebrietate ſenſum omnem amiſiſſet, in tumulum conie-
ctum eſſe: & poſtquam ad ſeipſum per ſobrietatem redijſſet, in ipſo monumen
Annotatio eſt de Zenone ex Suida in fine huius libri. to exclamaſſe, uitam ſe ſolam, non etiam Imperium petere, paratumq; eſſe cui-
uis iureiurando interpoſito eo cedere: neminem autem illum ea dicentem, pro-
Lōginus Zenonis frater fruſtra ad Imperium aſpirat. uis iureiurando interpoſito eo cedere: neminem autem illum ea dicentem, pro-
pterea quòd coniunx Ariadna id prohibuiſſet, miſeratum eſſe. Hic ad hunc mo-
dum uitam finiuit, quum decem & ſeptem annos in Imperio tyrannidem exer-
cuiſſet. Quibus annis Baſiliſci etiam menſes connumerati ſunt. His ita geſtis,
Schola Silentiariorum. Longinus Zenonis frater, quòd ad magnam potentiam perueniſſet, Imperium
ſe ſibi uendicaturum ſperauit. Verùm ille opinione ſua falſus eſt. Nam Ariad-
Anaſtaſius Dicorus unà cum Imperatrice Ariadna Imperium Romanum accipit. na unà cum Senatorum ordine, Anaſtaſio Dicoro, qui nondum in Senatum le-
ctus, adhuc in Schola Silentiariorum erat, Imperatoriam impoſuit coronam.
Synopſis & ratio temporum ab Adam uſq; ad Anaſtaſium. Poſtremū hoc Euagrius non habet, lib. 2. cap. 29. Euſtathius, cuius paulo antè meminimus, ſcripſit, ab initio Diocletiani tyran-
ni imperij, uſque ad finem Zenonis, & deſignationem Anaſtaſij, interceſſiſſe du-
centos & ſeptem: ab eo autem tempore, quo Auguſtus monarcha factus eſt, quin-
gentos triginta duos annos & menſes ſeptem: ab Alexandri Macedonis regno,
annos octingentos triginta duos, menſes ſeptem: à Romulo porrò annos mille &
quinquaginta duos, menſes ſeptem: & à Troia capta mille ſexingentos octogin-
ta ſex annos, menſes ſeptem: à diuina Domini incarnatione annos quadringen-
tos & nonaginta duos: ab ipſo denique Adamo annos quater mille noningentos
octuagintaquatuor.

Anaſtaſius

CAPUT XXV.

ANaſtaſius diademate ſumpto, quum nondum matrimonium contra-
xiſſet, Ariadnam uxorem duxit: & Epidamnum patriam ſuam, quæ
nunc Dyrrhachium dicitur, ut natale ſolum honore proſequeretur, pul
cherrimè exornauit, & ualidiſſimè muniuit. Et primùm Longinum ma
Longinus magiſter aulæ Imperiali exactus. giſtrum, aulicorum ſcilicet ordinum præfectum, Seleuciam, ubi ortus fuerat, mi-
ſit: deinde reliquum etiam Iſaurorum genus eiecit. Atque idipſum Longinus, &
qui cum eo relegati fuerant, indignè ferentes, ad tyrannidem aſpirarunt: ſicuti
poſtea dicemus. Anaſtaſius quum pacificus eſſe, neque quidquam rerum noua-
rum in Eccleſiæ ſtatu excitare uellet, plurimumq; ſtudij in eo collocaret, ut ſan-
Libertas profeſſionis fidei ſub Anaſtaſio. ctæ CHRISTI eccleſiæ tumultibus, & uerborum contentionibus, diſputationi-
bus, & diſſidijs eccleſiaſticis ſimul & ciuilibus omnibus ſublatis, homines in mul
ta tranquillitate uiuerent, & ſubditi populi pacati eſſent: euenit, ut temporibus
eius Chalcedonenſis Synodus, neque propalàm per ipſum conſtitutionibus Impe
rialibus edendis promulgaretur, neque etiam reprobaretur. Verùm ſicuti quibuſ-
que eccleſiarum præſidibus uidebatur, ita de ea ſentiebant. Nam qui eam fortiter
defendentes propugnabant, non uerbum unum in eius decretis, ac ne ſyllabam qui
dem, aut literam, aut apicem ſaltem loco moueri aut mutari paſſi ſunt, & per li-
bertatem magnam à commercio & communione aliorum reſiliere: adeò ut ne in
ædes quidem ſuas eos admitterent, qui ea quæ rectè ibi decreta eſſent, non reci-
perent. Fuere autem qui eam non tantum non approbarent, ſed etiam publicè
unà cum Leonis tomo anathemate iugularent. Alij de henotica Zenonis conſti-
tutione itidem faciebant, atque à ſeipſis inter ſe diſſidebant: ita ut quidam duas na-
turas in Chriſto, quidam unam dicerent, atque ij quidem literis inſidioſe compo-
ſitis, per fraudem deciperentur: ij autem pacem ſibi conſectandam eſſe puta-
B rent. Id malum eò proceſſit, ut Eccleſia quælibet in factiones ſuas diuideretur, & *Diſſidia Eccleſiarum.*
epiſcopi à conſuetudine mutua abhorrerent. Proinde in multas ſectas, Orientales
Occidentalesq; atque etiam Libycę partes diſſectæ ſuut. Neque enim Oriens con-
ſentire cum Occidente, neque rurſum Libya conciliari hiſce uoluit. Et quod omni
um indigniſſimum eſt, neque ipſi inter ſe Orientalium eccleſiarū antiſtites ad com-
munionem conueniebant, neque Europæi atque Occidentales, neque etiam Libyci
epiſcopi conuentus inter ſe agebant: nedum cum eis qui extra regionum ſuarum
fines eſſent, congrederentur. Tanta confuſio mentiumq; caligo orbem uniuer-
ſum inceſſit. Porrò, Anaſtaſius tametſi tranquillitatem ſibi conſeruandam eſſe
Anaſtaſius acriorēs & defenſores & oppugnatores Synodi Chalcedonenſis è thronis ſuis deturbat. propoſuerat, neque mutare quicquam in Eccleſijs uoluerat, in conſulta tamen eo-
rum temeritate, qui ad res nouas ſpectabant, permotus, quoſcunque præter mo-
rem nugas agere, & uel impudenter Synodum ſanctam damnare, crudeliterq; a-
nathemate configere, uel rurſum apertè eandem & clarè in ſacris templis depræ-
dicare intelligebat, è thronis utroſque deijciebat, inhumaniterq; exigiebat. atque ad
Euphemij & Macedonij epiſcoporum Conſtantin. proſcriptio. eum modum permulti epiſcopi multati ſunt, & inprimis, ſicuti antea etiam dixi-
mus, Conſtatinopolitanum ille Euphemium proſcripſit: deinde poſt hunc & Ma-
cedonium, cui Timotheus ſucceſſit.

CAPUT XXVI.

VErumenimuero ueluti Patroclus, prætextus hic ab Anaſtaſio con-
tra eos obtendebatur, quòd res nouas in eccleſias inducerent, ſed
quæ occultè Anaſtaſium malè habebant, longè alia erant: præclara
ſcilicet Euphemij pietas, & quòd is antea Anaſtaſium eccleſia exclu-
Cauſæ odij Anaſtaſij in Euphemium. ſerat, propterea quòd opinionem de ſe præbuiſſet, contagione Dioſcori infe-
ctum eſſe: & quòd turbam concitare uolens, comminatus Euphemio eſſet, ſe illi

accepta à Zenone potestate caput tonsurum, cathedramq; eius euertisset. Præterea quum Ariadna purpuram Anastasio circundaret, Euphemius sacrorum antistes animo forti restiterat: neque prius se quæ statæ ceremoniæ postularent, facturum esse dixerat, quàm ille graui iuramento in scriptum relato confirmasset, fidem se inuiolatam seruaturum: neque quicquam rei nouæ Imperij sui tempore in ecclesiam illaturum, nec non Chalcedonensem synodum ex animi sententia reliquis tribus additurum esse. Consenserat conditionibus his, & eas in scriptum retulerat Anastasius, & sub hæc cærimonias solitas in eo episcopus peregerat. Non longè uerò pòst Euphemium adortus Anastasius, libellum eum ab eo repetijt: & quòd eum ille non reddidit, solum exilij causa uertere iussus est. Vitæ quoque eius ita insidiatus est, ut ex familiaribus Euphemij quidam nomine Paulus, uir procerus, & humeris ipsis superextans, quod aduersus eum dispositum circumferebatur ferrum, exceperit. Atque hunc ob eum modum, & ob talem causam in exilium egit, quum quidem id populus ægerrimè ferret. Macedonium autem, cui Euphemius syngraphum stipulationis suæ crediderat (nam ei sacrorum quoque donariorum custodia commissa fuerat) in sacram sustulit cathedram. Fecerat autem ea quæ dicta sunt Euphemius, quùm ob eas quas commemorauimus causas, tum quòd Manichæorum hæresim Anastasius multis fouere uisus esset, quippe cuius etiam mater eam ardore ingenti consectaretur. frater quoque eius, Anastasij scilicet auunculus Clearchus, Arianismi compertus fuerat. Quapropter & Manichæis & Arianis purpura sua Anastasius lætitiam attulit, mutationem aliquam futuram expectantibus. Macedonius ubi episcopalem thronum conscendit, ab eo quoque promissi sui scriptum Anastasius recipere contendit; contumeliam iniuriamq; sibi fieri ratus, si libellum suum qui uitam eius redargueret, post se relinqueret. Cæterùm quum & ipse itidem ut Euphemius, constanter ei aduersaretur, & fidei omnino proditionem esse, si libellum eum redderet, existimaret, fortiterq; prorsus contra eum contenderet, uaria Anastasius iniit consilia, ut & hunc è sede deturbaret: tentauitq; adeò omnia, ut quod conabatur efficeret. Sedenim quum quod faceret non haberet, hæreticorum consessu collecto, per uim Macedonium, ut Synodum Chalcedonensem damnaret cogere uoluit. Quod ubi multitudo sensit, ad eum locum accurrit, & apertè exclamauit: Martyrij tempus adest: Nemo longius à pastore absistat. Et conuicia in Imperatorem coniecit: Manichæum, qui imperio indignus esset, uocans. Et Anastasius sibi metuens, ad fugiendum paratus fuit: Macedoniumq; quæsiuit, quem antea se neq; respecturum esse adiurauerat. Macedonius cum libertate multa Anastasiũ, ueluti rei ecclesiasticæ hostem obiurgauit. Atq; ille tum in uerbis eius acquieuit: secq; placabiliorem præbens, summisit. Postmodum autem propter animi improbitatem accusatores aduersus eum mercede conduxit. Et præsto fuere adolescentuli quidam, qui non minus seipsos q; Macedonium per sycophantiam calumniose detulere, & flagitium obscœnum & fœdum mendaciter produxere. Cæterùm postquam in continenti illorum confictam calumniam Macedonius, tunica subducta, uirilibus se carere ostendens, conuicit, ad consilium aliud fraudis plenum confugit. Nam per Celerem aulæ præfectum libellum confici iussit, in quo duæ Synodi reliquis duabus omissis conscriptæ erant, eumq; se recipere professus est. Quę res à Macedonio approbata, & q; præterea henotico Zenonis is subscripsisset, reprehensione non caruit. Quamuis postea quum in Dalmati monasterio esset, in oratione quadam omnibus pietatem consectantibus, offendiculum id & crimen obiectum diluit, disertis uerbis sanctam quartam Synodum comprobans: & eos qui illam non reciperent, hæreticos uocans. Anastasius Celere magistro ad se euocato, per eum clàm Macedonium

Anastasius Manichæus.

Cur Anastasius Macedonium sit persequutus.

Circumlatores in Macedoniam ab Anastasio subornati.

Hos facile ille refellit.

Alius criminis prætextus contra Macedonium quæsitus, quasi Synodũ Calcedonẽsem nõ comprobarit.

Macedonij exilium.

nium ex throno deduxit, & Euchaitem in exilium misit. Senatus & populus Constantinopolitanus eam ob causam in magno fuit mœrore. Nam & uitæ sanctitatem & doctrinæ sinceritatem in Macedonio admirabantur, & pietatis studio dignitateq; sacerdotali is ualde enitebat, ut qui à Gennadio eductus atq; doctus fuisset, cuius etiam ex fratre nepos fuit. Contra sectatores eius postea grauis persequutio orta. Quidam enim exilio, nonnulli relegatione, aliqui accusationibus iniquis, alij bonorum publicatione afflicti sunt. Multi etiam qui fuga sibi consuleruut. Romam peruenerunt. Imperator illico Chalcedonensium actorum libellum, quem Macedonius discedens in sanctiore ara deposuerat, per Calopodium quendam furtim sublatum concidit, atq; igni tradidit. & Macedonio qui sic abducebatur, condemnationis sententiam misit. Atque is interogauit, an illi qui se damnassent, Chalcedonensem Synodum recepissent. Et ubi illi qui ad eum sententiam attulerant, id inficiati sunt: ipse, si (inquit) Ariani aut Macedoniani condemnationis libellum ad me miserunt, num recipere eum possum? At ille ita Euchaitem ductus est, Quum autem Hunni, qui Saberi uocabantur, eruptione per Caspias angustias facta, Orientem uastarent, Gangram inde metus causa Macedonius secessit. Quod ubi Anastasius cognouit, percussoribus summissis eum trucidauit. Corpus eius in templo Callinici martyris innumera miracula edens repositum est. Macedonium ferunt, quum iam mortuus iaceret, manu sua seipsum sacro crucis signaculo consignasse. Eundemq; in somnis Theodoro cuidam piè uiuenti apparuisse, & cum uehementia quadam uerba hæc Anastasio renunciari iussisse: Ego quidem ad patres meos abeo, quorum fidem sinceram seruaui. Tu uerò scito, me Deum precari desiturum non esse, quoad usque & tu primo quoq; tempore ad id tribunal, quod munera non acceptat, mecum iudicio concertaturus, steteris. Post Macedonium Anastasius ecclesiam Timotheo presbytero eius, sacrorumq; uasorum custodi commisit, qui Celon & Litrobunes cognominatus est, appellationibus eis propter actiones quasdam ei conuenientibus impositis. Hic templum ingressus, non prius rem diuinam fecit, quàm Macedonij imagines, quæ tum ibi erant, sustulisset. At Imperator impijssimus eiusce modi ob causas Flauianum quoq; Antiochenum, & Heliam Hierosolymitanum, qui Salustio successerat, nec non Ioannem Alexandrinum in exilium egit. Idem in Ioanne Tabennesiota fecit. Qui ubi Romæ cognouit Anastasium Imperatorem esse factũ, in Orientem sedem suã recepturus uenit. Amico enim Anastasio Alexandriæ usus fuerat, & eum ex naufragio nudum receperat, hominiq; quam conueniebat curam & benignitatem præstiterat. Ille uerò per ingrati animi uitium, pro liberalitate sibi exhibita exilij gratiam ei retulit. Ioãnes autem iste profugiens, in ueterem se rursum Romam contulit.

Macedonius Anastasium ad tribunal Christi euocauit.

Timothus Macedonij successor.

Anastasius in exilium mittit episcopos.

Flauianũ Antiochenum,

Heliam Hierosolymitanum,

Ioannem Alexandrinum,

Idem erga Ioannem Tabennesiũ ingratus.

† Κέλωρ, ὁ θερμὸς εἰς συνουσίαν. Suid. hoc est ad rem ueneream calidus.

CAPUT XXVII.

Xenaias ex seipso natus presbyter.

DE Flauiano Antiocheno hæc memoriæ prodita sunt. Xenaias quidam erat (Philoxenum græca lingua rectè uocet) genere Persa, & fortuna seruus, peridoneus sathanæ minister: qui sub Calandionis episcopatu, quum ab hero suo profugisset, ad Ecclesiam Dei accessit, clericum se esse affirmans, quum quidem nondum diuino regenerationis lauacro initiatus esset. Calandion ubi hominem eum, & latentem in eo maleuolentiam ex signis & coniecturis quibusdam cognouit, ab ecclesia eum proscripsit. Vbi uerò Calandioni Petrus Cnapheus successit, Xenaiam ille non solum recepit: uerum etiam nondum baptismo initiatum, uicinę Hierapolis episcopũ creauit, & Philoxenum nominauit. Et Petrus ubi tandem se episcopatum uiro nondũ baptizato man-

Idem episcopus nõdũ baptizatus.

dasse intellexit, dixisse fertur, sufficere ei pro baptismo consecrationem Xenaias iste A primus (ò audacem animum, & os impudens) uocem illam euomuit: CHRISTI, & eorum qui illi placuere, imagines uenerandas non esse. Itaque impietatis istud mancipium magno cum tumultu, multis sibi ex prima Syrorum gente ascitis, & non exigua ex Cynegico siue Venatico monasterio multitudine assumpta, unà cum innata sibi improbitate in urbem peruenit: et Flauiano uim maximam intentauit, ut Chalcedonensem Synodum & Leonis tomum ille anathemate damnaret. Quod quum Flauianus se facturũ non esse confirmaret, & monachi ei contrà imminerent, populus episcopum suum periclitari audiens, pro se quisq; statim ut potuit consurgens affuit, & cædes tanta monachorum facta est, ut corpora eorum propter multitudinem in Orontẽ amnem, ut undas eius pro sepulcris haberent, coniecta sint. Ad hæc etiã isto non minus accidit malũ. Monachi nãq; in Cœlesyria Flauiano ualde addicti propterea q̃ is in uicino quodã loco, cui Tilmognus nomen erat, monasticam egisset uitã, turba ea cognita, Antiochiã se contulerunt, Flauianũ omnibus modis defensuri. Atq; ibi tum non minor accepta clades. Propter hunc igitur & illum casum, Flauianus fraude quadã in exiliũ abductus est, petram quandam præruptã & sublimem in Palæstinæ finibus incolere per uitam iussus. Hę causę sunt, quã ob rem tanti uiri Macedonius & Flauianus, sedibus suis exacti sint. De quibus etiam monachi Palæstini ad Alcisonem scribentes, hæc uerbis hisce commemorant.

Hic imagines Christi & sanctorum eius uenerari prohibuit.

Tumultus monachorũ contra Synodum Chalcedonẽsem Antiochiæ. Plurium monachorum cædes.

Alius ibidem monachorum tumultus.

Exiliũ Flauiani.

CAPUT XXVIII.

PEtro uerò defuncto, rursus inter se dissidere cœperunt Alexandria & « Aegyptus, & Libya: & factio quælibet suos sibi conuentus egit. Reli- « quus etiam Oriens ab alijs ecclesijs segregatus est, q̃ occidentales non « aliter communicare cum eo uoluerint, quàm si Nestorium, Eutychetem & Dioscorum anathemati subijceret, eisdemq; Petrum Moggum & Acacium B adderet. In hoc statu quum ecclesiæ orbis uniuersi res essent, qui Germani Dioscori & Eutychetis sectatores fuere, ad maximam paucitatem redacti sunt. Et quum « res illorũ eò recidissent, ut quamprimũ in terra deficerent, ampliusq; non extarent, « Xenaias re ipsa nomini suo respondens (alienus quippe prorsus à Deo) nescimus « quo, consilio, quás ue aduersus Flauianũ inimicitias uindicans, sub obtentu fidei, si « cuti plerique aiunt, contra eum cõmotus, ueluti Nestorianũ calũniose criminari cœ- « pit. Atq; ubi ille Nestoriũ unà cũ opinione sua anathemate confodit, ex eo tempore « rursum ad Dioscorum, Theodorum, Theodoritũ, Iban, Cyrũ, Eleutheriũ, & Ioannẽ « transijt, et nescimus quos alios insuper et unde collegit. Quorũ quidam uerè Nesto- « rij dogma profitebantur: quidã aũt eius hæresis suspecti, anathema in Nestoriũ con- « torserant, & in ecclesię communione acquiescebant. Eis ita collectis ad Flauianum: « Hosce inquit, omnes Nestorij contagione infectos, nisi anathemati subdideris, « Nestorianus es, utcunq; uel decies millies illum unà cum dogmate suo anathemate « confodias. Per literas quoque Dioscorianos & Eutychianos permouit, eisq; per- « suasit, ut sibi patroni aduersus Flauianũ adessent: secum petituri, ut ille non in Syno « dũ, sed in eos quos diximus uiros anathema iacularetur. Eis uerò Flauianus episco « pus diu multũq; restitit. Sedenim ubi alij quoq; contra ipsum cũ Xenaia coniuncti « sunt, Eleusinus uidelicet quidam secundæ Cappadociæ, Nicias Laodicææ Syrorũ, « atq; alij aliunde episcopi, quorum pusillanimitatis erga Flauianũ causam, non no- « strum, sed aliorũ potius est exponere: tandem per eos ipsos se illos ad pacẽ adductu « rum esse arbitratus, cõtentioni ei cessit, & in scripto anathema in eos qui dicti sunt « uiros coniecit, atq; id ad Imperatorem misit. nã & hunc quoq; contra eũ ueluti Ne « storianũ commouerant. Verùm Xenaias hisce non contentus, rursum anathema in « ipsam Synodũ, & eos qui duas naturas & carnis & diuinitatis in Domino profitẽ « tur,

De rebus Flauiani & Xenaiæ.

A tur, iaciendum à Flauiano petijt. Atque ubi ille ei non paruit, ut Nestorianum rur „ sus criminatus est. Et quum de his rebus multa agitata essent, & patriarcha formu- „ lam fidei composuisset, in qua synodum quidẽ propter Nestorij & Eutychetis con- „ demnationem, non autem ut uim decreti & doctrinæ fidei haberet, recipiendã esse „ profitebaẽ: rursum cum, ut qui occultè Nestorianus esset, aduersarij, nisi anathematí „ etiam synodum ipsam, & duas naturas carnis & diuinitatis in Domino profitentes „ subijceret, criminari cœperunt. Adduxerunt illi quoq; multa uerborum fraude in „ sententiã suam Isauros: & scripto de fide edito, in quo synodũ unà cum eis qui duas „ naturas aut proprietates in Domino esse dicunt, anathemate condemnarunt, à Fla- „ uiano & Macedonio secesserũt: & cum alijs se coniunxerunt, qui scripto ei subscri- „ psere. Interea etiam à Hierosolymitano antistite de fide scriptũ exegere, qui id con- „ positũ ad Imperatorem per ipsos Dioscorianos misit. Atq; id illi, anathema cõple- „ ctens in eos qui duas naturas dicunt, proferunt. Ipse autẽ Hierosolymitanus episco „ pus deprauatum id ab eis esse asseuerat, aliudq; scriptum sine eiuscemodi anathema „ te producit. Neq; id mirum, siquidem scripta patrũ quoq; adulterarunt: & multos „ Apollinaris libellos per inscriptiones ipsas Athanasio & Gregorio mirifico illi „ & Iulio atribuerunt, per quos maximè ad impietatẽ suam multos pertrahunt. Effla- „ gitarunt uerò à Macedonio etiam scriptã fidei formulã, quã ille quoq; edidit: solã „ se trecentorum decẽ & octo, & rursum centũ & quinquaginta patrũ fidẽ nosse con- „ firmans. Nestoriũ mq; & Eutychetem, atq; eos qui uel duos filios aut Christos opi „ nantur, uel naturas diuidunt, anathemate feriens: neque Ephesiæ à qua Nestorius „ damnatus est, neque Chalcedonensis quæ Eutycheti dignitatem abrogauit, synodi B „ mentionem faciens. Quam rem monasteria Constantinopoli ægrè tulere, & ab „ episcopo, Macedonio desciuere. Interea Xenaias & Dioscorus multis sibi ascitis „ episcopis, superbi & intolerabiles facti sunt: motusq; aduersus eos qui in anathe- „ ma non consentirent, graues concitarunt: inter quos, si qui illis prorsus non ce- „ derent, eos modis omnibus in exilium pellere sunt conati. Atque ita tandem Ma- „ cedonius & Flauianus, & Ioannes insuper, *Palti episcopus, solum exilij causa uer „ terunt. Hæc hactenus.

De Helia Hierosolymitano.

Hæretici studiosè libros ueterum de prauarunt.

De Macedonio Constantinopolitano.

Euagrius habet Plati, lib. 2. cap. 3.

CAPUT XXIX.

†FLauiano ad hunc modum exacto, Seuerus impius & ἀκέφαλος hoc est, nullius capitis uir, alter omnino improbitate Eutychetes, aut Dioscorus, Antiochenum conscendit thronum: qui Sozopoli Pisidiæ ortus, Beryti legum scientiæ & actionibus forensibus operam dedit. Atque ubi Christianam addidicit doctrinam, confestim animo mutato, baptismi lauacro initiatus est, in Leontij illustris martyris templo, quod in maritima regione Tripolis in Phœnicia situm est. Et deinde monasticam uitam in domicilio quodam inter Gazam & Maiumam oppidum coluit: ubi Petrus etiam ille ex Iberia, qui episcopus Gazæ declaratus, unà cum Timotheo Aeluro proscriptus est, eodem uitæ genere culto, celebrem de se famam posteris reliquit. Porrò Seuerus sermonem primum disputando cum Nephalio contulit, qui eiusdem cum illo opinionis antea fuit, naturam unam in CHRISTO professus: postea autem & ipse Chalcedonensem synodum, & eos qui duas naturas perhibent, tutatus est. Et quum se confidentius arrogantiusq; Seuerus in disputationibus gereret, unà cũ popularibus suis, alijsq; etiam plurimis, eandem opinionem consectantibus, monastico domicilio suo à Nephalio eiectus est. Atque ille inde in Imperialẽ concesit urbem, Imperatori supplicaturus, ut sibi atque suis qui cum eo pulsi fuerant, phrontisteria sua restitueren-

Seuerus Antiochenus episcopus.

Leontius martyr. Petrus Iberus monachus.

Seuerus à Nephalio monasterio pulsus.

Bbb 4 tur.

† ἀκέφαλος ὁλοσχερὴς τις, ὡς ἂν τὸν σεβάσμιον ἐξαρχον. hoc est, Acephalorum, id est, capite carentium hæresis quædam est, cuius author Seuerus fuit. Suid.

Seuerus consultò periurus.

A tur. Ita factum, ut in Imperatoris & Senatorum noticiam peruenirent: sicuti hoc qui Seueri uitam conscripsit, refert. Ioannes porrò qui cum illo iudicio contendit, scriptum reliquit: Seuerum, quum cõsecrari deberet, iuramentum in scriptum relatum Imperatori Anastasio obtulisse, à quo die throno Antiocheno potitus esset, haud quaquam se synodũ Chalcedonensem anathemati subiecturum esse. Eumq; eo ipso quo consecratus est die, à sectatoribus suis instigatũ, pro concione ex ambone anathema in eam iecisse: idemq; dispersis urbis, quum synodales literas scriberet, fecisse. Qua de re literæ illæ quas diximus, ad Alcisonem scriptæ, hæc referunt.

CAPUT XXX.

Scriptũ monachorum Palæstinorum ad Alcisonẽ, de statu Syriæ & Palæstinæ ecclesiarum.

SYnodales Timothei Constantinopolitani episcopi hic in Palæstina receptæ sunt: Macedonij autem & Flauiani condemnatio recepta non est, sicuti neque synodalia scripta Seueri. Quin illi etiam qui eas huc attulere, conuicijs atque contumelijs, pro eo atq; conuenit, affecti, urbe profugerunt: propterea q; aduersus eos populus & monachi cõmoti essent. Ac res in Palæstina quidẽ sic se habuere. Antiochiæ autem nonnulli in sententiã eorum abducti sunt, in quibus etiam est Marinus Beryti episcopus: quidam autem necessitate & ui adacti, eisdem Seueri synodalibus literis, anathema simul & in synodum & in reliquos qui duas naturas aut proprietates in carne & diuinitate Domini profitentur, complectentes, assensere. Aliqui porrò, quoniam ui & metus causa assensi fuerant, sententia mutata errorem reuocarunt: inter quos sunt, qu sub Apamea censentur episcopi. Quidam uerò omnino eis non consensere, in quibus sunt Iulianus Bostrensis, & Epiphanius Tyrius, alijq; (ut dicunt) episcopi quidam. Sedenim Isauri nunc resipiscentes, quùm priorem suum condemnant errorem, tum Seuerum factionisq; eius populares anathemate iugulant. Alij qui sub Seuero sunt episcopi & clerici, ecclesijs relictis fugerunt: quorum unus etiam est Iulianus Bostrensis, & Petrus Damascenus, qui hic sunt. Sed & Mamas, qui unus ex Dioscorianis est, duas naturas ab initio profitentibus: à quibus etiam Seuerus transuersim ductus est, quum illorum antea præfractam temeritatem condemnasset. Et post quædam. Monasteria autem quæ hic sunt, & Hierosolyma ipsa, in recta fide Deo duce concordant, aliæq; etiam plurimæ cum episcopis suis urbes, pro quibus omnibus, atque item pro nobis, Domine sanctissime & reuerendissime pater noster, ne in tentationem incidamus, fac ores.

CAPUT XXXI.

Cosmas Epiphanensis, & Seuerianus Arethusius, episcopi libellum exauthorationis actu pio insinuant.

QVæ uerò de Seuero Euagrius Epiphanensis memoriæ mandarit, uerbis hic eius apponam. Scribit enim ad hunc modum. Quandoquidem literæ istę Palæstinorum monachorum Apamenos episcopos à Seuero resiluisse ostendunt, age afferamus huc, quod à patribus per manus acceptũ quamuis hucusq; in historiã relatum nõ sit, ad nos peruenit. Cosmas patriæ nostræ Epiphaniæ episcopus, quam Orontes alluit, & Seuerianus uicinæ Arethusę antistes, quum ad synodales Seueri epistolas perturbati essent, & se à cõmunione eius disiunxissent, libellum quo illi dignitatem abrogarunt, ad eum, quũ adhuc Antiochiæ episcopus esset, miserunt. Eum libellum Aureliano primario ecclesiæ Epiphanensis diacono ad illum perferendũ dedere. Atq; is, q; Seuerũ & episcopatus tanti amplitudinẽ metueret, ubi Antiochiam uenit, muliebri habitu sumpto, Seuerum adijt, delicatius molliusq; incedens, ac gestu omni fœminã se esse assimulans: & supplicis more lamentans, atq; ex animi penetralibus cũ gemitu illũ obsecrans, condẽnationem accedenti illi dedit: & per consequentẽ hominũ turbã, omnib; deceptis, prius per fugã saluus euasit, quàm Seuerus quæ in libello scripta essent, legit. nihilominus tamẽ Seuerus libello accepto, & sententia eius intellecta, in sede sua

uscp

A usq; ad Anastasij obitum permansit. Postquam Anastasius rem eam, sicuti Seuero acciderat, cognouit (memoriæ enim tradendum perhumanum aliquod Anastasij factum) Asiatico Asianam Libanesiæ in Phœnicia procurationẽ gerenti, mandauit, ut Cosmam & Seuerianum ecclesijs suis, propter missum Seuero condemnationis libellum, eiiceret. Qui postquam in Orientis partes peruenit, multosq; mortales Seueriani & Cosmæ dogma defendere, & ciuitates suas fortiter illos tueri reperit, ad Anastasium retulit, sine sanguine fuso uiros eos thronis suis expelli non posse. Et Asiatico Anastasius rescripsit: nihil se, etiamsi magnum & eximium quicquam sit, procedere & obtinere uelle, si uel gutta sanguinis effundenda sit. Atq; hæc quidem non multo pòst sic acta sunt.

Clemens Anastasij dictum & factum.

CAPUT XXXII.

IMperator autem Palæstini quoq; throni episcopo Heliæ, Passarionis filio, qui Salustio Martyrij successori successit, ut cum Chalcedonensis synodi obtrectatoribus communicaret, instituit. Helias autem, quòd grauis inter ecclesiarum antistites seditio esset. (Romani namq; à Byzantijs dissidebant, quòd Acacium in sacrum album retulissent: Byzantij autem Alexandrinos auersabantur, quòd illi Dioscori communionem admisissent, & synodum Chalcedonensem anathemate prosequuti essent: Palladius uerò Antiochenus quæ grata Imperatori essent faceret, synodum eam auersatus, & Alexandrinorum acta, quę Anastasius comprobabat, complexus) Helias inquã quum tãta rerum confusio esset, cum solo Euphemio communicandũ sibi esse statuit. Atq; ubi ille propter fidem orthodoxam, sicuti dictum est, proscriptus esset, & Macedo
B nius episcopatum eius recepisset, proscriptioni Euphemij, quod contra canones facta esset, haudquaquã assentiri uoluit: Macedonij aũt, ut qui sanã deprædicaret doctrinam, communionem admisit. Quandoquidem uerò Palladij Antiochiæ successor Flauianus, sanæ addictus doctrinæ, idem cum Helia & Macedonio sensit, fortissimus in impietate tyrannus iram continere, & tantorum uirorum concordiam ferre non potuit: sed furore feruens, & quãmaximè ferociens, Macedoniũ urbis Imperãtis pastorem, per eas quas diximus calumnioſas criminationes, cum ignominia Ecclesia eiecit, & episcopalem thronum Timotheo tredidit. Meditatus ille quoq; est, quomodo Flauianũ & Heliam in exiliũ mitteret. Tũ uerò temporis, ut eos Timotheo coniungerent, operã dedit. Et illi communicandũ sibi quidẽ esse cũ Timotheo, qui orthodoxæ doctrinæ assentiri uidebatur, statuerũt. Macedonij aũt exiliũ minimè ferre potuerunt: ut quod per uiolentã potius dominationem, quã ecclesiæ sanctionem decretum fuisset, sicuti etiam ante eum in Euphemio acciderat. Quã ob causam Imperator aduersus illos furiose exeanduit, eaq; res magnos ecclesijs motus creauit. Anastasius Sidone contra diuinos eos uiros Orientalium & Palæstinorum episcoporum conuentum coegit: cui præfuere Cæsareæ Cappadociæ Soterichus, & Hierapolis Xenaias, uere à Deo alienus, episcopi qui uehementer in synodum Chalcedonẽsem inuecti sunt, ac si qui alij, & ipsi, ut Eutychetis & Dioscori res in Oriente obtinerent, studuerunt. Huius rei certior factus Helias Hierosolymitanus hierarcha, ut Imperatori conciliaretur, consilium cæpit, precatore usus Sabba illo, qui in pietatis exercitio & diuina philosophia magnus extitit. Hic cum
» eiuscemodi ab Helia literis ad Anastasiũ uenit: Heremi incolas, & cũ illis Sabbã, » solitudinis caput, oratores pro ecclesijs ad Celsitudinem tuam mittimus. Tu uerò, ò » Imperator, diuinos eorum labores atq; sudores reueritus, finem, quod contra ec» clesias suscepti est, bello imponito, neq; cladem hanc ulterius progredi sinito. Cu» ræ namque tibi esse, ut quę Deo grata sint, facias, qui tibi diadema concesserit, persuasum habeo. Ille ut potuit, animo cõstanti cum Imperatore congressus tumorẽ illius

Anastasius synodum Sidoniam cõtra Flauianum et Heliam cogit.

Helias per Sabbã monachũ sibi imperatorem reconciliat.

aduer-

Calumnioſe apud Imperatorem Flauianus & Helias deferuntur. Flauiani exilium.

aduerſus Palæſtinum antiſtitem conceptum ſedauit. Et ſynodus aduerſus Heliam A & Flauianum à Sotericho & Philoxeno congregata, nihil egit. Iſti autem poſtea inuidia flagrantes apud Imperatorem uiros eos, quaſi illum conuicijs proſcidiſſent, et actiones eius riſiſſent, per calumniam detulerunt. Et qu um poteſtatem ſibi in patriarchas homines deteſtandi ſumpſiſſent, quid dicere attinet, quæ mala lachrymis & luctu proſequenda patrarint? Tum quidem ea in Flauiano fecere, quæ ſupra pau cis expoſuimus. Atq; inſuper eum ſede ſua eiecerunt, impium Seuerum ei ſubſtituentes. Qui poſtquam in eccleſiam Antiochenam peruenit, infinita quæ uerbis exprimere non ſit, mala, à communione ſua abhorrentibus intulit.

CAPUT XXXIII.

Seuerus Catholicorum perſequutor.

XPerti uirum eum ſunt, quùm monachi in Palæſtina omnes, tum eorum præſides maximè, Euthymij magni diſcipuli, quorum immenſa & numerum propè ſuperans multitudo fuit, ſummè enim eo tempore in regione ea monaſteria floruere, quæ à præfectis egregijs lumi-

Egregij monachi. Euthymius, Theoctiſtus. Theodoſius. Sabbas.

narium luminaribus gubernabantur: Euthymium præclarum dico, & Theoctiſtum magnum, & Theodoſium cœnobiorum principem, & Sabbam ſolitudinis ciuem: quorum certamina diuinosq; labores retuliſſem, niſi me ab inſtituto argumento digreſſurum eſſe ſcirem: quum opere illi peculiari propter copiam & amplitudinem rerum maximè indigeant, quæ tamen manifeſtæ ſatis ſunt, & linguis eccleſijſq; omnibus celebrantur. Proinde nobis uenia debetur, ſi eas fuſius

Præclarè hi Chalcedonenſem defe derunt Synodum.

non commemoramus. Et tum quidem Sabbam & Theodoſium illi ui adorti ſunt, ſi eos in partibus ſuis haberent, omnia ſe confecturos rati. Atq; ubi animos eorum tentarunt, præclarus ille uirtute Theodoſius ſuggeſtum conſcendit, ac ueluti dux quidam & Imperator pro concione monaſtica phalange aduocata, poſtquam multitudini ſilentium manu deſignauit, uoce maiore ſublata, hoc ſic tonitrus in morem B

Theodoſij grauiter dictum.

detonuit: Si quis quatuor ſynodos quatuor Euangelijs non exæquat, anathema. « His uerbis dictis, perinde atq; angelus quidam, multitudine in ſtuporem conie-cta, cum ſilentio omnibus inſpectantibus per mediam turbã proceſsit: & homines omnes cũ animi conſternatione uiri eius tanquam egregij in bello ducis conſiliũ factumq;, quo ſanctas quæ dictæ ſunt ſynodos ſacris libris accẽſendas eſſe, ueluti lege lata ſtatuit, admirati ſunt. Et literas ad Imperatorem dantes, certamen ſe de eis ad ſanguinẽ uſq; ſubituros. neq; etiamſi quid accidat, ſe ullo modo à patrũ traditionibus diſceſſuros eſſe, indicarunt atq; confirmarunt. Deinde circumquaq; ciuitates peragrantes, ueluti inuicti belli duces omnib. facti ſunt omnia, homines confirmantes, ad fortitudinem cohortantes, ſocordiã excitantes, hæreticam inſaniã prœuenientes, prædicantes denicq; Dei uerbum idem ſimul Deũ quidem & hominẽ, unã uerò eius ſubſiſtentiam ſiue perſonã eſſe, natura utrunq; horum, diuinitatem uidelicet & humanitatem habẽtem: id quod ſynodus quoq; Chalcedonenſis docuit, quæ etiam hæreticorum ex utraq; parte errores declinauit. Eo enim quod perſonã unã profitetur, Neſtorij ueſaniam repudiauit. Quod uerò duas naturas deprædicat, Eutyche-tis & Dioſcori contractionem reiecit. Non enim illa iuxta Neſtorij opinionem, in filios duos & totidem ſubſiſtentias unũ CHRISTVM diuiſit: ſed neq; itidem ut Eutyches & Dioſcorus, atq; etiam Seuerus, in unam naturã diuinitatẽ & humanitatẽ unius CHRISTI cõfudit. Quũ namq; iſtorum quilibet longius eũ oporteret proceſſiſſet, miſerandũ in modum eò reciderũt, ut Neſtorius quidem diuiſionem, Dioſcorus aũt contractionẽ: atq; ille quidem duos filios, hic uerò ne unũ quidẽ, ppriè profiteretur. Siquidẽ Neſtorius confuſonẽ metuens, χίσιν, hoc eſt habitu tantum aduentitio, ſiue autoritate acquiſita, diuinitatis unionem cum humanitate factam eſſe dixit: ita ut cum naturis duos filios & ſubſiſtentias duas prædicaret, atq; unum quidem

Christus θεοτόκος nos.

Chalcedonenſis Synodi doctrina.

Contra Neſtorij & Eutychetis hæreſes.

χίσις μόνον ἕνωσις οὐσιωτικὴ. Vt iſta ſint contraria naturæ, τῇ φύσει.

A dem filium ex patre peculiariter genitum: alterum autem qui ex uirgine natus ſit, gratia modò honorem adoptionis filialis ſortitum eſſe. Infelix autem Eutyches & Dioſcorus, atq; item Seuerus, qui ſe poſtea illis coniunxit, abſurdam Neſtorij ſententiam refellere uolentes, malum malo medicati ſunt, & ſtultè ad abſurdiorem hæreſim deflexerunt naturã unam, diuinitatis dico & humanitatis, dicere, & quantum in eis ſitum eſt, naturam diuinitatis perpeſsionis expertem ad perpeſsionem deducere auſi. Si enim concedamus unam eſſe, quæ duæ in CHRISTO diuinitatis & humanitatis concurrerunt, naturam, iuxta illorum deliramenta particeps prorſus etiam mortis fuerit diuinitas. Verùm os iſtis obturat Petrus CHRISTI diſci-

Chriſtus θεοπάθεια nos carne tantum paſſus.

pulorum coryphæus, qui CHRISTVM pro nobis paſſum eſſe dicit carne, non adijciens etiam diuinitate. Tametſi enim diuinitas CHRISTI iuxta ſubſiſtentiam carni unita eſt, haudquaquã tamen paſsionis in eo particeps fuit. Quomodo enim hoc fieri poteſt, quũ diuinitas perpeſsionem prorſus nullam in ſe admittat? Rectè quoq; ſynodus pro authoritate ſua ſtatuit, duas naturas CHRISTVM eſſe, inconfuſa, immutabili atq; inuariabili ratione unitas: & in una ſubſiſtentia Dei uerbi coli, eundem ante ſecula ex patre, iuxta rationem diuinitatis: & rurſum eundem in extremis diebus nouo naturæ humanæ modo ex ſancta uirgine genitum, æqualem patri & matri, iuxta utramq; ſubſtantiã, unigenitũ ſecundũ patrem, & primogenitum ſecundum matrem, per quem ſibi multos in baptiſmo in filiorum iura adopta-

Adoptio filiorum Dei per Chriſtũ in baptiſmo.

uit pater. Hæc illi paſsim circumeuntes docuerunt. Imperator autem impius ira accenſus, ad exilium eos condemnauit: quoaduſq; in illum breui incuitabile illud exilium, iſtam uidelicet ex hac uita migrationem, uindicta diuina decreuit, per quam ingentes Eccleſiæ fluctus conquieuere: atq; illi ab exilio reuocati, ex ærumnis ad optatam quietem rediere.

Monachi iſti ſanctι ab Anaſtaſio in exilium acti.

CAPUT XXXIIII.

Seueri eccleſiaſtica tyrannis.

VErùm nondum de eo dicendũ eſt: priuſquã enim id accidit, Seuerus in throno ſedit, tyrannidemq; aduerſus uerã pietatem grauiſsima quæq; faciens exercuit. Mittebat autem is more recepto ad patriarcham Heliam epiſtolas ſynodales, quæ quum ab eo propter ingentem impietatem non reciperentur, ad iram rurſum princeps commotus eſt. Atque is magnam armatorum manum Hieroſolyma, aduerſus eos qui Seuero aſſentiri, & Synodalibus eius ſubſcribere nollent, miſit, eosq; ſedibus ſuis pelli, atque uim etiam, ſi opus eſſet, afferre eis iuſsit. Porrò quum Helias admodum premeretur, impietate ita ſæuiente, admirandi illi uiri, monachis rurſum collectis, eos qui à Seuero & Imperatore miſsi fuerant, tumultuanter ex eccleſia eiecerunt. Atque ubi poſtea alia quoque eorum multitudo confluxit, in illorum conſpectu, magna cum fiducia, eos qui cum Seuero communionem habebant, anathemati ſubiecerunt. Imperator uerò amoliri à ſe hoc tantum dedecus uolens, Olym-

Monachi catholici Hieroſolymis Heliam aduerſus Seuerũ & militarem manum ſtrenuè defendunt.

Olympius dux Palæſtinæ.

pium quendam, cui militares in Palæſtina copias attribuit, aduerſus eos miſit: qui imperata pro imperiali poteſtate, Eccleſiaſticis ſanctionibus neglectis, exequeretur. Hic ſimulatque Hieroſolyma uenit, diuinum Heliam ſede epiſcopali eiecit, atque in eius locum Ioannem quendam Martiani filium, cum Seuero quidem communicantem, ſynodum autem Chalcedonenſem deprædicantem ſurrogauit. Qua de re certior factus Sabbas, & quæ cum eo erat ſacra cohors, in ſtadium rurſus procurrit. Atq; quo Olympius rẽ ipſam tandem ſecũ in animo conſiderans retroceſſerat, cum Ioanne patriarcha Sabbas colloquutus, ei ſuaſit, ut ſe à Seueri cõmunione abſtineret, & Chalcedonenſem ſynodum uel cum ſanguinis effundendi periculo tueretur. Quod ille etiam patrum perſuaſionibus reuerenter ſuſceptis, & pactis conuentis cum Olympio initis neglectis, fecit. Ea uerò re Imperator offen-

Heliæ pulſo Ioannes ſubſtituitur.

Sabbas Ioannem ad orthodoxiã adducit.

ſus,

Olympio Anastasius dux suffectus.

sus, Olympio magistratum ademit,& in Palestinam ducem Anastasium in illius A
locum suffectum misit. Qui ubi eò peruenit,præter rationem exequi ea quæ Imperator uellet, in animo habens,Ioannem statim,ne uerbo quidem cum eo communicato,in carcerem coniecit: eumq; ui ut synodum Chalcedonensem despiceret, atq; Seueri communionem amplecteretur, cogere aggressus est. Ioannes, quòd cum Zacharia Cæsareæ Palæstinæ antistite secretò colloquutus, audierat tempore flagitãte opportuna fraude res gerendas esse:Duci se quod ille uellet,facere paratũ esse, pollicitus est, si modò post duorum dierum curriculum è custodia emitteretur: ne scilicet, inquit, uideamur ui, non persuasione adducti, id quod Imperatori placitum est,facere. Atq; id ita factum. Et patriarcha custodia liberatus,monachorum cohortem in templum primi diaconi Stephani, ut præfractam hæreticorum temeritatem frenaret,conuocauit:atq; aliud quoddã domo cõsilium,quo rerum gerendarum spectaculũ conspicuũ magis fieret,attulit. Nam Dux ipse aduenit,ut illo nimirum teste præsente synodus aboleretur atq; damnaretur. Ioannes suggestum conscendit, ex utraq; parte Sabbæ & Theodosij propugnatorum fidei manibus utrisq; suffultus. Atq; ubi se paululũ continuit, & multitudinem etiam musitare

Ioannes Hierosolymitanus,contra Anastasij ducis expectationem orthodoxiã pro cõcione deprædicat

auditit, minus sanam fidem anathemate condemnari debere, fiducia plenus eiusce- «
modi protulit,uerbum: Si quis Eutycheti & Nestorio & Seuero & Sotericho «
Cæsareæ Cappadocum episcopo assentitur, anathema. Si quis quatuor uniuersa- «
lium Synodorum dogmata non sequitur, anathema. Dux ubi eam quasi fabulam

Scriptum istorum sanctorum monachorum ad Imperatorem.

perspexit,multitudinis impetum metuens,bene secum actum esse, quòd fuga saluti suæ consuleret,putauit. Patres aũt ipsi,quum scirent Imperatorem ea re audita iratũ fore, epistolam libertatis plenam ad eum dedere: in qua quùm illum arguebant,tũ dogmatis sui certitudinem astruebant. Absurdum quippe etiam esse scripsere, quũ B
Hierosolymitani essent unde dogma ipsum tanquam è fonte profluxisset,si tum pri- *Hierosolyma Christianæ doctrinæ fons.*
ὑμαθεὶς mùm †tanquam seri discipuli,id quod optimũ esset,discere deberent. Scire se quidẽ, à trecentis decem & octo patribus Nicæq promulgatam fidem: tenacissimè autem alia quoq; tria concilia,ut quæ prioris illius uestigijs inniterentur,retenturos,neq; quicquã,etiamsi duri aliquid accidat, se de primis traditionib. remissuros:sed eas

Petrus Ioannis Hierosolymis successor.

ad sanguinem usq;,si opus sit, defensuros esse. Patriarcha Ioannes unà cum sanctis illis uiris,postquã non breuissimo tempore superuixit,Petrũ ecclesiæ suæ & pietatis simul successorem habuit,uirum præclarum. Heliam dicunt cum beato Sabba

Helias mortem Anastasij præuidit.

colloquutũ, & longè à Constantinopoli dissitum,quum Anastasius mori deberet, migrationis eius horam prædixisse. Res Palæstinæ ad hunc se habuere modum.

CAPUT XXXV.

Timotheus Constantinopolita, cothurnus.

Timotheus autem Constantinopolitanus episcopus, magnopere à Macedonio, qui ante eum episcopatum gesserat,dissensit; qui & ipse, uelut cothurnus, facillimè animum ad ea quæ hominibus placita essent, conuerteret, nunc quidem Chalcedonensem synodum complectens, nunc autem contrà eandem anathemate configens. Quid uerò is in *Studij monasterio fecerit, commemorare libet. Monasterij eius curator diem suum obijt: atque ibi Timotheus, ut alium illi præficeret præfectum, affuit. Et quum is

Is synodum Chalcedonensem cõprobat.

qui procurationem eam suscipere debebat, asseueraret, iurisiurandi se religione suffragium aut electionem præfecturæ eiusmodi ab eo suscipere,qui non ex animo Chalcedonensi synodo assentiretur, obstrictum esset: Timotheus in eum per damnationem anathema, qui synodum eam non reciperet, coniecit. Atque ita, qui designatus fuerat, electionem ratam habuit. Ibi tum primarius eius diaconus progressus, conuicijs Timotheum incesit, quòd non in una senten-

** Studius dynasta celebre tẽplũ et monasterium cõdidit,qd' Studitarum cognominatum est. Et consulatum gessit.* De qua re uersus illi sunt editi: *Magnificam postquam construxit Studius ædem,Consulis accepit mercedis nomine honorem.Suid.*

A sententia persisteret,uerùm nunc huc, nunc illuc, adinstar Euripi, per animi æstum & fluctuationem se conferret. Rem eam diaconus ad Imperatorem retulit,qui Timotheum accitum grauiter obiurgauit. Et ille ut probrum hoc aboleret, diuersam prorsus à priore sententiam publicè promulgauit, & anathema in hominem quemque,qui Chalcedonensem reciperet synodum, torsit. Nonnulli ut Macedonium, perinde atquè trecentorum illorum symbolum non comprobarit,calumniarentur, Timotheum hunc, non Petrum Cnapheum instituisse dicunt,ut in synaxi & conuentu ecclesiastico quouis,symbolum id diceretur,quod antea semel tantum anno quolibet Parasceues passionis sanctæ die in ecclesia legi solitum fuerat,sicuti suprà diximus, quum episcopum † primas religionis nostræ institutiones docere oporteret. Hæc de Timotheo. Tum uerò apud uete-

Festus Senator Rom.

rem quoquè Romam ingens confusio & turba excitata est, talem ob causam. Vir quidam Festus nomine,Senator Romanus, propter reipub. Romanæ utilitates quasdam Constantinopolim profectus, & cum Anastasio colloquutus est. Atque ubi ex animi sententia negotium confecit, postea etiam ei supplicauit, ut ibi Petri & Pauli apostolorum memoria, maiore reuerentia & cultu, sicuti Romæ fieri soleret,celebraretur. Ea enim nulla cura, atq; ut ita dicam,sicuti sors tulisset, culta antea fuerat. Anastasius petitioni eius non grauatè consensit, & constitutione promulgata sanxit, ut magnificè ab omnibus conuentus ecclesiasticus in Apostolorum eorum honorem ageretur. Ab eo tempore conuentus eius celebritas magna cepit incrementa, atq; ingenti cum lætitia est frequentata. Et quòd adhuc in ecclesia Constantinopolitana Macedonius eniteret, per Festum quem B
diximus, is synodalem epistolam ad episcopum Romanum Anastasium, ut ille magis ac magis synodum Chalcedonensem confirmaret, dare decreuit. Sed id Imperator Romanus quum resciuisset, impedijt. Et Festus in secreto colloquio Imperatori, Anastasium Romanum antistitem se facilè adducere posse, ut Zenonis Henotico assentiretur, & manu sua subscriberet, significauit. At ubi Romam rediit, Anastasium episcopum decessisse comperit. Proinde operam dedit, ut uel per speciẽ & simulationem, ea quam pollicitus fuerat, subscriptio perficeret. Itaq; quibusdã pecunia corruptis, præter receptum morẽ effecit, ut illi Laurentium quendam Romanum episcopum legerent. Populus autem alium creandum decreuit. Ita seditione orta, eòdem tempore duo designati sunt antistites. A' pluribus namque Symmachus diaconus, à parte autem altera Laurẽtius episcopus destinatus fuerat. Cæterùm seditio ea quæ ad triennium † nõ sine cædibus, rapinis,alijsq; calamitatibus, quæ in eiusmodi tempora incidere solent,durauit, sopita est.*Nam Theuderichus qui tũ Romam obtinebat,etiamsi Arianus esset, synodum tamen episcoporum coegit,& Symmacho episcopatum confirmauit. Laurentio autem pulso, thronum Nuceriæ attribuit. Porrò Laurentius haudquaquam quietus esse uoluit, sed episcopatum Romanum affectans, populum ad seditionem concitauit. At Symmachus sacerdotali quoquè homini abrogata dignitate, in exilium eum misit: atque ita Romæ seditio quieuit. Dẽ Theudericho huiusmodi quiddam historiæ tradunt. Ministrum is quendam saniorem fidem sectantem, efflictim amore insano prosequebatur, & ad uoluptatem omnem eo abutebatur. Et ille, ut quæ grata placita que ei essent faceret, ab τῶ ὁμοδόξου

Idem mox eandem damnat.

Symbolum Nicænum antiquitùs semel tantũ in anno Parasceues die cantari solitum in ecclesia.

Celebratio memoriæ sanctorum apostolorum Petri & Pauli.

Schisma in ecclesia Romana.

Duo ibi lecti episcopi. Laurentius & Symmachus.

Seditiõ Romæ.

Malũ id sopitũ.

Theuderichus Arianus amissum suũ propter defectionem à fide, iugulauit.

Ccc σίου

† *In diſidio iſto potiſſimùm ſæuitum in ſacerdotes, & uirgines ſacras.* Blond. Diacon. *Trasamundus Vandalorum rex in Aphrica* CCXX *episcopos Catholicos in Sardiniam relegauit, quibus Symmachus Romanorum episcopus ſubſidia elemoſynæ ſuppeditauit.* Diacon.

* *Theuderichus rex Romam uotis omnium tenuit: mitis, affabilis, in plebem liberalis: populo annonam donauit, captiuos redemit, ciuitatis ædificia reſtituit. In Italia oppida pleraque extruxit & ornauit. Caſſiod. Blond: Hic eſt, qui Tetricus Veronenſis, ſeu Dietrichus à Berna nominatur.*

σίᾳ consubstantialis fide desciscens, ad Arianismum transijt. Quod ubi Theuderichus comperit, caput illi quem tantopere amauerat resecuit, inquiens: Si Deo fidem sinceram non seruasti, quomodo mihi qui homo sum, conscientiam sanam præstabis? Eadem tempestate episcopus quidam Arianus, cui nomen Deuterij fuit, in urbe Constantinopolitana, Barbam quendam quum baptizaret, uelut Domini traditionem abolens, præter morem receptum dicere ausus est: Baptizatur Barbas, in nomen patris per filium, in spiritu sancto. Ecce tibi autem, unda quæ in sacro lauacro erat, derepentè disparuit. Et Barbas inde profugiens, miraculum id omnibus promulgauit. Eodem tempore Scenitæ barbari incursionem in Mesopotamiam fecerunt, Armeniam quoq; & utramq; Phœniciã populati sunt. Impetum uerò in fines etiam Palæstinæ Alamundarus Saracenorum phylarchus, & Zarethas prætereà Persarum dux fecerunt. Qui malè ex parte omni à Romanis ducibus accepti, postea cum Romanis pace facta quieuere. Alamundarus Christianorum quoq; sacra suscepit. Seuerus tum Antiochenum administrabat episcopatum, qui ex episcopis suis duos ad Alamundarum, ut contagione sua eum inficeret, misit. Deus autem illum præueniens, fecit, ut ille à recte sentientibus & Chalcedonense concilium comprobantibus, per initiationẽ meliore religiõe imbueretur. Porrò qui à Seuero submissi fuerãt, Phylarchũ trãsuersum agere, & ad professionem ueræ doctrinæ contrariam abducere conten-derunt. Atq; ille mirificam quãdam fabulam, qua dicta eorum cõuinceret, cõfinxit, literas se accepisse dicens, in quibus esset, Michaelem archangelum nuper admodum uita defunctum esse. Quum uerò illi talem eam rem esse dicerent, quæ prorsus fieri non posset: subinferens Phylarchus, Et quomodo (inquit) purus Deus more nostro crucem suscepit, si non duarum naturarum fuit CHRISTVS DEVS noster, quandoquidem ne angelus quidem pati aut mori possit? Porrò Seueri sectatores cum dedecore turpiter inde abscessere. Hic status ecclesiarum ubiq; fuit, quandiu Anastasius imperium obtinuit: quem propterea quòd synodo Chalcedonensi aduersari quidam iudicarent, ex sacris exemerunt libris. Hierosolymis uerò, quum adhuc superstes esset, anathemate cõdemnatus est. Cæterùm ab instituto alienum non fuerit, si ea quæ sub imperio eius gesta esse comperi, & digna memoratu sunt, operi huic annexuero.

Deuterius Arianus baptismi uerborum præuaricator.
Miraculum aquæ disparẽtis.
Cum barbaris uictis Romani pacem faciunt.
Apud Procop. hic Ezarethas dicitur, alicubi etiam Azarethus.
Alamundarus Saracenus Christianus fit.
Alamundarus acutè dicto Seuerianos refellit.
Anastasius uiuens in Sacro codice expunctus, Hierosolymis quoq; anathemati subiectus.

CAPVT. XXXVI.

LOnginus Zenonis frater fuit, ut suprà diximus. Hic ab Anastasio in patriam relegatus, exercitu quindecim millium ex Isauris collecto, aduersus illum aperto cum eo Marte congressurus, bellum mouit. In huius castris quùm plurimi alij, tum Conon ille Apameæ apud Syros episcopus fuit. Is episcopali functioni militari munere commutata, Isauris Isaurus in bello præfuit. Postremò uerò, prælio commisso, quum Isauri internecione cæsi essent, Longini & Theodori capita Constantinopolim allata sunt, quæ Imperator hastis prælongis infixa, in loco eo qui Ficorum nomen obtinet, & exaduerso Byzantio est, sublimia collocari iussit, ut gratum Constantinopolitanis essent spectaculum, qui quamplurimis ab Isauris affecti fuerant malis. Longinus uerò alius quoque Selenuntius cognominatus, & cum eo Indes quidam, qui diu tyrannidem exercuerant, captiui à Ioanne militiæ duce, cui Cyrti, hoc est, gibbosi seu incurui cognomen erat, ad Anastasium missi sunt. Periucundum ñ Imperatori & Byzantijs spectaculum præbuere, quum grauibus catenis uincti tyranni, in triumpho & maxima hominum frequentia, per circum maximum & uias publicas traherentur. Vndè in Impera

Longini & Theodori tyrannorum cædes.
Conõ Apamenus episcopus bellator.
Longinus Selenuntius & Indes tyranni capti in triũpho Constantinopoli trahuntur.
Ioãnes Cyrtus dux.

A Imperatorium ærarium Isaurica, quæ antea uocabatur, pensio illata est. Erat autem ea quinque millium minarum, quæ barbaris istis quotannis pendebantur. Persarum quoque rex Perozes Nephtalitis Hunnnis bello illato, inglorius in regnum suum rediit. In angustijs enim quibusdam, ubi eos persequebantur, agmine eorum conferto, circumuentus, & exitu earum omni præsidio clauso, ab eis captus est. Itaque ad necessitatem eam redactus, pacem ab illis petijt. Nephtalitarum autem dux non prius conditiones pacis admisit, quàm Perozes corpore inclinato adorationis ei honorem præstitit, & sponsione unà cum iuramento interposito confirmauit, nunquam se Nephtalitis bellum illaturum esse. Et ille uel inuitus rem eam, quæ præter rationem esset, temporis necessitate adactus fecit, & cum dedecore maximo domum reuersus est. Postea uerò ignominiam eam non ferens, contra iurisiurandi religionem, cum exercitu contra eos profectus est. Et quum illi rursum insidias ei struxissent, propter iusiurandum uiolatum cæsus est. Persæ Cabadæ, minori natu filio eius, regnum tradidere. Quod quum ille administraret, lege lata, ut communes omnibus uxores essent, constituit. Quam ob causam Persæ regno Cabadæ abrogato, in custodiam insuper eum coniecerunt: & Blasum, alterum Perozæ filium, regem crearunt. Cabadæ in carcere uxor eius, quæ debuit officia, præstitit. Et quòd ea uenusta forma esset, carceris custos pulchritudine eius uictus, & amore captus, inseruire ei, & quod illa uellet facere constituit. Illa autem quoniam casta erat, & uirum amabat, custodis amorem ei indicauit. Illi porrò eam uoluntati amatoris obsequi iussit. Flagitium id ubi peractum est, liberius ad maritum deinde mulier accessit, conuenientem ei curam præstans. Erat Cabadæ amicus quidam quàm maximè charus, qui per uxorem ei insinuauit, paratos se in loco certo equos & uiros habere, cum quibus si fugere uellet, facile regnum recuperare posset. Vbi nox aduenit, Cabades coniugi persuasit, ut uestem illa suam indueret, atque in carcere consideret: ipse uerò habitu illius sumpto, eam ipsam se esse probè assimulauit, & custodia egressus est. Id ubi factum, Cabades Seæ ductu (ita enim amicus ille nominabatur) quàm celerrimè saluus ad Nephtalitas peruenit. Quorum principes illi & filiam matrimonio coniunxit, & exercitum attribuit, quem in Persas, regnum suum recuperaturus, duceret. Cabades ubi Persas præter expectationem subitò aggressus est, regnum nullo propè labore recepit: fratrem Blasum cæpit, excæcauit, & carceri inclusit. Et quòd Cabades uir sagax atque industrius esset, regnum postea quàm tutissimè tenuit. Et anno administrationis suæ undecimo, pacem primùm cum Romanis fecit: deinde uerò, ubi mutuam ab Anastasio pecuniam accipere uoluit, atque Anastasius ei respondit, cautionis syngraphameum, si pecuniam recipere uellet, dare debere, absque ea ne unum quidem obolum accepturum esse: eam ob causam pacis fœdus rupit, & aduersus Romanos bellum suscepit. Inter Persidem & Indiam oppidum fuit, Tzundadaer nomine. In eo Cabades maximam pecuniæ uim, preciosos que & pellucidos lapillos clàm asseruari intellexit. Eis ut unà cum oppido potiretur, nihil intentatum reliquit: sed quod minus quo uolebat efficeret, dæmones, qui thesaurum eum custodiebant, obstitere. Et postquam Persicas euocationes & imposturas expertus, dæmonibus uidelicet locum eum firmissimè obtinentibus, nihil egit, per Iudæos rem expedire aggressus est: atque ubi per eos quoque optatis uotis que suis potitus non est, per Christianos tandem se quod conabatur confecturum esse arbitratus est, quos aduersus dæmo-

Isaurica pensio in fiscum redacta.
Nephtalitæ hũnt Perozẽ regẽ Persarũ capiũt, deindè etiam in bello cædunt.
Procop. Euthalitas Hũnos uocat, hoc est albos. Quapropter apud eum quidã pro Euthalitis Leucalitas legũt, lib. 1. de bell. Persic.
Lex de communione uxorum.
Blasius, seu Blases, eius frater Cabades beneficio uxoris è carcere euadit, & regnũ ope Nephtalitarum recuperat.
Vindicta iusiurandi uiolati.
Cabades Persarum rex.
Hunc Seosen Procopius nominat.
Pax Romanorum cum Cabade.
Cabades belli aduersus Anastasium ob denegatã sibi pecuniã mutuam suscipit.
Idem oppido Tzundadaer cum maximis opibus, quibus dæmones incubabãt, Christiani episcopi opera, potitur.

Synaxis Christiana. μετασχόντων τῶν θείων ἀγγελικῶν τῶν, μετασχόντες τε τούτων καὶ ἡμῖν σωτηρίου ἀρχηγικοῦ. Cabades ex persecutore protector Christianorum fit. Miraculum. Christiani linguis eis excisis clarè loquuti.

nes poteſtatem recepiſſe audiuerat. Itaque Chriſtianorum, qui apud Perſas erat, epiſcopum ad ſe uocauit. Qui ea de cauſa ſynaxi & conuentu eccleſiaſtico popularium ſuorum coacto, & diuinis ſanctificationibus perceptis, eiſdemq; Chriſtianis qui ibi conuenerant, datis, ſigno crucis qui locum eum incolebant dæmones exegit, & Cabadæ ſtatim ſine labore ullo oppidum tradidit. Qua re conſternatus Perſa, primo ſubſellio epiſcopum Chriſtianorum cohoneſtauit, quum ad id uſque tempus Iudæi & Manichæi ſedes primarias obtinuiſſent. Atque ab eo tempore, ut deinceps quicunque uellent, Chriſtianorum ſacra colerent, poteſtatem liberam omnibus permiſit: quos ille antea excruciauerat, adeò ut etiam multis membra & partes eas per quas uox editur, ademerit: qui tamen illis quoque ſic amiſſis, non minus quàm antea, clarè ſunt loquuti.

CAPUT XXXVII.

Perſarũ aduerſus Ro. bellum.

SEdenim, ſicuti diximus, Perſæ pace uiolata, fines ſuos trãſgreſsi ſunt, & primùm Armeniæ bellum intulerunt: & Theodoſiopoli oppido capto, ad Amidam urbem inde peruenerunt, intra duos illos amnes ſitam: quam etiam expugnarunt, & Anaſtaſius poſtea impenſis magnis recuperauit. Si quis autem plenius atque exactius obſidionem expugnationem' que eius urbis cognoſcere uelit, is Euſtathium Syrum legat, qui ſanè quàm luculenter res eas conſcripſit, atque ubi hiſtoriam ad id tempus, duodecimum ſcilicet imperij Anaſtaſij annum, produxit, ad locum communem profectus, cum plurimis eſſe cœpit. Poſtea Imperator locum quendam Daras nominatum, qui & ipſe intra duo flumina in Meſopotamia, ad Romani imperij fines, noſtræ & Perſicæ ditionis terminus, ſitus eſt, firmis mœnibus muniuit, & in urbis formam redegit. Aedificijs uarijs, templis, ædibus magnificis, imperialibus porticibus, lauacris publicis, alijs' que præterea ſtructuris, quibus celebres urbes lætantur, excitatis. Locum autem eum à Dario nomen accepiſſe fama eſt, quòd illum ibi Alexander Philippi filius poſteriore pugna deuicerit, urbe ea condita. Poſtquam inde diſceſsit, in ſomnis ei Bartholomæus apoſtolus aſsiſtens, per oraculum commiſſam ſibi à DEO mœnium eorum tutelam eſſe ſignificauit. Anaſtaſius uerò uiſionem eam ad rem ipſam contulit, nam reliquias illius repertas, ibi repoſuit. Sub eiuſdem imperio corpus etiam Barnabæ apoſtoli in Cypro, ſub arbore quæ Siliqua dicitur, inuentum eſt: ſuper cuius pectore ſacrum & diuinum Euangelium Matthæi euangeliſtæ repertum fuit, ipſius Barnabæ manibus ſcriptum. Hac de cauſam primùm Cyprij metopolim liberi iuris ſui habere cœperunt: neque deinceps ſub Antiochia, cui antea ſubiecti fuere, cenſi ſunt. Confirmauit id ius poſtea magis Iuſtinianus, propter cpn iugem ſuam Theodoram, cui Cyprus patria fuit: quemadmodum etiam patriæ ipſe ſuæ Achrido honorem habuit, quam primam Iuſtinianam uocauit. Eo etiam tempore Immeres, gens bellicoſa, ſub ditione Perſarum, ad extremos Noti fines habitantes, Chriſtianiſmum complexi ſunt: & miſsis ad Imperatorem oratoribus, epiſcopum, & alia quæ eos habere oportuit, acceperunt. Ii unà cum regina Auſtri ad Solomonem uiſendum uenisse dicti ſunt. Et cum ab origine Iudæi fuiſſent, longo poſt tempore ethnici & gentiles facti ſunt. Tum uerò ex Iudæis & gentibus mixti, ardentibus animis religionem Chriſtianam ſuſceperunt.

Anaſtaſius Imperator Daras munijt, & Anaſtaſiam nominauit.

Diui Bartholomæi oſſa apud Daras repoſita. Corpus ſancti Barnabæ inuentum. Item Euangelium Matthæi. Metropolis Cypri. Achrido prima Iuſtiniana, Iuſtiniani patria. Immeres Chriſtiani facti. Regina Auſtri Solomonẽ uiſit.

Tyrannus

CAPUT XXXVIII.

Vitaliani tyranni aduerſus Anaſtaſiũ bellũ.

ATyrannus item alius, natione Thrax, nomine Vitalianus, bellum Anaſtaſio intulit, qui Thracia ab Vlyſſopoli & Anchialo uaſtata, Imperantem quoque urbem capere eſt conatus, uagam Hunnorum multitudinem ſecum ducens. Aduerſus quem Hypatius dux, ut impetum progreſſum' que eius moraretur, miſſus, à ſuis proditus, & ab illo captus, ingenti' que pecunia ab Imperatore redemptus eſt. Cyrillus deinde copijs militaribus præfuit. Et quum æquo Marte pugnatum eſſet, & aliquoties nunc hi, nunc illi fugiſſent, & alteri alteros inſequuti fuiſſent, per ſocordiam ſuorum, quamuis ipſe dux hoſtibus ſuperior eſſet: tamen & ipſe in poteſtatem illorum peruenit, atque ita tyrannus uſque ad Ficos ipſas, locis omnibus uaſtatis atque euerſis, peruenit: ingenti illa ſpe concepta, Imperantem quoque urbem ſe capturum, atque Imperium arrepturum eſſe. Vbi Vitalianus ad Ficos caſtra poſuit, Marinum Syrum aduerſus eum Imperator cum copijs maritimis miſit: & quum exercitus utrique, non longè inter ſe abeſſent, in aciem non deſcenderunt, ſed leuia tantum prælia commiſerunt. Tandem uerò ad ea quæ uocantur Bytharia, nauali pugna inter ſe congreſsi: Vitalianus puppi impulſa, quàm maxima potuit celeritate, copijs ſuis magna ex parte amiſsis, fugit: eum' que ſui tanta uelocitate ſunt conſequuti, ut poſtero die nullus prorſus hoſtis uel ad urbem, uel ad tranſitũ appareret. Vitalianus Anchiali pauliſper moratus, tyrannidem poſtea reliquit, & ſua ſponte quietus fuit. Aliud quoque Hunnorum genus, Caſpijs anguſtijs ſuperatis, Romanorum ditionem ad Orientem uaſtarunt: & Rhodus eo tempore tertium etiam intempeſta nocte terræmotu ingenti quaſſata eſt.

Hypatius & Cyrillus Romani duces, ab eo capti.

Marinus Syrus dux rectè rem aduerſus eum gerit.

Vitalianus tyrannide ſuperſedet.

Hunni Caſpij. Terræmotus Rhodi.

CAPUT XXXIX.

ANaſtaſius idem, opus maximum & illuſtre, memoria' que prorſus & Imperiali magnificentia dignum perfecit, quod μακρὸν τεῖχος, hoc eſt, Longum murum appellauit, ad Thraciam exornandam conſtructum. Conſtantinopoli ducentis octoginta plurimùm ſtadijs abeſt, & ad utrunque pertingit mare, inſtar freti, ad quadringenta uiginti ſtadia excurrens, & Cherroneſum ſiue peninſulam in inſulæ propè formam redigens. Facilè etiam quoſuis traijcere uolentes, ab eo quod Os Ponti dicitur, in Propontidem & Thracium mare deducit: & barbaros effundi atque excurrere ex partibus eis, quæ ſupra Euxinum Pontum ſunt, tum autem ex Colchide, & à palude Mæotide, præterea ex locis quæ ſupra Caucaſum ſunt, atque eos etiam qui per Europam ſparſi ſunt, prohibet.

Plin. lib. 4. cap. 11.

Macrontichos Anaſtaſij opus.

* Opus hoc ab urbe Conſtantinopoli diſtat miliaribus ſexaginta. Habet in longitudine miliaria quinquaginta, in latitudine pedes octo. Suid.

CAPUT XL.

ALiud inſuper operum eius longè præſtantiſsimum, & diuinum illud facinus eſt, quòd ex Romanorum imperio tributum, quod antiquitùs χρυσάργυρον, id eſt aurargenteum dictum eſt, omninò ſuſtulit. Quam rem pro dignitate oratione exequi, Thucydidis

† Anaſtaſius portorium Aurargenteum ſuſtulit, quod ſub ſplendida appellatione omnium fuit fœdiſsimum.

linguæ atque eloquentiæ sit. Ego uerò eam non uerborum ui, sed facto ipso egregio confisus, exponam. Imperium Romanum, quod tanta amplitudine & magnificentia exornatum est, antiquitùs portorium instituit; absurdum admodum, miserabile, Deoque inuisum: non Romanis tantum illud, & tam egregio illorum Imperio, uerumetiam fœdissimis quibusque barbaris indignum. Quod nescio quo modo ad eius usque tempora per conniuentiam toleratum, ipse Imperiali omnino animo expugnans, totum aboleuit. Quod quùm multis alijs, uelut id quod citra exceptionem deberetur, qui stipe mendicata uitam tolerabant: tum etiam eis mulierculis impositum erat, quæ undecunque in solarum occultarum'que regionum urbis lupanaribus prostabant, & florem ætatis, quibuscunque ex locis uenirent, petulantibus uiris, propter quæstum prostituebant: adeò, ut non modò naturæ ipsi, uerumetiam reipublicæ administrationi iniuria inferretur. Quum enim lege constituta, pensio ea tribueretur, apertè illa potestatem permissam esse cuiuis, ut quæ facere uellet, & quę facere nefas esset, clamitabat. Et detestandum atque impurum uectigal istud, quarto quoque anno, quum quidem non minima tributorum pars esset, ad principem referebatur magistratum: quem qui gerebat, inter præclaros uiros censebatur. Eam indignitatem, quæ tanquam execrandum piaculum per res nouas in Romani imperij administrationem surrepsit, ubi Anastasius cognouit, exactionis eius libris, ut rem eam omnem quasi quoddam holocaustum Deo offerret, in ignem coniectis, flagitium tantum suppressit: & sanctione, ne cui post ipsum Imperatori in rerumpublicarum administratione uetustum probrum renouare liceret, cauit. Postquam id fecit, indignari se eam ob causam assimulauit: & seipsum stultitiæ arguit, qui inanis gloriæ captatione, tantum uectigal antiquitùs institutum perperam abrogasset: neque in animo secum pericula imminentia, & tot, tantaque quæ in milites eroganda essent, stipendia reputasset. Proinde, consilium suum premens, tributum id, quod diximus, se renouaturum esse pollicitus est: & apud familiares suos, pœnitere se facti, neque habere quo errorem commissum corrigeret, quandoquidem libri in quibus eiuscemodi exactio descripta fuisset, cremati essent, per simulationem finxit. Ibi illi ab eo ita decepti, non uultus fictione, sed reipsa, de tributo eo & nefandi flagitij mercede perturbati, doluere: neque se consilium, quo iacturæ ei mederentur, habere, præ se tulere. Ille eos ad loca omnia ire iussit, ut si qua commentariorum combustorum exempla in catholicis & uniuersalibus exactionis tabulis extarent, scrutarentur: & sumptibus eam in rem impensis, homines passim qui exempla eiusmodi comportarent, disposuit: uidelicet, ut si quis talis inueniretur commentarius, ad ipsum afferretur, quo diligenti & accurata deliberatione res disponi atque ordinari posset. Postquam autem non paruo interposito tempore, illi quos ad inquirenda exempla talia miserat, reuersi, ea quæ inuenerant attulere: magnopere Anastasius, quòd uoto suo potitus esset, lætatus est. Et per fraudem aliam, quomodo, & ubi, & apud quos ea inuenissent, & an aliud aut simile quidquam adhuc alicubi reliquum esset, percunctatus est. Illi magno studio se ea comportasse asseuerarunt: & iuramento, nullam reliquam chartam in omni Imperij ditione, quæ indicare portorium id posset, extare confirmarunt. Itaque Anastasius rursum chartas illas congestas in flammam coniecit, & cinerem earum

earum aqua consperſum, in aerem sparsit, ut res ea penitus aboleretur, neque post ustulationem eam uel puluisculus & reliquiarum aliquid, aut umbra etiam literæ alicuius, de re tam nefaria apud posteros extaret. Verumenimuerò ne, dum factum hoc tantopere efferimus, ignorare uideamur, quæ ueteres etiam affectibus ducti, hac de re scripserunt, ea ipsa huc afferam, demonstraturus ex ipsorum uerbis falsa esse, quæ de nefanda hac exactione memoriæ mandarunt.

CAPUT XLI.

ZOsimus enim, superstitioni Græcæ quàm maximè addictus, in Constantinum Imperatorem, ueræ pietatis propugnatorem, & fidei ducem, quòd is ab idolorum cultu ad Christianorum fidem, detestanda eorum execratione relicta, transijt, malè animatus, per blasphemiam scriptis mandauit, eum primum exactionem τὴν χρυσαργύρου aurargentei tributi inuenisse, & ut quarto quoque anno fœdissimum id uectigal penderetur constituisse. Verùm non hæc ille tantum maledicta in pium, magnisque dotibus ornatum Principem coniecit, sed etiam alia plurima intoleranda, eundem contra artes & scientias omnes fecisse, & Crispum filium crudeliter interfecisse, Faustam item coniugem suam balneo ad summum calefacto inclusam enecasse dicit. Et quum tanti flagitij expiationem apud sacerdotes Græcos quæsisset, neque inuenisset, in Aegyptium quendam uirum, ex Iberia uenientem, eum incidisse, & ab eo quòd Christianorum fides peccatorum omnium abolitionem induceret, audiuisse: proindeque animum statim mutauisse, patriam opinionem & idolorum (ut ille inquit) cultum reiecisse, & Christianorum sacra suscepisse, refert. Cæterùm falsò hæc Zosimum, calumnia Imperatorem magnum suggillare uolentem, scripsisse, per confutationem ueram ostendam. Sed de aurargenteo uectigali primùm dicam.

Zosimus falso fœditatem talē in authorē Cōstantinum retulit.

Aliæ eiusdē Zosimi in Constantinū calliniæ.

CAPUT XLII.

IN historia, homo exitiose, memoras, quòd ille urbem aliam Romanæ similem condere uolens, primùm inter Troadem & Ilium locum, ueluti operi instituto idoneum, cæperit, fundamenta iecerit, & murum supra terram extulerit. Postquam autem Byzantium commodius, esse comperit consilio mutato, urbem eam celeriter mœnibus firmis cinxerit, magnisque turribus opere longè latéque producto, & tam pulchris porticibus, alijsque ædificijs ita exornarit, ut Romæ re nulla cederet, quæ tantorum ornamentorum & amœnitatum paulatim annis plurimis incrementa cæpit. Refers etiam, publicè eum frumenti tesseras, & auri multum, eis qui se eò contulissent, ad priuatarum ædium structuram donasse. Inter alia hæc quoque sic scribis: Constantino mortuo, ad Constantium filium eius, post fratrum eiusdem obitum, rerum summa peruenit. Atque ubi Magnentius & Britanio tyrannidem arripuere, persuasione Constantius Britanionem in potestatem suam redegit. Quum enim ex utraque parte exercitus coacti essent, Constantius pro concione, militibus patris erga eos sui liberalitatem in memoriam reuocauit, cum quo bella multa gessissent, maximis ab eodem cohonestati do-

Calliniarum talium refutatio.

Amplißimum Zosimi de egregia Cōstantinē liberalitate & munificentia testimonium.

nis. Id uerò ubi milites audiuere, detracta Britanioni purpurea ueste, in priuati hominis habitu eum ad Constantium abduxere. Atque is nihil se indigium passus, sed à Constantio seruatus est, quum in illum & patrem eius maledicta multa iecisset. Itaque te rogo, quem liberalitate & munificentia tanta fuisse scribis, quomodo rursus eundem tam sordidum & auarum fuisse dicis, ut tam detestandum, Deo que inuisum portorium insolito nouo que modo in Romani imperij administrationem inuexerit? Ego certè quidem colligere id non possum. Clarissimè etiam tibi ostendam, neque Crispum filium, neque coniugem Faustam, ab eo necatum esse: neque etiam eundum uel cum Aegyptio eo fuisse, uel religionem nostram, postquam eam est complexus, ab eo accepisse. Eusebium Pamphyli audi, qui illorum tempore uiguit, & cum eis plurimùm fuit, consuetudine & amicitia eorum admodum usus. Tu namque audita duntaxat summatim scribis, non ueritatem ipsam: qui longo post tempore, sub Honorio & Arcadio, quibus historiam tuam dedicasti, & fortasse post eorum etiam tempora, longius uixeris. Quæ uerò Eusebius, qui cum Constantino & Crispo uixit, in octauo Ecclesiasticæ historiæ suæ libro de eis scribat, audi. Plurimùm interceſsit temporis, & Imperator Constantinus, quum « uitam omnem per summam erga ciues & subditos suos mansuetudinem & be- « neuolentiam, & acceptissimam Deo pietatem transegisset, filio suo Constan- « tio, Imperatore Augusto, in locum suum substituto, iuxta communem omni- « bus naturæ legem decesſit. Et post alia: Huius filius Constantius, quam- „ primùm uenit, Imperator summus & Augustus ab exercitu, & multo antea ab ip- B so Imperatore omnium DEO renunciatus, æmulatorem se in doctrina & pro- « fessione nostra paternæ pietatis præstitit. Et ad finem historiæ eius, hæc quo- « que dicit: Qui uerò omni ueræ in Deum pietatis uirtute enituit, maximus « uictor Cõstantinus, cum Deiamantissimo & rebus omnibus patri similimo filio « Crispo Cæsare, in Orientem uenit. Quomodo Eusebius, qui post Constantinum « superstes fuit, Crispum tantopere laudasset, si à patre is interemptus fuisset? Et Theodoritus, qui post Eusebium res ecclesiasticas conscripsit, circa uitæ finem, Constantinum Nicomediæ commemorat, regenerationem suscepisse: quam propterea distulerat, ut ea in Iordane amne potiretur. Cuius hæc uerba sunt: Trigesimus Imperij eius præterierat annus: & anno insuper & men- « sibus paucis exactis, Nicomediæ Bithynorum agens, ægrotare cœpit. « Quod uerò probè, quàm incerta humana uita esset, sciret, sacri baptismi do- « num recepit: quem ad id usque tempus propterea distulerat, quòd eum in « Iordane fluuio suscipere concupiuerat. Hæc Theodoritus. Ad hæc, ho- « minum omnium maximè execrande, detestande, nocentissime, impurissime, « sceleratissime, adijcis: Imperium Romanum ab eo tempore quo Christiana « religio floruit, prorsus intercidisse atque interijsse. Tu uerò uel nihil pror- « sus eorum quæ per historias memoriæ mandata sunt, legisse: uel tua sponte ex- « cæcasse te ipsum, ad ueritatem perspiciendam, uideris. Quod nam- « que uerbis tuis maximè est contrarium, per Christianorum « uidelicet fidem Romani imperij res multis modis ma « xima cæpisse incrementa, facilè quis in- « uenerit.

Princeps laudatissimus & liberalissimus nefarium portorium instituere non potuit.

Constantinus Crispum filiũ non necauit. Eusebij Pamphili testimonium.

Constantinus ante mortem Nicomediæ baptizatus.

Testimonium Theodoriti.

ὦ κατάρατε, ἐξάγιστε, μιαρὲ, παμμίαρε, μυριάτατε.

Illud

CAPUT XLIII.

A Illud te considerare oportuit, unà cum aduentu Seruatoris nostri IESV CHRISTI, Macedonũ regnum à Romanis omnino sublatũ esse: & Albaniam præterea, & Iberiam, Colchos etiam & Arabes seruitutis conditiones à Romanis accepisse: C. insuper Cæsarem, post cẽ tesimam uigesimam tertiam Olympiadem, Gallos, Germanos, & Britanos ingentibus bellis superasse, & iugum illis seruitutis imposuisse, eundem que Romanæ ditioni, ad eas quas prius habebat, quingentas populosas urbes adiecisse: quemadmodum illi qui hæc conscripserunt, ad memoriã posteritatis transmisere. Qui Cæsar primus post Consules, monarcha & princeps unus declaratus est, ea re ueluti prgiens & uiam sternens, ut Romani Imperij ciues & subditi ex plurium deorum cultu, & turbulento reipublicæ statu, ad unam, quæ sola obtineret, religionem, per appropinquantem CHRISTI monarchiam adducerentur. Cuius rei gratia & Iudæa omnis, & uicinæ circumquaque regiones, Romano imperio ita subditæ sunt, ut tum primùm census actus, & descriptio facta sit, in qua & CHRISTVS ipse ascriptus est, ut prophetia de ciuitate Bethleem, apertè exitum suum haberet, quam de ea luctuosus Hieremias hisce uerbis prædixit: Et tu „ Bethleem terra Iuda, haudquaquam minima es in principibus Iuda. Ex te e- „ nim progredietur dux, qui pascet populum meum Israel. Post ineffabilem uerò CHRISTI Dei nostri natiuitatem, Aegyptus quoque in potestatem Romanorum peruenit, Antonio & Cleopatra, in quam postremam Ptolemæorum regnum incidit, ab Augusto Cæsare prorsus deuictis: sub quo & Dominus noster IESVS CHRISTVS natus est. Antonio Cornelius Gallus ab B Augusto in regiones Aegypti missus successit, & primus post Ptolemæos Aegyptum prouinciam administrauit, sicuti hoc Historici testantur. Quas uerò clades Persæ acceperint à Ventidio, Corbulone & Nerone ducibus, atque item à Seuero, Traiano, Caro, Cassio, Odænatho Palmyreno, Apollonio, & alijs, & quoties Seleucia & Ctesiphon, atque etiam Nisibis, quæ nunc huc nunc illuc transijt, capta sit, & quomodo Armenia & aliæ uicinæ prouinciæ in Romanorum peruenerint ditionem, unà cum alijs, tu quoque in historijs tuis exponis. Quomodo autem alia dicam, quæ tu scribis sacratissimum Constantinum præclarè gessisse: quum is pietatem nostram professus, rempublicam Romanorum administraret? Atque etiam quas, quantas que clades Iulianus, tuus maximè choreis ducendis sodalis, & eorundem tecum orgiorum sacerdos, pertulerit? qui sanè innumera atque intoleranda Romano imperio uulnera inflixit, atque ea incurata post se reliquit. Num uerò quidquam eorum, quæ de uniuersitatis huius interitu prædicta sunt, uel initium cœperit, uel finem habiturum sit, maius id profecto est, quàm ut tu de eo iudices. Verùm age, si tibi uidetur, qui hæc dicis, consideremus, quomodo & qui Græcam superstitionem sunt professi, & qui Christianorum sacra coluere Imperatores quisque uitam aut imperium amiserit. An non primus monarcha, qui unus sibi Imperium usurpauit, C. Iulius Cæsar dolo cæsus est? An non Caium alterum Tiberij nepotẽ milites quidã ferro necarũt? Quid Nero? num ille à familiari quodã nõ iugulatus est? Galba sanè & Otto & Vitellius eadem sunt passi: qui tres sedecim tantũ menses imperarunt. Titũ, frater germanus Domitianus occidit. An nõ ille rursum à Stephano miserandũ in modũ trucidatus est? Quid? Commodum à Narcisso peremptum esse negabis? Pertinaci uerò & Iuliano non idem accidit? Antoninus Seueri filius, an fratrẽ Getã nõ necauit? Nõ ille à Martiali idẽ est passus? Macrinus non ne ad Byzantiũ ueluti mancipiũ raptus, ab exercitu suo interemptus

Contra Zosimum, Romanũ imperiũ unà cũ religiõe Christiana quàm maximè floriuisse.

Monarchia Christi.

Gallus Aegypti præfectus.

Idololatrarum Imperatorum propè omniũ, præcipuè uerò tyrannorũ cruentus exitus.

Eutrop. apud Archelaidem.

remptus est? Aurelius Antoninus Semeæ filius, unà cũ matre iugulatus est. Eadem fortuna fuit successoris eius Alexandri, qui itidem cum matre Mammæa peremptus est. Quid de Maximino dicam, quem exercitus suus interemit? aut Gordiano, qui insidijs Philippi sublatus, in commune domicilium abijt? Tu uerò ipse de Philippo & Decio memora, ut ab hostibus trucidati sint: atque etiam de Gallo & Volusiano, quibus milites sui uitam ademerunt. Num Aemilianus non eundem exitum habuit? Non'ne Valerianus, quum in Persarum potestatem peruenisset, captiuus ab eis ductus est? an'non Gallienus dolo cæsus: & post hunc Carinus quoque interemptus, Diocletiano imperium reliquit? qui Imperij sibi socium Maximianum asciuit. Ex quibus Maximianus Herculius, ac deinde filius eius Maxentius, & postremus omnium Lycinius, fœdissimam obiere mortem. Ex quo tempore autem, qui gregi CHRISTI præfuit, celeberrimus Constantinus Imperium suscepit, & cognomen sibi urbem magnificentissimè constructam CHRISTO & matri eius dicauit, ipse dispice, si quis princeps Imperialem dignitatem consequutus, longissimo tempore uel à familiaribus & domesticis, uel ab externis interemptus est. Aut si unquam tyrannis, quàm legitimum Imperium, potentior fuit. Iulianum excipimus, tuum uatem, sacerdotem, canephorum, & Imperatorem: & tuum etiam Valentem. Fidem enim tibi habeo, qui optimè ea oratione exequutus es, quæ illi Christianis intulerunt mala. Quapropter etiam uterque condignas impietatis tulit pœnas. De alio uerò ne tu quidem ipse simile quidquam dixeris. Ego autem Basiliscum etiam addam, qui motum aduersus Zenonem concitauit: cui ille non tyrannidem modò, sed uitam etiam ademit. Hæc quamuis fortasse minus ad historiam Ecclesiasticam pertinere uidentur, utilia tamen admodum, & instituto operi cõmoda esse, & loco huic maximè conuenire puto: propterea quòd historici græcæ superstitionis cultores, consultò & malicioſè ueritatem oppugnantes, propter Christianæ religionis odium, perperam & falso pleraque scribunt. At nos ad reliquam Anastasij historiam reuertamur.

Alia Christianorum & pio rum principũ fortuna fuit.

A

B

CAPUT XLIIII.

Anastasius exactionibus plurimis, subditis suis grauis fuit.

PRortorium χρυσάργυρον, aurargenteum, ad eum quem diximus modum, Anastasius absoleuit, & Imperiali prorsus animo sustulit. Alia uerò contrà, se indigna instituit: χρυσολέκαρ uidelicet, id est pensionem auri: & populos suos uectigales, bellicis impensis per nundinationem uenditis, supra modum grauauit: exactionem'que † tributorum curialium abrogando, in quibusque ciuitatibus eos qui uocantur Vindices constituit: Marini Syri, sicuti dicunt, suggestione, qui primariam apud eum gessit dignitatem, quam præfecturam aulæ antiquitùs nominarunt. Quapropter factum, ut uectigalia magna ex parte interciderint, & ciuitates minus floruerint. Antiquitùs namque, qui nobiles & claro loco nati erant, in earum album referebantur, eos'que urbs quælibet in curijs senatorum loco habebat atque constituebat.

Βουλευτήριοι φόροι. *Vindices. Præfectura aulæ.*

Omnium

* *Anastasius in Imperio Romano aristocratiam, hoc est, optimatium administrationem instituit, magistratus & honores uendidit, iniustis hominibus pepercit. Et ad insatiabilem pecuniæ cupiditatem conuersus, prouincias expilauit. Ad insolentem nouumq; morem, quem induxit, uiri boni sunt consternati. Barbaros namque imperio imminentes, non armis propulit, sed pacem auro mercari solitus est. Defunctorum bona curiosè inquisiuit, & publicam passim omnibus conciliauit inopiam. Suidas.*

CAPUT XLV.

A OMnium aũt malorum, quorũ ipse author fuit, illud extremum erat, quòd propter accessionem illam, QVI CRVCIFIXVS ES PRO NOBIS, quam & ipse tersancto hymno additam uoluit, ingens exorta est seditio: perinde atq; religionem Christianã euertere homines uellent. Eius dogmatis Petrus Cnapheus author fuit, sicuti dictum est. Seuerus autem in Macedonium, qui paulo antè Hierarcha Constantinopoli fuit, & in clerum eius rem eam confert, ad Soterichum scribens, quum nondum in episcoporum ordinem cooptatus esset, sed in aula Imperiali eo tempore uersaretur, quo cum eis quos antea diximus, monasterio suo est exactus. Coniectura autem est, talium aliarum'q; calumniarum gratia, Macedonium è throno suo deiectum esse. Quòd uerò præter causam in uirum eum inuectus mentiatur, satis ea quæ dicentur ostendent. Postquã enim Macedonius ab Imperatore dissentire cœpit; permultum Imperator ei insidiatus est. Proinde etiam eos qui à Macedonio desciuerant, turbulenter congregatos, in Archangeli templo tersanctum carmen cum adiectione ipsa canere iussit. Idem mox proximo Dominico die in templo magno ab eis factum, quum illi etiam baculos eò intulerunt. Populus autem flagranti ardore excitus, turpiter illos ecclesia expulit. Imperator postea apertè monachis desertoribus & transfugis, & principibus etiam uiris, ut indignas contumelias in episcopum impudenter conijcerent, præcepit. Quorum unus erat Iulianus Halicarnasi in Caria episcopus, & Seuerus etiam tum monachus: simul B & fidei, & Macedonij, eorum'que qui secum erant, hostes. Quomodo igitur eum, quem tyrannico more accessionis eius gratia iniurijs contumelijs'que afficere uoluerunt, authorem eius esse dicemus, & ducem confusionis tantæ in ecclesia recipiemus? Porrò quum Imperator accessionem eam propalàm hymno addere uellet, populus impatienter id ferens, summopere animi discruciabatur. Et multi magistratus in periculum maximum inciderunt, multa'que insignia ædificia incensa sunt. Atque in Marini Syri ædibus monacho cuidam deprehenso homines nonnulli caput amputarunt, eum'que adiectionis eius suasorem esse dixerunt: & capite conto in sublime sublato, publicè per ludibrium exclamarunt, illum ipsum Trinitatis hostem esse asseuerantes. Eò uerò tumultus iste magnitudinis processit, consilio remedio'que omni proculcato, ut & Imperator ipse tam graui periculo permotus, absque corona & consueto Imperiali habitu, in Hippodromum procurrerit: & per præcones populo denunciarit, paratum se esse imperio cedere. Satis uerò se scire, fieri omnino non posse, ut uniuersi dignitatem eam, quæ plurimos minimè ferret, capesserent. Vnum autem prorsus oportere esse, qui sibi succedens, & administrationis habenas tenens, Imperium gubernaret. Quod ubi populus Constantinopolitanus audiuit, subitò ueluti diuino quodam momento animum mutauit: & Imperatori statim, ut coronam imponeret, seditionem se soluturum, & deinceps quieturum esse pollicitus, supplicauit. Perbreui autem deinde Anastasius tempore uixit, paulo post defunctus, quum uiginti septem annos, menses tres, & totidem dies infeliciter, & cum animæ suæ exitio, imperium Romanum administrasset. Continet sedecimus iste historiæ liber annos quadraginta quatuor, & menses tres: quum à condito mundo quinquies millesimus trigesimus quartus, à diuina autem Domini natiuitate quingentesimus uigesimus nonus ageretur annus.

Anastasius Imperatori clausulã, Qui crucifixus, &c. tersancto hymno additam uoluit.

Macedonium clausulæ eius adijciendæ auctorem non fuisse.

Imper. Anastasius Macedonium grauiter persequitur.

Tumultus Constantinopolitanus aduersus Imperatorem Anastasiũ, propter adiectionem clausulæ, Qui crucifixus, &c.

Ibi Anastasius imperium deponere paratus est.

Anastasij mors.

Anni huius libri.

De

NICEPHORI CALLISTI DE ZENONE IMperatore.

ZEno Romanorum Imperator, non ea à natura, qua Leo ante eum fuit, crudelitate: neq; ita irasci solitus est, ut placari semel commotus nequiret, quod Leo facere consueuerat. Ambitionem & liberalitatem in rebus multis præ se tulit. Et res pleraſq; , ut gloriam & admirationem hominum sibi pararet, ex ostentatione magis quàm ex animo fecit. Rerum gerendarum experientiam non habuit: neq; artes eas , quibus certò ac tutò imperium administratur , tenuit. Lucris & auaritiæ non itidē , ut Leo, effictim inhiauit , neq; aduersus copiosos & locupletes homines calumniose crimina confinxit : non tamen prorsus à cupiditate pecuniæ uacuus fuit. Sanè quidem non malo Principe Romani usi fuissent, nisi Sebastianus, qui secundum Zenonem potestati plurimùm ualuit, quocunq; uellet illum duxisset. Is perinde atq; in foro quodam uenalia habebat omnia : neque quidquam in aula esse , de quo non cauponaretur, passus est. Proinde magistratus omnes uendidit , suam sibi, suam etiam Imperatori emungens à mancipibus pecuniam . Quòd si quispiam aduenisset, qui paulo plus precij dinumeraret, is præcipuus habebatur. Neq; in palatio Imperiali quidquam fuit, quod ille, si emptorem inuenisset, non uendiderit . Zeno ipse si quando honorem dignitatem ue alicui familiarium suorum contulisset, Sebastianus tanquam πολιτοπάτωλος, h.e. reipub. caupo quidā, eam ab illo parui redemptam, alijs pluris uendidit, Imperatori æruscationem huiusmodi acceptum ferens.

Zenonis huius filius, cui etiam ipse in Imperij administratione successit , siue Zeno , ut apud Suidam est , siue Leo, ut alij scribunt, nominatus , in spem imperij natus , adolescentulus admodum ad dignitates est euectus. Hunc in exercitijs corporis pater, quo maturius adolesceret, educari atq; instituti curauit. Quapropter illum iuuenem , qui cum potestate in Imperiali aula fuere , ut affatim reip. bonis perfrui addisceret , Sybariticæ crapulæ & ingluuiei assuefecerunt , lenocinantes puero, eumq; ad illicitos & abominandos concubitus, quos nominare fas non est , erudientes. Itaq; cum uitæ quotidianæ consuetudine summum bonum in uoluptatibus & fastu collocaret , & in ipsa Imperij expectatione inflatam arrogantiā uultu gestuq; corporis exhiberet , sublimis incedere , collum altius sustollere, & (ut semel dicam) homines omnes tanquam mancipia despicere cœpit. Enimuerò quæ omnia respicit diuina Prouidentia, tanta eius , quæ uel natura insita, uel institutione ei instillata erant uitia cernens , æquum esse res hominum miserata iudicauit, ut ante diem præter fatum decederet. Quod sanè ita est factum: quum ille in profluuium, quod non sentiret, uentris, diebus aliquot lectum ipse suum pertacans, incidisset.

DECIMISEPTIMI TOMI CAPITA.

I De imperio Iustini primi: & ut ab eo interfecti sint Amantius eunuchus , Theocritus , & Vitalianus.

II Qui ea ætate sacris administrandis summarum sedium fuerint episcopi. De Seuero , Paulo , & Euphrasio, Antiochiæ episcopis.

III Ut iterum Antiochia à terræ motu sit afflicta , ubi etiam Euphrasius episcopus ruinis obrutus est: cui successit Euphræmius, & de alijs urbibus, quibus damnum à terræ motu est illatum.

IIII De sancto Zosima miraculorum editore, & Ioanne Chuzicita.

V De altero sancto Zosima. De Maria Aegyptiaca, & Theodora Alexandrina.

VI Quæ res in ciuitate Negra acciderint, & de sancto Aretha martyre.

VII Ut Iustinianus magnus Imperio suscepto , professionem & fidem Chalcedonensem defenderit: Theodora uerò coniunx eius magis ad partes eorum , qui unam naturam CHRISTO tribuunt, fuerit inclinata.

VIII Ut Seuerus reuocatus sit. De epistolis eius . Et ut cum Anthimo perniciem corruptelamq; suā communicauerit. Et ut in omnibus ecclesijs quarta synodus laudata sit, & prædicata.

IX De synodis, quæ contra Anthimum, Petrum, Seuerum, & Zooram sunt coactæ. Ut sancta quarta synodus ubiq; locorum sit comprobata. De Agapeto, Agathone, & Ioanne, Romanis episcopis, ut ij Byzantium uenerint.

X De historijs Procopij Cæsariensis. Quæ de Persica pugna is scribat. De seditione & tumultu populari Constantinopoli moto : quæ seditio uiuæ, hoc est, Vince , dicta est.

XI Res Vandalorum. De Honorichо : & eius ætatis martyribus. De Cabaone Mauro , & quæ pro Christianis egerit.

XII Ut Bellissarius Vandalis deuictis , triumphum maximum Constantinopoli egerit. Et de sancto martyri Cypriano. Item de Maurorum gente, atq; origine eius.

XIII De rebus in Italia à Bellissario & Narsē gestis: & uaria Romanæ urbis per hostes occupatione. De Syluerio & Vigilio episcopis . item de eis gentibus , quæ Christianam susceperē fidem. Et de Narsæ ducis imperatorijs artibus, & erga Deum pietate.

XIIII Ut Chosroes per inuidiam pace fracta , Romanum inuaserit imperiū . Et de Antiochia, aliarumq; urbium hostili occupatione.

XV De miraculo, quod Apameæ ad salutiferum crucis signum accidit.

XVI De re mirifica Edessæ , supra opinionem & fidem omnium, ab imagine Domini DEI & seruatoris nostri IESV CHRISTI non manu facta, gesta.

XVII De cruce magni precij , quam Iustinianus Sergiopoli dedicauit. Et de miraculo ibi propè incredibili edito.

XVIII De sæuissima eius temporis pestilentia & contagione , quæ orbem quinquaginta & duos annos incessit.

XIX Quæ Euagrius historicus de inexplebili pecuniarum cupiditate Iustiniani scripserit.

XX Descriptio Augusti templi DEI VERBI SAPIENTIAE, quod Iustinianus Deum sanctissimè colens instauraui.

XXI De Imperatoris eiusdem amore, potius quàm furore , erga cyaneum , seu cæruleum colorem.

XXII De Barsanuphio monacho. itē de Ioanne. item de Simeone propter CHRISTVM fatuo.

XXIII De Thoma, qui & ipse uitam tacitam extra hominum strepitum est complexus.

XXIIII Ut Magnus Sabbas & Theodosius Cœnobiarcha sub Iustiniano uitam finierint.

XXV De miraculo insigni , quod puero Hebræo à sanctissima Deigenetrice accidit.

XXVI De episcopis magnarū tum temporis urbiū , & de dissidio Menæ & Vigily episcopi Romani.

XXVII De sancta magna quinta uniuersali Synodo.

XXVIII De blasphemijs Origenis, & anathematismis , quibus est à synodo mactatus: & de quibusdam ecclesiasticis cæremonijs.

XXIX Ut Iustinianus recta fide excidens , impatibile ante passionem Domini nostri corpus fuisse, professus est.

XXX De Anastasio Theopolis episcopo Sinaita.

XXXI Ut Iustinianus mortuus sit, & de opinione & fide eius

XXXII De Auxumitis, ut Christianum cultum susceperint : & de alijs quibusdam.

XXXIII De Iustini iunioris imperio, moribus q; eiusdem.

XXXIIII Ut is Iustinum cognatum suum, item Aetherium & Addeum, homines impios & pernitiosos, occiderit.

XXXV De edicto literis de fide publicato, quod Iustinus ad omnes ubiq; misit ecclesias , ne quid in professione fidei nouaretur.

XXXVI De magnarum urbium episcopis, & Gregorio Theopolis antistite.

XXXVII Ut pacta conuenta inter Persas & Romanos soluta sint.

XXXVIII Ut Chosroes incursione in Orientale imperium facta, & castella cæperit, & prædam multam abduxerit.

XXXIX Ut Iustinus immenso dolore correptus , in morbum phrenitidem inciderit , & Tiberius rem-

publicam administrarit. Et ut arte quadam Chosroen aggressus Tiberius, pacem cum eo fecerit. A

XI *Ut Iustinus Tiberium in imperio sibi substituerit: & quæ ad eum moriens, de imperij administratione uerba fecerit.*

ECCLESIASTICAE Historiæ Nicephori Callisti Xanthopuli, Tomus XVII.

CAPUT I.

Iustinus Imperator lectus.

VAE quidē sub Zenone & Anastasio ecclesijs accidere, talē habuere modū. Vbi uerò Anastasius ad infima cōcessit iudicia, Panemi mēsis, qui apud Romanos Iulius dicit, die nono, Iustinus Thracia patria habēs, purpurā sumpsit, ordinū aulicorū dux, à custodibus corporis Imperatoris, quibus præfuerat, præter spem omnē princeps declaratus. Multi uerò tū opibus & copijs, nec nō Anastasij cognatione ad magnā pcesserāt gloriā, qui Imperiū tantū susciperē possent, quicq; id adeò pro rerum omnium licentia ad se pertraherent. Præter alios Amantius Imperialium cubiculariorum præfectus fuit, qui ingentes sibi opes comparauerat. Porrò quum ipsi qui uirilibus careret, ad tantum Imperium aspirare minimè liceret, Theocrito cuidam, quo amico maximè utebatur, Imperij coronam imponere conatus est. Et Iustinum hunc accitum pecunia ingenti tentare eos B iussit, quicunq; Theocrito purpuram circumdare uellent & possent. At hic sibi ipsi imperium quærens, statim pecunia populum corrupit, eorumq; qui Excubitores dicuntur, beneuolentiam auro redemit. Et purpura sumpta, Amantium primùm & Theocritum è medio sustulit; deinde & alios quoscunq; idoneos ad Imperij fasces suscipiendas esse putabat, occidit. Vitalianum autem, qui sub Anastasio ad tyrannidem aspirauerat, in Thracia agentem, cum honore multo ad Imperialem urbem accersit, opes eius, spectatamq; militariū artium industriam, & præclaram insuper apud omnes famam suspectam habens: & illud simul maximè per timorem in animo uoluens, quòd hominem Imperij amore teneri sciret. Cæterùm cum probè nosset, non aliter illum tolli posse, nisi se illi amicum esse assimularet, personamq; haud contemnendam imponeret, ducem illico maximorum ordinum legit: Præsentes lingua Latina ordines eos uocat. Indies porrò illecebra & fraude maiore utens, ad consularem quoq; dignitatem eum euexit. Eò amplitudinis ubi peruenisset, quum uersari in aula Imperiali necesse haberet, ad quandam in media aula ianuā dolo occiditur: dignas opinor, scelerum pœnas luens, quibus antea in Romanum imperium per præcipitem audaciam illuserat. Hæc paulo pòst acta sunt.

Cædes Amantij & Theocriti.

Item Vitaliani.

Præsentiū ordines.

Suprà lib. 16. cap. 35.

CAPUT II.

Alium Romanorum pontificum catalogū texunt Latini.

ECclesijs eo tēpore præfuerunt Romæ, Hormisdas pòst Laurentium & Symmachum: Hormisdæ autem Agapitus, huic porrò Agathon episcopus successit. Byzantij pòst Macedonium, Timotheus: pòst Timotheum, Ioannes Cappadox thronum est sortius. Alexandriæ pòst

Primarij rum eccle siarum epi scopi.

A pòst Ioannem Dioscorus ecclesiam rexit. Hierosolymis, pòst Ioannem qui Heliæ successerat, Petrus adhuc sedem obtinebat. Antiochiæ uerò, Seuerus Flauiani successor thronum per tyrannidem tenebat, plurimùm in Chalcedonensem synodum inuehens. Is quum ita animatus esset, quotidie (ut ita dicam) anathematis Synodum eam subiecit: potissimùm uerò in eis quæ Enthronisticæ siue Synodales dicuntur epistolis, quas ad loci cuiuslibet patriarchas mittebat. Vnus autem eas Ioannes, qui prior Ioanni Alexandriæ successerat; atq; item Dioscorus & Timotheus, recipiebant. per quos nugamenta multa aduersus Ecclesiam sunt inducta, & populus in innumerabiles opiniones diuisus. Sedenim Imperator fidelissimus primo Imperij sui anno, Seuerum commeritas petulātis uerborum lubricitatis pœnas pendere, linguamq; eius radicitùs exscindere iussit. Rei ei, sicuti de eo fama percrebuit, Irenæus præfuit, militarium ordinum Antiochiæ dux. Quod sanè uerum esse, literis suis Seuerus ipse confirmat; Irenæum uidelicet pœnam sibi eam tumultus concitati gratia molitum esse. Ad amicos enim quosdam Antiochenos scribens, exilium suum fugamq; commemorat, & quàm plurima in Irenæum scommata & conuicia iacit, propterea quòd diligentius illē custodibus dispositis hominem, ne ex urbe Antiochena profugeret, seruarit. Noui ego quosdam qui scribunt, à Vitaliane pœna hac Seuerum esse affectum, quum primas adhuc apud Iustinum ferens, linguam illius ab eo petijsset: quòd scilicet in scriptis suis Seuerus, conuicijs sæpè illum impetijsset. Cæterùm thronum Antiochenum deseruit Gorpiæo mense, quem Septembrem Romani uocant. Eius discessu in sedem eam Paulus conscendit, qui perinde atq; ille aduersus quartam Synodum occultè per rabiem latrauit. Ac tum quidē ille Sy- B nodum eam publicè est professus: paulo pòst uerò sua sponte se ab ecclesijs subduxit, & ad communem deindè locum uita finita abijt. Et pòst hunc Hierosolymis ueniens Euphrasius, episcopatum Antiochenum suscepit.

Seuerus synodi Chalcedonensis oppugnator, et dissidij multi author.

Huic linguæ, Iustino iubente, exscindi debuit.

Seueri successor Paulus, huius Euphrasius, apud Antiochenos.

CAPUT III.

Incendium & motus terræ Antiochiæ.

QVo tempore multa simul & frequētia Antiochię incendia ueluti præiere motibus futuris, & prooemia fuere eorum quæ illam comprehē sura erant malorum. Tempus enim nō ita multum intercessit, quum septimus Iustini imperij ageretur annus, mensis decimus, Artemisio mense, cui apud Romanos Maij nomen est, uigesimonono die, meridie maximè uigente, motus terræ unà cum cōcutiente ebullitione urbi incūbens, eandemq; funditùs quassans, deformen & horrendam reddidit: & quicquid in ea eximiū fuit, in solum coniecit. Ad quam cladem fulmen quoq; accessit, ita ut ea mala calamitatem inter se diuisisse uiderentur. Bonā enim ciuitatis partem terræmotus & concussio solo æquauit. Si quid uerò clades eæ intactum reliquissent, ignis imminens consumpsit, atq; in cinerem & puluerem admirando prorsus modo redegit. Cæterùm quomodò & quanta mala ciuitas ea sit perpessa, quas ue ędes & publicas porticus, alia quę illustria eius opera, incendio simul & terræmotui quasi † succisiuum opus consumenda præbuerit: insuper quàm admirandæ & παράγγελμα orationem omnem excellentes ærumnæ diuinitùs ad casus eiusce modi accesserint, Ioannes Rhetor singulari cum affectu oratione uenusta exponit, historiæ suæ calamitate tali finem imponens. In multis hisce cladibus Euphrasius quoq; episcopus, ędificiorū ruinis oppressus interijt: uidelicet ne quis ex idoneis, qui curam prouidi in tantis malis urbis eius gereret, uiris relinqueretur. Sedenim quæ omnia inspicit diuina Prouidentia, quæq; uindictę gladios miserationis oleo exacuit, atq; ante plagas ipsas remedia instruit, atq; adeò ab ipsa statim (ut ita dicam) desperatione benignitatem profert, Orientalium copiarum Impera-

Clades maxima eius urbis

Euphrasij episcopi interitus.

Prouidētia diuina in mediis malis opem benignè fert.

toris mandato præfectũ Euphræmiũ exitauit, ſolicitudinẽq́ pro ciuitate omni A
ſuam ita declarauit, ut nihil eorũ quæ opus eſſent, per Euphræmiũ prorſus prę-
Ephræmius Orientis præfectus, epiſcopus Antiochenus eligitur. termitteret. Hũc Antiocheni curę & adminiſtrationis eius admiratione epiſco
pum deligunt. Atq́ ille ſedem eam, perinde atq́ præmiũ aliquod atq́ remune- *Alius terræ motus Antiochiæ.*
rationem tantæ ſuæ procurationis, à Deo reciperet, nõ repudiauit. Poſt mẽſes
autem triginta, grauiſſimas rurſus à terræmotu pertulit eadem ciuitas grumnas:
Antiochia Theopolis nominata. quum deinde à Iuſtiniano debitam conſequuta eſt curam, ſeu prouiſionem, &
Theopolis, hoc eſt, Deiciuitas nominata. Vnuſquiſq́ enim ciuium CHRISTI
nomen pro foribus inſcribens, eo modo terremotum diſpulit, quum Deus re-
ligioſo cuidã homini oraculo hæc uerba foribus inſcribere præcepiſſet: CHRI-
Terræmotus in locis alijs. STVS NOBISCVM: STATE. Eiuſdem Iuſtini Imperij tẽpore Epidamnus
etiam, quę nunc Dyrrachium dicitur, plurima à ſæuis terræmotibus ſuſtinuit
damna. Et item Corinthus, quæ in terra Græcia ſita eſt. Idem uerò & Anazar-
bus, quę ſecundę Cilicum genti præeſt, pertulit. Quas urbes magna pecunia
Edeſſæ clades ex amnis ingenti exundatione. Iuſtinus reſtaurauit. Sub eodem imperio Edeſſenorũ quoq́ felix ciuitas, quę
maxima ſimul & populoſiſſima in prouincia Oſroenorum eſt, mirifica Scirti,
qui eam præterfluit, amnis exundatione, in tantum eſt afflicta, ut quùm multa
ædificia ſecum cõuulſa ille abſtraxerit, tum infinitam hominum multitudinem
abſtulerit atq́ ſubmerſerit. Quos poſtquam unda rapuit, confeſtim inſtar tor-
rentis, per mediam urbem profluens euanuit. Quod ubi malum conquieuit, ta-
bula marmorea apparuit, hieroglyphicis literis hæc ſignificans:

Saltabit ciui ſaltum ſaltator acerbum.

Εκίρτησε σκιρτὸν
σκέτε λακτὸν
σκιρ τημα τῶν
πόνων.

Mulier gigantea. Viſa uerò eadem tempeſtate eſt Gigantęi generis mulier quædam, cuiuſuis ho
minis ſtaturam excellens: longitudini ei proportione latitudo etiam reſponde
bat. Porrò Imperator Antiochenis atq́ alijs calamitatibus in mœrorem coniectus, capitis diademate poſito, & pulla ueſte ſumpta, luctui ſe dedit: & urbs uni B
uerſa cum eo pullata, & ipſa eorum quæ acciderant malorum cauſa luxit. Im-
Reſtitutio concuſſarum terræ motu urbium. perator uerò non ſolum Antiochiam, ſed & Edeſſenorum ciuitatem, atq́ Ana
zarbum, impenſis Imperatorijs ſplendidè reſtituit. Anazarbus & Edeſſa ex
fundamentis ipſis tanta magnificentia ſunt reſtauratę, ut utraq́ etiam Imperatoris ipſius appellatione ſit cohoneſtata. Quandoquidẽ uerò tantę cladis, quę
Antiochię accepta eſt, meminimus: cur non alia quoq́ digna memoratu, quę tũ
accidêre, præſenti inſerimus hiſtoriæ, ex rerum geſtarum ſcriptoribus excerpta:

CAPVT IIII.

Zoſimas uir ſanctus cladem Antiochenam præuidit. ERat tum tẽporis Zoſimas quidam nomine, ex maritima Phœnicia oriundus, Sidam patriam ſortitus, quæ non minus quàm uiginti ſta-
diis ab Tyriorum urbe diſtat: qui magnis certaminibus cœleſtem
meditabat uitam. Hic diuturno ieiunio, alijśq́ ſtudijs, quibus Deum
delectari par eſt, toto illum pectore complexus, non ſolum ad ſummum indo-
lentię faſtigium peruenit: uerum etiam donum id, ut futura perinde atq́ præſen
tia uideret, à Deo conſequutus eſt. Fuit autem Cæſareæ, quæ caput gentis Pa-
læſtinorum eſt, apud uirum præclarum, prudentia atque eloquẽtia inſignem,
dignitate quoq́ atque alijs rebus quę hominis uitam cohoneſtant præſtantem,
nec non generis nobilitate admodum illuſtrem. Quum igitur cladem Antio-
chia ex motu terræ acceptura eſſet, prolixè Zoſimas illacrymans, & ex intimo
animo ingemiſcens, ſumpto alicunde in manus ignis catillo, circũquaq́ obam-
bulans, locum omnẽ ſuffitu impleuit. Deinde humi prouolutus, precibus Dei
opem implorauit. Quum uerò Arceſilaus adeſſet, & quid nam ſibi res tam tur-
bulenta uellet, interrogaret: propalàm ille, reuereri ſe Antiochiã fatali tum caſu
conciden-

A concidentem, fragoremq́ eius aures ſuas circumſonantem, ſentire dixit. Arce-
ſilaus autem unà cum ijs qui tum ibi præſtò erant, uerbis ciuſcemodi præter o-
mnem opinionem auditis, ſtupefactus, horam eam notauit: & poſtea ea ipſa ho-
ra, qua hoc Zoſimas diuino afflatus numine prædixerat, Antiochenam urbem
in maximas concidiſſe ærumnas comperit. Plura uerò & alia quæ opinionem
omnem ſuperant, uirum hunc feciſſe dicunt: quæ ſingula commemorare, quo-
niam numerum exuperant, temporis huius non eſt. Vnum tamen aut alterum *Ioannes Chuzicites monachus.*
exponere conabor. Eodem tempore unà cum magno hoc uiro, uir quidam ui-
guit nomine Ioannes, uirtuti illi non multum cedẽs, in caſa monaſtica, cui Chu-
zicà nomen erat, ad torrentem in parte Septentrionali uiæ publicæ, quę Hiero-
ſolymis egreſſos Hierichontem defert, ſita. Hic quum dudum antea in ea quam
dixi Cæſarea Palæſtinæ epiſcopatum geſſiſſet, monaſticam tum & rebus mun-
danis omnibus carentem conſectabatur uitam. Chuzicites igitur iſte, tum ubi
Arceſilai, quem diximus, coniugem, alterum ſibi oculum radio textorio excuſ-
ſiſſe inaudiuit, nulla interpoſita mora, fœminam eam uiſurus accurrit. Et poſtq́ *Miraculũ Zoſimæ & Ioanni iſti commune.*
pupillam illi excidiſſe, & oculum in modum liquoris diffluere uidit, unum ex
comitibus ſpõgiam quàm celerrimè afferre, & humorem diffluentem in locum
ſuum cogere, ſpõgiamq́ ipſam quantum poſſet faſciola colligare iuſſit. Aberat
autem domo Arceſilaus, & cum Zoſima in phrontiſterio ſiue monaſtico tugu-
rio, quod ad uicum Sida cognomine ſitum erat, & à Cæſarea ſtadijs propè quin
gentis diſtabat, conuerſabatur. Colloquenti uerò ei cum Zoſima, celeriter do-
mo accurrentes famuli, caſum uxoris renunciant. Quo derepentè audito, ille in
prolixiorem incidit luctum, & capillos uellens in aerẽ iactitabat, & mœrorem
cohibere non poterat. Cauſam eius conturbationis Arceſilao commemorante,
ſermonemq́ ſuum gemitu frequenti interpolante, Zoſimas cognoſcit, Arceſi-
B laum ita miſerabiliter affectum ſtatim relinquit, & in ædiculam ubi illi mos erat,
pro eo atq́ par eſt, ſeorſim cum Deo colloqui, currit. Atque paulo pòſt inde e-
greſſus, ueluti lætus & exultans, uultu ſubridenti & hilari: Abi (ad Arceſilaum
inquit) ab, Chuzicitæ gratia data eſt, & uxorcula tua modis omnibus ualet:
quòd nequaq́ obeſſe illi, propter Chuzicitæ præſentiã, caſus acerbus potuerit.
Neq́ id falſum fuit. Nam eadem in re uterq́ miraculum pariter edidit. Nouum *Ioannes in cuniculis terræ habitans.*
præterea Ioannem iſtum peregiſſe uitæ genus ferunt, ita ut cuniculatim meatũ
quẽdam tortuoſum ſub terra effoderit: ibiq́ turbã frequẽtem auerſans, quietem
cõſectatus ſit. De Zoſima autem illud quoq́ memoriæ proditum eſt. Ibat uir ſan
ctus aliquando Cæſaream, aſellum ſecum trahens: cui res quaſdam neceſſarias
geſtanti, ſubitò inſtitit leo. Atq́ is iumento rapto, aufugit. Conſequutus autẽ
eum per ſyluam eſt tardiore gradu ſenex. Leo, quoadu ſq́ ad eum Zoſimas per- *Zoſimæ leo ſerua paret, & clitellas eius geſtat.*
uenit, aſini carnibus interea exſatiatus, diſcedere ab eo parabat. Porrò Zoſimas
hianti orẽ hilarius leonem inſpiciens: Atqui, inquit, ô amice, mihi ea uis nõ eſt,
ut humeris aſini clitellas portare ualeam, qui eò ætatis peruenerim, & egeſtate
emarcuerim. Subeundum igitur tibi onus eſt, & naturæ prærogatiua reiecta cõ
trà q́ recepta iura ferunt, faciendum, ſiquidem liberari à me & fera amplius eſſe
uis. Ibi tum leo, perinde atq́ ſemel feritatem abieciſſet, ſenſim ad Zoſimã acce-
dit, cauda hominem diſtringit, & in rebus omnibus ſe illi pariturum oſtendit.
Senex autem Zoſimas impoſito humeris leonis faſce, Cæſaream uſq́ eum duxit:
ſatis apertè declarans, omnia obedire homini ei, qui ex præſcripto Dei uitam ſi-
bi degendam, conſtanterq́ gratiam & datas cœlitus leges, extra errorẽ omnẽ
conſeruandas ſtatuerit: haud aliter quàm olim generis noſtri principi Adam.

CAPUT V.

Zosimas alter.

ALter uerò tum quoq; enituit Zosimas, non ille quidem solitariam degens uitam, sed in quodam Palestinæ cœnobio inter monachos commune certamen persequens. Quem sacerdotio fungentem, rem diuinam arcanorum mysteriorũ Aegyptiacæ illi fecisse aiunt. Illi inquam Aegyptiacæ, quę tantopere primùm carnis uoluptate diffluxisse dicitur, ut nihil prorsus carnalis petulantię intentatum reliquerit: eo'que uitioſę libidinis peruenierit, ut eam uerbis eloqui nemo possit. Deinde uerò ad summam uirtutem ita euasisse, ut altera ab altera illustraretur. Sedenim ut illa in Aegypto prognata, & quo uitæ genere usa, multos libidinis magnitudine in potestatem suam ceu mancipia redegerit: & ut diuino nutu ad sacrosanctum lignum uenerandum excita, in uiam se dederit, atq; inde diuertens Iordanis quoq; flumen transierit, & in interiorem solitudinem se abdiderit, neq; cum quopiam homine prętereq; uno isto Zosima colloquuta sit, ciboq; simul & uestitu abstinuerit: denique ut inter precandum in sublime sublata, cum Zosima hoc uerba contulerit, uitamq; hanc finierit, & de diuina communione participauerit, nec non ut illi leo sepulchrum effossum parauerit, & uitæ ipsa exemplum pœnitentiam agere uolentibus commodissimum reliquerit: Sophronio, qui olim Hierosolymitanam sedem antistes exornauit, memorandum relinquemus, qui eleganter sanctæ eius fœminæ & Zosimæ uitam descripsit. Mihi namq; ad alia exponenda properanti, his immorari non licet. Cæterum paulo ante hoc tempus, Theodora illa inter fœminas admiranda, illustris fuit, quam * ad Alexandrinæ urbis regionem Nonam animo magno monasticæ uitæ certamen pertulisse fama est. Fraude enim quadam furtim in stuprum adducta, posteaquam se diuinum numen læsisse cognouit, diuitias omnes atq; generis splendorẽ mandato Dei posthabens, & sub uirili habitu muliebria occultans, eam quæ supra naturam est uitam exegit. Eamq; rem ita contexit, ut crimẽ etiam illud subierit, quasi pueri procreati pater fuisset. Quã illa apertam calumniam ita fortiter sustinuit, ut puerũ perinde atq; ipsius esset, mandra sua monasticaq; cella expulsa receperit, eundem'que coacta tenerũ, q̃ ad in uirum euasit, educauerit: quum crimine se, exigua corporis parte exhibita, liberare potuisset. Illa uerò ad finem usq; sexum, sicuti instituerat, celare perseuerauit. Maximis etiam gratiarum donis est cohonestata, adeò ut & feris imperarit, eamq; de rebus quibusque precantem Deus exaudierit. Ad quem tãdem, laborum suorum præmia receptura, migrauit: Eam porrò migrationem monasterij præfecto ostendit author ipse & conciliator bonorum, ascensum uidelicet quendam mirificum, & domum longè splendidissimam, per quam Theodora ipsa à comitatu & satellitio illustri producebatur.

Maria Aegyptiaca.

Sophronius Hierosolymitanus uitam eius descripsit.

Theodora sub uirili habitu in monastica uita pœnitentiam egit.

Calumniam sibi intentatam patientissimè tulit.

μετὰ τὸν ἀλεξανδρείας εἶναι τόπ.

B

CAPUT VI.

Arethas martyr. Negra ciuitas Arabiæ martyrio defuncta.

EAdem tempestate & Arethas martyr certamen pro Christo obijt, in ciuitate cui Negræ nomen est. Et ille toti à maioribus ipsis Deo dicatæ prefuit. Sita uerò est alicubi ad fines Arabiæ felicis. Hanc rebus plerisq; florere, & quæ Deo grata essent facere, humani generis inimicus minimè ferens, sæuam aduersus eam concitauit procellam. Namq; in Iudæum quendam illapsus, Mosen quidem patrem & legislatorem se habere gloriantem, re autem ipsa prorsus à legibus & iure naturæ abhorrentem, atq; in finitima Homeritarum regione tyrannidem exercentem, contra eam quam dixi, consurrexit urbem. Ac posteaquam illam adortus, omniaq; expertus nihil egit, quòd simul & mœnibus munitissimis, & militum uirtute, quos in urbe habebant, tyrannum ciues repellerent, ad ueterem patris sui armaturam, mendacium scilicet

Iudæus Homerites Pseudomoysei.

A scilicet ipsum, se conuertit: & amici personam sumpta, pacem cum illis pepigit, atque ut sibi cum paucis uidendæ urbis gratia eam ingredi liceret, petijt, iureiurãdo per patrij Dei nomen interposito, nihil se mali aut cogitaturum, aut facturum. Illi uerò sunt assensi. At ubi tyrannus intra muros acceptus est, non diu moratus, personam & figmenti scena posita, cum CHRISTI ouibus lupus est congressus. Et postquam periculum ciues à CHRISTO auertendi fecit, atq; à scopo consilij sui aberrauit, alios tandem ferro, alios autem igni & tormentis uarijs, ciuitatem uidelicet uniuersam holocaustum Deo obtulit. Inter quos Arethas generosissimus martyrij recepit coronam. Egregium quoq; ibi uirilis animi specimen edidit alius quidam, mulierculæ unius, ex eis quæ ad pyram accensam rapiebantur, filius. Hunc etenim tenerum adhuc, tyrannus retinens, distrahere à matre conabatur, demulcens illum, & quicquid ad animum adolescentuli alliciendum faceret, obijciens. Ibi uerò puer matrem aspiciens, femur tyranni momordit, & ad illam procurrit, atq; ita unà cum matre sacrificium suaueolens per litationem ad Deum est transmissus. Ac ciuitas quidem uniuersa ad hunc modum ferro & igni Deo est oblata, & ueluti pulchra & irreprehensibilis sponsa immortali coniuncta sponso. Verumenimuerò quum uniuersitatis huius Deus libenter admodum sanguinem illorum reciperet, non tamen sustinuit, quin debitas tam impiæ & flagitiosæ crudelitatis pœnas sumeret. Porrò Dunaan ipse (hoc enim tyranni nomen erat) ciuitate ita capta, non animaduerit, se inuitum quoq; illam ad sempiternam transmittere, sibijpsi autem cum probro temporaneam hanc adimere uitam, miserandum'que in modum se ad perpetua dejicere supplicia. Postquam enim Iustinus, quæcunq; Homerites aduersus urbem eam fraudulenter instituisset, & contra sanctos facere perrexisset, intellexit, ob factum id uehementer commotus & ira percitus est. Ilicet ad Elesbaan Aethiopũ

B ducem Christianorum sacra apprimè colentem scribit, ad legitimam illum uindictam de periuro illo & impio æmulatione sancta sumendam concitans: ut apparatu belli omni & expeditione militari, quæ regem deceret, illum quidem contereret, pœnam autem cõdignam pro cęsis CHRISTI ouibus exigeret. Ille porrò sua quoq; sponte, pro suo in CHRISTVM amore ad id propensus, auxilijs ab Imperatore non pœnitendis, ex militaribus quæ in Oriente & Aegypto erant copijs, acceptis, armatura crucis se instructũ munit, & aduersus Hebræũ ducit. Atque terra mariq; cũ exercitu hostem, cuius ditio plurima ex parte maritima erat, adortus, fortiter admodũ cum eo signa confert, & uirtute maiore in prælio uictor euadit, hostemq; unà cum multis alijs genere sibi coniunctis uiuum capit, & omnes eos ferro cædit. Et præterea oppidi eius regione omni expugnata, atq; prorsus deuastata, gloriam sibi princeps inclytus parit sempiternam. Cæterùm quum beatus ille Elesbaan probè sibi conscius esset, belli se socium auxiliatoremq; habuisse rerum omnium Deum, cuius ope internecione
„ aduersarium crucis Iudæum concidisset: Quod quidem, summe Imperator, in-
„ quit, tibi pro eo atq; par est, pro subministrato mihi tanto auxilio reddam, non
„ habeo. Quod uerò mihi est regnũ (id quod apud omnes habetur charissimum)
„ tua gratia hodie depono. Atq; cum hisce uerbis purpura diademateq; abiecto, sacram ædem ingressus est. Et capite raso, asperaq; monachorum lacerna sumpta, in angustam quandam cellam, ita ut per uitam omnem a diri non posset, se abdidit. Ibiq; pane solo & oleribus quibusdam pro cibo usus est: & deinde uita sanctè finita, ad felicem & sempiternam transijt mansionem. Verùm, ne talia multa mihi recensenti, ad prolixiorem magnitudinem institutum excrescat opus, ad reliquam historiam exponendam reuertor.

Puer martyr, qui cum matre cremari maluit, quàm in tyranni blandicijs acquiescere.

Elesbaan dux Aethiopũ, nutu Dei & Iustini instinctu, Pseudomoysen Dunaan bello ulciscitur, & Christianum sanguinem ulcisci dicat.

Elesbaan monachatum suscipit.

CAPVT VII.

ANnum octauum,& præterea menſem nonum, diem'que tertium in Imperio Iuſtinus agebat, in extrema iam conſtitutus ſenecta, atq; ad rerum publicarum adminiſtrationem minimè idoneus erat, præterquam quòd morbo etiam quodam graui diſtinebatur. Iuſtinianum igitur ſororis ſuæ filium,patricium,ducem'q; ſummum,Imperij ſocium legit. Iuſtinianus more ſolenni Auguſtus declaratus primo Aprilis menſis die,auuunculum prima deinceps Auguſti (tum enim is extremum diem ſuum obijt) amiſit, cum quo menſes quatuor imperauit. Integrum autem imperij Iuſtini tempus annorum nouem trium'que dierum fuit. Iuſtinianus porrò ubi Imperio toto ſolus potitus eſt, ſynodus Chalcedonenſis Iuſtini ſanctionibus in omnibus ubiq; eccleſijs obtinebat, quemadmodũ ſuprà à me dictum eſt. Adhuc tamen in quibuſdam prouincijs res eccleſiaſticæ propter turbas in ſtatu ſuo non erant. Potiſſimùm uerò id mali in urbe Imperiali, & Alexandria ipſa obuerſabatur: ubi etiam non ita liberè prorſus iactabatur. In urbe imperante poſt Epiphanium, qui Eccleſiæ annis ſedecim' præfuerat, & Ioanni ſcholaſtico (is autem annum unum epiſcopatum geſſit) ſucceſſerat, Anthimus Trapezunte translatus, nulla gloria epiſcopatum adminiſtrabat: Alexandriæ uerò Dioſcori, quem diximus, ſucceſſor Theodoſius, ſacra curabat. Vterq; uerò, & Anthimus & Theodoſius, unam naturam in Chriſto eſſe, etiam poſt unionem, opinabantur. Verùm Iuſtinianus magno animo Chalcedonenſem ſynodum defendebat, ſanctionibusq; eius admodum addictus erat. Cõiunx autem eius Theodora, eos qui unam profitebãtur naturam, idipſum magis ueritati cõſentaneum eſſe arbitrata, tuebatur. Si quando enim de fide oboritur controuerſa, non modò parentes à liberis, & contrà, ſed etiã cõiunx à marito ſuo, & uir à cõiuge per ſeditionem diſſentit. Iuſtinianus ſanè & Theodora, neſcio quo pacto (fortaſſe autẽ ex cõpoſito) opiniones diuiſerant, ita ut ille quidem duas naturas in Chriſto poſt unionẽ quoq; profitentes propugnaret, hęc autem unam aſſerentibus naturam adhęreret. Neq; ſibi inuicem quidquam concedere uidebantur: Iuſtinianus ſcilicet in Chalcedonenſibus decretis fortiter admodum perſiſtens, ea'que defendens: Theodora uerò aduerſæ maximè parti addicta, quæ eis quæ naturam unam deprædicabant, multam curam præſtabat, neq; noſtrates interim prorſus negligens. Illis uerò tum ingentem impendebat pecuniam, eos'que quàm maximè adiuuabat.

Iuſtinianus Iuſtini in Imperio ſucceſſor.

Epiſcopi Conſtantinopol. Epiphanius, Ioannes, Anthimus: Alexãdriæ, Dioſcorus, Theodoſius.

Iuſtinianus Chalcedonenſem tuetur ſynodum.

Theodora Auguſta contrà nititur.

CAPVT VIII.

SEuerus quum ea eſſet ſentẽtia, ſæpius illa Iuſtinianum aggreſſa, uix tandẽ ei perſuadet, ut Seuerũ Cõſtantinopolim euocet. Circũferuntur hodie quoq; Seueri ad Theodorã Auguſtã & Iuſtinianũ ipſum epiſtolę, per quas oſtendit, quum primùm quidẽ ille profectionẽ ad eos ſuã, ex quo Antiochenã reliquit ſedẽ, diſtulerit, poſtea aũt ad Imperantẽ peruenerit urbẽ: ſe & Anthimũ eadẽ ſenſiſſe, eandẽq; ſecum de diuino numine opinionẽ illũ obtinere reperiſſe: ſeq; illi etiã, ut thronũ ſuũ relinqueret, perſuaſiſſe. Scribit aũt hæc quoq; ad Theodoſiũ Alexandrię epiſcopũ, in quibus literis gloriari etiã uidetur, quòd in eam ſententiã eum ipſum Anthimũ adduxerit, ut eiuſmodi deteſtãda dogmata temporaneę etiam iſti glorię ſupremęq; cathedrę præferret. Sed & Anthimi hiſce de rebus, atq; itidem Theodoſij ad Seuerum & ad Anthimum epiſtolę extant: quas eam ob cauſam prætermiſi, ne ingentem talium ſcriptorum copiam in hoc opere accumularẽ. Enimuerò quòd cum Imperatore nõ conſentirent, ſed contra illius iuſſiones uenirent, & Chalcedonenſem ſynodum non reciperẽt, uterq; & Anthimus & Theodoſius è ſedibus ſuis deturbati ſunt. Itaq;

Seuerus Conſtantinopolim euocatus.

A Itaq; in Alexandrina Zoilus, in Conſtantinopolitana autem Menas ſucceſſit. Accidit tum, ut in eccleſijs omnibus Synodus Chalcedonenſis clarè prędicaretẽ, & ut nemo illam uel anathemate uel calumnia expetere auderet. Qui uerò aliter facerent, omnibus modis adigebantur, ut pedibus in eandem ſentẽtiã irent, in ea'q; conquieſcere cogerentur. Promulgauit quoq; cõſtitutionem Iuſtinianus, in qua Seuerum unà cum alijs anathemate ferit: & præterea quicunq; illi addicti eſſent, opinionem'q; alienam cõplecterentur. Atq; eoſdem etiam grauibus pœnis ſubijcit. Ita factum, ut timore omnes percellerentur, & cunctæ ubiq; eccleſię idem ſentirent, neq; poſtea ſchiſma ſiue diſſidium aliquod in eccleſijs reliquum eſſet: ſed ut omnes omnium ditionum patriarchæ inter ſe conuenirent, & locorum quorumq; epiſcopi duces ſuos ſequerentur, propalam'q; per orbem uniuerſum in eccleſia quatuor tantum Synodi celebrarentur: prima, Nicæna trecentorum decem & octo patrum: ſecunda, Conſtantinopolitana: tertia, Epheſia prior: quarta, Chalcedonenſis. Coacta uerò eſt quinta quoq; Iuſtiniani iuſſu, de qua loco ſuo dicemus.

Zoilus Theodoſij Alexandriæ ſucceſſor: Anthimi Conſtantinopoli Menas.

Chalcedonenſis ſynodus cõprobatur.

Conſtit. 42. Nouell.

l. reddentes honorem. §. ſuſcipimus autem. C. de ſumma Trinitate.

CAPVT IX.

ILud notare cõuenit, eum quem diximus Anthimum Epiphanij ſucceſſorem, uerbo quidem ſanctam quartam Synodum recepiſſe, reuera autem abominatum eſſe atq; damnaſſe. Et quum comprobare eam, atq; anathemate eos iugulare, quos illa reijceret, adigeretur, & id ipſum facere differret, alias ex alijs cauſas morę confingens: interea accidit, ut Agapetus ueteris Romæ hierarcha Conſtantinopolim ueniret. Qui quum de Anthimi rebus inquireret, multòq; ab Archimandritis eius urbis, & ab alijs libellos oblatos acciperet: illi ne in conſpectum quidem admiſſo, epiſcopatum B abrogauit. Cuius calculum monaſteria etiam Palæſtinæ, & Petrus Hieroſolymitanus antiſtes, nec non reliqui eccleſiarum præfecti comprobarunt. Hunc Anthimum poſt Agapeti obitum ſynodus Conſtantinopoli coacta, atque ipſe etiam Agathon, Agapeti in eccleſia Romana ſucceſſor atque ſuperſtes, cohortati ſunt, ut pœnitentię libellum exhiberet, eaq; quæ in illum dicta eſſent, falſa eſſe probaret, atque ita ad priorem epiſcopatum ſuum Trapezũtem rediret. Porrò quum ille latitaret, & Synodus iterum atque tertiò illum comparere, & cauſam dicere, obiecta'que ſibi crimina cõfutare, & priorem ſedem Trapezũte recipere propalàm iuberet, atque ipſe propter timorem ſe occultans, cõpiam ſui nõ faceret, Synodus ſententia contra illum publicata, dignitate ſacerdotali omni eum priuauit. Poſt Anthimum autem Menas ad thronum epiſcopalem aſcendit, ſicuti dictum eſt: cui Agathon papa, quod antea nunquam factum eſt, manus impoſuit. Quum Agathon adhuc in rebus humanis eſſet, altera Conſtantinopoli prouincialis Synodus coacta eſt: cui Agathon & Menas præfuit. In hac Seueri Antiochiæ, & Petri Apameæ Syriæ epiſcoporum, nec non Zooræ monachi Syri res, in quæſtionẽ deductæ ſunt. Aduerſus quos Palæſtinæ, urbis Conſtantinopolitanæ, & ſecundæ prouinciæ Syriæ monaſteria libellos obtulerunt. Sedenim poſteaq; deprehẽſi ſunt rebus illicitis inuoluti eſſe, & quod maximũ eſt, Chalcedonenſem ſynodum anathemate configere, præterea anabaptiſmos, aliaq; nefandæ obſcœnitatis plena facinora peragere, & naturam in CHRISTO unam docere, & ipſi & quicunq; cum eis in eadem erant ſententia exploſi ſunt, atque reiecti. Lata quoque lex, Seueri ſcripta conſeruari non debere: atq; ſicubi reperirentur, ut igni comburerentur: ſin minus, ut capitis ſupplicio in eum animaduerteretur, qui ſcripta talia ſibi ſeruanda eſſe ſtatuiſſet. Hoc idem Ormiſdas

Agapetus Ro. antiſtes Conſtãtinopoli Anthimũ exautorat. Nam ibi apud Imperatorẽ Iuſtiniani Theudati legatus fuit.

Synodus Conſtantinopolitana prouincialis.

Agathon Ro. pontifex Menam Conſtantinopolim conſecrat. Hunc Latini Boniface cium nominare uidentur.

Conſtit. 42. d. Nouell.

Anabaptiſmi damnatio.

Alter a ſynodus Conſtantinop. prouincialis.

Acta eius aduerſus Seuerum, Petrum, Zooram.

Synodus Ro. prouincialis.

Ormisdas quoq;, qui ante Agapetum & Agathonem episcopatum gesit, celebrata Romæ Synodo decreuit. Cuius etiam actorum epistolæ circumferuntur. Ad hæc Synodus sanxit, ut sancta quatuor œcumenica concilia, & diuus Leo, eiusdemq; Tomus per uniuersum orbem prædicarẽtur. insuper ut Euphemius & Macedonius Constantinopolitani, & Flauianus Antiochenus, episcopi, in integrum restituerentur, atq; in sacrarum tabularum album referrẽtur: quippe qui egregiè pro ueritate decertassent, rebus omnibus quę aduersus illos cœptę actæq; essent, abolendis. Quæ aliarũ quoq; prouinciarũ atq; ecclesiarum ephori approbantes confirmarunt. Atq; equidem quæ in urbe imperante aduersus Anthimum, Seuerum, Petrum, & Zooram, ante sanctam magnam uniuersalem quintam Synodum gesta sunt, sic habent. Porrò quum episcopatum Epipha- A
niús superioribus temporibus gereret, Ioannes quoq; Papa Cõstantinopolim uenit, quum eum Theuderichus Roma urbe potitus, legatum ad Iustinum misisset. Arianam namq; is religionem defendens, legationem pro Arianis misit, ut ne desciscere ab opinione sua cogerentur, legationi minas addidit: quòd si Iustinus id facere nollet, se itidem per Italiã in Nicæni synodi cultores sæuiturum esse. Ibi Ioannes ad parem inuitatus sessionem, ut scilicet Constantinopolitano * antistiti assideret, non prius Apostolicæ sedis prerogatiuam deserere sustinuit, cũq; supra Epiphaniũ in throno collocaret. Idem Ioannes alios omnes, preterquã † Timotheum Alexandrinum, ad communionem admisit. Hæc sic habuere.

Legatio Theodorici regis ad Iustinum, pro Arianis.

ηρεθέτερ.

Prærogatiua sedis Romanæ præ Constantinopolitana.

Fortèlegendum Theodosium.

* Ioannis papæ collegæ in legatione ista fuere Agapitus & Patritius coss. Theodorus & Importunus. Sed à Iustino episcoporum hæreticorum restitutio denegata est. Blond. Ioannem cæterosq; legatos Theuderichus Rauennæ post reditum in carcere famè occidit. Idem. Deinde 98. die Theudericus profluuio uentris diem fatum obiit. Idem.

CAPUT X.

NOn interim pestium uerò fuerit, reliquas etiam Iustiniani Imperatoris B
res gestas memoratu dignas, neq; prorsus ab ecclesiasticis rebus abhorrentes, in historia ista recensere, & quoad eius fieri potest, cõtexere: quæ à Procopio Cæsariensi eleganter admodum & doctè in tẽpo
rum suorum historia sunt conscripta. Quatuor autem uolumina is ad antiquitatis stylum accedentia composuit: quorum unum Persica nominauit, in qua-
tuor partes diuisum opus: Secundum pari diuisione, Gotthica: quæ scripta, bella ab ipso Iustiniano & Bellisario in orbe Romano feliciter gesta complectuntur. Tertium Aedificia inscripsit, magnificè admodum commemorans, quę o-
pera Iustinianus construxerit: templa scilicet, regias, oppida & urbes, pontes, atq; alia ad publicũ usum spectantia. Quartum opus, *retractatio est earum ora
tionum, quas apud Iustinianum laudibus eum uehens habuit: quasi quædam palinodia, seu recantatio minus rectè ab eo dictorum. Bellisarij res describens, cuius comes in expeditione bellica illi subseruiens fuit, primùm commemorat, quomodo Cabades Persarum rex, Chosroæ filiorum suorum natu minimo regnum relinquere uolens, in adoptionem eum Romanorum Imperatori dare statuerit, quò iuueni certius firmiusq; regnum esset. Quod ubi illi non succes-
sit, Proclo impediente, qui apud Iustinianum quæstoris dignitatem gerebat, inimicitias grauiores contra Romanos suscepit. Et bellum Procopius inter Romanos Bellisario duce, & Persas gestum, elegantia mira optimè exequitur. Primùm, ut Bellisarius unà cum Hermogene exercitus ductore Persas ad Daras & Nisibim uicerit, scribit. Ei uictoriæ eorundem tropæa in Armenia erecta attexit. Item Alamundari Scenitarum barbarorum ducis, bello aduersus Romanos ab eo moto, res gestas. Qui Timostratum Rufini fratrem una cum

Procopij Cæsariensis scripta.

ἀντιῤῥησις.

Res gestæ sub Iustiniano.

Bellum Persicum.

Bellisarius, Hermogenes, duces.

Alamundarus Scenites.

Vltra Pelusiacum Arabia est, ad rubrum mare pertinens, & odoriferam illam ac diuitem, & Beatæ cognomine inclytam. Hæc Catabanum & Esbonitarum & Scenitarum Arabum uocatur, sterilis, præterquam ubi Syriæ confinia attingit, nec nisi Casio monte nobilis. Plin. lib. 5. cap. 11.

A cum plurimis alijs comitibus eius captum, postea ingenti pecunia redemptum, reddidit. Perquã miserabiliter autem memorat ipsius Alamundari & Azarethi aduersus Romanorum imperium expeditiones: quemadmodum copijs eorum militaribus per uim in regionem suam redire contendentibus, in Euphratis ripa Bellisarius occurrerit, atq; cum eis prelium cõmiserit. Et quomodo Bellisarij milites, quòd consilio eius parêre noluerint, Paschalium feriarum diebus instantibus sint concisi. Quomodo denicq; Rufinus & Hermogenes perpetuam, quæ dicitur, pacem cum Persis fecerint. Deinde seditionem popularem Byzantij ortam subiungit, quæ cognomen sortita est Nikæ, Vince: quòd tesseram eam in ipso conflictu hostes habuerint, ut eo signo se carundem partium sectatores cognoscerent. Quo tempore Hypatius & Pompeius Anastasium genere contingentes, populo cogente, tyrannidem affectarunt. Sed ij postea plebe, Narsæ & Bellisarij ductu, uicta, Iustiniani iussione capita amiserũt. In eo tumultu Pro copius triginta millia hominũ ex plebe concidisse dicit. Per quos, addit, odio Iustiniani incensum esse uetus Sapientiæ Dei templum, quod longiusculum fuit. Id Constantius olim funditus à Constantino constructũ, Deo sacrauerat. Quapropter illis tantam impietatem patrare ausis, permissione, ut opinor, Dei, qua le id deinceps futurum esset scientis, Iustinianus post uictoriam, partim ut illos ulciscereť, partim ut de eorũ coaceruata cæde Deum placaret, templũ id ab ipsis fundamentis excitatum, ad eam quæ nunc cernitur amplitudinem perduxit.

Azarethus.

Pax perfida ἀπάφανος.

Seditio Constantinopolitana vince. dicta.

Hypatij & Põpeij cædes.

Conflagrat templi Sophiæ.

Restitutio eiusdem.

CAPUT XI.

IDem Procopius res Bellisarij Vandalicas cognitu dignas, mirificè admodum exequitur. Arcadio namq; & Honorio imperantibus, sicuti suprà dictum est, Vandali cum rege suo Gongidisclo Hispania occupata, inde in Libyam occidentalem transierunt, eandemq; posse-
B derunt. Gongidisclus ubi fatis concessit, Gontaris & Genzerichus filij eius in regno successerunt. Altero porrò ex his, Gontari scilicet, mortuo, ad unũ Genzerichum summa rerum Vandalicarũ peruenit. Hic Carthagine principe Aphrorum urbe, sedem regiam constituit. Ac deinceps Romã quoq; cepit: & mortus est, quum regnum undequadraginta annis obtinuisset. Reliquit autem is filium Honorichum: qui Arianã religionem propugnans, Christianos Nicæna decreta fortiter defendentes, in Libya crudeliter tractauit, Arijq; opinionem profiteri coegit. Qui uerò mandatis eius parêre nollent, eos innumeris affecit supplicijs, igni & aqua & alijs acerbissimis tormentorũ generibus è uita tollens. Erãt uerò, quibus etiam linguas ferro rescidit: quos se Procopius, quum Constantinopolim uenissent, uidisse ait, atq; per colloquium conuenisse, haud aliter, cq; qui nihil tale passi essent, uerba facientes. Horum linguæ ex ipso usq; gutture excisæ erant: uocem autem tam claram & articulatã edebant, ut miraculum nouum spectantibus atq; audientibus exhiberent. Meminit quoq; eorũ in quadam constitutione Iustinus. Ex his, Procopius inquit, aliquanto post duo, quòd lubricitate lapsi essent, & rem cum fœminis habuissent, uocem prorsus amiserunt, martyrij gratia amplius apud eos manere nolente, sed propter illorum degenerationem ab eis desciscente. Recenset præterea aliud quoq; admiratione dignum, quod Deus eo ipso tempore fecit, in hominibus, non illis quidem sacris nostris initiatis, sed qui tamen tum quæ sancta essent facere delegissent. Scribit namq; de Cabaone quodam Maurorum, eorum qui circa Tripolim sunt, duce. Cabaones igitur iste (illius enim qui hæc perquàm luculenter comme-

Res Bellisarij contra Vandalos gestæ.

Vandali.

Gongidisclus.

Gontaris.

Genzerichus.

Honorichus persequutor Catholicorum pius quàm 334. episcopo ortho dox solũ exilij causa uerè tere coegit. Diac.

Christiani Catholici excisis quoq; eorũ linguis diserte loquuti.

Gratia miraculorũ per peccatum supprimitur.

Cabaones Libyes infidelis ea quæ Christianorũ sunt religiosè sectẽs, ...epe Det Vandalos deuicit.

Anno Domini 441. Carthago, quum annis 585 sub ditione Rom. Imperij fuisset, à Genserichо Vandalo capta est. Cuius rei mentio fit in C. de offic. præf. præt. Aphr. l. 1. in princip.

ter commemorat, uerbis utar) postquam Vandalos bellum aduersum se mo- A
uere audiuit, hæc fecit. Primùm ciuibus subditisq; suis præcepit, ut ab iniquita
te omni & cibo qui ad delicias faceret, abessent, omniumq; maximè se à cõgres-
su mulierum abstinerent: & binis castris positis, in alteris quidem ipse cum uiris
in armis fuit, in alteris autem mulieres inclusit, mortis suppliciũ minatus, si quis
fœminarum uallũ ingressus esset. Sub hæc exploratoribus Carthaginem missis
mandauit, ubi Vandali in expeditione militari in templum Christianorum ali-
quod per iniuriam contumelioſe quidquam facerent, ut ipsi quidem, ea quæ fie-
rent, spectarent: postquam autem Vandali ex eo loco decessissent, diuersa &
contraria omnia in delubrum id, unde illi abijssent, facerent. Illud etiam eum
dixisse ferunt, se quidẽ Deum quem Christiani colerent, ignorare: cõsentaneũ
uerò & par esse, siquidem, quod diceretur, fortis potensq; esset, ut quùm con-
temptores numinis sui ulciscereturtum cultores tueretur. Itaq; speculatores,
postquam Carthaginem uenerunt, per ocium ibi quieuere, Vandalorum ap-
paratum belli spectantes. Vbi uerò exercitus eorum Tripolim uersus iret, ui-
liori habitu sumpto, subsequuti sunt. Porrò Vandali de primo in Christia-
norum templis manserunt: & inductis in ea equis & iumentis alijs, nihil de in-
iuria contumeliaq; aliqua reliqui quidquam fecere. Et lasciuia libidineq; sua usi,
sacerdotibus quos arripuissent, colaphos impegerunt, & plagis multis in tergo
affecerunt, subseruireq; eos sibi coegerunt. Postquam uerò celerrimè inde dis-
cesserunt, Cabaonis exploratores, quæ ipsis mandata erant, fecere. Templa
namq; confestim repurgarunt, & purgamentis alijsq; rebus, quæ ibi minus san B
ctæ positæ erant, cum cura & diligentia eiectis, ritè omnia dispõsuere, lucernas
omnes incendère, sacerdotes ueneratione ingenti coluere, & humanitate alia o-
mni prosequuti sunt. Argentum quoq; mendicis, qui circum sacras ædes consi-
debant, dederunt. Hoc pacto illi Vandalorum copias sunt sequuti. Et ab eo tẽ-
pore in profectione & itinere toto Vandali ad hunc ipsum modum peccarunt.
Speculatores uerò peccatum eorum correxerunt. Sedenim quum Vandali iam
non longè ab eo quem petebant loco abessent, præuertentes eos exploratores,
Cabaoni omnia ea quæ & Vandali & ipsi in Christianorum templis fecissent,
retulerunt, atq; hostes iam propè adesse renunciarunt. Quibus ille rebus cogni-
tis, pugna cum illis est congressus. In eo certamine multi Vandali, sicut ipse in-
quit, interfecti sunt: multi ab hostibus capti, pauci sanè ex eo exercitu domum
reuersi sunt. Hæc Trasamundo Vandalo à Maurís acciderunt: qui non multo
post uitam finijt, quum uiginti & septem annis Vandalorum genti præfuisset:
ante hunc autem Gundamus Honorichi filius, Genzerichi autem nepos: quo-
rum hic quidem duodecim, Honorichus autem octo annos regnum administra-
uit. Trasamundus iste eximia forma, animiq; magni uir, ad Theuderichum
Gotthorum regem legationem, Amalasuntham sororem eius in matrimonium
sibi petẽs, misit. Ille uerò mille quoq; dedit armatos, atq; insuper quinq; alia ui-
rorum millia, quæ satellitum ordinem implerent. Hoc autem defuncto, Hulde-
richus Honorichi ex Genzericho prognati filius regnauit, uir mitis, & Christia
nis minimè grauis, & qui haudquaq; facile ad bellum mouendum excitaretur.
Gelimer autem quidam genere ei propinquus, tyrannidi incumbens, Hulderi-
chum, postq; septem annis regnasset, regno exuit. Is quòd ad res gerendas in-
dustrius esset, Gotthorum gentem attriuit.

Verum-

Vandali in orthodoxos & eorum templa contumelioſiſſimi.

Trasamundus Vandalus orthodoxorũ hoſtis acerrimus, in Aphrica 220 epiſcopos in Sardiniã relegauit, quibus Symmachus Rom. Antiſtes eleemoſynam quotidianam ſummiſit. Diacon.

Hulderichus. Gelimer. hunc Vandali regẽ conſtituerunt: et Hulderichũ. Amerẽ & Euaginem in cuſtodiam incluſerunt.

Gundamũ alij Gandabyndum uocant, crudelẽ Catholicorũ perſequutorem.

Thraſamundus deceſſurus Hulderichũ, quem alij Childerichum appellant, ſacramento iuriſiurandi obſtrinxit, ne Catholicis unquam faueret. nam propenſum eum ad illos complectendos eſſe animaduerterat. At ipſe regno potitus, epiſcopos orthodoxos ab exilio reuocauit, eisq; eccleſias reformandas demandauit. Quæ res ei apud Vandalos Arianos fraudi fuit, Diacon.

CAPUT XII.

A VErumenimuero Iustinianus Christianos, qui ibi ita affligebantur, mise
ratus, exercitum coegit. Suggestione uerò Ioannis præfecti, aulæ con-
silium expeditionis eius mouendæ mutauit. In somnis porrò man-
datum accepit, ne à cœpto desisteret. Vindictam enim Christiano- *Expeditio Iuſtiniani aduerſus Vandalos.*
rum à Vandalis uictoriam reportaturam esse, ei dictum est. Itaque magno ani-
mo concepto, circiter æstiuum solstitium Bellisarium ad bellum Carthaginen-
se conficiendum misit. Atque ubi prætoria nauis ad littus, quod ad Imperialem *Copiæ militares epiſcopus ad mare producit, & precatione proſequitur.*
domum est, constitit, & urbis episcopus Epiphanius, pro eo atque par est, pre-
ces solennes dixit, quosdam etiam milites recens baptizauit, atque in prætoriam
nauim Bellisarium produxit, Imperatori res de Cypriano martyre, non oratione
tantum, sed etiam memoria digna renunciata est, qua de Procopius hæc ad uer-
bum refert. Cyprianum uirum sanctum maximè omnium Carthaginenses ue- *Sanctus Cyprianus cladem Vandalorum prædixit.*
nerantur, eiq; templum magnificum pro urbis mœnibus ad littus maris statuerunt.
Atq; præter cultus alios quos ei exhibent, festum quoq; anniuersarium diem cele-
brant, quem diem Cypriana nominant. Et eodem, quo festum eum conuentum, no- *Cypriana dies apud Libyas feſtus. Cypriana item tẽpeſtas.*
mine, tempestatem quandam procellosam appellare solent nautæ: quandoquidem
in id tempus incidere consueuit, quo tempore Libyes festum hunc diem celebran-
dum semper lege statuerunt. Hoc templum Vandali sub Honoricho rege catholi-
cis Christianis per uim ademptum euertère, eiectis inde cum multa contumelia sa-
cerdotibus, & deinceps id utpote Arianis commodum, restaurarunt. Quum au-
tem uicem eam dolerent atque deplorarent Libyes, persæpe Cyprianum ferunt
B in somnis quibusdam apparentem dixisse: Christianos minimè de se solicitos
esse debere: ipsum enim se tempore suo uindicem atque ultorem fore. Eam rem
ut auspicatum omen Imperator accepit. Et prædictio hæc oracularis in Bellis- *Victoria de Vandalis.*
sarij tempora rectè incidit, quo duce Carthago Romano imperio subiecta est,
nonagesimoquinto anno, postquam templum id Christianis est ademptum.
Eo bello Vandali omnino sunt expugnati, & Arianorum opinio ex Libya eie- *Aphrica intra tres menſes ſubacta. Diac.*
cta. Christiani autem templa sua recuperarunt, iuxta Cypriani martyris prædi-
ctionem. Adhæc Procopius illa quoque memoriæ posteritatis commenda-
uit. Bellisarium, ubi de Vandalis uictis tropæa statuisset, Byzantium rediisse
cum spolijs & bello captorum hominum multitudine ingenti: in quibus & Ge-
limer illorum dux fuit. Triumphum egit Bellisarius in Hippodromo: in quo *Triumphus Belliſarij in quo Gelimer eſt ductus.*
quùm alia multa admiratione digna, tum præcipuè donaria ingenti ui pecunia-
rum æstimata, portata sunt: quæ donaria Genzerichum antea diximus Romæ *Spolia Romana à Vandalis recuperata.*
conuasasse, quum ibi in regiam receptus esset, & templa inuasisset. Quo tempore
scilicet Eudoxia Valentiniani, qui Occidentale gubernauit imperium, coniunx,
sub Maximo tyranno, postquam simul & uirum per cædem amisisset, & in castita
tem eius illusum esset, eum euocauit, ducem ei atq; ingressum in urbem Romanam
pollicita. Ibi uerò ille & Romam igni uastauit, & Eudoxiam cum duabus filiabus
ad Vandalos abduxit. Eo ipso tempore unà cum alijs eximijs urbis ornamentis et- *Sacra donaria Hieroſolyma remiſſa.*
iam donaria quæcunq; Vespasiani filius Titus, captis Hierosolymis, Romam per-
tulerat, & Solomon quondam DEO, quem inprimis coluit, dicauerat, Genzerichus
rapuit. Quæ quidem omnia Iustinianus CHRISTVM Deum nostrum mirificè ho
norans, Hierosolyma, ubi prius quoq; consecrata fuerant, remisit. Dicit insuper i- *Iuſtinianus Gelimeri loca quædã in Gallia habitanda tribuit. Diac.*
dem Procopius, Gelimerem tum in Hippodromo, ubi Imperator præsidens trium
phi pompam spectabat, humi proiectum patria lingua illam Solomonis sententiam
protulisse: VANITAS VANITATVM, OMNIA VANITAS. Aliud quoq;

Procopius recenſet, quod nemo præter eum ex antiquis ſcriptoribus memoriæ prodidit, miraculi admirationē omnem excedens. Dicit nāq; Mauros Occidentalē Libyę gentem, antiquitùs Palęſtina expulſos, in Occidentali ea Libyę ora conſediſſe, Eosuerò eſſe, quos Gergeſęos ſacrę literę, & Iebuſęos uocant: aliasq; inſuper gentes. quas Ieſus Nauæ filius deuictas domibus ſuis eiecit. Hanc rem ueram maximè eſſe, uetuſta quadam inſcriptione confirmat, quam ſe ille legiſſe teſtatur, Phœnicum compoſitam literis ad fontem quendam, ubi duæ quoque columnæ ex candido lapide excitatæ fuerint. Literarum ſculptura eò aduenientibus hæc promulgabat: Nos ſumus, qui à facie Ieſu prædonis filij Nauę profugimus. Ac de his quidem ad hunc ille modum ſcribit. Libya uerò in poteſtatem Romanorum redacta, annua uectigalia, ſicuti & antea, in ærarium intulit. In eadem Libya Iuſtinianus centum & quinquaginta oppida conſtruxiſſe dicitur, quæ partim ante id tempus non extiterant, partim uetuſtate collapſa fuerant. Ea uerò magnificentiſsimè reſtituit, ſummoperé que ornauit, priuatis ſimul & publicis ſtructuris, mœnibus, & diuerſis aliis ædificijs, per quæ & urbes illuſtrantur, & diuinum numen maximè placatur. Aquæ ductibus quoque, qui utilitatem ſimul & amœnitatem abundè ciuitatibus afferrent. Eorum nonnulli tum primùm, quum antea non fuerint, conſtructi ſunt: nonnulli uerò quum aliquando quidem fuerint, ſed poſtea corruerint, tum temporis ad uetuſtum reducti ſunt ſtatum.

Mauri Palæſtinorum infidelitū coloni.

Ieſus ſeu Ioſue, filius Nauæ, ſeu Nun, Palæſtinos ſedibus ſuis eiecit.

Libya in poteſtatem Romanorum denuò redacta.

CAPUT XIII.

Theuderici mors.

ROrrò quæ in Italia quoque geſta ſint, referemus, quæ & ipſa Procopius in hiſtoriam retulit. Poſtquam Theuderichus, ſicuti ſuprà à nobis dictum eſt, Romam recepit, & Odoacrum tyrannidem ibi exercentem ſuſtulit, rerum'que Romanarum potitus deceſsit, Amalaſuntha uxor eius, communis filij Atalarichi tutelam ſuſcepit, & regnum uirili animo adminiſtrauit. Cæterùm quum prouidè rerum curam gereret, prima Iuſtinianum ad bellum aduerſus Gothos ſumendum excitauit. Quum namque inſidijs ab eis expetita eſſet, Oratores ad Imperatorem miſit. Sedenim filio Atalarícho in tenera adhuc ætate extincto, Theudatus Theuderichum genere attingens, Occidentis imperium ſumpſit. Qui poſtquam Belliſſarium Imperator in Occidentem miſit, regno cedens, literarum doctrinis magis quà in rebus adminiſtrandis incubuit, ad res bellicas tractandas minimè idoneus. Copijs Occidentalibus tum Vittigis præfuit. Belliſſarius, ut Italiam eſt ingreſſus, Vittigis quidem Roma relicta, inde diſceſsit: Belliſſarius uerò urbi appropinquans, à ciuibus eſt in eam receptus, fores omnes & corda inſuper ipſa Romanis ei pateſacientibus: maximè uerò Syluerio throno eius præſidente, eam rem ſuadente atque procurante. qui ad Belliſſarium, Fidelem, ui Atalarichi aſſeſſor & conſiliarius fuerat, legauit. Ita abſque certamine Roma in ditione Romanorum, poſt annum ſexageſimum, menſe Decembri rediit, undecimo imperantis Iuſtiniani anno. Scripſit & illud Procopius, ubi poſtea Gothi denuò Romam oppugnarunt, Belliſſario Syluerium epiſcopum ſuſpectum fuiſſe: quapropter eum in Græciam tranſtulerit; Vigilio autem antiſtiti thronum eccleſiæ commiſerit. Meminit prodidit Procopius idem, eiſdem temporibus, cum Anaſtaſius imperium obtineret, Herulos Iſtrum tranſijſſe; atque eos poſtea uniuerſos liberaliter à Iuſtiniano tractatos, & ingentibus pecunijs allectos, Chriſtianorum religionem ſuſcepiſſe, & uitam ad humanitatem mutaſſe. Ad hæc, Belliſſarij reditum ex urbe

Adminiſtratio regni multi debris. Atalarichus, ſeu Adelrichus immaturè perit.

Theodotus regno cedit.

Roma ex Gothorum manibus à Romanis recuperata.

Syluerius epiſcopus Romanus.

Vigilius ei ſurrogatus.

Heruli Chriſtiani facti.

† *Amalaſuntham, ſiue Himmelſuitham, alij filiam Theoderichi fuiſſe ſcribunt, ut Diaconus Suprà cap 11. eod. Amalaſuntha ſoror Theoderici Traſamundo Vandalo nupſit.*

A ex urbe Romana in urbem Conſtantinopolitanam refert. Atque ut ille Vittigim, perinde atque mancipium quoddam inter ſpolia Roma ſecum duxerit: & ut † Totilas imperium Romæ arripuerit, atque urbs ea rurſum in poteſtatem Gothorum redierit. Deinde, ut Belliſſarius in Italiam reuerſus, Romam rurſum receperit: atque inde, Perſico bello in Oriente orto, ab Imperatore reuocatus ſit. Recenſet quoque, Abaſgos tum Chriſtianiſmum complexos eſſe, ſeq; ad humaniorem uiuendi morem compoſuiſſe. Et Iuſtinianum Imperatorem eunuchum gentis eorum Ephratam nomine ad eos miſiſſe, qui prohiberet de cætero quenquam ea parte corporis qua uiri ſumus, apud eos ferro naturæ iniuriam inferente priuari. Siquidem plurimi qui in principum cubiculis uerſantur miniſtri, quos eunuchos ſiue cubicularios uocare ſolemus, ex gente ea erant. Tum uerò etiam Iuſtinianus Deigenitrici templum in Abaſgorum regione, pulchritudine atque amplitudine præſtans ædificauit: ſacerdotes ei attribuit, & alia quæ ad cultum diuinum faciunt, ritè conſtituit. Vnde populo ei accidit, ut accuratiſsimè in Chriſtianorum dogmate exerceretur. Scribit item, quomodo populi Tanaim accolentes (uocant autem loci eius homines Tanaim, maximæ paludis Mæotidis uſque ad Euxinum pontum in longum excurrentem tractum) ad Iuſtinianum legatos miſerint, ut epiſcopum illis daret, ſupplicantes: quorum ille precibus reipſa annuerit, & epiſcopum illis libenter miſerit. Admodum uerò terſe illud etiam idem recenſet, quomodo Gothi Mæotidis accolæ, Iuſtiniano imperium adminiſtrante, plurimas excurſiones in Thraciam fecerint. Præterea, ut ſæui terræmotus in Græcia fuerint, & Bœotia, atque Achaia, & ſinus Criſſæus ad extremum concuſſus ſit: loca plurima ſub numeB rum minimè cadentia, & urbes ſimiliter in præceps ierint, & ſolo æquatæ ſint. Pleriſque in locis terra ſubmerſa peſſumierit, atque alicubi quidem chaſmata rurſum coierint. alicubi uerò hiatus perpetui ad hoc uſque tempus permanſerint. Quale quiddam etiam ciuitati Ciliciæ Pompeiopoli accidrit. Quum enim terra diuiſa urbem eam cum incolis omnibus uniuerſam abſorbuiſſet, uox ex infima uoragine exaudita eſt, hominum eis qui ſuperſtites circum ea loca relicti eſſent, ſupplicantium, ut ſe ærumna ea liberarent. Commemorat etiam, ut † Narſes eunuchus à Iuſtiniano copiarum militarium dux electus, expeditionem in Italiam ſuſceperit, ac Totilam uicerit. Deinde uerò & Teiam, & ut Romam urbem quintum iam cæperit. De Narſeq, qui familiariter cum eo uixere, illud perhibent: ita ipſum ex diuino numine pependiſſe, atq; id omnis generis pietate coluiſſe, & uirginem eandem que Deigenitricem ita ueneratum eſſe, ut illa manifeſtò ei apparens, quando prælium committendum eſſet, præciperet: neque illum facilè prius in aciem deſcendiſſe, quàm tempus opportunum ab ea cognouiſſet. Plures inſuper alias & maximas Narſes res geſsit, qui Buſelinum & Silduandum bello uicerit, & regiones uſque ad Oceanum omnes Romano imperio ſubdiderit: quas res potiſsimùm, poſt Procopium Agathias rhetor in literas retulit.

Belliſſarius de Vittige triũphat. Roma à Totila Gottho capta.

† *Idem Badiuilla dicitur.*

Abaſgi Chriſtiani fiunt.

Chriſtianiſmus homines ad humanitatem componit.

Ephratas Abaſgus eunuchus.

Cõſtitutio quã eunuchiſmus prohibetur.

Tractus Tanais amnis Chriſtianum ſuſcipit.

Gothorum excurſio in Traciam.

Terræmotus.

Chaſmata.

Pompeiopolis in Cilicia ἀφανισθεῖσα hiatu terræ abſorpta.

Narſæ eunuchi ducis res geſtæ in Italia.

Tria Gotthorum duc.

Apud Agathiam ij dicuntur Bultinus & Sindual. Alij hunc Siſualdum nominant.

* *Procopius de bello Perſico libro ſecundo, ubi de Iberum finibus & monte Caucaſo agit: Hic gentes, inquit, quum aliæ multæ, tum Alani & Abaſgi habitant. Inſuper Zecchi, & poſt eos Hunni, qui & Saberi dicuntur.*

† *Imperator multa ad eos adiuuandos & educendos multis donauit, reſtitutoſq; liberaliter pecunia proſequutus eſt. Diac.*

CAPUT XIIII.

Chosroes Persarũ rex bellum contra Rom. mouet.

IN historia Procopij illa quoque sunt: Chosroen, ubi Romanorum A in Libya & Italia res bello gestas cognouisset, ad ingentem inuidiam commotum esse: & prætextus contra Romanos fingentem, quòd fœdera uiolata & pax perpetua soluta esset, dixisse. Ac primum qui-

Vittigis ad Persã legatos misit, ad bellum Rom. eum excitans. Proc. li. 2. bell. Pers.

dem Iustinianum oratores ad Chosroen misisse, qui significarnet, nullam se cau sam præbuisse, ut quæ pacta esset pax perpetua, frangeretur: neque quidquam detrimenti conuentis intulisse, proindeq; petijsse, ut de rebus controuersis disquisitio fieret: & causæ quæ in medium prolatæ essent, pacatis consilijs amicè componerentur. Chosroes uerò, quòd grauem qua in animo suo flagrabat inuidiam non ferret, nihil quod rationi conueniret, respondisse: uerùm exercitu maximo ex populis suis coacto, Romanorum ditionem adortum esse, decimo-

Bellum Persicum.

Captum Surum.

tertio imperij Iustiniani anno. Describit igitur, quomodo Chosroes Surum ad Euphratem situm oppidum, expugnatum cæperit, ciuibus partim per acta con uenta allectis, partim per arma deuictis. Quippe qui improbè se gesserit, & pacta minimè seruarit, dolo magis quàm belli iure ciuitate ea potitus. Quomodo

Berrhœa.

etiam Berrhœam incensam igni uastarit. Item quomodo inde Antiochiam peruenerit, in cuius tum throno Euphræmius enituit: qui, quum ei quod agebat, nihil ex sententia procederet, Ecclesiam reliquit, eamq; profugiens unà cum uicinis ædificijs seruauit, sacris donarijs ordine publicitus propositis, ut redemptionis essent ecclesiæ precium. Præterea perquàm miserabiliter commemorat, quo-

Antiochia.

modo à Chosroe Antiochia sit capta, qui omnia ibi ferro concipit, & incendio

Lucus Daphnæ. Seleucia.

uastauit. Deinde quomodo in suburbanum Daphnæ lucum, & in uicinam Se- B leuciam uenerit: & ut ad Apameam quoque applicuerit, Thoma tum ibi epi-

Apamea ope Dei seruata.

scopatum administrante, & uita & doctrina illustri uiro. Quem unà cum Chos-

Thomas Apamenus episcopus cũ Chosroe ludos Circenses ut eum ciuitati suæ placaret, spectauit.

roe, apud quem legatus erat, dicit equorum certamen in Hippodromo, præter receptum morem, sapienter spectasse: ut illum scilicet tali officio mitem placatum que prorsus redderet. Eum quum facetè admodum Chosroes interrogasset, An ille se ad hunc modum in urbe sua uidere uellet: ueritatem rebus omnibus præponentem respondisse dicit, quòd non libenter eum uisurus esset. Quod dictum quùm Chosroes porpter ueritatem plurimi fecit, tum antistitem eum mirificè est admiratus.

Thomæ Episcopi apud Chosroẽ in tempore liberè dictũ.

CAPUT XV.

POsteaquam uerò ad hunc locum peruenimus, aliud quiddam recensebo, præsenti historiæ conuenies quàm maximè. Quum Apameni urbem Antiochenam iam incensam esse audiuissent, Thomam, quem dixi, episcopum à Chosroe reuersum obsecrarunt, ut præter

Partem crucis Dominicæ magnitudine cubitali pro cop. Miraculum Apamæ in crucis ligno editum.

solitum morem uiuificum crucis lignum proferret, atque in medium proponeret, ut postremùm intuerentur exoscularentur que unicam eam hominum salutem: & quasi uiaticum, adorationem que illius, ad meliorem illam uitam migraturi, sumerent. Annuit precibus eorum Thomas, & lignum uitale protulit, certis productionis eius indictis diebus, ut uicini quoq; confluerent, & medicina salutari perfruerentur Quum autem omnes conuenissent. totis manibus Thomas sublato in sublime ligno, maledictionis amuleto, sacram ædem circumijt: quod statis tantum supplicationum diebus fieri consueuit. Porrò Thomam procedentem magna uis resplendentis ignis subsequi uisa est, non adurentis quidem ignis, sed qui locum unde ille iret, comburere putaretur. Neque id semel aut iterum, uerùm sæpenumero accidit, quod antistes locum omnem circumiret, & multitudo congregata

A congregata illum, ut idem sæpius faceret, rogaret, quo crebrius uidelicet diuino fulgore frueretur. Ea res futuram Apamenis salutem portendit. Et miraculi eius imago atq; monumentum ad Basilicæ testudinem summam, omnibus nouitatẽ rei testificaturum, propositũ est. Quod quidem usq; ad Ardaamani & Persici belli tempora integrum permansit: quo tempore uniuersa urbs, & Ecclesia ipsa, uastata est, & cum ea imago simul conflagrauit. Atq; hæc quidem sic acta. Chosroes uerò recens initorum pacificationis pactorum rursum oblitus, denuò quoq; eadem hostiliter fecit, leuitati quidem morum & inconstantiæ eius conuenientia, uirum autem præclarum ac regem præcipuè haudquaquam decentia.

Apameæ alio tẽpore uastatio.

Chosroes bellum contra pacta conuẽta redintegrat.

CAPUT XVI.

INsuper etiam Procopius memorat ea, quæ à ueteribus quoque de effigie CHRISTI memoriæ sunt prodita, quæ Augaro Edessæ principi est missa. Et quomodo Chosroes ea, quæ de illa fama increbuerant, quòd scilicet Edessa nunquam in potestate alienigenarum futura esset (id quod in literis ad Augarum missis non reperitur: quemadmodum ex Eusebij Pamphili historia cognoscere licet, qui epistolam eam legit, & ad uerbum operi suo inseruit, & nos quoque in secundo tomo exposuimus) falsa esse conuincere uoluerit. Apud fideles quidem ita & canitur, & creditur: res ipsa quoque prædictionis eius fidem, quòd uera maximè sit, & sibijpsi consentiens, confirmat. Chosroes namque maximo impetu urbem adortus, atque omnia ferè expertus, innumerabilibusq; tentatis ujs, tandem aggerem tantum excitauit, ut ciuitatis etiam mœnia superaret: aliasq; infinitas præterea molitus artes & fraudes, cum probro tamen re infecta inde discesit. Quæ uerò is contra urbem eam tentarit, pro eo atque potero, exponam. Lignorum multam uim & materiam B aliam quæcunque facilè ignem concipit: milites suos, alijs rebus relictis omnibus, ad urbem aggerere iussit. Atque ubi id dicto citius factum, & materia circum circa constructa est, terram deinde ingessit, & aduersam aciem contra urbem duxit: & celeriter propugnaculis instruc lignorum & agere collocatis, eam oppugnauit. Vsque adeò uerò urbem altitudine operis superauit, ut ex munitionib. tela in defensores urbis conijcerentur. Itaque quum obsessi aggerem ueluti montem aliquem urbi imminere uiderent, & hostes ex locis superioribus pedibus quàmprimum in urbem excursuri existimarentur, sole oriente ex aduerso aggeri cuniculos agere instituerunt, & ignem subijcere, ut lignorum materia flamma consumpta agger pessumiret, opus que totum corrueret. Cæterùm igne immisso, cœptum eos consilium fefellit, quòd flamma exitum non haberet: quam aerem concipere, atque ita materiam comprehendere, sicuti consueuit, oportebat. Itaque ubi eos consilium prorsus destituit, in extremam deiecti desperationem, ad supernam anchoram, diuinitùs scilicet acceptam imaginem, confugerunt, quam nulla hominis manus fecerat: ipse uerò CHRISTVS Deus Augaro uidere, eum cupienti, facie in linteum impressa, miserat. Hanc ipsam imaginem ad cuniculum produxerunt, & aqua conspersam contra pyram miserunt. Et subitò diuina uirtute inuisibili quodam modo eorum fidei, qui hoc faciebant, succurrente, facilè admodum quod desperatum antea fuerat, est perfectum. Siquidem confestim ligna ignem conceperunt, & quàm celerrimè combusta imminenti statim materiæ eundem ignem immiserunt, carpentem & consumentem omnia. Obsessi ciues postquam fumum exilientem ex aggeris mole uiderunt, talia insuper sunt moliti. Vasculis siquidem quibuscunque fictilibus collectis, & sulphure, pice, alijs que rebus ex materia quæ facilè flammam corripit, com-

Oppugnatio urbis Edessenæ.

Defensio eiusdem

Defensores ad imaginem Christi ἀχειροποίητον Augaro olim missam confugiunt.

pletis, fundis ad cuniculi fossam coniecerunt. Quæ fumum emittentia, igne A scilicet iactus impetu accenso, effecerunt, ut fumus qui ex aggere promanabat, prodire inde non existimaretur. Omnes enim fumum omnem ex ollis excitari autumabant. Triduo uerò pòst, ubi ignis quæ in in medio erant consumpsit, flammas eius terra reddidit: & qui in aggere constiterant Persæ pugnatores, intelligere cœperunt, in quod nam discrimen peruenissent. Tum Chosroes, ueluti aduersus uirtutem diuinam contrarijs cœptis eundum sibi esse existimaret, quæ urbem præterfluit aquam, contra pyram ardentem, extinguere eam uolens, immisit. *Aqua diuinitus ignem alit & auget.* At illa magis magis que accendebatur, aquarum uim omnem perinde atque sulphur, aut oleum, aut liquorem alium ad instammandam materiam idoneum excipiens, in sublime eò usque ferebatur, donec agger omnis in fossæ cuniculis considens, in cineres est redactus. Itaque Chosroes rebus ipsis ad desperationem abductus, tandem uim eamquæ urbem defenderet cognouit: & pudore perculsus, in regnum suum redijt, pœnitentia ductus, quòd tantos frustra labores subijsset, per quos ita manus contra Deum tollere uoluisset. Atque equidem hæc sic habuere. Dicam uerò itidem, quod alibi Chosroæ apud Sergiopolim euenit rem quæ referatur, ac memoriæ posteritatis sempiternæ tradatur, ad modum dignam.

CAPUT XVII.

Salutem Sergiopolis episcopus sacris ecclesiæ donarijs redimit. INstitit & huic, iugum seruitutis imponere contendens. Et postquam mœnia est aggressus, & urbem expugnare conatus: de salute dehinc urbis, ut ea seruaretur, utrinque ab obsidentibus simul & obsessis, hinc inde uerba sunt facta. Postremò inter utrosque conuenit, ut sacris templorum donarijs ciuitas redimeretur. Quibus & crux, quam Iustinianus & Theo B dora eò miserant, est annumerata. Et iam ab urbis eius antistite, alijsq; qui cum eo missi fuerant, ad Chosroen omnia deportata fuerant. Atque ille, num præterea in urbe quicquam reliquum esset, interrogauit. Affuit ibi quidam, uerum dicere solitus: & Chosroæ, alia quædam pauca admodum in urbe à ciuibus occultè asseruari renunciauit. Ac auri quidem uel argenti reliqui nihil esse, sed alterius longè præstantioris & Deo dicatæ materiæ, in qua ossa Sergij martyris asseruarentur, urnam sublongam ex argento fabrefactam restare. Hoc ubi Chosroes audiuit, illico exercitum omnem ad excindendam urbem ex castrorum munimentis eduxit. Confestim uerò innumerabiles propugnatores supra urbem apparere, se que ad eandem defendendam parare, atque per muros ubique discurrere uisi sunt. Porrò ut hoc, qui ad oppugnandum missi fuerant, uiderunt, euestigiò ad Chosroen reuersi, quùm defensorum ciuitatis multitudinem, tum timorem suum qui eos exarmasset, stupefacti ei commemorarunt. Chosroes autem, ubi curiosè omnia scrutatus, ualde paucos uel * immaturæ uel exoletæ ætatis homines in urbe esse, robustis omnibus è medio sublatis comperit, rem eam sublimioris alicuius potestatis, & martyris præcipuè esse suspicatus est. Ac timore correptus, Christianamq; religionem magnopere admiratus, statim obsidionem soluit, atque in ditionem suam reuersus est. Fama uerò obtinet, Chosroen istum paulo ante obitum, sacris nostris initiatum, atq; ad diuinum lauacrum admissum esse.

Permartyrem Sergium urbis Sergiopolis defensa.

ἀάφως τε λαὶ ἐξ ἀφως.

Chosroes miraculis diuinis adductus, Christianismum suscipit.

Sedenim & pestem eam quæ tum grassata est, ita ut potero prosequar,
quæ omnem (ut ita dicam) terrarum orbem depasta est,
quinquaginta & duos annos, quod auditum
nunquam est, in terris sæuiens.

Capta

CAPUT XVII.

ἐπιδήμιος, hoc est, popularis & communis morbus in toto orbe perquam diuturnus.

APta à Persis Antiochia, biennio pòst morbus pestilens obortus est, aliqua quidem ex parte ei quem Thucydides describit persimilis: alioquo uerò modo multum ab eo dispar. Ortum cœpit ex Aethiopia: uniuersum uerò propè pertasit orbem, ueluti incedens, & sensim transiens, ita ut neminem ferè eius temporis hominem intactum prætericrit. Quædam ciuitates adeò sunt à morbo eo occupatæ ut uacuæ prorsus ab incolis fierent. Fuere quas leuius carperet, & statim inde transiret. Nec ille certa qua piam periodo grassatus est: neque ubi grassari cœpit, eundem cursum tenuit: uerùm quibusdam in locis in principio hyemis sæuire cœpit, in alijs uerno tempore, in nonnullis æstate prima. Alicubi autumno iam progresso: in quibusdam oppidis partem aliquam attigit, à reliqua autem abstinuit. Et uidere erat in ciuitatibus peste hac affectis, domus prorsus omnes consumptas: in alijs unam atque alteram ad uastitatem redactam, reliquas uerò intactas. Fuerunt homines qui certius deprehenderent, quæ domus nunc immunes à lue ista fuissent, eas proximo deinceps anno solas illam sensisse. Illud uerò in hoc malo nouum esse usum est, quòd si ciues aliqui earum urbium quas pestis inuasisset, aliò migrassent, soli ipsi ea corriperentur, qui ex infectis scilicet iam urbibus inter intactos uersarentur. Porrò malum hoc potissimum sæuijt eis cyclorum periodis, quos Epinemeses Græci, hoc est, diuisiones temporum uocant. Internecione autem ἐπινεμήσεως. propriè interiere homines secundo περιτεσσαρεσκαιδεκατηρίδος, hoc est, eius qui annos quindecim complectitur cycli anno. Et uariæ erant pestis huius ægritudines. In quibusdam enim à capite incipiens, oculos sanguinolentos, & faciem tumentem efficiebat. Deinde gutturi incessens, uitam adimebat. Quosdam uentris profluuium inuadebat. In alijs bubones etiam extabant, & acres accedebant febres. Moriebantur intra biduum & triduum, perinde atque nihil paterentur, ratione B & ualetudine in uigore suo permanentibus. Nonnulli uerò mentis impotes moriebantur. Item carbunculi exorti, homines celeriter inflammarunt & extinxerunt. Erant qui semel atque iterum malo eo capti & liberati, postea tanquam postliminio correpti peribunt. Diuersa etiam fuit contagio, rationem excedens omnem. Nonnulli enim morbum ex conuersatione tantum & consuetudine ægrorum contrahebant, alij solo contactu illorum mortem sibi creabant. Erant qui quum in domum saltem prospexissent, inficiebantur: alijs id in foro contingebat. Nonnulli qui periculum euaserant, ex pestilentibus urbibus excedentes, contagionem morbi ad integros & ualentes transmittebant. Quidam uerò peste ea correpti prorsus non sunt, quamuis familiariter cum multis ægris uixissent: & non solum eos ipsos ægros, uerumetiam ex peste ea defunctos homines contrectassent. Multi namq; erant, qui magno studio ut morerētur agebant, propter liberorum aut totius familiæ internecionem. Quam ob causam ægrotis immixti, cū morbo ipso quodammodo colluctabantur. Nihilo tamen magis, pro eo atque cupiebant, ex hac uita migrabant. Lues ista, sicuti dixi, ad quinquagesimum secundum annum, pestilentias priores omnes longè post se relinquens, grassata est. Philostratus pestem sui temporis, quæ quindecim durauit annos, admiratur. Sed illam hæc multis modis superauit.

Euagrius quoque hac peste se infectum fuisse scribit libro 4. cap. 29.

Ego uerò ad reliquam historiam reuertor, reliquas
Iustiniani res commemoraturus.

CAPUT XIX.

Ex Euagrio de Iusti. auari immani auaritia, & immensa prodigalitate.

QVæ autem de eo Euagrius narret, adijciam, ne ipse in tantum Imperatorem inuectus esse uidear. Sic enim ad uerbum de eo ille loquitur. Iustinianus inexplebilis auaritiæ fuit, & alieni usqueadeò appetens, ut ciues subditosq; omnes auro uenales habuerit: & magistratibus, ipsis, uectigaliumq; mancipibus, atq; alijs insidias nulla de caussa aduersus homines fuere solitis, uendiderit. Quàmplurimis autem, quibus amplæ essent diuitiæ & possessiones, causa aliqua & prætextu præter causam & prætextum omnem per eolorem quempiam confícto, bonorum omnium mulctam dixit, Ac si qua mulier se assimulasset meretricium quæstum facere, & oculum alicui Venereæ consuetudinis gratia adijcere, illico in leges commitebatur. Atq; ea ubi Iustinianum ad societatem tam turpis lucri alciuisset, opes eius qui per eiusmodi sycophantiam deceptus esset uniuersas, ipse in domum suam congerebat. Pecuniæ uerò prodigus etiam, multas sacras ædes & templa ubíq; constituxit, aliasq; pietatis causa domos ad affectæ uel imperfectæ ætatis, & cum uarijs morbis conflictantium uirorum & mulierum curam, ædificauit: ingentibus, unde illi fouerentur, eis reditibus attributis. Alia quoq; innumerabilia pietatis opera Deo placentia fecit: siquidem ea ex prijs authoris, qui de suis ipse puris factis fructum ferat, facultatibus procedant. Hæc quidem Euagrius.

ἐπιφθονώτατος.

προσεπαγόμενον.

CAPUT XX.

VStinianus porrò multa delubra passim in orbe terrarum pulcherrima excitauit: potissimùm autem Constantinopoli præclarissima templa, præstanti forma & magnitudine construxit. In quibus ingens illa & incomparabilis, neque unquam antea uisa basilisca est, augustum SAPIENTIAE DEI VERBI templum maximum sanè illud, atque decentissimum, & quod orationis uim omnem longè supergrediatur. Eius structuram ex Propopio hoc loco inserere uisum est: cuius uerba hæc sunt. Homines aliquando gregarij & leue uulgus, Christianorum, ecclesiam incendere ausi sunt. Sophiam Byzantij templum id, commodissimè cognomen hoc DEO tribuentes, uocant. Permisit id hominibus nefarijs, ut impietatem tantam patrarent, quod præuiderit ad quantam pulchritudinem fanum id aliquando restitutum, peruenturum esset. Itaque ecclesia exusta tota tum iacebat. Iustinianus autem ita eam aliquando pòst expoliuit, ut si antea quispiam cognouisset, & descriptionem ædificij nunc extantis ostendisset, in uotis habiturus quilibet fuerit, ut ecclesia prorsus disperiret: quo ea forma, in quam est in præsentia redacta, conspiceretur. Artifices namq; Imperator ex prouincijs omnibus omnes euocauit, atque in primis Anthemium Tralianum, architecturæ & artis mechanicæ, quæ ingenio & manu fit, non tantum inter eos qui sua ætate, sed etiam qui superioribus temporibus ædificijs accurate & commodè extruendis præclari fuere, præterea uerò qui futuri erant, structurarum formas & effigies præscribendi peritissimum: & Isidorum Milesium, egregium fabrum. Spectaculum igitur ecclesia multo pulcherrimum facta est, conspicientibus quidem mirificum, audientibus uerò incredibile prorsus. Nam altitudine cœlum propè attingit: & ueluti ab ædificijs alijs abducta, urbi reliquæ imminet atque incumbit, exornans quidem illam, quod scilicet illius sit: spectandam autem seipsam præbens, quod illius quum sit, illam que supergrediatur, tantum eminet, ut ex ea perinde atque è specula urbs tota perlustretur. Ea autem latitudine atque longitudine quàm rectissimè est exornata, ut non immeritò & longior & latior dicatur. Tum autem incredibili pulchritudine est insignis Moles quoque ipsa ornamento illi est, & magnitudinis conueniens & apta ratio & proportio, neque ad nimiam amplitudinem excedens, neque se ad uilíorem humilitatem demittens. Nam & solitis ædificijs grandior est, & immoderatis structuris uenustior atque decentior. Lumine uerò & solis splendore mirificè abundat. Non extrinsecus locum cum sole illustrari, uerùm intus oriri lucem dicas. Tanta uis lucis in templum hoc diffunditur. Facies eius, pars scilicet orientem solem respiciens, ubi mysteria & arcana Deo sacra fiunt, ad hunc modum est extructa. Aedificium quoddam dimidia ex parte rotundum & turbinatum, quod artis huius periti hemicylindrum nominant, in sublimitatem immensam excurrit. Operis huius altitudo, *in quartam orbicularis figuræ partem euadit. Desuper structura alia lunata forma, ab ædificij artificibus ei imposita eminet, decenti quidem pulchritudine ad miranda illa, sed quæ periculosa compositionis coagmentatione horrendum quiddam prorsus esse esse uideatur. Videtur namque in rem præsentem uenientibus, non satis firmo loco collocata, atque non sine discrimine in sublime sublata esse. Illa uerò certa & stabilis maximè constat. In huius templi parte utraque, columnæ in solo sunt, & apices earum ex ingentibus saxis constructi, riteq; coagmentati. Quæ columnæ aliæ a lijs artificiosè inter se situ ipso respondentes, in magnam sublimitatem pertingunt: scopulis eas, sicernas, præruptis compares. Quatuor in ijs arcus †quadranguli forma extant. Porrò arcuum istorum duo, qui ad orientem & occidentem solem pertinent, in uacuum aerem prominent. Reliqui autem duo ex inferioir paululum parte, ædificium quoddam & quasdam columnas habent. Eisdem uerò ex superiore quoque parte rotunda structura ad turbinatam formam uergens, imminet, unde semper dies primum illuscescens apparet. Et quum ædificatio ita diuisa sit, commodi illud habet, quòd affatim lucem templo sufficit. Hæc uerò ipsa, ut opinor, fieri non potest, ut lingua balbutiens & parum uocalis exponat. Namque propter structuram infractam, non interra consistere, sed cœlitùs catena aurea suspensa esse uidentur. Et qui hæc contemplantur, quid nam potissimum præ alijs admirentur, dicere nequeunt. Verùm quum animo omnia circumspexerint, & supercilia super omnibus contraxerint, structuræ artem assequi non possunt: sed quod oculis perspicere eam non sit consternati inde discedunt. Puro si quidem auro testudo summa tecta est, amplitudinem pulchritudine temperans. Tum autem lapidum splendor cum auri fulgore concertans, excellit. Ex utraque parte porticus duæ sunt: utriusque culmen, tholus, & aurum, tectorium est. Harum altera quidem uiris orantibus, altera autem mulieribus idem facientibus cessit: neque prorsus quidquam inter se uariant, aut differunt. Quis uerò sublimiores gynæ conitidis stationes exponat? aut uarias enumeret porticus & columnis frequentibus conspicuas aulas, quibus templum hoc circundatum est? quis columnarum & lapidum enumeret aptam & conuenientem speciem, quibus sacra ædes exornata est? In pratum se quispiam floribus uernans incidisse existimet. Admiretur namque meritò, aliorum quidem colorem purpureum, aliorum uerò uiridantem, in quibusbam autem puniceum florere. In nonnullis candidum fulgere uideat. Insuper uerò in quibusdam obstupescat, quos aduersantibus inter se coloribus, in modum pictoris, natura ipsa uariè cohonestarit. Porrò templi eius donaria omnia, quæ uel ad usum sacrorum parata, uel ex argento & lapillis magni precij fabrefacta sunt, accuratius persequenti, eloqui omnino non est: quæ Imperator duntaxat iste dedicauit. Ex una autem re tantum, coniectura, qui hæc legent, opes ecclesiasticas colligere poterunt. Sanctius etenim templi huius sacrarium, quod soli sacerdotes adeunt, †quadragies mille argenti libras continet. Ex arcubus, quos loros mechanici

Anthemius Tralianus, Isidorus Milesius, architecti nobiles.

Destructura templi Sophiæ Constantinopolitani.

Sanctius templi sacrarium.

ἐκ τῶν σφαίρας τετραγωνικοῦ ἀποτομήματος.

εἰς τετράπλευρον.

Anges tàs argenteas in templo isto.

εὐθειόδους τέσσαρας λιτρῶν.

mechanici uocant, unus Orienti soli obuersus, nondumq; perfectus, magnitudine
A sua bases columnarum presit. quæ pondus tantum non ferentes, derepen-
Iustinianus architecturæ peritissimus. te quodammodo disruptæ, non ita multo post pessumituræ uidebantur. Et An-
themius atque Isodorus ea re perterriti, ad Imperatorem eam retulerunt: neque
quidquam ex arte spei reliqui habuerunt. Imperator autem diuinitus edoctus,
statim eis arcum absolutum iri pollicitus est. Ipse etenim, inquit, in seipso assur-
gens, inferioribus columnarum basibus non egebit. Ita arcus certa firmitate in
sublimi suspensus, experientia ipsa ueritatem inuentionis Iustiniani confirmauit.
Atque hoc quidem sic hac in parte elaboratum est. In alijs uerò arcubus Meri-
diem & Boream uentum spectantibus, tale quiddam accidit. Lori qui uocantur,
per ædificationem nouam mole magna in sublime tollebantur. Eis uerò inferio-
ra ædificia pressa laborabant, & columnæ quæ eò loci erant, lapides paruos per-
inde atque expolirentur, ex sese iactos reddebant. Rursum igitur animos de-
spondentes mechanici, propter casum eum Imperatori periculum tale renuncia-
runt. Tum ille huic malo remedium illud excogitauit. Laborantium enim ædi-
ficiorum partes summas, & arcus ipsos adimere, atque in præsens quidem sepo-
nere, postea uerò rursum imponere, quum structuræ humor induratus euanu-
isset, præcepit. Illi imperata fecere. Aedificatio uerò ipsa deinceps firma stabilis-
que constitit. Restaurauit quoque Iustinianus sanctorum Apostolorum templum,
Diuorum apostolorum ecclesia. quod nulli primas uult concedere. In eo Imperatores & antistites recepto more se-
peliuntur.

CAPUT XXI.

ATque hæc quidem præclara, atque præclarorum longè præclarissima B
sunt Iustiniani Imperatoris, opera. Vnum in eo, quod beluinam fe-
ritatem omnem excedit, siue errore, seu ingenij timiditate (dicere id e-
nim nequeo) fuit: initium ex seditione ea quæ Νίκα, id est, uince di-
Iustinianus factionis populi Constantinopolitani Cyaneæ aduersus Prasinã nimium addictus. cta erat, initium ducens. Mirificè namque alteri populi factioni, Cyaneæ inquam,
addictus fuisse usus est: adeò sanè, ut non solum eos interdiu in media urbe cæ-
des aduersariorum facientes, legitima pœna facinoris exigenda, non cohibue-
rit, sed præmijs etiam prosequutus sit. Proinde homicidæ plures facti, & impu-
Licentia & impunitas gladiorum. nitas cædium aucta. Audebant illi etiam domos aduersæ partis ingredi, & pre-
Iustinianus iniquissimè in magistratus cædes Cynæorum coercētes, animaduertit. cios as sepositásque eorum res diripere, ita ut illi salutem suam auro redimere coge-
rentur. Si quis uerò ex magistratibus non dico cohercere, sed inhibere tantum
facinora eiusmodi uoluisset, de uita is periclitabatur. Quapropter quidam Ori-
entis præfectus, quoniam nonnullos scelere tali res nouas molientes compre-
hendisset, & neruis proteruitatem eorum castigasset, contumelioſa pompa per
mediam urbem tractus, neruis est concisus. Et alium quendam Callinicum no-
mine, Ciliciæ præsidem: quòd in duos percussorum istorum, Paulum & Fausti-
num, qui interficere eum conati fuerant, animaduertisset, in crucem egit: pœnas ab
eo, rectè prudenterq; facti, & legum conseruatarum, sumens. Itaque qui diuersæ fa-
Per indignitatem eam Prasini ad latrocinia exercenda quoq; sunt addicti. ctionis erant, quòd possessiones suas relinquere coacti essent, & à nemine prorsus
reciperentur, sed ueluti quædam detestanda piacula urbe expulsi essent, prædo-
nicam exercebant: & itineribus obsessis, ex insidijs uiatores adoriebantur & cæ-
debant, nihil'que adeò quod non committerent malorum omittebant: & quotidie
ad homines interficiendos atque dispoliandos, flagitiaq; alia peragenda, audacio-
Iustinianus tandē Cyaneos quoque afflixit. res fiebant. Sæpenumero autem ad factionem alteram conuersus, & in ipsos le-
ge agere iussit: supplicijsq; eos subdidit: quos antea ubiquè facinora impia commit-
tere, & grauissima quæquea flagitia de barbarorum more patrare permiserat.
Cæterùm exactè hæc cõmemorare, neq; temporis huius est, neq; orationis nostræ,
quæ

A quæ assequi ea non potest. Et hęc ipsa satis esse possunt, ad reliquas Imperij huius,
quæ hic non recensentur, res coniectura colligendas.

Apud Suidam est, Iustinianum imperatorem literas planè ignorasse, & ἀναλφάβητον hoc est, alphabeti imperitum fuisse.

CAPUT XXII.

SVb Iustiniano multi in multis orbis partibus diuini, & uita & mira-
culis ab eis gestis admirandi uiri floruere, in quibus unus etiam Bar-
Sanctus Barsanuphius Aegyptius monachus. sanuphius Aegyptius genere fuit, qui in carne minus carnalem egit
uitam: in phrontisterio quodam, quod in præfectura Gazæ situm
erat. Hic quùm prodigia multa edidisse dicitur, tum in tuguriolo scipsum inclu-
sisse, atque ibi ultra quinquaginta annos ita uixisse creditur, ut neque à quopiam
uisus, neque re quapiam terrena usus sit. Quæ quum de eo fama uulgata essent,
Salustius episcopus Hierosolymorum. eis'que Salustius Hierosolymorum episcopus fidem non haberet, postquam perfo-
dere domunculam, ubi homo Dei habitabat, iussit ignis alicunde exortus om-
nes consumpsisset, nisi sibi fuga consuluissent. Alius quidam uir Simeones no-
Sanctus Simeones propter Christum fatuus. mine, apud Emesam, nouam quandam & insolitam uitam egit. Quum enim &
sapientia omni & gratia plenus esset, dementem se esse assimulauit, & uanam
Cõtemptus uanæ gloriæ. gloriam tanquam ueram ignominiam reiecit. Sanctus igitur uir iste diu solita-
rius uixit, latens prorsus: neque cuipiam, ut eo gnoscceret, quando, aut quomo-
do preces ad Deum funderet, aut quo tempore & quibus cibis uel uteretur uel
abstineret, aditum ad se permittens. Persæpe uerò etiam in plateis uersans: men-
te excidisse, neque quicquam consistentis rectoris, solertiæ, & sagacitatis habere
usus est. Aliquando incompositè in cauponas insiliens, cibis se quos reperisset
famelicus implebat. Qnòd si quis consilio eius intellecto, uel obseruantiam uel
honorem ei exhiberet, indignatus ille quàm celerrimè ex eo loco discedebat, ne
id quod celatum uolebat, deprehenderetur, uirtusq; eius manifestaretur, ueri-
B tus. Et ille quidem ita se propalàm atque in medio foro gessit. Habuit autem
familiares etiam quosdam, quibuscum quandoque fuit, scena & simulatione po-
Meretricula grauida stupri Simeonem insimulat. sita. Cuidam ex ijs ancilla erat, quæ à quopiam per libidinem constuprata, ubi
partus institit tempus, ab heris patratorem probrosi facinoris eius & patrem
Simeones crimen de industria non refellit. pueri indicare coacta est. Illa per calumniam, Simeonem clandestinè secum con-
suetisse, se que ex eo grauidam esse dixit, & rem ita se habere iuramento confir-
mauit: id'que si opus esset, in faciem illi se dicturam promisit. Hoc ubi ad aures
Simeonis, peruenit, factum ipse quoque non negauit, carnem scilicet, se quoque
circumferre, & lubricam peccandi procliuitatem insitam sibi esse dicens. Post-
quam autem eo nomine sermones apud omnes de eo increbuerunt, & ipse, sicuti
uidebatur, pudore perculsus est: ilicet per fraudem, sub uerecundiæ prætextu
seipsum subdixit. Et iam fatalis & constituta pariendi dies aderat, & mulier-
cula sedili solito insidebat, dolores'que uehementes exoriebantur, cruciatum
intolerabilem afferentes. Ac misella ultimum discrimen adibat, neque fœtus
prodibat: quum in tempore ipso Simeonem aduenientem, ut preces ad Deum
Partus ipse et ueritas calumniam talem redarguit. profunderet, mulierculæ aliæ rogarunt. Ibi ille propalàm, non prius fœtum
solem aspecturum esse, quàm mater patrem clandestinum proderet, prædi-
xit. Quod ubi fœmina professa est, & patrem uerum nominauit, confestim
Suspicionis Simeones rursum occasione hominibus fornicationis, qui mulierculæ egentissimæ cibum potumq; attulerit de se præbuit. infans maternis locis exilijt, ueritate ipsa quodammodo obstetricis illi offici-
um exhibente. Alio insuper tempore Simeon iste in ædiculam mulieris im-
pudicæ ingressus, foribus clausis, solus cum sola manens, aliquantum tem-
poris extraxit. Deinde ostio aperto profugit, conspectum omnium, ne quis
eum conspiceret, ubique cursu citato uitans. Quo facto, opinionis non bo-
næ causam de se præbuit. Quapropter qui hoc uiderant, mulierem con-

uenerunt,

uenerunt, diligenterque quid sibi illius ad eam ingressus & tam diuturna mora A uoluerit, percontati sunt. Ibi illa adiurauit, se in tertium usque diem penuria rerum necessariarum, præter aquam, nihil degustasse. Illum autem, qui hoc cognouisset, cibum ad se, & uini aliquantulum attulisse. Deinde ianuis clausis, mensam apposuisse, cibum capere iussisse, dapibus eam repleuisse: & reliquijs earum receptis, abijsse. Quum terræmotus maximus regionem eam concussurus esset, (quo tempore, præ ciuitatibus alijs, urbes Berytus, Biblus, & Tripolis, cladem ingentem acceperunt) lorum manu circumagens, & quàmplurimas in foro statuas diuerberans, ad alias: State, inquit, uos, breui namque saltare debetis. Et quum uiri eius factum nullum ociosum aut† fruſtraneum esse iudicaretur, qui ei rei affuere, animis suis quas'nam statuas præteriens non pulsasset, considerarunt. Nam illæ ipsæ terræmotu impetu summo ingruente corruerunt, concussionis eius *opus primarium factæ. Multa præterea ab eo memoria digna sunt gesta, quæ scripto alio alibi sum prosequutus.

Idem terræmotũ præuidit. Beryti & aliarum urbium excidium.

† παράβυγον

* ὄβυγον

CAPUT XXIII.

Thomas monachus sibi ipsi, & Anastasio qui eũ contumelioſe uerberauit, mortem prædicit:

IN Cœlesyria alius quidam, cui Thomæ nomen fuit, in eodem uitæ genere decertauit. Qui Antiochiam uenire solitus (illius enim ecclesiæ censebatur) annuis alimentis receptis, in mansionem suam ibat. Hunc Anastasius ecclesiæ eius minister & œconomus, quòd frequenter molestus ei esset, manu in facie uerberauit. Eam rem quum illi qui cum eo erant, ægrè ferrent: ipse neque Thomam dixit de cætero quidquam ab occlesia acceptu-

Thomæ ſtius sepultura honorifica.

rum, neque Anastasium daturum esse. Et utrumque iuxta prædictionem eam accidit. Anastasius siquidem postridie eius diei uita defunctus est: & Thomas ad tugurium suum reuertens, postquam in Daphnes suburbanum uicum peruenit, in ægrotorum hominum diuersorio, ad meliorem illam uitam migrauit. Cadauer illius, eius loci incolæ in communi aduenarum monumento reposuerunt, alio atque rursum alio cadauere illi superingesto. Postquam uerò Deo ministrum suum cohonestante, corpus ipsius, identidem ea re tentata, semper superiorem tenuit locum, cadaueribus reliquis diuina quadam ui longè admodum ab ipsius corpore semotis, miraculi eius spectatores, ad Euphemium episcopum rem retulerunt, qua ille ita uti erat cognita, publicam atque honorificam funeris pompam indixit, & corpus magnificè Antiochiam tulit, atque cum gloria multa in cœmiterio sepelijt. Qua cadaueris translatione ille etiam pestilentem, qui tum grassabatur, morbum dispulit. Huius Thomæ anniuersariam memoriam magnificentissimè, festum diem agentes, Antiocheni celebrarunt.

B

ἐν ἐπιχλίοις τοῦ λυκαυλείου.

Polyandrium aduenarum.

Cœmiterium.

CAPUT XXIIII.

Theodosij monachi mors.

VStiniano adhuc imperium administrante, & magnus ille Sabbas, & præclarus Theodosius, eremi præsides, superstites erant. Verùm prior Theodosius ad Deum transijt. Sabbas autem nonagesimum tum agens annum, ab Aelienſi antistite legatus iterum Constantinopolim ad Iustinianum, in tenui atque imbecilli admodum senecta fluctuans, profectus est. Samaritani namq; Iuliano quodam rege sibi creato, plurimas Christianis superbè iniurias intulerant. Ecclesias per sacrilegium compilatas igni uastauerant: eos qui secundum Deum piè uiuendum sibi statuissent, post multa & inenarrabilia supplicia conciderant: & circum uicos discurrentes, atque sanctorum monumenta uiolantes, in ignem conijciebant. Ea uerò circa Neapolim accide-

Iudæi duce Iuliano in Christianos crudeliſſime grasati.

rant maximè, cuius episcopum ense occiderant, & presbyteros quosdam comprehensos, & deinde in frusta dissectos, unà cum quibusdam martyrum reliquijs in sarta-

A in sartagine frixerant, à nulla prorsus temeritate & cõtumelia cõtra Christianos abstinẽtes. Quæ ubi Iustinianus intellexit, multa manu cũ illis congressus, quùm alios multos, tum Iulianum ipsum occidit. Captus quoq; Syluanus quidam Scythopoli, & igni crematus, perquàm acerbam uitæ cataſtrophen subijt: uir qui plurimùm per effrenatam petulantiam in Christianos illusisset, & diuina uindicta ad id tempus conseruatus esset, ut debitas ad eum modum persolueret pœnas: quemadmodum & diuinus Sabbas ei prædixerat. Arsenius aũt quidam nomine, & dignitate illustris, eius quem diximus Iuliani comes, Constantinopoli erat, & calumnias quasdã falsò aduersus Palæstinos suebat, perinde atq; tyranno multis in rebus adiutores fuissent. Horum gratia Sabbas, sicuti dictum est, orator rursum Constantinopolim uenit. Eum uerò ueluti angelum, & cœlestis Hierusalem ciuem, cœlitùs uenientem, perq; celebri põpa Imperator excepit: quid-quid in urbe illustriũ esset uirorum, ipsumq; adeò Epiphanium patriarcham obuiam illi mittens. Porrò ubi longè aduenientem Imperator agnouit, eximiam capiti eius coronam imminere uidit: quod & ipsum Anastasius olim, quum ad eum ueniret, conspexit. Itaq; illi occurrit, & benedictione accepta, sanè quàm libenter cum eo fuit, & facilimè quod is uolebat fecit. Qui inde reuersus, & ipse ad æternam immortalemq; uitam, condigna laborum præmia recepturus, transijt.

Iuliani cõmes Arsenius.

Diuus Sabbas monachus orator & deprecator Palæstinorũ apud Iustinianum.

Magno cũ honore Imperator eũ excipit.

Sabbæ mors.

CAPUT XXV.

B ANthimo uerò, quemadmodũ dixi, episcopali throno in urbe Imperiali deiecto, & Mena pro ipso ab Agathone papa electo atq; consecrato, miraculum quoddam Constantinopoli, dignum quod memoretur, accidit. Quòd sanè ita ut potero exponam. Consuetudo à multo tempore Imperanti urbi fuit, ut quum plusculum de partib. immaculati diuinicq; corporis Domini & DEI & seruatoris nostri IESV CHRISTI reliquũ esset, sacerdotes pueros incorruptos, ex eis qui ad præceptores in ludum literarium eunt, accersereẽt, qui ieiuni reliquias eas ederent. Quod quidem mihi quoque sæpenumero, quum puer admodum essem, & maximè à prima ætate in sacris ædibus uersari studio haberem, contigit. Tale quiddam sub Mena quoque patriarcha euenit. Cum pueris ad id delectis, puer quoque uiri religione ludæi, uitro conficiendo uitam tolerantis, aggregatus est. Puer is, ubi diutius ultra solitam horam moratus domum uenit, & causam tardioris reditus parentibus diligentius eam inquirentibus, quòd scilicet cum alijs pueris in æde sacra diuinas partes edisset, renunciauit. Pater re noua audita, furore percitus, fornacem ubi uitrum cõformabat, succendit, & puerum arreptum, in eum prunis flamma suffocata candentem coniecit, ob factum tale iratus: quamuis filius sciens nihil admisisset. Porrò mater ubi puerum diutius non comparentem quæsiuisset, & non inueniſſet, urbem omnem circũijt, perquàm acerbè ploran s atq; lugens: & die tertio ad officinam mariti consistens, ingenti planctu seipsam lanians, prolixiusq; ingemiscens, filium uocauit. Atq; ille materna uoce agnita, responsum è furno reddidit. Tum mater ostio furni fracto, cum miraculo maximo, in medijs prunis puerum stantem uidit, ità prorsus incolumem, ut ne capillum quidem flamma læserit. Et ubi causam incolumitatis quæsiuit, mulierem quandam illustrem, purpurea amictam stola, frequentius ad eũ uenisse, aquã sibi infudisse, & flammam ea appropinquantem extinxisse, cibum etiam cum esurijsset prebuisse, dixit. Hæc postquam Iustinianus cognouit, puerum cum matre diuino regenerationis lauacro adhibuit, DE Q́ que dicauit. Patrem autem, qui Christianorum sacra susci pere non sustinuit, ueluti parricidam, in ficum arborem, pe-

Reliquiæ Eucharistiæ pueris innocuis Constantinopoli dari solitæ.

Puer Iudæus, qui reliquias etiam Eucharistiæ percepe-rat, mirificè in igneo & candenti furno saluus conseruatus.

Puer & mater eius Christianiſmum ſuſcipiunt.

rinde atq; in crucem egit. Verùm hæc quidem sic accidêre. Nos autem ad institu- A
tum orationis cursum reuertamur.

Pater, qui puerum in fornace ardentem cõiecerat, parricidij pœnas dat.

CAPUT XXVI.

Vigilius Rom. antistes.

IN tempore Romæ ecclesiam regebat Vigilius, post Syluerium, qui Agathoni successerat, episcopus creatus. Constantinopoli uerò synodi tempore Menæ successit Eutychius. Menam porrò Anthymus, hunc autem Epiphanius præcesserat. Alexandriæ post Theo-

Maximarũ ecclesiarum episcopi.

dolium throno, sicuti dictum est, deiectum, Zoilus episcopus surrogatus, superstes adhuc erat. Atque ubi is paulo pòst decessoribus suis est aggregatus, Apollinaris cathedram eius accepit. Apud Antiochenos, in locum Euphræmij Domninus substitutus est. Hierosolymis autem, post Martyrium, & Salustium,

Episcopi Hierosolymitani.

& Heliam, suo respondentem nomini, Ioannes episcopatum administrauit. Post hunc rursum Petrus ille admirandus, & post Petrum Macarius, cum Imperator nondum episcopatum eius comprobasset. Quapropter etiam ecclesiastica deturbatus est cathedra. Dicebatur enim, quantum alius nemo, Origenis dogmata uulgare. Hoc uerò repudiato, Eustochius in sacram sedem conscendit. Illud

Vigilius Pontifex Rom. Constantinopoli fuit.

non prætereundum, Roma à Gothis iterum capta, Vigilium profugientem Constantinopolim uenisse. ubi quum ab Imperatore magnificè esset acceptus, ad unionem se ecclesiam reducturum esse, ita ut tria quoque fidei aduersantia capitula anathemate iugularet, pollicitus est. Eò uerò insolentiæ progressus est, ut

Vigilius ob eandẽ, quã decessor eius Syluerius, causam indignationis Augustæ Constantinopolim ductus, indeq; in exiliũ actus est. Diac.

& Menam à communione quatuor mensibus excluserit. Idem sanè & Menas aduersus illum fecit. Sedenim Iustinianus rebus huiusmodi ad iram commotus, qui eum comprehenderent misit. Vigilius autem sibi metuens, ad Sergij martyris B
aram confugit: & sacris ibi fistulis implicitus, non prius inde extractus cessit, quàm illas euertit. Erat namque magnus, & corporis statu uastus. Postea uerò quum eius rei Iustinianum pœniteret, partibus suis interponente imperatrice Theodora, Vigilium suscepit: atque ille rursum Menam ad communionem admisit. Quo tempore encænia uigesimonono Iunij die templi sanctorum Apostolorum sunt celebrata, & sacræ Apostolorum reliquiæ in curru aureo à Mena circumuectæ. Hoc ipso anno Menas decessit: & Eutychius, sicuti diximus, thronum eius recepit, qui monachus & presbyter, necnon antistitis Amaseni respon forum dandorum minister fuit.

Encænia ecclesiæ sanctorum Apostolorum. Circumuectio sacrarum reliquiarum.

† Syluerius papa, Theodoræ Augustæ iussu, quòd Anthimum Constantinopolitanum episcopum hæresim damnatum restituere noluerit, in Pontiam insulam relegatus, ibi oppetijt mortem. Diac.

CAPUT XXVII.

Eutychius episcopus Cõstantinopolitanus.

TAque episcopatum ueteris Romæ administrante Vigilio, nouæ autem primùm Mena, deinde Eutychio: Alexandriæ Apollinari, Antiochiæ Domnino, Hierosolymorum autem Eustochio: quum eis etiam adesset Gregorius Agrigentinus, uir uitæ sanctitate, eloquentia & ueritatis doctrina omnib. propè superior: Imperator Iustinianus sanctam

Sancta quinta uniuersalis synodus Cõstantinopoli coacta.

quintam Oecumenicam synodũ, episcopis ecclesiarũ omnium euocatis, coegit, eiusmodi ob causam. Eustochius Hierosolymorum episcopus, quum permulti in Palæstina, qui Origenis dogmata profiterentur, florerent, potissimum'que ibi ea secta in noua quæ dicebatur Laura, obtineret, magno studio ut eos inde abi

Causa concilij talis cogendi, Origenis dogmata.

geret, egit. Proinde ea ipsa quam dixi, noua Mandra occupata, illos ueluti commnnia & profana piacula ecclesia exegit. Illi autem undequaq; dispersi, multos ad partes suas pertractos, ut auxilium eis ferrent, regarunt. Et non paucos auxiliares habuere socios. Maximè uerò eos defendit Theodorus, cognomento

Eustochius Hierosolymitanus episcopus monachos

Theodorus Ascidas Eustochij aduersarius.

Ascidas, Cæsareæ Cappadocum episcopus, idem'que Iustiniani imperatoris

A assessor, consiliarius gratus illi & fidus maximè uisus: quippe qui ob res dextrè ex sententia Principis agendas ei placeret. Hic ubi, quantum potuit, aulam Imperialem commouit, impietatemq; quæ nefanda omnia flagitia excelleret, Eustochij rem in Palæstina actam, uocauit, in urbem Imperantem cum Eustochio præcipuè euocantur, Rufus magni Theodosij, & Conon magni Sabbæ mansionis

Rufus & Conon abbates.

præfectus, eremi uterque dux, quùm phrontisteriorum quibus præibant causa, tum propter uirtutem suam maximè. Venêre cum illis alij quoque, non multum eis gloria cedentes. Postquam patres ibi in loco uno conuenere, causam in primis Origenis, Didymi, & Euagrij, in medium protulere: uidelicet quòd Græcorum opiniones rectis ecclesiæ doctrinis perperam illi immiscuissent: eas'que opiniones tollendas esse censuere. At Ascidas ex altera parte Theodori Mopsuestiensis, & Theodoriti, & Ibæ Edessæni opiniones produxit: DEO hoc sic cũ sapientissimè disponente, ut hinc & inde noua & profana dogmata longius reijcerẽtur. Prima conflictatione facta, quæstium est, An tum demum iam olim defunctos anathemate ferire liceret. Ibi tum Eutychius, Mena adhuc superstite, uir sacrarum literarum summè peritus, minus tamen celebris; quòd episcopo Amaseno, quemadmodum dictum est, à responsis esset; eos qui in conuentu congregati erant, * non modò non recta, sed ridenda etiã atq; contemnenda sapere uidens, disertis uerbis, neque consilio, neq; deliberatione ulla eam rem egere dixit: propterea q; & Iosias rex non tantum uiuentes dæmonum sacerdotes olim iugularit, sed & eorum qui longo ante tempore mortui fuerant, sepulchra effoderit. Quod B uerbum bene ab eo dictum esse, omnibus uidebatur. Iustinianus certè uirum ob id admiratus, Mena eis diebus defuncto, in Imperialis urbis thronum extulit. Porrò Vigilius, etiamsi ei, scripto interueniente, cum Eutychio conueniret, assidere tamen illi noluit: sed is Synodo finita, quemadmodum à me dicetur, Constantinopoli Romam profectus, in itinere fatis concesit. Synodo, sicuti dixi, coacta, Iustinianus, quidnã de rebus Theodori, & item Mopsuestiensis Theodori, & Theodoriti, eiusdem'que scriptis, quæ aduersus duodecim capita sancti Cyrilli composuit, & præterea de Ibæ ad Marim Persam missa epistola dicerent, interrogauit. Atque ubi multa Theodori Mopsuestiensis, & Theodoriti dicta, lecta, & clarè satis demonstratũ est, non tum solum, uerùm antea etiam dudum Theodorum ab ecclesia proscriptum, & ex sacrarum tabularum albo eiectum esse, hæreticos'que etiam post eorum mortem damnandos esse: nulla interposita mora, Theodorũ ipsum, & præterea quæcunq; Theodoritus contra duodecim diui Cyrilli capita & rectam fidem scripsisset, atque insuper Ibæ epistolam, anathemati subiecerunt, decreto in hæc uerba composito. Quum magnus DE-
» VS & saluator noster IESVS CHRISTVS, iuxta Euangelicam parabolam, Et
» deinceps. Condemnamus uerò, & anathemate confodimus, præter alios om-
» nes hæreticos, à sanctis quatuor concilijs, & à sancta catholica & apostolica Ec-
» clesia condemnatos, atque anathemate iugulatos, Theodorum etiam, qui Mopsu-
» uestiæ episcopus dictus est, impiaq; eius scripta: & quæ impiè quoque Theodo-
» ritus aduersus rectã fidem, & duodecim capita eius qui in sanctis est, Cyrilli, &
» cõtra priorẽ sanctã synodũ Ephesiam: deniq;, quæcunq; idem Theodoro & Ne-
» storio patricinatus scripsit. Adhæc anathemate ferimus impiã etiam epistolam,
» quæ ab Iba ad Marim Persam cõscripta esse dicit. Et post uerba pauca, quatuordecim capitula de recta & irreprehensibili fide exposuerunt. Hæc quidẽ sic acta. In secunda autẽ sessione, post quam ab Eulogio, Conone, Cyriaco, & Pancratio, monachis Hierosolymitanis, libelli contra impia Origenis, qui & Adamantius dictus est, dogmata, & contra impietatis & seductionis eius sectatores oblati

Acta synodi. Prima sessio. Iudicium de scriptis Origenis, Didymi, & Euagrij.

An in defunctos anathemata iacere liceat. Eutychij eadem re grauis sententia.

ἐπὶ φρονοῦντα ἢ μέγα, ἀλλὰ καὶ κακῶς ἀκούοντα, ἢ νεκρὸν ἀνορύξαντα ἐναγῆ.

4 Reg. 23.

Vigilius Eutychio assidere noluit.

Damnatur impia scripta Theod. Mopsuestiensis; Theodoriti Cyri episcopi, & Ibæ Edesseni.

Secunda sessio: Iudicium de Origenis sectatoribus;

& lecti sunt: Iustinianus rursum Synodum de eis sententiam dicere iussit, libel- A
lis quoq; qui Vigilio papæ de eis rebus scripti erant, in medium prolatis. In quibus erat, Adamantio studio fuisse, ut Græcis nugamentis & Manichæis zizaniis, Apostolicorum dogmatum impleret puritatem. Synodus itaque rem decernendam ad Iustinianum, post exclamationes in Origenem, & qui itidem ut ille seducti essent, factas retulit. Quarum quædam in hæc concepta erant uerba, sicuti ea ex commentarijs Synodi istius excerpsimus. Qui animum obtines cœ- cc
lestis participem generositatis, Christianissime Imperator. Et deinde: Effu- cc
gimus igitur, effugimus istam, quam ignoramus, externam uocem, & tan- cc
quam furem atque prædonem eiusmodi hominem anathematis laqueis arctè di- cc
strictum atque suffocatum, extra sacra ecclesiæ mœnia abiecimus. Et post pau- cc
ca: Actorum uerò nostrorum, ex eorum lectione, uim cognoscetis. Hisce con- cc
iunxerunt capitula, quæcunque Origenis sectatores professi sunt: quæ capitula consensionem simul & dissensionem eorum, atque etiam multiplicem errorem ostendunt. Quintum ex ijs capitulum est, blasphemiarum certarum quarundam eius, quæ noua Laura dicta est, personarum hisce, uerbis scriptum: Theodorus Ascidas Cappadox dixit: Si nunc apostoli & martyres miracula edunt, & in tantum sunt honorem, si in restitutione & instauratione rerum CHRISTO æquales non fuerint, qualis eorum restitutio futura est? Idem monachi perquàm diligenter etiam Dydimi & Euagrij & Theodori alias plures blasphemias, ex eorum perperàm scriptis libris collectas, ad Synodum retulerunt: quas omnes anathemate conciderunt, ordine'que omnes expofuerunt. Quibus capitalia addiderunt, quæ Origenis studiosi ex scriptis eius excerpta profitentur: in quibus & hæc furiosus ille docet: Ante corpus ipsum anima est, quæ quidem in cœlis peccata commiserit. Ad hæc: Cœlum, solem, lunam, stellas, & aquas quæ supra cœlos sunt, animatas, & rationales quasdam uirtutes esse. Præterea quòd in resurrectione, corpora hominum rotunda & orbiculari specie excitabuntur. Et quòd omnium impiorum hominum, ipsorum'que etiam dæmonum tormenta, finem habebunt. Quod'que impij & dæmones in priorem suum ordinem & statum restituentur. Insuper quòd pro dæmonibus quoque CHRISTVM crucifigi, atque idipsum sæpius seculis futuris pati oportebit, à spiritibus malignitatis, qui in cœlestibus sunt. Verùm omnes illius blasphemias singillatim exponere, longum fuerit. Illud porrò scire oportet, hunc ipsum esse, qui insano Manetі, & Sabellio, Ario & Eunomio, atque reliquo malè sentientium choro, primus in scriptis eorum, zizania aspergendi seminandiq; author fuerit, ut qui finibus certis terminatam uim Deum habere, filium patre minorem, & rursum Spiritum filio inferiorem: Filium creaturam, & germen patris, atque per omnia filium patre minorem, eundemq; merum hominem & creaturas coæternas esse Deo, dixerit. Alia denique huius generis absurda prorsus & aliena impiè per blasphemiam effutijt, Platonicis opinionibus simplicem Apostolicorum dogmatum sinceritatem miscens atque confundens. Sed ex ipsis anathematismis, quos in eum Synodus contorsit, qualis is uir fuerit, manifestò patebit. Qui de uerbo ad uerbum sic habent.

Vociferationes Synodi aduersus Origenem, ad Iustinianū.

Blasphemiæ Theodori Cappadocis uox.

Absurda & impia Origenis dogmata.

Origenes hæreticus propè omnibus materiā erroris præbuisse creditus.

CAPVT XXVIII.

Anathemata in Origenem.

SI quis dicit, aut sentit, hominum animas ueluti prius extantes, intellectuales mentes, siue naturas & sanctas uirtutes præexistere, contemplatione uerò diuina exsatiatas, atque in deterius prolapsas, & quòd in eis charitas DEI refrixerit, inde ψυχὰς, id est, animas quasi refrigescentes nominatas, & pœnæ gratia in corpora demissas esse, anathema sit. Si quis

A Si quis dicit, aut sentit, animam Domini præexistere, unitamq; esse DEO VER-
» BO ante incarnationem & natiuitatem ex uirgine, anathema sit. Si quis dicit,
» aut sentit, prius formatum esse corpus Domini nostri Iesu Christi in utero uir-
» ginis sanctæ, & deinceps unitum esse ei Deum uerbum, atq; animam, ut quæ pri
» us extiterit, anathema sit. Si quis dicit, aut sentit, omnibus cœlestibus ordinibus
» assimilatum esse Dei uerbum, ita ut ipsi Cherubin factus sit Cherubin, & ipsi Se-
» raphin factus Seraphin, omnibus'que adeò supernis uirtutibus prorsus esse exæ
» quatum, anathema sit. Si quis dicit, aut sentit, in resurrectione rotundæ & or-
» bicularis figuræ hominum corpora exuscitatum, neq; confitetur erectos nos ex-
» citatum iri, anathema sit. Si quis dicit, cœlum & solem & lunam & stellas &
» aquas quæ supra cœlos sunt, animatas quasdam esse & materiales uirtutes, ana-
» thema sit. Si quis dicit, aut sentit, Dominum Christum in seculo futuro pro dæ-
» monibus, quemadmodum & pro hominibus, crucifixum iri, anathema sit. Si
» quis dicit, aut sentit, uirtutem Dei terminatam esse, eam'que tantum in creatio-
» ne condidisse, quantum complexa sit, anathema sit. Si quis dicit, aut sentit, tem-
» poranea esse dæmonum & impiorum hominum tormenta, finem'que ea tempo-
» re aliquo habitura, siue restitutionem dæmonum aut impiorum hominum futu-
» rã, anathema sit. Anathema sit Origeni, qui & Adamãtius dictus est, & hęc pro-
» mulgauit, unà cum detestandis eius & execrandis dogmatibus, & homini om-
» ni qui hæc sentit aut asserit, aut aliqua ex parte quocunque prorsus tempore
» ea defendere audet: In CHRISTO IESV DOMINO NOSTRO, cui gloria
» in secula seculorum, Amen. Post Synodum Imperator troparium, seu canti-
† lenam, cuius initium est, Vnigenitus filius & uerbum Dei, composuit, atque
B eam ecclesiæ inter psallendum usurpandam tradidit. Ea porrò ad hoc usque tem-
pus, ueluti lege insolubili frequentatur. Idem Imperator tum primùm Seruatoris exceptionem toto orbe terrarum festo die honorare instituit, sicut Iustinus de sancta Christi natiuitate fecit. Atque non ita longo post tempore, Mauricius sacrosanctæ Dei genitricis dormitionem quindecimo Augusti mensis die celebrari præcepit. Patriæ quoque suæ Achrido præcipuum honorem habens Iustinianus, Archiepiscopali dignitate eam decorauit: ecclesiamq; ibi liberã, quæ ipsa sibi caput esset, cum plena potestate, constituit, & primam Iustinianam mutato nomine uocauit. Quemadmodum & in insula Cypro postea secundam Iustinianam, eandemq; Archiepiscopalem, parem ei cum Achrido honorem tribuens, fecit, in coniugis suæ Theodoræ Augustæ inde ortæ fauorem. Porrò Achrido urbs est in excelso tumulo constructa, prope lacum maximum, qui Lychnedus nominatur, antiquitùs autem Dassarites uocatus est. In eo maxima uis piscium capitur. Drinus uerò fluuius se inde quoque prouoluit, septentrionem uersus fluens. Ex cultioribus etenim quæ ad Deabolim sunt partibus manans, & quem diximus lacum secans, & quasi Alpheus quidam pelagus scindẽs, atque ad Arethusam fontem sensim marinis aquis innatando contendens, circa Boreale latus inde profluit, & ad paludis finem, eis quæ ab incolis Strudæ dicuntur, inuentis, eis'que ipsis sibi coniunctis, maximus euadit fluuius. Deinde se ad Occidentem inclinans, in Orinum se effundit, circa castellum Hillissum nomine, quod totius Bulgariæ antiquitùs metropolis fuit. In eo etiam olim sedes

Cantilena à Iustiniano composita.

Festus dies Τῆς ὑπεραγίας, hoc est exceptionis Domini, primùm institutus. Est is idem qui Purificationis dies.

Natalis Christiani dies.

Prima Iustiniana olim Achrido dicta.

Item assumptionis Mariæ. Iustiniana prima, Iustiniana secunda, archiepiscopalis sedes.

De utraq; Iustiniana, ad finem libri huius, ex Procopio annotatio est.

Fff 3 regia

Τὸμονογενὴς ὢν παὶ λόγος τοῦ θεοῦ ἀθανάτου ὑπαρχων, παὶ παταδεξάμενος διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρπωθῆναι ἐπ τῆς ἁγίας θεοτόπου παὶ ἀειπαρθένου μαρίας, ἀτρέπτως ἐνανθρωπήσας, σταυρωθεὶς τε, χριστὲ ὁ θεὸς, θανάτῳ θανάτον πατήσας, εἷς ὢν τῆς ἁγίας τριάδος, συνδοξαζόμενος τῷ πατρὶ, παὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, σῶσον ἡμᾶς. Hoc est:

Vnigenitus filius & uerbum Dei, qui quum immortalis esses, dignatus es propter salutem nostram incarnari ex sancta Deigenitrice & semper uirgine Maria: & immutabili ratione homo factus, & crucifixus, Christe Deus, morte mortem proculcasti. Et qui unus es sanctæ Trinitatis, & conglorificaris cum patre & sancto spiritu, salua nos.

regia Bulgarorum constituta fuerat. Verùm hæc hactenus.

De Bulgaris ex Suid. annotatio est, ad finem libri præsentis.

CAPUT XXIX.

Eutychij expulsio.

Iuânes eius successor.

RÆterijt interea temporis aliquid, & Eutychius, quòd Imperatori resisteret, noua quædam inducere uolenti, è throno deturbatur. Ioanni uerò ex uico cui Sirimis nomen est, in Cynegica regione, non longè ab Antiochia sita, ortum ducenti, sedes ea committitur. Quæ uerò nouæ istæ res fuerint, quas Imperator inducere constituerat, quamobrem etiam Eutychius episcopatu expulsus est, dicere pergam. Nondum multum, sicuti dictum est, à quinta Synodo præterierat tempus, & uetus zizaniorum sator, quòd nequaquam tranquillum ecclesiæ statum cernere posset, ut eam perturbaret, deprauata rursum dogmata quasi quasdam machinas ei admouit. Quum namque Seueri doctrina ex ecclesia reiecta, & qui illam secuti fuerant, atque etiam Origenis & Didymi & Euagrij, aliorum'que aliena atque absurda, dogmata, nec non ante hos Anthimi & Petri & Zooræ impiorum hominum opiniones, anathemate confossæ essent: Seueritæ, quos diximus, à Iuliano Halicarnassæo & Gaino progressi, sub pietatis prætextu cum quibusdam fortiter congressi, eis persuasere, quòd ea quam ex uirgine Saluator CHRISTVS assumpsit caro, ante passionem incorruptibilis fuerit. Quorum ista fuere uerba: Nos quidem per necessitatem naturæ affectiones eius, famem scilicet & sitim, & reliquas circumferimus: CHRISTVS uerò, utpote qui sponte sua passus sit, non itidem atque nos, naturæ legibus subseruijt. Aduersus quæ uerba, pij homines retulerunt: Quamuis spontanea CHRISTI passio fuerit, æqualem tamen nostræ fuisse. Quomodo uerò posset, quod qualicũq; tandem modo pateretur, id incorruptibile propriè, & non corruptibile, perinde atque de nobis ipsis loquimur, dici? Ad quod illi rursum: Quo modo uos corpus CHRISTI incorruptibile post resurrectionem, & nobis ὁμοούσιον, hoc est, consubstantiale dicitis: eodem modo & nos incorruptibile id ante resurrectionem dicentes, ὁμοούσιον consubstantiale id nobis esse confitemur. Contra hæc nostri rursum intulerunt: Tametsi corpus Dominicum incorruptibile post uiuificam resurrectionem confiteamur, non natura tamen id incorruptibile esse dicimus, sed gratia. Atque ubi illi contrà dicerent: Quod etiam ante resurrectione m per diuinam gratiam incorruptibile fuerit: Nostri rursum: Ea quæ de CHRISTO dicuntur, hoc minimè admittere, responderunt. Ante resurrectionem namque & esurijsse & sitijsse, atque alia passum esse dicitur. Quomodo autem id quod talibus perpessionibus subditum esset, incorruptibile esset? post resurrectionem sanè nihil quidquam talium perpessum esse legitur. Quapropter satis inde manifestum esset, ante resurrectionem corruptibile fuisse Domini corpus, post resurrectionem uerò extitisse incorruptibile. Quòd namque cibum post resurrectionem cæperit, non id famis gratia, sed per œconomiam siue dispensationem manifestæ ex mortuis resurrectionis, ab eo est factum: ut exhiberet se eum ipsum, qui ex mortuis resurrexit, esse. Quo nimirum modo clauorum etiam fixuras ostendit, ut reuera se resurrexisse, neque spectrum esse probaret. Proinde scripturam non dicere, quòd post resurrectionem ex mortuis uel esuriens manducauerit, uel sitiens biberit: sed quòd simpliciter tantum ederit & biberit, propterea quòd incorruptibilis post resurrectionem fuerit. Quòd si fortè sanctorum etiam quorundam oracula illi adduxere, in corpus Domini corruptionem prorsus non cadere, de alia corruptione quàm quæ nunc proposita esset, illos uerba facere, nostri dixere. Corruption is φθορὰ enim

Non fert diabolus tranquillũ ecclesiæ statum.

Aphthartodocitarum hæresis.

Disputatio de ea hæresi.

Quomodo & quur post resurrectionem Christus cibũ gustauerit.

enim uocabulum duo significat. Eius enim nomine naturales istæ & irreprehensibiles carnis affectiones siue perpessiones ueniunt, sitis scilicet, fames, fatigatio, & angor, & aliæ. Ad quem modũ corruptibile Domini corpus, utpote ὁμοούσιον consubstantiale nobis dicimus. Eas quippe perpessiones omnes uoluntate sua DEVS VERBVM, propterea quòd homo propriè & uerè factus sit, suscepit. Atq; hoc ipso modo Domini corpus incorruptibile dicere, de Iuliani Halicarnassei & Gaini sententia, summæ impietatis est. Et corruptio quidem una hæc est. Est autem & alia, corporis scilicet in ea elementa, ex quibus cõpositum est, solutio, & carnis ipsius inquinatio: iuxta quam significationem & nos corpus Domini incorruptibile predicamus, quòd inquinamẽtum nullum inuadere & pertingere potuerit. Post diuinam quidem resurrectionem, etiam secundum priorẽ uerbi corruptionis significationem, incorruptibilem carnis Domini assumptionem esse sentimus: sicuti & corpora nostra post resurrectionem Deo dante erũt, ante resurrectionem uerò secus. Atq; hæc ipsa est Aphthartodocitarum hæresis, qua multi mortales sunt correpti, non solum ex eis qui honores & magistratus gesserunt, sed etiam Hierarchæ primarij, & monachi uita illustres, & ex sacerdotali ordine alij, atq; adeò ipse etiam imperator Iustinianus. Et is plurimùm opinioni ei inhæsit: non ille altius dogma tale inuestigans, uerùm uerbi ipsius significatiõi acrius insistẽs, uidelicet qui haudquaquã tale quiddam de CHRISTO propter summum ipsius erga illum amorem & desiderium, audire cõstituerit. Princeps etenim iste tãto in Christum pietatis ardore flagrasse, ab eis qui res illius memoriæ posteritatis mandarunt, dicitur, quanto alius qui ante eum imperium obtinuerunt, nemo, Termaximo illo Constantino semper excepto. Itaque propter uehementem in CHRISTVM amorem, illius gratia multa etiam uiolenter fecit. Hebræos namque Pascha ante Christianos celebrare passus non est. Et Samaritanos, quòd à sententia sua discedere nollent, afflixit. Plurimis quoque templis ubique terrarum numen diuinum honorauit, quæ magnificentissimè cõstruxit: quippe qui Deum honoribus eiuscemodi præcipuè colere uoluerit. Alia insuper hisce consimilia peregit, ut omnibus certò abundantem & ueram, quam in intimo gerebat animo, erga Deum pietatis affectionem palàm faceret. Tum uerò is Imperator à recta plana'que & regia uia dilapsus, atque insuetum diuis'que Apostolis & patribus intactum iter ingressus, in spinas & tribulos incidit. Et quum Ecclesiam in sententiam suam adducere uellet, consilio opinione'que sua falsus est: quòd rectam publicam'que uiam septo firmissimo Dominus ita communijsset, ut non facilè quiuis inuadere eam & destruere posset. Tum autem & Vigilius minimè pedibus in Iustiniani sententiam ingressus, quum Italiam peteret, in itinere mortuus est. Ioannes autem, qui & Catilinus dictus est, principis Apostolorum episcopatum sortitus est. Cæterùm Catilino Ioanne in ueteri Roma, Ioanne autem cui patria Sirimis fuit, in noua Roma, Apollinari Alexandriæ episcopatum administrante: apud Theopolitanos uerò post Dõninum Anastasio, qui ex Sina monte progressus est, antistite lecto, & Hierosolymis Macario in thronũ suum reducto (restituit namq; hunc Iustinianus, quum Origenem & Didymum & Euagrium anathemati subiecisset, post Eustochij exautorationem) edictum (ita enim latinè dicitur) idem Imperator scripsit, in quo corpus Domini incorruptibile, & in quod irreprehensibiles etiã perpessiones non caderent, uocauit: ita Dominum ante passionem edisse dicens, sicuti & post resurrectionem ederit, quòd non minus ab ipsa corporis in utero Dei genitricis

Corruptio in sacris literis duo significat.

Iustinianus quoq; in ea hæresi fuit.

Iustinianus inter imperatores, secundũ Cõstantinũ Christianissimus.

Documẽta multa flagrantis erga Deum pietatis Iustiniani.

Idem tamẽ uita regia excidit.

Ioannes Catilinus Vigilij in se de Ro. successor. Latini historici Pelagiũ habent.

Primariarũ ecclesiarum antistites.

Edicto & ui Iustinianus in sententiã suam clerum omnem ad ducere conatus est. Sed frustra,

genitricis conformatione, id mutationis aut alterationis alicuius, in ſpontaneis A
iſtis & naturalibus perpeſsionibus, quàm poſt reſurrectionem, pro eo atque ſanctiſſimum eſſet, capax non fuerit: & quod idem corpus, incorruptibilitatem ipſam non poſt paſſionem tantum, id quod catholica eccleſia profitetur, uerum etiam ante paſſionem, ab ipſa uſq; diuina ſeminisq; experte conceptione obtinuerit. Vt uerò in ſententiam ſuam ſacer ordo in Oriente ſimul & Occidente leuem & futilem iret, ui adhibita cogere cœpit. At uniuerſi oculis in Anaſtaſium Antiochenum coniectis, ut ab eo quid facto opus eſſet, diſcerent, cupidè expectabant. Per quam illi cauſam, primam eius conflictationem ſapienter repulerunt.

CAPUT XXX.

Anaſtaſius Antiochenus epiſcopus optimus.

ANaſtaſius iſte diuinarum rerum peritus maximè fuit. In morum autem & quotidianæ uitæ integritate, tam accuratæ obſeruantiæ, ut & leuiculis quoque negocijs moderationem adhiberet: & non modò rebus grauibus, & ad diuinum numen pertinentibus, ſed etiam conſtanti certoq; proposito haudquaquam tranſuerſim excideret. Mentis uerò habitum quàm optimè temperauit. Non enim facilè admodum adiri ſe paſſus eſt, ne temerè quos minimè oporteret, ad ſe admitteret: neq; auſterus adeò & tetricus fuit, ut ſe difficilem aditu eis quibus deceret, exhiberet: & cum tempus ſeriæ rei agendæ eſſet, in parato aures habebat, & lingua eius fluminis inſtar ſcatebat, celeriterq; quæ ei proponebantur ſoluebat. Porrò in negocijs ocioſis, & ad rem minus pertinentibus, ſimul & aures prorſus obturabat, & linguam frenabat, ita ut quùm orationem rationis tempeſtiuo modulo metiretur, tum ſermone quandoque ſilentium eius præſtabilius eſſet. In hunc perinde atque in propugnaculum quoddam Iuſtinianus impegit, omni illum arte aggreſſus, rectè hac ſecum, ut illi uidebatur, ratione deliberata, eum ſi concuſsiſſet, non difficili opere ſe orbem omnem in poteſtatem ſuam redacturum, uera & germana dogmata euerſurum, & Chriſti gregẽ in captiuitatẽ abducturum. Anaſtaſius uerò fidei petra firmiter eſt nixus, & adeò aduerſus Imperatoris impetum diuina prorſus ſublatus mẽte ſubſtitit, ut propalàm diſertis uerbis, demonſtratiões quoq; arte maxima compoſitas adhibendo, illi dixerit, corruptibile fuiſſe ante paſsionem Domini corpus, naturalibusq; & irreprehenſibilibus obnoxium perpeſsionibus. Idq; ita & ſacros Apoſtolos tradidiſſe, & diuos patres ſenſiſſe atque prædicaſſe. Quæ ſanè omnia etiam ad monachorum primæ & ſecundæ Syriæ ordinem, qui illũ de eis conſuluerant, manifeſtè & liberè reſcripſit, omnes ut ita ſentirent, confirmans, & quaſi quidam aliptes ad certamen pro pietate obeundum excitans. Dictum'que illud quod uas electionis protulit, omnibus ſubijciens atque proponens: Si quis uobis, præterquàm accepiſtis, euangelizauerit, anathema ſit. Illi porrò omnes in eadem ſententiæ æmulatione perſtiterunt. Quam ob cauſam, ut ſibi ita reſiſtentem in exilium ageret, Iuſtinianus conſilium cæpit. Id uerò ut Anaſtaſius audiuit, compoſitam ſtatim orationem, in qua argumentis cum aduerſarijs congrederetur, Antiochenis, ut ea ſe defenderent, ſi opus eſſet, obtulit. Ea autem uerborum elegantia & enthymematum denſitate eſt confecta, nec non dictorum ex ſacris literis depromptorum ubertate, ad hiſtoriam & rem ipſam ita accommodata, ut maximam autor libri eius conſequutus ſit admirationem. Sed ſcriptum id, quòd Deus meliori quadam ratione eccleſiæ ſuæ conſultum uoluerit, editum non eſt.

Anaſtaſius fortiter animo magno Iuſtiniano in hæreſi Aphthartodocitarũ refellenda reſtitit.

Scriptum Anaſtaſij aduerſus eam hæreſim.

Iuſtinia-

CAPUT XXXI.

AVſtinianus namque, quum Anaſtaſij ſacerdotumq; eius, qui eodem cum illo ardore flagrabant, exilij libellum dictaret, inuiſibili ictus plaga, ex uita hac exceſſit, triginta & octo annis, menſibusq; octo in Imperio tranſactis: quum quidem Aphthartodocitarum opinionem non aboleuiſſet, quippe qui ſententiam eiuſmodi ad honorem Dominici corporis magis facere exiſtimauerit. Nonnulli certè quidem ueniam illi concedunt neque eum ob talem opinionem itidem ut hæreſes alias, ab eccleſia proſcribendum eſſe dicunt. Id ex præfatione ſextæ Synodi magis liquet, quæ Iuſtinianum beata quiete dignatur, uerbis eiuſcemodi: Quandoquidem ſanctæ & œcumenicæ duæ Synodi, quæ in Imperante hac & religioſa urbe coactæ ſunt, altera quidem Iuſtiniani diuinæ quietis temporibus, altera uerò ſub piæ memoriæ Imperatoris noſtri Conſtantini clementiæ tuæ parentis, &c. Sedenim acta quoque eius concilij, quum mentio eius facienda eſt, ſemper eum qui in ſanctis eſt Iuſtinianum dicunt. In quib. & ſcholium, ſiue breuem annotationem inueni, quòd Ioannes Chalcedonis filius: quum Conſtantinopolitanæ præeſſet eccleſiæ, Alexij Comneni ætate, in ipſo Dei uerbi Sapientiæ templo, quotannis magnificè memoriam eius celebrarit, populi uniuerſi cõcione ad rem diuinam coacta. Memoria eius Epheſi quoq;, in delubro diſcipuli eius * qui ſupra pectus Saluatoris recubuit, culta: quod delubrũ ipſe Iuſtinianus conſtruxerat. In quacunque uerò ille demum apud Deum & homines eſt exiſtimatione, tum quidem hãc etiam ob cauſam illum ſacrum Eutychium, atq; alios plures throno expuliſſe aiunt. Cæterùm moriturus, ſicuti diuus Cõſtantinius Athanaſij, ita & hic Eutychij reſtitutionem in teſtamento, Iuſtino ſucceſſori ſuo mandauit. Equidem opinor, non autẽ decerno, propter alia ipſius egregiè & rectè facta, & præſtantem in diuinũ numẽ æmulationem, piamq; in omnibus religionem, interueniente quoq; mirifico Dei uerbi Sapientiæ templi opere, ſi quid tum in eo eſt deſideratum, id infinita Dei miſericordia reſarctum & contectum iri.

Iuſtiniani mors.

De fide & pietate eius iudicium.

Ex actis ſextæ uniuerſalis ſynodi.

Conſtantinus Pogonatus.

Memoria Iuſtiniani anniuerſaria celebrata.

ἐπισήμου

Iuſtinianus Eutychij reſtitutionem mortes mandauit.

B

CAPUT XXXII.

EO uerò adhuc Imperium gubernante, Auxumitarum Indorum rex, Græcorum ſacrorum conſectator, prælium cum Homeritis Indis, Iudaicam religionem colentibus commiſit, belli eius cauſam Romanis præbentibus. Per Homeritas enim, qui Aegypto appropinquant, merces ultro citroq; datæ & acceptæ, ad Auxumitas inferebantur. Porrò quũ ab Homeritarum principe Damno, Romani inſidijs expetiti eſſent, ut profectio ad Auxumitas impediretur, accidit. Quare ad animi acerbitatem commotus Auxumita, bellũ contra Homeritas mouit, uoto Chriſtianorum Deo nuncupato, illorum ſe ſacra ſuſcepturum eſſe, ſi uictoriam ab Homeritis reportaret. Itaque cõflictu facto, uictor fortiter euadit, ipſum'que illum Damnum uiuum capit: & uotum Deo Dauid Auxumita perſoluens, ad Iuſtinianum legatos mittit, ut quæ ſolennia Chriſtianis eſſent, ipſis præſtaret. Iuſtinianus autem ualde ea re delectatus, delectum uirum ſanctum, epiſcopum eis dedit: qui plurimis bonis operibus gentem eam omnem ſubegit, & baptizauit. Atq; ex huiuſmodi ſanè cauſa interiores etiam Indorum populi Chriſtianiſmũ ſunt cõplexi. Et tũ primùm in demetaxa Cõſtantinopolim eſt allata. Prodigia quoq; quã plurima Iuſtiniano imperante extitere. Ingentes terræmotus, concuſsiones & hiatus, ſtellarum faces admi-

Auxumitæ Indi propter Romanorũ cõmercia impediti, Homeritas bello aggreſſi uicerunt.

Auxumitæ Chriſtianiſmũ complexi.

Metaxa primùm ad Romanos allata.

Fatales caſus & prodigia.

* *Metaxa ſericum uilioſum dici uidetur, quod uelutum uulgò uocant. Quadam ex parte hanc dictionem referunt Bohemi, qui ſericum tale Axamit appellant: Metaxæ mentio fit l. lotas. C. de murileg. & gyneciar. lib. 11. Et metaxariorum negotiatorum, l. fin. C. de pignor.*

admirandæ,atque exundationes maris,quod propè ad quatuor miliaria in Thra A
ciam excurrit. Et catellus cæcus noua quædam res peragebat, atque cuilibet
Sodomitarum coercio. suum tribuebat, & arcaniora quædam signis commonstrabat. In Pontifices e- †
tiam, quos admodum de Sodomorum hæresi insanire compererat, acerbè, seu
potius fœdè,Iustinianus animaduertit. Et quum fames Byzantij increbuisset,
Quadragesimali tempore inopia piscium, Iustinianus carnib.homines uescibus sit. rerum necessariarum inopia, Imperator secunda statim ieiunij hebdomade, car-
nes in foro uenales proponendas promulgauit. Et hoc quidem sic per uim a-
Populus tamè piis ab esu carniū abstinuit. ctum. Populus autem,qui pietatem sibi consectandam statuisset, neque eas eme-
bat,neq; edebat:mortem sibi potius adeundam esse censens,quàm ut quidquam
de patrijs moribus & traditionibus mutaret. Hæc de Iustiniano dicta sint. Facie-
dum aũt mihi esse statui, ut Iustini etiam Imperium libro huic intexerem: ut pro-
cliue esset lectori,trium principum,Iustini,Iustiniani, & Iustini iunioris eccle sia-
sticas actiones cognoscere.

† *Designabat is mulieres uterum gestantes, scortatores, adulteros, auaros magnanimos. Quapropter spiritum Pythonis habere creditus est. Andreas quidam Italicus circulator eum habuit, & circumduxit. Diac.*

CAPUT XXXIII.

Sepultura Iustiniani. ERumenimuerò eiuscemodi opinioni addictus, eam ob causam tur-
ba & tumultu plena omnia relinquens, ad alterum illum rerum sta-
tum Iustinianus transijt: & in magnifico monumento, ab ipso lapide
Sardio ad Apostolorum templum constructo, sepultus est, ad dex-
Fl. Val. Iustinus iunior eius successor. tram eam ædem ingredienti partem. Nepos uerò ex sorore eius Iustinus iunior, B
cui Imperialis aulæ administratio credita fuerat (curatorem Palatij Romano-
rum lingua uocat) purpuream uestem & reliqua imperij insignia sumpsit: quum
nondum quisquam præter familiares eius, uel Iustiniani mortem, uel ipsius suc
cessionem nosset: quoadusque derepentè in Hippodromo apparuit, quæ Im-
Clerus ab exilio reuocatur. peratorum essent, more solito acturus simul & passurus. Atque ubi res, ita ut ei
uidebatur, prosperè succederet, neque quisquam per res nouas rebus eius resiste
ret, in aulam reuertitur: & primam scripto iussionem promulgat, qua omnibus
ubique episcopis & sacerdotibus exilium, in quod propterea acti fuerant, quòd
periculum pro recta religione adijssent, remisit: eos que sedes suas recipere, & re
Ignauia & auaritia Iustini. ligionem more solito colere, neque quicquam postea de fide nouare præcepit.
Hoc ille sic ut dignum erat, & Imperatorem decebat, peregit. In rebus cæteris
nihil quod monarchæ esset, habebat. Nam intemperanter maximè & dissolu-
Sacerdotiorũ nundinatio. tè uiuens, delicijs & uoluptatibus uacabat. Supra modum uerò & iste, perin-
de atque auunculus, turpi lucro uictus, aliena appetebat. Et non modò publica
commoda illicita mercede uenalia habebat, uerumetiam de sacerdotijs idem fa-
cere haud quaquam uerebatur. Nam & hæc uenum exposita, quibusuis precio
uili uendebat.

CAPUT XXXIIII.

Iustinus dux, Iustini imperatoris cognatus. ET quum natura timidus esset, ferocem se magis exhibebat, perpes-
sioni utriquè turpissimè obnoxius. Itaque cognatum suum Iustinum,
cuius præclara uulgo fama erat, uirum bellicis artibus, aliorum que
honorum gradibus illustrem, acciuit, qui ad Istrum excubabat, &
Abares à Turcis Hyperboreis pulsi, ad Istrum, permittente Iustiniano, considere. excursionibus Abarum ibi obuiam ibat. Abares autem Scythæ sunt, ἀμαξόβιοι,
hoc est,in plaustris degentes, & campos qui ultra Caucasum sunt,incolentes. In
de autem confertim uniuersi ab hyperboreis Turcis, à quibus malè accipieban-
tur, pulsi, fuga sibi cõsuluere: & ad Bosporum, Euxini Ponti littorib. relictis, ubi
multæ barbaræ gentes consederant, pleræque à Rom. sedibus suis exactæ, urbes
q̃q; castella & naualia, quũ uel milites ueterani uacationẽ militiæ obtinuissent,
& loca

A & loca ea recepissent, uel Imperatores colonias eò deduxissent, constructa erant,
uenere: & inde expeditionem contra eos qui illis obuij fierent, barbaros susce-
pere, donec ad Istri ripas uenientes, ad Iustinianũ Imperatorem legationem mi-
sere. Ex eis locis Iustinus, quem dixi, euocatus est, perinde atq; particeps fieri cũ
nouo Imperatore pactorum conuentorum, imperioq; frui deberet. Quòd nãq;
& genere & mundana ista uanitate pares essent, ex æquo etiam ad utrumq; Im-
perium pertinebat. Post multas namq; disceptationes, tandem illis conuenerat,
ut qui Imperij administrationem consequeretur, alteri proximum honorem con-
cederet, ita ut is ex secundis Imperij partibus primas præ alijs ferret. Aduenien- *Iustini ducis cædes.*
te igitur eo, multa benignitate, sicuti præ se tulit, erga hominem Imperator est u-
sus: eundemq; ut ducem insignem, & genere sibi propinquum, uaria humanitate
tractauit. Deinceps autem causas quasdam commentus, paulatim quos ille mili-
tes satellites & corporis custodes habebat, illi detraxit, progrediq; eum in publi-
cum uetuit, & postremò in celeberrima Alexandriæ urbe domi clausum, ita ut
in lecto iacebat, in multa nocte miseranda cæde sustulit. Hanc generosus ille uir
beneuolæ propter cognationem affectionis, plurimarumq; ab hostibus uicto-
† riarum mercedem tulit. Neq; uerò prius & ipse Iustinus & coniunx eius Sophia *Imperator cum cõtuge sua capiti eius illudit.*
conceptam aduersus illum iram remiserunt, aut expectatione grauium malorum
liberati sunt, donec caput ipsius allatum inspexerunt: cui etiam pedibus pro cul-
cato, per risum illuserunt. Non multum interfuit temporis, quum & Aetherium *Aetherij et Addæi uirorũ nonbonorũ cædes.*
simul, & Addæum, principes senatus, qui res magnas sub Iustiniano administra
B uerant, læsæ maiestatis legibus interrogat. Atq; Aetherius quidem in quæstio-
ne grauiter tortus, uoluisse se ueneno Imperatorem tollere, consilijq; eius con-
scium, atq; in rebus omnibus socium sibi fuisse Addæum, confessus est. Hic autẽ
graui iureiurando se nihil earum rerum scire confirmauit. Cæterùm utriq; caput
amputatum. Addæus quum iugulari deberet, per meram calumniam crimen id
sibi obiectum esse, de quo accusatus esset, dixit. Vindicta autem diuina, quæ om- *Vindictæ diuinæ exempla.*
nia perspiciat, se meritò supplicium pati, propterea quòd incantationibus qui-
busdam Theodotum aulæ præfectum sustulerit. Sed enim quomodo hæc ultio-
ne cœlesti acta sint, non est mihi dicere promptum. Ambo tamen nefarij perni-
ciosiq; fuere: Addæus quidem, puerorum masculorum corruptor: Aetherius aũt
sycophanta magnus, qui per calumniam uiuorum & mortuorum bona impudẽ
ter atque crudeliter deuorare, rapereq; sub Imperatoriæ domus prætextu, cui
sub Iustiniano præfuit, solitus esset, ea re illi perquàm utilis. Atq; hæc quidem ad
hunc modum sese habuere.

† *Sub Iustino Narses eunuchus, apud eum Sophia Augusta criminante delatus & ad pensa ancillarũ uocatus est. Quam ille indignitatem non ferens, Langobardos in Italiam allexit. Qui deinde Romæ mortuus est. Langobardi Pannonia Hunnis Atilæ reliquijs, à quibus Hungaria denominata est, relicta, in Italiam uenerunt, rege Alboino ducente, & Veronam, Vincentiam, Mediolanum, &c. per deditionem receperunt. Blond.*

CAPT XXXV.

Iustini scriptũ de fide Christiana, & concordia eiusdem. IVstinus autem edictum derepentè compositum, ad Christianos di-
tionis suæ omnes misit, ut nihil in ecclesijs nouarent: sed antiquis
patrum decretis insistentes, rectè diuinum numen colerent atque ado
rarent. Scriptum de fide hisce fuit uerbis conceptum. In nomine
Domini nostri IESV CHRISTI Dei nostri. Imperator Cæsar Flauius
Iustinus, fidelis in CHRISTO, clemens, maximus, beneficus, Almanicus,
Gothicus, Germanicus, Anticus, Francicus, Herulicus, Gepidicus, pius, fœ-
lix, glorioſus, uictor, triumphator, semper colendus Augustus. Pacem
meam

meam do uobis, inquit Dominus CHRISTVS, uerus Deus noster: pacẽ meam A
relinquo uobis, idem promulgat hominibus omnibus. Id uerò aliud non est, q̃ "
ut in eum credentes, in unam & eandem ecclesiam conueniant, consentientes "
quidem animis in recta Christianorum sententia, auersantes autem eos qui con- "
traria dicunt, aut opinantur. Primaria namque salus hominibus omnibus consti "
tuta est, ipsa rectæ fidei confessio. Quapropter & nos Euangelica præcepta, "
& sanctorum patrum sacrum symbolum siue doctrinam consectantes, ut ad u- "
nam eandemque ecclesiam & sententiam simul accedant, omnes cohortamur, "
credentes in Patrem & Filium & Spiritum sanctum, Trinitatem ὁμοούσιον con- "
substantialem, Deitatem siue naturam & substantiam uerbo & reipsa unam. V- "
nam etiam uirtutem & potestatem ἐνέργειαν, hoc est, efficaciam in tribus sub- "
sistẽtijs seu personis profitẽtes, in quas baptizati sumus, in quas credidimus, & "
quibus professione addicti sumus. Vnitatem siquidem in trinitate, & trinita- "
tem in unitate adoramus, distinctionem simul & unionem, præter opinionem "
omnem, habentem. Vnitatem quidem secundum substantiam siue Deitatem, "
Trinitatem uerò secundum proprietates siue subsistentias seu personas. Distin- "
guitur namque indistinctè, ut ita dicamus: & coniungitur distinctè, siquidem u- "
num est in tribus ipsa Deitas. Et tria, in quibus Deitas est, seu, quod certius di- "
citur, quæ Deitas sunt, unum.) Deum patrem, Deum filium, Deum spiritum "
sanctum, quum persona quæque per seipsam spectatur, mentis ipsius sensu, "
quæ insegregabilia sunt, segregante: Deum tria hæc simul mentis acumine intel- "
lecta, propter eundem motum, & naturam eandem. Quandoquidem peropus "
est, & unum DEVM profiteri, & tres subsistentias siue proprietates prædicare. B
Confitemur uerò ipsum unigenitum filium DEI, DEVM VERBVM, ante secula "
quidem, & absque tempore ex patre genitum, non factum. In extremis autem "
diebus, propter nos, & propter nostram salutem, descendisse de cœlis: & in- "
carnatum ex Spiritu sancto, & domina nostra sancta gloriosa Deigenitrice & "
semper uirgine Maria, & ex ipsa natum esse. Qui est patri & spiritui sancto equa- "
lis. Nõ enim quartæ & incarnatæ unius ex sancta Trinitate DEI VERBI per- "
sonæ accessionem suscepit Trinitas sancta, sed est unus & idem Dominus no- "
ster IESVS CHRISTVS, consubstantialis patri & DEO iuxta diuinitatem, & "
idem consubstantialis nobis secundum humanitatem, passioni obnoxius car- "
ne, & passionis idem expers in diuinitate. Namque non alium DEVM VER- "
BVM quod miracula edidit, & aliud quod passum est, nouimus: uerùm u- "
num & eundem confitemur DOMINVM NOSTRVM IESVM CHRI- "
STVM DEI VERBVM incarnatum, & perfectè hominem factum: nec non u- "
nius & eiusdem miracula simul & passiones, quas uoluntariè carne sustinuit, pro "
pter nostram salutem. Non enim homo aliquis seipsum pro nobis tradidit: sed "
ipse DEVS VERBVM immutabili modo homo factus, spontaneam simul pas- "
sionem & mortem pro nobis carne subijt. Atq; dum DEVM ipsum esse confite "
mur, non inficiamur eũ etiam hominẽ esse. Et hominẽ ipsum confitentes, DEVM "
ipsum quoq; esse non negamus. Proinde unũ & eundẽ ex utraq;, diuinitatis scili- "
cet & humanitatis natura compositum, profitentes Dominum, nostrum IESVM "
CHRISTVM, unione confusionem non inducimus. Non enim quòd secundũ "
nos homo factus est, propterea DEVS esse desinet. Neq; sanè quòd DEVS natu "
ra est, & in eum similitudo nostræ naturæ non cadit, propterea homo esse nega- "
bitur. Verùm quemadmodum in humanitate DEVS, ita nihilominus in subli- "
mitate Deitatis homo permanet: utrumq; uerò in eodem est, & unus DEVS si- "
mul & homo, ipse Emanuel. Porrò eundem cõfitentes in diuinitate perfectum "

atque

A atq; etiam in humanitate perfectũ, ex quibus etiam compositus est, diuisionem
" aut sectionem in partes, una eius composita subsistentia, non inducimus. Diffe-
" rentiam uerò naturarum, quam unio non tollit, indicamus. Nam neq; natura di-
" uina in humanam est uersa, neque humana natura in diuinã mutata. Intelligen-
" tiæ autem acie utramq; considerante, & potius utraq; in propriæ naturę fine &
" ratione existẽte, factam quidem unionem dicimus, secundum subsistentiam:
" ipsa uerò secundum subsistentiam unio ostendit DEVM VERBVM, hoc est, ex
" tribus Deitatis subsistentijs subsistentiam unam, non præexistenti homini uni-
" tam esse, sed eam in utero dominæ nostræ sanctę & gloriosæ Deigenitricis sem-
" perq; uirginis Mariæ, sibi ipsi ex ea condidisse in propria subsistentia carnẽ no-
" bis ὁμοούσιον consubstantialẽ, & eisdem perpessionibus per omnia obnoxiam,
" absq; peccato, anima rationali & intellectuali animatam. In ipsa namq; subsi-
" stentiam habuit, & homo factus est. Et est unus atq; idem Dominus noster IE
" SVS CHRISTVS, qui cum patre & spiritu sancto conglorificatur. Cęterùm in-
" effabilem eius unionem considerantes, rectè naturam unam DEI VERBI incar
" natam carne, quæ anima rationali & intellectuali est animata, profitemur. Rur-
" sum differentiam naturarum contemplantes, eas duas esse dicimus, diuisionem
" nullam inducentes. Vtraq; enim natura in eo est. Vnde unum & eundem pro-
" fitemur CHRISTVM: unum filiũ, unam personam, unã subsistentiam, Deum
" simul & hominem. Omnes uerò qui aliter uel senserunt, uel sentiunt, anathe- *Anathema in hæreticos.*
" matis subijcimus, alienos eos esse à sancta Dei catholica & Apostolica Ecclesia *Cohortatio ad unionem & cõcordiam fidei.*
" iudicantes. Itaq; quũ recta & à sanctis patribus nobis prodita dogmata sic præ-
" dicentur, uniuersos uos ut in unam & eandem catholicam & Apostolicam Ec-
" clesiam conueniatis, hortamur, seu potius rogamus. Non enim graue nobis est,
B quamuis in fastigio Imperij collocati simus, Christianorum omnium consensio-
" nis atq; unionis gratia, eiusmodi uerbis uti: ut una ab omnibus laus & glorifica-
" tio tribuatur Deo magno, & Seruatori nostro IESV CHRISTO. De cætero
" autem, ne quis causam aut occasionem ullam de personis aut syllabis (siue fidei *Personæ hic eorum accipiendæ, qui fidei professiones cõposuerunt.*
" formulis) per intestina dissidia contendendi captet, quoniam ad unam & ean-
" dem rectam fidem & sententiam syllabæ (seu formulæ) producunt consuetudi
" nis & status eius, qui hucusq; in sancta Dei catholica & Apostolica Ecclesia
" obtinuit, & per omnia citra innouationem aliquam firmus stabilisq; deinceps
" in tempus omne permanebit. Edictum hoc omnes ubiq; episcopi & sacerdo- *Hæretici in sententia sua persistunt.*
" tes catholici comprobarunt, rectè promulgatum esse dicentes. Qui uerò se ab
Ecclesia segregauerant, in schismate & dissidio persistẽtes, haudquaquam cum
ea uniri uoluerunt: non aliam quidem ob causam, quàm quòd ad finem scripti
disertis uerbis adpositum esset, etiam temporibus futuris professionem fidei ta-
lem absq; rebus nouis stabilem conseruatum iri.

CAPUT XXXVI.

Eutychius ab exilio reuocatus.

IVstinus, postquàm Ioannes cui Sirimis patria fuit, uitam simul & thronum Imperantis urbis morte abiecisset, Eutychium ab exilio, sicuti Iustinianus testamento iusserat, reuocatum, in ecclesiam suam restituit. Qui quatuor exactis annis, Ioannem ὑποστολὴν, hoc est, ieiu- *Huius Constantinopoli successor fuit Ioannes ieiunator.*
num, successorem habuit. Vbi uerò Ioannes etiam Catilinus in ueteri Roma se- *Pro Bonoso legendum puto Benedicto.*
dem uacuam reliquit, & ad uitam illam migrauit, Bonoso episcopatus guber-
nacula mandata sunt, cui Ioannes alius, atq; huic rursus Pelagius successit. Post
Apollinarim autem Ioannes Alexandriæ in pastoralem conscendit thronum, *Maximariũ ecclesiarum episcopi.*
& huic deinceps surrogatus est Eulogius. Hierosolymis episcopatum denuò
post Eustochium gubernauit Macarius. Post eum hierarchicam cathædram

sortitus est Ioannes, qui puram & inopem uitam in Insomnium monasterio optimè egerat. Apud Theopolim autem Iustinus Anastasio Domnini successore pulso, Gregorium substituit, nullis tum in ecclesia nouis rebus motis. Imperator uerò crimen illud Anastasio obiecit, quòd sacram pecuniam in alios, cp̃ episcopum deceret, conferret sumptus, & quòd conuicio & maledicto Imperatorem ipsum petijsset. Quum namcp̃ interrogatus à quodam Anastasius esset, cur ita profuse pecuniam sacram dilapidaret, & non potius in usus decentes eam impendens, ita uti opus esset dispergeret: diserte per cauillationem dixisse fertur, ne à communi pernicie Iustino auferretur. Fama autem uulgatum est, propterea illi Iustinum infensum fuisse, quòd pecunias ei petenti, ille dare noluerit. Affinguntur præterea uirò ei alia quædam à nonnullis, qui Imperatoris cœptũ tegere aut excusare uoluerunt. Postquam Anastasius episcopatu abijt, Gregorius, sicuti dictum est, sedem eam accepit: cuius magna est in poetica laus. A primis enim capillis, in monasticis exercitatus studijs, strenuè ad summos gradus, quum nuper admodum se in eo lanugo prima exhibuisset, contendit. Primùm uerò Byzantij monasterio præfuit, ubi etiam ab initio uitam rerum omnium expertem degere cœpit. Postea Iustino iubẽte, pastorale munus in mõte Sinæo suscepit: in quo à Scenitis barbaris obsessus, non minimis circumuentus est periculis. Quibus etiam, ut pacificationem inirent, suasor author cp̃ fuit. Apud hos quum res magnas peregisset, in sacram deinde prouectus est cathædram. Animo & consilio in rebus omnibus optimo fuit: & ad quodcunc̃p negotium se conuerteret, id quàm facilimè conficiebat. Metu minimè perturbabatur. Potestatibus autem, ut facilè illis territus cederet, flectendum se haudquaquam præbuit. Liberalis quoc̃p, & admodum munificus, magnificè pecunias largiebatur: usc̃p adeò, ut quócunc̃p, pro eo atc̃p opus esset, progrederetur, quàm plurimi homines eum stiparent atc̃p sequerentur, eorum etiam quibus nihil cum eo intercederet consuetudinis, & qui nihil ad eum pertinerent. Alij insuper qui eum prodijsse audissent, uel uidissent, ad eum confluebant, & honorem mundanis dignitatibus debitum, præ uiri eius obseruantia, secundo loco habebant, auidè sua sponte & uidere & audire eum cupientes, etiam de rebus non magni momenti plerunc̃p uerba facientem. Erat siquidem ad arcanum desiderium eorum animis, qui eum quomodocunc̃p conueniebant, inserendum quàm maximè idoneus, aspectu admodum admirandus, in colloquijs ualde iucundus, & si quis alius, & ipse ad id quod deceret cognoscendum acutissimus, & ad faciendum quàm facilimus. Ad consilium alijs dandum, atc̃p ad res domesticas & externas dijudicandas, promptissimus. Quapropter multas res optimè gessit, negotia in craſtinum differre non solitus. Terrori uerò erat non tantum Romanis Imperatoribus, quum publica tractaret negotia, quantum necessitas postularet, & tempus flagitaret, uerum etiam Persarum ducibus: sicuti suo loco à me dicetur. Varius etiam fuit. Aliquando namc̃p multa utebatur uehementia: nonnunquã iratum se esse præseferebat. In primis autem, quum opus esset, maximè in eo eminebat lenitas & mansuetudo. Adeò ut quàm commodissimè in eo, quam laudem Gregorius Theologus per uirtutis & pietatis studium consequutus fuerat, enituerit austeritas reuerentia temperata: ita ut altera ab altera non læderetur, sed utrac̃p per alteram illustraretur.

Anastasij Antiocheni exilium.

Causa exilij liberè nimis dictum.

Gregorius episcopus Antiochenus, uir magnus.

Gregorij Nazanzeni uirtus.

Verum

CAPUT XXXVII.

A Verumenimuerò primo Gregorij episcopatus anno, Persarmenij, qui prius magnæ Armeniæ incolæ nominati fuerant, & Romanis paruerant: à Philippo autem, qui post Gordianum apud Romanos imperium obtinuit, Sapori Persarum regi ita proditi fuerant, ut Armenia quidẽ quæ minor dicitur, Romanis subdita maneret, maior autem Christianorum sacra moribus colens Persis sit tradita: Persarmenij inquam isti, quòd grauiter à Persis affligerentur, legesc̃p suas transgredi ui compellerentur, clàm ad Iustinum oratores miserunt, ut sub ditionem Romanorum reciperentur precantes, quo liberè absc̃p molestia sacros ritus, pro religionis consuetudine, Deo peragere possent. Iustinus preces eorum cõprobauit, pactis conuentis quibusdam ab ipso interpositis, quę etiam iureiurando confirmauit. Itac̃p Persarmenij magistratibus suis interfectis, unà, quod dicitur, uniuersi sese Romanorum imperio commiserunt, in societatem suam finitimis eiusdem gentis populis, atc̃p itidem alienis pertractis. Apud quos Ardaamanes principem locum habuit, uir genere & dignitate, nec non bellicis & imperatorijs artibus præstans. Hac uerò de causa quum Chosroes Imperatorem incusaret, tale ab eo responsum tulit: Finẽ suum pacis pacta conuenta habere: insuper autem fieri haudquaquã posse, ut Christianos pacis finitæ tempore, ad populares suos confugientes ipse non reciperet. Hæc quidem ille, atc̃p his similia alia respondit. & quamuis talia diceret, minimè tamen se ad bellum instruxit: sed ocio solito deditus, delicijs diffluxit, post rationes & uoluptates suas omnia habens. Virum autem quendam genere sibi propinquum, Martianum nomine, Orientalium copiarũ ducem designatum, aduersus Persas misit, nec̃p exercitu iusto, nec̃p apparatu belli alio satis
B instructum. Hic cum manifesto periculo, & quod dicitur, cum ipsius Orientis euersione, in Mesopotamiam primùm est profectus, paucos admodum milites, eosc̃p inermes secum ducens: ad quos accedebant fossores & sarctores, & boum actores undequac̃p coacti. Et cum Persis apud Nisibim leui certamine congressus, quum meliore loco res eius essent, Persis nondum satis paratis, urbem eam obsidere quàm hostes persequi maluit. Oppidani porrò propter tam splendidi scilicet belli apparatus cõtemptum, portas non clauserunt, sed fœdissima etiam in Romanum exercitum conuicia iecerunt. Plurima uerò prodigia, Romanorum futuras clades portendentia, tum uisa sunt: & bos recens genitus in initio belli conspectus est, ex cuius ceruice duo capita eminebant.

Maior Armenia Persis à Philippo Imperatore dedita.

Persarmenij ad Iustinũ desciunt.

Magistratus suos interfecerunt.

Ardaamanes dux.

Iustini ignauia.

Martianus nõ satis instructus aduersus Persas missus.

Is occasionem rei bene gerendæ prætermittit.

Prodigia.

Bos biceps.

CAPUT XXXVIII.

POsteac̃p autem Chosroes se ad bellũ probè instruxit, Ardaamanem aliquatenus productum, Euphratem in regno suo transmittere, & ad Circesium (quod dicitur) in Romanorũ ditionem excurrere iussit. Est autem Circesium oppidum commodissimum & munitissimum, ad fines Romanorum Imperij situm. Muro namc̃p firmissimo atc̃p altissimo circundatum est. Quin & Euphrates & Aboras fluuij id circumfluentes, & in insulæ formam redigentes, inexpugnabile efficiunt. Ipse autem cum copijs suis Tigri amne traiecto, magnis itineribus celeriter ad Nisibim uenit: quę, sicuti dictum est, à Martiano obsidebatur. Hæc ita à Persis agi, Romani ignorabant: usc̃p adeò, ut Iustinus multorũ sermonibus adductus, qui Chosroem iam mortuum esse, aut non longè à morte abesse nunciabant, Martiano ualde succenseret, quòd Nisibis expugnationem protraheret: ad quem etiam quosdam misit, qui illum ad claues portarum quàm celerrimè afferendas excitarent. Vt autem res minus ex sententia successit, & Iustinus risu & probro se dignum exhibuit,

Persarũ aduersus Romanos expeditio: Circesium oppidum.

Martianus Nisibim obsidet.

Ridicula Iustini ad Martianum mandata.

Nisibenus episcopus Gregorium Antiochenum, atq; is Iustinum de rebus Persarum certiorem facit.

qui apud talem & tantam urbem, quæ efficere nequiret, conaretur, ad quã scilicet tam exiguus exercitus assidebat: res ea primùm Gregorio Theopolis antistiti ab episcopo Nisibeno renunciata est. Erat enim is Gregorio, à quo pecuniam ingentem acceperat, amicus quàm maximè. Et dabat præterea operam, ut urbs ea propter ærumnas, quas à Persis patiebatur, in potestatem Romanorum rediret. Itaq; is Gregorio, quæ in Perside gererentur, suo quæq; tẽpore insinuãdo, significabat. Ea porrò ad Iustinum Gregorius scribebat: de subitâ etiã Chosroæ expeditione certiorem eum faciens. Atq; ille more suo delicijs & luxuriæ deditus, fidem habere episcopi scriptis supersedit, ea quę cupiebat geri etiã ratus. In hominibus namq; molliter & dissolutè uiuentibus, ad ignauam socordiam gloriosa audacia accedere solet. Neq; illi euentis rerum fidem habent, si aliũ, quàm ipsi uolunt, exitum consequantur. Iustinus ergo Gregorio rescribens, ea quæ is renunciasset, tanq; falsa omnino essent, reijciebat. Atq; ut etiam uera essent, Persas tamen urbis expugnationem non præuenturos esse. Quin etiamsi præuenirent, eos tamen inde fœdè atq; turpiter repulsum iri dicebat. Et Acacium quendam delectum, uirum proteruum, confusionem planè dicas, ad Marcianum misit, cum eiusmodi mandato, ut etiamsi Marcianus urbem cæpisset, & pedem alterum in ea posuisset, dignitatẽ statim deponeret, eamq; ipse sibi Acacius sumeret. Quod sanè is fecit, Imperatoris iussa non ex illius commodo exequutus. Postq; enim eò uenit, Marcianum illico in hostili terra dignitate priuauit, re ea militibus non renunciata. Sedenim qui in exercitu ordines ducebant, ubi ducem magistratum deposuisse cognouerunt, ulterius perseuerare in castris nequaquam uoluere: sed paulatim hinc & inde palantes diffugere, ridicula illa obsidione soluta. At Adaarmanes copias secum martem spirantes, non solũ ex Persis, sed etiam barbaris qui Scenitę dicuntur, delectas ducens, Circesio prę terito, quàm plurimũ Romanorũ rebus intulit detrimenti. Ferro namq; & igne pleraq; loca uastans, neq; moderatũ quidq;, propter defensorum solitudinem, uel cogitans uel faciens, non pauca castella cæpit. Et quòd ibi nemo cum imperio esset, tum autem quòd Romani propugnatores in castello Daras à Chosroe clausi forẽr, faciendum sibi liberè quod uellet statuit. Castris autem inde motis, Theopoli animum adiecit: & partem copiarum maximam, ipse non profectus, eò misit, quæ spe sua falsæ, & ab urbe ea sunt reiectæ: propterea quòd nulli in ea, aut sanè quàm pauci ciues mãsissent. Profugerat uerò etiã episcopus ipse, & sacra secum uasa & donaria extulerat. Nam & magna muri pars corruerat: & plebs nouarum rerum studio, sicuti eiuscemodi temporibus accidere solet, tumultum mouerat: & tandem desertam relinquens urbem, inde excesserat, nemine prorsus hostibus resistere aut obuiam ire conante. Adaarmanes postquam uoto suo & Theopolis direptione excidit, ignem olim quidem Heracleæ, postea autem Gagalicæ dictę urbi iniecit: & ad Seleuciam, quam Nicanor Seleucus condidit, locupletem quidem illam primùm & populosam, postea uerò tempore collapsam, & ad paucitatẽ redactam, progressus est. Hæc quum resistere illi non posset, pacto quodam interueniente, in eam est receptus. Vbi sanè præter conuẽta multa egit: & ciuitate direpta, uicinis quoq; locis circum circà dispolitatis, inde abijt. In præda reliqua, & episcopum & magistratum urbis summum cępit. Nec pauciores in reditu ille cladis Romanæ ditioni intulit, nemine uidelicet prohibente, præter paucos admodũ milites, qui ab Imperatore missi fuerant. Horum ductor Magnus erat, qui antea argentariæ mensæ in urbe Imperante præfuerat, postea autem unius ex Imperialibus ædibus curã susceperat. Ii quum terga uertentes fugerent, parũ abfuit quin ab hostibus sint excepti. Hisce rebus cõfectis,

Marciano Acacius suffectus.

Adaarmanes rem ex sententia gerit.

Chosroes ipse oppidum Daras obsidet.

Perse Theopolim desertam & uacuam inueniunt.

Gagalican incendunt, olim Heracleam dictam.

Seleuciam diripiunt.

Episcopum & præfectum eius capiunt.

Magnus Rodux.

Adaarmanes

A Adaarmanes Chosroem nondum urbem quam obsidebat cæpisse reperit. Magnum autem adueniens illi attulit momentum; quòd quum suis animum addidit, tum hostes plurimùm exterruit. Inuenit urbem muro nudatam, & aggerem ingentem prope illam factum. Helepoles extructæ stabant, & catapultæ, quas uulgus machinas seu tormenta, saxa ex edito loco iacientia, uocare cõsueuit, quibus urbem hyemis tempore Chosroes in potestatẽ suã redegit. Cui Ioannes Timostrati filius præfuit. Hic eius obsidionem non admodum curauit; seu urbem potius ipsam prodidit. Nam & hoc tum sermonibus ita iactatum est. Obsedit eam Chosroes mensibus quinq;, & aliquot insuper diebus: cępitq;, nemine prope propugnante. Et ciuibus ex urbe multitudine uaria ductis, partim eos ferro cõcidit, partim uiuos in captiuitate seruauit. Vrbem ipsam, utpote opportunã & commodam, præsidio imposito retinuit. Ipse uerò tropæo eo superbus, domum est reuersus.

Daras oppidũ Persæ recipiunt.

μηχανὰς λιθοβόλους.

CAPUT XXXIX.

EA re Iustinus cognita, nihil prorsus rectè aut prudenter mente agitans, neq; casum talem humaniter ferẽs, in phrenitidis morbũ & insaniã incidit: ita ut nihil quicq; earum rerum quę fierent, intelligeret. Imperium autem à Tiberio administrari cœptũ, qui honorem præcipuum Iustino acceptum ferebat, ex Thracia oriundus. Hunc pridem Iustinus cum plurimis militariũ copiarum millibus aduersus Abares miserat: & captus ille statim in prima congressione ab eis fuisset, militibus eius nequaq; barbarorum conspectum sustinentibus, nisi eum diuina Prouidentia inde raptum, Romanorum imperio manifestò conseruasset. Quod sanè Imperiũ ad id discrimen B peruenerat, metuendum ut esset, ne Iustini præter rationem omnem susceptis actionibus, unà cum repub. corrueret, & in barbarorum potestatem peueniret. Quum igitur Iustinus tam grauiter morbo affectus esset, neq; quidq; quæ agerentur rerum animaduerteret, Tiberius consilium commodum, rebusq; presentibus opportunũ admodum cæpit, quo casum & errorem omnem correxit. Tra ianum enim, uirum præclarum ex senatu, canicie & prudẽtia multos antecellentem, ad Chosroem mittit: & legationem non Imperij aut reip. sed solius Sophiæ Augustæ Iustini coniugis nomine, ad Chosroẽm instituit. Cuius etiam literę ad eum regem scriptæ sunt, quibus illa ærumnam casumq; mariti & rempub. principe carentẽ deplorabat: nequaquã decorũ esse addens, illum uiduę mulieri, & principi iacenti, reipublicæ que perturbatæ insultare. Nam & ipsum aliquando ægrotantem non solum in persimilem casum incidisse, uerumetiam præclarissimos quosq; medicos ex ditione Romana ad eum missos uenisse, qui arte sua & cura debita ægritudinem illius dispulissent. Legatione tali audita Chosroes flexus est: & quum in animo habuisset, primo quoq; tempore expeditionẽ in Romanorum terram suscipere, triennales tamen inducias Orientis partibus concessit: ita ut nihilominus Armeniam, quæ bellum aduersus eum parasset, nemine res Orientales turbante, aggrederetur. Porrò rebus Orientis in eum statum adductis, Sirmium à barbaris captum est, quod Gepides dudum tenuerant, & Iustino donauerant, sua sponte inde decedentes. Interea Tiberius Sophię instinctu Cęsar à Iustino, qui meliusculè morbo remittente habebat, declaratur.

Iustinus phrẽneticus.

Tiberius imperiũ Rom. administrat.

Imperiũ Ro. in summũ adductum discrimen.

Legatio & literæ ad Chosroen, nomine Sophiæ Augustæ missæ.

Inducię triennales cũ Persis.

Sirmium à barbaris captum.

CAPUT XL.

GAeterùm coronam imperatoriam ei impositurus, ea uerba diserte ad eum est proloquutus, quæ memoriam omnẽ ueterem & nouam longè excellunt. Quum Iustinus commodè per dilucidum interuallum scilicet compos mentis esset, idq; diuina Prouidentia, ut simul & pec

Iustinus Tiberium Imperatorem creat.

cata erratacp ipsè sua proferret, & in remp. ordinem meliorem inferret. Quum A
namcp omnes, atcp ipse etiam Ioannes sacrorum antistes, cuius antea memini-
mus, cum sacerdotibus suis in hypæthro siue subdiali Imperialis aulæ palatio,
congregati essent, quo loco hæc agi celebrariq fas est, Imperatoriam coronam
Iustini ad Tiberium uerba. sustollens, purpureamcp uestē, ut ea Tiberio imponeret, qui comes antea excu-
bitorum fuerat, ita propalàm uerba fecit. Ne te, uir optime, umbra ista phan- «
tasiæ seu apparatus huius, & uestis hæc decipiat: quibus & ipse, præterquam de «
ceret, transuersim raptus, non sensi meipsum supremis pœnis obnoxium red- «
Princeps non semper consiliarijs suis parère debet. dere. Tibi uerò curæ erit, ut peccata quoq; mea corrigas. Corriges autem, si re- «
ctè & benigè rempub. administrabis, nec omnino istis tibi parendum erit (prin- «
cipes demonstrans) nam & ipsi me in eas quas cernis ærumnas coniecerunt. «
Alia insuper eius generis adduxit, quę ad consternationem & lachrymas proli- «
xas auditores commouerunt. Postremò uerò omnium intulit. Honora Deum «
Præcepta salubérrima de Imperij administratione. & Ecclesiam eius, & olim quidem heram & dominam, nūc uerò matrem tuam. «
Qui facultates & possessiones habent, habeant: quibus eæ desunt, eis tribue. «
Perinde atcp in teipsum, ita in omnes animū intende. Nosce uerò & quis antea «
fueris, & quis hodie factus sis. Si peccare non uis, ne arrogans & superbus fue «
ris. Ipse namcp uides, quis ego paulo antè fuerim, & quid nunc sim. Pauperes in «
Precatio in Imperatoris coronatione. primis dilige, & eleemosynę apud te non deficiant. Et quum precatio ab episco «
po facta esset, Tiberius ad pedes Imperatoris sè abiecit, atcp ille subinferens. Si, «
inquit, uolueris, sum: si nolueris, non sum. Deus qui fecit cœlum & terram, om- «
nia quæcunq; tibi dicere oblitus sum, ipse in animū tuum subijciat, confirmans, «
Timor Domini. atcp ab ipso nunc initio instituens te sanctissimo timore suo: per quem omnia ti «
bi rectè atcp feliciter euenient bona. Iustinus iunior ubi in imperio cum Tibe- B
rio annos tres exegisset, uita excessit. Ipse solus annis duodecim, & mensibus
decem cum dimidio, Imperium gubernauit: cum Tiberio annis tribus, mense
uno minus. ita ut Imperij eius anni omnes quindecim sint, & menses nouē cum
Iustini mors. dimidio. Iustinus, quæcunq; templa Iustinianus magna usus liberalitate ma-
Liberalitas Iustini in ecclesias. gnificè construxit, ea accessionibus, donarijs & sacris uasis pluribus ipse exor-
nauit. Et summam magni templi testudinem collapsam, & quindecim cubitos
sustulit, & decentissimè, ita ut hodie cernitur, restituit. Et quum pietatis esset
studiosissimus, in uita quotidiana tamen perquàm dissolutus fuit. Liber hic hi-
Huius tomi anni. storiarum decimusseptimus, tempus complectitur sexaginta & quatuor anno-
rum: quum ab orbe condito quinquies millesimus nonagesimus octauus, à di-
uina aut Domini natiuitate quingentesimus nonagesimus tertius ageret annus.

Computatio annorum cum alijs Chronicis scriptoribus non concordat. Secundum quosdam enim obitus Iustini in annū Domini 582. secundum alios in 576. incidit.

DE PRIMA ET SECUNDA IUSTINIANA, & item de Iustinopoli.

APud Dardanos Europæos, qui ad Epidamni fines accolunt, regio Taureſia dicta fuit: Iuſtiniani, qui orbem terræ ædificijs exornauit, patria. Locum eum breui muro circumdedit, in quadranguli formam ſtructura redacta, atq; in angulo quoq; turri una excitata, τετραπυργίαν, hoc eſt, quatuor turres habentem effecit, & ita nominari curauit. Ad hanc, urbem præclariſſimam condidit, quam Iuſtinianam primam uocauit, nutricia hæc præmia altrici ſuæ tribuens. Ibi uerò & aquæductum, ut ciuitas lymphis affatim abundaret, fieri fecit. Addidit alia inſuper egregia opera, Dei templa plurima, domicilia principum uerorum magnifica, porticus amplas, iudicum curias pulchras, fontes, plateas, uicos, balnea, rerum uenalium fora. Urbs ipſa ingens & populoſa, & tractus

A *& tractus eius totius metropolis: ut quæ Illyrici uniuerſi archiepiſcopum ſit ſortita, cuiq; oppida eius gentis reliqua omnia, pro magnitudine ſua, debitum exhibuerint honorem. Et auxit illa Imperatori ei gloriam, quæ alumno tanto celebretur. Atq; ipſe ambitione & liberalitate quadam illi, qui eam ita ædificijs excoluerit, gratiam referre contendit. Erat præterea in Dardania oppidum uetus, Ulpianum nomine. Huius mœnia, quòd nulli uſui eſſent, demolitus, ad eam quæ nunc id ſpectatur, pulchritudinem perduxit. Urbem hanc Secundam Iuſtinianam appellauit. Non longe ab hac, urbem quoq; aliam, quæ nulla antea fuerat, condidit: quam de auunculi nomine Iuſtinopolim uocauit. Procop. lib. 4 de ædificijs Iuſtiniani.*

DE BULGARIS.

TErbelis Bulgarorum dux, ſub Iuſtiniano Rhinotmeto floruit. Et Iuſtinianus ipſe, Conſtantinusq; Heraclij filius, uectigales eius fuere. Hic aurum & argentum, quo arcas impleuerat, dextra quidem aurum, ſiniſtra autem argentum promens militibus ſuis, quòd Abares prorſus bello Bulgari ipſi ſuſtuliſſent, diſtribuit. Interrogauit autem quoſdam Abarum captiuos, quam nam ob cauſam princeps eorum unà cum gente uniuerſa interiiſſet. Cui illi reſponderunt: Quòd criminum delationes & accuſationes inter eos inualuiſſent; quibus fortiſſimi & prudentiſſimi quique Abares ſublati eſſent. Ac ſic deinceps factum, ut homines iniqui & fraudulenti in ſocietatem & decuriam iudicum peruenerint. In cauſa etiam fuit ebrietas. quum namq; uini prouentus exuberaret, ebrij omnes fuere. Deinde auarorum iudicum ſordes. Conſilia præterea fraudulenta, quibus alius alium circumuenit. Omnes enim uenales facti, & alter alterum dolis eſt aggreſſus. Ex
B *his ipſis cauſis internecio noſtra proceſſit. Terbelis hiſce uerbis auditis, Bulgarisq; ſuis conuocatis, leges tulit: Si quis prodiret accuſator, ut non prius audiretur, ei ue aſſenſus præberetur, quàm de crimine probè eſſet quæſitum: Ac ſi criminator per calumniam mentitus eſſe comperiretur, ut is morte pœnas penderet. Ne quis homini furi & fraudatori alimenta præberet: id uerò ſi quiſquã facere auſus fuiſſet, ut publicatis bonis eius, ipſe proſcriberetur: Furis autem & fraudatoris crura frangerentur. Porrò uineta omnia radicitus excindi iuſſit. Et mendicantibus quidquam dari uetuit, ut ſcilicet pro ſe quiſq; ſibi ipſe uictum quæreret, neq; ad egeſtatem delaberetur. Legum talium tranſgreſſoribus, bonorum publicatio & proſcriptio propoſita. Ex Suid.*

DECIMIOCTAVI TOMI CAPITA.

I *De Imperatoris Tiberij imperio, qua Imperiali dignitate & magnificentia fuerit.*

II *Ut Tiberius magno & forti exercitu coacto, & per Iuſtinum in Perſidem irruptione atq; impetu facto, multa caſtella munitaq; loca recuperauerit. Utq; Choſroes ſit mortuus.*

III *De terræmotu, qui Antiochiæ, & in luco qui Daphne dicitur, fuit.*

IIII *De Anatolio mago, & eius aduerſus Gregorium Theopolis epiſcopum fraudulentis inſidijs.*

V *Ut Tiberius ducem Orientis legerit Mauricium, eundemq; deinceps moriens Imperatorem creârit.*

VI *Oratio Tiberij Imperatoris, in electione & deſignatione Mauricij, ad populum dicta.*

VII *De ſomnio & morte Tiberij Imperatoris.*

VIII *De Mauricij coniugio, & coniuge eius Auguſta. Qualis, quibus moribus, quo genere, & quibus animi affectionibus Mauricius fuerit.*

IX *Quæ præſagia præcedentia, Mauricio imperium portenderint.*

X *De clementia & miſericordia Mauricij, & de adminiſtratione bellica Philippici.*

XI *De facilitate ſimplicitate apparatu Priſci belli ducis. Et ut hunc exercitus reiecerit: Germanumq; ut exercitum duceret, legerit.*

XII *De lite inter Aſterium & Gregorium Theopolis epiſcopum: & ut Gregorius cauſam obtinuerit.*

XIII De maximis gratissimisq; terræmotibus, & ut Antiochiæ tantum, ad sexaginta millia hominum ruinis sint oppressa.

XIIII Ut milites militarem disciplinam reliquerint: ad quos Imperator, ut eos ad officium reducere tentaret, Gregorium misit.

XV Oratio Gregorij Theopolis episcopi, ad defectorem exercitum.

XVI Ut exercitus Gregorio parens, rursum Philippicum ducem legerit.

XVII Ut Sittas Martyropolim prodiderit, & de Philippici obsidione.

XVIII De Varamo Persa, & de insidijs contra Hormisdam Persarum regem structis.

XIX De tyrannide Varami. Et ut Hormisdas Persarum rex à Chosroe filio suo sit occisus.

XX Ut Chosroes iunior ad Romanos profugerit, eorumq; auxilijs regnum suum recuperarit.

XXI De crucibus à Chosroe Gregorio Theopolitano missis, & quæ de eis ille scripserit.

XXII De donis, quæ idem Chosroes maximo martyri Sergio misit.

XXIII De Naamano Saracenorum principe, quomodo Christianismum sit complexus.

XXIIII De sancto Simeone Thaumastorita, hoc est, mirandum montem incolente.

XXV De sancta Golinduch martyre, quæ in Perside certamen martyrij superstes sibi peruicit.

XXVI Quomodo post Gregorium Anastasius Sinaites sedem suam receperit, & de alijs patriarchis.

XXVII Quæ Chosroes de Romanorum imperio prædixerit. Præterea quæ idem Probo Chalcedonensi episcopo de Deigenitrice dixerit.

XXVIII De rebus in Europa inter Romanos & Abares, quorum Chaganus dux fuit, gestis.

XXIX Quomodo Prisci legatus Chagano uetus exemplum adducens, persuaserit, ut pacem rursum complecteretur.

XXX Expositio longior per digressionem, de Abarum origine, ut ex Oriente in Occidentem transierint. Et de monte Icar. Et de ueteribus Persarum moribus & institutis. item de urbibus Taugast & Gubdam, quæ ab Alexandro Macedone conditæ esse feruntur.

XXXI Quæ Mauricius ad tumulum sanctæ & inclytæ martyris Euphemiæ fecerit.

XXXII De insigni miraculo, quod ad monumentum Glyceriæ martyris unguento scaturiens, ad Heracleam Perinthi accidit.

XXXIII Ut dignas uindicta diuina pœnas exegerit ab eis, qui contra immaculatam Deimatrem, blasphemam ausi sunt mouere linguam.

XXXIIII De sancto Ioanne Ieiuno, archiepiscopali dignitate Constantinopoli ornato.

XXXV Qualia indicia eadem Mauricij Imperatoris præcesserint: & de quibusdam portentis.

XXXVI De animantibus humana forma, quæ in flumine Nilo apparuerunt.

XXXVII Quomodo Commentiolus & Priscus, duces regionum Europæ, cum Abaribus congressi, supra triginta millia hostium ceciderint. Et rursus quædam de Chosroe.

XXXVIII Quomodo Byzantij plebs contra Mauricium seditionem & tumultum excitarit. Et ut Chaganus captiuos omnes, quos Mauricius redimere supersederat, ferro necauerit.

XXXIX Quomodo exercitus in Europa, seditione facta, centurionem Phocam Romanorum Imperatorem declararint.

XL Mauricij fuga. Et aduentus tyranni in regiam urbem, & Mauricij liberorumq; eius cædes.

XLI De nudatione Imperialium cadauerum, & de alijs tyranni cædibus. Et de prædictione Imperialis cædis dæmonum instinctu Alexandriæ facta.

XLII Quomodo Mauricius Deum orauerit, ut ei hic pœnas dare diuinæ uindictæ liceret: id quod assequutus est. Et de ædificijs ab eo constructis.

XLIII Ut Chosroes propter Mauricij cædem, pace soluta, Orientem hostiliter peragrans, ad Chalcedonem usq; excurrerit. Et de alijs quæ Romanorum imperium peruaserunt, calamitatibus.

XLIIII De seditione inter Iudæos & Christianos Antiochiæ orta: ut in eo tumultu etiam Anastasius Sinaites episcopus cæsus sit. Et de Cyriaco, Thoma, & Sergio, Constantinopolitanis episcopis.

De schis-

XLV De schismatibus, quæ post quartam & quintam sanctam Synodum in Ecclesiam irrepserunt.

LXVI Præterea de hæresi Monophysitarum, quòd ea insidiose admodum & periculose de DEI VERBI incarnatione opinatur.

XLVII De philosopho Ioanne Philopono Tritheita.

XLVIII De monacho Leontio, & Georgio Pisida.

XLIX De diuisione & dissidio Trithetiarum, à Seuero profectorum.

L De opinione Agnoetarum.

LI De hæresi Theopaschitarum.

LII De Iacobo Syro, & Iacobitis.

LIII De abominanda Armeniorum hæresi.

LIIII De schismate Chatzitzariorum, apud eosdem.

LV Phocæ abrogatum imperium per Heraclium, Phriscum & Gregoram.

LVI De fœda cæde Phocæ, nefandissimi & perniciosissimi tyranni.

ECCLESIASTICAE Historiæ Nicephori Callisti Xanthopuli, Tomus XVIII.

CAPUT I.

B

VSCEPTA Imperiali administratione Tiberius, ad partes omnes reipub. se conuertit, ut quùm disciplinam rectissimè ciuilem restitueret, tũ bellicis expeditionibus commodissimè omnem Romani imperij ditionem recuperaret, & constitueret. Fuit autem Tiberius procera corporis statura, & uultu non solum inter principes uiros, uerumetiam omnes propè homines decentissimo. Ita ut forma quidem Imperio dignus, animo aũt placidus esset, & qui humanitate & misericordia quàm maximè gauderet: ipsõ solũ aspectu, ut ita dicã, ómnes ad se inuitãs atq; allicies. Eas aũt diuitias & copias amplas sibi esse putabat, si prolixè nõ solũ ad necessitatẽ, sed etiã ad abũdantiã alijs largiretur. Nec ille respiciebat, quid recipere pètentẽ oporteret: sed quid Imperatorẽ Romanorũ dare deceret. Quòd si auri quidquã ad eũ perueniebat, uolẽter cũ subditorũ lachrymis collectũ, adulterinum id & uenenosum esse existimabat. Proinde ciuibus ditionis suæ omnibus annuum etiam tributum remisit: & quoscunq; agros Adaarmanes expeditione sua uastauerat, immunitate & libertate summa donauit, ultra modum etiã, & detrimenti accepti rationem. Magistratibus quoq; & dignitates gerentibus pensiones illegitimas condonauit, quibus priores principes subditos ipsi suos uendere soliti fuerant.

Statura, mores & uirtutes Imperatoris Tiberij.

CAPUT II.

TAque pecunias non rectè exactas in usum decentem conuertens, ad bellum hostibus inferendum splendidè se armauit: & exercitu heroico ex subalpinis populis, & Rhenum accolentibus gentibus, prætérea ex Massagetis, Pæonibus, Mysis, una cum Illyricis & Isauris, atq;

Copiæ militares eius aduersus Persas contractæ.

Equitatus Tiberij maximus.

ris, atque etiam ex Scythis, optimis strenuissimis que quibusque uiris delectis, ita ut centum milia & quinquaginta turmas fortissimorum equitum haberet, conscripto, expeditionem aduersus Chosroem suscepit. Quum ille statim, post Daras castellum captum, Armeniam ingressus esset, atq; inde circa messis tempus ad Cæsaream contendere in animo haberet: quæ principē locum apud Cappadocum gentem sortita, primas inter urbes reliquas ferebat. Vsq; adeò uerò iam res Romanorum contemnebat, ut etiam oratores qui ad eum uenerant, in conspectum suum non admitteret: sed ad Cæsaream urbem eos se sequi iuberet, ibidem postulata eorum auditurus, responsum'q; eis re deliberata daturus. Eò autem ubi peruenit, & exercitum Romanorum, qui eum preuenerat (quem Iustinianus ducebat, frater Iustini illius, à Iustino imperatore miserandum in modum cæsi, rei bellicæ & ipse egregiè peritus) conspexit, & iam tubæ classicum canebant, signaq; militaria sublimia ferebantur, ac dux ipse unà cum tam splendido apparatu animum magnum spirabat, atq; ex aduerso uociferabatur, equitatus'q; tantus aderat, quantum nemo unquā Imperatorum in animo saltem est imaginatus: apparatu tanto & re tam subita atq; inopinata consternatus, ex intimo pectore ductis suspiriis, altius indoluit atq; eiulauit, neq; pugnæ initium facere uoluit. At ipso tempus prælij extrahente, atq; arte & fraude dilationem texente, Curs Scytha, cuius curæ dextrum cornu commissum fuerat, impetum in eum facit. Huius uim confertam quum Persæ sufferre nequirent, ordines'q; suos relinquerent, multi ex eis cæduntur. Deinde extremum hostium agmen Curs aggreditur, ubi instrumentum aulicum Chosroæ & exercitus eius apparatus erat. Hic precio sissimas quasq; res eius & instrumentum omne, ipso inspiciente & tolerante Chosroe, quod facilius impressionē suam quàm ipsius Curs sustineri posse existimaret, diripit. Et derepente ingentis pecuniæ dominus factus, iumenta quoq; unà cum impedimentis abducit: in quibus etiam, qui ab eis perinde atq; Deus colitur, ignis erat. Et Curs Pæana canens, Persarum aciem circuit, & tandem circiter primam facem ad suos redit: qui adhuc ordines suos, sicuti acies structa fuerat, seruabant, quòd neq; Chosroes aggressus eos esset, nec ipsi initium pugnæ fecissent. Paucis uerò uelitaribus prælijs, unis tantum aut binis ab utraq; acie congressis, sicuti fieri assolet, commissis, Chosroes frequentes per noctem ignes accendit, nocturnum prælium experturus. Et quum Romanorum exercitus in duas partes diuisus esset, nocte intempesta, uigiles earum copiarum quæ Borealem plagam uersus excubabant, inuadit: eisq; repentina impressione dissipatis, exercitu uniuerso Melitinem, quæ in propinquo erat, contendit: quam ab incolis & custodibus uacuam Persæ incendunt, secq; ad Euphratem trajciendum instruunt. Porrò quum eos Romanorum copiæ à tergo consequerentur, saluti suæ timens Chosroes, elephante conscenso, fluuium tranat, & multos ex militibus suis in amne eo, qui illis pro sepulchro fuit, amittit. Multos etiam qui ex undis trajcientes euaserant, secum abducit. Huiusmodi ille summam pœnam postquam pro iniurijs Romano imperio illatis persoluit, ulterius in partes Orientales est progressus. Vbi eiuscemodi inducias, ut eum nemo aggrederetur, habuit. Iustinianus autem cum exercitu omni Persidem est ingressus: ibi'que hyeme transacta, qui ei resisteret, inuenit neminem. Atque exercitu non diminuto, circiter æstiuum solstitium inde reuersus, cum magna & præclara gloria, circa confinium, æstatis reliquum consumpsit. Exinde Chosroes rebus desperatis, dolore que ingenti confectus, & fortunæ uicissitudine exanimatus, cum dedecore uitam amisit: & perinde atque sempiternam columnam atque monumentum fugæ suæ, legem illam, ne quis

Iustinianus Romanus dux.

Curs Scytha in Romanorū partibus secundum cum Persis equestre certamen committit.

Ignem Persæ pro deo colūt.

Chosroæ clades & fuga.

Iustinianus dux rectè rem gerit.

Eiusdē mors

Lex Chosroæ, ne postea Persæ Romanis bellum inferāt.

A quis postea Persarum rex aduersus Romanos bellum gereret, post se reliquit. Ab eo regnum ad Hormisdam filium peruenit, de quo postea dicemus.

Hormisdas Chosroæ successor.

CAPUT III.

Terræmotus Antiochenus.

TErtius iam imperij Tiberij agebatur annus: & Antiochiæ rursum maximus terræmotus circa meridiem coortus, publicas & priuatas ædes ad ipsa usq; fundamenta cōcussit, minimè tamen in terram prostrauit. Ipsa uerò uniuersa Daphne, quasi *succisiuum eius opus facta, corruit. Euenere tum alia quoq; non solum Theopoli, uerumetiam in urbe ipsa Imperante, memoratu digna, quæ ciuitates eas maximis motibus concitatis conturbarunt atq; perterruerunt. Quæ quum initium ab ardore & æmulatione diuina sumpsissent, legitimum etiam finem sunt consequuta.

*ωεςόβγορ.

CAPUT IIII.

Anatolius Antiochiæ diis sacrificauit.

ERat Theopoli Anatolius quidam, ex plebeijs ille quidem & ignauis unus, sed qui postea multis se & uarijs negotijs ingesserit, & Theopolitanorum res potissimùm administrarit: qua ex causa in Gregorij urbis eius sacrorum antistitis amicitiam peruenit. Et quum eo nomine frequentius ad eum iret, potestatē maiorem ex eius consuetudine est consequutus. Anatolius iste crimine sacrificiorum diis oblatorum accusatus, una cum alijs, ut sacer & execrabilis, res graues & absurdas admisisse compertus est. Cæterùm quum Orientis præfectum donis expugnasset, parum abfuit, quin unà cum popularibus suis (multi namq; cum eo piaculi eius participes capti fuerant) euaserit. Multitudo autem motu concitato, consilio tali obuiam ijt. Illusit ea antistiti quoq;, quasi & ipse detestandorum illorum hominum socius esset. Et dæmon quidam seditiosus & pestilens nonnullis persuaserat, quòd Gregorius etiam cum Anatolio sacrificasset. Atq; is propè à plebe uehementer infesta & irata interfectus est. Et in tantum fama eius rei increbuit, ut Tiberius quoq; Imperator nō aliter atq; per ipsius Anatolij uocem, criminis eius ueritatem inuestigare uoluerit. Itaq; Anatolium, & qui cum eo capti erant, Constantinopolim uenire iubet. Quod ubi Anatolius cognouit, ad Deigenitricis imaginem in carcere alicubi ex funiculo dependentem, uersis in tergum manibus, procurrit, supplicantis scilicet & deprecantis in morem. At illa impurum & execrandum illum detestans, simul & criminis tanti arguēns, totam se ab eo auertit: miraculo mediusfidius horrendo, & memoria sempiterna digno: quod captiui omnes, qui in custodia seruabantur, & quibus cura carceris commissa fuerat, oculis ipsi suis uiderunt, & omnibus renunciarunt. Imago ipsa fidelibus etiam quibusdā conspecta est, eos ad contumeliam suam uindicandam concitare, filio suo ab Anatolio contumelioſe iniuriam factam esse dicens. Postquam uerò Byzantium Anatolius uenit, & flagris quàm maximè tortus est, nihil est contra episcopum proloquutus. Cæterùm ibi quoq; magnorum malorū & seditionis populo ipsē cum popularibus suis causa fuit. Quum namq; quosdam sententijs feredis non iugulandos, sed ostracismo mulctandos esse, iudicatum esset, plebs ardore diuino accensa, uniuersam urbem turbulento motu repleuit: sæuiens'q; & grauiter eam rem ferens, eos qui ad exilium damnati fuerant, raptos, & piscatorijs nauibus impositos, igni uiuos combussit. Et quùm populus eiusmodi sententiam tulit, tum conuicia etiam in Imperatorem iecit, & aduersus episcopum suum Eutychiū uociferatus est, perinde atq; illi fidem abiecissent. Quin multitudo Eutychium quoq;, eos'q; quibus quæstio mandata fuerat, in locis omnibus inuestigatos interfecisset, nisi quæ omnia gubernat diuina Prouidentia, illos quidem è medio surripuisset; ferocientis autem multitudinis ardorem paulatim ita re-

Idem flagitij eius reus agitur.

Diua virgo preces eius supplicantis reiecit.

Constantinopolitanæ plebis tumultus, propter leniorem in idololatras iudicum sententiam.

Anatolij graue supplicium.

ita reſtinxiſſet,ut nihil abſurdi committeretur. Porrò Anatolius beſtijs pri- A
mùm in amphitheatro obiectus, & abundè ab illis dilaniatus, in crucem poſtea eſt actus. Verùm ne ſic quidem impiorum flagitiorum pœna eſt defunctus. Siquidem execrandum illius corpus(quod nunquam hiſtorijs proditum eſt) lupi inde detractum deuorarunt. Quidam uerò Antiochiæ fuit, qui res eas illi obuenturas diuinauit. In ſomnis enim ſe uidiſſe dixit, Anatolij complicumq; eius iudicium plebi,quæ de eis ſententiam ferret, commiſſum eſſe. Vir præterea magnus Imperialibus ædibus præfectus, quamuis Anatolium defenderet,proloquutus tamen eſt,conſpectam ſibi eſſe Deimatrem uehementer ſe obiurgantem,& talia ferè dicentem: Quouſq; tãdem Anatolium propugnas,qui tam impudenter ſupra modum in me & filium meum illuſit? Sed hæc hactenus.

Vindicatorum gentilium ſacrorum exemplũ.

CAPUT V.

Tiberius porrò ubi Iuſtinianum non eadem fortuna, qua antea, rem aduerſus barbaros gerere cognouit, illi quidem præfecturæ Orientalis dignitatem,poſt Iuſtini obitum, abrogauit: & Imperatoria corona ſumpta,ducem alium militarium in Oriente ordinum creauit Mauricium,qui paulo pòſt ſucceſſor etiam Tiberij fuit. De eo mox,loco ſuo dicemus. Qualis enim & quantus fuerit,ex Imperio eius colligendum,quòd uirum eum clarius manifeſtiuſq; hominibus exhibuit, quum illi ſummam quod cunq; uellet,arbitrio ſuo faciendi poteſtatem dediſſet. Qua re etiam factum, ut domeſticæ eius res & arcanæ in publicum proferrentur. Hic igitur Mauricius copijs militaribus receptis,ultra Romani imperij fines progreſſus, & quæcunque erant idoneo commodoq; loco Perſis caſtella adortus,ea cepit:tantam' que prædam inde egit,ut urbibus & inſulis & agris, quicunq; deſerti antea fuiſſent, B
colonos imponeret: & quæ à multo tempore uacuæ iacuiſſent terræ,eas ad fructum ubertim ferendum cultura præpararet. Ex eis colonis ſtrenuas etiam & fortes conſcripſit copias,quæ contra alias quoq; gentes, egregium bello robur oſtenderunt. Effecit is etiam, ut domus uniuerſæ ſeruis complerentur: & ut in abundanti rerum omnium copia, leui facile precio omnia uænirent. Conflixit quoq; cum fortiſſimis quibuſq; inter Perſas uiris,Imperatoriaq; arte celeberrimis:cum Tamichoſroe uidelicet illo, & Adaarmane,qui cum ualidiſſimis exercitibus cum eo ſunt congreſſi. Sed enim quomodo ille, & quid prælio cum illis commiſſo geſſerit,in præſentia mihi dicere facile non eſt,ad alia quæ inſtituti noſtri ſunt properanti. Tum quidem in ipſa pugna Tamichoſroes non equidem Romani exercitus uirtute,ſed religione ſola, & ſincera in Deum fide ipſius ducis cecidit,Adaarmanes autem prælio excedens,habenis omnibus quàm maximè laxatis fugit, non paucis ſuorum amiſsis. quum quidem Alamundarus, qui Scenitas barbaros ducebat,uictoriam prodidiſſet: quippe qui Euphratem traijcere, & Mauricio in prælio adeſſe, contra Scenitas Arabes pugnãti,noluerit. Ea namq; Arabum gens inuicta maximè,equis celerrimis,uentiſq; ipſis uelocitate ſimilimis inſidens, ſicubi concludatur,non capitur, & locis ad inſidias capiendis hoſtes facilè præuenit. Sed & Theodorichus Scythicorum ordinum dux,in pugna non affuit:uerùm extra telorum iactum quàm maximè conſiſtens, ſe cum ſuis effuſæ fugæ commiſſit. Ab ea uictoria cum ampliſsimis tropeis reuerſus,triumphum egit,atq; omnium hominũ ore celebratus eſt. Summi uerò honoris uia progreſſus, etiam ad Imperiale faſtigium conſcendit: quum Tiberio iam uitæ finis adeſſet, qui illi filiam Auguſtam, & cum ea loco dotis Imperium ipſum dedit. Non ille quidem longo admodum tempore in Imperio tranſacto, ſed monumento tamen ſempiterno ad æuum omne relicto, per res

Mauricius in præfectura Orientis Iuſtiniani ſucceſſor.

Mauricij ducis in Oriente præclarè res geſtæ.

Tamichoſroes, Adaarmanes, Perſæ.

Is à Mauricio uicti.

Alamundarus Scenites rem Romanam prodidit.

quas

A quas per uitã bene egit.Eas uerò uerbis complecti,non ita facile uidetur. Maximum autem probè ab eo geſtorum,& quaſi quædam hæreditas,quam Imperio poſt ſe reliquit,illud eſt,quòd Mauricium,uirum admirandum, Imperatorem renunciauit. Quin etiam nomina ſua genero & filiæ indidit, Mauricio quidem Tiberij, Auguſtæ uerò Conſtantinæ nomine impoſito. Itaque quum Tiberius uideret, ex hac deinceps uita ſibi migrandum, naturæq; legibus cedendum eſſe, atra illum'bili affligente, Mauricius Imperator dictus, purpura conſpicuus honorem & dignitatem meræ ſummęq; poteſtatis recepit. Tiberius etenim in hypæthram illam Imperialis palatij aulam progreſſus, Antiſtitem ſacrorum (Ioannes autẽ tum adhuc eccleſiæ clauum gubernabat) eò euocauit:atque inſuper conuentum ſacrarum dignitatum coegit, ſatellitumq; ſuorum & corporis cuſtodum, eorum quoque qui Imperiali honori accenſentur. Tum autem quicunque in populo præclari erant,ad ſe acciuit:ubi nomine eius Ioannes uerba fecit,Orator egregius, & Romanarum legum peritus, & propter inſignem eloquentiam Imperatoris iuſſa pro concione exponere ſolitus, & quæſtoris dignitatem gerens. Aderat igitur Imperator ipſe in noui Principis electione, unà cum filia Conſtantina, quam Mauricio uitæ ſimul & fortunæ ſociam dederat. Prius autem quàm Imperatoris noui renunciatio promulgaretur, ad conuentum eum ita uerba fecit.

Res Tiberij Imperatoris.

Electio & renũciatio Mauricij Imperatoris.

CAPUT VI.

„ Viri Romani,præclariſsimum apud omnes gentes nomen,& propter
B „ amplitudinem gloriæ omnibus omnium linguis celeberrimum: Ma
„ gnæ me nunc curæ & ſolicitudines circumſtant. Quarum alteræ, ut,
„ quæ me relinquere oportet,ea rectè conſtituam,adurgent:alteræ ue
„ rò,migratione ipſa,qua à uobis diſiungar,exterrent. Ea namque rationem actæ
„ hic uitæ uniuerſitatis huius conditori reddere cogit. Et nunc uſurpata mihi du-
„ dum libertas & ſecuritas,in timiditatem ingentem eſt conuerſa. Quibus etenim
„ prolixior eſt faciendi quæ uelint poteſtas, eos peccata plura cõſequuntur. Sed
„ enim quam de Imperio concœpi curam, acrius me urget, ut uidelicet non te-
„ merè quiduis de republica decernã: ſed qui eam rectè adminiſtret, ſubſtituam.
„ Quandoquidem nec mihi Imperium ad uoluptatem & delicias corporis conſe-
„ ctandas commiſſum fuit. Neq; uerò fortuna tantum animum meum angit, ue-
„ rùm etiam natura ipſa. Eódem enim & imperium & coniunx & liberi concur-
„ runt. Nam Imperium ſapientem gubernatorem requirit, coniunx uiduitatis cu-
„ ratorem æquiſsimum: liberi porrò, qui eos ducat & defendat, tutorem, propter
„ ætatis imbecillitatem, & naturæ, maximè muliebris, infirmitatem. Cæterùm na-
„ turæ ſæpenumero contemno neceſsitudinem, morbo ingruente: deſpicio etiam
„ liberos, & coniugem nihili facio, mihiq; iam mori uideor, & ſolicitudinis eiuſmo
„ di libertatem conſequor. Vix autem cogitationes tales depono, quum mihi Im-
„ perij cura inceſsit. Non ſolum enim certaminum omnium multo maximum eſt,
„ creditum ſibi ſceptrum pro eo atq; par eſt conſeruare: uerumetiam hæreditatẽ
„ Imperij, ita ut decet, ad eos quos oportet, tranſmittere. Equidem æquum eſſe
„ admodum arbitror, deceſſoribus principibus ſucceſſores debere eſſe præſtan-
„ tiores; ut illorum errata iſti corrigant. Quod niſi fiat, Imperij ipſius ditionem
„ omnem, propterea quòd imbecillibus fundamentis nitatur, labi & corruere ne
„ ceſſe eſt. Talibus curis quum animus meus cõficeret, ea quæ res omnes reſpicit
„ Prouidentia, laboribus noſtris ſuccurrit, conſiliumq; noſtrum auſpicata, autho
„ ritate ſua confirmauit: & eum qui poſt me magnificè imperaturus eſt, declara-

Oratio Tiberij Imperatoris deceſſuri, de Mauricij ſurrogatione.

ἡ παράτιμος ἔφεσις.

uit: Mauricium iſtum, uirum rei Romanæ perquàm utilem et commodum, qui A plura & magna certamina pertulit, & quaſi quendam arrabonem, ut ita dicam, futuræ ſuæ de ciuibus ſubditiſq; curæ & prouidentiæ apud rempub. depoſuit. Hunc ipſum hodie Imperatorem conſpicietis. Tanta autem perſuaſione & fiducia illum maximæ omnium adminiſtrationi adhibeo, haudquaquam mente claudicans, aut errans, ut non modò Imperium ei, uerùm etiam filiolam credam, pignore tanto naturæ ipſius, bono uos animo eſſe iubens. Id quod ueluti conſolationis uiaticum, mecum mihi laturus ad longam iſtam, unde reuerti nõ liceat, migrationem uideor. Vos ipſi autem idonei & fide digni pulcherrimæ huius ordinationis teſtes mihi eſtis, ex eo, quòd eorum qui imperium noſtrum dudum adminiſtrarunt, & huius præcipuè uiri periculum feciſtis, qui prudentiſſimè nos eſt conſectatus. Tu uerò Mauric, pulcherrimum mihi epitaphium, Imperium tuum facere perge, et ſepulchrum meum uirtutibus tuis exorna: neq; ſpem eorum qui tibi concrediti ſunt; per dedecus fallens, neq; uirtutes ipſe tuas obliuioni tradens, & ueluti priſtinam animi tui generoſitatem fugiens. Proinde poteſtatis inſolentiam ratione fac frenes, & phiioſophiæ artibus ſapienter potentiæ ſcapham gubernes. Imperium namque res quædam eſt ſublimis & excelſa, in altũ qui ei inſident ſuſtollens, & rectè cogitata excutiens. Minimè uerò opinionem eam, quòd prudentia omnibus anteeas, concipe: quamuis fortuna, quæ tibi ſublimis contigit, omnes ſuperes. Porrò ciuium & ſubditorum beneuolentiam potius quàm metum fac conſecteris: & oburgationem magis, perinde atque magiſtrum quendam, quàm aſſentationem, complectare. Poteſtas namque res quædam eſt, quæ admoneri doceriq; nolit, & caſtigationem ægrè ferat. Ante oculos tuos aſsidens luſtitia excubet, quæ uitæ noſtræ actionum remuneratio B nem, pro ſumma ſua poteſtate conſtituit. Purpuram perinde atque uilem pannum tibi iniectum eſſe, per philoſophiæ ſtudium exiſtima. Coronam autẽ qua caput tuum cinctum eſt, nihil à lapillis qui circa marinum littus fluctibus alluuntur, differre puta. Ipſe purpuræ flos, quòd ſub triſtior eſt, exhortari mihi Principes uidetur, ut moderationem animi rebus ſecundis ſeruare aſſueſcant, neq; nimium lætentur, aut luctuoſa iſta monarchiæ ſtola ſuperbiant. Imperij ſiquidem ſceptrum non immoderatam poteſtatem, ſed ſplendidam potius ſeruitutem exercere admonet. Iræ imperet humanitas & miſericordia, arrogantiæ autem timor. Nam & apibus natura duces dedit: earumq; regem aculeo quaſi quadam ſpontanea & naturali poteſtate armauit, ut pungere etiam eum poſsit, qui legitimè non pareat. Sed apis minimè tyrannicum, uerùm communi utilitati cõmodum & iuſtum aculeum habet. Itaque illius ſaltem erimus imitatores: ſiquidem ratio ipſa, conſilia meliora ſubijcere non ualeat. Equidem ad te hæc, ueluti productor tuus, & parens. Conſilij autem noſtri iudicem habebis poteſtatem, ab affectione omni & muneribus incorruptam: ſimul & uirtutes ipſas remunerantem, & uicia coercentem.

Tiberius Mauricio filiam ſimul & imperium committit.

Pulcherrimũ decedẽtis Principis Epitaphium, bonus ſucceſſor.

Optima imperandi præcepta.

* Non conſtat inter authores, rex nullum ne ſolus habeat aculeum, maieſtate tantum armatus: an dederit eum quidẽ natura, ſed uſum illi tantum negauerit. Iſtud conſtat, imperatorem aculeo non uti, &c. Plin. li. 11. ca. 17.

CAPUT VII.

Mauricius Imperator coronatur.

QVm igitur Imperator finem orationis feciſſet, ciues & ſubditi propter dolorem quo afficiebantur, multam uim lachrymarum profuderunt. Deinde ſublatam Imperator coronam & purpuream chlamydem, Cæſari circundedit. Ibi tum ſubditorum acclamationes & gratulationes exauditæ, partim tam commodi conſilij authorem, partim ipſum renunciatum

A nunciatũ principem, propter eas quibus ſe Imperio dignũ præſtiterat uirtutes, admirati. In primis uerò laudibus earum rerum omniũ conciliatorem, qui uniuerſa commodiſsimè diſpenſat, extulerunt. Vbi uerò ad hunc modum Mauricius Imperatorijs cæremonijs princeps eſt declaratus, Imperator ipſe in lecto ſuo repoſitus, in ſomnis uiri ſpeciem ea forma, quæ neq; uerbo, neq; ſcripto exprimi queat, & ueſte tam candida, ut cubiculum ipſum illuſtraret, uidit. Vir is » manu protenſa, talia uerba ad eum eſt profatus· Hæc tibi Tiberi ſanctum » numen renunciat: tyranni impij, Imperij tui temporibus non extabunt. Poſtquam autem euigilauit, & ſomnium iſtud amicis expoſuit, legibus deinde naturæ, quamuis Imperator eſſet, obſequutus, terrenam tunicam depoſuit, animam eam ueluti umbraculum quoddam relinquente, & ad ſedes ſupernas euolante. Imperio Tiberius cum Iuſtino tribus, ſolus autẽ quatuor annis præfuit: qui poſteaquã in Imperatorũ ſepulchro repoſitus eſt, homines omnes ad Mauricium, perinde atq; ſatellites conuerſi ſunt: & lachrymæ, quibus Tiberij funus proſequuti fuerant, eo ipſo die reſtinctæ ſunt. Non enim homines tantùm præteritorum meminiſſe, quantùm præſentia curare & colere, ſolent.

Viſio nocturna Tiberij.

Mors eiuſdẽ, Paul. Diaconus, annos ſeptem Tiberiũ imperaſſe ſcribit: Euagrius ſolũ annos quatuor, li. 5. cap. 23. ita ut reliquos tres cum Iuſtino imperarit.

CAPUT VIII.

VBi Mauricius imperium ſuſcepit, & Tiberium ſatis eluxit, nuptias primùm parat: Auguſtamq;, quæ & Conſtantina dicebatur, matrimonio ſolenni Imperatorũ ritu ſibi iungit. Nuptiæ magnificè prorſus Imperiali pompa celebratæ, & epulationes ſplendidè publicitus per urbem omnẽ populo datæ. Apparatui tãto affuêre, uera in † Deum pietas, B & Imperatoria Maieſtas, ſatellitio Mauriciũ eiuſdemq; coniugem decentiſsimè ſtipantes, & dona eis quàm honorificentiſsimè offerentes. Illa namq; canicie ueneranda, decentibusq; rugis, quod antea memoriæ proditum non eſt, patris atq; matris, nuptias ſanctificantium, fratrumq; ueniſtorum, coniugalem apparatum exornantium, uicem præſtitit. Hæc autem, ex auro contextã ueſtem, pura et Indicis margaritis diſtinctã, nec non coronas auro multo & lapillis pellucidis reſplendentes præbuit, atque omnes qui dignitates magiſtratusq; gerebant excitauit, ut ſplendidè, quo dignoſci poſſent, coronati, faces nuptiales accenderent, conuentumq; ſponſalitium hymnis atq; carminibus celebrarent. Ita ut conijcere liceret, nunquam apud homines apparatu eo ſplendidius quidquã extitiſſe. Demophilus ſanè res Romanas deſcribens, Plutarchum Chæroneum diſertè dixiſſe refert, propter ſolam urbem Romam, uirtutem & fortunam inter ſe fœdus pepigiſſe: ego autem dixerim, ueram etiam in Deum pietatem & felicitatem, in ſolo Mauricio coniunctione inita cõueniſſe: quòd pietas ſcilicet felicitatem in poteſtatem ſuam redegerit, eandemq; errare & labi prorſus nõ permiſerit. Poſtea etiam Mauricius illud ſtudio habuit, ut non modò corpore, ſed animo quoq; purpuram atq; coronam circumferret. Solus namq; ex prioribus Imperatorib. ſibi ipſe imperauit, & uerus cum ſumma poteſtate princeps ochlocratiam ſeu turbulentum affectuum ſtatum ex animo ipſe ſuo eiecit, atq; ariſtocratiam ſiue optimatium gubernationem in cogitationibus conſilijſq; ſuis conſtituit, uiuam ſeipſum uirtutis ſtatuam, ut ciues atque ſubditos ad imitationem ſui erudiret, præbens. Hic nomen & genus uetuſtius, ex ueteri Roma traxit: propinquiorem autem cognationẽ ex Arabiſſo patria habuit, quæ gentis Cappadocum eſt. Fuit autem uir prudens & ſolers maximè, in uita quotidiana & uictu accuratus admodum. Ventri minimè indulſit, neceſſarijs tantum & fruga

Nuptiæ Mauricij cum Conſtantina Augusta.

Splendidiſſimus Imperialium nuptiarũ apparatus.

Veri imperatoris forma.

Mores & inſtitutA Mauricij Imperatoris.

† Ουσιβειαὶ τε καὶ βασιλεῖαι ἀφορμοῤῥόωσι τὰ ἐπιχειρήματα, καὶ ἀφορμοῤῥόωσι τὰ τιμιώτατα.

libus cibis usus, constantem se & immotum in rebus omnibus præbuit. A' mul- A
tis adiri se & conueniri non facile passus est: neq; in hominibus audiendis disso-
lutus aut remissus fuit. Alterum enim contemptum adfert, alterum autem assen-
tationi aditum præbet. Itaque non frequenter, & tantum de rebus grauibus a-
cturos ad se homines admisit, & aures sermonibus inutilibus & fatuis clausit &
obturauit: non cera ille quidem, sicut apud poetas est, sed ratione potius quàm
commodissimè tanquam clauem, sic opportunitatem cum modo coniunctam il
lis imponens, quæ in colloquijs rectè & tempestiuè sermonem aperiret simul &
clauderet. Insciam uerò, iactantiæ & ferocitatis parentem, timiditatemq; soci-
am eius & comitem, ita à se reiecit, ut rerum agendarum aggressio bene cœpti
consilij, intermissio autem & tarditas certæ securitatis esset. Quum interim forti
tudo & prudentia se ad tempus accommodarent, & gubernacula ad res ex usu
gerendas conuerterent: remissionemq; atq; intentionem cœptorum, ut modera
tione quadam & ordine instituerentur, curarent.

CAPUT IX.

Prodigijs quibusdam imperiũ Rom. Mauricio prædictum.

PRodigia quoq; diuinitùs accidêre, quę imperiũ Mauricio portende-
runt. In multam enim noctem rem diuinam eo faciente, atque incen-
sum offerente, in basilica sacri Deigenetricis templi, quod à Iustinia-
no apud Antiochenos nomen habet, uelum quo sacrosancta mensa
contegitur, igne comprehenso arsit. Ita ut in stuporem & consternationem con
iectus Mauricius, ad eam rem expauesceret. Gregorius autem urbis eius hie-
rarcha, qui ibi præsens astabat, diuinum quiddam id esse, atq; res nouas & subli-
mes denunciare dixit. Quum uerò in Oriente aliquãdo Mauricius esset, CHRI- B
STVS ei euidenter & manifestò apparuit: & ab eo, ut contumelias sibi illatas uin
dicaret, petijt. Quæ sanè certa de Imperio eius diuinatio fuit. A' quo nãq; CHRI
STVS uindictam, præterquam ab Imperatore, atq; eo tantopere in illum pio, exi
gendam efflagitaret. Alia præterea memoratu digna, qui eum in lucem produ-
xerunt, de eo renunciarunt. Pater namq; retulit, quum procreaturus eum esset,
in somnis se maximã uitem uidisse, quæ ex cubiculo suo orta emerserit, omnisq;
generis maturos botros circumcirca pendentes protulerit. Mater uerò ipsa par
tus tempore, è terra nouum quendam & uariantem suauitates odorem reddi-
tum esse dixit. Illud insuper, quòd anicularum est, & mihi propè incredibile, ad-
Empusa, Gilo. dens, persæpe eam quæ Empusa uocatur, alius uerò Gilo dixerit, infantem ex
cubiculo, ueluti eum deuoraturą, extulisse: nihil tamen detrimenti ei afferre po-
tuisse. Quin & Simeones ille, qui prope Antiochiam stationem in cõlumna habuit, quantum uix alius quisquam, bonis operibus peragendis commo-
dissimus, & omni uirtutum genere clarissimus, non modo multa per diuinatio-
nem dixit, sed fecit etiam, quæ Imperium eius designarunt. Sedenim talibus pa-
rentibus procreatus, atq; ad hunc modũ educatus simul & doctus, talis etiam
sponsus & princeps, Augusta, quæ & Constantina appellata est, uxore domum
Res Mauricij. ducta factus, Mauricius ad Imperium peruenit. Quas uerò etiam res gesserit, hi-
storia ipsa, diuino opitulante auxilio, ostendet.

CAPUT X.

Mauricius in maiestatis uiolatæ reos non seuerus.

ELlud igitur ei in primis studio fuit, ut ne alicuius qui perduellionis
& læsæ maiestatis reus ageretur, sanguinem effunderet. Sic Alamun
darum Scenitarum barbarorum ducem, qui rempub. prodiderat,
non interfecit, sed unà cum uxore & liberis quibusdam in insulam
quandam

A quandam prope Siciliã deportari præcepit. Idem filio eius Naamani fecit, qui
hota prorsus & probrum ciuilis administrationis fuit, & quamplurima flagitia
in utramq; Phœniciam & utramq; Palæstinam ita admisit, ut cohors eius barba
ra, prouincias eas rapinis compilarit atq; diripuerit. Quum Alamundarus à
Romanis captus esset, & quum Naamanem omnes sententijs suis ad capitale sup
plicium condemnarẽt, Mauricius ipse hominem in libera custodia inclusit, neq;
grauius quidquam de eo constituit, quemadmodũ ab eo de alijs plurimis itidẽ
est factum. Orientalium copiarum ducem primum Ioannem Thracem creauit, *Ioannes dux.*
qui sanè rebus quibusdam perperam, quibusdam etiam bene peractis, nihil ad-
modum memoria dignum gessit. Post hũc præfectura ea Philippico demanda- *Philippicus dux, Mauricij sororius.*
ta est, Mauricij necessario. Nam alteram sororum eius Gordiam in legitimo ma- *Res eius gestæ.*
trimonio habuit. Hic ultra confinium progressus, omnia uasta dedit, & ingen-
tem prædam egit, plurimosq; ex nobilitate Nisibena, quasi aliud agens, ferri gla
diorumq; opus succisiuũ fecit. Idem uerò & ad Trigidem amnem egit. Conflictu
quoque magno cum Persis facto, plurimi ex hostibus, qui alijs præstabant, in a-
cie ceciderunt: non pauci uiui capti sunt. Cohortem insuper quandam Persa-
rum, quæ opportuno loco in tumulo consederat, cum capere posset, nullis affe-
ctam malis dimisit. Quæ se persuasuram regi suo esse receperat, ut primo quoq; *Disciplinæ mi-*
tempore Oratores ad eum de pace mitteret. Multas præterea res in præfectura *litaris conser-*
sua egregiè gessit, quum ab exercitu quidquid esset molle atque inutile reiecisset; *uatio.*
& omnia quasi quibusdã frenis ad disciplinam honestam & ordinem bonum a-
pud copias militares redegisset. De quibus rebus æquum esse duxi, alijs scripto
ribus, ut memorent, relinquere: quorum oratio partim ignorantiæ lubricitate
claudicans, partim uel affectione sibi indulgens, uel odio etiam inseruiens, à ue-
B ro plerunque longius discedit.

CAPUT XI.

Priscus dux.

VIc autem, præfectura militarium copiarum susceptą, successit Pri-
scus: qui & ipse non facilè se conspici patiebatur, & tantum à necessa-
rijs & amicis adibatur. Eò demum modo se multa confecturum esse *Insolẽtia eius.*
ratus, si in publicum non prodiret, neq; se communem omnibus præ-
beret: perinde atq; ex ea causa, qui potestati eius subditi erant milites, metu ad-
ducti, imperata facturi essent. Postquam autem supercilio sublato ad splendo-
rem superbè instructus, ad exercitum est progressus, & ad milites uerba quæ-
dam de fortitudine in bello, & accuratiore armatura, tum autem de præmijs
quæ ex publico recepturi essent, fecit, quæ illi antea cogniţa habebant, in aper-
tum ira eorum prorupit. Itaque impetu in tentorium eius facto, prædonum aut
barbarorum more, quicquid ibi repererunt, diripuerunt: & quascunque habuit
splendidè comparatas magni que precij res, eas sustulerunt. Ipse quoque in *Motus milita-*
eo exercitus tumultu iugulatus fuisset, nisi equo conscenso Edessam profugisset. *ris aduersus*
Quam, missa eò copiarum parte, dedi sibi fugitiuum ducem postulantes, obsi- *Priscum.*
dere sunt aggressi. Cæterùm ubi Edesseni id non fecere, Priscum quidem illi reli
querunt: Germanum uerò, militarium in Libanesia Phœnices ordinum du- *Successor eius*
cem, multa ei ui adhibitą, exercitui præfecere: parùm que adeò abfuit, quin eum *Germanus.*
etiam, quantum in illis situm erat, Imperatorem delegerint. Postquam enim ui
hominem aggressi sunt, atque ille eis uehementer restitit, contentio inter utro-
que exorta est: illo quidem, ne ui expugnaretur, contendente: his autem, ut
quod cœpissent, perficerent, ita laborantibus, ut cædem ei quoque, nisi oblą-
tum imperium susciperet, minarentur. Sedenim quum Germanus se ad cædem

perferendam potius, quàm ad tyrannidem ſuſcipiendam paratum eſſe oſtende- A
ret, ad contumelias quaſdam, & uerbera indigna ſe milites, minimè illum ea per-
laturum eſſe, quod nec naturam nec ætatem ipſe ſuam ita deſpecturus eſſet, arbi
Volens nolens præfecturã Orientis ſuſcipit Germanus, militibus cogentibus. trati conuerterunt. Et iam iniurijs plagiſq; uirum afficere cœperant, cum reli-
gione quadam parcius de eo periculum facientes. Quum autem alacriter etiam
tum in ſententia ſua perſeueraret, iureiurando tandem ab eo accepto, ad fidem
eis ſeruandam illum coegere. Sic ille pro eo atq; milites uoluêre, inuitus impera-
Militaris licentia. ta facere adactus, imperauit. Et poteſtati ſubditus, poteſtatem geſſit: atq; in ſer-
uitutem tractus, dominationem apud eos exercuit. Quicunq; uerò erant ordi-
num ductores, uel præfecti, uel tribuni, uel centuriones, uel decuriones, eis reie-
ctis, quibus ipſi uolebant, poteſtates tales demandarunt, & manifeſtò in maieſta
tem Imperialem deliquerunt. Et mitiores quidẽ illi in uectigales et tributarios
populos, quàm barbari eſſe ſolent, fuere. A propugnatoribus uerò, aut defenſo
ribus reipub. aut quo tandem eos nomine appellem? quàm longiſsimè abfuere.
Necq; enim menſuris aliquibus aut dimenſis frumentum ſibi ſumebant, aut uete
re diſtributione contenti erant, ſtationibus ue deſignatis ſe continebant: ſed q̃d
cuique eorum conſilium & uoluntas ſua ſuggeſsiſſet, id demum fas moduſq; &
Militũ aduerſus Philippicũ in caſtra miſſum tumultus. menſura erat. Hiſce rebus cognitis, Imperator Philippicum ſororium ſuum,
qui eas rectè conſtitueret, ad exercitum remiſit: quem tantum abeſt ut milites re
ceperint, ut quicunq; inter eos uel genere hominem contingere, uel affectione
illi beneuelle uiderentur, extremum, niſi ſe ſilentio tuerentur, adierint pericu-
lum. Verumenimuerò quum ſe ita res haberent, ex urbe Imperante Gregorius
antiſtes Theopolitanus diſceſsit, celeberrimo illo certamine per ui cloriam de-
functus, quod hoc loco commemorare non intempeſtiuum fuerit. B

CAPUT XII.

Tumultus aduerſus Gregorium epiſcopũ Antiochiæ excitatus, authore Aſterio præfecto. ASterius quidam ea tempeſtate Orientem regebat. Et quum conten-
tio ei cum Gregorio interceſsiſſet, Principes ciuitatis Aſterio fauẽtes,
hoſtiles partes ſunt ſecuti. Idem à magna populi parte, & ab opificibus
factum. Pro ſe enim quiſque, perinde atq; grauiſsimam iniuriam acce-
piſſet, cõtendit. Et plebi, ut maledictis pontificem proſcinderet, permiſſum eſt:
unoq; ſumpto conſilio illi omnes in uiis publicis & theatris deambulantes, con-
uiciis quæ in epiſcopum conijciebantur, cum riſu lætabantur. A quibus etiam
Ioannes Aſterij ſucceſſor. Sceníci ipſi non abſtinebant. Ea uerò de cauſa magiſtratus Aſterio abrogatur:
eumq; Ioannes quidam Imperatore iubente init, quæſtionem habere de rebus
Is de motu ciuili quærere iuſſus. motis, & cauſam primariam excitatæ contentionis inueſtigare iuſſus: uir non ita
magnus, nec admodum conſideratus, & qui non modò talem & tantam cauſam
minimè dijudicare, ſed ne paruam quidem litem decidere, aut certius cognoſce-
re poſſet. Porrò ubi urbem Antiochenam magnis aduerſus Antiſtitem turbis
impleuit, & edictis propoſitis, ſi quis experiri iure contra illum uellet, ſe eum ad
Grauiſſima Gregorio crimina intentantur. agendum admiſſurum eſſe promulgauit, non exiguos aduerſus Antiſtitem li-
bellos à quibuſdam argentariæ menſæ præfectis accepit: in quibus Gregorius
inſimulabatur, quòd cum ſorore ſua, uiro alij coniuncta, per inceſtum conſue-
uiſſet. Præterea quòd felicem pacatumq; urbis ſtatum perſæpe perturbaſſet.
Sedenim de ciuitate turbata crimen ſibi obiectum, pro eo atque potuit, refel-
Gregorius ad Imperatoris et Concilij iudicium prouocat. lit. De cæteris autem cauſis, ad iudicium & cognitionem Imperatoris & Synodi
prouocauit. Itaq; Conſtantinopolim cauſam dicturus uenit. Affuere ibi iudicio
tali patriarchæ omnes, qui uel ſua ſponte, uel aciti eò ſe contulerant, nec pauci
etiam metropolitanarum eccleſiarũ præſides, & ſacrę curię Senatores multi. A
quibus omnibus, quæſtione diligenter & accuratè agitata, poſt multũ certamen
&

A & contentionem, Antiſtes ita in cauſa uictor euaſit, ut accuſator ipſe neruis bu- *Calumniæ pœna.*
bulis cæſus, & in foro circumactus, tandẽ oſtraciſmo mulctatus ſit. Exinde igi-
tur innocentia ſua probata, ad ſedem ſuam Gregorius eſt reuerſus. Quo tẽpore
copiæ militares per ſeditionem imperium quàm maximè detrectabãt, & frenos
Imperiales reijciebant. Philippicus autẽ ad Berrœam & Chalcidem urbes, quo
nam res euaſuræ eſſent proſpiciens, morabatur.

CAPUT XIII.

POſt reditum Gregorij, menſes quatuor tranſierant, quum poſt u-
num & ſexageſimũ à prioribus grauioribus terræmotibus annum,
circiter tertiam noctis horam, unà cum ſonitu multo, ingens terræ
concuſsio & ebullitio ſubitò exorta, uniuerſam Antiochenorum ur- *Terræmotus Antiochiæ, & clades ex eo accepta.*
bem ex fundamentis ipſis conuulſit: & quùm quæ in altum ſublata fuerant ædi-
ficia deiecit, tum uerò quæ firmamentis ſuis profundius innitẽbantur, ex inferio
ribus locis in ſublime excutiens proiecit: ita ut ſtructuræ omnes ſanctiſsimæ ec-
cleſiæ præcipites peſſumierint, & ipſum duntaxat hemiſphærium loco ſuo per-
manſerit: quod Euphræmius epiſcopus è Daphnes luci tignis, quum ſub luſti-
no terræmotus graſſatus eſſet, conſtruxerat. Alijs namq; terræ concuſsionibus
in parte ſeptentrionali labefactatum fuerat, eaq; de cauſa tigna, quæ id ſuſtine-
bant, habuerat. Ea tum ingenti uehementiq; motu ita humi proſtrata ſunt, ut he
miſphæriũ haud aliter quàm regula quadam in locũ ſuum reſtituũ ſit. Quin &
ædificia multa in regione urbis quę Oſtracina dicitur, concuſſa corruerunt: atq; *Ὑαρίσιον*
id etiam, quod nomini ſuo reſpondet, τὸ Ψηφίον dictum: item ea quæ uernacula
lingua Bryſia nominata ſunt: & inſuper ædes quoq; Dei genitricis uicina, ubi
media porticus ſola mirificè eſt conſeruata. Labefactatæ etiam admodum ſunt
omnes in planicie turres, mœnibus alijs, præterquam ſolis propugnaculis, intã-
B ctis: atq; in eis ipſis propugnaculis, ſaxa quædam in diuerſam partem cõuerſa,
non conciderunt. Multæ præterea aliæ ſacræ ædes cladem eam ſenſerunt: & u-
trunq; publicum lauacrum, ex pulcherrimo ſtatu, ad eam quæ ex diametro eſt
deformitatẽ collapſum. Magna uerò etiam multitudo ruinis oppreſſa eſt, adeò *Clades 60000 hominum.*
ut nõnulli coniecturam ex annona capientes, circiter ſexaginta millia hominum
ea calamitate interijſſe putent. Gregorius ipſe urbis epiſcopus, præter ſpem o- *In ea calamitate Gregorius epiſcopus ſeruatus.*
mnem ſeruatus eſt. Nam tectum & habitatio, ubi conſederat, omnis paulo poſt
cõcidit: necq; periculum id quiſquam euaſit, præterquam ipſe, & qui ei præſtò e-
rant: qui ipſum unà cum lectulo ſublatum fune demiſerunt, quum alius ter-
ræmotus locum alium ruinis ad id patefeciſſet, per quem periculum imminens
effugerunt. Alia quoq; res ſalutaris urbi ei accidit, benigno & miſericordi
Deo bonitate & lenitate ſua minas comprimente, miſerationiſq; & miſericor-
diæ uirga caſtigare hominum uitia ſtatuente. Nam nullum exortum eſt incẽ-
dium, quum quidem multus ubiq; in urbe eſſet ignis, in focis ipſis ſcilicet, priua-
tiſq; & publicis lucernis, fornacibus, balneis, culinis, & officinis alijs, in qui-
bus opifices artes ſuas exercent. Multi autem ex claris & inſignibus uiris
eo terræmotu interierunt. Quorum unus etiam fuit, quem paulo an-
tè diximus, Aſterius, cõcuſsionibus eiuſmodi
& ruina exanima-
tus.

CAPVT XIIII.

ATque urbis ipsius publicam cladem Imperator pecunia data solatus est. In exercitu uerò eadem erat defectio, atq; rebellio: adeò ut finitimi barbari confertim excurrere in Romanam ditionem auderẽt. Persuasum namq; habebant, se, quòd illis nemo obuiam uenturus esset, ex sententia quæ uellent facturos. Cæterùm hoc sic illis opinantibus, Germanus cum eis quas secum habebat copijs occurrit: & tanta fortitudine uictor eos concidit, ut ne nuncius quidem cladis eius Persis relictus fuerit. Imperator ubi eam rem cognouit, ingentem pecuniam exercitui donauit, & ducem ipsum inde cum quibusdam qui cum eo erant euocatum, in iudicium produxit. Ibi iudices omnes capitali illos supplicio condemnarunt. Princeps uerò non modò in illos non animaduertit, sed honoribus etiam & præmijs eos dignatus, benignitateq; alia liberaliter prosequutus est. Atq; quum hoc in statu res Orientis esset; Abares bis in id quod uocatur Macron Tichos expeditione facta, Singidoniem & Anchialum, Græciamq; omnem, atque urbes & castella alia expugnarunt, hostiliterq; diripuerunt, alijs quidem igne consumptis, alijs autem crudelem in modum excisis: propterea quòd illis resisteret nemo, & maxima pars copiarum militarium in Oriente moraretur. Quò Imperator Andream Imperialium satellitum præfectum misit, qui exercitui, ut priores ordinum ductores & præfectos reciperent, persuaderet. Sedenim quum milites mandata eatenus audire quidem sustinerent, Gregorius eam rem expediuit. Erat siquidem uir ad res maximas conficiendas idoneus: et exercitus uniuersus, ut ità dicam, multum ei obseruantia simul & reuerentia exhibuit honorem. Quidam enim pecunia data ab ipso conciliati fuerant, quidam uestem acceperant. Nonnulli potu ciboq;, & alijs insuper rebus, quæ hominibus in terrâ aliena degentibus ad usum & necessitatem commodæ sunt, abundè ab eo refecti erant. Tum autem, quicunque delectu habito per sacramentum militare in catalogum adscripti erant, per ipsum id consequuti fuerant. Et primùm ille ad loca omnia, nuncijs ad eos missis qui principem locum in exercitu obtinebant, milites in Litarbis, regione à Theopoli circiter trecenta stadia distante, congregauit. Ad quos quum ipse quoq; deinde uenisset, ita ut in lecto decumbebat, eiusmodi uerba fecit.

Præclara Germani de Persis uictoria.

Mauricius Germanum à iudicibus damnatum honoribus est prosequutus.

Abares Græciam uastant.

Militaris rebellio & ferocitas.

Gregorius adpudmilites gratiosus.

CAPVT XV.

VIri & uerbis & rebus ipsis Romani: Arbitratus quidem sum dudum uos ad me uenturos fuisse, ut de eis quæ acciderũt rebus mecum sententias communicaretis, consiliumq; caperetis. Idq; uetus, quæ mihi uobiscum intercesserit, beneuolentia pollicita est: quæ quidem officijs prioribus certò confirmata est, quum nauali uestro motui, & qui eum subsequutus est tumultui, rebus necessarijs præbitis succurri. Sed id hactenus factum non est, quòd fortasse diebus superioribus occasiõ ad eam rem præbita non sit: scilicet ut Persæ uerè Romanorum fortitudinem, ab eis uiris qui duce carerent, uicti atq; profligati, perspicerent: atq; ut sincera uestra in rempublicam beneuolẽtia temporis opportunitate explorata, rerumq; ipsarum testimonio comprobata, ex parte omni cognosceretur. Declarastis siquidem, quum aduersus duces uestros dolore commoti, malè animati fuistis, nihil uobis esse re publica antiquius & præstabilius. Verùm agedum, si uobis uidetur, communiter quid facto opus sit, dispiciamus. Vocat uos ad se benignus Imperator uester, amnestiam, seu obliuionem atque impunitatem præteritorum delictorum promittens, & egregium uestrum erga rempublicam animum, bellocq; gerendo

Oratio Gregorij Theopolitani episcopi, ad milites rebelles, qua eos ad μεταμέλειαν adducit.

A rendo fortitudinem pro supplicantium gratiamq; petentium frondibus reci-
» piens. Certo nimirum pignore isto ueniam uobis concedens, atq; hæc ipse se-
» cum reputans. Quandoquidem qui res uniuersas manu sua continet Deus
» benignati plurimùm, errata condonando, tribuit, & per fortitudinem ue-
» stram, rationem de criminibus reddendam remisit, manifestissimumq; gratiæ
» omnino factæ indicium exhibuit: quomodo ego quoque diuinum calculum,
» qui mihi remittendæ noxæ necessitatem imponit, non sequar? Proinde si parẽ-
» re mihi uoletis, Romani, confestim cedetis, neq; tantam temporis opportunita-
» tem præterire patiemini, ne quum illa effugerit, comprehendi postea nequeat.
» Non facile namq;, postquam præteruolauit, capitur: quodammodo, ut aliquis
» dicat, indignè ferens, quòd neglecta contemptaq; sit. Atqui incomprehensibilis
» prorsus esse non sustinet. Itaque patrum uestrorum obedientiæ hæreditatem
» cernite, sicuti in fortitudinis eorum laudem successistis: ut omni ex parte uos
» Romanos esse declaretis, neq; reprehensio ulla uobis incessat, quæ illegitimam
» uos & adulterinam sobolem esse arguat. Qui namq; ita, ut Romano genere
» dignum erat, uos procrearunt maiores, regibus & consulibus subditi, ritè im-
» perata faciendo, & rem pro insita fortitudine præclarè gerendo; uniuersum
» terrarum orbem Romano Imperio subiugarunt. Manlius certè Torquatus
» suum ipse filium corona exornatum securi percuti iussit, fortitudine quidem il-
» lum plurimùm præstantem, Imperio autem minimè parêre uolentem. Bono
» namq; ducum consilio, & prompta militum obediendi uoluntate, plurimæ &
» maximæ res prosperè conficiuntur. At si alterum ab altero seiungatur, claudica-
» re partem alteram, & collabi euersam necesse est, optimo duarum istarum uir-
B tutum pari diuiso. Proinde ne amplius cunctamini, mihiq; qui sacerdos Dei
» sum, & partes meas medius inter Imperatorem & exercitum interpono, parẽ-
» te. Atq; ostendite, nõ tyrannicum morem, sed iustam indignationem, ad breue
» tempus, quod aduersus duces uestros minus legitimè imperantes egistis, fuisse.
» Nisi enim quàm primùm ad Imperatorem uestrum accurreritis, ego quidem
» simul & egregiam in rempublicam uoluntatem, & singularem erga uos amo-
» rem, pro officio meo, sanctè præstiterim. Vobis autem etiam atque etiam ui-
» dendum fuerit, qui ita tyrannidem exercetis, quæ præposita sint præmia. Quor-
» sum enim uobis res præsentes euadent? Nam ut in hoc ipso permaneant sta-
» tu, haudquaquam facilè fieri potest. Vnde uerò erit uictus, & frugum matura-
» rum ex agris, aut earum quæ mare continenti ipsi, pro eo atq; par est, opem fe-
» rendo suppeditat, rerum importatio? Bellum ergo popularibus uestris Chri-
» stianis inferentes, & bellum ab eisdem excipientes, res omnium fœdissimas &
» facietis, & patiemini. Et ubi tandem postremò, hinc & inde dispersi, uitam dege-
» tis? Et consequetur à tergo uos uindicta diuina, quæ pertinaciam uestram susti-
» nere; aut ueniam uobis de cætero dare minimè poterit. Quapropter dextras
» nobis inuicem & reipublicæ iungamus, & rem ipsam, pro eo atq; æquum est,
» consideremus: idq; nunc quàm maximè, quũ salutiferæ passionis & sanctissimæ
» resurrectionis Seruatoris nostri IESV CHRISTI dies festos, qui nobis ad res me
» liores opem & auxilium ferunt, agimus.

Quomodo adductum sit Romanum imperiũ.

Quomodo rẽs rectè gerãtur.

CAPVT XVI.

GRegorius hæc atq; alia plura cum lachrymis locutus, diuino quodã nutu in momento temporis animos omnium in aliam sentẽtiam traduxit. Itaq; ut eis ex conuentu secedere liceret, quo seorsim deliberare de eo quod æquum esset possent, petierunt; ac paulo post reuersi, potestati

Parent antiſtitis ſancti ſuaſionibus milites.

potestati Antiſtitis ſe permiſerunt. Atq; illi Philippicum nominatim, ut illum A uidelicet denuò ducem ſumerent, alleganti, ſe & exercitum omnem iuriſiurandi religione obſtrictum eſſe, Philippicum poſthac ducem à ſe minimè ſuſceptum iri, dixerunt. Adhæc Gregorius nihil cunctatus: Sacerdotem ſe per diuinam gratiam eſſe, & poteſtatem ſoluendi & ligandi in cœlo & in terra habere dixit: diuinamq; ſuper ea re iuſſionem in medium produxit. Tum uerò militibus morem ei gerentibus, precationibus diuinum numen placauit: † & re arcanorũ myſteriorum diuina peracta, immaculatum corpus cum omnibus communicauit. Dies enim qui ſanctam paſsionem CHRISTI præcedit, tum agebatur. Deinde conuiuio eos, quum circiter duũm millium numerum explerent, toris in gramine diſpoſitis, excepit, & poſtridie inde abijt. Conuenit autem inter ipſos, ut quo uellent loco congregarentur. Gregorius Philippicum Tarſi Cilicum morantem accerſit, qui tum Conſtantinopolim petere properabat. Et eo Antiochiam euocato, Imperatorem de rebus hiſce, & exercitus de Philippico precibus certiorem facit. Philippicus ubi Theopolim aduenit, exercitus ei obuiam proceſsit: atq; eis ſibi, qui ad diuinã regenerationem admiſsi fuerant, ſupplicum more adiunctis, ad pedes eius milites procubuerunt. Et dextra ab eo, obliuioniſq; præteritarũ iniuriarum fide accepta, in expeditionibus bellicis eum ſunt conſectati. Res hæc inter exercitus ducem, & Antiochenæ urbis præſulem Gregorium, ad hunc modum eſt acta.

Abſolutio à iuramento præſtito.

† τλὸ θεῖον τε λέγειν μυστηρίων, τὸ ἀχραὸν τῷ σώματι κοινωνεῖν ἅπασι μετελθὸν.

Accipiũt milites ducem ſuũ Philippicum.

CAPUT XVII.

Sittas decurio Martyropolim Perſis prodit.

SIc tempore Sittas quidam nomine, inter militares copias decurionis dignitatem obtinens, iniuria à quopiam ordinum ductore affe- B ctus, quum negligentius cuſtodiri Martyropolim animaduertiſſet, urbem eam prodidit. Perſicam namq; manum, perinde atq; Romana eſſet, noctu introduxit, atq; urbem cæpit, Romanis opportunã maximè. Et quæcunq; ibi erant ætate florentes fœminæ, eas retinuit: reliquos uerò mortales omnes, ſeruis quibuſdam exceptis, inde eiecit. Philippicus igitur ſtatim eò expeditionem conuertit, atq; cum copijs omnibus urbem eam obſeſſam oppugnare cœpit. Et quamuis tormenta ad urbem expugnandam idonea non haberet, utcunq; tamẽ potuit, oppugnationẽ eam eſt proſequutus. Et cuniculis actis ut turris unà cõcideret, effecit: minimè tamẽ urbẽ ipſam capere, & ad deditionẽ cogere potuit. Nam Perſæ partem eam quæ ſolo æquata fuerat, noctu refectam ſatis munierant. Porrò ubi Romani fortiter expugnationem tentantes, fortius reiecti ſunt (crebra namq; in eos ex ſuperiore loco conijciebantur tela, ita ut ipſi plus detrimenti ferrent, quàm oppidanis inferrent) obſidionem ſoluerunt: & paululum retrogeſsi, caſtra poſuerunt: hoc unum agentes, ut ne auxilia alia Perſis adderentur. Mauricio autem iubente, Gregorius rurſum ad exercitum uenit, eiq; ut denuò urbis expugnationem tentaret, perſuaſit. Verùm illi, quòd inſtrumentis atq; tormentis ad muros ſternendos neceſſarijs in præſentia deſtituerentur, nihil amplius efficere potuerunt. Proinde obſidione relicta, exercitus in hyberna cõceſsit, frequentibus præſidijs uiciniis caſtellis impoſitis, ne Perſę ſubſidium clàm urbi immiterent. Æſtate uerò ſequẽti copiæ ſunt coactæ. Et quòd Perſæ etiam aduenirent, ingens pugna ad Martyropolim commiſſa eſt, ex qua uictor euaſit Philippicus. Cæterùm Perſis multis cæſis, & heroë uno proſtrato, multitudo magna (id quod illis ſtudio maximè fuerat) Martyropolim peruenit. Romani exinde urbem oppugnare deſiterunt: quòd uidelicet eam ad deditionem cogi non poſſe, probè ſcirent. Septem uerò ab eaſtadijs, urbem

Frustra eam per expugnationem recuperare contendunt.

Vincuntur à Romanis Perſæ.

Vrbẽ aliã prope Martyropolim Romani extruunt.

A urbem aliam in tutis montoſisq; partibus ſtatuerunt: ut inde hoſtilibus molitionibus atq; excurſionibus militari arte reſiſterent, damnumq; inferrent. Id quod ſic æſtiuo tempore ab eis fiebat. Hyeme autem adueniente, in ſtatiua ſe inde recipiebant.

CAPUT XVIII.

Commentiolus Philippici ſucceſſor.

PHilippico ſucceſſor datus Cõmentiolus, genere Thrax, qui magna uirtute cum Perſis congreſſus eſt. In eo certamine Perſarum dux unà cum equo in terram deiectus interiiſſet, niſi ex ſatellitibus, quidam eum in equum, quem ſecum ducebat, ſublatum è prælio ſubduxiſſet. Reliqui uerò Perſæ quàm maximè etiam, ducibus ſuis relictis, fugerunt, & ſe Niſibim receperunt, ad regem ſuum redire ueriti. Nam ille capitale ſupplicium illis minatus fuerat, ſi ductores ſuos deſererent. Ibi uerò congregati tyrannidem aduerſus Hormiſdam meditantur. Conſilio ei Varamus Perſicorum ordinum dux præfuit, qui à pugna aduerſus Turcos facta cum ſuis redierat: ſicuti ſuo loco de eis à me dicetur. Interea Commentiolus Martyropolim circumſidet. Atq; ibi quidem plurimam copiarum partem relinquit, ipſe uerò unà cum optimis & delectiſsimis quibuſque, ad Ocbas, longè munitiſsimum caſtellum, ex aduerſo Martyropoli in ulteriore ripa, in prærupto ſcopulo ita ſitum, ut inde urbs tota conſpici poſſet, excurrit, caſtellum id oppugnat: & nihil intentatum relinquens, partes quaſdam munitionum tormentis ſaxa iacientibus deiicit: tandemq; eis ſuperatis, magna ui id capit. Quapropter ad deſperationem Perſæ de Martypoli deciderunt. Hæc quum ſic agerentur, ijdem Perſæ regem ſuum Hormiſdam Choſroæ, quem Cabales genuit, filium interemerunt: regum omni B um inuictiſsimum, non ſolum quòd iniquè ſubditos pecunia mulctarit, uerum etiam quòd nulla de cauſa uarijs ſupplicioru̇ generibus crudelem in modum illos necauerit. Ei Choſroem filium in regno ſubſtituerunt. Vt autem hæc acciderint, pulchrum eſſe puto, ut altius repetita exponam.

Perſæ à Romanis fugati, conſilia aduerſus Hormiſdam regem captant.

Commentiolus Ocbas ad Martyropolim capit.

Hormiſdæ regis Perſarum cædes.

Rex iniuſtus & crudelis.

Paulus Diaconus, Turcis deuictis Hormiſdam adeò gloria & opibus creuiſſe ſcribit, ut deinceps annuum quadraginta millium auri tributum à Turcis acceperit, quam ſummam ipſe eis antea quotannis perſoluerit.

CAPUT XIX.

De rebellione Perſarum aduerſus Hormiſdam regẽ ſuũ per Varamum concitata.

HOrmiſdas Varamum exercitu iuſto probè inſtructum, aduerſus Romanos expediuerat. Et contra hunc Mauricius Romanum, qui illi occurreret, miſerat. Varamus copijs Romanorum illuſit. Romanus autem decem tantum fortiſsimorum lectiſsimorumq; millibus acceptis, cum illo eſt congreſſus. Et multis utrinq; cædibus patratis, in Albaniæ regione, uictoria barbarũ deteſtata, penes Romanos fuit. Quam ſuorum cladem, poſtquam Perſarum rex Hormiſdas intellexit, præfecturæ dignitatem Varamo ademit, eidemq; muliebrem ſtolam miſit. Ille ad res nouas animo adiecto, tyrannidem affectare, & conuicia ei qui prior iniuriam illi intuliſſet, pro conuicijs reddere, & epiſtolæ uerba hæc inſcribere, Hormiſdæ Choſroæ filiæ Varamus: nec non exercitum ſub ſignis ſuis merentem ad defectionem concitare, confictas ferè aduerſus omnes Hormiſdæ nomine literas exhibens, crudelitatemq; illius & pecuniæ inſatiabilem cupiditatem in memoriam eis reuocans: ut ſcilicet ille primarios uiros omnes uel ferro occiderit, uel in Tigride amne ſubmerſerit, tali eos & ſepultura & exequijs eiuſmodi dignatus. Sermonibus eius generis exercitu ſeducto, ad maximam eum tyrannidem & rebellionem excitauit. Itaque iuramento Varamo, quo tutior eſſet, præſtito, adimendi Hormiſdæ regni conſilium inierunt. Hormiſdas aduerſus hunc, cum multitudine magna Pherochanem mittit. Quem & ipſum Varamus ſubit, Minimè Perſas inter ſe

Pherochanis Perſici ducis cædes.

bellige-

bellígerari oportere,ſed eos durum & uiolentum imperiũ,& præterea ſanguinarium ingenium,& inexplebilem auariciam Hormiſdæ ſcire, & beneuolentiã ſibi inuicem præſtare debere,dicens. Quæ ubi uera eſſe exercitus Pherochanis ſenſit,ducem ſuum necat,& ad Varami partes accedit. Exinde confertim & popullariter congregati,Hormiſdam aggrediũtur:& diademate de capite eius detracto,è regio throno deturbant. Mox in ipſius cõſpectu coniugem & filium unum iugulant: eumq; oculis effoſsis in cuſtodiam conijciunt, & alterum filium eius Perſarum regem promulgant. Hic ad tempus aliquod, benignum ſe patri præbuit: & inuitum ſe regnum ſuſcepiſſe deprecando allegauit, affatimq; uictum ei ſubminiſtrauit. Pater uerò contumelijs filium afficere, & proijcere a ſe quæcunq; ille mittebat,non intermiſit. Qua re commotus Choſroes filius,ruſticis fuſtibus patrem interimi iuſsit. Ea uerò indignitas Perſis dolorẽ incuſsit, & odium aduerſus illum non paruum excitauit.

Hormiſdas captus in cuſtodiã cõijcitur, et excæcatur.

Hormiſdas per parricidiũ cæditur.

CAPUT XX.

Choſroes Varamũ fugit, & ad Mauricium Imperatorem confugit.

PRorò Choſroes, quandoquidem Varamum aduerſus ſe exercitum ducere cognouit, cum copijs non contemnendis aduerſus eum in planiciem quandam,ad Zabam flumem,eſt progreſſus. Sedenim quũ ſuos ſponte ſua cedentes Varamo fauere, & ſibi inſidias ſtruere uidit,multos occidit: & tumultu in exercitu moto, celeriter ad Circeſium profugit, unà cum coniugibus,& liberis tribus infantibus, & Perſis præterea quibuſdam nobilitate generis præcellentibus, qui uoluntate ſua eum ſecuti fuerant. Ad eum autẽ locum, quemadmodum ipſe retulit, peruenit, quum Chriſtianorũ Deum ſeruatorẽ & uię ducem inuocaſſet:eò ſe equum rectà ire, quò ab illo duceretur, permiſſurũ teſtatus. Inde ad Mauricium oratores miſit: Probo inſuper,ut res acta eſſet, literis eidem indicante. Miſit ſanè & Varamus ad Imperatorem legationem,quę ab eo,ne opem Choſroę ferret,petebat. At Mauricius,qui humanarum rerũ ſtatum inſtabilem, & cothurnum prorſus eſſe ſciret, & uiciſſitudines uolubiles q; mutationes humanę & miſerabilis huius uitę noſſet,atq; hæc recte in animo ſuo deliberando perpenderet,regem ſibi ſupplicẽ perhumaniter & libenter ſuſcipit:& pro exule atq; fugitiuo,amicum ſibi & filium per arrogationẽ germanum facit,donis regijs et liberalitate benignitateq; reliqua prolixè inuitatum. Nec ipſe modò ad eũ Imperiali munificentia quæ decebat miſit,ſed & Auguſta ipſa coniugibus eius & liberi liberis eandem præſtiterunt pietatẽ. Neq; officijs ijs cõtentus,Hierapolim quoq; ad exercitum uniuerſum & Ducem eius Cõmentiolum ſcripſit,qui Choſroën regio prorſus ſatellitio et comitatu produceret,& quocunq; uellet ſequeretur. Atq; ut maiorem ei honorẽ haberet,Melitinenſem quoq; antiſtitem Domitianum, cognatum ſuum,ad eum legauit,uirũ prudentia mentiſq; ſolertia multis anteeuntẽ,uerbiſq; ſimul & factis preſtantẽ, & ad negocia maxima conficienda cõmodum. Adiunxit huic Antiochenę ſedis præſidem Gregorium. Qui ambo Choſroëm uerbis,muneribus, tempeſtiuiſq; colloquijs & ſuaſionibus, ad ſtuporẽ & cõſternationẽ compulerunt. Choſroës ubi Hierapolim,quæ principem locũ in Euphrateſia obtinet,peruenit,in regnũ inde redijt, quum id è re eius Mauricius eſſe cẽſeret: qui maiorẽ glorię & laudis ſuæ partem,ex cõmodo et utilitate ſupplicis regis eſt metitus. Magna certè pecuniæ ui, quod nunquã à quopiam in literas relatum eſt, donatum Choſroem,quibuſdam etiã Perſis impenſis ſuis in militiã eius cõductis,ſanè quàm magnificè in Perſidẽ remiſit,cum utroq; exercitu,Perſico ſimul & Romano. †Narſes Romanis copijs præfuit: qui cum Perſis prælio cõgreſſus,*ſexaginta millia Perſarũ manu cæpit,eosq; ad Choſroen adductos haſtilibus cõfixit. Ex ijs ſi quí Turci erãt, eos

Cõtigit autem ut cum Probus patricius, qui illic erat, fuſciperet. Diacõ. Vitæ humanæ inſtabilitas.

Reducitur in regnum ſuum Choſroes, ope Mauricij. Domitianus epiſcopus Hieropolitanus.

† *Narſes Rom. dux Choſroæ opẽ ferẽs, Varamũ uincit.*

* *Sex millia uincta ad Choſroen adduxit. Diac.*

A eos Choſroes Imperatori Byzantium miſit. Porrò Romanę copię, Varamo,qui turpiter ex pugna ſolus profugit,debellato, regnum ſuum Choſroæ in manus tradiderunt,eumq; in regiam ſuam deduxerunt. Is in throno ſuo conſidens, Romanis audientibus uerba hæc proloquutus eſt: Rex Choſroe,dici huius perpetuò te meminiſſe,atq; hoc in animo tecũ cõſiderare oportebit,q; Romani regnũ tibi Perſarũ dono dant. Choſroes ab inſidijs ſibi Perſarũ metuens, mille à Mauricio Romanos milites petijt: quos ei ille benignè attribuit. Sittas exinde à Perſis in crucẽ eſt actus. Et Martyropolis, atq; itẽ Daras caſtellũ,decedentibus ex eo Perſis,Romanis redditum. Turcos, quos Choſroes Conſtãtinopolim miſerat, ſtigmaticos liquato atramento cruces in frontibus impreſſas imperator habere uidens,interrogauit,quã nã gratia quæ non colerent circumferrent ſignã. Illi,grauem ante plures annos in Perſide & patria ſua peſtem coortam eſſe dixerunt, à qua quum multi mortales infecti interirent, Chriſtianos quoſdam, qui ibi fuere,hominibus, ſi hoc feciſſent,ſaluti ſuæ conſulturos eſſe, regionemq; eã à luc tali intactam liberamq; fore perſuaſiſſe. Id q; ita eſſe ab eis factum. Res Hormiſdæ & Choſroæ Perſarum,eiuſmodi habuere exitum.

Proditoris ſupplicium. Martyropolis & Daras Romanis redditæ. Turci cruce aliquando notati.

CAPUT XXI.

CHoſroes in poſſeſsionẽ regni ſui reſtitutus, Gregorio Theopolitano crucẽ illã miſit, quã Theodora Iuſtiniani uxor auro multo & lapillis reſplendentibus ornatã, in honorẽ victoris martyris Sergij dedicauerat, & Choſroes Hormiſdæ pater unà cũ alijs donarijs uaſisq; preciosis urbẽ Sergiopoli direpta,ſecũ abſtulerat: quemadmodũ à me proximo libro relatum eſt. Cum iſta aliã quoq; crucẽ miſit,quam Choſroes ipſe ex ingenti auri pondere fieri curauerat, cum eiuſmodi Græcarũ literarum inſcriptione: Crucẽ
B hanc Choſroes rex regnũ,filius Hormiſdæ,quo tẽpore propter diabolicũ inſtinctum & dolum malũ perditiſsimi Varami, & qui cũ eo fuere Caballariorum, in Romaniã conceſsi: & q; perditus Zadeprã cum exercitu Niſibim ueniret,abducendorũ Niſibenę partis Caballariorum gratia,ut nobis reſiſterẽt. & oppugnãdo rebellarent, nos quoque Caballarios cum duce ſuo in Charchas miſimus: & propter ſancti Sergij,uenerandi illius & celebris uiri fortunã, quandoquidem datorẽ eum eſſe uotorum atq; petitionũ audieramus, primo regni noſtri anno, menſis Ianuarij die ſeptimo, uotum nuncupauimus: ſi Caballarij noſtri Zadeprami occidiſſent,aut cæpiſſent,crucẽ aureã nos lapillis diſtinctã in ædẽ Sergij, uenerandi nominis eius ergò, miſſuros eſſe. Porrò quũ nono Februarij mensis die caput Zadeprami ad nos allatũ fuerit,uoti,rei,& optati noſtri cõpotes facti,ut manifeſtũ id certumq; cuiuis ſit, in uenerandũ eius nomẽ,crucẽ hanc à nobis factã,unà cum cruce à Iuſtiniano Romanorũ Imperatore in templũ eius miſſa, & belli tẽpore,quod inter duo hęc regna geſtũ eſt, à Choſroe rege regũ filio Cabadæ auo noſtro huc delata, & inter theſauros noſtros reperta,in ædẽ uenerandi Sergij miſimus. Cum hac inſcriptione Choſroes cruces miſit: quas Gregorius ad ſe allatas, & de Mauricij ſententia acceptas,cum pompa & comitatu multo, obſeruanter ſimul & religioſe in tẽplo martyris ſacrauit & repoſuit, nihil prorſus ab ethicis donarijs Eccleſiam detrimenti capere arbitratus.

Choſroes diuo Sergio crucem aureã dedicat.

Crux aurea à Iuſtiniano Cæſare diuo item Sergio conſecrata.

CAPUT XXII.

NOn longè aũt pòſt, Choſroes etiã alia munera fabrefacta, & in ſacrum ſancti martyris delubrũ miſſa, atq; diſcũ etiam non paucarũ minarũ ponderis aureũ,cui ſermone Græco eiuſcemodi inſcripſit literas, donauit: Ego Choſroes rex regum, filius Hormiſdæ, hæc diſco iſti inſcripſi: non ut ab hominibus ſpectentur, neq; ut uerbis meis magnitudo uenerandi no

Diſcus aureus à Choſroe eidem diuo Sergio uoti cauſa inſcriptus.

minis tui innotescat, sed propter scripti ipsius ueritatem, & plures gratias, plu-
A ráq; benefacta à te in mẽ profecta. Felicitatis enim loco mihi est, ut nomen meũ,
in sacris tuis uasis circumferatur. Quũ essem in Beramis, petij à te uir sancte, ut
in auxiliũ mihi uenires, & Sira in utero cõciperet. Et quandoquidẽ Sira Chri-
stiana, ego aũt Græcæ superstitionis sectator essem, & leges nostræ nobis liber-
tatem uxorẽ eam habendi nõ permitterent, propter meã erga te beneuolentiã,
eius gratia leges ipsas despexi, eamq; de die in diẽ inter coniuges uero sincerõq;
amore habui & habeo. Atq; ita mihi uisum est, bonitatem tuã uir sancte implora
re, ut hęc in utero cõciperet. Petij hoc à te, & uoto cõstituí, si uterũ gestaret Sira,
ut crucem quam illa circumfert, uenerando templo tuo inferrem. Verùm eius
rei gratia ego & Sira consilium cępimus, ut monumentũ nominis tui, uir sancte,
apud nos esset, crucem eam retinere: statuimusq; pro ea, & precio estimationeq;
μικτὸς ῥήτωρ, τὸ τῦ νομίσματος. Suid. eius, quater mille & quadringentos stateres miliaresios non excedente, quin-
quies mille stateres mittere. Et ex quo apud me ipsum uotũ tale cõcepi, atq; hæc
in animo uolutaui, quoadusq; Rosochosrum peruenimus, non plures ẽq; decem
intercessere dies. Et tu uir sancte, non quòd ego dignus fuerim, sed quòd ea tua
sit benignitas, in somnis mihi noctu apparuisti, tertiumq; ad me, quòd Sira uen-
trem gestatura esset, dixisti. Et ego in eadem ipsa uisione tertium tibi respondi,
Rectè. proinde quòd præstare uota petitionesq; soleas, ex eo die Sira, id quod
feminis accidere consueuit, non uidit. Ego uerò mecum ipse de hoc ambigens,
si uerbis tuis fidem non haberem, & quòd sanctus sis, datorq; uotorum, non cre-
derem, quòd posthac muliebria fluere non essent desitura, ex eo uisionis effica-
ciam, & uerborum tuorum ueritatem cognoui. Itaq; eam ob casam, & crucem
ipsam, & precium eius in sacrosanctã ædem tuam misi. Et ex eo precio discum
B unum & poculum in rationem diuinorum mysteriorum, atq; item crucem quę
† in sacra mensa figeretur, & thuribulum, aurea omnia: & amphithyrum Hunni-
cum auro ornatum, fieri præcepi. Quę uerò ex eiusmodi æstimatione reliqua es-
sent miliaresia, sancto templo tuo dicaui: ut per prosperantem fortunam tuam,
uir sancte, in rebus omnibus, præcipuè uerò in petitione ista, mihi & Siræ auxi-
lium feras: & quod intercessione tua nobis obtigit, ut pro bonitatis tuæ miseri-
cordia, & pro mea atq; Siræ uolũtate, ad finem debitum perueniat: ut scilicet &
ego & Sira, atq; adeò uniuersi in mundo homines in uirtutem tuam speremus,
atq; in te credamus. Hæc Chosroæ donaria ita renunciabant, à prophetia Ba
laam non dissidentia: Deo Opt. Max. ineffabili quadam ratione, hæc sic dispen-
sante, ut per Græcorum siue ethnicorum linguas tam salutaria & crederentur, &
proferrentur uerba.

† *Amphithyrum Hunnicum, iudicio meo, cancreș siue cancelli sunt, sacratiorem aræ mensam uel circumdantes, uel populum ab ea arcentes, in quorum parte utraq; ianua sit, & aditus ad eam ferens, operis Hunnici.*

CAPUT XXII.

Naamanes Scenites cum suis Christianismũ suscepit.

QVũ Chosroes talia scriberet, & mitteret, Naamanes etiã Scenitarũ barbarorũ dux, luxuriosus, sacer, impurus, seu potius omniũ impu-
rissimus, ethnicę superstitioni deditus uir, ita ut sua ipse manu homi
nes mactaret, atq; dijs suis ad aras immolaret, præter opinionẽ diui
no captus amore, per inopinatam uisionem ad Christianorum sacra transijt. &
sacro suscepto lauacro, regenerationẽ tẽporalis natiuitatis atq; renouationẽ cœ-
lestẽ subijt: & secũ populares suos omnes multitudine innumerabili, quęcunq;
Gregorius Theopolitanus hæresim Seueri exterminat. ad religionẽ nostram pertinent, edoctos, ad diuinũ adduxit baptismũ. Postquã
aũt Chosroes eas quas dixímus cruces dedicauit, Gregorius nutu diuino solitu
dinẽ quæ Limetarũ nomen habuit, peragrans, & loca ibi omnia circumiẽs, Seue
ri dogmata, quæ in eis partibus inualuerãt, exterminauit: & sana doctrina eccle
sijs

A sijs proposita, multa castella & uicos populosq; frequentes, clerũ simul & mona
steria, ad ueram orthodoxorũ & rectè sentientium ecclesię disciplinam adduxit.

CAPUT XXIIII.

De Simeone Stylite, siue Columella.

INterea ci Simonem illũ in admirando monte lethaliter decumbere,
& extremũ spiritum ducere, nunciatũ est. Itaq; pleno cursu supremis
uerbis uirũ sanctũ salutaturus, ad eum contendit. Minimè uerò desi-
derio suo est potitus. Simeones aũt iste admodum ętatis suę homines
uirtute superauit: quippe qui ab incunte ætate uitæ genus in columnæ statione
transigendę cõsectatus sit. Perhibet sanè primos dentes in columnę statione mu
tasse, in quã eiuscemodi ob causam ascendit. In tenera adhuc ualde ætate erat, &
ludens atq; saliens in sublimẽ ascendit collem, duci quem sequeret cõmendatus.
Et quum beluę sęuę, pardum nominant, occurrisset, zona soluta eam in fere col-
lum iniecit: atq; illã ferocitatis oblitã, perinde atq; loro tractã duxit, & in domi-
cilij locũ pertraxit. Quòd ubi præceptor, qui & ipse uitam in columna agebat, ui
dit, quid nam id esset, quod adduceret, interrogauit. Et ille, ælurũ esse dixit, quẽ
catũ de cõsuetudine nominant. Ex qua cõiectura præceptor, quanta illius uirtus
futura esset colligens, in columnã eum recepit. Atq; in eo ipso, & alio itẽ monte,
accuratissimè uiuens, in tali uitę instituto ad sexaginta & octo annos perstitit.
Infinita ei diuinitùs contigere dona. Nam dæmones fugauit: & morbũ ægritu-
dinemq; omnem oratione manusq; contrectatione cuestigió curauit; & futura
perinde atq; præsentia & uidit & prędixit. Sicuti & Gregorio significauit, ipsum
Quid Simeones de Euagrij Epiphanensis cogitationibus, quòd liberos amitteret, iudicauerit. mortem suam non uisurũ esse, & res postea eius ignoraturũ. Et quum Euagrius
Epiphaniẽsis liberorũ amissionẽ ægrè ferret, secumq; ipse ambigeret, quãnã de
B causa Græcis & gentilibus; qui multos procrearent liberos, idẽ non cõtingeret,
necq; tamẽ cuiq; absurdas eiusmodi cogitationes crederet: Simeones ad eũ scri-
psit, ut reb. eiuscemodi supersederet, minimè enim cogitata talia grata Deo esse.
Notarij eiusdẽ Euagrij uniús coniunx lacte, quòd cõstiterat, destituebat. Qua
Miracula eiusdem. propter qui ei erat infantulus, in ultimũ uenerat uitæ discrimen. Simeones ergò
manu dextrę uiri eius imposita, papillis fœminæ illam admouere iussit. quod u-
bi factũ est, illico quasi ex quodã fonte ubertim lac prorupit, adeò ut uestis mu-
lieris abũdè immaduerit. Sed & puerum querelã à comitib. suis in syluis in mul-
ta nocte per obliuionẽ relictũ, cum ibi erraret, leo in tergũ suũ sublatũ, ad Simeo
nis mandram illęsum prius pertulit. Deinde Simeonis iussu, qui puero inseruie-
bant, noctu egressi, intra oppidũ eũ, ita ut sine discrimine omni à leone seruatus
& custoditus ferebat, deduxerũt. Cæterùm multa quoq; alia numerũ superãtia
Simeones egit, quæ sanè tẽpore lõgiore, & lingua politiore, tũ aũt opere peculi
ari indigẽt. Ea hucusq; sermone omniũ celebrant, à Simeone Magistro (quam-
Simeon Magister utrum Simeonæ Stylitæ conscripsit. uis nõ ita doctè ut magnitudo rerũ eius flagitauit) cõscripta. In quẽ librũ & nos,
abundantem copiam & uim operum sancti uiri cum stupore admirati, incidi-
mus. Ex omni namq; non Romanorum tantum, uerumetiam omnium (ut ita di
cam) barbarorum ditionẽ homines ad eum uentitabant, & ab eo quarum indi-
gebant rerum fructum continuò capiebant. Et rami ei arbustorum in monte e-
xortorum escas semper præbuere, cibo omni & potu præstabiliores.

CAPUT XXV.

De diua Golinduch, post martyrium superstite.

IVm tẽporis uerò etiã Golinduch martyr uiuens enituit, Magis Per-
sicis prognata, Asmodoch scilicet patre, & Myzuch matre: quę pro
illorũ religione, ignẽ & alias Persarũ abominationes colens, & ipsa e-
xecratæ Deo & detestatę idolomaniæ & magię dedita erat. Primario
aũt ex senatu uiro in matrimoniũ collocata, duos progenuit filios. Et post trien-

niũ per ecſtaſin extra ſeipſam rapta, ab angelo diuino diſpenſationis ſalutis noſtræ myſterio eſt initiata. Proindeq; Magis tradita, multisq; uerberibus & tormentis, quę omnia ſuperauit, expetita, miracula infinita & prodigia mirifica edidit: identidẽ angelo, qui dux eius fuit, ad eã ueniente, & ut leuiter & facilè omnia perferret curante. Multas etiã res arcanas indicauit, utpote prouidẽtię gratiã à Deo cõſequuta. Poſtq; uerò per multos annos tormẽtis excruciata, coronã martyrij ferre cõcupiuit, qui ei ſæpius apparere ſolitus erat angelus aſsiſtẽs, & iuuenẽ quendã enſiferũ producens, deſiderio eius ſatisfecit. Præcipiente nãq; illo, iuuenis ferro caput eius reſecuit: & ſanguis è iugulo profluens, in interiorẽ eius lineã ueſtem femoribus tenus cruentatam, manauit. Quę ueſtis innumera uiſa eſt edere miracula, atq; illa etiã poſt reſectionẽ capitis deinceps ſuperſtes uixit. Et quum in Romanorũ finib. ad Circeſiũ & Daras morata fuiſſet, etiã ad Hieroſolymorũ partes peruenit, nouũ ſpectaculũ omnib. fidelibus, quippe uiuẽte adhuc corpore ſtigmata Chriſti circũferens, uiſa. Hęc ſanè quũ grauiter à martyrij ærũnis afficeret, urbes circuibat, angelo duce progrediẽs. Neq; quicq; medicinę doloribus adhibuit, natiuis tantũ thermarũ lauacris uſa. Et quũ domeſticos ſuos, & familiares omnes, atq; alios præterea ad Chriſtũ adduxiſſet, tandẽ Hierapoli, ſeculo hoc relicto, ad immortalẽ illam uitam conceſsit. Quæ uiuens adhuc ab Imperatore in urbem ſuam accita, imperio eius non paruit. Eius uitam Stephanus Hieropolitanus epiſcopus compoſuit, qui cum illa fuit, & res quaſq; ex ea didicit: honorificè etiam & ſplendidè, corpore ſepeliendo, funus eius proſequutus.

A

CAPUT XXVI.

Gregorij Theopolitani mors.

B

Maximarum urbium ſacrorum antiſtites.

TVm Gregorius quoq; podagrico morbo, quo affligebat, confectus, quũ pharmacũ in potione, quę hermodactylus uocatur, à medico q̃dam data, ſumpſiſſet, uitã finiuit. Mortuus aũt eſt, Gregorio ueteris Romæ throno præſidente, qui Pelagio ſucceſsit. In noua uerò Roma Ioanne Ieiunio eccleſiã gubernante, de quo paulo poſt dicemus: Alexãdriæ tum Eulogius epiſcopũ geſsit: Theopoli aũt, poſt Gregoriũ Anaſtaſius, anno uigeſimotertio, in ſedẽ eſt reſtitutus. Hieroſolymis Ioãnes hierarchicã dignitatẽ obtinuit, cui nõ ita multo poſt defuncto, Neamus in epiſcopatu eſt ſurrogatus. Quo tempore duodecimus, Tiberij Mauricij imperij annus erat. Sed hęc hactenus.

CAPUT XXVII.

μελλπερσικὰ ἐκ τῶν Χαλδαίων ἀστρονομία.

Choſrois de Imperio Rom. prædictio.

QVod uerò de Choſroę rebus propè omiſi, id ita ut pòterò, hiſtorię mãdabò. Magnũ illud bellum q̃d Romanis cũ Perſis fuit, cõquieuit, pacta cõuenta ex æquo Romanis atq; Perſis ſeruãtibus. Non aũt cõmittam, quin ea exponã, quæ Choſroes in operoſa uanitate Chaldæorũ aſtronomiæ diu multũq; exercitatus, diuinãdo p̃dixit. Ea uerò tũ ad Ioannẽ Armeniarũ copiarũ ducẽ, quũ bellũ maximè uigeret, dixiſſe ferũt. Quũ nãq; Ioãnes Choſroen acrius obiurgãdo reprehẽderet, quòd moribus eſſet ſiniſtris, & animo ad res gerẽdas alieno & inepto, quodq; regẽ minimè talẽ eſſe oporteret: huiuſmodi quiddã dicì barbarus reſpondiſſe dicit. Niſi quodãmodo tẽpora ipſa nos per tyrannidem ſuã affligerẽt, haud quaq; tu ſcõmate pſtringere magnũ inter homines regẽ auſus fuiſſes. quandoquidẽ aũt te rebus preſentib. magnopere effers, audi q̃d à dijs de tẽporibus futuris ſit conſtitutũ. Redũdabunt, ut ſis ſciens, in uos Romanos calamitates, & gẽs Babylonia Romanę reip. tribus in circulũ circũactis hebdomadibus dominabit. Poſtea uerò quinta annorũ hebdomade Romani Perſas in ſeruitutẽ redigẽt. His ita peractis, dies illa ueſpera carẽs hominib. aduenìet, & expectatus imperij finis aderit. Quo tẽpore corruptio abolebit, & uiuẽdi ratio exinſtituto Dei obinebit. Quæ uerò præter opinionẽ omnẽ Probo etiam ipſi ad epiſcopatum

A ſcopatum Chalcedonenſem recèns euecto, quũ Cteſiphontẽ à Mauricio miſſus eſt, reſponderit, dicam. Acciuerat hunc meridie flagrante in regiam ſuã Choſroes. Et quum ſudore plurimo diffluereț, ab epiſcopo, ut ſibi Deigenitricis imaginem ſpectandam exhiberet, petijt. Atq; ille ſacrã uirginis matris effigiem, quã in tabella depictam ferebat, protulit, & ad conſpectũ eius Perſarum regem admiſit. Perſa adoratione tabulam ueneratus, archetypum ſiue primarium exemplar noctu ſibi aſtitiſſe, & dixiſſe retulit, Alexandri Macedonis uictorias ſe illi concedere. Ibi Probus epiſcopus in hæc uerba regi reſpondit: Dudũ id ei contigiſſe, quum in regnum reſtitutus eſſet, & exitioſos tyrannos uirtute & robore Imperatoris uiciſſet. Idemq; eum iureiurando ſtãtem cõſequuturum eſſe, ſi quid adhuc reliquiarũ ueterum illorũ igni excoctorũ laterum, ſicuti de eis à ſacroſancto Moſe ſcriptum eſt, ſupereſſet. Verumenimuerò quum rebus Orientis ſatis diu immorati ſimus, & bellũ Perſicũ legitimũ, Deo adiuuante, finem cœperit, ad res ab Imperatore in Europa geſtas ſe ſtylus conferat: ut & nos ad portũ conſilij inſtitutiq; noſtri appellemus, & onus ſacrorum actorum exponamus.

Probus epiſcopus Chalcedonenſis.

Viſio nocturna eiuſdem Choſroæ.

CAPUT XXVIII.

Res Mauricij in Europa geſtæ.

TAq; ineunte uere, trãslatis ex Oriente copijs, Mauricius Byzantio ſoluit: & multis impedimentis interuenientibus, Anchialum contẽdit. Eò namq; excurrere uelle Abares audierat, poſt aureã illã menſam & elephantis ſpectaculum, multorumq; talentorum auri largitionem: quæ illis Imperator, pacem ſibi cõplectendã ratus, petentib. tribuit. Ac primùm Perinthum, quam nunc Heracleã nominãt, quũ quidẽ in terrores plures, & in maximã tẽpeſtatis procellã incidiſſet, uenit. In qua urbe Glyceriæ martyri, quæ ibi ęde ſacra magnificè conſtructa honoratur, debitã religionẽ perſoluit. Et graue quiddã à barbarorum excurſionibus paſſus, exercitus duce in Europa Priſco creato, indè in urbem Imperantẽ eſt reuerſus. Abarum uerò & Slauinorũ gẽtes, Iſtro traiecto ſub Chagano Hũno militãtes, Thraciãq; percurrentes, & omnia paſsim diripiẽtes, uſq; ad Heracleã peruenerũt. Quin Priſco duce Turuli ſe continente, Didymotichum quoq; ſtratagemate cæperunt. Eorũ impẽtum arte & conſilio quodam admirando Imperator inhibuit, qui ſe claſſe inſtructa in eorũ ſedes expeditionem facturũ aſsimulauit. Quæ res metũ illis ingentem incuſsit, & uel inuitos ad ſua redire coegit. Poſt quorũ diſceſſum Imperator ad trãſitum Iſtri, ne rurſum barbari facilè in Thraciã excurrerẽt, firma militum præſidia collocauit. Priſcus aũt Byzantium reuerſus, de manubijs accuſatus eſt: & militariũ copiarũ præfecturæ dignitas ei abrogata, Petroq; Mauricij fratri data. Verùm quum & is nihil præclarum ex ſentẽtia Imperatoris gereret, ademptò illi magiſtratu, eodẽq; Priſco reddito, domi ipſe cõſedit. Priſcus in Europa pacta cum Chagano inita ſoluit. Ille ſiquidẽ prior bello repetito, derepentẽ cum innumerabili exercitu in Romanorũ ditionem excurrerat, plurimaq; caſtella cęperat. Templum quoq; Alexãdri martyris incenderat, eiusq; uenerãdas reliquias homo deteſtandus ex loculis ſuis ejectas, multa nefanda in eis patrans, maxima contumelia affecerat. Quapropter ſeptẽ uno die liberos amiſit, dignas eiuſcemodi contumeliæ pœnas perſoluens. Exinde idem Iſtrum, ea parte qua in mare prorumpit, tranſmiſit, & grauia dãna dedit, Myſorum prædam (quod dicitur) omnia faciens. Quamuis Mauricius ex deſperatione quadam, Commentiolum ducem, cum plurimis hominum milibus, exercitum contra illius copias ducturum miſerit. Qui ſe in quodam occidentali caſtello, nihil agens, periculum'que effugiens, continuit. Longè uerò poſt miſſa legatione Mauricius Chagano, ut pacatior aconſilia ſequeretur, perſuaſit.

B

Priſcus Romanorum in Europa dux.

Abares & Slauini Thraciam uaſtant.

Chaganus Hũnus in Alexandri martyris ciheres contumelioſus.

Impietatis eius pœna.

CAPUT XXIX.

A POrrò quũ Chaganus Priſcũ, quo minus amnẽ traijcere poſſet, quo tẽpore prędâ plurimâ Priſcus agebat, impediret: Theodorũ is Mediolanẽſis, uirũ cordatũ, ſagacitatẽq; & prudẽtia multos excellentẽ, ad eũ miſit. Qui quum barbarũ frementẽ maximè, & ſuperbientẽ, & uerborum faſtu exultantem (nationum eĩ omnium dominum ſe eſſe, minabundus iactabat) uidit, ueteri quadam narratione barbaricum legatus lenijt tumorem. In quit enim: Audi Chagane ueterem & utilem orationem. Seſoſtris Ægyptiorũ rex, illuſtris admodũ & felix, plurimas & maximas ſibi ſubiecit natiões. Atq; ex eo ſucceſſu in proteruã arrogantiã ſublatus, currũ ſibi aureũ pellucidis preciosiſq; lapillis exornatũ fieri fecit. In quo cõſidens, quatuor ex deuictis regib. curruí, quí eũ traherẽt, iugo illis impoſito, iũxit. Hoc uerò quũ ſępius fieret, & celebrí q̃dã feſtoq; die, ex quatuor iſtis regib. unus oculis cõuerſis cõtinuè retroſpiceret, & rotę uolubilitatẽ intueret: Seſoſtriſq; eũ, cuius rei gratia tam frequẽter oculos in rotã cõjiceret, percõtaret, reſpõdiſſe is fertur: Cũ ſtupore admiror rotã, quũ eam inſtabili modo ferri, atq; aliàs aliter uolui, & nunc quidẽ ſublimia demittentem, rurſus aũt demiſſa ſublimantem conſpicio. Seſoſtris porrò ubi dictũ id intellexit, ſtatuit, ne illí poſthac currum traherent. Barbarus uerò ſubridens, ſatis ſe pacem complecti indicauit: & Priſcus ei pro tranſitu bonam ſpoliorum partem, maxima quæq; concedendo, dedit: & ſe Romanorum ditione cedere (Romanum namq; id ſolum eſſe) ſignificauit. At Barbarus Romanos armis & iure belli id amiſiſſe reſpondit. Et quũ Chaganus ad hũc modũ familiarius cum Priſco rixaretur, Priſcus ei, quòd ex oriente profugiſſet, conuicij loco obiecit.

Barbaricus Chagani faſtus & inſolentia.

De fortunæ uolubilis inſtabilitate exemplũ pulchrum.

CAPUT XXX.

B QVandoquidẽ aũt Caucaſiorũ, atq; itẽ Borealiũ Scytharũ mentionẽ intulimus, age quę conſecuta ſint, perinde atque adiecticias narrationes, quamuis ad hiſtoriam non pertineant, exponamus. Ante eos annos Chaganus, qui in oriente à Turcis laudib. celebrat, Abdelarum, (alius aũt, Ephthalitarũ dixerit) gentis principe fortiter debellato, populi eius imperium ſibi ſumpſit. Ea uictoria magnopere elatus: & Stemeiſchagano ſocio ſibi belli aſcito, Abarũ quoq; nationẽ ditioni ſuę ſubegit: hõ eorum Abarum qui in Europa & Pannonia ſedes ceperunt, falſò nãq; ſibi iſti nomen id uſurparunt, quum ante Mauricij tempora eò aduenijſſent. Vnde uerò & ij genus ducant, paulo pòſt dicam. Itaq; Abaribus à Chagano deuictis, ad eos illi, qui Taugaſt tenuere, confugerũt. Eſt autem Taugaſt ciuitas Turcorum perq; celebris, Indis finitima, cuius populus omniũ eſt fortiſſimus, gentẽ in uniuerſo orbe, quę ei comparetur, non habens. Inde uerò ad uicinam nationem Mucritorum uenerunt, cui & ipſi nationi magnũ eſt robur, & cõtinua ad pericula, quę magnis animis fortiter ſuſtinent, ſtudia. Chaganus porrò gentem quoq; Sogor aggreſſus ſubegit, robuſtiſſimã & populoſiſſimã. Hęc ad amnem Til accolit, quem Turci Nigrum, & antiquiſſimi principes Vdir & Cunni nominarũt: à quib. nominib. quędã etiã gentes appellationẽ ſunt ſortitę. Porrò Iuſtiniano imperãte, ex antiquis eius gẽtes optimatibus, pars quędã profugiẽs, in Europã uenit. Hi Abares ſeipſos nominarunt, ducemq; ſuũ Chaganí cognomento exornarunt. Sedenim populi Hunnici Barſilt & Vniguri & Saberi, ubi partem gentis Vdir & Cunni appropinquare ſibi uiderunt, in timorem maximum inciderunt: Abares illos formidatos, in regionem eam ueniſſe rati: eam'que ob cauſam muneribus eos inuitarunt, & per ipſos Albania potiti ſunt. Et fugitiui ipſi animaduertentes commodam ſibi eam appellationem eſſe, Abares deinceps ſeipſos nominarunt.

De Caucaſeis et Borealibus Scythis hiſtoria.

Chaganus Abdelarum, ſiue Ephthalitarum in Oriente uictor.

Item Abarum.

Taugaſt ciuitas Turcorum.

Mucriti pop.

Sogor gens.

Til flu. idẽ Niger, Vdir, & Cunni.

Abares pop. ex oriente in Europam ſub Iuſtiniano uenerunt.

Barſilt. Vniguri. Saberi. pop.

Antiquitates Turcicæ.

A minarunt. Inter Scythicas namq; nationes ea gens lõgè bellicoſiſsima, & ad excurſiones faciendas aptiſſima eſſe perhibetur. Ad hodiernum ſanè uſque diem Pſeudabares iſti generis ortu diuiſi, partim ab Vdir, partim à Cunni appellationem habent. Poſteaq; autem de rebus Pſeudabarum diximus, ad hiſtoriam contexendam redeamus. Ogorlia igitur deuicto, & Tucoch gentis principe ore gladij à Chagano ſublato, una cum his, nationis eiuſdem cæſæ ſunt triginta myriades, ita ut continuata interemptorum cadauera dierum aliquot inhibuerint iter. Quũ uerò hæc tam præclara Chagano obtigiſſet uictoria, ciuile inter Turcos coortum eſt bellum. Siquidem Turun quidam Chagani cognatus, res nouas molitus, copias magnas contraxit, quibus Chagano congreſſus ſuperior fuit. At ille alijs tribus Chaganis in ſocietatem belli uocatis, cõtra tyrannũ progreſſus eſt: & pugna ad regionẽ Icar cõmiſſa, inter cædes multas tyrannum interemit, & ditionem ſuam recuperauit. Victoriæ eius gratulatio cùm alijs Principibus, tum Mauricio ipſi eſt ſignificata. Procœmiũ gratulationis eius tale fuit: Romanorum Imperatori magnus Deſpotes ſeptem gentium, & ſeptem orbis terræ climatũ dominus. Enimuero montem Icar aureum Perſæ uocant, Orientem uerſus ſitum, propterea q̃ frugum eſt feraciſſimus, pecoribusq; & iumentis frequentiſſimus. Perſis autem lex eſt, ut potentiſſimo Chagano aureum hunc montem concedant. Iidem duabus hiſce rebus prorſus ſe gloriantes efferunt, q̃ nunq; epidemiam peſtilentiæ uiderint, & quòd rari in regione eorũ ſint terræmotus. Terram autem Caath & Sogdoanẽ concuſsiones & peſtilentias experiri dicunt. Turci ſanè ſummopere ignem colunt, aerem & aquam honorant, terram hymnis celebrant, & eam ſolam adorant. Deumq;, qui cœlum & terram

B condidit, nominant: cui etiã equis, bobus, & ouibus ſacrificant. Sacerdotes q̃q; habent, qui de rebus futuris diuinare exiſtimant: apud Medos uerò ſeptem populi ordines, res præcipuas expediunt. Et lex antiqua partiri aliter negocia non permittit. Qui enim Arſacidarũ ordo dicitur, regnũ apud ſe retinet, & regi diadema imponit. Ordo alius rei militari præeſt: alij politia curæ eſt. Alius controuerſias de quopiã, quòd arbitrario iudice indigeat, inter ambigẽtes exortas decidit. Quintus populi ordo equites regit. Qui hunc conſequitur, tributũ à ciuibus & ſubditis exigit, & regio ærario præeſt. Septimus regis equos curat, & ueſtem militarem ſeruat. Haſce leges in aula regia Darium Hyſtaſpem ſacraſſe ferunt. Cæterùm ea ætate Turci illi ex Vdir & Cunni profugientes, in Europam uenerunt, & ſe Abaribus, qui ſub Chagano erant, ad decẽ ipſi miliũ numerum pertingentes, coniunxere. Turcorum aũt orientaliũ Chaganus bello ciuili confecto, proſperè res adminiſtrauit, & miſſis ad incolas Taugaſt legatis, fœdus cũ illis legitimũ iniit, regnumq; ſuũ pacauit. Princeps uerò in Taugaſt, Taiſan nomen ſortitus eſt, q̃d lingua noſtra Dei filiũ ſonat. Pacatũ & à ſeditionib. uacuũ regnũ regionis eius princeps obtinet, propterea q̃ gens tota adminiſtrationẽ ei deferre ſolet. Statuas colunt, leges apud eos iuſtæ ſunt, uitam ſobriè ſemper degunt. Conſtitutionẽ ſacroſanctã habent, ne quis uirorũ ſe auro exornet, quã uis auro & argento propter cõmoditatem mercimoniorũ abundent. Diſtermi nat eam ditionem amnis, inter duos maximos inter ſe diſsidẽtes populos fluẽs, quorum alteri nigra, alteri coccinea ueſtis eſt. Qui atro amictu gaudẽt, flumine traiecto rubrã geſtantibus ueſtẽ bellũ intulerunt, & fortiter imperiũ omne obtinuerunt, quo tẽpore Mauricius Romanũ imperium adminiſtrauit. Cõiuges ibi regum aureos currus habẽt, qui à ſingulis bobus trahunt. Boues iſti auro & magni precij lapillis ſplendidè ſunt ornati. Eiſdem freni quoque aurei ſunt. Et qui regnũ in Taugaſt ſuſcepit, cum ſeptingẽtis fœminis noctẽ totã cõſumebat.

Pro Vdir, quidam habent Var.

Cædes triginta myriadum barbarorum.

Ciuile inter Turcos bellũ.

Turun.

Chaganus.

Icar mons aureus.

Terra Caath.

Sogdoane.

Turcorum religio.

Apud Medos ſeptem populi ordines.

Darius Hyſtaſpes.

Taiſan princeps in Taugaſt.

Lex ſalubertima.

Ciuitatis Taugast conditor Alexander magnus.

Cædes duodecim myriadum barbarorum.

Ciuitas Chubdan.

Vxores autem illustrium ibi uirorum argenteis pilentis utuntur. Porrò Taugast urbem condidisse Alexandrum Macedonem, barbari dicunt, cum Bactrianos scilicet & Sogdoanem subegit, duodecim barbarorum myriadibus in ea cõbustis. Aliam quoq; urbem nõ ita multis miliaribus inde dissitam, idem Alexander statuisse fertur, quam Chubdam uocant. Cuius præfectum mortuũ, lege hoc ita iubente, coniuges eius perpetuò lugent, neq; unq; à sepulchro discedũt, pulla uestę indutæ, & capite nouacula raso. Chubdam duo maximi amnes diuidunt, quorum ripis cupressi frequentes imminent. Multi in ea regione sunt elephantes. Mercimonia autem ciues cum Indis exercent, corpora q; maximè candida. Sunt ibi quoq; uermes quàm plurimi, fila Serũ nentes, multiplici & uario colore. Eos barbari magno studio curant. De his hactenus: quæ quidẽ non frustra exposui. Quum enim de Abarum gente, & eorum duce Chagano dixerim, ut ille propter Alexandri martyris male tractatas reliquias pœnas dederit, & rẽ maximè mirificè à VERBI matre gestã hic cõmemoraturus essem, eam ob causam paululum à proposito digressus, hæc retuli. Sed iam historiã nostrã ad carceres ipsos reuocemus.

Bombyces.

A

CAPUT XXXI.

De sanguineo unguẽto è corpore diuæ Euphemiæ Chalcedone profluente.

Miraculũ hoc curiositate sua inuestigauit Mauricius.

IOco loco autem, quid Mauricio in celeberrima martyre Ephemia acciderit, dicam. Iners namq; cogitatio Imperatori incesserat, ut anxiè nimis de ingentibus eius miraculis inquireret, & fallaciã hominum prodigia ab ea edita esse putaret. Ex aduerso Constantinopoli inclyta Chalcedonensiũ ciuitas sita est, ubi sanè templũ quoq; est magnificè constructum. Diximus aũt nõ ita dudũ, sacrosanctas eius reliquias olim in hoc ipso templo, in urna marmorea repositas esse. Atq; in eiusdem memoria, miraculum insigne, atq; eis qui id non uiderunt, propè incredibile fieri solere. Ex quo enim illa in martyrij stadio decurrit, & corpus eius in monumento cõditum est, ipso passionis eius die, in cõspectu omniũ, loci eius episcopus, spongijs quibusdã ex defunctæ corpore sanguinis liquorem haurit. Sanguinem sanè ueluti ab recèns cæso corpore uulnerum tabo mistum, & unguentis quibusdam ex seipsis natis temperatum cernas, quem exiguis uitreis uasculis episcopus exceptum atque diuisum, turbæ aduenienti donat. Hoc igitur auditum, sicuti dixi, animi quadam uecordia in dubium uocans Mauricius, quum tempus appeteret, argenteum ornatum ex sepulchro detrahit, & Imperiali signo monumentũ martyris obsignat. sic enim hoc incredulitatis uolebat audacia. Postquam autem tempus ipsum quod debebat, aduenit, curiosè mysterium indagat, accuratiusq; experimento solicito miraculum explorat. Ecce tibi uerò rursum, sicuti antea, sanguis unguento condi tus, instar riuuli è monumento promanat, & spõgiæ sanguine suaueolenti pinguescunt. Et martyr ipsa tũ, ut prolixius sanguinis fons profluere, fecit: atq; illa ad hunc modum Imperatoris incredulitatem erudiens, castigauit. Ipse autem digitis sanguini admotis, eoq; humore delibutis, seipsum sanctificando cõsperšit: & reipsa, ut id crederet, persuasus, deinceps cum admiratione laudes suas clara uoce martyri tribuit.

B

CAPUT XXXII.

De consimili unguenti, ad diuæ Glyceriæ tumulum, miraculo.

Item de idolatrarũ per id expiato piaculo.

MInimè uerò abs re fuerit, si celeberrimæ martyris istius prodigio, admirandæ Glyceriæ, & ipsius martyris, miraculum coniunxero. Vir quidã, cui Paulino nomen erat, obscuro loco natus, in bonis tamẽ disciplinis admodũ educatus, manifestò in impostorũ & maleficorum barathrum demersus esse deprehensus est. Incantatori huic & mago argentea fuit peluis, in qua detestandũ cruorem excipiens, per eum execrandus ipse cum apostatis uirtutibus colloquebatur. Vasculum id necessitate flagitante argentarijs

A tarijs uendidit. Qui precio numerato lancem eam receperunt, uenalẽq; & ipsi pro foribus cuiuis prætereunti emendi liberam facultatem facientes proposuerunt. Accidit autem, ut Perinthius antistes Byzantij esset, & peluim eam, ita ut uenundabatur, cõpararet. Itaq; cum uasculo empto se in sedem suam recepit, & ob reuerentiam unguenti martyris Glyceriæ, sublatò priore uase æneo, argenteum istud reposuit, cultui diuinitus manantis unguenti id maximè conuenire arbitratus. Atq; ille quidem hoc sic fecit. Riuus autem unguenti constitit. Martyr enim ipsa piaculum tantum detestata, gratiam & donum id cohibuit. Haud quaquam enim fas esse, tacens etiam dicebat, ut mundum immundo cõtingeretur. Hoc postquam diebus plurimis fieri cognouit episcopus, opidò quàm grauiter tulit, uarias q; curas in animo ipse suo, si ipsius culpa Ecclesia commoditate tanta orbari deberet, uolutauit. Proinde ad lacrymas & preces cõuersus, Deo supplicauit, ut rem tam grauem auferret; & facti eius causam latentem ostẽderet. Deus uerò ritè abominationem eam amoliens, & inscitiam misericordia legitimè prosequens, antistiti in somnis lancis piaculũ manifestat. Ille statim argenteam phialam subducit, & priorem illam æream, perinde atq; puram & quasi uirginem atq; immaculatam ministram cultui religioso restituit. Et ecce tibi, derepentè unguentum rursum scaturit, & miraculorum latex denuò exundat. Piaculum autem execrandum manifestò in apertum producitur, & non aliter q; in publicis columnis incisum proponitur, urbisq; gloria sua redditur. Ea res ubi ad Imperatoris aures, per primariæ sedis episcopum (Ioannes is Ieiunus erat) relata est, princeps ab eodem episcopo ad reos capitali supplicio persequendos excitatus est (nam is resipiscentia atq; pœnitentia crimen corrigere uoluit) ludi-

B cium igitur maximum cogitur, & maleficorum multitudo ingens producitur. Qui in grauem carcerem coniecti, ad supplicia, debitas persoluturi pœnas, traditi sunt. Inter quos Paulinus in palum summa parte hiantem actus, turpiter uitam finijt: quum prius cædis filij sui spectator fuisset. Siquidem & hunc abundè impiæ impostura & maleficij portentis imbuerat. Atq; hoc ita est gestum. Quod uerò præter opinionem omnem aliud à VERBI matre eodem tempore est actum, id quoq; referam.

CAPUT XXXIII.

Exempli uindicatæ humanitus simul & diuinitus in uirginem matrem blasphemiæ.

GRæci quidam, siue gentiles, in cuiusdam domo conuiuantes, & uino sese inuitantes, post prandium, simulatq; satis adbiberant, blasphemare & conuicijs proscindere VERBI matrem cœpere: postremum hoc compotationi adhibentes studium, ut quæcunq; aliquis eorum excogitare posset, absurda atq; indigna, per ea ridens œconomiæ & dispẽsationis salutis nostræ mysterio illuderet. Impietas ea postq; innotuit, illi quidẽ condignas petulantis linguæ pœnas dedere. Aedium autem, in quibus considentes graui blasphemiæ indulserant, dominus, à sacris nostris non alienus, tum quidem, quòd res ita tulerit, periculum effugit. Non multo uerò post, noctu ei dormienti in somnis Deigenitrix astitit, cui diligentius, Ecquid se, quæ nam esset, nosset, percunctanti: postquã ipse, nosse se eam professus est: illa ei contumeliarum indignitatem in memoriam reuocauit. Tum ille miser supplex illi esse, ueniamq; delicti petere: & ne tam citò morte mulctaret, sed tempus ei pœnitentiæ relinqueretur, orare. Illa, daturam se hoc ei, neq; in præsentia ipsum ita morte pœnas luiturum, promittere: uimine autem, quod manu gestare uidebatur, genua eius circumcircà ueluti exarans, circumscribere. Id ubi factum, auolans, ei postea

Ad finem huius libri ex Suida annotatio est de Constantino Copronymo, Imperatore Constantinopolitano, qui longè pòst imperauit, in uirginem matrem contumelioſus. Res est huic argumento congruens.

ei postea non apparuit. At ille somno discusso, membra ea quæ uimine notata A
fuerant, statim ab reliquo corpore disrupta inuenit, recenti sanguine profluen
te. Et in publicum productus, iustum omnibus iudicium promulgauit. Qui ue-
rò id audierunt, laudes Deo, propter tam inopinatum miraculum, canta runt.
Matrem itidem Dei celebrarunt, quæ ita semper Christianorum genus tuere-
tur, quæq; nouo quodam modo affectionem erga nos suam, quamuis præter na
turam eius sit ut quenquam puniat, ui quadam adacta ostenderet, ut scilicet reli
gio nobis stabilis & firma esset.

CAPUT XXXIIII.

Ioannis Ieiunii archiepiscopi Constantinopolitani mors.

VM uerò etiam hierarcha urbis Constantinopolitanæ Ioannes, post †
episcopatus sui annos tredecim, ex hac uita decessit. Qui quòd uolun-
ptates expugnarit, animiq; perturbationes coercuerit, & imperiũ in
uentrem exercuerit, νησεύτης, hoc est ieiunator, à Byzantijs cognomi
natus est: uir ex idiotarum quidem ille & opificij nõ inhonesti ordine progres-
sus, sed qui propter præstantem uirtutem ad episcopatus fastigium sublatus sit.
De eiusdẽ sanctimonia. Alij Ioannem Eleemosynariũ nominant. Cuius sacri cineres in arce Budensi fuere.
De quo quùm multa alia memoratu digna prædicantur, tum illud maximè cele
bratur, quòd propter suam erga pauperes affectionem & misericordiam, pluri
bus ab Imperatore talentis mutuò sumptis, syngraphã illi dederit, qua sub-
stantiam suam mutuæ pecuniæ tanquam hypothecam opposuit atq; impigno-
rauit. Cæterùm postq; is è uita migrauit, Mauricius antistitis facultates inquí
rens, paupertatem eum magnopere consectatum fuisse comperit: eumq; de uir-
tute tanta admiratus, syngraphã statim discerpsit: & lectulum tantum ligneũ,
qui in bonis eius repertus est, & amiculum laneum tenue admodum, nec nõ pe-
nulam quandam deformem (fuerat namq; Ioannes malè uestitus, frugalitate ui- B
tæ conspicuus) in aulam Imperialem inferri iussit, caq; rebus omnibus pretulit.
Et ieiuniorum solenni tempore deinceps, lectis ex auro & lapillis preciosis con-
cinnatis, sericisq; uestibus, & alijs Imperialibus delicijs ualedicto, ligneo præ-
sulis eius toro noctibus totis usus est, gratiam quandam diuinam ex eo se con-
sequuturum existimans. Tum quoq; Maurorum gens in Libya uisa est, à Ger
manis ducibus bello locis suis expulsa.

† *Inter Ioannem istum & Gregorium episcopum Romanum contentio fuit: quòd Ioannes Oecumenicus episcopus nõ-
minari uoluerit, cui propterea Gregorius restitit. Blond lib. 8. Gregor. Epist. lib. 4. cap. 29.*

CAPUT XXXV.

Signa Mauricij mortẽ præeuntia.

EOdem tempore plurima etiam indicia apparuere, Imperatoris mor-
tem portendentia. Primùm enim cometa maximus uisus est, pluri-
mis coruscans diebus. Et alia quæ accidit res, clarius etiã id ostendit.
Nam uir quidam qui ẽp tenuissimè uixerat, & in uita solitaria se se con
templatione rerum arcanarũ exercuerat, uitæq; isti mundanæ renũciauerat, stri
ctum gladium in foro (celebris hic urbis locus est) usq; ad uestibulũ aulæ Impe-
rialis gerens, processit, & uoce magna prædixit, breui Imperatorem una cum
liberis & coniuge ferro cæsum iri. Aestatis uerò tempore, Herodianus etiam
quidam, id quod de Imperatore futurum esset, propalàm renũciauit: atq; is non
sine diuina sorte sibi prædictionem eam manifestatam esse confirmauit. Alia
insuper prodigia tum temporis accidere, quæ nunquam antea aliquis uel uidit,
Prodigiosus partus.
uel audiuit. In Thracia siquidem mulier puerum genuit monstrosum prorsus,
naturæq; ipsius piaculum. Oculis namq;, palpebris, & supercilijs caruit, neque
reliqua corporis constitutione formã & effigiem iustam habuit: quippe cui ne-
que manus, nec brachia essent, & cui ad coxendices cauda piscis illis innata de-
penderet. Quod portentum ubi Imperator uidit, interfici id iussit, gladiumq;
statim

A statim exosculatus est. Mater autem quæ monstrum ipsum protulerat, quan-
doquidem sua culpa ad inopinatum miraculum nihil contulisset, crimine abso-
luta est. Tum etiam ex Imperialibus equis præstantissimus, & aureo ornatu
spectatissimus, derepentè concidens, ruptus est. In suburbanis autem Imperan-
tis ciuitatis uicis, alia quoq; monstra nata sunt: puer uidelicet quatuor pedes ha
bens, & biceps alter, uterq; uerò ferro concisus est.

CAPUT XXXVI.

Menas Aegypti præfectus.

DEcimonono Imperij Mauricij anno, Mena præfecto Aegyptum gu-
bernãte, etiam in flumine Nilo portenta quædam extiterunt. Postq;
namq; præfectus in Delta (locus hic apud Aegyptios præclarus est,
ex literæ eius figura nomen adeptus) uenit, & in ipso diluculo ad am
nis ripam iter fecit, subitò ex fluminis alueo uir quidam horrorem secum affe-
rens, prodijt, uultu Giganti similis, aspectu graui, capillo subflauo & canis re
sperso, pectore ingenti, dorso & brachijs heroicũ quiddã præferens, atq; pu-
betenus quum subinde ex undis subsiliret, spectandũ se præbens, reliquo uerò
corpore sub aqua latens: ueluti enim erubesceret, sic arcana naturæ occultauit.
Apparitio duorum hominũ aquatilium, in amne Nili.
Eum ubi dux conspexit, solenniter eum identidẽ adiurauit, siquidẽ dæmonium
esset, ut è cõspectu abiret, & in solitudinem se reciperet: sin creatrix aliqua uis id
protulisset, ut ne prius spectandũ se subduceret, cẽ omnes inopinato aspectu sa-
tiati essent. Itaq; animans id (hominẽ enim dicere nõ ausim) diutius constitit ad-
iuratione constrictũ, seq; omnibus conspiciendum præbuit. Tertio deinde die,
sub auroram, aliud etiam animans muliebri forma (nã id natura satis indicabat)
ex undis emersit. Nam uultus ipsius leuitas, comę prolixitas, nec nõ reliqua cor-
B poris constitutio, & capilli partim complicati, partim soluti, formęq; splendor,
feminam esse denunciabant: sed coma ei subnigra, facies candida, nasus me dio-
cris, & digiti in manibus decentes erant. In ore tenera florebant labia, ubera le-
niter intumescebant, & papillæ à pubertate recenti paululum prominere con-
spicienti uidebantur. Reliquas mulieris partes flumen occultabat, arcana thala-
mi cõiugalis mysteria spectatoribus, perinde atq; eis qui sacris secretioribus ini
tiati non essent, subducens. Dux igitur ipse & cohors eius usq; ad occasum solis
spectaculo eo oculos pauere, quo tempore & animalia ea intimos amnis reces-
sus subiere, quum silentio se se uidenda exhibuissent. Muta namq; taciturnitate
Mauricij Imperatoris, propter prodigia istiusmodi perturbatio.
conspectum sui amatoribus præbuerunt. Ex omnibus uerò infaustis hisce indi-
cijs, Imperator grauem rerum exitum coniectandò colligebat. Et iam tum fu-
turi casus metu perturbabatur: propterea quòd, qui diligenter historias conscri
pserunt, haudquaquam commoda rebus pub. eiusce modi prodigiorum osten-
ta esse, memoriæ prodiderant.

CAPUT XXXVII.

Priscus & Cõmentiolus rectè aduersus barbaros rem gerunt.

NOn multum intercessit temporis, quum Priscus & Commentiolus re
gionum Europæ præfecti, soluta ea, quam arte quadã cum Chagano
Abare pepigerant, pace, clàm id iubente principe, ratibus Istrũ traie
cerunt. Atq; ubi primùm in Viminacium (insula ea est in Istro flumi-
ne sita) delati, & deinde subitò cum barbaris & quibusdam alijs congressi sunt,
unius mensis spacio plurimis prælijs, supra triginta milia Abarum, Gipedum,
& Slauinorum intermerunt: eorundemq; ultra quindecim millia ceperunt: &
uictoria tali potiti, qualem uix unquam aliquis ab hostibus reportasse cognitus
est, retrocesserunt. Captiuos porrò Chagano per legationem petenti, Mau-
ricius restituit. Hyberno autem tempore, quum Romanorum copiæ, ui
cogente, Commentiolo stratam lapidibus Traiani uiam, Gerontio uetustæ
nobilitatis

nobilitatis uiro, qui centũ & duodecim annos natus erat, duce transijssent: acer- A
rimo frigore exorto, multi interiere. Et Commentiolus quidẽ Byzantiũ est re-
uersus: Priscus uerò in Thracia remansit, excursionibus hostiũ, si quæ fierent, ob
uiam iturus. Sed enim primo uere quum Cõstantinopolim uenisset, denuò dux
declaratus est. Decimonono imperij Mauricij anno nihil magnũ à Romanis
& barbaris gestum. Tum uerò Mauricius Theodosium filium sponsum ingenti
cum apparatu fecit, legitimo matrimonio ei Germani filia cõiuncta, uiri præstan
tissimi & Senatoris præclarissimi. Sed & Chosroes Babylone tum degens, à
socijs nostris Syris, & finitimarũ eis regionũ populis incitatus, rumpere pacta
cum Romanis fœdera cogitabat. Verùm ubi Imperator legationem ad eum mi-
sit, pacta quidem rursus confirmata sunt. Orator autem ipse legatione obita, ma-
lè est acceptus: propterea quòd Imperatori dixerit, Persarum regem uerba hæc «
audientibus satrapis in medium protulisse Propter oratoris ipsius uirtutẽ bel- «
lum intermitto. Eam enim rem ubi Imperator audiuit, indignè tulit, et Georgio
(id namq; oratoris nomen erat) periculosus legationis eius lapsus fuit. Ita nam-
que res fert, ut oratio si non ea qua opus est, ratione dispensetur, magnas eis ca-
lamitates, qui illa abutuntur, pariat. De his hactenus.

Theodosius Mauricij filius Germani filiam in matrimonium ducit.

Exemplum arrogantis & insolentis legati & oratoris.

Legitimus linguæ usus.

CAPUT XXXVIII.

Petrus Mauricij frater, Europæ præfectus.

VIgesimũ iam in Imperio Mauricius princeps agebat annũ, quũ Petro
fratri præfecturã Europæ demãdauit. Et pestilẽtia subitò coorta, ue-
hementer Imperantẽ urbẽ afflixit. Postq; uerò tẽpus natalis Christi
aduenit (consueuerat quippe princeps unà cũ populo festũ eum diẽ
in templo agere) & tum pro consuetudine sua, Mauricius multitudini honorẽ B
eum habuit, nonnulli ex plebe rebus nouis solicitati, seditionem aduersus eum
mouerunt: eũdemq; saxis petentes, conuicijs insuper prosciderunt. Ibi tum ille
ægrè periculo uitato, in Deigenitricis templum, quod Blachernas populus no-
minare consueuit, saluus confugit. Magna aũt religione delubrũ id Byzantij co-
lunt. Dicitur namq;, & creditur, uestes Mariæ uirginis, & partẽ quandã admi-
randæ eius zonæ, capitisq; etiam amiculũ in aurea urna ibi asseruari, sicuti à me
suprà dictũ est. Imperator porrò adeò leniter in seditiosos animaduertit, ut præ-
clariores ex rebellibus resipiscere, moderatioraq; cõsilia sequi iusserit: reliquos
autem se puniturum esse assimulauerit. Itaq; ira soluta, reuertendi eis in urbem,
potestatem fecit. Porrò Petrus cum Romanis copijs Palastolum profectus, at-
que ibi æstate moratus, ineunte autumno in Dardaniæ angulum concessit. Ibi
namq; congregari Abarum multitudinem, & castra ad Absith habere audierat.
Hortabatur autẽ Petrum Mauricius, ut quicquid tandem posset aduersus Cha-
ganum faceret, neq; exercitum inde exire pateretur, sed arte quadam & callida
administratione proderet. Indignabatur enim, præteritarum iniuriarum me-
mor, militibus, seditione atq; rebellione gaudentibus. At Chaganus clam pro-
gressus, Macedoniam percurrit: & infinitã multitudinem hominum secum du-
cens, propè ad Constantinopolim accessit, duobusq; aureis uirum quemq; re- †
dimendum obtulit. Quum autem ea conditio Mauricio grauis uideretur, &
tam uilem redemptionem auaritia uictus reijceret, furore percitus tyrannus,
captiuos multorum milium omnes ense concidit. Cuius rei gratia Deum in-
sensum ei factum esse, creditur. In somnis etenim ei apparens Christus, Phocæ
eum ordinis ductori traditum esse dixit. Et Mauricius à somno excitatus,
Philippicum sororium suum acciri è uinculis iussit. Primæ enim nominis eius
literæ

Seditio plebis Constantinopolitanæ ad uersus Mauricium principẽ.

Mauricius in templum Blachernarum cõfugit.

Nimium leniter Mauricius in seditiosos animaduertit.

Milites rebelles Mauricio & ducib. eius.

Mauricius captiuos plurimos nulli mercede à Chagano non redimit.

Visio numinis irati, Mauricio noctu oblata.

† *Apud Diaconum est, uno etiam aureo numo Chaganum singulorum captiuorum caput Mauricio redimendum obtulisse, illumq; conditionem eam non accepisse.*

A literæ successionem quàm maximè suspectam habebat. Atq; ob eam causam uin
ctum eum tenebat, Imperium ad illum deuolutum iri existimans. Philippicum
ergo eum, si quem militem Phocam nosset, interrogauit. Atq; quum ille respon-
disset, Phocam eum esse, qui non ita pridem imperio eius impudenter restitisset:
Imperator, quibus nam is moribus esset, pecunctatus est. Et ubi timidum esse
cognouit: Si timidus reuera, inquit, profectò & percussor est. Verumenim uerò
Mauricius ob tantæ multitudinis cædem, odium omnium incurrit, conuicijsq;
ab omnibus est proscissus.

Idem de Phoca inquirit.

Omnis homicida timidus.

Odium hominũ erga Mauricium.

CAPUT XXXIX.

QVum exercitus diutius in Mysia esset, & milites à Petro quietis gra-
tia, belli finem atq; missionem, reditumq; ad sedes suas peterent: Pe-
trus autem muto persimilis, Principis imperio potius parẽdum, co
piasq; ultra Istrum cõtinendas esse censeret, mirum est quàm id mul
titudo, Imperium detrectans, ægrè tulerit. Et Petrus uiginti miliaria ab exercitu
secessit. Ad quem milites octo uiros delectos, inter quos etiam Phocas pernicio
sissimus tyrannus erat, miserunt. Post quàm ille in sententia sua perstitit, & Impe
ratoris mandatum esse, ut exercitus ultra Istrum permaneret, asseuerauit: multi-
tudo ipsa ira feruens, Centurionem Phocam sibijpsi præfecit, Petro repudiato.
Hungaricũ hoc est. Postea etiam Phoca in clypeo sublato, electionẽ eius cum plurima acclamatio-
ne renunciauit. Quod ubi Petrus resciuit, profugit, & ad Imperatorem rem om-
nem retulit. Mauricius tribunis plebis euocatis, populi numerum inuestigauit:
nihil prorsus de eo, quòd desertor Phocas præfectus renunciatus esset, solicitus.
Idem urbem ipsam Imperantẽ & suburbanos eius uicos dispositis custodijs mu-
B niuit. Deinde etiam ad multitudinem illam rebellem legationem misit. At tyran
nus minimè mandata eius curauit, ratione omni & oratione reiecta. Et exercitus
Romanus seditione mota, ad Theodosium Mauricij filium, ad Callicratiam ue-
nationibus sese oblectantem, epistolam dedit, ut uel Imperium susciperet, uel eo
Germano socero cederet. De cætero namque minimè se passuros esse denuncia-
runt, ut Romanas copias à Mauricio gubernari cernerent. Hæc postquam Im-
peratori sunt significata, Germanus, ueluti suspicionem de se præbuerit, propte-
rea exercitum res nouas molitum esse, ut ipsum ad rei Romanæ summam admi-
Cyrus consularis. nistrandam legerent, supplex in Deigenitricis templum confugit: quod Cyrum
construxisse fama est, qui consul sub Theodosio fuit, bonus admodum uir, et elo
quẽtiæ doctrinæq; omnis perquàm studiosus, quas singulari amore & sana qua-
dam insania est prosequutus. Postea uerò Germanus etiam ad templum maxi-
mum, quod Iustinianus ambitione summa & magnificentia, magnis sumptibus
rerum uniuersarũ Deo construxit, transijt. Eam sanè ob causam Princeps filium
Theodosium fustibus cædi iussit, suspectum eum habens, quòd arcano consilio
Hungaricũ & hoc. Germano socero, ut ad opem diuinam confugeret, subiecerit. Et missis homini-
bus certis, Germanum inde extrahere tentauit. Plebs autem urbana ubi id resci
uit, tumultum mouit, ius templi defendens: Germanoq;, qui eò confugerat, ut se
ibi contineret, persuasit. Atq; furore tanquam duce eis præunte, scommata plu-
rima plericq; in Principem contorserunt, eiq; quòd cum Marcione sentiret, cum
conuicio obiecerunt: cuius hæresis cum stulta quadam religione, fatua & con-
temptibilis est. Quum igitur ingens tumultus maximè sœuiret, qui urbis mœnia
seruabant custodes, hisce rebus auditis, reliquæ se tumultuanti multitudini ipsi
quoq; immiscent. Et plebs undequaque concurrens, & mali eius tempestate flu
ctuans, in ædes Constantini, cui Lardy cognomen erat, impetum facit: quem ui-
rum Mauricius inter reliquos patricios charum maximè habebat. illustris enim
erat, &

Idem Theodosio Mauricij filio Imperium deferunt.

Germanus affectati Imperij suspectus, ad ecclesias confugit.

Theodosius à patre fustibus cædi iussus.

Tumultus urbis Constantinopolitanæ.

Plebs furiosa Constantini Lardy patricij ædes incendit.

erat,et ex primarijs ſenatoribus unus ad patriciatus dignitatis ſublimitatem eue A
ctus,tributis etiam Orientalium regionū præpoſitus: eum Romanis præfectū
prætorio appellare mos eſt. Huius ædibus omniuoro igni traditis, cœptoq; eo
per audaciam ratione omni carentem furibundè peracto, inde abiere.

CAPVT XL.

Mauricij ex urbe Conſtantinopolitana fuga.

Cyriacus epiſcopus Conſtantinop.

ITaq; Mauricius de rerum ſumma deſperans, & multitudinem cædis odio ad tyrannum deficientem, ipſumq; etiam Cyriacum (qui poſt Ioannem dignitatem Hierarchicam ſuſceperat, quum prius presbyter & œconomus eccleſiæ magnæ fuiſſet) conuicijs proſcindentem uidens, de media nocte Imperiali prætexta poſita, priuataq; ueſte ſumpta, ſimul cum cōiuge & liberis, dromone conſcenſo, in Orientē profugere conatur, non exiguā ſecum pecuniæ uim portans. Et poſtquam in ſinum Nicomediæ, ad templum Autonomi martyris (Soræi uernacula lingua nominatur, Conſtantinopoli autem plurimùm centum & quinquaginta ſtadijs abeſt) ueniſſet, tempeſtate ſæua circumuenitur: & præterea conſueta ſibi podagra derepentè correptus impeditur. Cuius morbi ſanequàm infelix prouentus & ubertas obuenire eis ſolet, qui continuè Imperialē urbē incolunt. Ex eo loco Theodoſiū filium ad Chòſroem legat, qui opem ab eo peteret: eiq; in memoriam reuocaret, quòd & ipſi de ſumma regni periclitanti Mauricius id conſeruarit. Aequum quippe piumq; eſſe, ut ille parem ſibi referret gratiam, quum eius domus ſimul omnis in maximū eſſet adducta diſcrimen. Sedenim Germanus Theodoſij Mauricij filij ſocer, quum uelut in nauigium, ſic in imperium Romanum, nullis fulcris aut fundamentis nixum, incidiſſet, gubernacula eius regere eſt aggreſſus. Verùm Praſini (ordo hic & factio Romanæ plebis eſt) ſpes eius inciderunt. Proinde & ipſe per deſperationem rerum, ſe ad beneuolentiam tyranni contulit: eumq;, ad quem, ut ita dicam, fortuna inclinauit, adorauit. Statim namq; Praſinorum factio imperialem regiam occupauit, & tyranno imperatorijs acclamationibus applauſit. Phocas Theodoro quodam uiro inſigni miſſo, urbis antiſtitem (patriarcham hunc appellare homines ſoliti ſunt) & populi delectos acciuit. Qui quum in templo Ioannis Baptiſtæ, in ea ſuburbana ciuitatis parte quæ Septimum dicitur, conueniſſent, coronam Imperatoriam peſtiferæ beluæ impoſuerunt. Atq; ille eueſtigiò apparatu præclaro Byzantium ingreditur, aurū ad inſtar imbris ubiq; ſpargens, & Byzantios ciues ea munificentia in introitu ſuo exhilarans. Poſtea uerò Leontiam quoq; uxorem Auguſtam renūciat, & ſplendido triumpho in aulam Imperialem deducit. Porrò quum populi factiones grauiter odijs inter ſe decertarent, † altera earū uulgò dixiſſe fertur: Vade, præſentem rerum ſtatum cognoſce: Mauricius enim nondum mortuus eſt. Quibus uerbis tyrannus exaſperatis, tum quidem multitudinem oblatrantem compeſcuit: poſtera autem die totus ad cædem Mauricij, ueluti furijs quibuſdam raptus eſt. Itaq; illum cum podagræ & chiragræ doloribus conflictantē, ex eo quem diximus ſinu, unà cum coniuge & liberis, inter quos etiā Theodoſius ex itinere legationis retractus erat, e regione Conſtantinopoli, ubi Chalcedonenſis ciuitas eſt, in Eutropij portum traduxit: & primùm liberos ipſos in conſpectu patris occidit, in quorum cuiuſque cæde uerba illa pater protulit: IVSTVS ES DOMINE, ET IVSTVM IVDICIVM TVVM. Deinde uerò & ipſe Mauricius reſectionem capitis ſuſtinens, ferro cęſus occubuit, egregia animi uirtute in ſumma ea calamitate exhibita. Quum namq; liberorum nutrix infante uno Imperiali ſubtracto, puerū ipſa ſuum lactentem ad cædem protuliſſet, Mauricium aſtantem percuſſoribus arcanum ſuppreſsi pueri ſui cōſilium indicaſſe ferūt: quòd minimè æquum eſſe duceret,

Conſtantinopoli frequētes ſunt podagrici.

Germanus ſe Phocæ permittit.

Praſinorum Conſtantinopoli factio.

B

Phocas Imperator Rom. coronatur.

† *Factio hæc Venetorū fuit.*

ὑπαγε, μαθὲ τὸν πατέρα σου.

Miſeranda Mauricij, ſuorumq; cædes.

Eiuſdē in ultimo uitæ actu pietas, & animi fortitudo.

A duceret, ut in alium, quum ab ipſo Deus pœnas expeteret, animaduerteretur. Atq; eo infante iugulato, cędes eiuſmodi pro ſanguine lacteum liquorem profudit. Ad hunc modum Imperator, qui naturæ legibus ſuperior eſſe uiſus fuerat, uitam finiuit, poſtquam ſexagintatres ætatis annos tranſegiſſet, uiginti autem ex eis in Imperio enituiſſet.

CAPVT XLI.

Cadauera Imperialia ludibrio habita.

CAdauera autē Imperialia, oppidò quàm lachrymoſum ludicrum, ibi in littore maris iactata ſunt, ita ut illius undam purpureo ſanguinis cruore infecerint: nunc quidem fluctibus ipſis in terrā leniter appulſa, nunc uerò reciprocante maris impetu reducta. Ex eo deinde loco translata, prouentum lachrymarū eis tulerūt, qui illa nudata, & ad ſpectaculum expoſita conſpexerunt. Ad eumq; etiam modū à tyrannicis millitibus ſpectata, in Tribunali (ita enim dicitur campus qui ad Septimū eſt) temerè proiecta ſunt. Sic enim per eiuſmodi ſpectaculū exercitum ab omni humanitate alieniſsimum, piaculi quoq; participem fieri oportebat: ut ſcilicet quod fraudem & maliciam odit, nullisq; corrumpitur donis Dei iudiciū, omnes eos retributionis irretiret plagis. Pernicioſus namq; & execrabilis exercitus ille, grauiſsimis maximisq; circumuentus ærumnis, per uarias clades uitam hanc morte commutauit. Poſtq; enim Perſica rurſum expeditio ſumendorū armorum libertatē accepit, Choſroe admiſſum in Maurício piaculum indignè ferente, bellum ſcilicet motum eſt: & exercitus uarijs modis ſimul & diuinæ uindictæ pœnas, & ipſorum præliorum caſus ſubijt: quum quandoq; ipſo conflictus tempore, ſęuum in modum cœleſti igne peteretur: quandoq; aut fame & direptione multimoda, captiuitateq; poſt uictoriam amiſſam affligeretur. Maxima uerò eius pars ore gladij concidit, et ferri quaſi aliud agentis opus facta eſt. Neq; prius à Perſis uictoria diſceſsit, quàm impius iſte & tyranni conſectator exercitus totus interijt. Quod ſanè ſatis ex eo quod modò dicetur, cōijcere licet. Non enim multo pòſt, nondum quatuordecim annis elapſis, quum Heraclius aduerſus Razatem bellū gereret, & delectum militum haberet, duos tantum ex ea multitudine, quæ tyranno fauerat, reliquos is inuenit. Sedenim ubi tempus ipſum nouas militū copias Romanis tribuit, & exercitus ille uitioſus omnis peſſumijt, res ſecundæ apud Perſas mutatæ ſunt, & Babylonius ille draco Choſroes Hormiſdæ filius, nulla miſericordia interēptus eſt, Perſicum bellum finem ſuum habuit. Verumenimuerò tyrannus impijs flagitijs ebrius, ſe ad aliorum etiam cædes armauit. Proinde Petrum Mauricij fratrem ferro necat. Occiditur præterea, cuius ſæpe facta mentio eſt, dux Commentiolus: item Georgius Philippici filius: Proſentinus etiam, cui curas et cōſilia ſua Petrus crediderat. Poſtremò uerò & Theodoſius Mauricij ſucceſſor, ex itinere, ſicut dictum eſt, retractus. Fama autem obtinet, percuſſorem Theodoſio parcentem, alium pro eo admodum illi ſimilem enſe iugulaſſe. Ipſum uerò Theodoſium profugum, in locis multis multa expertum, poſtea morbo interijſſe. Atque ea quidam fama per omnes Romani imperij ditiones uulgata eſt. Sed eam barbarus quidam error, perquàm tenui coniectura id facere auſus, protulit: propterea quòd caput eius ſolum, unà cum alijs qui cęſi ſunt, exhibitum non ſit. Verùm inquiſitio ipſa ſatis ſolicitudine ſumma defatigata, Theodoſium etiam mortuū eſſe cognouit. Ipſam Imperatricem Cōſtantinam cum tribus filiabus tyrannus in priuatorum ordinem redegit: & primùm quidem eas in uili quadam & exili domuncula incluſit, poſtremò uerò ferro etiam interimi iuſsit. Eorum autem, cęterorumq; Imperialium corporum (decem autem fuere) reliquiæ, longo pòſt tempore in Mamantis martyris templo, prope murum cui Xylocercus nomen

Millites omnes defectores, qui ad Phocā deſciuerunt, malè diſperierunt.

Cognatorū et fautorū Mauricij cædes.

Conſtantinæ Auguſtæ filiarumq; eius cædes.

est, repositę sunt. Templum autem id Pharasmanes eunuchus constr uxit, qui A sub Iustiniano imperialis cubiculi præfectus fuit. Porrò in communis sepulchri eorum monumento Epigramma hoc insculptum est:

Epitaphium eius.

» *O ego mille modis regum miseranda duorum,*
» *Mauricij coniunx, filia Tiberij:*
» *Edocui regina satis, fœcundáq; mater,*
» *Quàm sint multorum commoda sceptra ducum,*
» *Multis infidi iaceo, populiq; furorè:*
» *Et mecum coniunx progeniesq; iacet.*
» *Næ miserè Niobes ego sum uitale cadauer:*
» *Plurá ne Cissæis, plura Iocasta tulit?*
» *Èsto iurè pater, quur pignora parua necantur?*
» *Humani prorsus nescia turba doli.*
» *Non iam Roma meis carpes à frondibus umbram,*
» *Eruta Threycio stirpis Aquilone iacet.*

Illud etiam haudquaquam silentio præteribo, dignum in primis quod memoriæ rerumq; gestarum tabulis mandetur. Siquidem ea ipsa hora, qua Mauricius interemptus est, res ea omnis, ut gesta est, Alexandriæ, statuis quæ in Tychęo celebri urbis eius regione stabant, & tum basibus suis dilapsæ erant, uoce clariore quid Imperatori Mauricio accideret, referentibus, uiro cuidam preclara uita insigni, noctu ibi deambulanti, indicata est. Quam rem Alexandrię Augustalis, & Petrus Aegyptiæ prouinciæ præfectus, accuratius signis certis notatam, ueram fuisse, nono die postquam acerbus nuncius iste in Aegyptum peruenit, compere B runt. Multa uerò eiusmodi, quę rem futuram portenderunt, accidisse cognouimus. Ea uerò si singula scripto persequi uelimus, tempus nos prorsus defecerit.

Interitus Mauricij, cædis ipsius tępore, Alexandriæ nunciata.

† *Interea Calligraphus quidam Alexandriæ uenerabilis uir, ex matutina uigilia domum uadens, media nocte uidet statuas ex metallo æris abstractas, & uoce grandi dicentes, interemptum Mauricium & filios eius.* Diac.

CAPUT XLII.

MAuricius sanè Imperator, aliquo ante cædem tempore metuens propter conscientiam sibi, quòd captiuos despexisset, eosq; uili precio, pecuniæ cupiditate uictus, quos Chaganus furore percitus concidit, non redemisset, in celebrioribus orbis terrarum templis, missis eò literis, supplicari pro se uni ex supersubstantiali trinitate Christo Deo mandasse, & ab hominibus uirtute præstantibus, ut Deum exorarent, petijsse dicitur: quòd scilicet suorum per uitam actorum ipsi remunerationem in mortali hac uita, fatisq; obnoxio mundo, recipere liceret. Et imaginem quandam Christi clarè & euidenter uocem edidisse ferunt, qua illi fore prædictum est, ut desiderij uotiq; sui compos fieret, & in hac uita pœnas penderet. Nonnulli eam imaginem esse uolunt, quæ in ærea Palatij; alij uerò maximè, quæ in speciosa porta templi sanctorum quadraginta Christi martyrũ sita est, & pictura sua quàm proximè ad similitudinem uultus Christi accedit. Mauricius Imperator summopere uiros eloquentia insignes coluit: liberis etiam erga eos qui pulcherrimis optimisq; disciplinis præclarã operã nauassent. Celebria quoq; opera in Romani imperij ditione cõstruxit: quorũ unum est, quadraginta sanctorũ delubrũ, quod Tiberius antea ædificare aggressus fuerat. Sacrã item apostoli Pauli ędem Tarsi Cilicũ, hunc cõstruxisse ferũt. Fertur & illud quoq; de eo, q; tertiã partẽ pensionũ uectigaliũ subditis suis remiserit: quodq; liberaliter Byzãtijs triginta talẽta donauerit, ut aqueductuũ meatus renouarẽt. Idẽ preclarũ illud stemma & ornamentũ, quod ei Sophia

Mauricius Deũ, ut in hac uita delictorũ suorum pœnas lueret, orauit. Ante æneã Palatij portam. Diac. τῶν βασιλέων τοὺ τε πρεσβύλαια, ἀνὰ ἡ ἐκλυσεσύν χαλκῆ. Procop.

Mauricij liberalitas & opera.

A Sophia Augusta socrus & cõiunx Cõstantina ambitiosè admodũ & magnificè elaborauerant, quum id ne semel quidem gestasset, maximo Dei templo intulit, & diuinæ mensæ consecratum, aurea catella suspendit: quod ipsum ornamentum usq; ad expugnationem urbis durauit. Sub ipso quoq; Philippicus, & Petrus frater eius, ille quidem Chrysopoli monasterium, hic uerò Constantinopoli, eam quæ Areobindi dicitur ædem construxit. Vtrumq; autem templũ Deigenitrici dicatum. Sed & Cyriacus patriarcha, Mauricio imperante, diaconissæ magnificũ erexit monasteriũ. Mauricij imperatoris res eiusmodi finẽ habuere.

CAPUT XLIII.

NAti autem Phocas imperium suscepit, multorũ statim generum mala Romanorum imperio incubuere. Quinto namq; ab inito imperio mense, literas ad Chosroem, quòd consuetudo huiusmodi à multo tempore Romanis & Persis fuerit, per Lilium familiarem suum, qui etiam Mauricij cædem patrauit, misit, quibus literis ad Imperialem dignitatem conscendisse se significabat. Ille uerò iræ intemperijs actus, legitimam Mauricio uindictã præstare uolens, pacta cum Romanis fœdera rupit, & pernicioſum illud orbi classicum cecinit. Id namq; Persarum simul & Romanorũ felicem tranquillumq; statum soluit. Eoq; initio Persicum bellum est ortum. Et Persæ Syriam, Palæstinam, Phœnicen quoq; breui subegere. Ditioni quoq; suæ Armeniam, mox Cappadociam, Galatiam, & Paphlagoniam adiecere. Quin impetu quem cohibere non esset, ducti ad ipsam usq; Chalcedonem, quæ ex aduerso Byzantio sita est, aduenere. Parte uerò alia, Abares Europã omnia uastantes perB currerunt, & cædes hominum plurima grassata est, qualem haud quisquam unquam uidit: non tantum ciuibus passim, sed ipsis etiam militaribus copijs interemptis. Animantia item occidentia cladem plurimam accepere, & prouentus omnis generis frugum nullus fuit. Accessere fames & pestilentiæ. Hyemes item ingentes, naturam ipsę suam superantes, ita ut mare frigore congelatum pisces postea mortuos eiecerit. Aetaq; quoq; hominum generis omnis cæsa, & templa atq; alia quæcunq; ædificia uenustè splendideq; constructa, frequentibus Persarum incursionibus pessundata: quòd Chosroes, sicuti dictum est, pacem propter Mauricium uidelicet rescinderit. Ac ille quidem foris omnia igne uastans, rempublicam affligebat: Phocas uerò domi urbem peius accipiebat. Proinde in equestri quodam ludicro certamine, quod eum nonnulli scommate perstrinxissent, ebrium esse dicentes, furore flagrans, non paucis ex clarioribus ciuibus captis, quibusdam membra amputauit, nõnullos in altum mare coniecit, alios uerò in carcere inclusit.

Aduersæ res Rom. imperij sub Phoca.

Persarũ aduersus Rom. res prosp eræ.

Barbarorum incursiones.

Phocæ impotentia & crudelitas.

* *Circensibus ludis Prasini conuicijs eum lacessentes, clamarunt: Iterum Ingabasta bibisti? Iterum sensum perdidisti?* Diac.

CAPUT XLIIII.

ANitochiæ uerò grauis tumultus fuit, quòd Hebræi rursum aduersus Christianos, per res nouas insurrexerint. In ea seditione Iudæi superiores fuere. Ingentem namq; Christianorum multitudinem aut ferro conciderunt, aut igni, quem in ædes eorum coniecerant, exusserunt. Eos Phocas, impij & flagitiosi facinoris pœnas sumens, tormentis subdidit, atq; urbe exegit. Illi uerò & ciuitatis eius antistitem Anastasium, Gregorij successorem, è throno suo deturbatũ, funeq; pedibus alligato, per urbem tractum, fœda morte affecerunt. Pudendas namq; naturæ partes inter trahendum ense excisas, in os eius iniecere. Postea uerò illum perinde atque holocaustum quoddam, igni tradidere: uirum sapientia & uirtute præclarum; primaKkk 3 riumq;

Tumultus Antiochenus inter Iudæos & Christianos.

Martyrium Anastasij Antiocheniepiscopi.

ἔφορ. Anastasij huius scripta.

rium̃q; dogmatũ ecclesiæ doctorẽ: quippe qui lucubratiões multas eidẽ reliquerit. Huius liber est, cui nomẽ ὁδηγός, hoc est, uiæ dux, & ecclesiæ dogmatũ † fines, aliaq; præterea multa. Itẽ in sextũ Psalmum liber, in ingressu seiuniorum editus. Ego uerò orationẽ etiã eius quandam legi, ad Antiochenos, in introitu suo scriptam. Et pacificatoriam aliam, quã trigesimotertio anno in thronũ suum postliminio reuersus composuit, Mauricio imperiũ obtinente: quem etiam in eo scripto, quòd ab exilio reuocatus sit, laudib. effert. Huic Anastasio, propterea quòd in Synæo monte philosophatus sit, & sensum ibi carnis domuerit, Synaitæ cognomen inditũ est. Atq; ille quidem in populi tumultu peremptus, uitam finijt. Post eum autem quum sex annis à reditu in episcopatu enituisset, pastorale munus Antiochię Anastasius alter suscepit. Et ante hũc Cyriacus etiã, Constantinopolitanæ urbis episcopus, undecim annis in sacra functione transactis, sedẽ eam Thomæ reliquit: qui diaconi & sacellarij in ecclesia munus obiens, ad pontificiũ thronum cõscendit. Hic uerò trib. annis & duob. non amplius mensibus sacro munere functus, impio Sergio sede cessit. Thomas iste domum maximam in ædib. episcopalib. extruxit: quæ domus, nomen à conditore suo acceptum, in hodiernum usq; diem retinet, & Thomaitis uocatur. At Sergius diaconus quidem ecclesiæ fuit: sed à Syris & Iacobitis generis originem traxit.

Anastasius alter, eius Antiochiæ successor.

Cyriaci cõstãtinopoli successor Thomas, Thomæ Sergius.

CAPUT XLV.

De Iacobitarum, eorumq; hæresiũ sectis.

QVis uerò Iacobus fuerit, unde Iacobitæ nomẽ acceperũt, & alia præterea quæ in historia hac omissa sunt, æquum esse puto, ut hic referam. Altius autem narrationem petam. Postq; Eutycheti & Dioscoro ab sancta quarta Chalcedonensi Synodo dignitas abrogata est, qui illorum dogmata defenderunt, facta ab ecclesia Catholica defectione, διαB κριναμένους, hoc est segregatos, siue ambigentes, seipsos appellarunt: neque ullo modo, ut quæ rectè in cõcilio sancto statuta essent, comprobarent, adduci potuere. Ii in duodecim sectas dissecti sunt. Ex quib. multa millia hæresum pullularũt.

Eutychianistæ.

Ex quarũ sectatorib. quidã Eutychianistę uocati, quòd Dioscorũ tantũ & Eutychetem reciperent: qui CHRISTVM docuerunt patri quidem consubstantialem esse, nobis autem minimè: propterea quòd nobis non assentiuntur, ueram esse in CHRISTO humanam naturam profitentibus. Postquam autem Imperator Leo diem suum obijt, atq; Zeno & Anastasius Imperij administrationem susceperunt, quàm maximam libertatem sibi qui quartæ Synodo restiterunt,

Acephali

usurpauere. Eodem tempore & Acephali, quorum dux Seuerus Antiochenus

Monophysitæ.

fuit, unam uerbi & carnis naturam malè prædicantes: & præterea Iacobitarum, Theodosianorum, Iulianistarum, & plurimorum aliorum cateruæ, ecclesiæ insultarunt, qui Monophysitæ appellati sunt, quòd unam uerbi & carnis naturam, post ineffabilem unionem in CHRISTO esse sentiant, & doceant. Acephali henoticum Zenonis Imperatoris scriptum, quo scilicet ad unionem ecclesias

Hæresis ἀνέφαλος.

perducere uoluit, propterea quòd ille sanctã quartã Synodũ anathemati nõ subiecisset, minimè receperũt. Acephali aũt ob eam causam dicti sunt, quòd sub episcopis non fuerint. Proinde episcopis & sacerdotib. apud eos defunctis, neque baptismus, iuxta solennem & receptum ecclesiæ morem apud eos administratus, neq; oblatio aut res aliqua diuina facta, ministeriumue ecclesiasticum, sicuti mos est, celebratum est. Communionem uerò illi à plurimo tempore asseruatam habentes, festis paschalibus in minutissimas incisam partes, conuenientib. ad se hominib. dederũt. Quo tempore quã quisq; uoluisset, placitã sibi sumebat potestatem. Et propterea quòd quilibet, quod sibi uisum esset, fidei insertum uoluit, quàm plurima defectorum & hæreticorum turba exorta est: Tritheitarunt,

Cõseruatio Eucharistiæ, etiã apud hæreticos.

Agno-

A Agnoetarum, Theopaschitarũ, Iacobitarũ, Armeniorum, Seueritarum, & Aphthartodocitarũ, initio à Iuliano Halicarnassęo sumpto: qui creatũ quidem Domini corpus esse opinatus est, sed idem ab ipsa conceptione incoruptibile esse docuit. Horum cohortem, qui eis aduersati sunt, Phantasiastas & Manichæos uocarũt: quemadmodum & illi rursus hos Phthartolatras & Scenolatras nominarunt. Eius generis hæresibus, & Seueritis maximè, ecclesiæ admodũ ingruentibus, Chalcedonensis quoq; Synodi nomine presso, perq; longo tẽpore iactata ea est, & exagitata. Vnde ingens diu seditio & confusio in ecclesia extitit. Ipsa namque plebs ad sanctioris altaris cancellos assistens, plagis se mulctaturum, & cum ignominia ex sacris templis sacerdotes eiecturam cõminata est, sicubi eius Synodi mentionẽ inferre, aut eam sacrosanctis codicibus inscribere, eorumue nomina diuinorum patrum, qui decreta eius promulgarunt, proferre ausi fuissent. Isti ipsi etiã maximo contenderunt opere, ut sacrum eius, qui in sanctis est, diui Leonis ueteris Romæ episcopi tomum, quem ueræ pietatis studiosi ritè columnam orthodoxiæ rectæq; sententiæ nominarunt, tollerent, qp is Synodum eam firmiter fulciret. Tomum eum diuinissimus Alexandrinus papa Eulogius postea à se enarratum optimè, atq; ita prorsus ut oportuit cõpositum esse, disertis uerbis pronunciauit, qui alia quoq; multa scripta lectu digna ecclesiæ Christi reliquit. Post hunc itidẽ aliquanto tempore post Antiochenus antistes Anastasius Sinaites, & qui ipse sanctam quartam Synodum propugnans, lucubrationib. suis firmissimus Monophysitas & Acephalos refutauit, et argumẽtis certissimis probauit, eum librum orthodoxiam rectissimè plenissimeq; in omnib.

Multarum hæresum author Iulianus Halicarnassęus.

Phantasiastæ. Manichæi.

Oppugnatio synodi Chalcedonensis.

Tomus Leonis episcopi Romani.

Eulogius papa Alexandrinus.

Anastasius Antiochenus Sinaites.

B docere, dogmataq; eius uera pietate refertissima esse. Enimuero Dioscorus, & Gainus, & Antiochenus Seuerus, Iacobus item, & Ioannes Grammaticus Philoponus cognominatus (qui libros plures difficiles, quos refellere nõ ita promptum sit, cõtra Synodum quartam edidit) eam ipsam Synodum oppugnantes, unam quidẽ naturã, duas aũt subsistentias, per summã impietatẽ, in Christo esse scripserunt & docuerunt: potissimum uerò Seuerus, qui librũ integrum de ea re cõposuit. Verùm & ipsi in libris suis alicubi naturas duas in Christo profitenẽ. quod sanè multi non ita accuratè obseruantes, rectum piumq; esse existimauerunt, & alio deinde modo in illorum impietatẽ sunt abducti. Atq; hæc quidem sic obtinuerunt, quoadusq; Iustinianus est Imperator renunciatus. Postq; uerò is sceptra Imperialia accepit, quæcunq; extitere beluæ, in specus & latibula, sua contulere cõuenticula: quũ ille sacram quintã Synodũ centum sexagintaquinq; sanctorũ patrũ coegisset. Quamuis & ipse Iustinianus postea intemperijs fascinatoris cuiuspiam in Aphthartodocitarum hæresim transuersim raptus, à recta aberrarit uia: sicuti à me in proximo libro est dictum. Cæterùm plurimarũ istarum hæresum commixtionem simul & diuisionem, deinceps exponam.

Propugnatores hæresis Monophysitarũ.

Sacra quinta Synodus.

Iustinianus in hæresim Aphthartodocitarum delapsus.

CAPUT XLVI.

QVod uerò tandẽ Monophysitarũ fuerit dogma, à quib. tanq; à radice pessima, quas diximus, hæreses pullularũt, tanq; circulus aut catena ex sese dependẽtes, modò dicã. Quũ etenim cõuenientes in Deo naturas, quamlibet per seipsam discernunt, duas eas esse necessitate adducti confitentur. Quum uerò utramq; in VERBI incarnatione uniunt, non duas illi inconfusibili modo conuenientes naturas, sed unam cõpositam naturã statuunt. Nobis enim unam subsistentiam cõpositam dicentibus, illi unam potius naturam compositam inferunt. Et rationem sententiæ suæ exemplo confirmantes, dicunt, hominem animam obtinere & corpus: & aliam animæ naturam esse, aliamq; item corporis, si quis quamlibet per seipsam contempletur.

Monophysitarum hæresis.

Kkk 4 Quum

Quum uerò illæ coierint, hominem efficere, unam naturam compositam obti A
nentem. Non enim, inquiunt, duas naturas hominem dicere oportet, sed unam
compositã. Atq; ad eundẽ modũ de Seruatore Christo opinãtur: illũ uidelicet
Gregorius Nazanzenus. ex duab. quidem cõstitisse naturis, post unionem aũt duas eas naturas in unam
euasisse compositam, quod sanè ecclesia tanquam piaculum prorsus auersatur.
τὰ ἐξ ὧν, καὶ ἐν οἷς, καὶ ἃ ἐστιν. Quapropter & magnus theologus Gregorius, de duabus naturis sententiam
suam exponens, sapientissimè simul & subtilissimè dicit, naturam suam eas serua
re, ex quibus scilicet, & in quibus, & quæ sint. Nam ex quibus propterea posuit,
ut ex diuinitate & humanitate naturam declararet: in quibus uerò, ut naturas
post unionem seruaret, neq; eas propter mutuam unionem confunderet: quæ
sint autem, ne quis aliud Christum post naturarum unionem factũ esse existima
ret. Dogmatis istius exactiorem rationem inde considerabimus. Corpus no-
strum ex quatuor elementis, igne, aere, aqua & terra constitutum esse, in confes-
so est, in quibus etiam consistit. Atque in corpore ea ex quibus, & in quibus est,
conseruantur. Quæ autem sint, non itidem. Siquidem post elementorum unio
nem corpus nostrum non purè ignis est, neq; sincerè aer, neq; incorruptè aqua,
neq; germanè terra: sed aliud quiddam, quàm quatuor ista. Id satis ex sensu ipso
patet. Vnaquæque enim corporis nostri pars aliud quiddam quàm elementa
est. Verùm in diuina unione, non aliud quiddam, post duarum naturarum con
cursum, factum est: sed idem ipsum est, Christus uidelicet, Deus & homo. Por-
rò hæresis ista exquisitior subtiliorq; aliis fuit, quòd authores defensoresq; ha-
De Ioãne Philoponο. buerit, uiros sapientes; & potissimùm eum quem diximus, Ioannem Philoponũ,
qui sub præsenti, de cuius rebus nunc agimus, Imperio uiguit, & in Aristotelis B
perplexitatibus maximè desudauit; & hæresis insuper Tritheitarum qui dicun-
tur, dux fuit. De eo quis fuerit, dicendum.

CAPUT XLVII.

Enere fuit Alexandrinus, & philosophus summus: quamuis autem
stylo dictioneq; sua non admodum sit laudatus, in disputationibus
tamen, argumentorumq; & demõstrationũ probationibus, sanè q;
fuit admirandus: in Platonis & Aristotelis doctrina maximoperè
uersatus. Quapropter eorũ, potissimùm uerò Aristotelis, obscurè dictorum lu-
culentissimas reliquit enarrationes: quæ hodie quoq; extant. Hic quoq; impio
Sergio Constantinopolitanæ tum ecclesiæ hierarchæ, admonitus ab eo, ut hæ-
resim eiusmodi constitueret, librum acutissimum composuit, qui διαιτητής, hoc
est arbiter, siue de unione inscriptus, decem capitulis omnem eam hæresim con
texit. Ad comprobandum aũt piaculare suum dogma, omnem prorsus accura-
tissimè mouit philosophiã. Multa præterea alia scripta Philoponus iste edidit,
ad Græcos & hæreses reliquas, & ad alios quosdã: in quibus hęc etiam, impium
Ioannis Philoponi acutè quidẽ, sed non rectè dictum. dogma instituens, refert: Omnia hæc sensui atq; oculis subiecta corpora, iuxta
materiam & formam, ex eo quod non est, in id quod est, producta à Deo sunt:
corruptibilia q; sunt, & corrumpuntur, secundum materiam & formam. Pro
hisce uero corporibus corpora alia uisibilibus istis longè præstantiora, incor-
ruptibilia & sempiterna, à Deo conduntur. Ad hæc, consummationem siue
interitum uisibilis huius mundi, ac rursum noui mundi creationem alteram, as-
serit. Statuit etiam mortuorum resurrectionem esse, rationalium uidelicet ani-
Conon aduersus Philoponi. marum cum corruptibili corpore indissolubilem unionem. Quibus sententijs
renitens Conon, ipsum iuxtà & lucubrationes eius, sicuti à me dicetur, reiecit:
quamuis eas antea receperit. Conon ipse corpora dixit non secundum materiã,
sed tantũ iuxta formã occidere, eaq; denuò cõformari, præstabiliorem speciem mate-

A materia ipsa recipiente. Mundi ille quoq; creationẽ iuxta materiam & formam,
interitum aũt eiusdem iuxta formã solummodo, non autem secundũ materiam,
ferre dicit. Resurrectionẽ uerò mortuorũ esse corporis istius cum anima ratiõna
li unionẽ indissolubilẽ decernit. Enimuerò Philoponus præter ea quæ diximus,
hæc quoq; philosophatur: seu potius, ut uerius dicã, nugatur. Itaq; natura quæ- Eiusdem Philoponi subtiles nugæ de sentẽtia Monophysitarum.
libet non simpliciter, id quod est, dicitur, sed dupliciter. Vno enim modo, quum
communẽ cuiuslibet naturæ rationẽ ipsam per seipsam cõtemplamur, ueluti ho
minis aut equi naturã, in nullo indiuiduorũ extantẽ. Alio uerò modo, quũ eam
ipsam cõmunem naturã in indiuiduis existentẽ, & particularẽ maximè in quoli-
bet eorũ subsistentiam recipientẽ, neq; cuipiam alij, præterq; illi ipsi soli decæte
rò conuenientem, cõsideramus. Quod namq; in me est animal rationale & mor-
tale, nulli reliquorũ homini cõmune est. Neq; quæ in hoc ipso animante est natu
ra, in alio quopiã fuerit. Quòd uerò has ipsas notiones de naturis & subsistentijs
ecclesiæ doctrina habeat, ex eo cõstat, q; naturã quidem patris & filij & spiritus
sancti profitemur, tres aũt horũ subsistẽtias siue personas prędicamus, per quas
quælibet proprietate quadã à reliquis discernit. Quæ nam etenim sit natura una
diuinitatis, quàm communis diuinæ naturæ ratio, ipsa per seipsam cõsiderata, &
nuda cõtemplatione à proprietate cuiusq; discreta? Et quòd propriè & peculia-
riter rursum naturę nomen consideremus, dum rationem naturę in quolibet in-
diuiduorum siue subsistentiarum communem, propriam atq; peculiarem cuius-
libet factam, quæ nulli deinceps alij, quod sub cõmunem speciem cadat, coaptari
possit, contemplamur, ex eo patet, quòd in duabus Christi naturis, unionem di-
uinitatis inquam & humanitatis docemus. Non enim communem, quam in san-
B cta trinitate cõsideramus diuinitatem, incarnatam esse dicimus: sic etenim & spi- B
ritus sancti incarnationẽ prædicauerimus: sed neq; communem humanę naturę
rationem unitam esse Deo uerbo opinamur. Eo namq; pacto, & qui ante Verbi
aduentum extiterunt, & qui postea futuri erant, hominibus omnibus unitũ esse
Dei Verbum rectè dicatur. Cæterùm satis liquet, nos hic diuinitatis naturam di
cere eam, quę est in subsistentia Verbi, cõmunis diuinitatis naturam. Itaq; etiam
unam naturam Dei Verbi incarnatam esse profitemur, diserte eam à patre & spi
ritu sancto secernentes: ita ut hic quoq; communem naturæ rationem, propriam
iam Dei Verbi esse intelligentes, Verbi naturam incarnatam dicamus. Et natu-
ram itidem humanitatis unitam Verbo dicentes, particularẽ maximè illam sub-
sistentiam, quam solam ex omnibus Verbum assumpsit, sentimus.

CAPUT XLVIII.

Ed Philoponus cum sectatoribus suis, communem humanam natu-
ram, ipsamq; etiam diuinam, quam indiuisibilẽ dicimus, in plurimas
partitur personas, discernẽs eam, & singulatim indiuiduis tribuens,
& tribus supersubstantialis naturæ subsistentijs dispertiens. Id uerò Refutatores Philoponi. Gregorius Nazanzenus.
ipsum à rectè sentientibus prorsus est alienũ: quemadmodũ hoc magnus in theo
logia uir Gregorius clarissimè, in libro ad Euagrium monachũ de diuinitate scri
pto, astruit. Quinetiã post illum eruditi quidã homines, ea quæ perperàm à Phi
lopono prolata sunt, refellerũt. Et quùm plerique alij scriptis suis ea oppugnarũt,
tum Leontius monachus omniũ maximè egregiũ librum triginta capitũ contra Leontius mõnachus.
illum cõscripsit, quo simul & hæresim eam prorsus euertit, et piam nostrã senten
tiam ualde confirmat. Post hunc & admirandus ille diaconus atq; referendarius
Georgius Pisides, æqualis siue coætaneus illius, quamuis ętate aliquanto iunior, Georgius Pisides.
Iambis pulcherrimis, quos scribere consueuerat, cum dicta hęresi cõgressus, rem
seriam ludicro temperãdo, ad hunc modum refert, absurditatem illius refutans:

Ἀναίσχυτος

» Διφίζεται θάτερον μίαν τε καὶ μίαν.
» Εἰ γὰρ μίαν τε τὴν μίαν λίγυς μίαν,
» Γέλως ἂν λεχθὲν γίγνεται τοῖς παισίοις.
» *Unam atq; mox unam lapillo computat:*
» *At unam & unam forte si unam dixeris,*
» *Pueri uel ipsi tale dictum riserint.*

Quod autem uersiculis hic expressit, sic habet. Profiteris, inquit, Philopone, philosophorum omnium laboriosissime & sapientissime, duas naturas in uerbo unitas esse: unam diuinitatis, & unam humanitatis. Si ergo duas naturas dicis in eo conuenisse, quomodo duas in unam rursus contrahis? Vna namque & una duæ sunt, non una. Itaque si quis in eadem subiecta re, duo quædam prædicando indicet, eaq; ipsa rursum in unum redigat, ridendum se meritò præbeat. Talis Monophysitarum fuit hæresis, impij Nestorij hæresi prorsus contraria. Nestorius enim, propter duas naturas, duas etiam subsistentias numerat: isti uerò propter unam subsistentiam, unam quoq; substantiam & naturam. Cæterùm Nestorij hæresis, ut de hac rursus agamus, non dicit Deum hominem factum esse, neq; de cœlo descendisse, & humanæ naturæ substantia ipsa unitum esse, sed habitu quodam & affectione. Vnitum namque Deum Verbum sic homini ex Maria prognato refert, uti se amicus amico per affectionem unit. Et multos Nestorius, unionem Dei & hominis nominans, latenti quadam fraude fallit: reipsa autem diuisionem, non unionem apertissimè docet. Si namque dicas, non substantia ipsa Deum Verbum homini, sed amica quadam affectione unitum esse, non unio certa, sed disiunctio uera fuerit. Quapropter eundem & tenuem & sublimem hominem idem Nestorius dixit: tenuem quidem, ueluti substantiali Dei unione destitutum: sublimem uerò, tanquam à prima natiuitate uirtutibus perfectum. Proinde etiam reuera Deigenitricem, non Deigenitricem homo nefarius nominauit, sed Christigenitricem uocauit: perinde atque diuinum hominem & Deo amicum genuerit, qui unctionem quampiam à Deo, propheticam uidelicet aut regalem & pontificalem dignitatem acceperit, non autem substantia etiam ipsa Deo unitus per incarnationem fuerit. Atque hæc quidem Nestorius. * Infelicissimus autem melioribus etiam rebus suis Eutyches. Deum quidem natum esse ex immaculata uirgine & Deigenitrice profitetur, idq; ipsum solum rectè pieq; posuit: fictam uerò carnem eius fuisse opinatus est, & quæ præterea ille alia perperam docuit. Ipsum namque Deum uerbum dixit immutabili modo mutatum, & carnem factum, in speciem finxisse atq; assimulasse salutis nostræ œconomiam & administrationem. Itaque corporalia omnia Dei, in speciem phantasia quadam simulata atque ficta ei affuisse asseruit. Et hoc ipsum, quòd natura illa diuina, quæ circumscribi & comprehendi nequit, cruci affixa sit, in speciem per phantasiam gestum esse statuit. De duabus hisce hæresibus inter se prorsus, sicuti diximus, contrarijs, Nestorianorum inquam, & Monophysitarum, quibus postea Ioannes Philoponus Alexandrinus præijt, hactenus sit dictum.

Monophysitarum hæresi cõtraria Nestorij hæresis.

ὁτυχέστατος τὰ πρώτ᾽ ἐνευτυχὴς.

Eutychetis hæresis.

CAPUT XLIX.

Hæresis Agnoetarũ, et Contobabditarũ, & Theodosianorum.

Certur sanè sectæ istius ducem primum Seuerum fuisse, postea autem Ioannem Philoponum eam defendisse. Porro autem post Seuerum hæresim hanc primùm recepisse Theodosium, qui apud eos Alexandriæ Papa factus est. Deinde & alios: à quibus & qui Agnoetæ dicuntur, & Contobabditæ, à loco quodam nomine hoc sumpto, prodierunt. qui & Theodo-

A Theodosiani, quòd scilicet eum, quem diximus, Theodosium potissimùm consectati sint, sunt appellati: sed postea ab illo anathemati subiecti sunt. Ita ut ignorantiæ hæresis intercidens, ignorantiæ mandata sit. Alij autem, quòd scriptum eius de trinitate compositum non receperint, Contobabditæ à loco, sicuti diximus, nominati sunt. Ij quoq;, quòd Seuerum tantum receperint, Seueritarum nomen habuere. Est alia etiam Seueritarum cohors, qui & Theodosiani uocantur: propterea quòd ambos hosce admiserint, tertiumq; insuper Paulum cognomento Nigrum. Tertij præterea Seueritæ sunt, qui et ipsi Theodosiani dicũtur, & Angelitę, & Damianistæ. Ij episcopos suos quoq; habent, à quibus congruentia nomina accipiunt. Episcopos soli Contobabditæ non recipiunt. Porrò Seueritæ isti, qui ijdẽ & Theodosiani & Angelitę, necnon & Damianistę sunt, alium esse dicunt patrem, alium filium, & alium paracletũ, spiritum uidelicet sanctum: non esse autem horum quemque per seipsum naturam, sed habere communem Deum, siue deitatem in eis existentem: atq; de ea deitate indiuisibili modo participantes, quemlibet esse Deum. Vnam autem subsistentiam opinantur esse, patrem & filium et spiritum sanctum: communem uerò ipsum Deum, substantiam & naturam. Cæterùm Angelitæ isti ad aduersarijs ita appellati sunt, à quodam Alexandriæ loco, Angelij nomen habente: in quo scilicet, qui primas apud eos ferunt, conuentus cogebant. Hos ijdem aduersarij Sabellianistas etiam, & Traditas nominarunt. Sunt rursum alij etiam quarti Seueritæ, ijdemq; Petritæ, nomen id ab episcopo quodam suo Petro consequuti: qui Seuero & Theodosio recepto, Paulum & Damianum non admiserunt, quippe opinionem utriusque improbantes: & quòd cum ecclesia catholica communicantes, synodum quar-
B tam approbarunt, eos reijcientes. Profitentur siquidem illi Deum, secundum ueritatem & substantiam & naturam quamque per seipsam: patrem et filium & spiritum sanctum, dicentes, non numero, sed per omnia simili substantia. Eos Paulus et Damianus Tritheitas nominarunt: sicuti illi hosce quandoque Tetraditas, quandoque etiam Sabellianistas, sicuti modò dixi. Insuper alia quoque quinta Seueritarum & Theodosianorum secta est, & Cononitarum, qui Seuerum & Theodosium & episcopũ præterea apud eos quendam Cononem, à quo etiam nominati sunt, probant. Profitentur sanè & isti reuera Deum quidem esse & naturam & substantiam quamque, patrem uidelicet & filium & spiritum sanctum: ad hæc tres quoque personas dicunt, ipsam nimirum sanctam trinitatem, & subsistentias tres. Tres autem quasdam numero substantias & naturas per omnia similes, secundum deitatem, dicentes, unamq; substantiam siue naturam, & unam deitatem siue Deum, sanctam & cõsubstantialem profitentes trinitatem, non numero, sed per omnia simili deitate, tres deos aut tres deitates omnino dicere tergiuersantur. Isti sanè neque Damianum, neque Paulum, neq; adeò postremum apud eos Petrum receperunt. Quos ipsos Damianistæ & Pauliani & Petritæ, Tritheitas primi appellarũt. Discesserunt autem ab eis propterea, quòd illi tres deos, siue tres deitates dicere, patrem & filium & spiritum sanctum, renuentes, tres quoque dicere numero substantias similes, & nihil prorsus euariantes detrectant. Hi autem tres quidem deos seu tres deitates dicere supersedẽt, tres autem numero substantias seu naturas quasdam similes profitentur. Sed enim Cononitæ, quum primùm Ioannis Philoponi Alexandrini Grammatici scripta, quæ ab ipso contra Græcos seu Ethnicos, & de alijs quibusdã argumentis ab eo composita sunt, comprobassent, postremò omnium & ipsum & lucubrationes eius reiecerunt, & anathemate confixerunt.

Seueritarum multiplicium.

Cononitæ.

Tetraditæ.

Ioannes

CAPUT L.

Themistius Agnoetarum dux.

IOannes iste Philoponus Alexandrinus, ita ut diximus, Tritheitarũ A
hæresis præfectus fuit: perinde atq; olim Themistius philosophus sub
Valente primùm Agnoetarum sectæ præfuit. Quæ secta tempore qui
dem ipso extincta fuerat: tum autem sub eis quos diximus Seueritis
reuiuiscens, plebẽ maximè est depasta. Eam Seuerus Acephalus in apertum rur
sus produxit. Sectatores huius non solùm Agnoetæ, sed & Seueritæ cognomi-
Hæresis eorũ. nati sunt. Hi dicunt, Deum quidem Verbum omnia nosse, humanitatem uerò
secundum subsistentiã ei unitam permulta ignorare. Nescire sanè horam & diẽ
mundi totius consummationis, utpote patre minorem: propterea quòd in Euan
» gelio secundum Matthæum & Marcum dicat, De die autem illa & hora nemo
» nouit, neq; ipsi angeli in cœlis, neq; adeò filius, præterquàm pater solus. Itaq;
cum huiusmodi uocibus primùm Arius & Aetius & Eunomius hæresiarchę, &
deinceps alij progressi, imperitè simul & impiè proloquuti sunt, alterius esse na-
turæ patrem, alterius filium. Et illum quidem principio carentem: hunc autem
creaturam, qui temporale principium sumpserit, minus per omnia patri æqua-
lem. Id uerò per manus acceptum Themistius philosophus magis etiam confir-
mauit, & defendit. Liceat autem hæresim hanc riuum quendam Ariani dogma-
tis dicere. Ac ueteres quidem eius authores, quũ pietas reluxisset atq; inualuis-
set, una cum inuento suo disperierunt. Eo uerò ipso tempore Seueritę malum id
magnopere propagarunt. Non longè autem pòst id rursum euanuit, & hæresis
ea ignorantiæ profundo immersa est.

CAPUT LI.

AD hęc eo ipso tempore, Theopaschitarũ hęresis denuò repullulans, B
plurimùm incrementi quotidie augescens cæpit. Paulisper enim so-
pitam Seuerus eam, & quæ ex illa prognata est multiceps hydra, ma
ximè excitauit. Primus uerò eius parens Petrus ille fuit cognomento
Cnapheus, qui terſancto hymno, quemadmodum à me suprà dictum est, appen-
De terſancto hymno. dicem impiè adijcere est ausus. Terſanctum porrò carmen id, ut apparet, & mihi
uidetur, iam inde ab Apostolis, etiam ante Theodosij iunioris & Procli patriar-
chæ tempora, per manus ecclesiæ Christi traditũ est: sicuti & cantilena illa, Lux «
* hilaris: pro eo atq; ad Amphilochium, in triginta capitulis celebris et magnus te «
statur Basilius. sicuti, Gloria patri et filio & spiritui sancto, à Flauiano Antioche- «
no, adiuuante Chrysostomo, est inuentum. Sub Theodosio sanè iuniore, Pro
clo patriarcham gerẽte, quum quidam eo tempore perpessionẽ diuinitati ipsius
unigeniti affingere contenderent, & ingentium terræmotuum gratia publicè à
populo omni supplicationes fierent, derepentè in cõspectu omnium puer in aẽ-
rem (quemadmodum in decimiquarti Tomi, quadragesimosexto capite dilucidè diximus) raptus, auribus ipse suis, ita etiã simpliciter, terſanctũ eum hymnum
absq; adiectione, ab angelicis ordinibus concinnè prorsus cantari audiuit. Vnde
ecclesia omnis hymnum talem ad eundem modum continenter Deo canere con
sueuit. Sanè quidem qui carmẽ hoc primus composuit, ab angelis mutuatus est:
Sanctus, sanctus, sanctus. Quod uerò sequitur, à suauissimi cõcentus lyra & psal
mo quadragesimo Dauidis acceptum, uenustissimè adiecit, ubi dicitur: Sitiuit
anima

* Φῶς ἱλαρὸν ἁγίας δόξης, ἀθανάτου πατρὸς οὐρανίου ἁγίου μάκαρος ἰησοῦ χριστέ. ἐλθόντες ἐπὶ τὸν ἥλιον δύσιν, ἰδόντες φῶς ἑσπερινὸν ὑμνοῦμεν πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα θεόν. ἄξιος εἶ ἐν πᾶσι καιροῖς ὑμνεῖσθαι φωναῖς αἰσίαις υἱὲ θεοῦ, σωτὴρ διὸ κόσμος σε δοξάζει.

Lux hilaris sanctæ gloriæ immortalis cœlestis sancti beati patris Iesu Christe. Quum ad solis occasum peruenerimus, lucem cernentes uespertinam, laudamus patrem & filium & spiritum sanctum Deum. Dignus es tempore quouis celebrari faustis uocibus, fili Dei, uitæ dator: quapropter te mundus glorificat.

A anima mea ad Deum fortem, uiuentem. Et hymni ipsius author hæc uerba, Deus & fortis, integra, neq; ulla ex parte mutata, sicuti ea apud Psalmistam inuenit, conseruauit: & dictionem, Viuum, duntaxat in eiusdem significationis nomen Immortalis commutauit. Ille etiam Deo addidit Sanctus, nomen id idolis opponens, quæ abominationis omnis plena, & humanæ manus opera sunt. Sicuti & Fortis posuit, propter simulacrorum imbecillitatem atque infirmitatem summam, quæ loco se mouere prorsus non possit. Atq; itidem Immortalis: ut statuarum truncos traduceret, qui uita carentes, neq; spirare possunt, neque sensu aut mente diriguntur. Verumenimuerò Theopaschitæ, qui à Petro & Seuero originem duxerunt, admirandum hunc maximè hymnum non diuinæ Trinitati accommodare uolentes, sed incarnato Verbo accinere satagentes, accessionibus quibusdam corrumpere ausi sunt, uerbis hisce, Sanctus, Immortalis: clausulam il « lam, Qui crucifixus est pro nobis, malignè adijcientes. Quod malum primus in- « stituere cœpit Petrus Cnapheus, & post eum deinde Seuerus Acephalus, seu potius hydra multiceps. Quãuis sectatores eius calumnia Constantinopolitanum Macedonium expetentes, adiectionem talem illum exorsum esse dicant. Fuit certè, sicuti uidetur, uetus hæc hęresis: quemadmodũ satis clarè, qui multa pertulit certamina Athanasius, dictis suis declarat. Nisi fortè sanctus ille pater eam præuiderit atq; euerterit, sicuti scilicet & alias plurimas scriptis suis sustulit, tametsi post obitum eius primùm exortas. Hæc ipsa ergo hæresis à Cnapheo primùm producta, deinde à Seueri sodalitate admodum aucta & frequentata, nõ ita multo pòst ab ecclesia Dei abolita, prorsus euanuit. Quæ huc usq; apud solos Armenios retinet, Catholicis traditionibus parêre nolentes, neq; pueri illius in aerem
B raptum approbantes, qui terſancti istius carminis diuinam uocem & doctrinam è sublimi demissus apertè indicauit. Et hymnum eum Chalcedonensis sancta Synodus recepit, simpliciterq; ita canendum tradidit. Itaq; risus planè & iocus fuerit, si ab angelis & Seraphim ipsis proditum atq; decantatum carmen, atq; à tot sanctis sacræ Synodi patribus comprobatum & cõfirmatum, quod unam in tribus subsistentijs diuinitatẽ disertè deprædicat, Cnaphei primùm, & Seueri deinde opinione proculcetur, atq; eorũ (si Dijs placet) arbitrio, perinde atq; Cherubin superarent, corrigatur. Sedenim qui hoc ita senserunt, Theopaschitæ uocati sunt, authores primarios Cnapheum Petrum & Seuerum, quemadmodum dictum est, & deinde Iacobum, habentes. Atq; ij sanè exinde unã in CHRISTO naturam astruere contendunt, ita dicentes: Si duas in CHRISTO demus esse naturas, consequentur eas necessitate quadam omnino duæ etiam uoluntates. Si uerò hoc concessum fuerit, eadem necessitate duæ inducentur personæ, & duæ uirtutes operatrices inter se contrariæ prorsus.

Athanasius magnus.

Armenij.

Monophysitæ.

CAPUT LII.

IAcobus porrò, à quo nũc quoq; Iacobitarum hęresis denominata celebrat, Syrus genere fuit, obscurus prorsus, & nulla gloria uir, qui etiam Zanzalus propter summã tenuitatem est cognominatus. Hic Eutychetis & Dioscori, Cnapheiq; præterea Petri atq; Seueri dogmate recepto, maghopere id apud Syros propagare studuit. Ecclesia sanè Catholica Dominum nostrum IESVM CHRISTVM subsistentiam è duabus naturis cõsistentem, Deitatis inquam & humanitatis, profitetur, ita ut utraq; harum post unionem proprietates suas saluas cõseruet, & duarum istarum naturarum unio mixtionem & confusionem, mutationem' que & alterationem nullam admittat. Ipseq; idem Deus sit & homo, & uoluntates uirtutesq; operatrices duas, diuinã

Iacobitæ.

Iacobus Zanzalus.

Catholicæ Ecclesiæ περὶ θεανθρώπου χριστοῦ sententia.

uidelicet simul & humanam habeat. Eutyches autem duas quidem & ipse an-
Eutychetis error. te unionem naturas dixit, deinde unitas. Post unionem autem in unam eas natu-
Monophysitæ & Theopaschitæ ijdem: ram abijsse, cõfusas q; esse, & mixtionem subijsse, opinatus est. Adeò ut & diuini-
tas ea quæ humanitatis fuere passa sit, & contrà. Proinde hæc ita opinantes, Mo-
nophysitas & Theopaschitas diui patres nostri cognominarunt. Ea ipsa opi-
nione Dioscorus Alexandriæ patriarcha, & Petrus Cnapheus, Seuerusq; Ace-
phalus, episcopi Antiocheni, atq; insuper alij transuersim abducti sunt. Enim-
uerò eo quem diximus Iacobo Monophysitarum opinionem apud Syros præ-
Melchitæ apud Syros. dicante, magnum exortum est dissidium. Nam qui rectæ opinioni adhæserunt,
Melchitæ appellati sunt, quòd sanctam quartam Synodum, & imperatorem ip-
sum (Melchi enim Syris rex est) consectarentur. Qui autem diuersum senserunt,
multa uaria q; habuere nomina. Iacobitæ tamen maximè sunt cognominati, pro-
pterea quòd ei quem dixi Monophysitarum hæresi studioso Iacobo adhæserẽt.
Qui etiam anathemati traditi sunt, ut Monophysitæ scilicet, & Theopaschitæ.

Postea uerò aliud etiam hæresum examen ad se pertraxere, quæ trinitatem con
substantialem credentes, unam naturam post unionem in CHRISTO esse do-
cuerũt, sacrã quartã Synodũ repudiãtes, ac deinceps omnes sanctos patres reij-
ciẽtes. Et quod maximũ est, diuinitati ipsius unigeniti perpessionem tribuerunt,
Tersancto illi hymno appendicẽ hanc, Qui crucifixus est pro nobis, annectẽtes.

CAPUT LIII.

Armeniorum hæresis. † μεγέγεια. Alis Iacobitarum hæresis radix extitit. Iacobus autem Armeniorum B
quoq; sectæ dux fuit. Ea sanè hæresis multiplex est, & ut quispiam di-
cat, hæresum omnium confluens † sentina. Nam illi cum Ario aberrãt
in eo, quòd Deum Verbum naturam mutationi obnoxiam, haben-
tem carnem anima carentem, assumpsisse dicunt. Cum Apollinari autem, quòd
corpus Domini mentem non habere, eidem q; diuinam naturam sufficere, men-
tis q; uim operatricem perficere dicunt. Atq; hæreticis multis laudatis, depraua-
tas ipsorum opiniones sibi ipsis arrogãt. Magistri horum, quos diximus, fuere:
Euchanius Mantacunes & Euchanius insuper Mantacunes. Et quandoq; illi Deum Verbum, incorru-
ptibile & increatum, & cœleste, & à perpessione alienũ atq; subtile, nobisq; non
consubstantiale corpus recepisse, atq; ea quæ carnis sunt nobis in speciẽ tantùm
spectri more exhibuisse, exequutumq; esse opinantur. Quandoq; autem carnem
eius in naturam Deitatis conuersam, eidem q; consubstantialem factam esse di-
cunt. Multoties uerò etiam Deum Verbum, humanum ex uirgine corpus as-
sumpsisse negant: sed ipsum immutabili modo mutatum, & carnem factum, tran
situm tantum per uirginem fecisse: & cruci, diuinitatem, quæ circumscribi & de-
finiri nequeat, unigeniti affixam, eandem q; sepulcro traditam asseuerant. Atque
fidem etiã natiuitati CHRISTI secundum carnem derogantes, & eam in spe-
ciem tantum, phantasmatis instar, factam esse dicentes. Et non sicuti nos, per in-
terualla, particulatim, sed ad quindecimum Ianuarij mensis diem ieiunij tempus
εὐαγγελισμὸν extendentes. * Annunciationem simul, & natiuitatem, & baptismum CHRI-
STI celebrant. Quin multa etiam diuini Euangelij dicta, suam ipsi opinionem
astruere conantes, tollunt atque inducunt. ac ueluti Monophysitarum &
Theopaschitarum, & Aphthartodocitarum & Monothelitarum hæresim hæ-
reditate creuerint, Chaphei Petri accessionem Tersancto hymno annexam
ualde complectuntur. Ecclesiam Catholicam iam inde ab initio hymnum
eum ita decantasse: post pueri autem illius raptum, ut is ita caneretur, constitu-
tum esse dicentes. Quem raptum, tanquam falsum scilicet omnino, negant.
Neque trium subsistentiarum Deitati, sicuti Diui patres docent, sed unige-
nitò

A nito uerbo CHRISTO carmen eiusmodi concini dicunt. Iidem ipsi re diuina fa-
cienda, azymo, non pane utuntur, & ad eam uinum aqua non temperatum ad-
hibent: unam ea re in CHRISTO naturam designantes, neque sicuti nos, cali-
cem miscẽt, per quam mistionem duarum naturarum unionem declaramus. At
erga Deum impij illi, Pascha quoq; Iudaico more celebrant, boues & oues, iux-
ta ritum Iudaicum, immolantes, & sanguine agni ædium postes inungunt. Non
illi corpus & sanguinem Domini percipientes, sed agnum Iudaicè sacrificantes,
atque igni torrentes, de eo participant. Crucem non prius honore debito prose-
quuntur, q; perinde atq; hominem baptizauerint. Atq; in media ipsa cruce cla-
uum figunt, eum q; sanguine uictimæ ungunt. Hoc uerò faciunt in CHRISTO
men, unam sanctæ Trinitatis personam crucifixã esse ostendentes: nec interim in
telligentes, quòd eo modo simul etiam Patris & Deitatis naturã concrucifigunt,
quæ una est & eadem. Tres uerò cruces connectentes, sanctã Trinitatem cogno
minant: eo pacto fortè insinuãtes, sanctam Trinitatem crucifixam esse. Imagines
etiam patris & spiritus sancti effigiãt, quod perquã est absurdum. Imagines enim
corporum eorum sunt, quæ uideri & circumscribi possunt: non eorum quæ inui
sibilia sunt, & intelligentia comprehendi nequeunt. Imagines sacras honorant
illi quidem, sed nõ osculantur. Ac digito tantum eas contingentes, huic osculum
figunt. Communionẽ nostram nihil esse ducunt. Et oblationem oleo subigunt,
& ungunt. Dicuntur uerò constitutiones haberi multifariam diuinorum mini-
steriorum, præter ecclesiæ traditionem & consuetudinem. Atq; ut Monophysi-
tas se esse satis ostendant, digito uno à læua dextram uersus seipsos cruce consi-
gnant. Et crucem sanctam magno Parasceues die sub terra abscondunt, usque ad
B magnum Dominicum diem. Tum uerò cum lumine per plateas & angulos cir-
cumeuntes, hinc & inde eam quærunt, & inuentam proferunt. Tempore autem
procedente alias etiam ἀσφαφείας, hoc est ritus & cæremonias, quæ pietate sal-
ua uel obseruari uel omitti possunt, complexi sunt, peculiaria ieiunia instituen-
tes, & sabbatis atq; diebus Dominicis magnæ sanctæ quadragesimæ lac, caseum
& oua comedentes, & per panem azymum sacrificium peragentes: atque id
quod Arziburi dicitur ieiunium, paulo ante eum diem, quo carnium esus inter
dicitur, seruantes.

Hoc ex Græcorum & orientalis ecclesiæ ritu & sententia dictum. Quid sibi uelit in mercuento sacrificio, tini & aquæ mistio.

Imagines Patris & spiritus sancti.

Ieiunium Arziburi.

CAPUT LIIII.

Chazinzarij Staurolatræ. MAximè autem hæc retinent, qui apud eos Chazinzarij nominant. Fa-
ctio autem non minima hęc dogmatis eorum est, Staurolatræ scilicet.
Chazus namq; crux ab eis dicitur: propterea quòd crucem tantum a-
dorare & colere dicant. Qui sanè per omnia illis consentientes, re ei
sce modi maximè à sectis talibus, & Iacobitis in primis, dissentire uidentur. Quin
& isti non unam confuse naturam, sicut illi, in CHRISTO esse opinantur, sed du
as: quemadmodum & nos. Cæterùm aliam peregrinam impietatem perpe-
ram inducũt, quia duas personas in uno CHRISTO esse, fabulantiũ more, nugã
tur: iuxta Anthropolatram, id est, hominem adorantem Nestorium. Ita ut pas-
sionis tempore, alteram personam in cruce passam, alteram autem ab ea segrega
tam, seorsim stetisse, passionis q; spectatricem fuisse dicant. Insuper alia quo-
que generis eiusdem, impietate omni referta deblaterant. Atq; illi quidem nunc
ex traditione, quæ ratione nulla nititur, hæc faciunt. Veteres autem eorum le-
gislatores & doctores, magnæ Armeniæ Gregorium illum antistitem, ritus ei-
sce modi eis per manus tradidisse, calumniosè iactant: maximè uerò oblationem
azymam, & absque aqua poculum, propterea quòd in mystica illa cœna azy-

mum etiam in sacrificium & uinum solum fuerit. Quarum rerum nullam Apostolica ecclesia admittit, ueterem traditionem legitimè seruans. Porrò de ieiunio Arziburi interrogati, quandoque propter Adami proscriptionem eam se seruare, quandoque propter Niniuitas, dicunt. Nonnunquam uerò eam esse referunt, qua olim se Armenij à cibis abstinuerunt, quum baptizari à sancto Gregorio debuerunt. Aliquando etiam celebrari id asserunt, propter Sergium quendam, qui olim apud eos martyrio sit defunctus: ueram eius originem & causam commemorare detrectantes, quæ eiusmodi est. Sergius quidam apud eos doctor, canem habuit, quo ille à dæmone agitato, plurimùm aduentus sui designatore atque indice usus est. Huic Arziburi nomen indidit, quod Armeniorum lingua mandatorem significat. Quum ergo in oppidis & uicis habitantes discipuli & sectatores eius canem præcedentem uiderent, obuiam illi magistro suo ibant, eundemque præeuntes producebant. Euenit autem, ut canem lupus deuorarit. Et Sergius post eum diem, quo canem præmiserat, ad eos quò ille missus fuerat, profectus est: & quum, qui ei obuiam prodiret, inueniret neminem, grauiter eam rem tulit. At postquam certior factus est, à lupo canem deuoratum esse, Armenijs mandauit, ut quotannis, diebus statis, ob canis eius obitum ieiunarent, lugerent, atq; mœrerẽt: quòd uidelicet tantum bonum è medio sublatum esset. Nomenq; canis ieiunio ei, Arziburum cognominans, imposuit. Sed hactenus de Monophysitis, & Tritheitis, & Agnoetis, & Theopaschitis, atque Aphthartodocitis, de quibus proximo libro fusius scripsimus: atq; item de Iacobitis, Armenijs, & Chazizarijs, & alijs. Quorum multi superioribus temporibus duces fuere & doctores, Nestorij quidam, Eutychetes, Dioscori, Cnaphei, Seueri, Theodosij, Iuliani Halicarnassei, Gaini, & alius eiusmodi infelicium mortalium chorus. Quorum impiorum dogmatum sectator atque restaurator, quem diximus, Iacobus fuit: à quo maxima ex parte Syrorum gens ad hodiernum usq; diem Iacobitæ sunt denominati. Sedenim eius morbi contagione Sergius etiã, qui non ita pridem archiepiscopatus Cõstantinopolitani gubernacula susceperat, maximè infectus est, per quem Monothelitarũ hæresis admodum est propagata. De his satis. nam ad historiam continuandam reuertor, finem quoq; decimo octauo huic historiarum libro impositurus.

Ieiunium Arziburi.

Sergius patriarcha Constantinopolitanus hæresi infectus.

CAPUT LV.

Vum Phocas imperium suum, sicut ei uidebatur, confirmasset, filiam Domentiam Prisco duci matrimonio iunxit. Is certis de causis suspicione concepta, de uita se periclitari, tyrãno ob crudelitatem infensus, omnem funem, ut illum Imperio deijceret, mouit. Mirum uerò quo etiam in illum odio multitudo flagrarit: adeò ebrietati & sæuitiæ deditum, ut effuso hominum sanguine continuè gauderet, & tollere è medio omnes in animo haberet, in quibus nobilitatis aut gloriæ aut prudentiæ indicium aliquod inesset. Narsen equidem, ducem optimum, igni combussit. Igitur Priscus gener eius, & quicunq; Senatorij ordinis erant, consilio inito, secretò, Heraclio Heraclij qui post Phocam imperauit, patri, in Occidentali Aphrica & Libya cum militaribus copijs multis rempub. administranti, scribunt, ut modis omnibus populũ Romanũ impia tyrãnide liberare contenderet, neq; illum ita pereuntẽ in conspectu suo negligeret. Erat dicto duci Heraclio legatus Gregoras. Hi consilio inter se cõmunicato, filiũ uterq; suũ cũ fortissimis copijs pedestri naualiq; apparatu, aduersus tyrannũ misit. Heraclius, Heraclij filius, classi præfuit: Nicetas Gregorę filius, pedestres ordines duxit. Enimuerò Heraclius secũdis uẽtis cursu confecto, in portũ Sophiarũ illatus est: Niceta deinde terrestri itinere lentius subsequuto,

Tyranni ci in Phoca crudelissimo mores.

Cõspiratio in eædem Phocæ.

Heraclius Heraclij filius.

Nicetas Gregoræ filius.

quuto, Atq; Heraclius cum Phocæ copijs prælio commisso, fortiter uictoriam ex eo prælio reportauit, maximo animo certamen ingressus: quòd audiuisset, uxorem suam genus ex Aphrica ducentem circumscriptam esse. Non parum certè & Crispus huic adiuuit, præfecti dignitatem obtinens.

Vincitur ab Heraclio nauali prælio Phocas.

Crispus Præfectus.

CAPT LVI.

REbus hisce ita actis, tumultus ingens urbem inuasit. Et ex illustribus & præclaris uiris, Photinus, Phocę quammaximè infestus (nam uxorem eius ille constuprarat) cum multitudine magna Imperialem regiam ingressus, tyrannum throno suo detraxit, eiq;, amicis ministrisque eius huc atq; illuc dilapsis, purpuream uestem ademit, & pullam iniecit, ac mox uinctum ad Heraclium adduxit. Ille porrò quum perlibenter id uidit, tum conuicijs plurimis coniectis, calcibus ei insultauit. Et statim tyranno manus & pedes resecari, deinde petulantẽ eius luxuriam ueluti publico monimento tradu cens, propterea quòd coniugibus multis uim intulisset, pudibunda exscindi, postremoq; omnium caput amputari iussit. Corpus infelicis eius hominis in bouem æneum, qui Pergamo allatus fuerat, coniectum, atq; in cineres, pro eo atq; par erat, redactum est: genere eius reliquo una cum illo extincto. Hic tyrannidis malorum Phocæ pessimo finis fuit, qui annis octo Romanorum imperio insultauit.

Photinus uir illustris.

Cædes Phocæ.

Genus eiusdem omne extinctum.

Res ecclesiasticæ sub huius imperij administratione haudquaquam rebus nouis expertæ sunt, rebus profanis in Oriente simul & Occidente ærumnarum calamitatibus omni ex parte turbatis atque confusis. Eo tempore Romam ecclesiam post Gregorium gubernauit Innocentius. In urbe Imperante, † post Thomam, ecclesiasticum clauum obtinuit Sergius. In Alexandrina sede, post Eulogium, qui ei annos uigintiquinque præfuit, Theodorus Scribo biennio episcopalem obijt functionem. Cui Ioannes Misericors Cyprius cum laude successit. At Antiochiæ post Anastasium, Anastasius alter episcopatum gessit. Hierosolymis autem, Ioannis successor fuit Neamus. Huius autem, Isaac, Deinceps uerò ante captam direptamq; eam urbem, Zacharias sacrum ibi antistes administrauit munus. Porrò decimus octauus iste historiæ liber, triginta duorum annorum tempus continet: quum ab orbe condito quinquies millesimus centesimus & trigesimus, à diuina autem Domini natiuitate sexingentesimus & uigesimus quintus ageretur annus.

Maximarũ ecclesiarum antistites.

Anni huius libri.

FINIS.

† Alij post Gregorium Rom. Pontif. qui in Diuos relatus est, ponunt Sabinianum, qui ecclesiæ Romanæ præfuit anno 1. mensibus 5. diebus 9. post hunc rursum Bonifacium tertium. Ad cuius petitionem Phocas, antistitem Rom. principem episcoporum omnium dixit. Blond. lib. 9.

* Sub Phoca Chosroes Persa multas in Oriente urbes & regiones occupauit, urbem sanctam diripuit, & crucem Seruatoris nostri inde secum abstulit. Sub eodem, ab Imperio defecerunt Langobardi, Hispanij, Galli, Germani, &c.

DE CONSTANTINO COPRONYMO

Imperatore Græco, in uirginem matrem contumelioso, ex Suida.

CONstantinus Imperator Romanorum, Leonis imaginũ oppugnatoris Isauri filius (Copronymus nomine à stercore sumpto, dictus) fuit. Ex leone uerò exorta est uersicolore pelle & more uario pardalis, ex semine serpentis aspis perniciosa, & coluber uolatilis, ex Dan Antichristus. Hic per successionem Imperij, administratione & impietate à patre accepta, lasciua luxuria & dæmonum inuocationibus, aliisq; prauis studijs, quibus operam nauauit, delectatus est, egregium atq; commodum ualde patris & magistri sui diaboli instrumentum. Eò namque dementiæ & uecordiæ peruenit, ut publicitùs populo sanctionem uniuersalem proposuerit, ne quis omnino ministrorum Dei sanctus diceretur, sed ut reliquiæ eorum inuentæ despuerentur: ne ue intercessio illorum, quòd nihil possent, peteretur. Quin mortalium omnium impurissimus præcipere est ausus, ne quis Mariæ intercessionem imploraret: Non enim, inquit, opitulari cuiquam potest. Et ne ea Dei genitrix appellaretur, sanxit. Atq; acceptis in manus auro refertis loculis, eisq; multitudini ostensis, quanti eos æstimaret, interrogauit? Atq; ubi illa, Plurimi, dixisset: ex eisdem loculis auro effuso, rursus, quanti illos faceret? quæsiuit. Et postquam populus, Nihili, subintulisset: Ad eundem, inquit, modum Maria (neq; enim Deigenitricis nomine miser eam est dignatus) quoadusq; Christum gestauit in utero, honore digna fuit: eum porrò ubi enixa est, nihil fœminis alijs dignitati præstitit. O audacem Saracenorum fidei & Iudaicæ sententiæ consectatoris blasphemiam. Atqui Venerem ille coluit, & uictimas humanas ex aduerso urbi sacrificans obtulit: ubi diuæ Mauræ templum fuit, quod solo æquatum, & per cædes profanatum, Mauram deinde locum ipse appellauit: in quo noctu sacra facere, & pueros mactare solitus fuit. Testatur hoc cæsus Flauij filius: quem quum in occulto ad aras ille mactaret, factum id Deus in apertum protulit.

Quinq;

A

QUINQUE LIBRORUM QUI IN HOC VOLUMINE NON EXTANT, ARGUMENTA: ITA UT ALIJS ALIORUM LIBRORUM ARGUMENTIS, IN PRIMI LIBRI CAPITE PRIMO ANNEXA SUNT, HIC IN FINE ADJICERE UISUM EST.

IN decimonono tomo ageť, de ipso Heraclio, liberisq; & nepotibus eius, & rebus sub eis gestis. Agetur præterea de Persarum aduersus Christianos motu. Item de sacrosancto hymno, & Hierosolymorum captiuitate. Et ut execrabilis & abominandus ea ætate Machometus coortus sit. Itẽ de hæresi Monothelitarũ, & qui eam sectati sunt, Sergio, Pyrrho, Paulo, & Petro. itẽ de Maximo, diuino confessore. itẽ de pio imperio Constantini Pogonati, siue Barbati. itẽ de sancto sexto uniuersali Cõcilio, rebusq; in eo et post id gestis, tempore Iustiniani Rinotmeti, & succedentiũ Imperatorũ, usq; ad integrũ imperium Anastasij Anthemij, & Theodosij Atramyteni imperatoris. XIX *Sexta uniuersalis synodus.*

Vigesimi tomi materia erit Leo Conõ Isaurus, imaginum debellator, unde etiam hæresis & secta imagines debellantium est exorta. Præterea Constantinus Copronymus, & quæ ab eo impiè sint facta. In eodem tomo mentio quoque fiet Germani, Ioannis Damasceni, & Stephani iunioris, & item reliquorũ Deo inuisorũ factorũ eiusdem Constantini: & ut ipse, filiusq; eius Leo, cognomen à Chazara siue secessu adeptus, interierint. Complectetur idẽ Tomus res gestas pij imperij Constantini & Irenæ, & sanctæ septimæ uniuersalis Synodi acta, & restitutos sacris imaginibus honores. Ageť quoq; de Tarasio & Nicephoro. Itẽ de Platone, & Theodoro Studito, & quæ horũ tẽporũ fuerint schismata & dissidia: & quomodo Nicephorus nobilis, Stauratius, & Michael Raucabæ uitam finierint. XX *Septima œcumenica synodus.*

B

Vigesimus primus tomus impij Leonis Armenij gesta: & quomodo secundum imaginibus bellum sit illatum, quis eius belli author. Et ut ea de causa Nicephorus patriarcha, Theodorus Studitus, & cõplures alij in exilium sint acti, recensebit. Complectetur quoq; imperiũ Michaelis Amoræi, & res Methodij patriarchæ. Item res sub imperio Theophili gestas. Item dicendi libertatem sanctorum eo tempore uirorum, præcipuè in pictis imaginibus defendendis. Agetur item de sancto Methodio, & Iosepho hymnorum scriptore. Et ut in fine propè uitæ Theophilus sacras imagines approbarit. XXI

In uigesimo secundo recensebuntur, quæ sub imperio Michaelis, & Theodoræ matris eius, sanctæ fœminæ, Ecclesiæ acciderint. Et restitutio sacrarum imaginum. Dicetur quoque de Ioannicio Magno, de meditationibus Methodij, de impiorum abrogatione sacerdotum: de eius temporis dissidijs & schismatibus, præcipuè uerò de Lizicianis & Manichæis, ut gens Bulgarorum Christianismũ susceperit; de Ignatio & Photio patriarchis, & quæ medio inter istos tẽpore acciderint. Item quæ inter Photium & Nicolaum Papam sint acta. Et ut Bardas Cæsar, & imperator Michael sit occisus. XXII

Vigesimi tertij tomi argumentum erit Basilius Macedo, & filij eius, Leo sapiens & Alexander, & quæ sub his ecclesiæ euenerint. Et rursum res Photij & Ignatij. Itẽ acta eius quæ dicta est octaua uniuersalis Synodus. Præterea scandala & offendicula, quæ tum per Photium extiterunt. Item ut gens Rhutenorum sit Christiana facta. Item de patriarcha Stephano, qui Photio successit, & schismate propter ipsum Stephanum exorto. Insuper de quatuor coniugijs Imperatoris Leonis sapientis, & schismatibus synodis que ea de causa habitis. Item de Nicolao & Euthymio patriarchis Constantinopolitanis, rebus que sub eis actis. Postremò, ut Leo sapientissimus Imperator sit mortuus. XXIII *Octaua uniuersalis synodus.*

SIBYLLAE ERYTREAE DE EXTREMO IN TERRIS DOMINI ET SERVATORIS nostri IESV CHRISTI iudicio uaticinium, è Græco latinè à Ioanne Lango uersum.

Acrostichis, hoc est, primæ carminum literæ,

IESVS CHRISTVS DEI FILIVS SERVATOR. CRVX.

IUdicij metuet sudans præsagia tellus,
Et rex æternus magno descendet Olympo,
Sublimis carnem mundum q; ut iudicet omnem:
Vnum sustinent numen prauiq; bonique
Summum, supremo cum sanctis tempore mundi.
Carnifer ille homines iudex inquiret in omnes.
Horrida terra uias cœli spinæq; tenebunt.
Reijcient simulacra uiri: gazamq; repostam:
Ille domus cæcas & Ditis claustra refringet.
Sanctior à mortis iam nexu libera lucem
Turba hominum cernet, scelerosos flamma piabit
Vltrix perpetuum: mala quæ quis cunq; patrauit
Sontica, suppressitq; diu, producet in auras:
Deteget & furuis Deus obsita corda tenebris.
Erumnæ & stridor dentis regnabit ubiq;,
Ipsum deficiet Solis decus, astra colore
Fusco obducentur, argentea luna peribit,
Insurgent ualles, considentardua montis,
Luxus sublimis mortales deseret oras,
Immensos colles æquabunt marmora campi.
Diluuio nulli cernentur in æquore nautæ,
Succendet terram fulmen, uaga lympha uapore
Solis arescet ripis, fontesq; dehiscent:
Et tuba de cœlo tristis clangore sonabit
Auciſono, mundi clades pereuntis acerbas.
Vastum terra chaos Stygio monstrabit hiatu,
Atq; Dei solio sistetur iudicis omnis
Turba ducum, regumq;: pluet tum sulphure & igni,
Omnibus extabunt ligni uexilla uerendi,
Robur & auxilium populo exoptata fideli:
Certa pio generi uita. ast offensa malignis,
Rore bonos lustrans bissenifontis ab unda:
Virgaq; qua pecori dat ferrea iura magister,
Carminis auspicijs qui crimina morte piabit
Seruator rex æternus Deus ipse patescit.

FINIS.

RERVM ET VERBORVM IN ECCLESIASTICA HISTORIA NICEPHORI CALLISTI memorabilium Index.

Abacuc prophetæ reliquiæ 652 b
Abares à Turcis pulsi, ad Istrum nouas sedes recuperãt 898 b. ex Oriẽte in Europam sub Iustiniano ueniunt 930 b
Abarum gentis primordia 930 b. in Græciam irruptio 920 a. item in Thraciam 929 b
Abasagi Christiani facti 879 a
Abbas discipulus Ephraim 411 a. episcopus & martyr 358 a
Abdas episcopus Ignis templũ apud Persas demolitur 728 b
Abdæ Persidis episcopi miracula 728 a martyrium ibid.
Abdechalas martyr 356 b
Abdelas episcopus & martyr 358 a
Abdelitarũ cum Chagano bellũ 930 b
Abdiesus diaconus, episcopus & martyr 358 a
Abiathar Iudæorum Pontifex 95 b
Abibus S. Stephanum sepulturæ mandat 718 a
Abilius episcopus Alexandrinus 144 a
Abimelech Iudæorum Pontifex 95 b
Abimelech generale & commune regum Palæstinorum nomen 485 b
Abitus Chalcidis monachus 578 b
Ablabius sophista 723 a. Nouatianorum Nicææ episcopus ibid.
Aboras fl. 903 b
Abraham discipulus Ephraim 411 a. Hebræorum progenitor 49 a
Abrahæ benedictiones ibid. b fides & iustificatio ibid.
Abrahæ posteris cur per Mosen lex data 46 a
Abrahames monachus Antioch. 578 b
Abramius episcopus & martyr 358 a
Abrilli memoria 409 a
Abundantius seditionẽ Alexandrinam ob episcopi electionem ortam mitigat 724 a
Acacius Amidenus episcopus donarijs ecclesiæ conflatis, Persarum captiuos redimit 733 a
Acacius Berrœus episcopus 555 a. 597 a. 601 a. 602 a. 651 b. 682 a
Acacius Berrœus episcopus, Flauiani ad Rom. legatus 618 b
Acacius Cæsareæ Palæstinæ episcopus 392 a. 406 a. 440 a. 519 b. 448 b
Acacius episcopus Constantinopolitanus 801 b. 828 b. 831 a
Acacius Constantinopoli aduersarios episcopos uarias ob causas excommunicat 455 b
Acacius orphanotrophus 898 a. Felicis nomen in sacro albo inducit. 839 a
Acacius symboli Seleuciæ oblati autor. 495 b. exauthoratur 839 a
Acacij contra symbolum Nicænum disceptatio 451 a
Acacij Cæsarienſis noua fidei formula in synodo recitata 451 b
Acacij post lapsum pœnitentia 454 a. contra symbolum Nicænum impius conatus 458 b. martyrium 704 a. sepultura 450 a
Acacij episcopi mors 839 a
Acacio dignitas à Felice episcopo Rom. abrogata 403 b. 837 a
Acaciani exauthorantur & excommunicantur 453 b. 488 a
Acaciani cur à Macedonianis reiecti. 488 a
Acaciani per uim episcopos qui Constantinopoli fuere, sententiæ suæ assentiri cogunt 458 a
Acacianorum de inæqualitate filij hæresis 461 a
Acephali hæretici 942 b
Acepsimas Cyri monachus 579 a. eius martyrium 357 b
Acesij Nouatianorum episcopi de die festo in synodo Nicæna decretũ. 332 b
Achemenides Christianismũ apud Varanẽ regẽ liberrimè defendit 729 a
Achemenides camelorum in Persia custos 729 b. eius egregia contra Varanem regẽ dicta & facta. ibid.
Achæus Macrini iudex 241 b
Achæorum cum Troianis bellũ 300 b
Achillas Alexandriæ episcopus 528 b. Arij sectator 313 a
Achillas presbyter Alexãdrinus 256 a
Achilleum Constantinopolis granariũ. 759 a
Achimaas Iudæorum Pontifex 95 b
Achitob Iudæorum Pontifex ibid.
Achrido ciu. 893 b
Acylis fl. 393 b
Adaarmanis res gestæ 504 a
Adamantius medicus ex Iudæo Christianus factus 725 a
Adami lapsus 45 b
Adane regio 415 b
Adaulphus equitũ domesticorum præfectus 700 a. suorum fraude occisus ibid. b
Addas Vincentij presbyteri consobrinus 653 b
Addæi cædes 899 a
Addam Manichæus 253 b
Adelphius Arabißi episcopus per ecstasim locum Ioannis Chrysostomi in cœlo inquirit 690 b
Adelphius hæreticus 541 a. Enthusianista ibid.
Adelphianorum hæresis 541 b
Adiabenorum regio 357 b. 415 b
Adolius episcopus 533 b
adoptio filiorum Dei per Christum in baptismo 851 a
adorare reges apud Persas moris est. 355 a
Adrazanis cum Areobindo singulare certamen 783 a
adulterarũ apud Romanos pœnæ. 616 a
Aedesius Tyri presbyter 354 a. episcopus 533 b. Indorum regis Ganymedes 353 b
Aedesius diaconus 737 b
Aegypti diœcesis 604 b
Aegypti ecclesiæ ab Arianis infestatæ. 556 b
Aegyptius propheta falsus perduellis opprimitur 118 a
Aegyptij monachi Petri apostoli tempore 106 b. in insulam ab Arianis deportati 557 b
Aegyptiorum episcoporum ad Leonem Imp. supplicatio 802 b. apud uulgum existimatio 557 a
Aegyptiorũ simulacra diffluentia. 505 a
Aela urbs 416 a
Aelia ci. dicta Hierosolyma 162 b. 163 a
Aelienſis bibliotheca 220 a
Aelij Hadriani imperiũ 162 b. & 167 b
Aeliurus episcopatum Alexandrinũ uiolenter occupat 802 b. Eutychianorum monachorum sententia laudatur 831 a
Aeliuri exilium 828 a. mors 833 b. uide Timotheum Aeliurum
Aemylianus Aegypti præfectus. 229 b. eius martyrium eodem
Aemylius Beneuenti episcopus 697 a
æquinoctium uernum ante 9. Calend. April. 629 a
Aesculapij ad Aegas templum 347 b. eiusdem

eiusdem templum à Constantino dirutum 350 a
Aetherij cædes 899 a
Aetius Antiochenus doctor 414 a. Antiochia expulsus 413 b
Aetius Arij discipulus 320 a eius q; sectæ assertor & propugnator acerrimus 536 b
Aetius Galli familiaris 414 b. Eunomianæ hæresis author 537 b
Aetius Lydæ episcopus 320 b
Aetius presbyter 519 b
Aetius à sophista domo eiectus 414 a
Aetius Syrus 413 b. Arianus 598 a
Aetius episcopatum sibi oblatum contempsit 414 a. medicus factus gratuitò ægrotos sanat ibid. hostis ueritatis iudicatur 406 a. Bonifacium Libyæ ducem apud Valentinianum accusat 781 a. per transactionem Comitatus dignitatem accipit 717 a
Aetius propter penuriam artifex factus 413 b. ab exilio reuocatur 474 b
Aetij pietas in matrem 413 b. hæresis 439 a. 442 a. 461 b
Aetij hæresis Constantinopoli examinatur 454 a. damnatur 610 a
Aetij aduersus Bonifacium dolus 782 a. exilium 416 a
Aetij præfecti Rom. cædes 796 a
Aetio diaconatus adimitur 455 b
Aetio suasore prorsus se Ariani à catholicis seiunxere 414 a
Aetiqui hæretici 537 b
affinitatis uiolatæ memorabile exemplum 52 a
afflictiones sanctorum quàm necessariæ 573 b. 696 a
in Afflictionibus Ecclesiæ semper exultandum 691 b
in Afflictionibus tolerandis pij uel pœnas commeritorum luunt, uel ad patientiam exercentur 608 b
Agabus propheta 116 b
Agapæ martyrium 269 b
Agapetus Macedonianorum episcopus. 721 a
Agapius Cæsariensis episcopus 257 a. Eustathij martyris filius 166 b. Seleuciæ episcopus Antiochiã trãslatus 756 b. eius cum Marino contentio 627 b
Agapetus episcopus ad orthodoxam fidem cum suis conuersus 721 b
Agapetus monachus Apameensis 578 b
Agapitus Pont. Max. 866 b
Agarenorum in Mesopotamiam eruptiones 825 b
Agathangeli martyrium 269 b
Agathon episcopus Rom. 866 b. 873 b
Agathonice martyr 173 b
Agelius Nouatianorũ episcopus. 542 b. 636 a. 606 a. proscribitur 532 a. ab exilio reuocatur ibid. eius sanctitas 532 a
Agelius uitæ sanctitate quàm disputationis contentione clarior 606 a
Agelo Procopij tyrãni proditor 530 a
Agnoetæ hæretici 626 a
Agnoetarum hæresis 946 b. 948 a
agnus uerus Paschæ 77 b
D. Agnetis reliquiæ 720 b
agonales ludi 164 b
Agricolaus 297 a
Agrippa Iudæorum rex 101 a. 145 b
Agrippa iunior Iudæorum rex ibid.
Agrippæ regis cum Paulo acta 102 b. & 121 a. eius de historia Iosephi Iudæi testimonium 110 a
Agrippinus episcopus Alexand. 163 b. 194 b
Aiax Bitolij episcopus ter cum coniuge concubuit, & tres ex ea filios suscepit 652 a
Aiax monachus ibidem
Aiacis sepulchrum 300 b
Aithalas Arij sectator 313 a
Aithalas presbyter & martyr 358 a
Alamundarus Seuerianos refellit. 854 a
Alamundarus rex ad fidẽ Christianam conuersus 854 a. Romanos prodit 912 b. Saracenorum philarchus terram sanctum depopulatur. 854 a
Alamundari Scenitarum ducis contra Rom. res gestæ 874 b
Alani pop. 781 b
Alaphij memoria 409 a
Alarichus diuinitùs ad Romam diripiendam instigatus 699 b. petit se ducem Romanorũ constitui 700 a. urbem Romam expugnat ac diripit. ibid. b. 713 b
Alarichi Gotthorum ducis res gestæ 699 a. cum Fridigerno bellum. 585 b. contra Romanos res gestæ 700 b. 705 b. mors 701 a.
Alba ciu. 437 a
Albinus Iudææ præfectus 129 b
Alcibiades 194 b
Alcibiades Apamæus, eiusq; cõtra Helcesitarũ hæreses disputationes, 225 a
Alcibiadis martyris historia 193 b
Alcimus Iudæorum Pontifex 96 a
Alemanni à Gratiano Imp. debellati. 612 b
Alemannorũ in Galliam eruptio. 502 b
Alexandra coniunx regis Alexandri. 52 b. ab inferis sola oratione Georgij martyris reuocata 270 a
Alexãder Antiochiæ & Hierosolymæ episcopus 736 a. 756 b. primus Chrysostomi nomen sacris libris inscripsit 736 b
Alexander episcopus Alexand. 313 b. 528 b. Aerium à communione fidelium excludit 322 a
Alexandri episcopi Alexandrini ad Cõstantinopolitanũ episcopum de Arij dogmate epistola 315 a. item alia ad omnes episcopos, de Arianis 317 b
Alexander episcopus Hierosol. 223 a. 225 b
Alexandrini Hierosolymitani episcopi epistolæ 217 a. martyriũ. ibid. & 326 b
Alexander Aristoboli filius à Scipione securi percussus 53 b
Alexãdri Aristobuli filij res gestæ. ib. a
Alexander episcopus Arium cum sectatoribus suis ab Ecclesia proscribit. 313 a. eius cum Ario presbytero de doctrina Christiana contentiones 312 b. contra Arium precatio 382 a
Alexãder Baucalis presbyter, Arianæ hæresis primus autor 313 b
Alexander Cappadocũ antistes 216 b. 754 b
Alexander episcopus Constantinopolitanus 314 b. 325 b. eius contra Arianos disputatio 327 b. mors 392 a
Alexander hæreticus 199 b
Alexander Hierosolymis Narcisso in episcopatu factus successor 215 b
Alexandri martyrium 240 a. eius cineres contumelioſè à Chagano Humno tractatæ 929 b
Alexander imp. Rom. 222 a. in domestico sacello Abrahami & Christi seruatoris statuas habuit 223 a
Alexander Macedo in deorum numerum relatus 515 b
Alexandri Mammææ filij imperiũ 51 a
Alexãdri ad Antinoitas epistola 216 b
Alexandri regis crudelitas 52 b. eius cum Ptolemæo Lathuro bellũ. ibid. parricidium ibidem
Alexander Medicus martyr 192 b
Alexander Pont. Rom. 163 b
Alexandri Seueri in Christianos beneuolentia 223 a
Alexandria Aegypti metropolis 312 a
Alexãdriæ in episcopi electione magna orta seditio 724 a. 793 b
Alexãdriæ solus episcopus concionator 633 b
Alexandrina bibliotheca 187 b. 220 a

Alexandrinæ ecclesiæ duo œconomi creati 672 a
Alexandrinæ ecclesiæ Pontifices. 144 a. 312 a. quando secularia negotia tractare cœperint 724 a
Alexandrinæ ecclesiæ sub Athanasio tranquillitas 555 b. unio 834 a
Alexandrinæ mulieris pro conseruanda pudicitia certamen 275 b
Alexandrina synodus 483 b. pro Athanasio coacta 429. a quid de uerbis substantiæ & subsistentiæ decreuerit 484 a
Alexandrinum diluuium 512 a
Alexandrinus tumultus aduersus Christianos immanissimus 228 a
Alexandrini episcopi priuilegia 748 a
Alexandrini supra alios homines ad seditiones prompti 724 a. 800 b
Alexandrinorum contra synodũ Chalcedonensem & Proterium tumultus ibid. clades 161 b
Alexandrinorũ ciuium paucitas 244 a
Alexandrinorum hæretici à Cyrillo omnes urbe eiecti 724 b
Alexandrinorum in Dionysium episcopum suum pietas 227 b. pestis 244 b. propter Nili inundationem metus 638 a
Alexandrini Christiani ab Arianis crudeliter insectati 556 b
Alexandrinorum Christianorum à fide uera, propter martyrij metum defectio 228 a
Alexandrinorum episcoporũ cum Paulo Samosateno disputationes 249 b
Alexandrinorum episcoporum successio 144 b. 163 b. 194 b. 222 b. 226 b. 255 a. 528 b. 618 b. 866 b
ἀλεξιφάρμακος herba ex statua Christi prouenientes 242 a
Alexionis memoria 409 a
Alexij Comneni imperium 757 a
alpes Cotiæ 714 a. Iuliæ 435 b. ab Eugenio occupatæ 640 a
alpes Susacenses 435 b
Alypius episcopus Constantinopolitanus 314 b
Amalasuntha Theuderichi soror. 876 b eius imperium 878 b
Amantius episcopus Arianus 565 b Imperialium cubiculariorum præfectus 866 a. eius cædes ibid. b
Ambrosius Cæsariensis presbyter & martyr 223 a
Ambrosius Mediolanẽsis antistes. 582 a hominem ethnicum à Gratiano damnatum liberat 646 b. inuitus in episcopum Mediolanensem eligitur 507 b. Mediolanensiũ seditionem sedat ibid. Theodosium Imp. ob tyrannidem excommunicat 644 a
Ambrosius episcopus Mediolanensis militari manu in templo captus 612 b
Ambrosius optimi episcopi exemplum. 568 a. 646 a
Ambrosius Valẽtinianorum acerrimus hostis 218 a. eius ad Valentinianum dictum animosissimum 613 a
Ambrosij baptismus 567 b. contra Iustinum disputationes 612 b. cum Theodosio excõmunicato colloquium 645 a
Ambrosij in bonis studijs prouehendis sedulitas ac liberalitas 220 b
Ammonius 574 b
Amphilochia Basilij 548 b
Amphilochius Chalcedonensis synodi conuiciator 804 a. eius contra Arianos pugna 600 a
Amphilochius Cyzicenus episcopus Nicææm translatus 756 b
Amphilochius Iconij episcopus 348 b. 602 a. 604 b
Amphilochius Massalianorum hæreticorum infector 541 a
Amphion episcopus Nicomediæ 331 b
Amphilochius monachus 582 a
Amyci cum Argonautis prælia 302 b
Amon Tabẽnesiotes monachus 570 a. diuina uirtute ultra Lycum fossam transfertur 364 a. eiusdem in coniugio castitas 363 b. eius anima ab Antonio monacho in cœlum ferri uisa 364 a
Ammonius grammaticus 577 a. 619 b. Laodiceæ episcopus 682 a
Ammonius Longus 672 a. Isidori apud Theophilum deprecator 674 a. eius cum Epiphanio colloquium 677 a
Ammonius monachus 574 b. Origenis præceptor 219 a
Ammonius ῥαφανοῦς cognominatus. 575 a
Ammonius crudeliter interficitur 725 b
Ammonius in martyrum numerum à Cyrillo relatus ibid. post mortem Thaumasius dictus ibid. post mortem à Theophilo inimico laudatus 679 a
Ammonij cõtra Orestem pugna 725 b
Ammonij episcopi martyrium 271 a. facetè dicta 575 a. mors 678 b
Ammonij poetæ de bello Gothico scriptum 667 b
Ammonij scripta 219 b
anabaptismi damnatio 873 b
anabaptismus Eunomianorum 537 b
Anacletus Pontifex 144 a
Anaelus Pontifex Iudæorum 96 a
Ananus Caiphæ socer, Pontifex Iudæorum ibid.
Ananus siue Ananias mortis Iacobi Iusti autor 130 a
Anano Pontifici abrogatus pontificatus ibidem
Ananias episcopus Alexand. 144 a
Ananiæ & Saphiræ horrendum fatum 93 a
Anarad 411 a
Anastasia ciuitas, olim Daras uocata. 856 b
Anastasia domus 598 b. et 599 a
S. Anastasiæ historia 784 a. martyrium 269 b. reliquiæ 720 b. eius templum precibus Marciani illæsum in Constantinopolitano incendio conseruatum 806 b
Anastasij episcopi Antiocheni contra Aphthardocitarũ hæresim scriptum. 896 b. encomium 896 a. exilium 902 a. lucubrationes 942 a. martyrium 941 b
Anastasius episcopus Hierosol. 813 b
Anastasius episcopus cur Sinaita dictus 942 a
Anastasius Dicorus Zenonis in Imperio successor 842 b. & 843 a
Anastasius Imperator à Macedonio ad Christi tribunal euocatus 845 b clausulam, Qui crucifixus, &c. hymno additam uoluit 863 a
Anastasius Rom. Imp. Manichæorum sectæ addictissimus 844 a. Aurargenteum sustulit 857 b
Anastasius Imp. uiuens, in sacro codice expunctus, & Hierosolymis anathemati subiectus 854 b. in imperio Rom. aristocratiam instituit. 862 b
Anastasij Imperatoris cum Lõgino exule bellum 854 b. item cum Vitaliano 857 a
Anastasij imperium seueriſsimum 862 b. in Euphemium episcopum odium unde 843 b. in Ioannem Tabennesium ingratitudo 845 b. in Macedonium inuidia 844 b. 863 a. magnificentia 857 b mors 863 b. 866 a
Anastasij cum Iustiniano contra hæresim Aphthardocitarum contentio. 896 b
Anastasius pacificus & uerè Christianus princeps 843 a
Anastasius Pontifex Rom. 695 a

Anastasius synodum Sidoniam contra Flavianum & Heliam cogit 849 b
Anastasij mors ab Helia prædicta 852 b
anathema in Arianos 522 a
anathemata 394 b
Anatolius Alexãdrinus episcopus 256 b. patriarcha 783 b. 800 b dignus iudicatus qui ante omnes scholam Aristotelicam institueret 256 b
Anatolij dijs gentilium oblata sacrificia 911 a. eruditio 256 b. graue supplicium 912 a. lucubrationes 256 b. porticus 765 b
Anazarbus ciuitas terræmotu corruit 868 a. restauratur ibid. b
Ancyræ propter receptum Marcellum magnus tumultus exoritur 425 a
Ancyrani confessoris martyriũ 480 b
Andragathius Maximini tyranni dux 613 b. in fluuio se submergit 615 a
Andreæ apostoli acta & martyrium. 130 a. Euangelium 140 b. eius ossa Constantinopolim translata 481 b
Andreæ apostoli post Christi ascensionem sedula prædicatio 314 a
angeli victoriæ Romanorum nuncij & adiutores 731 b
angelorum ministeria 947 a. in natiuitate Christi saluatoris hymnus 60 b
Angelitarum hæresis 454 a
Anibalinus Dalmatius 271 b
Anicetus Pont. Max. 163 b, 166 b. 181 a
animarum immortalitas 580 b. ex inferis in paradisum reductio 81 a
animarum Pythagoricæ transmigrationes 511 b
animarum sanctarum ante resurrectionem sedes & habitatio 81 a
Aninas martyr Christi 356 b
Anna Mariæ Deiparæ virginis mater sanctissima 554 a. eius inscecunditas ibid.
Annæ pontificatus 78 b
Annas diuina ultione punitus 103 a
Anterotes episcopus Rom. 226 a
Anthemius Occidentis Imperator. 797 a. Orientalis imperij administrator 707 b
Anthemius Trallianus nobilis architectus 884 b
Anthemij cum Troilo sophista familiaritas 707 b
Anthiæ martyrium 167 a
Anthimus Nicomediensis episcopus egregius exorcista 262 b. capitis supplicio pro fide Christiana affectus 270 b
Anthimus Tropariorum poeta 807 b
Anthimi episcopi martyrium 262 a. 872 a.
Anthimo episcopatus ab Agapeto abrogatus 873 a
Antropomorphitarum hæresis. 540 b. 671 b. 673 a. cum monachis Longis disidium 672 b
Anthropophagi 132 b
Antichristi aduentus sub Seuero Imp. expectatus 205 b
de Antichristi nominis calculo Irenæi testimonium 152 a
Antichristi reuelatio 187 a
Antiforum Antiochiæ ædificiũ 842 a
Antigonus ab Herode pontificatu deiectus 96 a
Antigonus regnum Iudææ Parthorum auxilio recuperat 54 a
Antigoni Aristobuli filij res gestæ. ibid. a. infelix cum Herode & Sosio conflictus ibid.
Antinous deus 515 b. eius commenta 164 b. agones ibid.
Antiochena clades diu à Zosimo prædicta 868 b
Antiochena fides in Caria confirmatur 535 b
Antiochenæ fidei symbolum 451 a. formula 393 b
Antiochenæ filiæ, ne stupro & idololatria cõtaminentur, se in flumen præcipitant 267 b
Antiochena synodus 247 b. 371 a. 393 a. 483 b. 393 b
Antiochenorum episcoporum successio. 144 a. 372 b. 423 b. 163 b. 266 b. 255 b. 267 a. 528 b. 724 b
Antiochena synodus, in qua Nicænum symbolum stabilitur 519 b
Antiochenæ synodi ad Iouianum Imperatorem scriptum ibid.
Antiocheni concilij episcopi 394 b. & 395 a. monachi 578 b. ab Arianis proscripti 562 a
Antiochenus Pœmarches ad ecclesiam magnam primum officium transtulit 756 b
Antiocheni martyres uarijs supplicijs affecti 266 b
Antiocheni patriarchæ diœcesis 824 a
Antiocheni Pontifici à Chrysostomo reconciliati 661 b
Antiochenum conciliabulum 461 a. ab Eudoxio congregatum 440 a
Antiocheni conciliabuli formula. 394 a
Antiochenarum uirginum martyrium. 162 a
Antiochenorum ad Deum pro mitigada Theodosij Imperatoris ira supplicationes 648 a
Antiochenorum in Iulianum Imperatorem scommata 498 b. item in Maximum philosophum 512 b
Antiochia à Chosroe Persarum rege capta 880 a. à Iuliano hæremita ad Christianam religionẽ conuersa 555 a. à Theodosio amplificata 770 a. à Tiberio Cæsare multis ædificijs amplissimis exornata 66 b
Antiochia Mygdoniæ, olim Nisibis dicta 325 b. à Sapore Persarum rege expugnatur 428 a
Antiochia peste crudelissima uexata. 883 a. sæpenumero terræmotibus quassata 805 a. 867 b. 868 a. 911 b. 919 a. à Traiano liberata 162 a
Antiochia Theopolis à Iustiniano uocata 748 a. 868 a
Antiochiæ in Caria formula fidei Antiochenæ confirmatur 535 b
Antiochiæ monachorum contra synodũ Chalcedonẽsem tumultus. 846 a
Antiochiæ post Antonini mortem omnis idololatria à Christianis est demolita 291 a. propter ejectum inique Eustathium orta seditio 371 b. alia propter tributum 647 b
Antiochiæ Psephium restitutum 765 a
Antiochiæ sedes apostolica 481 b
Antiochiæ templum à Iuliano direptum 502 b
Antiochiæ tres eodẽ tempore Christiani episcopi 487 a. 503 b
Antiochiæ triginta Arianorum concilium aduersus Athanasium congregatur 436 b
Antiochus Epiphanes Iudæos debellat. 51 a
Antiochi Epiphanis cum Ptolemæo bellum ibid. cum Iudæis 51 a & b
Antiochus presbyter proscribitur 550 b
Antiochus Sedetes 51 b
Antiochus Soter à Triphone occiditur. ibid.
Antiochi mors 702 b
Antiochi regis sœdissima apud Iudæos tyrannis 51 a & b. luxus & intemperantia ibid. b. mors ead.
Antipater Herodis regis pater 52 b. Iudææ procurator 53 b. ab Idumæis prædonibus captus 57 a. Romana ciuitate à Cæsare donatus 53 b. eius mors 54 a. 57 a
Antiphonarum in ecclesia institutio. 669 a
Antonini Caracallæ imperium 215 a

Antonini Caracallæ nomẽ unde 222 a
Antoninus Heliogabalus Imp. Roman. ibid.
Antonini Heliogabali imperium 225 b
Antonini Pij acta 167 b. imperium 165 b. leges 167 b. pro Christianis scriptum 165 b
Antonini Veri imperium 176 a
M. Antonius Cæsar 163 b. eius contra Germanos & Sarmatas bellum 185 b
Antonius Germensis episcopus 744 a. insidijs Macedonianorum interfectus ibid.
Antonius Magnus in Aegypto monachus 361 b. eius somnium 522 a
Antonij abbatis ad Didymum præclarè dictum 413 a. eius abstinentia & temperantia 580 b. scitè dictum ibid. a. cum Constantino Imp. amicitia 361 b. castitas 363 b. uerecundia 364 a. monastica politia 361 b. insignis pietas 555 b. uita 361. 362. & 363 a & b
Antonij monachi uita ab Athanasio descripta ibid. a
Antonij in Cleopatrã amor. 54 b. 57 b
Anub monachus, eiusq; sanctitas 408 b
Anylinus proconsul 294 b
Apamea ciu. 198 b. diuina ope contra Chosroem Persarum regem seruata 880 b. miserè uastata 881 a
Apameensium monachi 578 b
Apelles Marcionista 201 a. monachus Aegyptius 570 b
Apellis secta & opinio 201 b
Aphacis mons 347 b
Aphraates 578 b
Aphraatis cum Valente Imperatore contentio 554 b. pietas. ibid. a & b. miracula 555 a
Aphrica à Vandalis deuastata 781 b
Aphthardocitarũ hæresis 894 a & b. 943 b
Apocalypsis Ioannis 180 b, 246 b. & 247 a & b
Apocalypsis Petri liber 633 b
Apollinaris cur ab Ecclesia defecerit, suamq; hæresim instituerit 538 b
Apollinaris excommunicatur 539 a. post pœnitentiam recipitur ibid.
Apollinaris episcopus Alexand. 890 a
Apollinaris episcopus Hierapolitanus. 183 b. Montanistarum refutator 197 b. eius lucubrationes 184 b. cõtra Montanũ disputationes. 195 b
Apollinaris hæreticus Athanasio amicissimus 538 b
Apollinaris hæresis 595 b. 538 b. eius refutatio 610 b. 593 b. damnata 610 a
Apollinaris hæretici cum Epiphanio amicitia 538 a. uita ibid. historia 186 a
Apollinaris impia dogmata 538 a. 594 b. eius libri per diuersas inscriptiones attributi alijs 847 a
Apollinaris Syri de Athanasij in Alexandrina ecclesia successione scriptum 369 a
Apollinares Syri duo omnium eloquentissimi 414 b. 495 b. eorum lucubrationes ibid.
Apollinares ob consuetudinem Epiphanij sophistæ excõmunicantur. 415 a
Apollinaristæ ad ecclesiam catholicam à Theodoto reducti 743 a. sincerè se ad ecclesiam catholicam conferunt 595 a
Apollinaristarum hæresis 415 a
Apollo Daphnæus 499 b
Apollinis Daphnæi templi conflagratio 501 b
Apollinis Didymæi oraculum 297 b
Apollo Pythius 350 a
Apollomæ in perferendo martyrio constantia 228 b
Apollophanes philosophus 219 a
Apollonius Alexandrinus 168 a
Apollonius monachus 408 a. 572 a
Apollonius ex mercatore factus monachus 572 b
Apollonius Tyanæus impostor 153 b. eius contra Cataphrygas disputationes 199 b. martyrium 200 a
Apollos monachus Aegyptius 571 a
apostoli non sunt pro dijs habendi, cum Christi tantum serui fuerint 286 b
apostoli plerique uxorati 137 a & b
apostolorum acta quo consilio à Luca conscripta 139 b
apostolorum ad gentiles ad Christum conuersos epistola 634 b
apostolorum duodecim electio & catalogus 137 a. doctrina 630 a. in docendo atq; scribendo simplicitas 141 a
apostolorum quisq; in quibus orbis partibus Euangelium prædicarint 143 a
apostolorum successores ibid. b
Appion archidiaconus 317 a. scriptor ecclesiasticus 206 a
Appionis contra Iudæos pro Cæsare acerbitas 101 b
aqua diuinitùs ignẽ alit & auget. 882 a. à Narcisso in oleum uersa 215 b
Aquila Aegypti præfectus 212 b
Aquila Aegypti præfectus Ponticus 187 b. imperium Martiano prædicit 788 a
Aquilæ scripta 217 b. in Christianos crudelitas 214 a
Aquileia ab Aspare capta 716 b. ab Attila expugnata 782 b
Aquilinus Bibli episcopus 767 b
ara ignoti Dei 621 b
Arabia felix & magna 353 a
Arabiæ felicis descriptio 419 a
Arabum hæresis de animarũ immortalitate 224 b
Arabianus scriptor ecclesiasticus 206 a
Ararat Armeniæ mons 416 b
Arbogastes Valentiniani iunioris interfector 639 a. sibijpsi infert manus 642 b
arca Noæ 416 b
Arcadia Arcadij ex Eudoxia filia 663 a. 704 a
Arcadiæ uirtutes 711 a
Arcadius monachus 775 b
Arcadius Orientis Imperator 656 a. Theodosij Magni filius 569 a. Augustus renunciatus 606 a. filio Theodosio Isdigerdẽ Persarum regem moriens curatorem designat. 707 a. uirgis castigatus præceptori struit insidias 616 b
Arcadius in sanctorum numerum relatus 704 a
Arcadij ad Gainam legatio 664 b. cum Gaina pax ibid.
Arcadij Imp. Rom. liberi ex Eudoxia nati 663 a. de Gaina victoria 667 a. forum 722 a. mors 702 b. 704 a. liberi ibidem & 707 a
Arcesilai uxor monocula sanatur 869 a
Archelaus Iudææ princeps constitutus. 64 a. parentis sui in regno Iudææ successor 65 b
Archelai exilium ibid.
Ardaamanes Persarmeniorũ dux 903 a
Ardaburius 812 a. eius contra Persas res gestæ 731 a. magnanimitas 716 a. cædes 812 a
Ardaganes ab Areobindo uictus 783 a
Arelatense concilium 295 b
Arelatensium ciuitas à Gerontio obsessa 714 b
Areobindus Gothus, Theodosij contra Genserichum dux 782 a. Ardaganẽ Persam monomachia uincit 783 a
Areobindi Romanorũ ducis contra Persas res gestæ 732 a
Areopagitæ 111 b
Aretas Cœlesyriæ rex 52 b. eius res gestæ 53 a. cum Antipatre familiaritas ibid. b

Arethæ martyr 870 b. & 871 a
Arethusa ciu. 478 b. 372 b
fons 893 b
Argæus mons 625 b
Argentuaria Galliæ opp. 597 b
Argonautæ Græcorum 302 b
Argonautarũ in Græciã reditus 303 b.
cum Amyco certamina maritima. 302 b. latrocinia & prædæ 303 b
Argyropolis ciu. 735 b. ab Andrea apostolo ad Christi fidem conuersa 314 a
Ariadna 826 a. Romani imperij cum Dicoro gubernatrix 842 b. Patricio Aspari filio desponsata. 812 a. item Zenoni ibid. b
Aricmesius deinde Zeno dictus 812 b
Ariminensis fidei propagatio 612 b
Ariminensis synodus 421 a. 437 a. 444 a. 454 a
Arimnensis synodi ad Constantinum Imp. literæ 446 a. & 447 b. eius synodi acta in synodo Romana reiecta 567 a
Arius presbyter & sacrarum literarum doctor Alexãdriæ ordinatus 312 b. hæreticus, Melitij sectator ibid. a à Petro Alexandrino episcopo excommunicatus ibid. b Nicænis decretis apud Constantinopolim subscribit 382 a. precationibus Alexandri episcopi expugnatur. 392 a. ab Achilla Alexandrino episcopo in ecclesiam, erroris gratia impetrata, recipitur 312 b
Arius cum sectatoribus suis excommunicatur 313 a. 331 a. 338 a. ab Athanasio Alexandria exigitur 375 b. 376 a. in sanctorum communionem ab Alexandro episcopo non admittitur 322 a. ab exilio reuocatur 368 a. Alexandriam reuersus contemnitur 381 b. à Constantino Imp. in aulam reuocatur 374 b
Arij hæresis 313 a. 315 b. 461 a. 521 a. 598 a.
Arij hæretici perniciosæ contentiones. 314 b. eius confessio Constantino Imp. oblata 374 b. cum Alexandro episcopo contentiones. 312 b. cum episcopis pernitiosa dissensio 317 a. ad Eusebium Nicomediensem episcopũ epistola. 320 a. repentina atq; horrenda mors 382 b
de Arij morte uariæ opiniones ibid.
de Ario eiusq; sectatoribus, Constantini constitutio 341 a
Ariani reliquis hæresibus improbiores. 319 a. damnantur 610 a
Ariani ἀπάτορες 560 a
Ariani hæretici ad arma atque uindictam promptissimi 669 a. catholicos in processione ui adoriuntur ibid. in Nicæna synodo damnantur 445 a. 610 a. unam Alexandriæ ecclesiam Constantino intercessore petunt 424 a. rerum suarum satagentes, Eunomianis se coniungunt 599 b. clericos et monachos Antiochenos Neocæsaream proscribendos curant. 562 a. statuto cauent, ne posthac quæstiones secessionis & dissidiorum causæ proponantur 627 b. Gregorio episcopo Alexãdrino repudiato, Georgium ei substituunt. 397 a. Macedonianos iam resipiscentes persequuntur 532 a. item Alexandrinos catholicos 556 b. cum dogmatibus suis à Macedonianis damnantur 533 a. in Basilij absentia Cappadociam totam occupare conantur 546 a. passim episcopatibus suis abeunt. 599 b
Ariani à publicis conuentibus à Theodosio Imp. prohibiti 600 a. b. in conuentu prouinciali centum episcoporum excommunicati 318 b. dissidentes à Plintha reconciliati. 627 a. ijs quos persequuti sunt, inferiores existimati 562 a. cum dogmatibus suis à Macedonianis damnati 533 a. 565 b
Ariani episcopi 326 b. Porphyriani dicti 341 a
Arianorum impia dogmata 318 a. 334 b. in Aegypto imperium 556 b. 561 b. monachomachia 557 a
Arianorum hæresis multarum in ecclesia turbarum causa 606 a. in duas factiones dissecta 617 a
Arianorum hæresis patrum constantia expugnatur 334 a
Arianorum dissidia 626 b. in Nica Thraciæ ciuitate synodus 448 a. hymnodiæ 668 b. contra monachos Aegypti magna impietas 557 b aduersus Athanasium criminationes 376 b. contra eundem insidiæ 436 b. in Eunomianos conuicia 599 b. in catholicos crudelitas 543 a. in Nouatianos odium 532 a. extra urbem Antiochenam conuentus 618 b. post Constantini mortem animositas 390 b. cum Melitianis contra catholicos consensus. 373 b. cum catholicis in urbe Constantinopolitana propter episcopi electionem tumultus 392 b. contra Athanasium atq; Paulum episcopos fraudes 399 a & b. dolosum consilium, ut Orientales episcopi Seleuciæ, Occidentales Arimini congregentur 443 b
Arianorum canon à Chrysostomo refutatus 682 b
Arianorum contra Nicæna decreta figmentum 420 b. fraus in suo ipsorum dogmate damnando 333 b. in Nicæno concilio condemnatio. 330 b
Arianorum professio fidei, in Nicæno concilio lacerata 331 b. libri publico Constantini edicto combusti 341 b
Arianorum excommunicatio 535 a. proscriptio 315 b
Arianorum ecclesia à Nestorio incensa 743 b
in Arianos anathema 522 a
ab Arianis in Oriente catholici maximè afflicti 607 b. in exilium acti 430 a
Arianæ hæresis sectatores 313 a
Ariana hæresis ex tota Libya à Iustiniano electa 877 b. eius confutatio 318 b. in urbe Constantinopolitana propagatio 391 a
Arianismus cur tantopere in Oriente propagatus 598 a
Aristio 160 b
Aristides orator 168 a
Aristidis uiri sanctissimi facta 161 a
Aristobulus historicus 204 b
Aristobulus primus sibi diadema imposuit 96 a
Aristobulus Pontifex dolo cæsus. ibid. Aristobulus libertate donatur 53 b
Aristobuli regis res gestæ 52 a. cum Hircano bellum ibid. b. & 53 a. infelix cõflictus ib. 57 a
Aristobuli Alexandri ex Salina filij res gestæ 52 b. parricidium. ibidem a & b. mors ibid. 53 b sepultura ibid.
Ariston Pellæus historicus 192 b
aristocratia Iudæorum 51 a
arma spiritualia fidelium 227 a
Armenia maior Persis à Philippo Imperatore tradita 903 a. à Scenitarũ gente miserè depopulata 854 a
Armeniacum bellum 280 b
Armenij ad Christum quomodo conuersi 354 a
Armeniorum hæreses 949 a. 950 a
Aron primus Iudæorum Pontifex 95 b

Arsacidarum ordo 931 b
Arsacius Chalcedonensis episc. 678 a
Arsacius episc. Constãtinop. 692 b. eius mors 443 a. 693 a. miracula ibid.
Arsacius moritur 702 b. defunctus exauthoratur 698 b
Arsenicus episc. 533 b. 534. a. filiorum Theodosij præceptor 616 a. ad pacificationẽ Alexandriã à Zenone missus 839 a
Arsenius Tripolitanus episc. Antiochiã translatus 757 a
Arsenij cum Athanasio contentio 379 a encomium 616 b
Arsenium uiuũ exhibens Athanasius falsum à se crimen refellit 378 b
Arsesius monachus 574 b
Artabani regis mors 51 a
Artemilla baptizatur 116 b
Artemij ducis et Augustalis Antiochiæ martyrium 481 a
Artemisius mensis 867 b
Artenius Iuliani imp. percussor 511 a
Artemonis hæresis 195 b. 196 a. 252 b
Arxiburus Sergij canis 952 a. eius ieiunium 952 b. & a
Ascetes monachus 743 b. inter impudicæ mulieris illecebras linguam suam morsicus conscidit 268 b
Ascetæ sciũ de monachis dictũ 407 b
Ascetriarum antiquus status 107 b
Ascetriarum puellarum persecutio & martyria 262 b
Ascholius episc. Thessalonicensis 597 b 601 a. ueri episcopi exemplar ibid. b
Asclepas Gazæorũ episc. 397 a. 403 b à Gazæis Constantio intercedente receptus 424 b
Asclepiades episc. Antiochenus 195 a. 216 b. 226 b. Arianus 565 b
Asclepiades Nouatianorum episcopus quinquaginta annorum 735 b
Asia ab in decim præsidibus olim gubernata 661 b
Asia minor maximis terræmotibus concussa 66 a
Asiana diœcesis 604 b
Asiani propter paschæ celebrationem à pontifice damnati 630 a
Asianorum episcoporum Ephesiæ congregatorum de circulatoribus scriptum 830 b
Aspar angelo Dei duce per lacũ itinere facto Rauennam capit 716 b
Asparis cædes 812 a
Assentationis perniciosæ memorabile exemplum 103 b
Assyrij populi 416 a
Assyriorum regnum 50 b
Astacenus sinus 543 b
Astacus 289 a
Asterius Cappadox Ariani discipulus 385 a. Orientis præfectus 660 a. ex sophista Christianus factus. 385 a
Asterij hæresis ibid. b. in Gregorium episcopum Antiochenum tumultus, 819 b. in Christi martyres pietas. 241 b
Asterij senatoris Romani præclara facta ibid.
Asterio magistratus abrogatus 918 b
astrologorum errores 225 a
Astronomiæ Ptolemaicæ studium episcopis olim prohibitum 395 a
Astyages Medorum rex 50 b
Asyla Eutropij instinctu abrogata. 662 b
Atalarichi mors 878 b
ataxia & ordinis cõfusio in ecclesia uitanda 338 b
Athanaricus Christianos inter populares suos crudelissimè persequitur 587 a
Athanarichi Gotthi cũ Fridigerno bellum intestinum 585 b
Athanasius episcopus Alexand. 528 b. 840 b. notarius & diaconus 370 a. 326 b. Alexandri episcopi Alexandrini in episcopatu successor 369 a
Athanasius Anazarbi episcopus 320 b
Athanasius Ancyran. episc. 458. a. 519 b
Athanasius Magnus fortissimus hæresium expugnator 949 a. à concilio repudiatur 402 b. à Constãtino iam morituro, ab exilio reuocatur 386 b. Alexãdriæ latitat 489 a. ab Alexandrino præfecto in exilium mittitur. 535 b. 536 a. Alexandriã reuertens, Arianos ecclesijs exigit, eisq; orthodoxos substituit 426 a. ab Arianis grauiter accusatur 378 a. multis calumnijs ab Arianis afficitur 376 a. ab Arianis et Græcis magiæ insimulatur 438 a. ab Arianis illustratur. 307 b. apud imperatorem accusatur 520 b. apud Constantium falso criminatur 429 b. à tribus Orientalibus episcopis apud Constantem accusatur 399 a. ut contumax damnatur 379 a. accusatus, à Constantino imp. absoluitur 377 b. à Constantio in integrũ restituitur 424 b. cum Eustathianis cõmunicat ibid. a
Athanasius Constantij literis ab exilio reuocatur 421 b. & 422 a. auerso Nilo nauigans, persecutorum manus effugit 489 a. calumnijs Eusebianorum circũuentus, ad Treuiros relegatur 381 a. cum annis aliquot latuisset, subitò Alexandriæ apparet 474 b. diuina prouidentia à uirgine conseruatus 475 a. ecclesiæ suæ à Valente restituitur 536 a. ex Gallia Alexandriam reuocatur 391 a. falsum stupri crimen à se amolitur 378 b. idolomaniæ Alexandrinæ abolitionem prædicit 458 b. in corrupto iudicio ad Cæsarẽ Constantinũ appellat 379 a in specu sex annis latitat 438 a. Origenis scripris plurimùm aduuatur. 675 a. per ludum nondũ ephebus, à pueris episcopus creatur 369 b. Romã fugit 396 a. sæpenumero diuinitùs pericula præsentia effugit 438 a. uitã Antonij monac. descripsit 363 a
Athanasij ad amicos de formula fidei epistolæ 465 a. ad Constantinũ imp. preces 380 a. ad Iouianum de sinceriore fidei professione scriptũ 520 b. apud Constantẽ querimoniæ 399 a. cum Maximo Hierosol. episcopo colloquiũ 426 b. cum Valente & Vrsicio Arianis amicitia 427 a. de Arij periurio & interitu scriptum 383 a. de Arianorũ improbitate sententia. 333 b. de Virginitate liber 363 a. libre ad Theodosium imp. dictũ 795 a
Athanasij diaconi Hierosol. martyrium. 795 a. encomium 370 a. fuga 398 b 429 b. exiliũ 488 b. scitè dictũ. ibid. in Aegyptũ gloriosus reditus 425 a. b. in Syriæ Antiochiã præfectio 423 b
Athanasij innocentia ab Vrsicio & Valente declarata 427 b
Athanasij liber synodalis 325 a. b. sub Constantio res & ærumnæ 437 b. mors 555 b
Athenais Leontij philosophi filia doctissima 733 b. à patre exhæredata 734 a. Theodosio matrimonio copulatur 734 a
Athenienſiũ idololatria 11 b. seditio & rebellio 66 a
Athenodorus episc. Alexãdrinus 222 b
Athenodorus episc. Cõstantinop. 314 a
Athenodorus Origenis discipulus 223 b
Atho mons 575 a
Attalus ab Honorio ad imperij Ro. societatẽ inuitatus 700 b, ab Honorio cũ suis uictus. ib. eius contra Alarichum bellum 700 a. cædes 192 b
Attalus martyr 190 a
Attali exilium 700 b. martyrium 192 a
Atticus episc. Cõstantinopolitanus 693 b ex Macedoniano orthodoxus factus. ibid. persecutionẽ in pleraſq; ecclesias concitat 694 b
Atticus superstitionũ acerrimus hostis. 735 a. horam mortis suæ prædicit 736 a

Attici episcopi ad Calliopiũ scriptũ 735 a. ad Cyrillũ de Chrysostomo in episcoporũ numerũ recipiendo epistola 737 a. ad Petrũ & Aedesium diaconos de Chrysostomo scriptũ 738 a. in Ioannitas odium 693 b. in pauperes liberalitas 735 a. mors 741 b
Attilae Hunnorũ regis aduersus Ro. bellum 782 b. mors ibidem
Atys deus 515 a
Adaucti martyrium 266 b
Audiani haeretici 540 b
Audus Augari Edessenorum principis filius sanatur 99 a
Augarus Christũ sibi à pictore formari curauit ibid. b. à morbo incurabili liberatur 98 b
Augari toparchae ad Christum epistola 999 b
de Augari rebus libri conscripti, Edessae seruantur 100 a
Augustulus Occidentis imp. 797 a
Augusti Caes. in Aegyptũ impetus 57 b mors 66 a
Augusti Caes. temporibus Ro. imperium fuit in summo flore 184 a
Augusto Caesari de successore datũ ab Apolline oraculum 66 a
Auitus imp. Occidentalis 797 a
Aurelianus ecclesiae Epiphanensis diaconus 848 b
Aurelianus imp. 250 b. 254 b. episcopis prae caeteris praerogatiuam concessit 250 b
Aureliani imp. contra Christianos impietas 251 a
Aurelius Alexander imp. Ro. 222 a. eius erga uiros doctos amor. ibid. mors crudelis 251 b
Aurelius Cyrenius martyr 200 b. praefectus summi apud Gordianum ordinis 240 b
aurum purissimum 419 a
Authus episcopus 533 b
Autonomi martyris in sinu Nicomediae templum 938 a
autorum prophanorum lectio Theologis necessaria 256 a
Auxentius Addae filius 653 b. Exscholaris 807 a. Mediolanẽsis episc. 410 b. Arianus 405 b. 566 a. monachus 775 b
Auxentij confessio 296 b. martyrium 269. a b. mors 567 a
Auxumis ciuitas 416 a
Auxumitae populi ibid. Graecorum sacrorũ consectatores 897 b. ad Christianam religionem conuersi ibid.
Axiora Iudaeorum pontifex 95 b
Azadanes diaconus & martyr 358 a
Azadis eunuchi Persarum regis martyrium 357 a
Azarethi contra Ro. expeditio 875 a
Azarias Iudaeorum pontifex 95 b
Azagene prouincia à Romanis uastatur 731 a
Azymorum dies 77 b

B

Babylas episcopus & martyr Antiochenus 226 b
Babylas martyr Nicomediensis 227 a. eius martyrium 254 b. 500 b. 762 a
Babylae martyris ossa in Daphnaeũ templum translata 500 a. item Antiochiam ibid.
ob Babylae cineres oraculum Daphnaeũ obmutuit ibidem
Babylianus episcopus 249 b
Babylonica captiuitas 50 b. eius captiuitatis finis 51 a
Bacchides Antiochi impietatis minister occiditur ibid. b
Bacchus impuritatis deus 768 b
Bacchi Androgyni statua 479 a
Bacchi martyrium 294 b
Baccho hymnus ab Epiphanio decantatus 538 b
Bacchylus episcopus Corinthi 195 a
Bacurius dux 641 b
baptismus Ioannis 67 b
baptismus per ignem 214 a
baptismus Iudaeis post fidei institutionẽ conferendus 722 a. 727 a
baptismus à Iudaeo lucri gratia saepe reiteratus ibidem
baptismus haereticis non iterum communicandus 228 a. b
baptismi caeremoniae 174 a. unda & caeremoniae 286 b. in Thessalia tempus & caeremoniae 633 a. noua formula ab haereticis conficta 178 a
baptismi uerba à Deutericho Ariano praeuaricata 854 a
baptismi sacramentũ Iudaeo cũ harena, deficiente aqua, cõmunicatũ 173 b
baptismi sacri improba reiectio 541 b
in Baptismo adoptamur filij Dei per Christum 851 a
baptizati per ludum, non denuò rebaptizandi 347 a
baptizatorum mystica uestis 604 a
baptizatur Iudaeus à pueris 174 a
baptizandi noua ratio ab Eunomio tradita 536 b. & 537 a
Barachiae sacerdotis filij 95 a
Barbarij ducis res gestae 641 b
Barbas episcopus Antiochenus 723 b
Barbas quidam non absque miraculo ab episcopo Ariano baptizatus 854 a
Barbasimes episc. & martyr 358 a
Barcaba propheta 177 b
Barchochebae Iudaeorum ducis res gestae 163 a
Barcoph propheta 177 b
Bardas Caesar 955 b
Bardesanes 411 a
Bardesanis Syri scripta 185 a. & haeresis ibidem
Barnabae Apostoli ossa in Cypro sub arbore inuenta 856 b
Barnabae seruũ Iesu Christi praedicatio & acta 110 a. epistola 204 b
Barnabae epistolae fictitiae 140 b
Barsaba Iustus uenenũ bibit sibi nequaquam nociuum 160 a. b
Barsae Edesseni episcopi exilia 551 a
Barsanuphius Aegyptius monachus. 887 a
Barsili populi 930 b
Bartholomaeus Matthaei Euangeliũ Hebraico sermone exposuit 203 b
Bartholomaei Apostoli praedicatio 130 b martyrium 131 a
S. Bartholomaei ossa apud Daras reposita 856 b
Basileus Amasaeae episcopus 325 b
Basilias hospitalis domus 578 b
Basilides haereticus 177 a. 253 b. Christianorũ carnifex, ad Christum conuersus factus est martyr 214 a. b
Basilidiani haeretici 181 a
Basiliscus Harmatij filius 832 b. ex Caesare fit sacerdos & episcopus Cyzicenus. ibid. eius martyrium 703 b
Basiliscus tyrannus propter haeresim à Daniele Stylite liberè obiurgatus. 807 a
Basiliscus Leonis imp. contra Vandalos dux 811 b. Romanorũ classem prodit 812 a. eius duces Zenoni conciliantur 832 a
Basiliſci classis à Genserico incensa. 812 a
Basilisci res gestae 826 a. tyrannis. ibid. haeresis 201 b. circulares literae aduersus Chalcedonẽse concilium. 828 b eius caedes 832 b
Basilius Ancyranus episcopus 385 b. 406 a. 441 b. 458 a. 519 a. Ancyrã Galatiae reducitur 429 a. exauctoratur 456 b
Basilij Ancyrani cum Photino disputatio 434 a. martyrium 480 b
Basilio Ancyrano episcopatus abrogatur 403 a
Basilius Cilix Ecclesiasticae historiae scriptor 40 b
Basilius Cretensis episcopus Thessalonicam translatus 756 b
Basilius Macedo 955 b

Basilius Magnus Cappadociae episc. 531 a. à Valente proscriptus 547 b
Basilij Magni encomiũ 544 a. b. persecutiones 271 b. pietas 578 b. scripta 547 b. Ascetica Eustathio Sebastiensi episcopo ascripta 693 b. de scriptis Dionysij Alexandrini iudicium 248 b. in professione fidei constantia 546 b. miracula 547 a. b
Basilij Magni cum Gregorio Nazianzeno arctissima amicitia 544 a. item cum Chrysostomo 660 b
Basilius Porphyrogenneta 756 b
Basilius presbyter, et postea episc. 545 b columna ueritatis 581 a. Iuliani imp. condiscipulus 470 a. Theologorum eloquentissimus 497 b. episcopo cedens in Pontũ proficiscitur 546 a. à Valente exilio damnatur 547 a
Basilij Amphilochia 548 b. in Iuliani edictum cõtra libros Christianorum responsum 496 a. cum Eusebio Caesariensi cõtentio 546 a. reconciliatio. ibid. b. contra Arianos disputatio. 457 a. de cognitione diuina atq; humana sententia 581 a
Bassa foemina sanctissima 775 a
Bassiano episcopo Ephesio episcopatus abrogatus 824 b
Bassones 578 a
Bassumas Flauiani episc. percussor 823 a
Bassus monachus 578 a
beatitudinis ueraе scopus 362 b
Bellisarij res gestae 874 b. & contra Vandalos 875 a. de Vandalis victoria 877 b. triumphus. ibid. alius de Vittige 879 a
benedictio episcopalis 667 a. 680 a
benedictio peregrinantibus ab episcopis data 603 a
Beneuolus Valetiniani imp. scriba 613 a orthodoxi secretarij pulcherrimum exemplum ibidem
Beniamis diaconus ob confessionẽ fidei sincerioris biẽnio incarceratus 729 b
Beniamis illustre per grauissima supplicia martyrium 730 a
Beniamin monachus Aegyptius 572 a & eius miracula ib.
Beniamin episc. Hierosol. 164 a
Benus monachus Aegyptius 570 a
Berathbasia locus 652 b
Berillus Bostrensis scriptor ecclesiasticus 220 b
Beritus oppidum 775 b
Beritus studiorũ iuris magister ibid.
Berrhoea ci. incendio deformata 880 a
Berrhoea eadem quae Chaleb 755 a
Beryllus haereticus ab Origene ad ueram Euangelij doctrinam reductus 224 b
Berylli Bostrensis episc. errores 224 a
Bethania uicus 346 b
Bethelea uicus 576 b
Bethlehem ciuitas 58 a
in Bethlehem et in Nazareth Ioseph et Maria possessiunculã habuere 61 b
Bibliadis generositas 191 a
Biblia quãdo à septuaginta interpretib. in Graecum translata 96 a
Bibliorum uariae trãslationes Origenis tempore 217 b
de Bibliorum libris canonicis, Origenis iudicium 221 a
bibliotheca Alexandrina 220 a. Eliensis. ibid. Hierosolymitana. ibid. Ptolemaei. 187 b. S. Sophiae apud Cõstantinop. insignis. 41 b. Theodosij 711 b
bigamorum reiectio 634 a
Butherebis oppidum 717 b
Bithera ciuitas munitissima 163 a
Bitya oppidum 543 a
Blachernae suburbana Constantinopolis regio 808 b. 710 b. 936 b. restaurata à Constantino 30 a
Blandilla martyr 190 a. eius constãtia, 192 b. 193 a. in perferendis cruciatibus tolerantia 190 a
Blandillae martyrium 192 a
Blasius Persarum rex 855 a
Blastihaeresis 195 b
Bochchi Iudaeorum pontifex 95 b
bombycum in Persia copia 932 a
Bonae deae sacra 768 b
Bonifacij Libyae ducis cum Genserico bellum 782 a. cum Vandalis amicitia 781 b
Bonifacius presbyter 697 a. Rom. pontifex 724 b
Bononia Galliae 714 a
Bonosius Pont. max. 901 b
Brisson Augustae eunuchus uulneratur. 669 a
Brisson Philipporum episc. 682 a
Britanius episc. Scytharum 533 b cõtra Valentẽ Nicaenã fidem defendit 562 b. in exilium actus & reuocatus 562 b
Britanio à Constantino in gratiam receptus 434 b
Britanionis tyrannis 428 b
Britannorum seditiones 714 a
Brochti locus 689 b
Bruti mors 53 b
Bucalis Arianae haeresis primus autor. 313 b
Buddae haeresis circa principia 253 b
Bulgarorum ad Christianismũ conuersio 955 b
Burgũdiones ab Hunnis infestati, Christianã religionẽ cõplectuntur 758 a
Burgundionũ de Hunnis uictoria 579 a
Busiridis martyrium 480 b
Bytharia 857 a
Byzantiũ opp. liberae cõditionis, antea Lygos dictum 300 a
Byzatij à Cõstantino debellati ibid.
Byzantij primordia 310 a. Vide Cõstantinopolim
Byzantiorũ episcoporũ successio 314 a Vide Constantinopolim.

C

Caath regio 931 a
Cabades Persarũ rex 874 b. ad fidẽ Christianã conuersus 856 a. bellũ cõtra Anastasiũ ob denegatã sibi pecuniã renouat 855 b. uxoris beneficio ex carcere liberatur, et Nephthalitarũ regnum recuperat ibid. a
Cabadis Persarũ regis res gestae ibid. a de uxorũ cõmunione lex. ibid. cum Romanis pax ibid. b
Cabadi regnũ à Persis abrogatũ ibid. a
Cabaõis Maurorũ ducis res gestae 875 b
Cænophrurium castellum 254 b
caeremoniae mysticae cur Iudaeis à Deo datae 46 a
caeremoniarũ in ecclesia diuersitas unde 634 a
caeremoniarum etiam apostolorũ tempore magna fuit in ecclesia diuersitas ibid. b
caeremoniarum ueteris Testamenti usus. 49 b
Caesarea Philippi ciuitas 241 b
Caesariensis scholae institutio 257 a
Caesarius Gregorij Nazanzeni frater, et Theodosij imp. aulae magister 648 b. eius in uxorem pietas 719 a
C. Caesar Iudaeorum templa suis statuis exornat 102 a
C. Caesaris mollities atq; animus effoeminatissimus 103 a
C. Caesaris effigiẽ in templo Iudaei nolunt erigere 101 b. & 102 a
Caiphae palatium 347 a
Caius scriptor ecclesiasticus 220 b. 185 b. 205 b. episcop. Hierosolymitanus 195 a. Arij sectator 318 a
calamitati nullius insultandum 383 a
Calaudion episc. Antiochenus 813 a. eius exilium 835 b
Calemerus agricola Eleutheropolis praefectus 717 b
Caligulae imperium 101 a
Callicrates episcopus Claudiopolitanus 519 a. 533 b. 534 a
Callicroe fluuius 64 b
Callistus 765 a. pontifex 194 b
Callisti apud Constantinopolitanos porticus 765 a

Calapodius 845 a
Caluariæ mons 435 a
in Caluariæ locum noua Hieruſalem à Conſtantino ædificata 346 a
in Caluariæ loco infideles, in Chriſti contumeliam Veneris templum ere-xerunt 343 b
camelopardalis animalis elegãs deſcri-ptio 418 a
Cãpania ab Alarico depopulata 701 a
Candaces Aethiopũ reginæ eunuchus ad Chriſtianiſmũ conuerſus 98 a
Candidus ſcriptor eccleſiaſticus 205 b
Cãdidi in terrã ſanctã profectio 808 b
canis humana uoce loquitur 118 b
canis cæci mirabilia uaticinia 898 a
canis apud Armenios feſtum 952 a
canones eccleſiaſtici 604 b
canonum non tam uerba quàm mens eſt inſpicienda 754 b
Canonici libri noui Teſtamenti 204 b
de Canonicis ſcriptis noui Teſtamenti Nicephori iudiciũ 138 a. & 139 a. b
Caparganala ciuitas 718 a
Capernaum ciuitas 346 b
Capito epiſc. Hieroſol. 195 a
Capitolij Ro. conflagratio 153 a
Capitolini Thraciæ præfecti crudeli-tas 479 b
Cappadocum monaſteria 578 b
captiui olim eccleſiaſticis bonis ab ho-ſtibus redempti 733 a & b
carbunculi morbus 280 b
Cari interitus 254 b
Carinus ibid. b. eius interitus 255 a
carmina funeralia 463 b
carnis abuſus 155 b. mortificatio 571 b
carnifices martyrũ uirtute atq; conſtan-tia ad fidem conuerſi 267 a
Carpocrates hæreticus impurus, impu-dens & uoluptuarius 177 b
Carponas Arij ſectator 313 a. 318 a
Carpus martyr 173 b
Carræ Craſſi clade nobiles 508 b
Carterij Macedoniani cum Eutropio di ſceptatio 626 b
Carthago à Genſericho capta 797 b. expugnata 782 b. Romano imperio ſubiecta 877 b
Caryophyllum 417 b
Caſpiæ angustiæ 845 a
Caſſianus epiſc. Hieroſol. 195 a
Caſſij Syriæ prætoris res geſtæ 53 b mors ibid. 54 a
Caſtalius fons oracularis 499 b
caſtratio ſpontanea 429 b
Caſtor Agrippa 177 a
Caſtori atq; Polluci templũ Antiochiæ à Tiberio ædificatum 66 b
Catecheſis ſiue inſtitutio ante baptiſ-mum 227 a. 727 a
Catharorum hæreſis 807 a
Cathegius 697 a
Catholicus Africæ 294 a
Cataphrygæ hæretici 184 b. 197 a. b 199 b
Cæſarea ciuitas 503 b. Romanis uecti-galis à Tiberio facta 66 b. à Iuliano in ordinem redacta 473 a
Cæſares epiſcoporũ poteſtatib. in eccle-ſiaſticis rebus ſubiecti 226 a
Cecilianus Carthaginẽſis epiſc. 294 b
Cecropius Nicomedienſis epiſc. 442 b
Cedron torrens 346 a
Celadion epiſc. Alex. 163 b
Celer aulæ apud Anaſtaſium imp. præ fectus 844 b
Celeſtinus pont. max. 724 b
Celſus epiſcopus 533 b
cenſus uniuerſalis ſub Auguſto in orbe actus 58 b
Cerdebæi cõtra Iudæos res geſtæ 52 a
Ceraboris martyrium 166 b
Ceraunoboli 186 a
Cerdo epiſc. Alexandrinus 144 a. eius hæreſis 177 b. & 178 a
Cereris Eleuſinæ ſacra myſtica 377 b
Cerinthus hæreticus 177 a. 195 b
Cerinthi hæreſis 155 a. 246 b
Ceſtij Flori Iudæorũ procuratoris auda-ritia 145 a
Cete 418 a
Chaganus Hunnorũ dux 929 b. eius in Macedonia res geſtæ 936 b. itẽ con tra Romanos 929 b. cõtra Turunum 931 a. cũ Taugaſtanis fœdus ib. in A-lexandrini martyris cineres impie-tas 929 b. de Abdelitis ſiue Ephrha-litis in oriente uictoria 930 b
Chagani barbaricus faſtus & inſolen-tia 930 a
Chaleb ciuitas 755 a
Chalcedon quaſi ſuburbanus Conſtan-tinopolis uicus 789 b
Chalcedonis muri à Valente diruti 530 a. reſtaurati 531 a
Chalcedonenſis ſynodus 789 a
Chalcedonenſis ſynodi doctrina 850 b acta 791 a. 792 a. et 793 a. 814 a. nõ ab omnibus cõprobata 843 b. 873 a. 852 b
Chalcedonenſis ſynodi canones 824 a. 792 a. oppugnatio 943 a. 867 a. da-mnatio 828 b. 829 b. 835 b
Chalcedonẽſis ſynodus à Timotheo Ae luro diffamata 804 a. à Iuſtiniano ſemper defenſa 872 a. ab Aeluro & Amphilochio damnata 804 a. om-nium epiſcoporum calculo confirma ta 801 b
Chalcedonẽſis ſynodi oppugnatores ab Anaſtaſio imp. dignitatibus priuati. 843 b
contra Chalcedonẽſem ſynodum à mo-nachis Antiochiæ grauis mota ſedi-tio 846 a
Chalcidis ſolitudinis monachi 578 b
Chapharchon uicus 577 a
Charchæ 925 b
Chariſtus epiſcopus 533 b
Charitonis confeſſio 254 b
Charin Parij hæretici 951 b
Chelcias Iudæorum pontifex 95 b
Cheremonis Stoici libris Origenes plu rimum eſt delectatus 219 a
Chiliaſtarum hæreſis 160 b
Chioniæ martyrium 269 b
Choſroes Perſa diuinis miraculis ad Chriſtianiſmũ cõuerſus 882 b. Mau ricij imp. ope in regnũ ſuũ reducitur 924 b. S. Sergio crucem auream dedicat 925 a
Choſrois cõtra Ro. bellum 880 a. de bel lo Romanis nõ inferendo lex 910 b
Choſrois Perſæ in Oriente res geſtæ. 853 b
Choſrois Aſiratonij diuinationes 928 b nocturnæ uiſiones 929 a. ad Mauri-cium imp. fuga 924 a. clades 910 b. mors ibidem
à Choſroe diſcus aureus S. Seruio uoti-cauſa inſcriptus 925 b
Chreſtus Nicææ epiſcopus 331 b
Chriſtus ab initio mundi hominibus co-gnitus 45 a. uerus deus et homo 77 a ſtatim ab Adamo patrib. ueteris te-ſtamẽti p figuras fuit cognitus 49 b
Chriſtus cur & quomodo Ioſephi dica tur filius 95 a. cur primis hominibus nõ tã clarè ut nobis innotuerit 45 b
Chriſtus cur à Ioãne baptizatus 67 b. quare dicatur filius hominis 46 b
Chriſtus à domino unctus Moſis teſti-monio 47 a. ueriſſimus ſeruator noſter, in quo nihil neq; imaginariũ, neq; fucatũ 48 a. uerus ſacerdos ac pontifex. ibid. quomodo ſacerdos ſe cundũ ordinẽ Melchiſedech. ibid. ſe-cundũ carnẽ tantum paſſus 851 a
Chriſtus Dei filius carniſer, & homo deifer 568 b. xij annos natus cum legis doctoribus diſputat 63 b
Chriſtus intra quod tẽpus, & ſub quib. doctrinæ ſuæ curſum peregerit 78 b
Chriſtus miraculis fidẽ diuinitatis ſuæ confirmauit 74 a
Chriſtus quomodo patri conſubſtantia lis dictus 336 a. Petri erga ſe amorẽ cur toties explorare uoluerit 86 a. an extremã horã nouerit, diſcepta-tur 626 a. diſcipulorũ ſuorum pedes cur lauare uoluerit 78 a
Chriſtus captus, ad diuerſos ludibrij cauſa ductus eſt 79 a & b
Chriſtus crucifigitur, & inter ſcelera-tos deputatur 80 a. cur in publico lo co crucifixus 81 a
Chriſtus nõ tantũ ut homo, ſed ut deus etiã iuxta carnem eſt paſſus 80 b
Chriſtus quadriduã ratione tertio à morte die reſurrexerit 87 b. poſt reſurrec-tionẽ cur tam multis ſe manifeſta-re uoluerit 81 b
Chriſtus quo myſterio quadrageſimo à reſurrectione die ad cœlos aſcende-rit 87 b
Chriſtus cur die L. à reſurrectione, ſpi-ritũ ſanctum demum miſerit 88 a
Chriſtus à Cæſ. Tiberio contra ſenatus Ro. ſententiam in deorum numerum relatus 100 a
Chriſtus uerus & fidelis martyr 194 a
Chriſtus ipſe in ſanctis martyribus, ut in membris ſuis patitur 190 b
per Chriſtũ ſumus filij Dei in baptiſmo adoptati 851 a
Chriſtus per contemptũ Galilæus à Iu liano apoſtata appellatus 490 b
Chriſti nomẽ ueterib. Hebræis cognitũ, & in magno honore habitum 47 a
Chriſti nomẽ à Moſe in ueteri Teſtamẽ to apertè expreſſum ibid.
Chriſti ſeruatoris aduentu Romanũ au-ctum imperium 463 a
Chriſti genealogiæ diſſonantia apud Euangeliſtas unde nata 224 a
Chriſti genealogia ex Africano decer-pta 58 b
Chriſti natalis dies quando primùm in-ſtitutus 893 b
Chriſti incarnatio 46 a. 60 b. 820 a. 58 a. 745 a. 861 a
Chriſti duplex natiuitas, diuina & hu-mana 44 a. 748 a. circunciſio 61 a
Chriſtus in domo Ioſephi circunciſus. ibid. b
Chriſti pueri exiliũ in Aegyptum 63 a
Chriſti de Ioanne Bap. teſtimoniũ 68 b
Chriſti in templo oblatio 61 a
Chriſti humanitatis ac diuinitatis uera ac certa indicia 73 b
Chriſti erga parentes obedientia 64 a. doctrina 71 b
Chriſti doctrina non eſt noua 48 b
Chriſti doctrinæ finis et ſcopus 72 a. miracula uaria 74 a & b
Chriſti miracula nõ omnia ab Euange-liſtis ſunt conſcripta ibidem a
Chriſti transfiguratio ibid. b uariæ un-ctiones 76 b. pontificatus & ſacrifi-ciũ 746 b. œconomia in mũdo 46 b. monarchia 861 a. ſacerdotiũ ſempi-ternũ 48 b. regnũ ſempiternũ 46 b. in urbem Hieroſolymitanã triũpha-lis ingreſſus 76 b. paſſio 820 a. mors illuſtris 81 a. ſepultura magnifica 81 b
Chriſti ſeruatoris ſepulchrũ magno mi-raculo inuentum 343 b. & 345 a
Chriſti ſepulchrũ à Conſtantino imp. reſtauratum 343 b. & 344 a
Chriſti ſepulchro obruto, infideles Ve-neris ibi templum erexerunt 343 b
Chriſti reſurrectio 75 a. 81 a. 820 a
Chriſti reſurrectionis certa indicia 81 b & 82 a
Chriſti poſt reſurrectionem apparitio-nes & miracula 84 b
Chriſti reſurrectio ſanctarũ mulierum atq; diſcipulorum teſtimonijs com-probata 82 b
Chriſti reſurrectionis feſtum quomodo & quando celebrandum 340 a
Chriſti reſurrectio cur non perinde ut mors eius aperta ac manifeſta fue-rit 81 b
Chriſti in terris poſt reſurrectionẽ, mil le annorum regnum 160 b
Chriſti corpus poſt reſurrectionem di uinum 82 b
Chriſti deſcenſus ad inferos 76 b. 80 b
Chriſti anima apud inferos non reten-ta ibid.
Chriſti in cœlum aſcenſio 86 b
Chriſti tunica indiſſolubilis 315 b
de Chriſti imperio oraculum in templo Hieroſolymitano inuentum 146 b
Chriſti in hilarioribus conuiuijs inuoca tio 493 b
Chriſti negatores ab Eccleſia, reſipiſcẽ-tes ſuſcipiendi 192 b
Chriſti ſaluatoris effigies et ſtatura 89 a. facies ab Augari pictoribus ex-primi non potuit 100 a
Chriſti & matris eius effigies ad Perſa-rum regem perlata ib.
Chriſti crucifixi imago martyrib. oſten ſa 214 b
in Chriſto reuera duæ naturæ 792 a. 819 b. 832 b. 850 b. 944 a
Chriſto ab Auguſto ara in Capitolio erecta 66 a. multa tẽpla à Conſtan-tino ſacrata 302 a
Chriſtiani ab omnibus dignitatib. à Iu-liano remoti 494 b. in infamiam & odiũ publicũ coniecti 190 a. permiſ-ſione diuina afflicti 276 a
Chriſtiani hominis uita 213 a
Chriſtiani hominis profeſſio in quibus potiſſimum conſiſtat 49 a
Chriſtianorum origo 49 a. nomẽ An-tiochiæ primùm natum 98 b
Chriſtianorum nomen ab autore ſan-ctificatum 47 b
Chriſtianorũ nomẽ & eccleſia ab ipſa Chriſti apparitione extitit, ſed pro-feſſio eorum ab exordio mundi cele-brata eſt 49 a
Chriſtianum nomen ueteribus etiã an-te Chriſtum competit ibid.
Chriſtianorũ fides uiuidiſſima 48 b
Chriſtianorũ maxima apud Alexãdri-nos perſecutio 212 b. item ſub Ne-rone 126 b. Diocletiano repentina. 271 a. Domitiano 152 a. Seuero 211 a Traiano 156 a. in Perſide 355 a
Chriſtianorũ contra ſatanam arma ſpi-ritualia 227 a
Chriſtianorũ cũ Iudæis de religione ue ra, in urbe Ro. colloquium 288 b
Chriſtianorũ diſſidia ex ignauia & tem porum felicitate nata 260 a
Chriſtianorum oratoria in templa muta ta ibid.
Chriſtianorum in rebus proſperis igna uia ibid.
Chriſtianorum Pæanes 278 a
Chriſtianis infideles mundi caſus aſcri-bunt 166 a. membra mutilantur, ne morte ſupplicij finẽ aſſequãtur 267 a
Chriſtiana religio omniũ antiquiſſima. 44 a. 48 b. 50 a. non eſt arte dialectica ſuffulta 327 a
Chriſtiana religio homines etiam feros ad humanitatem excolit 585 b
Chriſtiana libertas 629 b
Chriſtianiſmus non ab hominibus, ſed à Deo uenit 353 a
Chriſtianiſmi mirifica propagatio 298 a. incrementa 161 a. 419 b
Chriſtophorus martyr 227 b
Chryſampelus epiſcopus 533 b
Chryſanthus Britãniæ uicarius, inuitus epiſcopus à Nouatianis creatus 722 b. & 723 a. etiam defunctus, Nicæ-næ ſynodi decretis miraculoſe ſub-ſcripſit 237 b
Chryſanthi Nouatiani epiſ. mors 726 b
Chryſaphius eunuchus 765 b. 788 b relegatur 769 a
Chryſaphij in Flauianum odium 765 b & 766 a. mors 769 a
Chyſogoni ad Anaſtaſiam epiſtola. 784 b
Chryſoſtomus theologorum eloquen-tiſſimus 497 b
Chryſoſtomi cũ Siſinio diſputatio 637 a. eius epiſtolæ à Baſilio & Gre-gorio commendatæ 549 a
Chryſoſtomi orationes, quas ἀνδριάν-τας inſcripſit 648 b

Chrysostomi sacri ordines 660 b. mors 702 b. Vide Ioan. Chrysost.
Chrysopolis ciuitas 735 b. 297 b
Chubdan ciuitas ab Alexãdro Magno condita 932 a
ciborum in ecclesia Dei delectus 482 a
ciborum delectus uarius in ieiunijs à diuersis obseruatus 632 a
Cinaron locus 726 a
Circenses ludi 712 a. 880 b
Circesium oppidum 903 b
circuncisio Christi in domo Iosephi facta 61 b
Clerus episcopus Ptolem. 206 b
Claudianus poeta 783 a
Claudius imperator Rom. 250 b. 254 b
claui Christi crucifixi 345 b
clauium ecclesiæ potestas 644 a & b
Clearchus præfectus 530 b
Clemens presbyter Alexandrinus. 216 b
Clemens Alexãdrinus cõtextor 179 b
Clemens Pantæni in schola Alexandrina successor 204 a
Clementis Alexandrini facta & lucubrationes 203 b. & 204 a
Clementis Ancyrani episcopi martyrium 269 a
Clementis põtificis parentes & genus. 125 b. 144 a. scripta 158 a. uita & martyrium 157 b
Clemẽtis ad Corinthios epistola 188 a & alia in Corinthiaca ecclesia lecta 182 b
Cleobiani hæretici 181 a
Cleomedes pugil in deorum numerum relatus 515 b
Cleopater episcopus Arianus 565 b
Cleopatra regina 52 b. quibus artibus in Cæsaris manus deuenerit 57 b
Cleopatræ & Antonij amor 54 b. 57 b
clerici à Iuliano in senatum lecti 483 a
Cnaphei epis. Antiocheni pietas 812 b. exilium 828 b
Cœlestinus pont. max. 753 a. eius ad Nestorium literæ 747 a
Cœlesyriæ monachi 578 a
cœmiteria Christianorum à Gordiano permissa 240 b
cœna paschalis 77 b
cœnæ Dominicæ prima institutio 78 a Vide Eucharistiam
Colluthus 315 a
columbæ auspicio Fabianus factus episcopus Rom. 226 b
in Columbæ specie cur spiritus sanctus, dum Christus baptizaretur, sit uisus 67 b
Comarius Procopij tyranni proditor. 530 a
cometa ante mortem Constantini imp. uisa 386 b. itẽ sub Theodosio 638 b
Commentioli Rom. ducis contra Chaganum Hunnum res gestæ 929 b. item contra Persas 923 a
comitatenses 559 a
comitatus ibid.
Compres monachus Aegyptius 570 a
commendatitiarum literarum tesseras Iulianus instituit 491 a
Commentioli contra Barbaros res gestæ 935 b
Commodus imperator 194 b. 201 a
ad Communionẽ profugi episcopi à Romano episcopo admissi 397 a Vide Eucharistiam
concilia quatuor uniuersalia 798 b septem primaria œcumenica 28 a
conciliorũ utilitas atq; necessitas 339 b Vide Synodos.
conciones ad Populum Rom. in ecclesia non habitæ 633 b
concordiæ studium in ecclesia diligẽter conseruandũ 323 a. & b itẽ 324 a
concubitus illiciti à Constantino prohibiti 299 b
confessio peccatorum priuata 623 b. 624 b
confessio peccatorũ ante Eucharistiam necessaria 571 a
confessionis Christianæ memorabilia exempla 729 a
in Confessione mulier à diacono compressa 624 a
congiaria quando Romæ dari solita. 493 a
coniugij necessitas 332 b
coniugij atq; cœlibatus collatio 107 b
coniugij leges à Cõstantino latæ 299 b
coniugalis castitatis memorabile exemplum 363 b
coniugia sacerdotum 632 b
Conon abbas 891 a
Conon Apameus episcopus insignis bellator 854 b. eius aduersus Philoponum disputationes 944 b
Cononitarum hæresis 947 b
conscientiæ carnificina 191 b
conscientiæ bonæ hilaritas 695 b
Constantia Phœnicum ciuitas 359 b
Cõstantinopolis primordia 300 b. 311 a bonum augurium 311 a
Cõstantinopolis à Constãtino denominata 301 a. noua Roma dicta 311 a 604 a. alter paradisus 224
Constantinopolis ciuitas Mariæ uirgini sacrata 341 b. diuina prouidentia à barbarorũ insidijs conseruata 666 a à Gothis uastata 602 a. ab Emanuele Palæologo restaurata 28 b. & 30 a
ad Cõstãtinopolis encænia episcopi Nicenæ synodi à Constantino imperatore inuitati 341 b
Cõstantinopolis urbs imperialis, à Christianis per Emanuelem imperatorem retenta 34 b
Constantinopoli cõmune imperatorum sepulchrum 387 a. palatium imperiale ab Emanuele imperatore constructum 30 b
Cõstantinopoli tumultus in Anastasium imperatorem excitatus 863 b
Constantinopoli Turcæ prædones eiecti 22 b
Cõstantinopoli propter Eutychetis errores synodus prouincialis coacta. 766 b. templum à Ioannitis incensum 686 a. ob receptum Macedonium 398 a. propter episcopi electionem 392 b
Constantinopolitanæ urbis laus 34 a. 301 a. ornamenta ibid. b
Cõstantinopolitanæ in fidei negocio contentiones 381 b. 737 a
Constantinopolitanæ sedis iurisdictio integra in concilio Ephesi restituta. 832 a
Constantinopolitanæ plebis tumultus. 886 b. alius propter leniorem in idolatras iudicum sententiam 911 b item cõtra Mauritium imperatorem seditio 936 b
Constantinopolitani imperij terminus. 311 a
Constantinopolitani episcopi primatus. 793 b. 604 a. 824 b
Constantinopolitana in episcopi electione seditio noua 396 a
Constantinopolitana quinta synodus uniuersalis 890 b
Constantinopolitanum concilium 606 a 873 b. 380 b. 597 b. 601 a. 689 b eius decreta 767 b. 604 a. 891 a. confirmatio 829 a
Constantinopolitanum concilium aduersus Seuerum & Zooram 873 b
Constantinopolitanũ incendium 759 a. 875 a. 805 b
Constantinopolitanorũ episcoporũ successiones 314 a. 866 b. 872 a. 942 a
Constantia Licinij Cæsaris uxor 271 b. 310 a. 470 a
Constantiæ Constantij uxoris mors. 436 a
Constantinianæ thermæ 682 b
Constantia Palæstinæ Gazæis à Iuliano subiecta 473 a
Constans Romanorum ad Persas legatus 272 a

Constans

Constans Chlorus 271 b. Imperator ex monacho creatur 272 a. 714 a. Italiæ atq; Africæ imperium recusans, Britannia & Gallia contentus uixit 273 a
Constans à Constantino patre Imperator declaratur 386 a
Constans Imp. Christianorum fautor. 273 a. constanter professionem fidei cõsubstantialis retinuit 420 a
Constantis in Drepano somniũ 272 a. ad Constantium de restitutione Athanasij & Pauli literæ 421 b. & 422 a. libido 272 a. mors 273 a. mores & uita ibid. cædes 428 b. 714 b
Constantinæ Augustæ & filiarum eius cædes 939 b. epitaphium 940 a
Constantinus episcopus Constantinopolitanus 314 b
Constantinus Constantis ex Helena illegitimus filius 272 a & b. Constantis successor 309 a. seipsum Christi fidelibus exemplar, quod imitentur, uiuum proponit. 287 a
Constantinus in Diocletiani aula diu educatus 272 b. 308 b. à patre in Romanorum Imperatorem coronatur 272 b
Constantinus Imp. concilij Nicæni præses 330 a. Iudæis infensissimus 339 b. baptizatur 309 b. 386 a. 860 b. 286 b. 462 a. 287 b
Constantinus concordiæ atque unitatis insignis amator 384 a. in urbe Constantinopolitana Sophiæ seu sapientiæ Dei templum ædificat 398 b
Constantinus iniurias Christianorum in Maxentio tyrãno persequitur & ulciscitur 282 a. ob amorem Christianorum à Diocletiano infectatur 272 b. Græcorum atq; hæreticorum lingua indignis modis insectatur 287 b. contumelio sis Zosimi scriptis afficitur 859 a. falso crudelitatis erga suos accusatur 287 b
Constantinus num Crispum filium atq; faustam uxorem occiderit, dubitatur 860 a
Constantinus multorum sanctorum tẽpla diuersis locis sacrauit 310 b. Romani imperij uexillum in Christi signum mutauit 289 a
Constantinus imperij ditiones inter filios diuidit 386 a. Nicænam synodum instituit 328 a. amplificandæ religioni Christianæ totus incumbit 342 b. uiduis uirginibusq; sacris sumptus ex publico constituit 341 b. suam ualetudinem innocentium infantum uitæ postponit 286 a. idolorum templa & statuas diruit 350 a. Christi sepulchrum ab infidelibus dirutũ atq; contumelia affectum restituit 343 b
Constãtinus Imp. lepra inficitur 285 b. liberatur 286 a
Constantinus à Licinij insidijs diuinitus seruatus 296 a. moriturus Athanasiũ ab exilio reuocari iubet 386 b. locum qui Olea dicitur, magnis ædificijs exornat 314 b
Constantinus Pogonatus 897 a
Constantini Imp. ortus, genus, ac parentes 308 a. eius uita breuiter descripta 954 a. encomium 285 a. 387 b. 618 b. 32 a & b
Constantini imperium 271 b. cum Irene 756 a. 955 a
Constantini uirtutes 297 b. statura & forma 387 b. pietas 286 a. erga Christianos insignis humanitas 272 b. liberalitas & munificentia 859 b. & 860 a. erga Theophilum Indum munificentia 415 b. promouendæ religionis studium 359 b. erga Athanasium maleuolentia 384 a
Cõstantini baptisteriũ Romæ diu asseruatum 287 b
de Constantini baptismo discrepant autores 287 b
Constantini Imp. de Ario, sectaq; eius popularibus, & libris eorundẽ constitutio 341 a. item alia pro Christianis 283 b. de Arianorum libris comburendis 341 b item de immunitate clericorũ. 293 b. de episcoporum conuentibus 294 b. pro Christianis edictum 292 b aliud de bonis ecclesiæ atq; Christianis restituendis 293 b. leges, atq; pro Christianis actiones. 286 b. 299 b. 310 a
Constantini contra Iudæos lex. 420 a. item contra hæreses omnes 384 b
Constãtini Imp. portatilis ecclesia 348 a. uicennalia 340 b donatio 299 a. 474 a
Constantini priuilegia Christianis concessa 293 b
Constantini Imp. cum Syluestro Põtifice colloquium 286 a. ad Arium epistola 374 b. item alia ad Alexandrinos, de Ario atq; Nicænæ synodi decretis 339 a. ad Alexãdrum episcopum Alexandriæ & Ariũ 322 b. & 323 b. ad Asianos de celebratione Paschæ 631 a. ad Cecilianum Carthaginensem episcopum 294 a. ad Eusebium Pamphili de ecclesiarum structura. 342 b. de libris ecclesiasticis comparandis 343 a. ad Macarium de Christi monumento ibid. b. ad Persarum regem Saporem pro Christianis 359 a. ad Tyri episcopos, de synodo Constãtinopolitana 380 a. ad Vrsum catholicũ Africæ. 294 a
Constantini Imp. ad unionem ecclesiasticam exhortatio 323 b. & 324 b. ad episcopos in Nicæno cõcilio congregatos, de ineunda concordia oratio 328 b. & 329 a
Constantini Imp. ieiunia 286 b. pia in urbe opera 283 b. forum 301 b. 382 b. 806 a. Porphyretica columna 382 b. porticus 301 a regia magnificè instituta ibidem statua ibid. b. alia cum uexillo crucis 283 b. thermæ 718 b. tyrannis 714 a. 699 a. contra Byzantios bellum 300 a. item contra Iulianum 462 a. cum Maximino 289 a. de Byzantijs uictoria 300 b. alia de Maxentio 282 b. 283 a. 309 b. de Licinio 297 b. 310 a
Constantini & Constantij ad Arelatenses fuga 714 b
Constantini Magni statua Constantinopoli restauratur 30 a
Cõstantini Copronymi Imperatoris in Mariam uirginẽ contumeliæ 954 a
Cõstantini Cæsaris testamentũ 386 b. mors ibid. 462 a. 471 b. sepultura 387 a
Constantini Imp. ossa transferuntur in alium locum 450 a
Constantini iunioris in Occidente imperium 397 a. ad Alexandrinos pro Athanasio epistola 391 b. cædes 392 a. 427 b
Constantini iunioris corpus in Alsam fluuium deiectum 392 a
Constantini Lardy patricij domus à furiosa plebe incensa 937 b
Constantini Porphyretica statua 387 a
Constantius Gallus Cæsar in Oriente 435 a
Constantius Iuliani apostatæ pater 271 b. imprudenter à Iuliano in Cæsarem creatus 462 b. 463 a. in societatẽ imperij ab Honorio assumptus 713 b
Constantius patris sui egregius imitator 468 a. per unanimem Atha-

naſij condemnationem, inter Orientales & Occidentales unionem fidei conciliare contendit 436 b
Conſtantius princeps Chriſtianiſſimus 462 b. ab epiſcopis ſeductus 468 a. epiſcopos antea reſtitutos denuò extrudit 429 a. ante bellum ciuile mortuus 471 a
Conſtantij Imp. in Athanaſium ſimultas 398 b
Conſtantij laus à Gregorio Nazianzeno decantata 420 b
Conſtantij cum Liberio de Athanaſij fide colloquium 439 a. in fide lapſus 420 b. ad eccleſiam Alexandrinam pro Athanaſio literæ 425 a. ad Philippum urbis præfectũ de Paulo epiſcopo eijciendo epiſtola 398 a. alia item ad Auguſtonicæ, Thebaidis & Libyæ præfectos, pro Athanaſio reſtituendo 426 a. ad Antiochenos contra Eudoxium literæ. 441 a. ad ſynodum Ariminenſem reſponſio 447 b. cum Maxentio bellum 282 a. item contra Magnentium 429 b. cum eodem præliũ 435 b. triumphus 436 a. funus 463 b, 464 a
Conſtantij Galli res geſtæ 436 a. cædes ibidem
à Conſtantio Gallo horrenda uiſa prodigia 435 a
conſubſtantialis uerbum magnas excitauit tragœdias 420 a
conſubſtãtialis uerbi ſignificatio 520 a. explicatio 564 b
conſubſtantialitatis uerbum non eſt nouum, aut recenter inuentum 337 a
de Conſubſtantialis uerbo noua inter epiſcopos contentio 371 a
conſuetudinis præſcriptio in eccleſia catholica 41 a
Contobaditarum hæreſis 946 b
Corinthiorum ſeditiones 188 a. terræmotus 868 a
Cornelius epiſcopus Antioch. 163 b
Cornelius epiſcopus Rom. 255 a. 226 b. eius decretum 542 a. cum Nouato de pœnitentibus in eccleſiam recipiendis diſceptatio. 333 a
Cornuti libris Origenes plurimùm eſt delectatus 219 a
corruptio in ſacris literis duo ſignificat. 895 a
Coſmas ad pacificationẽ inſtituendam, Alexandriã à Zenone miſſus 839 a
Coſmæ Epiphanienſis epiſcopi aſtutum facinus 848 b
Cotiæ alpes 714 a
creandi uerbum quot modis in ſcripturis accipiatur 404 b
Creſcẽs philoſophus Iuſtino mortis ſuit cauſa 168 b
Creſcentis Cynici philoſophi cum Iuſtino martyre diſputatio 168 a
Criſpus Heraclij præfectus 953 a
Criſpus Conſtãtini Imp. filius cũ patre baptizatur 286 b
Criſpi pro Chriſtianis leges 288 a. mors ibid. 300 a
Criſpion monachus 576 b
Criſpionis archidiaconi mors 677 a
Cronion centum & decem annorum monachus 574 b
Cronius philoſophus 219 a
crux Chriſti ab Helena inuẽta 344 b. & 345 a. in nummis Conſtantini impreſſa 299 b. à Gallo Hieroſolymis in cœlo uiſa 435 a. à Conſtantino in cœlo uiſa 302 a. 309 a. 300 b. 349 a. 691 b.
crucis Ieſu Chriſti exaltatio 345 b
crucis exaltationis dies anniuerſarius. 380 a
crucis uictricis efficacia 389 b. 303 a
crucis uexillum contra Maximinum à Conſtantino erectum 289 a
crucis armatura fretus Theodoſius hoſtes aggreditur 604 a
in Crucis ligno Apameæ miraculum editum 880 b
ad Crucis ſignum multi ægrotantes ſanati 349 b
crucis ſignaculo dæmones à Iuliano fugati 472 a
crucis ſigna in fronte à Turcis cõtra peſtem geſtata 925 a
crucis tria trophæa Conſtantinopoli à Conſtantino locis celebribus ſtatuta 349 a
crucis atq; afflictionis fructus 696 a. 573 b. 608 a
crucis ſupplicium abolitum 299 b
in Cruce ſemper exultandum 691 b
cubitus apud Aegyptios non in Græcorum delubra, ſed in Chriſtianorum templa Conſtantini temporibus delatus 298 b
Cucuſus locus 692 a
culices & muliones diuinitùs Perſis urbem Niſibim expugnantibus immiſſi 428 b
Cunni fl. 430 b
curatores poſſeſſionum Imperatorum. 294 a
Curs Scytharum dux 910 a
Cuſum opp. 431 a
Cyri opp. 579 a
Cyriacus epiſcopus Conſtantinopolitanus 608 b. 938 a. 942 a
Cyrini Chalcedonẽſis epiſcopi in Chryſoſtomum odiũ 678 a. mors 702 b
Cypriana tempeſtas 877 a
Cypriana dies apud Libyas feſtus ibid. a
Cyprianus magiæ ſtudioſus 227 a
Cyprianus lectione Tertulliani plurimùm eſt delectatus 205 a
S. Cyprianus Vandalorũ cladem prædixit 877 a. martyrio coronatur 227 a
Cypriani templum à Vandalis demolitum 877 a
Cypris Antipatri uxor 53 b
Cyrenius Syriæ præfectus 58 a. eius dignitas ibid. b
Cyrillia ſcripta 457 b
Cyrillus epiſcopus Alexand. 723 b. 314 b
Cyrillus epiſcopus Antiochenus 255 b
Cyrillus Hieroſolymitanus epiſcopus. 406 a. 448 b. 503 b. 528 b. 601 a. 602 a. 609 b
Cyrillus in epiſcopatum Hieroſolymitanum reſtituitur 462 a
Cyrillus per ſeditionem in epiſcopum Alexandrinum creatus 724 a
Cyrillus Alexandrinus in ſynodo Epheſia Romani Pontificis locum tenens. 748 a. ſuum de Chryſoſtomo errorem corrigit 741 a. Chryſoſtomi nomen epiſcoporum matriculæ inſcribit ibid. b. libros aliquot Chryſoſtomi deleuiſſe falſò creditus ibid.
Cyrillus epiſcopus Iudæis Chriſti ueritatem prædicat 507 a. propter famem Eccleſiæ, aulæis ueſtimentis & donarijs uenditis, egenis ſubuenit 457 b. ab Acacio epiſcopatu orbatur 458 a. cum ſuis proſcribitur 749 a
Cyrilli cum Oreſte contentio 725 a & b. item cum Iudæis 724 b. & cum Leone Pont. Max. 821 a. ad Atticum epiſtola 738 b. item ad Neſtorium 791 a. ad eundem de duabus in Chriſto naturis. 819 b. ad Leonis Rom. epiſcopi epiſtolã in ſynodo Chalcedonẽſi reſponſum 821 a. ad Ioannem Antiochenum de Mariæ uirginitate epiſtola 820 a. alia ad Felicem Rapam 837 b. item ad Acacium. ibid. contra Neſtorij hæreſim ſcripta 746 a. aliæ lucubrationes 724 a
Cyrilli epiſcopi libri à Timotheo Aeluro deprauati 801 b. eius mors 765 b
Cyrilli Romanorum ducis contra Vitalianum & Hunnos res geſtæ 857 a

Cyrilli

Cyrilli diaconi Heliopolitani cædes. 479 a
Cyrilli Hieroſolymitani epiſcopi condemnatio 457 a. mors 617 a
Cyrillo Hieroſolymitana eccleſia adempta 462 a. 749 a
Cyrus urbis præfectus 707 b
Cyrus Panopolites poeta inſignis 764 b. 783 a
Cyrus ex præfecto urbis Cõſtantinop. factus epiſcopus 764 b
Cyrus rex à Medis ad Perſas tranſtulit imperium 50 b
Cyzicenorum in Chriſtianos odium. 489 a. ad Iulianum propter templorum reſtaurationẽ legatio 489 a
Cyzicenſium templum ab Hadriano conditum 162 b

D

Daci à Traiano uicti 162 a
Dacora uicus 625 b
Dadaſtana ciu. 523 a
Dadoes hæreticus 541 a
dæmoniacus Conſtantinopoli cladem Eugenij prædicit 642 b
dæmoniaci in Nicomedia inſania. 443 a
Damabius epiſcopus 533 b
Damaſus eccleſiæ Romanæ præfectus. 582 a
Dalmatia ab Alaricho uaſtata 699 a
Dalmatius Cæſar 377 a
Dalmatius Antiochiæ adminiſtrator. 377 a
Dalmatij cædes 428 a. 468 b
Dan Phœniciæ ciuitas 503 b
Daniel Carrarum epiſcopus 767 b
Daniel Nicopolitanus epiſcopus Ancyram tranſlatus 756 b
Daniel Stylites 806 b. eius miracula ibidem
Damaſus Pont. Max. 495 a. 503 b 556 a. 566 a
Damaſi Pontificis ad Paulinum epiſcopum catholicæ fidei profeſſio 611 a. ad Orientales eccleſias ſcriptũ 610 a. de Romani ſynodi decretis epiſtola 566 b
Damaſi orthodoxia 595 b
Damianiſtarum hæreſis 947 a & b
Daniel Columella 831 b
Daniel monachus 409 b
Daphnes lucus 499 b, 694 a. 842 a. 880 a
Daphnæ templum à Gallo imperatore conſtructum 550 a. eius conflagratio 501 b
Daphnæus Apollo 499 b
Daphnæum oraculum 500 a
Daphnem cur Ladonis fluuij filiam poetæ finxerint 499 a
Daras caſtellum 904 b. Romanis reſtitutum 925 a
Daras ciuitas Anaſtaſia Imperatoris nomine uocata 856 b
Darius Arſamus Perſarum rex 50 b
Darij Hyſtapſis leges 931 b
Daſſarites lacus 893 b
Dacius Patricius 52 a. 528 a
Dauidis regij prophetæ ſepulchrũ. 52 a. 347 a
Dauidis poſteros Veſpaſianus in Hieroſolymæ expugnatione præcipuè occidi iubet 152 a
Dauidis poſteri ut interficiantur, à Domitiano inquiruntur ibid. b
Dauſas epiſcopus & martyr 358 a
Decennius Cæſar 435 b
Decennius Imperator ibidem
Decij in Chriſtianos crudelitas 226 b. 227 a
defunctorum memoria 348 b
in Defunctos num anathema iacere liceat 891 a
Delphicum oraculũ Chriſto nato prorſus conticuit 66 a
Demetrianus epiſcopus Antiochenus. 252 b. 255 b. eius mors 249 a
Demetrius hiſtoricus 204 b
Demetrius epiſcopus Alexand. 105 a. 211 b. 226 b. eius mors 222 b
Demetrius Peſſinuntius epiſc. 679 a
Demetrij epiſcopi in Origenem fauor & inuidia 215 a
Demetrius propter fidem Chriſtianam crudeliſſimè mactatur 270 a
Demophilus epiſcopus Conſtantinopolitanus 503 b. Arianorum apud Cõſtantinopolitanos princeps 617 a. 543 a. eccleſijs Conſtantinopoli excedit, & extra urbem conuentus inſtituit 599 a
Deſpotes ſeptem gentium & ſeptem orbis climatum dominus 931 a
Deus gratiam ſuam etiam indignis largitur 727 a
Dei gratiæ qui capaces homines 23 b
Dei longanimitas Iudæos fruſtrà ad pœnitentiam uocauit 145 b. 151 a
Dei ſubſtantia qualis 336 a. uiſiones ubiq; horrendæ 45 a
deorum gentilium turpiſſima flagitia. 768 b
deorum in numerum qui relati 515 b
Deuterius Arianus baptiſmi uerborum præuaricator 854 a
diabolus diſſidiorum in eccleſia autor. 834 b
diabolus materiæ princeps à Manichæis iudicatus 253 b
diabolus idololatriæ autor & propagator 312 a
diaconorum ordinatio 93 b
Dianius Cæſareæ Cappadocum epiſcopus 395 a
Didymus Alexãdrinus monachus 579 a. 574 b
Didymus Alexandrinus doctor, & Eccleſiaſticus ſcriptor cæcus, naturæ miraculum 412 b
Didymus Alexandrinus in uiſione Iuliani apoſtatæ cædem uidit 510 b. hoſtis ueritatis iudicatur 406 a
Didymi Alexandrini libri 413 a. cædes 714 a
Didymi epiſcopi Aegyptij martyrium. 271 a
Didymion epiſcopus 533 b
dierum obſeruatio ac feſta 244 b
Digamia à Valentiniano digamo conceſſa 569 a
diluuium Alexandrinum 512 a
Diocæſarea ciu. 562 a
Diocles epiſcopus 533 b
Diocletianus Imp. 254 b. Imperio ſe abdicat 273 b. 309 a. uno Soteriorũ die eccleſias Chriſtianorum omnes diruit 730 b
Diocletiani imperium quale 271 b. in Nicomediam profectio 272 a
Diocletiani imperatoris facta 255 a. crudelitas in Chriſtianos 271 a. & 261 a. erga Conſtantinum odium ex pietatis amore natum 272 b
Diocletiam aduerſus Chriſtianos edicta 261 a. mors 273 b
Diodorus Ciliciæ epiſcopus 602 a. Manichæorum infectator 254 a
Diodorus Tarſenſis epiſcopus 596 b. 601 a. 604 b
Diodorus fortiſſimus pro Chriſti grege athleta 553 b
Diodori Tarſenſis epiſcopi theologia. 659 a
diœceſium ordinationes 604 b
Diogenes epiſcopus Conſtantinopolitanus 314 a
Diogenes Cyzici epiſcopus 823 a.
Dionyſius Alexandriæ epiſcopus 174 a. 222 b, 223 b. 228 b
Dionyſius Alexandrinus pro Chriſtianis apud Aegypti præfectũ cauſam dicit 229 b. in Libyam relegatur ibid. & 240 a
Dionyſij Alexandrini epiſtolæ 228 a & b. & 229 a. uaria ſcripta 245 a & b. & 248 a. contra Nepotis hæreſim diſputationes 245 b. 246 a. errores 249 a. mors 250 a. 247 b
Dionyſium Alexandrinum à martyrio

conseruauit Deus 227 b
Dionysius Areopagita apostolorum discipulus 800 a. Pauli cohortatione factus episcopus 182 a
Dionysij Areopagitæ philosophi in Christum fides 112 a. imperium 153 b. martyrium 112 a. & lucubrationes ibid. b
Dionysij Corinthij scripta 181 b. eius epistolæ adhuc uiuētis ab æmulis depravatæ 182 b
Dionysius Magnus episcopus Alexandrinus 226 b
Dionysius Mopsuestienſis episcopus 757 b
Dionysius Pompeiopolitanus episcopus. ibidem
Dionysius Romanus episcopus 228 b 251 b. 255 a
Dionysij Paschales epistolæ 243 b
Dionysio templum Antiochiæ constructum 66 b. incensum 396 a
Dionysius Orientis dux 800 b
Dionysio muliebri mancipio dedicata statua 479 a
Diophantus episcopus 533 b
Dioscorus episcopus Alexandrinus 765 b. 867 a. in concilio Chalcedo. ab Eusebio Doryclæo accusatus 814 a & b. in synodo Chalcedonēſi ignorantiam suam fassus 790 b
Dioscorus Hermopolis episcopus 672 a
Dioscorus Longus 672 a.
Dioscorus monachus 570 b. 574 b. eius in Scythopolim profectio 673 a
Dioscorus synodi Constantinopolitanæ præses 767 a. hæreticus iudicatus. 816 a. cur in concilio Chalcedon. dānatus 791 a. 818 a. 819 a. 823 b
Dioscori ad principes & senatorios uiros prouocatio 817 a. cū Theophilo bellū 673 a. impietas 765 b. in Flauianū crudelitas 767 b. 789 b. exilium 793 b. mors 678 b
per Dioscorum episcopi in synodo Chalced. damnati restituuntur 822 b
Diospolis ci. 320 b
Disciplinæ domesticæ memorabile exēplum 172 b
disputationes de rebus diuinis quomodo instituendæ 22 a
diſsidia Christianorū ex ignauia & temporum felicitate nata 260 a
diſsidia in ecclesia Christi obsunt Euangelio 295 a
diſsidijs intestinis, ecclesiarū Euangelij hostes maximè delectantur 329 b
duinationes atq; prognosticationes legibus damnatæ 583 a
Dius episcopus Hierosol. 216 a
Dolichianus episcopus Hierosol. 195 a
Domentia Phocæ Imperatoris filia Prisco nupta 952 b
Dometius episcopus Cōstant. 314 b
Dominica Valentis imp. uxor 547 a eiūs cōtra Gothos res gestæ 502 a
Domitianus episcopus Hierapolitanus 924 b
Domitianus Melitinēſis antistes 924 b
Domitianus agnatos Christi propter inopiam contempsit 152 b. & 153 a primus Romanorum imp. se dominū Deumq; dici uoluit 152 a
Domitiani crudele imperium 153 b. in Christianos crudelitas 152 a. 184 a
Domitiani ducis laus 924 b
Domnæ uirginis martyrium 262 b. & 263 a
Domnus episcopus Antiochenus 250 b 252 b. 355 b. 767 b
Domitij monachi martyrium 479 b
Domnus episcopus Antiochen. 890 a
Donatus Eurææ episcopus serpentē pestiferum occidit 649 a (650 a
Donati episcopi miracula ibid. b. &
Dormientium septem historia 162 b
Dorotheus martyr 262 a
Dorotheus Antiochiæ episcopus Arianus 617 a. aulicus & Christianus, ecclesiæ multū profuit 260 a. CXX annorum episcopus 723 b. Arianæ religionis præfectus ib. b. Eusebij Pamphili præceptor 256 a propter suam pertinaciam ex Antiochia Cōstant. translatus 723 b
Dorotheus presbyter Antiochen. 255 b eunuchus natus ibid.
Dorotheæ mulieris pro cōseruanda pudicitia certamen 275 b
Dorothei monachi Aegyptij uita 571 b eius de carnis mortificatione scitè dictū. ibid. b. martyrium 479 b
Dositheus Hierosolymitanus episcopus Constantinop. translatus 757 a
Dositheus Seleuciæ & Tarsensis episcopus 755 a
Dositheani hæretici 181 a
dracones 418 a
Draconis leges 162 b
Draconitius episcopatu priuatur 458 b
Dracōtij Pergameni episcopi exauthoratio 456 b
Drepanum, seu Drepana ciu. Helenopolis dicta 302 a
Drepani descriptio 272 a
Drinus fl. 893 b
Ducennarij principes 251 b
Dunaan 871 a
Dyrrhachiū terræmotu corruit 868 a egregijs ædificijs ab Anastasio imp. exornatur 843 a

E

EBionis doctrina 316 a. hæresis 154 b
Ebionitarum hæresis 187 b. 218 a
ecclesia cur uirgo incorrupta à ueteribus dicta 181 a
ecclesia per dispensationem se quandoq; temporibus accommodat 780 b
ecclesia una in toto terrarum orbe congregata 340 a
ecclesiæ magna post Maximini mortem tranquillitas 291 b
ecclesiæ primitiuæ in cæremonijs magna diuersitas 631 b. 632 a. & 633 a
ecclesiæ restaurandæ difficultas 608 a
ecclesiæ unio atq; concordia inprimis cōſectanda 610 a
in Ecclesia etiam Apostolorum tempore obseruationes fuerun. diuersæ 634 b
in Ecclesia quæ uariantium cæremoniarum causa 634 a
ecclesiarū ante Diocletianū pax 271 a
ecclesias suas Germani cur Kirchen uocitent 290 a
ecclesiasticæ disciplinæ necessitas 134 a
ecclesiastica libertas 300 a. immunitas 299 b. 425 a. & 426 a
ecclesiastica pax quæ potissimum probanda 740 a
ecclesiastica potestas 644 a. & b. 226 a. 254 b
ecclesiasticæ potestati etiam Imperatores olim subiecti 226 a
ecclesiasticæ quæstiones non temerè sunt promulgandæ 323 a & b
ecclesiastici canones 604 b
ecclesiasticorum uirorum in primitiua ecclesia catalogus 179 a
ecclesiasticis bonis captiui ab hostib. redempti 733 a & b
Edessa ciuitas à Iustino imperatore restaurata 86 b. per Tadæum ad Christianismum conuersa 99 b
Edessæ clades ex fluuij inundatione 868 a
Edessenæ urbis expugnatio 881 a
Edessenorum ecclesiastici extra urbem conuentus 551 a. fames 412 a
educatio ingenua non est negligenda 616 a
educationis puerilis memorabile exemplum 211 b
Egesippi de Iacobo Iusto testimonium 128 b
Egesippi scripta 181 a
Egnatius Antiochenus, uide Ignatius Elea-

Eleazar Iudæorum pontifex 95. 96 a 78 b
Elebechus Theodosij imp. dux 648 b
eleemosyna cum delectu distribuenda 735 a. inter pauperes qua ratione diuidenda 688 b
eleemosynæ destinata pecunia diuini iuris est ibid. b (182 b
eleemosyna ecclesijs afflictis mittenda
eleemosyna in uiris ecclesiasticis Christiano populo gratissima 742 a
elephantes 418 a
Elephantina ciu. 751 b
Elesbaan Aethiopum dux Pseudomoysen bello insectatur 871 a
Eleusius Cyzicenus episcopus 449 a 601 a. Macedonij sectator 488 a
Eleusius Cyzici episcopus ad Arianismū à Valente coactus 531 b. Nouatianorum ecclesiā dirutam restituit 474 b
Eleusius episcopus ppter pietatis opera à Iuliano ex Cyzico expellitur 489 a
Eleusij Cyziceni episcopi exauthoratio 456 a. in cōcilio disputatio 453 a pœnitentia 531 b
Eleusio episcopo Cyziceno dura de restituēdo Nouatianorum templo proposita conditio 489 b
Eleutheropolis 576 b. & 652 b
Eleutherius diaconus 181 a
Eleutherius episcopus Cōstātinop. 314 a
Eleutherius pont. max. 163 b. 194 b ante ætatem maturam multis honoribus exornatus 166 b
Eleutherij martyrium ibid. b
Eli Iudæorum pontifex 95 b
Eliaseph Iudæorum pontifex ibidem
Eliezer Iudæorum pontifex ibidem
Elinæus Iudæorum pontifex 96 b
Elisabeth ætate prouecta peperit Ioannēm in utero sanctificatum 56 a
Elisei prophetæ cineres profanati 482 b
Elogius episcopus Alexād. 928 b. 943 a
Elogus Edessæ episcopus 597 a
Elogij piorū apud Edessā ducis cum Modesto præfecto colloquium 552 a
Elpidius episcopus 533 b
Elpidius presbyter occidentaliū episcoporū ad oriētales internūcius 565 a
Elpidius Satalenorū episcopus 457 a
Elpidius ultione diuina punitus 503 a
Emanuel Palæologus ecclesiam catholicam turbatam restituit 29 a
Emanuel Palæologus optimi atq; absolutissimi principis exemplar 24 a
Emanuel Palæologus parētis in imperio successor 23 a. eius aula morum pietate monasterio persimilis 26 b
Emanuelis Palæologi cum Cōstantino magno collatio 32 a
Emanuelis Palæologi imperatoris infantia 22 b. pēritia adolescētis. ibid. pietas 29 a. summa laus 31 b. temperātia 25 a. uirtutes atq; ornamenta animi 21 a & b. 23 b
Emaus ci. 504 b
Emesa ciu. 279 b. 479 a
Empusa 916 b
Enni oppidi primordia 303 b
Encænia Christianorum 310 a
Encratitarum hæresis 178 b. 185 a
Enthusiastæ hæretici 541 a
Eortasius episcopus 533 b
Eortasij Sardiani episcopi exauthoratio 456 b
Ephesinum contra Nestorium cōcilium 748 a. 747 b. eius acta in concilio Chalcedonensi prædatorio lecta 815 a
Ephesini concilij confirmatio 829 a
in Ephesino concilio multi episcopi actis subscribere coacti 815 a
Ephesini patriarchatus iura per Aeliurum restituta 831 b
Ephesij per temporum impunitatem episcopos à Chrysostomo ordinatos exigunt 694 a
Ephestiorum puerorum martyriū 227 b
Ephratas Abasgus eunuchus 879 a
Ephraim famis tēpore eleemosynā pauperib. à diuitib. collectā diuidit 412 a
Ephraim monachus 428 b. πολύγραφος 411 a
Ephraim simulatiōe insaniæ, quo minus episcopus cōsecraretur, effugit 412 a
Ephraim Syrus 409 a. 406 a. 410 b 579 a. eius castitas 411 b. facetè dictum 412 a
Ephraimum Basilius Magnus admiratus est 411 a
Ephrem episcopus Hierosol. 164 b
Ephthalitarum cum Chagano bellum 930 b
Epicureorum secta 496 b
Epidamnus terræmotu corruit 868 a
Epimenidis Cretensis oracula à Paulo apostolo lecta 497 b
Epiphanius episcopus Salaminius 576 b Theophili sectator 675 a Origenis libros in prouinciali synodo damnat 675 a. & 676 a
Epiphanius sophista Laodicensib. Apollinarium amicus 415 a
Epiphanius sophista Laodiceæ hymnum in Bacchi laudem cantauit 538 b
Epiphanius Tyri episcopus 848 a. Ioāni Chrysostomo episcopatus abrogationem atq; exilium prædicit 677 b
Epiphanij Constantiensis in Cypro episcopi pietas 650 b
Epiphanij cum Ammonio Longo colloquium 677 a. cum Apollinari hæretico amicitia 538 a
Epiphanij de abolendis Origenis scriptis decretū, ab episcopis synodi Cōstantinop. approbatum 676 a
Epiphanij erga Ioan. Chrysostomum simultas ibid. b. mors 677 a
Epiphanij Panarium, de hæreticis opus 627 b
episcopalis benedictio 667 a. 680 a
episcopalis hospitalitatis memorabile exemplum 576 a
episcopalis iurisdictio 780 a
episcopalis libertatis exemplum 254 b
episcopalis unctio 584 b
episcopatus ardua & diuina res 779 a
episcopatum administrare bonum est opus 736 a
episcopatum multi l oni uiri oli n recusarunt 611 a
ab Episcopatu uno rum in alt rum tran sire liceat 754 b
episcopatus pecunia redempti 694 a
episcopus æruscator 251 b
episcopi à suis conseruati memorabile exemplum 227 b
episcopi ueri officium 739 b. 759 b
in Episcopi iuuentis locum alius nequaquam substituendus 696 a
episcopi canonica electio 226 a. 659 b 338 b. 325 b. 565 a. cōsecratio 609 b
episcopum quatenus integrum sanumq; esse conueniat 575 a
episcopi olim publica uectura in professionib. ecclesiæ usi sunt 295 b
episcopi olim uxorati 779 b. quibus ritibus olim consecrati 694 b
episcoporum ambitio 441 a
episcoporum delicta propter offendiculā sedulò sunt tegenda 329 a
in Episcoporum electionib. quæ potissimum spectanda 609 b
episcoporum est, doctrinas ecclesiarū diligenter obseruare 566 b
episcoporum in imperatores olim magna potestas 226 a
episcoporum in primitiua ecclesia pauperias 325 a
episcoporum translationes 755 a. à Cœlestino Pōtifice comprobatæ 756 a
episcoporum trāslationes quæ legitimæ 757 b
de Episcopis non transferendis canon 752 b
episcoporum occidentalium cum orientalibus diſsidia 405 a. ad Iulium Ro. antistitē literæ 397 b. matrimonia 632 b. contra Athanasiū &

Paulum episcopos technæ atq; insidiæ 400. 401. 402. & 403 a & b
episcoporum Orientalium cum Occidentalibus insidiæ 403 a
Erennius episcopus Hierosol. 528 b
Eridanus fl. 303 b
Eros episcopus Antioch. 163 b
Esdras Mosen & alios ueteris testamenti libros restituit 188 a
Esther Iosephi ex Salome filia 95 a
ethnicorum autorum lectio Theologis necessaria 256 a. 498 a
ethnicorũ idololatriæ damnatio 768 a
ethnicorum libri à Paulo apostolo diligenter perlecti 497 b
ab Ethnicis interdũ de rebus sacris sunt quædam manifestata 346 a
Euagrius discipulus atq; archidiaconus. 579 b. episcopus Constantinopolitanus à catholicis contra Arianos electus 543 a. & 617 a
Euagrius Macariorum discipulus 406 b. 579 b
Euagrius monachus somnio admonitus, insidias necis sibi structas effugit. ibid. b.
Euagrij Aegyptij monachi uita elegantèr descripta ibid. a
Euagrij cum Ammonio societas. ibid. b. exilium 503 b. 543 a
Euagrij Epiphanensis episcopi de liberorum suorum amissione conquestio 927 b. eius de Seuero scriptum 848 b. facetè dicta 575 a
Euagrij historia Ecclesiastica 40 b
Euagrij monachi lucubrationes. 579 b. & 580 a. 484 b
euangelica doctrina quibus rebus in orbe propagata 176 b
euangelicæ doctrinæ synopsis 71 b
euangelicæ prædicationis summa 76 b
euangelistæ non omnia Christi miracula scriptis sunt complexi 74 a
euangelistæ quatuor cur suas historias conscripserint 138 a
euangelistarum concordantia à Tatiano conscripta 178 b
euangelistarum in conscribendo Euangelio ordo 204 b
euangelistarum in genealogia Christi dissonantia 224 a
euangeliũ Hebræo & Syriaco sermone conscriptum 181 b
euangelium, quod secundum Hebræos inscribitur, non est canonicũ 140 b
euãgelij prædicatio libera per mundum uniuersum 100 b
euangelij prædicatio atq; defensio nequaquam in uerborum ornatu posita est 327 a & b
euãgelia quatuor quibus rationibus conscripta 221 a
Euaresti pontificatus 163 b
Eubula baptizatur 116 b
Eucarpius episcopus 533 b
Euchanius hæreticus 950 a. b
eucharistia in manus olim communicantibus data 229 a. 644 a. item morientibus 668 a. 703 b
eucharistiæ communis participatio, charitatis & unitatis Ecclesiæ certissimum symbolum 208 b
eucharistiæ communionem Massaliani inter adiaphora posuerunt 541 a
eucharistiæ etiam apud hæreticos conseruatio 942 b
eucharistiæ reliquiæ pueris innocuis Constantinopoli olim datæ 889 b
eucharistiæ sacræ utraq; species in loco sacratiore templi seruata 683 a
in Eucharistia uerum Pascha exhibetur 78 a
Eucherij Stiliconis filij mors 699 b
Euchytæ hæretici 541 a
Eudocia cum liberis Roma in Africam à Gensericho translata 797 a. Honorio Gẽserichi filio nupta. ibid.
Eudocia per Euthymium ad fidem orthodoxam conuersa 798 b. Pulcheriæ reconciliata ibidem
Eudocia rerum in Theodosij aula potitur 766 a
Eudocia senior ab errore Eutychiano ad orthodoxiam redacta 798 a
Eudociæ apud Antiochenos statua. 770 a
Eudociæ in Palæstinam profectio 769 b. 734 a. 797 b. 769 b
Eudociæ largissima eleemosyna 772 a
Eudociæ pietas 770 a, 772 a. mors 798 b
Eudoxia altera Dalida. 698 a. Arcadij Imp. Rom. uxor 663 a. diaconissa 766 a. ad Maximum ulciscendum, Genserichum ex Aphrica Romam inuitat 796 b. benedictionem à Longis fratribus accipit. 674 b. cum filia Placidia Byzantium missa 797 b. Eutropium cubicularium apud Arcadium accusat 663 b. Theodosij laudes carminibus descripsit 733 b
Eudoxia Valentiniani tertij uxor 734 a. ui à Maximo stuprata 796 b
Eudoxiæ in Chrysostomũ odium 670 b. 682 a. mors 702 b. argentea statua 681 b
Eudoxiæ urna moueri uisa 702 b
Eudoxius Aetianus 440 a. Arianus 528 a
Eudoxius episcopus Antiochenus 528 b. exauthoratur 453 b
Eudoxius episcopus Constantinopolitanus 458 b. 528 b. episcopos multos Constantinopoli exauthorat 455 b
Eudoxij Constantinopolitani episcopi mors 543 a
Eudoxius Germaniciensis episcopus. 395 a. 400 a. 406 a
Eudoxius Germaniciensis, Antiochenus & Cõstantinopolitanus episcopus 755 a. arte aulica episcopatum Antiochenum inuadit 440 a. popularium sectæ conciliabulũ Antiochiæ cogit ibid.
Eudoxij contra symbolum Nicænum impius conatus 458 b. impiæ opiniones ibidem. exilium 416 a
ab Eudoxio orthodoxi episcopi Antiochia expulsi 440 b
Eugenius à suis captus ad Theodosium ducitur 642 b
Eugenius ab astronomis ad tyrannidem stimulatus 640 a
Eugenius episcopus Nicænus Arianus. 436 b. alpes Iulias præsidio impõsito occupat 640 a. primùm ludimagister, deinde imperialis ὑπογραφεὺς, Occidentale inuadit imperium 639 b
Eugenij cum Theodosio Imp. bellum. 640 a. de eodem uictoria 641 b. martyrium 269 a & b. mors 642 b
Eulalius episcopus Antiochenus 528 b
Eulalius Cæsareæ Cappadocum episcopus 456 b
Eulalij Amaseni episcopi cum Arianis contentio 596 b
Eulampiæ atq; Elampij martyria 269 b
Eulogius philosophus 813 b.
Edessæ episcopus 602 a
Eulogij monachi sanctitas 571 a. exilium 552 b
Eulysius 697 a
Eumathius episcopus 533 b
Eumenes episcopus Alexand. 163 b
Eumolpius episcopus 553 b
Eunomius Aetij sectator. 458 a. 414 b. ab Eudoxio Cyzici episcopus designatur 531 b. proscribitur 625 a
Eunomius anima & corpore leprosus. 536 b. cur Cyzico discesserit 537 a
Eunomius Halmyride Cæsaream Cappadocum transfertur 625 b. nouam baptizandi rationem excogitat 536 b. & 537 a
Eunomij cadauer effossum 658 a
Eunomij contra Basilium scripta. 625 b. cum

cum Eudoxio contentio 536 b
hæresis 537 b. 536 b. 610 a
humanitas 550 a. contentiones 537 a. mors 625 b
Eunomij libri cremati 658 a
Eunomiano baptismo baptizati, sine baptismo legitimo obierunt 537 b
Eunomianorum baptismus qualis 537 a & b. cum Arianis familiaritas unde 599 b
Eunomianorum dissectio 625 b
Eunomio eutychiani hæretici ibid. b. 626 b
Eunomiotheophroniani hæretici. ibid. b
eunuchismus à Iustiniano interdictus. 879 a
Euodius Antiochenæ ecclesiæ episcopus 126 a. 144 a
Euolcius diaconus proscribitur 550 b
Euodius discipulorum Iesu Christi successor 94 a
S. Euphemiæ martyrium 791 b. 932 a
S. Euphemiæ phanum 789 b. in Chalcedone templum 664 b
S. Euphemiæ sepulchrum miraculis clarum 790 a
Euphemiæ templum à Constantino episcopo Constantinopolitano ædificatum 314 b
in Euphemiæ templo synodus Chalcedonensis habita 789 b. & 790 a
Euphemius episcopus Constantinopolitanus ab Anastasio Imp. proscriptus 843 a. post mortem in integrum restitutus 874 a
Euphemij episcopi Constantinopolitani authoritas 840 a. canonica electio 839 b
Euphrasiæ uirginis egregium facinus. 268 b
Euphrasij episcopi interitus 867 b
Euphrates episcopus 423 b
Euphrates fl. 416 b. 903 b. eius ortus 416 b
Euphrates & Tigris fluuij ex Paradiso profluunt 417 a
Euphratesia regio 416 b
Euphræmius Orientis præfectus, in episcopum Antiochenũ electus 868 a
Euphremius Antiochiæ episcopus 880 a
Euphronius episcopus Antiochenus 393 a. 423 b. 528 b
Euphronius Cappadociæ episc. 372 b
Eupolemus scriptor 204 b
Eupsychius hæreticus 626 a. ab Eunomio in exilio laudatus ibidem
Eupsychij Cæsariensis martyrium 480 b
Eupsychianorum secta 626 b
Euripidis fabulæ à Paulo apostolo diligenter perlectæ 497 b
Europa à Scythis direpta 664 a
Eusebia Constantij uxor 470 a
Eusebia diaconissa Macedoniana 719 a
Eusebiæ sepultura ib. & 720 a
Eusebius Alexandrinus Laodiceæ episcopus 256 a
Eusebius Cæsariensis Arianus 598 a. 330 a
Eusebij Cæsariensis ad Constantinum Imp. in concilio Nicæno oratio 328 a. cum Basilio dissidium 546 a. reconciliatio ibid. b
Eusebius Chalcidensis episcopus 597 a
Eusebij Constãtinopolitani episcopi ex uno episcopatu in alios translationes 393 a. mors 396 a
Eusebius Constantini Imp. archieunuchus 391 a
Eusebius Dorylæus 766 b. 788 b. 814 a. eius contra Dioscorum Alexandrinum in synodo Chalcedonensi actiones 814 a & b. 816 b
Eusebius Dorylæus episcopus exauthoratur 767 b
Eusebius Emesenus 393 b. 408 a. 395 a
Eusebius eunuchus 444 a
Eusebius eunuchus Arianorum antesignanus 391 a
Eusebij eunuchi cædes 474 b
Eusebij eunuchi insidijs Gallus Cæsar trucidatus 436 a
Eusebius Longus 672 a. monachus Antiochenus 578 b
Eusebius Nicomediæ episcopus 330 b. ab exilio reuocatur 368 a
Eusebius Nicomediensis, Arij amicus. 317 b. & 318 a. 321 a. 598 a. Athanasij aduersarius 370 b. Constantinopolitanus episcopus declaratur. 353 a. subscriptionem suam in Nicæno decreto fraudulenter inducit. 373 b
Eusebij Nicomediensis episcopi ad Paulinum epistola 321 a. de persona filij Dei sententia ibid.
Eusebio Nicomediensi propter Arianismum episcopatus ademptus 331 a
Eusebius Pamphili 320 b. Arianus fuisse Nicephoro uidetur 257 b 331 b. 404 a
Eusebius Pamphili cur in anathema Arianorũ decreto synodali adiectum consenserit 336 b
Eusebij Pamphili contra Marcellũ scripta 404 a. de Christi natiuitate opinio 745 a. de Constantij Imp. pietate testimonium 860 a. eruditio atq; lucubrationes 40 a. 257 a, 270 b, 220 a. de substantia filij Dei sententia 371 a. de synodi Nicænæ actis scriptũ 335 a. 326 a. mors 392 a
Eusebiũ Pamphili Cæsarea Antiochiam Ariani traductum uolunt 372 a
ab Eusebio Pamphili professionis fidei Christianæ formula in synodo Nicæna oblata 335 a
Eusebius Phœnix Manichæorum acerrimus infectator 254 a
Eusebius Samosatenus proscribitur 549 a. ecclesias in suo exilio uisitat. ibidem. ab exilio reuocatur 597 a. ecclesijs sacrorum antistites creat. ibid. martyr pro persequutrice muliere moriens orat ibidem
Eusebij Samosateni mors ibidem
Eusebij Scholastici Gainea 667 b
Eusebius Vercellensis episcopus 410 b. 437 a. 483 b
Eusebius Vercellẽsis ueri episcopi exemplar 487 b
Eusebius episcopus Constantini Imp. literis Byzantium uocatus 385 b
Eusebius monachus 574 b
Eusebius ob Arianismum à Socrate defenditur 405 a. per causam Antiocheni templi encæniorum, concilium episcoporum conuocat 393 a
Eusebij aduersus Athanasium calumniæ 391 b. martyrium 477 b
Eusebianorum contra Marcellum Ancyranum odium atq; inuidia 385 b. in urbe Constantinopolitana cõuentus 381 a
Eustathius Antiochenus episc. 528 b
Eustathij Antiocheni episcopi encomiũ 372 a. exilium 410 b. 543 a. de concilio Nicæno scriptum 333 b. aliud de substantia Dei 371 a. episcopatus abrogatur 371 a. per calumniam stupri insimulatur, & condemnatur ibid. b
Eustathius Berrhœæ in Syria antistes. 317 a. 755 a. & 824 b
Eustathius Epiphaniensis Syrus historicus 783 a
Eustathius rhetor 841 b
Eustathius Sebastiæ episcopus 458 b. 693 b. antea monachus 409 b. Macedonij sectator 488 a. in synodo Gangrensi cur damnatus. 457 a. Romam ablegatur 532 b
Eustathij Sebastiensis episcopi statuta. 457 b. de spiritu sancto opinio. 459 a. exauthoratio 456 b. ordo atq; ceremoniæ 409 b
Eustathius inuitus à prouincialibus episcopis & populi consensu factus Antiochenus episcopus 325 b

Eustathij cineres Antiochiam perlati. 833 a
Eustathius episcopus Constantini iussu exilio mulctatur 372 a
Eustathij episcopi ad Constantinum in Nicæno concilio oratio 328 a. constantia 166 a & b. pietas 578 b
Eustathiani hæretici 424 a. 461 a
Eustathiani catholicæ Ecclesiæ ab Alexandro Antiocheno episcopo coniuncti 736 b. suos sibi conuentus cogentes, Antiochiæ ab ecclesia secessionem faciunt 372 b
Eustophius episcopus Hierosolymitanus 890 a. 533 b
Eustratius Flauiadis episcopus 756 b. patriarcha Antiochenus ibidem
Eustratij historia 269 a. martyrium ibidem
Euthalitarum contra Perozem regem res gestæ 855 a
Euthymius Lõgus 672 a
Eutyches abbas 765 b
Eutyches in synodo prouinciali cum suo dogmate damnatur 766 b. restituitur 767 b. propter contumaciam in concilio Chalcedonensi damnatur 791 a. 822 b. item in Ephesino 831 b
Eutychetis errores 950 a. hæresis 766 b. 815 b. 946 b. refellitur 850 b
Eutychius Eunomianus 537 a
Eutychius episcopus Constantinopolitanus 249 b. 890 a. patriarcha 955 b
Eutychius ob rerum innouationes omni dignitate priuatus 894 a
Eutychius à Iustiniano moriente restitutus 897 a
Eutychius ab exilio reuocatus 901 b
Eutychianus episcopus Rom. 255 a. in Nouati hæresim lapsus 565 a
Eutychiani monachi sanctitas & miracula 364 b
Eutychianorum in Aegypto monachorum de Aeluri cœptis sententia 831 a
Eutychianistarum hæresis 942 b
Euthymius monachus 743 b. eius uita 774 b. miracula ibidem. contra Nestorium consilia 747 b
Eutropia Maximiani Herculij uxor. 274 a
Eutropius lector ueluti incẽdiarius excarnificatus 687 b
Eutropius præpositus 658 a. & Theodosij cubicularius 660 a. 662 b
Eutropius archieunuchus apud Arcadium fit patricius & consul 657 a. in Cyprum relegatur 663 b. ab Eudoxia propter conuicia apud Arcadium accusatur ibid. b. ob immodicum uestimentorũ ornatum capitis subit supplicium 663 a & b in carcere expirat 687 b
Eutropij & Carterij Macedoniani disceptationes 626 b
Eutropij contrà asyla edictum ibid. lex contra asylorum immunitatem. 663 a
Eutropij nomen ex consulum Romanorum catalogo erasum ibid.
Eutropij portus 938 b
excommunicatio monachi etiam illegitimà à Theodosio non contẽpta. 712 b
excommunicationis necessitas 644 a. & b
expiationes urbium 245 a
Ezechias prædonum dux ab Herode interfectus 53 b
Euzoius Antiochenus episcopus 461 a. 482 a. 520 b. 487 b. 528 b. 587 b. 558 a
Euzoius Arianæ hæresis sectator 313 a. damnatur 559 a
Euzoius Constantinopolitanus episcopus 314 b
Euzoius diaconus ab Alexandro episcopo exauthoratus 374 b
Euzoij confessio Constantino Imp. oblata ibidem

F

FAbianus episcopus Antiochenus. 226 b. 223 a
Fabianus episcopus Rom. 226 a
Fabianus columbæ auspicio antistes Romanus creatur ibid. b
Fabianus martyr ibid. & 227 a
Fadus Iudææ præfectus 103 b
fames crudelis 281 a. 512 a. 543 b. 796 b
fames ingens sub mortem Augusti Cæsaris 66 a
fames sub Claudio Imp. dira 103 a & b
fames summa in Hierosolymæ obsidione 147 b. & 149 b
Fausta Constantini uxor 274 a. 287 b
Faustinus episcopus 533 b
Faustus diaconus 229 b. episcopus Arianus 565 b. eius martyriũ 271 a
Felix episcopus Constantinop. 314 a
Felix episcopus Rom. 255 a. 439 b. 837 a
Felix Romanus episcopus Acacio episcopo dignitatem literis abrogat 837 a. eius mors 442 b
Felix Iudææ præfectus 117 b
Felicis in Christum blasphemia 503 a. & eius obitus ibidem
Felicis nomen ab Euphemio in episcoporum catalogum repositum 840 a
Festi Romani senatoris facta 853 a
festorum dierum ratio 244 b
ficus à Christo infructuosa maledicitur 77 a
fides in tentationibus exercetur 422 b
fidei arma spiritualia 227 a
fidei Christianæ consentientis atq; concordis commoditates 834 b
fidei consensus in ecclesia Christi pernecessarius 322 b
fidei formula ab episcopis Orientalibus Constanti oblata 399 b. & 400 a
fidei formula Seleuciæ proposita 443 b. in Sirmiensi conuentu composita 432 a. 445 a. 433 b
fidei formularum siue symbolorum numerus 455 b
fidei orthodoxæ formula nõ temerè mutanda 793 a. 819 a
Firmianus Cæsareæ Cappadocum antistes 249 b. eius cum Origene familiaritas 223 b. contra Samosatenum disputatio 250 a
Firmus Cæsareæ Cappadocum episcopus 760 a
Flauia noua ciuitas 164 b
Flauia Domicilla in insulam sub Domitiano relegata 152 a
Flauiæ Domicillæ in fidei confessione constantia 152 a
Flauianus Antiochenus episcopus 410 b. 594 b. 605 b. 609 b. 617 a. 658 a. Antiochenorum ad Theodosium exasperatum legatus 648 a. cum Massalianis contentio 541 a
Flauiani Antiocheni episcopi exilium. 845 b. mors 694 a
Flauianus Antiochenus monachus, primus hymnum, Gloria patri & filio, &c. cecinit 424 b
Flauianus episcopus Cõstãtinop. 765 b
Flauianus episcopus à Paulinianis apud Imperatorẽ accusatur 617 b. episcopatu se abdicat 618 a. exauthoratur 767 b
Flauianus pro grege Christi decertat. 553 b. post mortem in integrum restituitur 874 a
Flauiani cõtra Arianos argumẽta 554 a. cum Xenia contentio 846 b. exilium ibid. a. 850 a. mors 767 b. 769 a. 789 a. 823 a
Flauiani corpus Cõstantinopolim trãslatum 769 b
Flauiani præfecti Rom. encomiũ 640 a
Flauitas Constantinopolitanus episcopus 839 a. in epistolis suis synodalibus bilinguis 840 a

Flauites Gotthus rem strenuè gerendo consulatum meruit 667 b
Flauitæ sycophantia 839 b. repentina mors ibidem
Flauius Clemens Domitiani Imp. patruelis 152 b
fletus uallis 346 a
Florianus Imperator 254 b
Florini hæresis 195 b
Florus urbis Alexandrinæ præfectus. 794 a
Flori Iudæorum procuratoris auaritia. 145 a
fœminæ capite raso 409 b
fœminæ Marcionis hæresim sequutæ martyrio coronantur 240 b
fontis miracula 809 b
fortitudinis officium 581 a
Fortunæ apud Constantinopolitanos templum 490 a. in martyrium Ignatij Antiochiæ redactum 762 a
fortunæ uolubilitatis atq; inconstantiæ memorabile exemplum 930 a
forum cleri 299 b
Francorum in Galliam irruptio 395 a
fraternæ charitatis officium 778 b
Fridigernes post uictoriam in Arianam hæresim prolapsus 585 b
Fridigerni intestinũ cum Athanaricho Gotthobellum ibidem
Frigidus fl. 641 b
Frumentius Indorum apostolus 353 a. Indorum regis quæstor ibid. b
fugere in persecutionibus quatenus liceat 478 b. 485 a. 487 a
fulgor coni forma in cœlo uisus 701 b
Fuluianus baptizatur 132 b. consecratur in episcopum ibid. liberatur à spiritibus immundis ibidem
Fundanus Asiæ proconsul 184 a
funeralia carmina 463 b
fures diuinitùs per miraculum uincti, & ad meliorem frugem reducti 365 b
furti pœna 907 b

G

GAbinij contra Alexandrum Aristobuli filiũ res gestæ 53 a
Gadiabes episcopus & martyr 358 a
Gæon fl. Paradisi 417 b
Gagalica ciuitas incensa 904 b
Gainas dux Arianis ecclesiam in urbe Cõstantinopolitana ab Arcadio petit 663 b. 665 a. à Ioanne Chrysostomo liberè accusatur 663 b. Constantinopolim dripere conatur 665 b. transfuga ad imperiũ aspirat ibid. 664 a
Gainas ab Arcadio uictus & cæsus. 667 a
Gainæ cum Chrysostomo apud Arcadium colloquium 665 b. res gestæ 664 a. contra Trigibildum expeditio ibid. b. in Chersonesum nauigatio 666 b. in Romanos bellum 663 b
Gainæ interfecti caput Constantinopolim missum 667 a
Galatarum monasteria 578 b
Galbæ imperium 147 a
Galbij in terrã sanctã profectio 808 b
Galla Honorij soror ab Alarico rapta. 713 b. Valentiniani Imp. filia 569 a
Galerius 271 b. Cæsar creatur 272 a 273 a
Galerij genus 271 b
Galla. à Vandalis occupata 782 a
Gallicus morbus 503 a
Gallienus Imp. Rom. 240 b. 254 b Christianorum persecutionem inhibuit 240 b
Galilæus per contemptum Christus à Iuliano appellatus 490 b. 473 b
Galilæorum hæresis 181 b
Gallinaria ins. 410 b
Gallus Aegypti præfectus 861 a
Gallus Hostilianus Imperator 229 a. 254 b. templum Daphnæ ædificat 500 a. Iulianum ab idololatria auocat 414 b
Gallus crucem relucentem in cœlo Hierosolymis uidit 435 a
Gamaliel uerus & sincerus cõsiliarius. 93 b
Gamaliel & Abibus d. Stephanum sepeliunt 718 b
Gamaliel Pauli apostoli præceptor. ibid. a
Gangra ciuitas 845 a
Gangrensis synodus 409 b. 456 b. 457 a
Garamantides aues 419 a
Gaudentius 697 a
Gaugalius mons 409 b
Gazæorum contra Constantienses res gestæ 473 a
Gazæorum nauale 350 b
Gazæ portus 473 a
Gelasius Cæsareæ Cappadocũ episcopus 273 b. 602 a
Gelimer Vandalorum rex 876 b
Gelonius episcopus 533 b
genealogiæ Iudæorum ab Herode rege combustæ 59 b 60 a
genealogiarũ apud Israelitas ratio 59 a
Gennadius episcopus Cõstantinopolit. 720 b. 801 b. nullum sacerdotem consecrauit, qui psalterium non ediciscet 807 b
Gennadij ad Eleutheriũ martyrem epistola 807 b
Gẽnadio spectrũ crudele oblatũ. 808 a
Genserichus Vandalorum dux 781 b. 787 b. 875 b
Genserichus Africæ rex 782 a. Arianus 811 b
Genserichi cõtra Theodosium bellum 782 a. ad Theodosium de pace legatio ibid. b. cum Marciano amicitia 788 a. de Bonifacio Libyæ duce uictoria 782 a. in Aphrica res gestæ ibid. b. item contra Romanos res 875 b. 797 a. mors 875 b
gentium ad Euangelium uocatio atq; receptio 110 b
ex Gentibus an fideles obseruandæ legis onere grauandi sint, grauis disceptatio ibidem
à Gentilibus quoq; interdum de rebus sacris manifestata 346 a
Georgius Alexandrinus episc. ecclesias Aegyptias malè tractauit 429 b
Georgius Alexandrinus episcopus exauthoratur et exc. õmunicatur 453 b
Georgij episcopi Alexandrini crimina, 444 a
Georgius Arianus presbyter, Platonicus philosophus 723 b. eius in catholicos crudelitas 438 b. cædes 475 b.
Georgius Laodiceæ episcopus 395 a. eius ad conuentũ episcoporũ in Ancyra epistola 440 b. hæresis 461 b
Georgij martyris historia 269 b
Geppidarum eruptiones 781 b
Gerara torrens 577 a
Geras opp. 680 b
Germa ciu. terræmotu concussa 531 a
Germanicus iuuenis martyr 170 b
Germanion episcopus Hierosolymitanus 216 a. 226 b
Germanus episcopus Adrianopolitanus Constantinopolim trãslatus 757 a
Germanus episcopus, Dionysij Alexandrini hostis & calumniator 240 a
Germanus militarium in Libanesia ordinum ductor 917 b. contra uolumtatẽ Orientis præfectus factus 918 a
Germanus Theodosij contra Genserichum dux 782 a. à iudicibus damnatus, & magnis honorib. à Mauricio persequutus 920 a
Germani Romanorum ducis præclara de Persis uictor a ibidem
Germanorum rebellio 614 b
Gerontius Maximum ad Imperialem dignitatem sustulit 714 b
Gerontius Nicomedienſibus mirificè charus 670 a
Gerõtij res bello gestæ 714 b. & 715 a
Gerontio episcopatus Nicomedienſis abrogatus

abrogatus 669 b
Getsemani ager Christi precationibus deputatus 78 a
Gildonis tyranni Aphircani historia. 704 b
Gilo 916 b
Ginas Ariana hæresi maximè infectus. 665 a
gladiatorum spectacula Romæ prohibita 298 b
gloriæ uanæ contemptus 771 a
Glyceriæ martyris in Heraclea templum 929 a. miracula 932 b
Glycerius Occidētis Imperator 797 a
Glycerij impostoris fraudes à Georgio martyre sublatæ 269 b
Glycerij presbyteri martyrium 262 b
Gnostici hæretici 177 b
Godoliæ mors 95 b
Golinduch post martyrium superstes inuenta 927 b
Gongidisclus Alanorum dux bellicosissimus 781 b
Gongidiscli Vandalorum regis res gestæ 875 b
Gontaris Vandalorū rex 781 b. 875 b
Gordia Philippici uxor 917 a
Gordius episc. Hierosol. 216 a.
Gordiani Cæsaris imperium 226 a. pro Christianis rescriptum 240 b
Gordius 226 b
Gorgonia Gregorij Cæsaris soror in sanctorum numerum relata 548 a
Gorgonius aulicus & Christianus ecclesiæ multum profuit 260 a
Gorgonius martyr 262 a
Goroannes Persarum dux 713 a
Gorpiæus mensis 867 a
Gorthæani hæretici 181 a
Gorthinianorum hæresis 627 b
Gotthi olim Scythæ dicti 664 a
Gotthi ab Hunnis pulsi 585 b. & 586 b. Valente Imp. permittente in Thracia considēt 585 b
Gotthorum de Valente Imp. victoria. 589 a. diuersæ eruptiones 781 a. & b. in Italiam irruptio 699 a. & b. item in Thraciam 587 a. 879 a. 582 b
Gotthorum in urbe Constantinopolitana ecclesia 666 b
Græcæ religionis obseruationes 491 b. 492 a
Græcarum artiū studia Christianis utilissima 496 b
Græcarum disciplinarū magna utilitas. 497 b. 498 a
Græcia ab Abarum gente miserè uastata 920 a. item ab Alaricho 699 a
Græcismus 371 a. 414 b
Græcismum ad posteros transmittere Iulianus apostata conatur 491 a
Græcorum cum Iudæis bellum 161 b
Græcorum dies festi interdicti ab Imp. 298 b
Græcorum superstitiones 406 b
grando miraculosa 701 b
Graniani Serenij ad Hadrianum Imp. pro Christianis epistola 165 a
Grata Valentiniani Imp. filia 569 a
Gratianus Rom. Imp. 502 a. 714 a. 569 a. 528 a
Gratianus Imp. uenationis studiosissimus 646 b
Gratiani cum Alemannis bellū 612 a. de Alemannis apud Argentariam victoria 597 b. de restitutione episcoporum rescriptum 594 a. in Occidente res gestæ 597 b
Gratiani imperatoris literis Orientales episcopi in Occidentē uocati 608 b
Gratiani miseranda cædes 613 b
Gratiani Imperatoris, ut quam quisque uellet sequeretur religionem, constitutio 502 b
Gregoras Heraclij legatus 952 b
Gregorius Aegypti episcopus 757 a
Gregorius Agrigentinus 890 b
Gregorius Alexandrinus episc. 393 b. & 395 a. hæreticus 598 a
Gregorius armata manu in ecclesiæ Alexandrinæ possessionem perducitur 395 b
Gregorio Alexādrino episcopatus abrogatur 403 b
Gregorius Antiochenus episcopus grauissimè apud Imperatorem accusatus 918 b. abdicatus restituitur 919 a
Gregorij episcopi Antiocheni laus 902 a. ad Imperatorem & concilij iudicium prouocatio 918 b
Gregorius hierarcha Antiochenus 916 a
in Gregorium episcopū Antiochenum tumultus ab Asterio cōcitatus 819 b
Gregorius Armeniæ maioris episcopus. 325 b
D. Gregorius in Armenia crudeliter à Teridate tractatus 354 b
Gregorius Beryti episcopus 320 b
Gregorius Laodicensis, Arianus, Manichæorūq; acerrimus insectator 254 a
Gregorio Laodicensi episcopatus abrogatur 403 b
Gregorius Magnus episcopatum primarium deponit publicæ pacis gratia. 602 a
Gregorius cognomento Mirificus 242 b, & 243 a. 354 b. Origenis discipulus 223 b
Gregorius Nazianzenus 351 a. 420 b. 579 b. Iuliani discipulus 470 a. Constantinopoli in æde priuata catholicā fidē docet 598 b. in episcopum Cōstantinopolitanum eligitur 545 b. 599 b. 601 b. eius ad Nectarium epistola 539 b. contra Iulianum scriptum 516 a. contra Monophysitarum hæresim disputationes 945 b. cum Basilio Magno amicitia arctissima 544 a. de duabus in Christo naturis opinio 944 a. de utilitate prophanarum literarū sententia 498 a
Gregorij Nazianzeni laus 495 a. 544 b. miracula 598 b. scripta 547 b. uirtutes 902 b
Gregorij episcopi Neocæsariensis miracula 242 b. & 243 a
Gregorius Nyssenus episcopus, Basilij frater 548 a. eius coniugium & scripta ibidem
Gregorij Pisidis aduersus Monophysitarum hæresim disputationes. 945 b
Gregorius Sasimorū & Cappadocum episcopus 755 a
Gregorius Syracusanus episcopus Nicæam translatus 756 b
Gregorius theologus 548 b. eius eloquentia 497 b
Gregorij Theopolitani episcopi ad milites seditiosos oratio 920 b. contra Seueri hæreses disputatio 926 b. mors 819 a. 928 b
Gregorius Tripolis episcopus 904 a
Gregorij tres in Dei Ecclesia præclari. 548 a

H

HAdrianus episcopus Antioch. Eudoxij successor 453 b. exilio damnatur ibidem
Hadrianus Imp. 162 b. in deorum numerum relatus 515 b
Hadrianus Imp. curiositatum explorator 186 a.
Hadriani Cæsaris res gestæ 162 b statua ibid. pro Christianis ad Minutiū Fundanum rescriptū 163 a
Hadriano Cæsari oraculum ad Castalium fontem datum 499 b
Hadrianopolis ciuitatis primordia 162 b
hæreses ex ecclesia tollendæ 339 b
hæreses septem primæ 181 a
hæresium abolendarū uia ac ratio 279 a
ex Hæresibus oriuntur multa etiam in ecclesia commoda 768 a
hæretici à publicis cōuentibus coercendi 540 a. 697 b. cauendi 319 b. fugiendi 167 a

hæretici etiam quidā inter orthodoxos uiros non temerè enumerati 419 b
hæretici in ecclesia primi, erant manifesti impostores 177 a
hæretici, instrumēta sunt diaboli ad extinguendam ueritatem ibidem
hæretici sunt ueluti chamæleontes 319 a
hæretici multi fidem suæ doctrinæ martyrio confirmarunt 198 b
hæretici non sunt rebaptizandi & b
hæretici studiosè ueterum libros deprauant 847 a
hæreticorū conuincendorū ratio 250 a
ex Hæreticorum dissensione Ecclesia catholica crescit 657 b
hæreticorum extra urbem Constantinopolitanam conuentus 625 a
hæreticorum falsas opiniones nosse iuuat 228 b
hæreticorum libri damnati & combusti 331 a
hæreticorum qui in Oriente extiterunt catalogus 598 a
hæreticorum respirscentium anabaptismus 228 b
hæreticorum reuocationes publicè audiēdæ ibid. b
hæreticorum sub Constantino coercio 294 b
contra Hæreticos quomodo procedendum 606 b. 607 b
Halmyris locus 625 b
Harmatius Cæsar 832 b
Harmatij ducis aduersus Zenonem in Thraciam profectio 832 a. cum Zenone familiaritas ibid.
Harmonius 411 a
Harmonij hæresis ibidem
Hebionitarum hæresis 154 b
Hebræum Euangelium 181 b
Hebræi quomodo sacra accipiant Biblia 505 a
Hebræorum laus & dignitas 49 a
Hecebolius Constantinopolitanus sophista 494 a. 513 a. Iuliani imp. præceptor 469 a
Hecebolij à fide Christiana defectio, atq; eius pœnitentia 494 a
Helcesitarum hæresis 225 a
Helena Adiabenorū regina inopiæ paupertm in Iudæa subuenit 103 a
Helena Constantini mater ad Christianam religionem conuersa 228 b
Helena crucis Iesu Christi inuentrix. 344 b
Helena in Hierusalē multa templa excitauit 346 a. spelunca ubi Christus natus est exornauit 745 a
Helena Constantis uxor 271 b. 272 a
Helenæ ad Constantinum filium literæ 288 b
in Helenæ honorē duæ ciuitates à Constantino ædificatæ 348 b
Helenæ Cōstantini matris pietas 344 b
S. Helenæ pietatis opera 348 a. statua in Daphnæ luco à Constantino Imp. erecta 499 b. item aliæ in suburbanis Aeliæ locis 103 a
Helenopolis ciu. 302 a
Helenopolis Bithyniæ ciu. 386 a
Helenopolitanæ thermæ ibidem
Helenoponti maris nomen unde 348 b
Helenus Cilicum episcopus 249 b
Helianus episcopus ibidem
Helias Anastasij mortem præuidit 852 b
Helias hierarcha Hierosol. 849 b. 847 a. 849 a. eius ad Imperatorem literæ ibidem
Helias episcopus Hierosolymitanus ex episcopatu electus 851 b
Heliæ Hierosolymitani episcopi exilium 845 b
Helias monachus Aegyptius 570 a
Heliæ Thesbytæ templum 346 b
Heliodorus episc. episcopatu suo abire, quàm amatorium suum poema abolere, maluit 633 b
Helio patricius Rom. 717 a
Helion Romanorum ad Persas legatus. 732 a
Heliopolis ciu. 478 b. 560 b. & 561 a
Heliopolitæ in Phœnicia uirgines suas ante legitimas nuptias prostituerunt publicè 479 a
Helladius episcopus 602 a. 669 b. Arij sectator 318 a
Helladius grammaticus 619 b
Helladius Ponti episcopus 604 b
Helladij uaria homicidia 620 b
Helladius Arianæ hæresis sectator 313 a
Hellanicus hæreticus 320 a. Tripolitanus episcopus ibid. b
Helles monachus Aegyptius 570 a
Hemerobaptistarum hæresis 181 b
Heraclas Origenis socius 217 a
Heraclas episcopus Alexandrinus 222 b. martyr 212 b
Heraclas philosophus 226 b. scholæ theologicæ apud Alexandrinos præfectus 222 b
Heraclas presbyter philosophico habitu incessit 219 b
Heraclea ciu. 392 a. incensa 904 b
Heraclides Chronius monachus 407 a
Heraclides Ephesius absens Theophili iudicio damnatus 680 b
Heraclides martyr 213 b
Heraclides Nicomediensis episcopus, 669 b
Heraclides possessionum Constantini Imp. curator 294 a
Heraclides quatuor annis in carcere detentus 694 a
Heraclitus scriptor Ecclesiasticus 205 b
Heraclius episcopus Hierosolymitanus. 462 a. 528 b. 533 b. crucem Domini terræmotu concussam ferreis operibus restaurat 349 b
Heraclius Heraclij filius, classis contra Phocam præfectus 952 b
Heraclius Tyrius Herculis sacerdos baptizatur 456 a
Heraclij Imperatoris res gestæ 955 a
Herculis post parricidia patrata lustratio 288 a
Herculius imperium Romanum frustra repetit 274 a
Herculius magnus Christianorum hostis ac persecutor 271 a. post mortem magna ignominia affectus. 274 b
Herculij in Demetriū crudelitas 270 a
Herennius episcopus Hierosol. 462 a
Hermes hæreticus 541 a. scriptor ecclesiasticus 386 a
Hermæ liber quem Pastorem inscribit, non est canonicus 140 b
Hermippi martyrium 268 b
Hermo episcopus Hierosol. 528 b
Hermogenes propter blasphema scripta excommunicatus 723 a
Hermogenes rhetor 168 a. Syriæ præfectus 459 a
Hermogenis contra Paulum episcopum Constantinopolitanum res gestæ. 396 b. cōtra Persas facta 874 b. perpetua cum Persis pax 875 a. mors 396 b
Hermocratis martyrium 268 b
Hermolai episcopi martyrium. ibidem
Hermon episcopus Hierosolymitanus. 255 b. Manichæus 253 b
Hermopolis ciu. 504 b
Herodis Antipas 64 a. Ascalonita 57 a. Galilææ princeps 64 a. Idumæus 57 a. Irenarcha 171 b. Iudæorum proselytarū genealogias combussit 59 b. Mariamnem uxorem & amicos suos occidit 54 b
Herodes à patre dux Galilææ declaratur 53 b. ab Augusto Iudæorum rex Romæ constituitur 54 a. 57 b apud Antonium accusatur 54 a
Herodes moriturus innocentissimos uiros post mortem quasi inferias occidi iubet, ne desit luctus 65 a
Herodes primus Iudæorum rex aduena 57 a. Pontificatum & sacerdotia Iudæorum uenalia habuit ibid. b

Herodis genus 57 a.b. ambitio & regnandi cupiditas 62 a. cum Antigono uaria certamina 54 a. b. erga suos magna crudelitas ib. b. in Bethlehemeticos filios immanitas. 63 a. item in Iudæos 57 b
Herodis regis natalitiũ 68 b. natura & indoles 53 b. incestus. 68 a. uxores 54 a
Herodis regnum in quatuor tetrarchias diuisum 64 a
Herodis regis mors omnium crudelissima 63 a. 64 b. 104 a
Herodi ab Augusto Iudææ regnum confirmatum 54 b
Herodianus historicus 168 a
Heron episcopus Antiochenus 163 b. 533 b. martyr 213 b
Heronis episcopi apostatæ mors miseranda 503 a
Heros episcopus Alexandrinus 144 b
Heruli Christiani facti 878 b
Hessæorum hæresis 181 b
Hesychas Hilarionis discipulus 409 a. monachus 576 b
Hesychij martyrium 271 a
Hexaplum opus Bibliorum 217 b
Hierapolis Phrygiæ ciuitas 130 b. 924 b
Hieratius episcopus 534 a
Hierax 249 b. Cyrilli studiosissimus 724 b. Oresti iussu uerberibus tractatur ibid.
Hieremiæ fouea 347 a
Hieroglyphicæ literæ crucis formam referentes, in euersione templi Serapidis iuuentæ 620 b
D. Hieronymi mors 713 b
Hierosolyma Aelia dicta 162 b. et 163 a. quando capta 51 a. ab Antiocho 151 b. item ab Herode & Sosio. 54 b. à Pompeio 53 a. à Vespasiano 145 a
Hierusalem noua in Caluariæ loco à Constantino ædificata 346 a
Hierosolymæ grauis obsidio 147 a. & 148 a. excidium 145 a. 162 b
Hierosolymitanæ urbis excidiũ à Christo Iudæis prædictum 151 a
Hierosolyma urbs omnium clarissima. 508 a. munitissima 147 a. Christianæ doctrinæ fons 852 b. Græcorum facta habitatio 162 b
Hierosolymitana precationis ergò profectio 435 a. quãdo incœpta 579 b. 755 a. 358 b. 380 a
Hierosolymitana synodus 426 b
Hierosolymitanæ urbis uaria nomina. 508 a
Hierosolymitanum templum in Caluariæ loco ædificatũ, dedicatũ 379 b. à Iudæis instinctu Iuliani restauratum 505 b. 506 a
Hierosolytani templi gratia episcoporum conuentus in Cæsarea Palæstinæ habitus 377 b
in Hierosolymitani templi restauratione uaria uisa miracula 507 a. & 506 b
Hierosolymitani patriarchæ dicœcesis. 824 a
Hierosolymitanorum post Christum episcopi 164 a
Hierosolymitanorum episcoporum catalogus cur non extet 163 b
Hierosolymitanorum episcoporum successio 144 b. 195 a. 226 b. 255 b. 528 b. 618 b. 743 a. 890 a
Hierothei fides ac pietas 112 a
Hilarion Hesychæ præceptor & amicus 576 b. Palæstinus monachus 408 b
S. Hilarionis monachi historia 478 b. discipuli 576 b. in Palæstina memoria 409 a. miracula ibidem. mors & sepultura ibid.
Hilarius episcopus Hierosolymitanus. 462 a. 528 b
Hilarius Pictauiensis episcopus 437 a. ab exilio reuocatur 488 a
Hilarij Pictauiensis encomium 410 b. in prædicando Euangelio studiũ ardentissimum 488 a. scripta, ibidem
Hilissus castellum 893 b
Himenæus episcopus Hierosol. 227 a
Himerius sophista 545 a
Hippolytus scriptor ecclesiasticus 220 b
Hippolyti Portuensis scripta 203 a
Hiriochus apostolorũ discipulus 800 a
Hispania à Vandalis uastata 782 a
historiæ conscribendæ libertas 40 b
historiæ cùm prophanæ tum sacræ ingens utilitas 39 a
historiæ Ecclesiasticæ quo studio & qua fide ab alijs conscriptæ 404
Homeritæ pop. 353 a. 897 b. ad Christianismum à Theophilo Indo conuersi 415 b
hominis fragilitas 924 b
homines monstrosi 638 b. in sues diuina uindicta conuersi 354 b
Honoria Honorij filia 704 a
Honorichus Vandalorum rex 837 b eius in orthodoxos crudelitas 875 b
Honorius Theodosij Magni filius 569 a. Occidentis Imperator 656 a. monarchiam Romæ lata lege tollit. 656 b
Honorij de Attalo uictoria 700 b. mors 704 a
Hormisdas episcopus Rom. 866 b
Hormisdas Persarum rex 911 a. eius res gestæ 923 a
Hormisdas captus & in custodiam coniectus excæcatur 924 a. obtruncatur ibid. 923 a
Hosius confessor 431 b
Hosius Cordubensis episcopus 402 a. in Aegyptum atq; Asiam ad conciliandam ecclesiæ concordiã à Constantino missus 323 a. primus de substantia & subsistentia mentionẽ in Ecclesia fecit 484 b
Hosius Nicænæ synodi promulgator. 325 a. tormentis coactus, tribus Arianorum fidei formulis subscripsit 431 b
Hosij Cordubæ episcopi pietas atq; constantia 325 b
Hosij oratoris facta ibid. a
hospitalitatis episcopalis memorabile exemplum 576 a
hospitalitatis leges atq; officia 367 b
hospitij uiolati exemplum 51 b. & 52 a
Huldas Hunnorum dux 698 b
Huldericus Honorichi filius 797 b
Hulderichus Vandalorum rex 876 b humanæ uictimæ 229 b. 494 b
Hunni populi 585 b
Hunni Caspij in Romanorum agros eruptionem faciunt 857 b
Hunni ad Christianismum à Chrysostomo conuersi 661 b. item à Theotimo 650 a
Hunni Saberi olim uocati 845 a
Hunnorum contra Rom. imperium bellum 782 b. item cum Burgundis 759 a
Hunnorum in Orientem eruptio 845 a. 657 a. in Thraciam 698 b. 825 b. 857 a
Hyginus Pont. Max. 103 b
Hymenæus Hierosolymorum episcopus 249 b. 255 b
hymnodiæ Arianorum 668 b
hymnorum canendorum ratio ac uia. 108 a
Hypatiæ doctissimæ fœminæ cædes. 726 a
Hypatij cõtra Vitalianum Thracem res gestæ 857 a. cædes 875 a
Hyperechius episcopus 533 b
Hyphasis fluuius è paradiso profluit. 417 b
Hyphasis unda febribus medetur. ibid.
Hyrcanus à Parthis captus 57 a. redimitur 54 b. ab Herode occiditur ibidem
Hyrcanus obsidionẽ Hierosolymæ redimit 52 a
Hyrcanus Romana ciuitate à Cæsare donatus 53 b
Hyrcanus Salinæ & Alexandri filius ignauus, in Pontificem electus 52 b
Hyrcani res gestæ. ibid. a cum Aristobulo bellum ibid. b. 53 a. cum Herode amicitia 57 a. mors 52 a
Hyrcano pontificatus à Cæsare confirmatur 53 b
Hythius episcopus 533 b

I

Iacobus apostolus Iosephi filius 95 a
Iacobus frater Domini, primus episcopus Hierosolymitanus 94 a. 164 a
Iacobus Iustus, cur frater Domini iudicatus 94 a
Iacobi apostoli duo ibid.
Iacobi apostoli euidens prædicatio 95 a. epistola 130 a. num canonicè scripta 139 b. & 140 a
Iacobi fratris Domini thronus 242 b. laus 128 b. & 129 a
Iacobi filij Alphæi acta & martyrium. 131 b
Iacobi Iusti martyrium 181 a
Iacobi apostoli mors 96 b. 103 b. 128 b. & 129 a
Iacobus Nisibis episcopus 325 b. 807 a. & eius miracula ibid.
Iacobus Nisibenus monachus 804 a
Iacobus Persa ex Christiano ethnicus. 730 a. reuersus ad Christianismum martyrio coronatur ibidem
Iacobi Persarum presbyteri persecutiones 358 a
Iacobus Zanzalus 949 a
Iacobi episcopi precibus Nisibis ciuitas restauratur 428 a
Iacobitarum secta 942 a. 949 b. 950 a
Iadeus Iudæorum Pontifex 95 b
Iamnæas Alexander 96 a
Ibas Edessenus episcopus 824 b. eius scripta in concilio Constantinopolitano damnata 891 b
Iberia regio 502 b
Iberiæ princeps cum tota familia ad religionem Christianã conuersus 352 a
Iberus fluuius 502 b
Iberes Armeniæ populi per mulierẽ captiuam ad Christianismum conuersi 351 a
Icar regio & mons 931 a
Iconium Lycaoniæ metropolis 548 b
Iculus Iudæorum Pontifex 95 b
idolorum usus 242 a
idololatriæ author & propagator Sathã 312 a
idolomaniæ ineptiæ 619 a. abolitio 298 b. 406 a
idololatræ casuum fatalium clades Christianis ascribere soliti 280 a
Iebus ciuitas 508 a
ieiunium Aribiuri 951 b. 952 a
ieiuniũ ante Paschæ ferias 631 b. post Pentecosten 429 b. ante baptismũ 727 a. 759 a. quadragesimæ 367 a. diuturnum 770 b
ieiunium qua ratione in ciborũ delectu apud diuersos obseruatum 632 a
ieiunij tempore carnium esus in piscium penuria à Iustiniano cõcessus 898 a
ieiunij magnus dies 482 a. superstitio 193 b
de Ieiunij obseruatione grauis contentio. 208 a
ieiunij diuersa apud diuersos tempora. 631 b
ieiunia Romanorum 634 a
Iesus Gamalielis filius, Iudæorum Pontifex 96 a
Iesus, seu Iosue, filius Nauæ 878 a
Iesus Phabi filius, Iudæorum Pontifex 96 a. item Seæ filius ibidem
Iesus Iosedec filius, Iudæorum Pontifex 95 b
Iesu nomen cur in ueteri testamẽto Nauæ filio inditum 47 a
Iesu nomine quid intelligendum 61 a
Ignatius episcopus Antiochenus 144 a. 157 b. patriarcha 955 b. 756 b
Ignatius antiphonarum in ecclesia autor 669 a
Ignatij Antiocheni episcopi res cum bestijs pugna ibidem. martyrium 159 b
Ignatij reliquiæ Roma Antiochiã trãslatæ 762 a
ignauiæ detestatio 711 a
ignis cœlestis in terrã prolapsus 702 a
ignis delubrum apud Persas ab Abda episcopo dirutum 728 b
ignis pro Deo à Persis cultus 727 b. 910 b
ignoti Dei ara 621 b
Illus tyrannus 841 b. imperium contra Zenonem affectat ibidem
Illi ducis cõtra Zenonẽ res gestæ. 826 a
Illyricæ synodi decreta 564 a & b. ad episcopos Asianos de Trinitatis consubstantialitate scriptum 565 a
in Illyrico conuentus episcoporum propter Trinitatis consubstantialitatem conuocatus 563 b
imagines sanctorum ex ecclesia à Xenia Hieropolitano episcopo ejectæ. 846 a
imaginum sacrarum usus 242 b. 504 a. abrogatio 955 a & b
Immeres gens bellicosissima 856 b. Christianismum amplectitur ibid.
Imperatoris sanctissimi descriptio 21 b. 23 b. 825 a. 915 b
Imperatoris est, sibi primùm, deinde subditis imperare 26 a
Imperatores quid potissimũ ornet 22 a
Imperatores certa Dei prouidentia generantur hominibus ibidem
Imperatores episcoporum potestati in rebus ecclesiasticis olim subiecti. 226 a
imperium curarum & ærumnarum nomen 434 b
imperij status felix ac bonus 23 b
imperij custos timor Dei ibidem
imperij administrandi præcepta & leges 906 a
imperij administratio non penes subditos, sed principem 528 a
imperia Deus suo præsidio conseruat. 664 a
imperiale sceptrum splendidi cuiusdam seruitij signum 24 a
imperialis aula Emanuelis Palæologi, morum pietate monasterio persimilis 26 b
Indæ eunuchi martyrium 262 b
Indi Homeritæ 897 b. 353 a
Indi Sabæi ibid. a
Indi interiores ex insperato ad Christũ conuersi ibidem
Indorum idololatria ibidem
infelicitati nullius insultandum 383 a
iniuriarum humanarum recordatio cur altius mortalibus insideat 580 a
Innocentius Pont. Rom. 618 b. 953 a. 695 a
Innocentius apud Alarichum orator. 700 a
Innocentij Pontificis Rom. ad clerum Constantinopolitanum pro Chrysostomo epistola 695 b. literæ quibus Arcadiũ Imp. Atticum, &c. anathemati subijcit 698 a
Ioas Iudæorum Pontifex 95 b
Ioachamus Iudæorum Pontifex ibid.
Ioacht Iudæorum Pontifex ibidem
Ioachim Mariæ uirginis Deiparæ pater sanctissimus 55 a
Ioachim Iudæorum Pontifex 95 b
Ioannes Baptista Christi consobrinus. 95 a. ante natiuitatem suam Christum saluatorem mundi ueneratur & adorat 56 a. Christi præcursor, præclarè suo munere functus 68 a. à primis statim annis uitam solitariam amauit 63 b. Herodis incestum aperte reprehendit. 68 a. uix sanguinarias Herodis in infantes innocentissimos sæuientis manus effugit 63 b

Ioannis baptismus 67 b. doctrina. ibid.a. prædicatio ibidem. laudes à Christo decantatæ 68 b. prope Iordanem domicilium 346 b. uitæ austeritas 63 b. in prædicatione pœnitentiæ ardens studium. 67 a

Ioannis Baptistæ cineres prophanati. 482 b

S. Ioannis Baptistæ in Septimo templũ. 604 b. 653 b

Iaannes apostoli duo 140 a

Ioannes apostolus hæreditatem à Zebedæo parente sibi relictam, Caiphæ Pontifici diuendit 94 b

Ioannis apostoli epistolæ 247 a. in Pathmum relegatio 134 a. 152 a. ex Pathmo liberatio 153 b

Ioãnis apostoli epistolæ & apocalypsis. 160 a. 139 b. & 140 a. 152 a. 180 b

de Ioãnis Apocalypsi Dionysij Alexandrini iudiciũ 246 b. & 247 a & b

de Ioannis Apocalypsi Irenæi iudicium 187 a

Ioannis apostoli miracula 200 a

Ioannes apostolus Quatuordecimanos in Asia Pascha celebrare docuit. 631 a

Ioannis Euãgelistæ domus 92 b. 94 b. 77 b. filij 137 b. mors 135 a

Ioannis apostoli Euangelium, epistolæ & apocalypsis 221 b

Ioannes qua ratione ad Euãgelium suum scribendũ sit adductus 138 a & b. 132 b

Ioannes cur postremo loco suum Euangelium scripserit 138 a. 205 a

Ioannis apostoli ex hominum consortio decessus qualis 86 b

Ioannis Euangelium in specu quodam sub templi Hierosolymitani fundamẽtis, Iuliani Imp. rẽporibus inuentum 507 a

Ioannes episcopus Alexandrinus 840 b. eius exilium 845 b

Ioannes presbyter Antiochenus episcopatum reiicit oblatum 481 b. cum suis damnatur 749 a

Ioannis Antiocheni episcopi ad Nestorium scripta 747 a. in Epheso cõtra Cyrillum & Memnonem facta. 749 a

Ioannes Apameæ episcopus 596 b

Ioannes Armeniarum copiarum dux. 928 b

Ioannes Cappadox episcopus Constantinopolitanus 866 b

Ioannes Catilinus episcopus Ro. 895 b

Ioannes Chrysostomus diaconus Antiochenus 549 a. multus episcopus Constãtinopolitanus factus 680 a. acris criminum censor 659 b. cleri reformator 661 a. liberorum Theodosij in baptismo susceptor & compater 680 a. 760 b. hæresium plurimarũ expugnator 667 b. Origene multo felicior 762 a

Ioannes Chrysostomus concionibus suis efficit, ut Eudoxia ademptum Callitropæ uineam restitueret 677 b

Ioannes Chrysostomus inuitus episcopalibus officijs fungitur 680 b

Ioãnes Chrysostomus exul ecclesiarum curam gerit 691 b. à Cyrino episcopo Chalcedonensi grauiter insectatur 678 a. ab Eudoxia apud Arcadium accusatur 677 b. Seueriani conuicijs laceratur 679 b. concilio ab Eudoxia conuocato condemnatur 682 a. ab exilio reuocatur 680 a. percussores suos ac cusatos à supplicio liberat 686 a. Epiphanio mortẽ prænunciat 677 b

Ioannes Chrysostomus eo quòd uitia acriter taxaret, à multis odio habitus 670 a. indicta causa proscriptus 696 a. re & causa indicta damnatus 698 a. Cucusum in exilium missus 685 a

Ioannes Chrysostomus propter uitiorũ reprehensionem multorum contra se odium concitauit 661 b. Scythas ab Arianismo ad orthodoxam fidem conuertit ibid. idololatriam in Phœnicia tollit 661 a b. eleemosynæ dandæ modum præscribit 688 b. in exilio etiam Christianismum propagauit 690 b

Ioannis Chrysostomi parentes 658 b. præceptores 659 a. encomium 661 a. 777 a. 658 b

Ioannis Chrysostomi nomen quando primùm in episcoporum matriculam inscriptum 736 b. 737 a. 741 b. eius nomen in episcoporũ Occidentalium album relatum 687 a

Ioannis Chrysostomi in dicendo magna libertas 663 b. in Arcadium dictum 682 b. ad Gainam legatio 667 a. cum Basilio Magno amicitia 660 b. in Gainam ducem dicteria 663 b

Ioannis Chrysostomi obtrectatorũ gratia synodus Constantinopoli cogitur 675 b

Ioãnis Chrysostomi querela de suorum ex ecclesia Constantinopolitana eiectione 683 a

Ioannis Chrysostomi eloquentia 659 a. cum Gaina apud Arcadium colloquium 665 b. scripta 660 b. 702 b. cũ Sisinio disputatio 637 a. contra Eudoxiam conciones 682 a. contra fastũ potentũ homilia 663 a. ad Constantium presbyterum scriptum 691 a. ad Cyriacum episcopum epistolæ 703 a. ad Olympiadem epistolæ 702 b. contra Eutropium oratio 662 b

Ioannis Chrysostomi dictio atticismum refert 777 a

Ioannis Chrysostomi phrasis & stylus ab Isidoro laudatus 776 b

Ioãnis Chrysostomi libri non sunt à Cyrillo deleti 741 b

Ioannis Chrysostomi opera diuinitùs seruata ibidem

Ioannis Chrysostomi ærumnæ 691 b. exilium 677 b. 679 b. 684 a. de exilij loco querelæ 692 a. in reditu ad populum oratio 680 a

Ioannes Chrysostomus in die exaltationis crucis obijt 704 a

Ioannis Chrysostomi tumulus immobilis 760 b

Ioannis Chrysostomi corpus Constantinopolim translatum ibid. b. & 761 a

Ioannis Chrysostomi cadauer in episcopali throno collocatum, pacem populo precatur ibid. b

Ioanni Chrysostomo Petrus & Ioannes apostoli morituro apparuerunt. 703 a. cum presbyter consecraretur, columba capiti insedit 660 b

Ioanni Chrysostomo in synodo Constantinopolitana episcopatus abrogatur 679 a. restituitur 680 a

in Ioannem Chrysostomum multi percussores ordinati 685 b

Ioannes Calybetes monachus 807 b

Ioannes Chuzicites monachus 869 a. eius miracula ibid. b

Ioannes Gordi & Proconnesi episcopus 755 a.

Ioannes Hierosolymitanus episcopus. 617 a. 164 a. 658 a. 718 b. 851 b

Ioãnes episcopus Hierosolymitanus contra Anastasij ducis expectationem orthodoxiam pro concione prædicat 852 b

Ioannes Hyrcanus 96 a

Ioannis Ieiuni archiepiscopi Constantinopolitani mors 934 a. sanctimonia ibidem

Ioãnes Larissæus episcopus Synnadam translatus 756 b

Ioannes monachus Aegyptius 569 b. 572 a. 640 a. eius uaticinia. ibid. b

Ioannes Maiumæ episcopus Alexandriã translatus 756 b

Ioannes Misericors Cyprius, Alexandrinus episcopus 953 b

Ioannes Philoponus Aristotelicus insignis 944 a. Tritheitarum hæresis præfectus 948 a

Ioannis Philoponi cum Conone disputationes 944 b. de Monophysitarum hæresi nugæ 945 a. contra Græcos et ethnicos scripta 947 b. refutationes 945 b

Ioannes presbyter, & eius scripta 187 b

Ioannes Rhetor historicus 805 a

Ioannes Tabennesiotes sc episcopatum Alexandrinum non recepturum iurat 833 b

Ioannis Tabennesiotæ apud Romanos actiones 837 a. exilium 845 b

Ioannis Cyrti ducis res gestæ 854 b

Ioãnis Damasceni lucubrationes 627 b

Ioãnis Eleemosynarij episcopi Constantinopolitani sanctitas 934 a

Ioannis Palati episcopi exilium 847 b

Ioannis Palæologi Imperatoris mors. 23 a

Ioannitæ monachi 682 b. militari manu in conuentibus suis malè tractantur 692 b. Constantinopoli templum incendunt 686 a

Ioannitarum incrementa 683 b. persecutio 686 b. 736 b

Ioannitius Magnus 955 b

Iodas Iudæorum Pontifex 95 b

Ionathas Anani filius, Iudæorum Pontifex 96 b. in seditione cæsus 118 a

Ionathæ cũ Romanis amicitia, & cum Antiocho fœdus 51 b

Ionicus Clementis Alexandrini præceptor 203 b

Ioras Iudæorum Pontifex 95 b

Iordanis fontes 241 b

Iosedec Iudæorum Pontifex 95 b

Ioseph Mariæ sponsus, uir iustus 56 a. eiusdem cum Maria fuit tribus. 60 a. antequam Mariæ uirgini desponderetur, uxorẽ & liberos habuit 95 a

Iosephi sponsi Mariæ uirginis integritas 55 b

Ioseph episcopus Hierosolymitanus. 164 a

Ioseph Persa martyr 358 a

Iosephus Antipatri filius 53 b

Iosephus Camæ filius Pontifex 96 b

Iosephus hymnorum scriptor 955 b

Iosephus Iudæorum Pontifex 96 a

Iosephi historici in historia scribenda fides & integritas 109 b. & 110 a. de Christo luculentissimum testimonium 88 b. eius libri à Vespasiano descripti atq; conseruati 153 a

Iosephi de Hierosolymorum excidio iudicium 149 a. laus 104 b. & 105 a

Ioses Iosephi filius 95 a

Iosaphat uallis 346 a

Iosue Christi seruatoris typus 47 a

Iouianus Pergensis episcopus 550 b

Iouianus Imperator 494 a. 517 b. concordiæ amantissimus 519 a. Christianos in integrum restituit. 518 a. propter græcissantes imperium recusat 517 b. idolorum cultum abrogat 619 a

Iouiani Imp. uita descripta 524 b. Christianæ uirtutes 522 a. contra Persas res gestæ 517 b. constitutio, qua matrimonium Vestalium prohibetur 518 b. mors 523 a

Iouius Illyrici præfectus 699 a

Iouius Italiæ præfectus 700 a

Iozarus Iudæorum Pontifex 96 a

ira ex uoluptatibus nascitur 581 a

Irenarchæ officium 171 b

Irenæ cum Constantino imperium 756 b. 955 a

Irenæ Spiridonis filiæ miracula 366 a. 269 b

Irenæus grammaticus 484 b. eius de Atticista liber ibid.

Irenæus Tyri episcopus 767 b. Polycarpi auditor 202 b. 186 b. eiusdem lucubrationes ibidem

Irenæus pacis studiosissimus 280 b

Irenæi erga religionem & fidem ardens studium 188 b

Irenæi ad Florum & Blastum scripta. 202 a. cautio, ne scripta eius à notarijs deprauarentur ibidem

Irenæi tempore in Ecclesia Christi miracula uirtute diuina facta 186 b

Irenion Gazæ episcopus 519 b

Isaac episcopus Hierosolymitanus 953 b

Isaac Persarum episcopus & martyr. 358 a

Isaacius in uinculis Valẽtis mortẽ prædicit 589 a

Isacij monachi Constantinopolitani ad Valentẽ pro catholicis oratio 588 b

Isauri Phœnicen & Cariam inuadunt. 698 b

Isaurienſe concilium 437 a

Ischyræ & Athanasij iudicium 378 b

Isidorus Cyri episcopus 597 a. 602 a

Isidorus Milesius insignis architectus. 884 b

Isidorus Peliotes 741 a. 775 b. 743 b

Isidorus solitarius 570 b

Isidori de phrasi & stylo Chrysostomi iudicium 776 b. pro Chrysostomo defensio ibid. a & b

uita 775 b. scripta 776 a

Isdigerdes Persarum rex, Theodosij tutor 707 a. 727 b

Ismaelus Phabi filius, Iudæorum Pontifex 78 b. 96 a

Ismaelitæ Saracenorum nomen sibi imponunt 584 b

Ismaelitarum ceremoniæ cum Iudæis communes 585 a

Istri pons saxeus 302 a

Ithyphalli turpiter nudati in publicum prodeunt 619 a

Iudas apostolus, Iosephi filius 95 a. frater Domini secundum carnem. 152 b. episcopus Hierosolymitanus 164 a

Iudas Galilæus Iudæos ad defectionem ob tributi exactionem sollicitat. 58 b

Iudas Machabæus Pont. Max. 96 a

Iudæ apostoli epistola 130 a

Iudæ cum Romanis pax & fœdus 51 b. erga religionem & cultum diuinum ardens studium ibidem. rebellio contra censum & descriptionem uindicata 93 b

Iudæ Gaulanitidis seditio 58 b

Iudæ historici lucubrationes 205 b

Iudæ Iscariotis auaritia et proditio 79 a

Iudæ Taddæi acta & martyrium 132 a

Iudæa quandiu sub aduenis regibus. 145 b

Iudææ tetrarchiæ 54 a

Iudæus Constantinop. in desperato casu paralyticus, per baptismum sanatur 722 a. harena pro aqua baptizatur 173 b

Iudæus Homerites pseudomoyses 870 b

Iudæus in ignis flamma diuinitùs conseruatus 803 a. 889 b

Iudæus per ludum baptizatus 174 a

Iudæus quidam lucri spe captus, sæpenumero baptismum reiterat 727 a

Iudæi ad restitutionem templi Hierosolymitani excitmulati 505 b

Iudæi C. Cæsaris effigiem in templo ferre nolunt 101 b. & 102 a

Iudæi Christo nato à Romanis subiugati 861 a. Christianis semper infensissimi 724 b. circa natiuitatem Christi in seruitutem à Romanis redacti 56 b

Iudæi corporalium rerum & typorum studiosi, spiritum & ueritatem non curant 634 b

Iudæi è Biblijs dicta de Christo quædam

dam sustulerunt 180 b
Iudæi ex Alexandria eiecti 724 a. & 725 a. in Babylonicam captiuitatem à Nabuchodonosore ducti 50 b
Iudæi in Christi contumeliam infantem in cruce excarnificant 726 b. nocturnam ex insidijs cædem Christianis moliuntur 725 a
Iudæi Nazarenorum religioni semper fuere infensissimi 288 b
Iudæi Diocæsareæ rebellantes, à Gallo coerciti 435 b
Iudæi per Syluestrum ad Christianismum conuersi 288 b
Iudæi propter Christi cædem multas pertulere clades 101 b
Iudæorum aristocratia 51 a. aduersus Romanos rebellio 145 a. bella ciuilia 51 a. contra Græcos bellum 161 b. contra Samaritanos seditio 117 a. cum Christianis de Christiana religione in urbe Roma colloquiũ 288 b. cum Hierace contentio 724 b. ex captiuitate Babylonica libertas. 51 a
Iudæorum extrema impietas à Deo uindicata 149 a
Iudæorum genealogiæ ab Herode combustæ 59 b
Iudæorum hæreses 181 b. in Christianos magna crudelitas 888 b. 180 b. in Christianos apud Cõstantinopolitanos tumultus 941 b. libertas & prærogatiua 50 a. in Paschæ ferijs cruenta seditio 117 a. nouæ clades sub Traiano apud Alexandriam, Cyrenẽs. & in Aegypto 161 a & b
Iudæorum oligarchia 51 a. pertinacia 722 a. 725 a
Iudæorum regum aduenarum catalogus 145 b
Iudæorum sacerdotia & unctio abolita 58 a
Iudæorum seditio & bellum intestinum 145 a. seditiones 51 a. sub Claudio Imperatore calamitates. 117 a. sub Hadriano clades cruentissima 162 b. item sub Nerone 144 b
Iudæorum ueterum Pascha 630 b. uide Pascha.
Iudæis uectigalia à Pompeio imposita. 53 a
Iudæos longanimitas Dei frustra ad pœnitentiam uocauit 145 b. 151 a
Iudaici belli à Tito gesti initia 96 b. signa 146 a
Iudicis corrupti memorabile exemplum 379 a
Iudices Iudæorum duodecim 50 b
Iudicij iniqui contra Eustathium processus 371 a
Iuliæ alpes 435 b. ab Eugenio occupatæ 640 a
Iulianus episcopus Alexandrinus 195 a
Iulianus Antiochiæ certum rerum uenalium precium instituit 498 b
Iulianus Bostrensis episcopus 848 b
Iulianus monachus ad Edessam 409 a
Iulianus episcopus Hierosolymitanus. 195 a
Iulianus Halicarnassęus multarum hæresum author 943 a
Iulianus Martiani patricius 788 a
Iulianus Sabas monachus, in uisione Iuliani Imperatoris cædem uidit 510 b
Iulianus Imperator à militibus lectus. 470 b
Iulianus apostata magus & nigromanticus 512 b. 470 a. 469 b
Iulianus Iudæorum fautor 505 a
Iulianus diuinationis peritissimus 469 b. ariolorum sacris initiatur ibid. b. propter suspicionem Constantij de se conceptã fit monachus. ibidem. Fortunæ publicè Constantinopoli sacrificat 490 a. idololatriam Græcorũ restaurat 491 a. 492 b. 472 b. Iudæos ad templum Hierosolymitanum restituendum extimulat 505 b. in ipsa idolomania spectris diabolicis conterritus, signaculo crucis ea fugat 472 a. Constantij funus curat 471 b. apud Cyzicenos pios persequitur 489 a. res esculentas uenales sacrificiorum sanguine polluit 482 a. iu uẽtuti Christianæ liberalibus Græcorum studijs interdicit 495 a. Christianorũ libros proscribit 496 a. à Christianis sub prætextu Persici belli ingentem pecuniam extorquet 494 b. Valentiniano atq; alijs Christianis martyrij honorem inuidet 527 b. 490 b. totus in hoc incumbit, ut Christianismo abrogato, Græcismum confirmet 492 b. Christianos ab aula atq; omnibus dignitatibus remouet 494 a. clero annonam suam adimit 474 a. sacras Christianorum ædes diripit ibid. & 477 a. propter odium Christianismi ius legatorum uiolat 481 b. Christianismum eradicare penitus conatur 489 b, & 490 a. clericos in senatum legit 483 a. instituta Christiana in cultum idolorum inuexit 491 a. Maximi philosophi consilio à Christiana religione defecit 469 b. fidem Christianam ariolorum consuetudine adductus abiecit ibid. a. in locum statuæ Christi, suam reponit 504 a. suam imaginem depingi ad deorum simulacra curauit 492 b. moriturus Christi uindictam agnouit 511 b. diuinitatem affectat 517 a. lethaliter uulneratur 509 b. Tarsi tumultuatur 517 b. 523 a
Iulianus in deorum numerum à Libanio relatus 514 b. cur Christo adeò infensus 514 b
Iuliani Cæsaris imperium 436 a. educatio, præceptores, & studia. 469 a. res gestæ 468 b. in Galliam profectio 450 b. aduersus Gallos res gestæ 436 a. in Thraciam profectio 471 a. aduersus Persas expeditio 498 b. 501 b. & 502 a. 508 a
Iuliani culpa pernicioſe cum Persis bellatum 518 a
Iuliani præclaræ uictoriæ 462 a
Iuliani Imp. barba ab Antiochenis derisa 498 b
Iuliani à Christiana religione aperta defectio 471 a. ibid. b haruspicina 517 a. leges ecclesiasticæ impijs sacerdotibus propositæ 491 b. ad Arsacium Pontificem epistola ibidem contra Antiochenos oratio 499 a. in uiua simul & mortua sanctorum corpora crudelitas 483 a. de sacris literis iudicium 514 a. suprema in Christum blasphemia. 511 b. 508 b. contumelia in Arsacium Armeniorum ducem ibid.
Iuliani præfecti in Christum & uasa templi contumeliæ 477 a
de Iuliani Imperatoris morte oraculum. 524 a
Iuliani cædes 509 b. & 510 a. 512 a. 516 b. 527 a. funus 463 b. 517 a
Iuliano imperatore in terris nihil prodigiosius atq; monstrosius 516 b
Iuliano sacrificanti horrenda apparent prodigia 472 a
in Iulianum Imp. ros crucis forma decidit 471 b
Iulius Aphricanus 224 a. & eius scripta ibidem
Iulianus Apameus 198 a

Iulianus heremita 555 a. eius miracula ibid.
Iulianus, Iuliani Imperatoris auunculus 476 a
Iulus episcopus Romanus 325 b 395 a. 396 a. 528 b
Iulus Arianæ hæresis sectator 313 a 318 a
Iulij Cæsaris mors 53 b. 861 b
Iulij Maximini in Christianos crudelitas 223 a
Iulij Romani episcopi ad Alexandrinos pro Athanasio epistola 422 b. ad Antiochenum conciliabulum responsum 398 b. mors 436 b
iurisiurandi uiolati uindicta 855 a
Iusta Valentiniani Imp. filia 569 a
Iustificationis formula in Abraham. 49 b
Iustina Valẽtiniani senioris uxor 568 b
Iustinæ Arianæ contra Ambrosium disputationes 612 a
Iustinæ uirginis pudicitia 227 a
Iustinæ Augustæ mors 615 a
Iustiniana 893 b
Iustiniana ciuitas 856 b
Iustiniana prima & secunda ciuitas. 906 b. & 907 a
Iustinianus à Iustino in Imperij societatem acceptus 872 a. Chalcedonensis synodi acerrimus defensor. ibidem
Iustinianus Rom. Imp. architecturæ peritissimus 886 a. in Libya centum & quinquaginta oppida construxit 878 a
Iustiniani fides & pietas 897 a. immanis auaritia 884 a. prodigalitas ibidem. contra Persas res gestæ 910 a. de Persis uictoria ibidem b. item de Vandalis 877 a. contra Seuerum constitutio 873 a. somnium 877 a. mors 897 a. sepultura 898 a
Iustiniani memoria anniuersaria celebrata 897 a
Iustiniani iunioris imperium 898 b
à Iustiniano crux aurea S. Sergio dedicata 925 b
Iustinopolis ciu. 906 b
Iustinus dux, Iustini Imperatoris cognatus 898 b. eius cædes 899 a
Iustini Cæsaris imperium 866 a. ignauia & auaritia 898 b. 903 a. in ecclesias liberalitas 906 b. magnificentia in restaurandis ædificijs 868 a. de fide Christiana & concordia eiusdem scriptum 899 b. mors 906 b
Iustinus phreneticus 905 a
Iustinus philosophus diuina gratia ad Christum conuersus 180 a
Iustinus philosophus & martyr, Christianæ religionis uerus propugnator 168 a. suum martyrium præuidit atq; prædixit ib. b
Iustini philosophi cum Crescente Cynico disputatio 168 a. scripta 180 a. facta 164 a. pro Christianis ad Adrianum apologia. ibidem. martyrium 168 a
iustitiæ officium 581 a
Iustus episcopus Alexandrinus 163 b
Iustus episcopus Hierosolymitanus 144 b. 164 a
Iustus Constantij iussu cæsus 569 a
Iuuenalis episcopus Hierosolymitanus. 790 b
Iuuenalis Hierosolymitani episcopi laus ac lucubrationes 114 b
Iuuenali episcopatus restituitur 795 b
iuuenis puellæ pudicitiã morte sua redemit 268 b
Iuuentij martyrium 482 b
Iupiter parricidia 768 b
Iouis spurcissimi flagitia ibidem. a
Iouis Amici simulacrum ac oraculum. 278 b. à Christianis demolitum 291 a
Ioui templum Antiochiæ ædificatum. 66 b

L

Labarum Romanorum uexillum. 699 a
Labarum, præcipuum Rom. signorum uexillũ, in crucis formam mutatum 289 a
Labdas episc. Hierosolymitanus 255 b
Labyrinthus paruus 195 b. falsò Origeni ascriptus ibid.
Lætus Aegyptiorum proconsul 211 b
Lacici contra Arianos disputatio 327 a
Lagodius 714 a
laicis in Nicæna synodo loquendi etiam data facultas 326 a
Lampsacenum concilium, eiusq; decreta 529 a
Lateranense apud Rom. palatium. 302 a
Latoius Melitinensis episcopus 548 b. Massalianorum domicilia incendit. 541 a
Latronianus 295 b
Laurentius episcopus Constantinopolitanus 314 b
Laurentij martyris reliquiæ 720 b
Lazari mors quatriduana quid designet 87 b
Lazari resuscitatio 75 a
Lebes episcopus Hierosol. 164 a
Iectio prophanorum autorum theologis necessaria 256 a
leo à Zosimo manuefactus 869 b
Leo Pont. Max. 769 a
Leo Tribunitius Romanorũ Imp. 800 b
Leonis Armenij res gestæ 955 b
Leonis episcopi Rom. epistola in synodo Chalcedonẽsi lecta 320 b. & 822 a
Leonis Romani episcopi cum Cyrillo in synodo Chalcedonensi disceptatio. 821 a. ad Martianum & concilium Chalcedonense scriptum 791 a
Leonis Imperatoris circulares ad episcopos literæ 803 a. in Vandalos expeditio 811 b
Leonis Isauri res gestæ 955 a
Leonis minoris imperium 813 b
Leonis principis erga Antiochenos liberalitas 805 a
Leonis Sapientis imperium 756 b. res gestæ 955 b
Leonis senioris Imp. mors 813 b
Leonis tomus cum Chalcedonensibus decretis damnatus 829 b
Leoni cœlitùs imperium Romanum promissum 809 b
Leonas synodi Seleuciæ celebratæ præses 450 b
Leonides Origenis pater martyrio coronatur 211 a
Leontia Augusta 938 b
Leontius Ancyræ minoris Galliæ episcopus 636 b. 534 a. 682 a
Leontius episcopus Antiochenus 423 b. adhuc presbyter seipsum castrauit. 429 b
Leontij episcopi Antiocheni diuinantis pulchrè dictum 424 b
Leontius Comanenus episcopus 519 a
Leontius Laodicensis episcopus 429 a
Leontius martyr 847 b
Leõtij martyris in Tripolis regione templum ibidem
Leontius Nouatianus Rom. episcopus Symmacho impunitatem impetrat. 615 a
Leontius Pamprepes tyrannus 835 b
Leontius presbyter 414 a
Leontius tyrannidis affectator 841 b
Leontij monachi contra Monophysitarum hæresim disputationes 945 b.
sanctitas 578 b
lepræ sanguinarium atq; horrendũ remedium 285 b
Leui ep iscopus Hierosolymitanus. 164 a
lex cur diuinitùs concessa hominibus. 46 a

lex Iudæis, Abrahæ posteris, per Mosem cur data 464
lex pægogus uerus ibid. b
leges obseruãdæ onere an fideles ex gentibus grauandi sint, grauis disputatio 110 b
leges Antonini Pij 167 b. Constantini contra Iudæos 420 a
Libanius Syrus sophista 658 b. 469 b. Basilij & Gregorij Nazãzeni præceptor 545 a Ioannis Chrysostomi præco 658 b
Libanius Iulianum deum facit, dæmonem appellans 514 b
Libanij sophistæ cõtra pædagogos suos oratio 469 b. alia in funere Iuliani 510 a. 512 b
Libanij sophistæ leuitas & uanitas 513 a
Libanij sophistæ libri à Iuliano apostata diligenter perlecti 469 b
Libanio sophistæ Iuliani apostatæ cædes prædicta 511 b
Libanus mons 347 b
Liberius ex Berrhœa reducitur 442 a
Liberius episcopus 563 b
Liberius Rom. episcopus 528 b. 436 b. exulaturus donum quingentorum aureorum à Constantio sibi missum reiecit 439 b
Liberij episcopi confessio fidei 442 a. cum Arianis episcopis cõtentio 530 b. cum Constantio de Athanasij fide colloquium 439 a
Liberij & Occidentalium episcoporum ad catholicos Orientales epistola. 533 b
Liberij Romani episcopi exilium. 439 a
libertas ecclesiastica 300 a
liberi arbitrij ratio 45 b
Libya in Romanorum potestatem redacta 878 a
Libyci hæretici 248 b
Licinius à Constãtino bello uictus. 297 b. à Maxentio & Constantino Cæsar factus 274 a
Licinius apostata oracula de belli euentu consulit 297 b
Licinij imperium 310 a. contra Constantinum res nouæ 295 b. contra idololatras egregia facinora 291 b
Licinij encomium 285 a. in Auxentium crudelitas 296 b. item in Christianos 310 a. fœda tyrannis 296 b. contra Christianos leges. ibid. in Christianos odium. ibid. a. pro Christianis edictum 283 b. 292 b. interitus 298 a
Licinij statuæ deiectæ, atq; omnis eius deleta memoria 298 a
ligandi potestas 644 b
Lilius Mauritij Imperatoris interfector. 941 a
linguæ usus legitimus 936 a
linguis excisis martyres apertè loquuti. 856 a
Linus Pontifex 144 a
Litarbis regio 920 b
Liticianorum hæresis 955 b
Longinus philosophus 219 a
Longinus ab Anastasio imperatore in exilium missus 843 a. in bello captus, & in triumpho Constantino polim tractus 854 b
Longinus Zenonis frater frustra ad imperium aspirat 842 b
Longini contra Anastasium Imperatorem bellum 854 b. cædes ibid.
Longobardorum eruptiones 781 b
Longi fratres 574 b
Longorum monachorum cum Anthropomorphitis dissidium 672 b. cum Theophilo bellum 673 a
Lucas Euangelista, pictor præclarus. 242 b. 710 b. 799 a
Lucas Christi et matris eius, Petri item & Pauli apostolorum effigies depinxit 136 b
Lucas Euangelista apostolorũ acta quãdo & quousq; descripserit 125 a
Lucas suum Euangelium Pauli iussu conscripsit 138 a
Lucas quo consilio suum Euangelium scripserit 139 a. item acta. ibid.
Lucæ Euangelium à Paulo laudatum. 221 a
Lucæ Euangelistæ prædicatio & acta. 136 a. eius ossa Constantinopolim translata 481 b
lucernæ & carmina funeralia 463 b
lucernarum in ecclesia gestatio 669 a
Luciani Antiochemi episcopi martyriũ. 270 b
Lucianus Constantinopoli in locum Eudoxij surrogatus 657 b
Lucianus martyr 414 a
Luciani Eunomij ex sorore nepos ab Eunomianis deficit, & suam sibi instituit hæresim 658 a
Luciani martyrium 279 b. discipuli Ariani 349 a
Luciani martyris corpus Helenopolim translatum 348 b
Luciani martyris fides 394 b
Lucifer Calaritanus episcopus 483 b
Lucifer episcopus ab Eusebio Vercellensi distungitur 487 b
Lucifer hæreticus 406 a
Lucifer Sardous episcopus 410 b
Luciferianorum in Oriente hæresis 487 b. 594 b
Lucius Arianorum Alexandriæ episcopus 475 a. 520 b
Lucius Alexãdrinus episcopus Arianus 503 b. Arij sectator 318 a
Lucius episcopus Rom. 255 a
Lucius episcopus à Samosatenis contumelia afficitur 550 b. ab exilio Adrianopolim reuocatur 425 a. uinctus in carcere necatur 429 a
Lucius martyr 169 b
Lucius Quintus Iudæorum præfectus. 161 b
Lucij cum monachis Aegyptiacis contentio 557 a
Lugdunensium martyrum commendatoriæ pro Irenæo ad Eleutherium episcopum Rom. literæ 188 b. & 189 a
Lunæ promontorium 417 b
lupanaria Romæ à Theodosio abrogata 615 b
Lupus Aegypti præfectus 161 b
Lyæus pugil diuina uirtute à Nestore uictus 270 b
Lychnedus lacus 893 b
Lycus episcopus Edessenus 551 a
Lycus fl. 364 a. Gregorij miraculo repressus 243 a
Lygos opp. 300 a
Lysanias in patrium regnum succedit. 54 a
Lysanias Ptolemæi Minæi filius 54 a
Lysias 297 a

M

MAcarij Aegyptij miracula 406 b
Macarius Alexandrinus, uinctus Tyrũ ducitur 378 a
Macarius Hierosolymitanus episcopus. 314 a. 320 b. 325 b. 528 b. 393 a. 890 a. Arianæ hæresis sectator 313 a
Macarij monachi Aegyptij duo pietate insignes 406 b. 508 b. 572 a. 579 b
Macarij de successore & posteritate solicitudo 373 a
Macarius hæreticus 320 a. Politicus 406 b. presbyter 627 b
Macrontichos Anastasij Imperatoris opus 857 b
Macedonius Anachoreta 648 b
Macedonius episcopus Constantinopolitanus 392 b. 528 b
Macedonius Constantinopolitanus orthodoxorũ acerrimus persequutor. 449 a. ab Anastasio Imp. proscriptus. 843 b.

843 b. Anastasiũ imp. iam mortuus ad Christi tribunal euocat 845 b
Constantinopolitano episcopatu priuatur 458 b. malis artibus episcopus Constantinopolitanus factus 398 b. Constantij imperatoris ac multorum bonorum uirorũ odium ergase concitat 450 a. grauiter ab Anastasio imperatore insectatur 863 a
Macedonius cur tantopere ab Anastasio imperatore odio habitus 844 b
Macedonius episcopus post mortem in integrum restitutus 874 a. 398 a
Macedonius Mopsuestiæ Ciliciæ episcopus 400 a
Macedonij Constantinopolitani in orthodoxos crudelitas 430 b
Macedonij miracula 845 a. hæresis 459 a. 610 a. in spiritũ sanctum blasphemiæ 458 b. exauthoratio 455 b. exilium 844 b. uita solitaria 458 a
Macedonij sectatorum persequutio 845 a. cædes ibid. martyrium 480 a. 495 a
à Macedonio episcopo Constantinopolitano fidei formula etiam descripta 847 a
in Macedonium criminationes ab Anastasio imperatore subornatæ 844 b
Macedoniani monachi 653 a. ab Antiochenis ex ecclesia eiecti 744 a. à Theodosio episcopo Synnadæ persequuti 721 a. à Liberio ad communionem admissi 533 b
Macedoniani quoq; Marathonij dicti 459 b
Macedoniani cur se ab Acacianis & homusianis segregarint 488 a
Macedonianorum dissidia 626 b. persecutiones 531 b. cum Paphlagonibus bellum 449 b. & 450 a
Macedonianorum libellus de professione fidei Liberio oblatus 533 a.
Macedonianorum errores 601 a b 521 a. ad Iouianum supplicationes 519 a
Macedonianorum hæresis post Constantij imperat. mortem repullulat 488 a
Macedonianorũ cum Liberio episcopo conciliatio 503 b
Macellum locus in Cappadocia 468 b
Machometi primordia 955 a
Macrinus imperator Rom. per seditionem creatus 240 b
Macrini militis martyrium 241 a
Macrini Basilij magni soror 548 a
Magia Iuliani post eius mortem in publicum producta 512 b
Magi orientales Christum munerantur 61 b. per Persidẽ omnem in Christianos sæuiunt 357 b
Magorum donis Christi regnaturi sacerdotium indicatum 62 b
Magorum in Maruthan fraudes 728 a & 727 b. cum Marutha contentio 727 b
magistratib. obediendum 159 b. 171 b
Magna Quinta 753 a
magnetis lapidis uis 794 a
Magnus largitionum comes 559 a. quæstor imperatorius Arianorum fautor maximus 556 a. Beryti ecclesiam incendit 559 a. cogit catholicos ut Arianismum amplectantur 559 b
Magnus argentariæ mensæ præfectus 904 b
Magnetij in Occidente tyrannis 428 b. in Romanos crudelitas 435 b. interitus ibid.
Maiorianus occidẽtis imperator 797 a
Maiuma ciuit. 473 a. 652 a. Gazæorum naualе 350 b
Malchus Aegypti monachus 578 b
Malchi martyrium 240 a
Malchion monachus 249 b. 576 b Sophisticæ scholæ, Græcarumq; disciplinarum apud Antiochenos præceptor 250 b. è conspectu fratrũ raptus, eisdemq; redditus 577 a
Malchionis presbyteri contra Samosatenum disputatio 250 b
Malichus Antipatri interfector 54 a. ab Herode interfectus ibidem
Mamas Dioscorianus 848 b
Mamantis martyris templum 939 b
Mambræ uallis 347 b. quercus 247 a
Mamæ martyris templum 468 b
Mammeæ Alexandri matris pietas 222 a. 225 b
Mammiani præclara apud Antiochiam ædificia 842 a
Manasses Iudæorum Pontifex 96 a
mandatarij episcoporum 325 b
Mandra Simeonis 774 a
Manetis hæresis 253 a. & 254 a. sectatores 253 b. interitus 254 a
Manichæorum hæresis 253 a. eius expugnatores 254 a.
Manna esurientibus pijs de cœlo missa 796 b
manuum impositio in creandis ecclesiæ ministris 226 b. 256 b
Manuum impositione datus spiritus sanctus 452 b
Mantacunes hæreticus 950 b
Maran discipulus Ephraim 411 a
Marathonius Nicomodiensis episcopus 449 a. 459 b
Marathonij hæresis 459 b
Marcellinus episcopus Rom. 255 a
Marcellas martyr 214 a
Marcellus episcopus Ancyranus 397 a eius hæreses 385 b. eius scripta ubiq; à Catholicis lacerata 385 b
Marcelli Ancyrani episcopi defensio 404 a
Marcelli Apam. episcopi martyriũ 622 b. eius ad martyres epistola ibid. b
Marcello Ancyrano episcopo in conuentu episcoporum Constantinopolit. dignitas adempta 385 a
Marcellus hæreticus 401 a. damnatur 610 a. in Ancyranum episcopatum ab Occidentalibus restituitur 404 a
Marcionis hæresis 178 a. 180 a. 183 a 185 a. 195 b. 201 a. 240 b
Marcus Alexandriæ episcopus 126 a. 163 b
Marcus Arethusæ episcopus 399 a. eius confessio fidei in Syrmiensi conuent. oblata 432 a. martyriũ 479 a
Marcus Britanniæ tyrannus 714 a
Marcus episcopus Cõstãtinop. 314 b
Marcus euãgelista Petri interpres 160 b. primus in Aegypto Euangelium prædicauit 106 b. qua occasione suum euangelium conscripserit 139 a. 106 a. 138 a. 205 a. 160 b
Marci euangelistæ prædicatio & acta. 136 a. martyrium ibid.
Marci euangelium à Petro dictatum 221 a
Marcus episcopus Hierosol. 164 a
Marcus monach. Aegyptius 572 a. 775 b
Marcus Scytharũ episcopus 760 a
Marcus hæreticus 178 a
Marci Antonini de institutione imperiali liber 168 a
Marci monachi lucubrationes 777 b
Marœoticus lacus 325 b
Mare ardens 702 a
Maris Chalcedonis episcopus 330 b. 454 b. hæreticus 598 a. mira libertate Iulianum apostatam reprehendit 490 b
Mardonius eunuchus 469 a. 653 a.
Mardarij martyrium 269 b
Mareal lacus 364 a
Mareas episcopus & martyr 358 a
Mareotis lacus 572 b
Maria & Ioseph eiusdem fuere tribus 60 a. sub sponsalium

salium nomine Ioſepho commiſſa à ſacerdotibus 55 b. ante natiuitatem eſt conſecrata à Deo, ut ederet mundo ſuum redemptorem. ibid. a
Maria uirgo D. Eliſabethæ conſobrina 95 a. multis contumelijs à Cõſtantino imp. affecta 954 a
Mariæ uirginis cognatio atq; conſanguinei 95 a. parentes, natiuitas & educatio ſancta 55 a. mores 114 b. forma & ſtatura 115 a. ætas & uitæ totius anni 49 b. humilitas & uaticinatio de Chriſto 56 a. uirginitas 820 a. conceptio ab angelo prædicta 55 b. ætas & aſſumptio 112 b. miracula 765 a
Mariæ purificationis dies inſtituitur 893 b. item aſſumptionis. ibid
Mariæ uirginis ex hominum conſortio deceſſus 86 b. 799 b. 800 a. exequiæ 113 b
Mariæ uirginis tumulus, & imago à S. Luca depicta 710 b. 799 a
Mariæ uirginis corpus in Paradiſum tranſlatum 114 a
Mariæ uirginis zonæ 769 b. 799 a. ueſtimenta ad Leonis Magni tempora ſeruata 800 a
Mariæ uirgini rotundum templum à Leone imperatore ædificatur 808 b. aliud ad Fontem 809 a. & 810 a
Mariæ uirginis ueſtis à Palæſtina Conſtantinopolim tranſlata 808 b
in Mariam uirginem blaſphemiæ diuinitùs uindicatæ 933 b
Mariæ Magdalenæ in Chriſtũ beneficia 76 b
Maria Aegyptiaca 870 a
Maria lacus ibid.
Mariana Arcadij ex Eudoxia filia 663 a
Mariamna Philippi apoſtoli ſoror 130 b
Mariamne Herodis uxor 54 a
Marianus monachus Antiochenus 578 b
Marina Arcadij filia 704 a
Marina monialis Olympidis cognata 698 b
Marinæ uirtutes 711 a
Marynus Beryti epiſcopus 848 b. 294 b
Marinus Thrax Conſtantinopolitanus epiſcopus 617 a
Marini cum Agapio contentio 627 b
hæreſis 626 b
Marini Syri aduerſus Vitalianum Thracem res geſtæ 857 a
Maroſas 578 a
Martis adulteria 768 b
Marcianus Chalcidis monachus 578 b
Marcianus epiſcopus Conſtantinopolitanus, Nouatianus 636 a
Marcianus Lampſacenus epiſcopus 601 a
Marcianus epiſcopus 533 b
Marcianus imperator è Pulcheria renũciatus 783 b
Marcianus eccleſiæ œconomus 807 a
Marcianus uir tribunitius 783 b
Marcianus Nouatianus filiarum Valentis imperatoris præceptor 532 a
Marciani Nouatiani epiſcopi de Sabbatio facetè dictum 628 a. 430 b
Martiani imp. uita eleganter deſcripta 787 a
Martiani Rom. imp. præclaræ uirtutes 788 b. contra Vandalos res geſtæ 787 b. orthodoxa confeſſio 815 b. cum Genſericho amicitia 788 a. contra Zenonem expeditio 841 a. contra Perſas res geſtæ 903 a
Martianus poſt bellum à ſuis deſertus, ſactus eſt presbyter 841 b
Martiani mors 800 a. 658 a
Martiano imperium omine prædictum 787 a. & 788 a
Martini Sabarienſis ſiue Pannonij hiſtoria 410 a
Martyrem uerum quid faciat 726 a
Martyres Alexandrini propter tormẽta uaria à Chriſto deficiunt 227 a
Martyres Antiochem uarijs ſupplicijs affecti 266 b
Martyres in Phrygiæ oppido, incendio conſumpti 265 b. in diuerſis locis crudeliter tractati 262 b. & 263 a & b. 264 a b. 266 b
Martyres feris obiecti non ſunt laniati 262 b
Martyres Catholici coniungi cum hæreticis martyribus noluere 198 b
Martyres imperatorum domeſtici 262 a
Martyrum uaria ſupplicia 265 b. ſub Diocletiano uaria tormenta 261 a. & b. & 262 a. & b
Martyrum diuina alacritas 264 b. conſtantia in confeſſione fidei in maximis tormentis 227 a
Martyrum conſtantia carnifices etiam ad fidem conuerſi 267 a
Matyrum conſtantia Iuſtinus philoſophus ad Chriſtianiſmũ cõuerſus 164 b
Martyrum uiginti millia in natali Chriſti occiſa 262 b
Martyrum cadauera inhumaniter tractata 193 a
Martyrum defunctorum honor 762 b. memoria 194 a
Martyrum ſtigmata à pijs deoſculata 341 b
Martyrium uiri præclariſſimi, qui edictum imperiale contra Chriſtianos propoſitum conſcidit 262 a
pro Martyrijs obitis Deo agẽdæ gratiæ 633 a
Martyrius epiſcopus Hieroſol. 813 b. 400 a. 534 a
Martyrius Marcianopolitanus epiſcopus 604 b. à Cnapheo de ſuo epiſcopatu detruſus 812 b. & 813 a
Martyrij martyrium 430 b
Martyropolis ciuitas proditione capta 922 b. 923 a. reſtituta 925 a
Martij Turbonis contra Iudæos res geſtæ 161 b
Marutas Meſopotamiæ epiſcopus Romanorum ad Perſas legatus 727 b 728 a. Chriſtianiſmi apud Perſas propagator 728 a
Maruthæ miracula 727 b
Masborheni hæretici 181 a. & b
Maſſalianorum hæreſis 541 a
Maſſalianorum domicilia à Latoio epiſcopo incenſa 541 a
Maternus 294 b
mathematicam & Aſtronomiam apoteleſmaticam tractare epiſcopis religio olim erat 395 a
mathematicorum error 225 a. prædictiones legibus damnatæ 583 a
matrimonium ſacerdotum in Nicæno concilio à Paphnutio comprobatum 332 b
matrimonij contrahendi leges à Conſtantino latæ 299 b
matrimonia ſacrarum uirginum à Iouiano interdicta 518 b
Matthæi Euangeliſtæ & apoſtoli acta. 132 b. martyrium 133 a
Matthæi Euangelium Hebraicè ſcriptũ 138 a. 221 a. 160 b. à Bartholomæo Hebraico ſermone expoſitum 203 b. ſub pectore Barnabæ apoſtoli effoſſi in Cypro inuentum 856 b
Matthias in locum Iudæ proditoris ſurrogatur 92 b
Matthias Theophili filius põtifex Iudæorum 96 a & b
Matthias epiſcopus Hieroſol. 164 a
Matthiæ Euangelium 140 b. acta & martyrium 132 a. de carnis concupiſcentia præceptum 156 a
Matthiæ Aſſamanæi filij contra Antiochum res geſtæ 51 b
Maturi martyrium 192 a
Mauia Saracenorum rex 502 a
Mauiæ Saracenorum reginæ cõtra Romanos bellum 583 b
Mauricius in præfectura orientis Iuſtiniani ſucceſſor 912 a. imperator Rom. 914 b
Mauricius in maieſtatis uiolatæ reos nõ ſeuerus 916 b
Mauricij imperatoris electio & renunciatio 913 a. cum Conſtantina Auguſta nuptiæ 915 a. mores & inſtituta ibid. b. in Conſtantinopolitanos ſeditioſos lenitas 936 b. ex urbe Conſtantinop. fuga 938 a. liberalitas & opera 940 b. & 941 a. contra Chaganum Hunnum expeditio 929 b. in Europa res geſtæ 929 a. in ultimo uitæ ãctu pietas & animi fortitudo 938 b. cædes ibidem
Mauricij imperatoris mors multis prodigijs prænunciata 934 b
Mauricij imperatoris militum & cognatorum cædes 939 b
Mauricij ducis in oriente præclaræ res geſtæ 912 b
Mauricio quibuſdam prodigijs imperium prædictum 915 a
Mauricio imp. numinis irati uiſio oblata 936 b
Mauri Palæſtinorum infidelium coloni- 878 a
Maxentius Herculij filius Romæ à militibus Auguſtus renunciatur 274 a
Maxentius magiæ ſtudioſiſſimus 274 b. ſub Chriſtiani nominis prætextu jœdiſſimam exercuit tyrannidem 274 b
Maxentij cum Conſtantino bellum 282 a. inſignis crudelitas 274 b. libido & idolomania ibidem. & 275 a. interitus 271 b. 283 a
Maximianus epiſcopus Conſtantinop. 753 a. & eius mors ibidem
Maximianus Herculius imperator Rom. 260 b
Maximianus imperio ſe abdicat 273 b 309 a
Maximiani Herculij imperium 271 b
Maximiani mors 273 b
Maximilla prophetiſſa 197 a. 198 b 200 a. mors 198 b
Maximinus Alexandrinus epiſcopus 250 a. 251 a. 255 a. 163 b
Maximinus Treuerenſis epiſcopus 403 b
Maximinus ad imperandum planè fuit ineptus 285 a
Maximinus diuina uindicta morbo grauiſſimo uexatus 276 b. per eandem graniter punitus 279 b. & 280 b. magorum impoſturis turpiter deceptus 289 b. magos iugulat. ibid.
Maximini Cæſaris imperium 225 b. cum Armenijs bellum 280 b. odium in Licinium 285 a. in Chriſtianos crudelitas 223 a. 225 b. mors 226 a. 279 a. 287 a. 285 a. cõtra Chriſtianos edictum 280 a
Maximini filij cum idololatris miſerè trucidantur 291 b
Maximini fuga omniũ turpiſſima 289 b. horrendus morbus 290 b
Maximini imperium 271 b. 273 a. in Chriſtum atq; ſuos fideles contumeliæ 279 b. pœnitentia 276 b. pro Chriſtianis edictum 277 a. per hypocriſim ui exortũ 284 a. 289 b.
Maximini ſtatuæ poſt eius mortem dejectæ 291 a
Maximini tyranni memoria ubiq; damnatur 291 a
Maximini martyrium 482 b. mors 274 a. 289 b. & 290 b
Maximino tyranno ſublato, Chriſtianiſmus in oriente refloreſcit 291 a
Maximus Aeliæ epiſcopus 395 a
Maximus epiſcopus Alexãdrinus 255 a
Maximus epiſcopus Antiochenus. 195 a
Maximus Dioſpolis & Hieroſolymorum epiſcopus 755 a
Maximus epiſcopus Hieroſol. 195 a 272 b. 393 a. 528 b
Maximi Hieroſolymitani epiſcopi et cõfeſſoris cum Athanaſio colloquium 426 b
Maximus epiſcopus Seleucenus 659 a
Maximus presbyter 229 b. ſcriptor eccleſiaſticus 205 b
Maximus epiſcopus exauthoratur. 448 b
Maximus à Gerontio ad imperium euectus 714 b
Maximus Britanniæ tyrannus 612 b
Maximus philoſophus Cynicus 602 a. excommunicatur ibid. b. 604 b
Maximus philoſophus Epheſinus 469 b. magus ibid.
Maximi philoſophi Epheſini ſtudio Iulianus apoſtata à uera religione defecit 469 b
Maximus Saporis Perſarum regis archimagus 356 b
Maximus tyrannus à Theodoſio uictus ac captus 615 a
Maximus tyrannus 660 a. eius ad Valentinianum iuniorem literæ 613 b contra Valentinianum iuniorem bellum 614 b. in Gallia res geſtæ 613 b mors 797 a
miraculum ingens 856 a
Maſabenes epiſcopus Hieroſolymitanus 227 a
Maſaca ciuit. 473 b
Mela epiſcopus 575 b
Melana fœmina ſanctiſſima 775 a
Melchitarum hæreſis 950 a
Meletius Antiochenus antiſtes 519 b. 601 a. 460 a
Meletius Antiochenæ eccleſiæ gubernator à Sapore factus 596 a. proſcriptus 549 a
Meletius Sebaſtiæ epiſcopus 325 b. 458 b
Meletius Sebaſtiæ & Antiochenus epiſcopus 755 a
Meletius ab Eudoxia proſcriptus 460 b. à Conſtantino in exilium actus 461 a
Meletius epiſcopus, ſimul & manus impoſitio & uoce libera trinitatem ὁμοούσιον deprædicat 460 b
Meletij cum Paulino contentio atq; cõcordia 595 b. exilia 529 b. 553 b. mors 602 a
Meletij epiſcopi corpus Antiochiã trãſlatum 605 b
Meletius epiſcopus ex Ariano fit orthodoxus 460 a. ab exilio reuocatur 487 b
Melitius hæreſiarcha à Petro Alexandrino antiſte excommunicatus 312 b. in Aegypto nouos motus concitat 373 a
Melitius Ponticus 256 a
Melitius perfectiſſimi in artibus hominis exemplar 256 a
Melitius propagandæ hæreſis ſuæ cauſa temerè ſibi manus imponẽdæ authoritatem rapit 332 a. 312 b
Melitiani hæretici 322 a. 373 a. & b
Melitianorum aduerſus Athanaſium apud Conſtantinum criminationes 376 b. cum Arianis contra catholicos conſenſus 373 b. cum Paulinianis apud Antiochenos diſſidium 544 a. de eccleſiarum præfecturis decertatio 373 b
Meltinenſis diœceſis 604 b. conuentus 456 b. ſynodus 457 b
Melito Sardianus epiſcopus 165 a

Melitonis de Canonicis ueteris testamẽti libris iudicium 184 a. defensio pro Christianis ad Antoninum imp. 183 b
Melitonis eunuchi mors 207 a
Memnoni episcopo dignitas à Ioan. Antiocheno adempta 749 a
Memnonius 765 a
Menander hæreticus 177 a
Menander Symonis magi, hæresiq; eius discipulus & successor 154 a
Menandri Samaritani impostoris facta 154 a
Menas episcopus Constantinop. 873 a Arij sectator 318 a. 313 a
mendacij pœna 907 b
Menedemi martyrium 543 b
Menophantus Ephesi episcopus 331 a Arianus 436 b. 598 a
Menophanto Ephesio episcopatus abrogatur 403 b
Mercurius Iuliani imp. percussor 510 b & 511 a
Mercurij Sozomeni historia ecclesiastica 40 a
Mereadis episcopi martyrium 358 b
meretriculæ contra Eustathiũ episcopũ calũniæ & periurium 371 b
Meroe opp. 480 a
Meropius Tyrius philosophus 353 a
Mesenorum regio 416 b
Mesopotamia ab Agarenis uastata 825 b. item à Scenitarum gente 854 a
Mesopotamiæ descriptio 416 b
Mediolanensis synodus 437 a
Mediolanensium in episcopi electione dissidium 567 b
Medorum regni primordia 50 b
apud Medos septem populi ordines. 931 a. b
Megalopolis 604 b
metaxa primùm ad Romanos allata. 897 b
Methodij patriarchæ res gestæ 955 b
Metræ senis martyrium, eiusq; in eodem constantia 227 b
Metrani in martyrio perferendo constãtia ibid. b
Metrodorus hæreticus 173 a. martyr. ibidem
Metrophanes episcopus Constantinop. 314 b. 528 b. Probi imperatoris nepos 314 a
Michaelis Amoræi imperium 955 b
Michaelis Archangeli uariæ apparitiones 303 a. 302 b. 310 b. mors 854 b
S. Michaelis templum in Sosthenio ædificatum 310 b. templa à Constantino sacrata 302 b
Michaelis Raucabæ mors 955 b
Micheæ prophetæ reliquiæ 652 b sepulchrum ibidem
Milas ex Persico milite factus episcopus 358 b
Milas mortuorum excitator, coronatur martyrio 358 b
militaris disciplinæ conseruatio 917 a
militaris licentiæ exemplum 692 b. 918 a
militaris rebellionis & ferocitatis exemplum 920 a
Millenariorum hæresis 160 b
Miltiades Romanus episcopus 294 b 195 b. 313 b. 372 b
Miltiadis apologia pro Christianis 199 a
Miluius pons 282 b
Minodorus episcopus 533 b
Minutius Fundanus Asiæ proconsul 165 a
miraculum à Constantino uisum 282 b
miracula Christi potissima 74 b
miracula in ecclesia Irenæi temporibus diuina uirtute facta 186 b.
miracula uaria ab Apostolis edita 93 b
miraculis editis Christus suam diuinitatem declarauit 74 a
Mithra à Persis adorata 475 b
Mithrij euersio 619 a
Moderatus philosophus 219 a
Modesti aduersus Marcionem hæreticũ scripta 183 a. magna in catholicos crudelitas 543 b
Modogisseli Alanorum ducis in Hispaniã eruptio 781 b
Moggus diuersorum libellis apud Felicẽ pontificem accusatus 838 a
Moggi ad Acacium Constantinopolitanum literæ 836 a
Momus conuiciorum inuentor & autor 36 b
monachus inter impudicæ mulieris illecebras, linguam suam mordicus conscidit 268 b
monachi Aegyptij Petri apostoli temporibus 106 b. ex persequutionibus orti 361 a. non temerè peculiarem sibi sumpsere habitum 407 a. olim ferè omnes longæui 578 a
monachi solitudinis Chalcidis 578 b
monachorum apud Galatas & Cappadoces multitudo 578 b
monachorum circulatoriorum in Chrysostomum odium 670 b
monachorum habitus mysticè interpretatus 407 a
monachorum in terra sancta ritus, ac cæremoniæ 770 b. 771 a & b
monachorum omnium commune consilium atq; institutum 579 a
monachorum sanctitas plurimos ex gentilibus ad Christianismum perduxit 578 a
monastica diæta 361 a
monasteria olim fidelium scholæ 107 b
monastica Antonij politia 361 b
monastica obedientia 574 a
monastica uita quas ob causas instituta 580 b
monasticæ uitæ incommoda 410 a. descriptio 360 a
monasticorum operum omnium quinq; causæ 580 b
Mongi Alexandrini episcopi insolentia & impietas 838 b. eius nomen ex episcoporum catalogo ab Euphemio erasum 840 a
monoceros 418 a
Monophysitæ hæretici 942 b. effigiem Theopaschitæ dicti, ijdem. 950 a
Monophysitarum hæresis 943 a & b. 955 a
Monophysitarum hæresi contraria Nestorij hæresis 946 a
monstra marina 935 a
monstrosi homines 638 b
Montanus 194 b. hæreticus 184 b
Montani hæresis 195 b. 197 a. 371 a. 197 b. 198 a
Montani hæretici diuinationes 197 a. noua ieiunia & coniugiorum solutio ibid. a. mors 198 b
Montanista falso se confessorem Christi iactitat 199 b
Montanistæ plures se martyres habere iactitant 198 b
Montanistanorum Pascha 629 a
Mopsi fontes 462 a. 471 b
Mopsocrenæ 462 a
mortificatio carnis 571 b
mortuus ad fidem resurrectionis confirmandam resuscitatus 406 b
mortuorum memoria 348 b
mortuorum resurrectio 762 b
in Mortuos num anathema iacere liceat 891 a
Moses antiquorum omnium antiquissimus 204 b
Moses Christum in ueteri testamento suis nominib. apertè expressit 47 a
Moses ueterum omnium antiquissimus 178 b

Mosis

Mosis miracula 50 a
per Mosen cur lex Abrahæ posteris data 46 a
Moses Aegypti monachus 578 b
Moses Aethiops Aegyptius 572 a. ex prædone factus monachus ibid. b
Moyses falsus ab Elesbaano Aethiope debellatus 871 a
Moyses falsus in Creta emicuit 758 a 870 b
Moses ab episcopis Catholicis exulibus Saracenorũ episcopus creatus 584 b ab exilio reuocatus Mauiæ auxilio in episcopatum restituitur 584 a
Moses mensam ad Boream collocare iussit 581 b
Mosis monachi Aegyptij miracula 573 a & b. cum Lucio Alexandrino episcopo contentio 584 b
Mosaici libri lacerati ab Esdra sacerdote restituti 188 a
Mucrini pop. 930 b
mulæ humana uoce loquutæ 718 b
mulier Gigantea & mirandæ magnitudinis 868 b
mulier pœnitentiam agens Constantinopoli à diacono compressa 624 a
mulieres egregiæ de pudicitia conseruanda concertantes 275 a
mulieres religionis gratia uirilem habitum mentitæ 409 b
mulierculæ quædam ui adactæ, summas Christianis fœditates falso impingunt 279 a
muliones Persis Nisibim expugnantib. diuinitùs immissi 428 b
Musani ecclesiastici doctoris scripta 184 b
Musonius episcopus defunctus etiam, synodi Nicænæ decretis non absq; miraculo subscripsit 337 b
mutationes in republica uitandæ 66 b
Mygdonius fl. 428 a
Myrmena Anthropophagorum ciuitas 132 b

N

Naamanis Scænitarum ducis ad Christianismũ cõuersio 926 b
Narcissus episcopus Arianus 436 b
Narcissus episcopus Hierosol. 195 a 226 b
Narcissus Irenopolis Ciliciæ episcopus 399 a
Narcissus Neroniadis episcopus 334 a 429 b
Narcissus ex suo episcopatu fugatus 216 a
Narcissi episcopi miracula 215 b
Narcisso Irenopolitano episcopatus abrogatur 403 b
Narsæ eunuchi in Italia res gestæ 879 b
Narsis Persarum ducis contra Roman. res gestæ 731 a. Romanorum ducis de Persis præclara uictoria 924 b
Narsis Ro. Chosroæ ducis contra Varamum res gestæ 924 b
nanus perdici similis 639 a
Natalis confessoris historia 169 b 197 a
Naucratius Basilij magni frater 548 a
Nauæ filius Christi seruatoris typus 74 a
Nauæ filio soli cur Iesu nomen inditum 47 a
Nazaret ciuit. 58 a. 346 b
Neamus episcopus Hierosolymitanus 928 b. 953 b
Nebri populi 585 b
Nectarius Constantinopolitanus episcopus 658 a. eius mors 608 a 609 b
Nectarius episcopalem functionem addiscit 605 a
Nectarius Thraciæ episcopus 604 b
Nectarius uir profanus, & nondum baptizatus, in episcopum Constantinopolitanum eligitur 603 a
Nectarij cum Gerontio dissidium 669 b
Nectarij domus Constantinopoli incenditur 614 b
Negra ciuit. 870 b
Neon Seleuciæ episcopus 457 a. 533 b
Nephsameemana 652 a
Nepthalitarum contra Perozem res gestæ 855 a
Nepos episcopus Hierosolymitanus. 618 b
Nepos occidentis imperator 797 a
Nepotis hæresis 245 b. & 246 a
Neri Iudæorum pontifex 95 b
Nero primus inter imperatores Romanos Christianorum persecutor 127 b
Neröis crudelitas & uita flagitiosissima 127 a. & b. 184 a
Neronis impulsu Hierusalem à Vespasianis cincta obsidione 145 a
Neronis mors 127 b. 147 a
Neruæ imperium 153 b
Nestabi martyrium 477 b
Nestoris cum Lydæo pugile certamen 270 b. martyrium 478 a
Nestorius Blemmyarũ captiuus 750 b
Nestorius episcopus Antiochiam translatus 743 b
Nestorius hæreticus in Ephesino concilio damnatus 831 b
Nestorius in summis ærumnis ut resipisceret, animum inducere non potuit 752 a
Nestorius in synodo Ephesina damnatus 748 b
Nestorius num ad Chalcedonensem synodum uocatus, ambigitur 789 a. num in Samosateni & Photini hæresim inciderit, à Socrate dubitatur 745 a
Nestorius Samosateni & Photini hæresim reducere uisus 744 b. quare to condemnationis suæ anno Oasim deportatus 749 b
Nestorius sui erroris à Cyrillo per literas admonitus 746 a
Nestorij à uera pietate defectio 744 a ad Thæbeum præfectum epistola 751 a
Nestorij episcopi Antiocheni insolentia 743 b. ex barbarorum ciuitate ad Panis urbem profectio 751 b. fucata pœnitentia 749 b. hæresis 744 a. 746 a. 752 b. 850 b
Nestorij in Mariã uirginem blasphemia 744 b
Nestorij lingua ante mortem à uermib. corrosa 752 a
Nestorij suam hæresim defendentis pertinacia 747 a. & b. post condemnationem facta 750 b. uaria exilia 751 b. mors crudelis 751 a
Netrita mons 364 a
Nicæ in Thracia synodus ab Arianis coacta 448 a
Nicæa ciu. terræmotu concussa 531 a. restaurata 162 b
Nicæna fides catholica est, & apostolica 534 a. 446 a. 836 b. 562 b
Nicareta monialis medicinæ perita 690 a
Nicareta uirgo Christianæ uitæ exemplum 690 a
Nicæna synodus 32 b. 325 a. 326 b 396 a. 484 b. 333 b. 335 a. 442 b. 338 a. 368 a
Nicæna synodus Paschæ celebrandi errores introduxit 630 b
Nicenæ synodi apparatus 328 a
Nicenæ synodi celebratæ tempus 342 a
Nicænæ synodi decreto, miraculo ingenti duo etiam defuncti episcopi sub scripsere 337 b
Nicænæ synodi decreta 587 b. ab Arianis damnata 445 a. sola in Oriente & Occidente seruata 567 a

Nicenæ

Nicenæ synodi de non transferendis episcopis constitutio 372 b
Nicenæ synodi encomium 610 b. progressus 330 a.
Nicænum symbolum 330 b. 440 a 521 b. 834 a. & 835 a
Nicænum symbolum ab Occidentalibus ecclesijs retentum 405 b. antiquius semel tantum in anno cantari in ecclesia solitum 853 a. in Antiochena synodo stabilitum 519 b. item in synodo Chalcedonensi 819 a
Nicæni cõcilij canones legitimi 696 b confirmatio 444 b. 829 a
Nicæni symboli de spiritu sancto supplementum 604 b
Nicæni concilij synodalis ad Alexandrinos & Aegyptios epistola 337 b
Nicephorus Chrysostomi studiosissimus 661 a. cur ecclesiasticam post alios historiam conscripserit 39 b
Nicephorus Ephesius episcopus Constãtinopolim translatus 757 a
Nicephorus metropolitanus Gangræ episcopus 757 a
Nicephorus nondum sextum & trigesimum annum egressus, præsentem absoluit historiam 44 a
Nicephori Callisti ætas 757 a
Nicephori historia ecclesiastica quæ tempora complectatur 35 a
Nicetas Gothus martyr 587 a
Nicetes 171 b
Nicetæ ducis contra Phocam res gestæ 952 b
Nicocles Lacõ Iuliani imperatoris præceptor 469 a
Nicolaus hæreticus 177 a
Nicolaus Myrorum episcopus 325 b. eius miracula 367 b
Nicolaus patriarcha Constantinopolitanus 955 b
Nicolaitarum hæresis 155 b
Nicomachus philosophus 219 a
Nicomas Iconij episcopus 249 b
Nicomedia ab Hadriano imperatore restaurata 162 b
Nicomediense incendium 443 a
Nicomediensis terræmotus ibid. a
Nicon episcopus Nicænus Hieropolim translatus 756 a
Nicopolis ciu. 217 b. & 504 b
Niger fl. 930 b
Nilammon monachus apud Geras in episcopum elegitur 680 b. dum in episcopum consecratur, moritur 681 a
Nilus ex præfecto urbis monachus factus 777 a
Nilus fl. ex paradiso profluit 417 b. exiccatur 244 a
Nili inundatio 244 a. & 638 a.
Nili inopinato incremento multi ad Christum conuersi 638 b
Nili per cubitus mensuratio 298 b. sacrificia 638 a
Nilus monachus 743 b. 775 b
Nili Aegyptij episcopi martyriũ 271 a
Nili episcopi Constantinopolitani uita & scripta 777 a
Nisibis ciu. 731 a. à Martiano obsessa 903 b. item à Romanis 731 b. & 732 a. à Sapore Persarum rege expugnata 428 a. Iacobi episcopi precibus restauratur 428 a
Nisibis Mygdoniæ ciuitas postea Antiochia dicta 325 b
Nitria mons 579 b. monasterium 575 a
Nitrensium monachorum contra Orestem pugna 725 b
Noæ arca 416 b
Nomades 45 b
Nonnus episcopus Edessenus 743 a
Nouatus cur ab ecclesia secedens, hæresim suam instituerit 542 a
Nouati cum Cornelio episcopo Romano de pœnitentibus in ecclesiam recipiendis disceptatio 333 a
Nouatiani à Nestorio persecuti 743 b ab Arianis cur odio habiti 532 a
Nouatiani apud Constantinopolitanos episcopi 636 a
Nouatiani Constantinopoli affliguntur 351 b
Nouatiani cum orthodoxis ὁμοούσιον pariter profitentur 449 b
Nouatiani quàm aliæ hæreses pacatiores 637 a. quibus in rebus à Catholicis dissideant 736 a
Nouatianorum de Paschatis festo canõ 628 a. dissidia 627 b. 635 b. cum Catholicis contra Macedonium consensus 449 b
Nouatianorum ecclesia 384 b
Nouatianorum ecclesia diruta, ab Eleusio Cyzíceno restituitur 474 b
Nouatianorum gratia pœnitentia solennis in ecclesia instituta 623 b
Nouatianorum ecclesia in Constantinopolitano incendio illæsa conseruata 759 a
Nouatianorum hæresis 228 b. 542 a persecutiones 449 b. 723 a. seueræ obseruationes 634 a
Nouatianorum synodus Sangari celebrata 628 a
Nouatianorum templa à Macedonio destructa 449 b
Nouatianis Alexandriæ & Romæ ecclesiæ ademptæ 723 a
Numenius 219 a
Numerianus 254 b
Numeriani mors 255 a
Numerorum lauacrum 398 a
Nunychiæ in Gerontium maritum pietas 715 a
nuptiæ spirituales 178 a
Nymphæum Constantinopoli in Theodosij foro 530 b

O

Obedientia monastica 574 a
Obediendum magistratibus 171 b
occasio rei gerendæ non temerè est negligenda 841 a b
Occidentales ecclesiæ Catholicæ 597 b
ocij detestatio 711 a
Odoacer rex 797 a b
œconomia restitutionis generis humani 88 b
Oedipi & Sphingis fabula 418 b
Ogorlia 931 a
Olea Constantinopolis regio 314 a b. 742 a
Olibrius occidentis imperator 797 a
oligarchia Iudæorum 51 a
Olueti mons 435 a
Olympias altera Thecla 688 b
Olympias apud Optatum tanquam incendiaria causam dicit 689 a. cum Chrysostomi persecutoribus communicare recusat ibid.
S. Olympiadis abbatissæ uita eleganter descripta 688 a
Olympiadis exilium 689 a. in pauperes liberalitas ibid. b. in Theophilũ benignitas 688 b. mors 689 b. monasterium Marinæ cognatæ relictum ibidem. sepultura 689 b. reliquiæ Cõstantinop. translatæ ibidem
Olympianus episcopus Constantinopolitanus 314 b
Olympius Palæstinæ dux 851 b
Olympius sophista idololatras ad sacra sua defendẽda cohortatur 620 a
Olympio episcopo struuntur insidiæ 429 a
Olympio magistratus ademptus 852 a
onagri descriptio 419 a
Onesimus episcopus Constant. 314 a
Onesimi martyrium 153 b.
Omas Iudæorũ põtifex 96 a. in Heliopolitarum agro templum Hierosolymitano simile ædificauit ibid. Tobiæ liberis urbe expulsis seditionem concitat 51 a

Omæ

Oniæ Pontificis ad Ptolemæum fuga 51 a
Opilius Macrinus Imp. Rom. 222 a
Optati præfecti de incendiarijs crudeles quæstiones 687 a
Oppianus poeta 168 a
Optimus Agdamiæ & Antiochiæ episcopus 755 b. 548 b. 604 b
Optimus Pisidiæ monachus 582 a episcopus 602 a
Ormonachus Aegyptius 560 a
Oraculum de belli euentu Licinio datum 297 b. de Iuliani Imp. morte 524 a. in ruinis muri Chalcedonensis repertum 530 b. Iuliano datum 502 a
orandum pro principibus 427 a. 554 b. 802 a. 276 b
oratio Ecclesiæ concors efficacissima. 426 b. 185 a. 186 a. 422 b. 428 a. 564 a. 599 a. 641 a. 754 a. 755 b
oratoria Christianorum in templa mutata 260 a
Orestes præfectus Alexãdrinus 724 b
Orestes Occidentis Imperator 797 a.
Orestis cum Cyrillo episcopo contentiones. ibid. martyrium 269 b
orgia Græcorum abolita 298 b
Oribasius Iuliani apostatæ medicus. 511 b
Orientales ecclesiæ à Theophilo Indo ordinatæ 415 b
Orientales ecclesiæ in religione semper discordes 598 a
Orientales populi ad Christum à Theophilo Indo conuersi 415 b
Orientalium antistitum ad Occidentales contra Arianos scriptum 607 b
Orientalium ecclesiarũ turbæ 448 b. contra Athanasium & Paulum episcopos technæ atq; insidiæ 400. 401. & 402 a & b
Orientalium episcoporũ cum Occidentalibus insidiæ 403 a
Origenes Adamantius multorum stylis ac lucubrationibus confossus 891 b. ab Alexandro episcopo Hierosolymitano in presbyterũ creatus 226 b. adolescentulus affectat martyrium. 211 b. aduersus Marcellum Galatam & Porphyriũ literas Christianas defendit 514 a Cæsareæ Palæstinæ cum magna quorundam inuidia presbyter creatur 222 a. commentarios in sacram scripturam edidit, Ambrosio ei notarios & sumptus suppeditante 220 b
Origenes conuincendorum hæreticorum gratia in Græciam profectus. 222 a. cuius instinctu suos libros conscripserit 203 a
Origenes egregius hæreticorum confutator 224 a. Hebraici sermonis studiosissimus 217 b. hæreticis propè omnibus materiã erroris præbuisse creditus 892 b
Origenes libros innumerabiles, qui hodie non extant, conscripsit 223 a
Origenes monachus 574 b. parentem pro fide Christiana captum ad martyrium adhortatur 212 a
Origenes philosophorum omnium scriptis plurimùm delectatus 219 a
Origenes quo consilio philosophicas & prophanas literas sit consectatus. 219 b. 222. b. quod uerbis docuit, factis etiã alijs demonstrauit 213 a sacras literas in Ecclesia docuit, antequam esset factus presbyter 220 a
Origenes scholæ Christianæ apud Alexandrinos catechistes 212 b. & 213 a. seipsum propter regnũ Dei castrauit 215 a
Origenes uocabulũ Deigenitrix quàm probè exposuerit 745 a
Origenis absurda atq; impia dogmata. 892 a. ad sacras literas studium, 211 b. apud philosophos autoritas. 218 a. contra Arabum hæreticos disputationes 224 b. contra Celsum Epicureum libri 222 b. de canonicis Bibliorum libris iudicium. 221 a. de trinitate traditio 484 a
Origenis discipuli 212 b. & 213 b. 223 b
ob Origenis dogmata Constantinopolitana synodus congregata 890 b
Origenis dogmata potissimùm à Macario episcopo Hierosolymitano euulgata ibid. a
Origenis encomium 545 b. horrendus lapsus 225 b. in Arabiã profectio 219 b. in Esaiam & Ezechielem lucubrationes 222 b. in tradendis disciplinis facilitas 223 b. in urbem Romanam profectio. 217 a
Origenis libri à Basilio Magno & Gregorio Nazanzeno diligenter lecti. 545 b. ab Epiphanio in synodo prouinciali damnati 675 a. & 676 a. item à monachis Aegyptiacis, 671 b. & à Theophilo 675 b
Origenis lucubrationibus Athanasius plurimùm adiutus 675 a
Origenis patrimonium fisco illatũ. 212 a
Origenis paupertas 213 a. res 211 a. scripta 220 b. 222 b. 405 a
Origenis scripta à Theotimo Scythico episcopo defenduntur 676 a
Origenis uita austerissima 213 b
in Origenem anathema 892 b
Origenistæ 673 a
Origenistarum hæresis ibid. a
Ormisdas episcopus Rom. 874 a
Orotheitæ hæresis 626 b
Orphitus presbyter 529 b
Ostiensis portus 699 b
Othonis imperium 147 a
Otreius Melitinensis episcopus 604 b
Oxyrynchon opp. 551 a
Oxyrynchon Pontifex 95 b

P

Pachonij monachi leges & ordo. 407 b. & 408 a. martyrium 271 a
Pacorus Parthus 54 a
pæanes Christianorum 278 a
Pæsius monachus 407 a
palatij Constantinopolitani descriptio. 30 b
Palæstina à Saracenis & Persis miserè depopulata 854 a
Palæstinæ monachi 576 a & b
Palæstinorum monachorum ad Alcisonem de statu Syriæ & Palæstinæ ecclesiarum scriptum 848 a
Palæstinorum monachorum ad Alcisonem de rebus Flauiani & Xenaiæ scriptum 846 a
Palladius 697 a
Palladius episcopus Antioch. 840 b
Palladius Aegypti præfectus, Theonæ armatus ecclesiam occupat 558 a
Palladius Helenopolis & Aspunæ episcopus 755 a
Palladius cursor uelocissimus 732 a
Palladij episcopi mors 840 b. scripta 581 b
Palladij Aegypti præfecti in orthodoxos impietas 556 a
palmarũ apud Scythopolim copia 673 a
palmarum folia in usum monachorum cedunt ibid. a
Pambonis historia 106 a & b
Pamphilus presbyter & martyr 257 a item 223 a
Pamphili Cæsariensis martyriũ 271 a
Pamprepes 842 a
Pandeus Arcadiæ 418 a. impurissimus 768 b. cur deus à gentilibus creditus 418 b
Pan deus à Pausania post Medicum bellum dicatus 350 a
Pancratius Petri apost. discipulus 157 b
d. Pancratius Siculorũ apostolus 126 a
Panemus mensis 866 a
Panius mons 241 b
Panopliæ siue armaturæ uictricis crucis efficacia 289 b

Panſophius Nicomediēſium epiſcopus 670 a
Panteelemonis martyrium 268 b
Pantænus epiſcopus 217 a. 219 b. 222 b. theologicæ ſcholæ Alexādrinæ præfectus 203 a
Pantichium opp. 653 a. 663 b
Paphlagones Nouati dogma morib. ſuis conueniens recipiunt 542 b
Paphlagonum contra Macedonianos prælium 449 b. & 450 a
Paphnutius monachus 407 a
Paphnutius Aegyptius epiſcopus 326 a
Paphnutius Thebaidis epiſcopus martyr 325 b
Paphnutij Thebæi epiſcopi de cœlibatu ſacerdotum in Nicæno concilio ſententia 332 b
Papias epiſc. Hieropolitanus 144 b. 157 b. eius facta 159 b
Papylus martyr 173 b
Papyrij caſtellum 841 b
Papyrij epiſcopi mors 207 a
parabolæ Saluatoris ex quatuor Euangeliſtis collectæ 75 b
Paradiſus, ſanctarum animarum ante reſurrectionem communem, ſedes 81 a
Paradiſi felicitas 419 a
Paradiſi locus, & elegans deſcriptio. 417 b
Pardalis 418 a. 533 b
parentum primorum lapſus 45 b
Pariis Perigenes & Romanus epiſcopus 755 a
Parthenij Helleſpontiaci epiſcopi ſanctitas & miracula 367 b
Parthorum imperium 50 b. & 51 a
contra Romanos bella 272 a
Parthorum regibus Arſacidarum nomina impoſita 50 b
paruus Labyrinthus falſò Origeni aſcriptus 195 b
Paſcha uerum Chriſtus trophæo crucis diabolum deuicit 632 b
Paſcha uerum in euchariſtia exhibetur 78 a
Paſcha Iudæorum 77 b. 628 b. 630 b
Paſcha legale 77 b
Paſcha Nouatianorū 628 b. Montaniſtanorū. ibid. Samaritanorū. ibid.
Paſcha ab initio moribus magis quàm legibus obſeruatum 630 a
Paſchæ celebrandi errores in Nicæna ſynodo introducti ibid. b
de Paſchate uno eodemq; tempore celebrando decretum 338 b
Paſchæ celebratio inter adiaphora numeranda 631 a
Paſchæ feſtum non cum Iudæis, ſed die Dominico habendum. 208 b. 340 a
Paſchæ celebritatem apoſtoli Chriſtianis liberam reliquerunt 629 b
Paſchatis feſtum quo tempore celebrandum, à multis eſt diſputatum. 206 a. & 207 a. & 208 a & b. 243 b. 256 b. 628 a
Paſchatis celebrandi in Occidente tempus atq; ratio 542 b
Paſchatis celebrandi conſenſus 339 b. 332 a. 634 b
ob Paſchatis celebrationē illegitimam Aſiani à Pontifice damnati 630 a
Paßalion diaconus 718 b
Paſſarion 849 a
Paßinicus epiſcopus 533 b
Paſtoris liber, & Irenæi de eo iudicium 187 b
paſtoribus renunciata Chriſti natiuitas 60 b
paternæ in filios pietatis memorabile exemplum 642 b
patientiæ corona 695 b
patiētiæ in afflictionib. cōſolatio 696 a
patriarchatus conſtituti 604 a
patriarchatuum ſiue dicœceſium ordinatio ibid. b
Patricius præfectorum Conſtantini uicarius 294 b
Patricij conſulis exilium 812 b
Patricio conſuli Ariadna in matrimonium data ibid. a
Patropaßianorum hæreſis 401 a
Patrophilus Seleuciæ epiſcopus 458 a
Patrophilus Scythopolitanus epiſcopus 322 a. 331 a. 395 b. 458 a. 436 b. 448 b. exauthoratur & excommunicatur 453 b
Patrophilus Scythopolitanus epiſcopus Arianus 598 a. 436 b
Paulinæ prædicationis ſumma 121 b
Paulinus Antiochenus epiſcopus 410 b. 220 a. 487 b. Arij diſcipulus. 320 a
Paulinus Nolæ epiſcopus 797 b
Paulinus in Cappadociam relegatus, capitali ſupplicio afficitur 734 b
Paulini hæreſis 598 a. 595 b. 947 b
Paulini Tyri epiſcopi pietas 292 a
Pauliniani cum Meletianis communicare nolunt 461 a
Paulini cum Meletio diſſidium 595 b
Paulini Antiocheni epiſcopi mors 617 a
Pauliniani hæretici 401 a
Paulinianorum aduerſus catholicos conuentus 617 a. eorū cum Meletianis apud Antiochenos diſſēſio 594 a
Paulonas 411 a
Pauli apoſtoli forma, totiuſq; corporis habitus 128 a. laus ab Origene decantata 221 b
Paulus omnibus apoſtolis præferendus, licet in eorum catologo non numeretur 137 a
Paulus apoſtolus qua ratione omnibus omnia factus 739 a
Pauli apoſtoli naufragium 122 b. miracula 111 b. & 115 a & b. 123 a
Paulus apoſtolus num fuerit cōiugatus, à multis dubitatur 137 b
Paulus apoſtolus cur uxorem ſuam non circumduxerit in ſuis peregrinationibus 137 b
Pauli apoſtoli prædicatio & acta. 110 a
Pauli actorum liber fictitius 140 b
à Paulo epiſtolæ ad diuerſos quomodo & quo conſilio ſcriptæ 124 b
Pauli apoſtoli ad Hebræos epiſtola. 204 b. 158 a. 205 b. 221 b
Pauli ad Hebræos epiſtola à Luca in linguam Græcam uerſa 204 b
Pauli epiſtola ad Hebræos num canonicè ſcripta 140 a
Pauli ad Timotheum epiſtola 124 b. & Titum ibidem
Pauli Apocalypſis 634 a
Pauli pugna cum feris 117 a. à Iudæis captus cauſam dicit 119 a. accuſatur apud Felicem 120 a
Pauli apoſtoli uincula 111 b. & 116 b. ad Cæſarem appellatio 120 b
Paulus priore Neronis iudicio abſoluitur 124 a
Pauli apoſtoli martyrium 124 a. & 125 a. 127 a b
Paulus Alexandrinus hæreticus 212 b
Paulus epiſcopus Conſtātinopolitanus. 392 b. 397 a. 528 b
Paulus epiſcopus Conſtantinopolitanus à Conſtantio in exiliū actus 398 a. proſcribitur 396 b. in Caucaſum relegatur 429 a. reuocatur 396 b
Paulus epiſcopus Conſtantinopolitanus Macedonianorum opera ſtrangulatur 429 a. 531 a
Pauli epiſcopi Cōſtantinopolitani apud Conſtantium querimonia 399 a. exilium & cædes 392 b
Pauli Conſtātinopolitani martyris oſſa Conſtantinopolim tranſlata 605 b
Pauli Emeſeni epiſcopi pacificandi in eccleſia ſtudium 750 a
Paulus ex Epheſino epiſcopatu eiectus. 833 a. reſtituitur 831 a
Paulus Euphraſius epiſc. Antioch. 867 a
Paulus monachus Apameenſis 578 b
Paulus monachus Cœleſyriæ ibid. a
Paulus Neocæſareæ epiſcopus 325 b. ambarum manuum uſu Licinij improbitate orbatus ibidem
Pauli Nigri hæreſis 947 a

Pauli Nouatiani epiſcopi encomium. 726 b. eius cū Iudæo cōtentio 727 a
Paulus philoſophus ac monachus Zeugmatenſis 578 b
Paulus Samoſatenus epiſcopus Antiochenus 255 b. 248 b. excommunicatur 250 b. ab errore conuerſus, iterum lapſus eſt ibid. a
Pauli Samoſateni doctrina 316 a. mores atq; improbitas 251 b. hæreſis 249 a. 252 a. de regno Chriſti falſa opinio 385 b. cū Alexandrinorum epiſcopo atque alijs presbyteris diſputatio 250 a
Pauli Samoſateni hæreſis dānatur 610 a
Paulus cognomento Simplex, Antonij diſcipulus 363 a
Paulinus Treuirorū Galliæ epiſc. 437 a
Paulinus Tyri epiſcopus 320 b
Paulus epiſc. à cōcilio repudiatur. 402 b
Paulus quingentorum Aſcetarum abbas 573 a
paupertate cur interdum pij premantur 735 a
Pauſinicus Zelenus epiſcopus 519 a
pax Chriſti quàm efficax 244 b
Pacis templū à Pertinace epiſcopo Conſtantinopolitano ad mare ædificatum 314 b
Paȝus uicus 542 b. 627 b. 628 a
peccatum ad mortem 514 b. 736 a
peccati horrenda pœna 45 b
peccati originalis grauitas ibidem
diua Pelagia 743 a
Pelagius Laodiceæ epiſcopus 602 a. 604 b. 519 b. proſcribitur 549 a
Pelagius Pontifex Rom. 901 b
Pelagius ob affectatum imperium à Zenone interfectus 842 a
Pelargus urbis Conſtantinopolitanæ regio 759 a
Pelei martyrium 271 a
Pentādia Timaſij coniunx 662 b
Pentaelas Roſianus archiepiſc. 757 a
Pepuȝiani hæretici 197 b
Pepuȝitarum Paſcha 629 a
Perēnij in Chriſtianos crudelitas 200 b
Perinthus ciu. 929 a
periurij diuinitùs uindicati memorabile exemplum 216 a
Peroȝis regis contra Hunnos res geſtæ 855 a
perſeæ arboris in medicina uſus 504 b
Perſarmenij pop. 903 a
Perſarmeniorū ad Iuſtinum profectio. ibidem
perſecutio Chriſtianorū ſub Aureliano 251 a. ſub Decio 226 b. ſub Maximiano 225 b. ſub Diocletiano 260 b. & 261 a. 271 a. ſub Maximino 223 a. in Perſide omnium grauiſſima 355 a. ſub Seuero 211 a. ſub Valeriano 229 b. & 240 a
perſecutionum neceſſitas 730 b
perſecutionibus Chriſtianorum diuinitùs finis impoſitus 276 a
perſecutionib. Eccleſia Chriſti auctior ſemper facta 176 b
Perſæ ad Chriſtum quomodo conuerſi. 324 b
Perſæ ad Daras & Niſibim uicti 874 b. item à Romanis 924 b. 732 b
Perſæ à Romanis capti, & bonis eccleſiaſticis ab Acacio epiſcopo redempti 723 a
Perſarum regni primordia 50 b
Perſarum regnū ad Parthos tranſlatū. ibidem
Perſarum religio crebris Romanorū legationibus uehemēter aucta 727 b
Perſarū in Chriſtianos crudelitas 730 b
Perſarum martyres 358 a
Perſarum legati à Iuliano in Chriſtianorum odium uiolati 481 b
Perſarum aduerſus Hormiſdam rebellio 923 b. in Romanorum agros excurſio 713 a. cum Romanis bella 272 a. 731 a. 856 a. 874 b. 903 b. 941 a
Perſarum cum Romanis centum annorum induciæ 707. a. pax 928 b. contra Iulianum Imp. res geſtæ 509 a & b. cū Traiano Imp. bellū 162 a
in Perſide Chriſtianiſmus à Marutha propagatus 728 a
Pertinax epiſc. Conſtantinop. 314 b
Pertinacis imperium 210 a
peſtis dira 281 a. 512 a. 796 a. 883 a
peſtis ingens apud Alexandrinos 244 b. ſub Veſpaſiano 153 a
peſtis tempore charitatis officia exercenda erga ægrotos 245 a
peſtilentiæ infidelibus ſunt pœnæ, fidelibus pietatis probatio 245 a
Petri erga Chriſtū amor cur toties exploratus 86 a
Petri apoſtoli ſtatura & corporis forma 128 a. prædicatio & res geſtæ 98 a. 125 b
Petrus apoſtolorū anteſignanus & princeps 106 a. eius epiſtolæ 221 b
Petrus apoſtolus Chriſti manibus baptiȝatus 94 a
Petri apoſtoli cum Simone mago colloquium 118 b. de ſpiritu ſancto concio 93 a
Petri apoſtoli Euangelium ab hominibus falſò ſparſum 140 b
Petri & Pauli apoſtolorū memoria & ſolennitas quando inſtituta 853 a
Petrus apoſtolus Romanus & Alexandrinus epiſcopus 754 b
Petri apocalypſis 633 b
Petrus apoſtolus ab Herode incarceratus, liberatur ab angelo 104 a. Romæ martyrio coronatur 125 b. 127 a & b. eius ſepulchrū 346 b
Petri in eccleſia Romana ſucceſſores. 144 a
Petrus de Ioannis obitu ſtudioſè inquirit 86 b
Petrus primus Pontifex Rom. 144 a
Petri Aegypti præfecti de Mauricij morte uaticinium 940 a
Petrus Aegyptius monachus 578 b
Petrus epiſcopus Alexandrinus 255 a. martyr ibid. 528 b. eius cum Theophilo contentio 673 b
Petrus Alexandrinus epiſcopus ab Aegypti præfecto in carcerē coniectus 556 a. eius contra Melitium & Arium diſputationes 312 b. de Lucij in Alexandrinos crudelitate ſcriptum 558 a. mors 840 b. martyrium 271 a. 279 b. 312 b
Petrus Baſilij Magni frater 582 a
Petrus Cnapheus epiſcopus Antiochenus 812 b. 835 b. 845 b
Petrus Cnapheus ex epiſcopatu Antiocheno eiectus 833 a
Petri Cnaphei quatuor in eccleſia inuenta 813 a. hæreſis 949 a & b
mors 840 b
Petrus Damaſcenus 848 b
Petrus Galata monachus 578 b
Petrus Gaȝæ ſiue Maiumæ epiſcopus. 795 a
Petrus Iberus monachus 847 b
Petrus Moggus epiſcopus Alexandrinus 833 b. 834 a
Petrus Moggus Chalcedonenſem ſynodum damnat 835 b. Timothei epiſcopi ſepulchrum uiolat 836 a
Petrus Mauricij Imperatoris frater, Europæ præfectus 936 a
Petrus Sebaſtiēſis epiſcopus, Baſilij Magni frater 548 a. Athanaſij in eccleſia Alexandrina ſucceſſor 555 b
Petrus Diocletiani domeſticus martyrio coronatur 262 a
Petritarum hæreſis 947 b
Peucentius poſt Maximini tyranni mortem turpiter tractatur 291 a
Phadæus Iudæorum Pontifex 95 b
Phalli 768 b
Phalli turpiter nudati in publicum producti 619 a
Pharaſmanis eunuchi pietas 940 a
Phariſæorum hæreſis 181 b
Pharnabaȝus Parthus 54 a

Phaſaelas Antipatri filius 53 b.
Hieroſolymæ præfectus ibidem
ad Phenneſia metalla orthodoxi ab Arianis damnati 561 a
Pherochanis Perſarũ ducis cædes. 923 b
Pheroras Antipatri filius 53 b
Philagrius epiſcopus 534 a
Philadelphienſis ſynodus 484 a
Phileas Thmuitarum epiſcopus 265 a
Phileæ epiſcopi de Alexandrinis martyribus ſcriptũ 265 a. martyrium ibid. & 271 a
Philetus epiſcopus Antiochenus. 226 b
Philippus apoſtolus 207 a
Philippus Herodis filius, Iturææ & Trachonitidis regionis princeps conſtitutus 64 a
Philippus epiſcopus Hieroſol. 164 a
Philippi apoſtoli filiæ propheticum habuere ſpiritum 160 a
Philippi apoſtoli prædicatio 130 b.
martyrium 131 a
Philippi apoſtoli uxor & liberi 137 b
Philippi Euangeliſtæ quatuor filiæ prophetiſſæ 116 b
Philippi diaconi cum Simone mago diſputatio 97 b
Philippus Sidites Byzantinum petit epiſcopatum 752 b. eius pietas 742 a. ſcripta ibidem
Philippus ex Apamea Aſiæ in Eudoxiopolim epiſcopus mittitur 755 b
Philippus Aſiæ rector 172 a
Philippi præfecti Conſtantinopolitani prudentia 398 a
Philippus Imperator 226 a. poſt cõfeſſionem atq; pœnitentiam in eccleſiam ab epiſcopo admiſſus ibidem
Philippus primus ex Imperatoribus Romanis Chriſtianus ibidem
Philippi Rom. Imp. res geſtæ 903 a
Philippicus militari tumultu inſectatus. 819 a
Philippici res bene geſtæ 922 a. 917 a
Philippio Mineus 54 a
Philippion Ptolemæi filius 53 b
Philippopoli epiſcoporum concilium cõgregatur 403 a
Philo Iudæus monachorũ quorundam Chriſtianorum inſtituta deſcripſit. 361 b
Philo de monachis in Aegypto ſcripſit. 306 a
Philogonius ex cauſidico factus epiſcopus Antiochenus 314 a. 313 b 317 a. 320 b. 528 b
Philogonij epiſcopi mors 325 b
Philogonius hæreticus 320 a
Philonis laus 101 a. cum Petro apoſtolo colloquium 106 b. lucubrationes, earũq; cõmendatio 108 a & b
Philonis & Ioſephi Iudæi collatio 110 a
Philonis de uita contẽplatiua libri 106 b
Philoponus Ariſtotelicus inſignis. 944 a. uide de Ioan. Philop.
Philoromi martyrium 265 a
philoſophia quandoq; mendacium admittit 780 a
philoſophi Chriſtiani uita 213 a
philoſophiæ utilitas 711 b
philoſophi multi à Valente Imp. occiſi. 582 b
philoſophi etiam de Chriſtiana religione diſputãt, ſed improbo cõſilio 327 a
philoſophorum gentilium contra orthodoxos tumultus 619 b
philoſophicus habitus à multis ſub Valente abiectus 583 a
Philoſtorgius ineptus Eunomij laudator 625 b
Philoſtorgius ſcriptor eccleſiaſticus. 625 b. eius de amne Tigride ſcriptum 416 a
Philoxeni cõtra Heliam & Flavianum odium 850 a
Phineas Iudæorũ pontifex 95 b. 96 b
Phiſon fluius è Paradiſo profluit 417 b
Philumena Pythoniſſa Apellis 201 b
Philumenæ prophetia ibidem
Phlacitus Antiochiæ epiſcopus 372 b 423 b. 528 b. 393 a
Phocas Rom. Imp. 937 a. 938 b
Phocæ Imperatoris cõtra Heraclium & Nicetam bellũ 953 a. in rebus gerendis infelicitas 941 a. importunitas & crudelitas. 941 b. 952 b. 953 a
in Phocam & genus eiuſdem poſt mortem maximè ſæuitum 953 a
Phœnicia utraq; à Scenitarum gente miſerè depopulata 854 a
Phœnicum idololatria à Chryſoſtomo abrogata 661 a
Phœnicum uirgines ante legitimas nuptias ad ſtuprum proſtitutæ 298 b. & 299 a
phœnix auis 419 a
Photinus epiſcopus 533 b
Photini hæretici pertinacia 434 b. cum Baſilio Ancyrano diſputatio ibid.
Photini Sirmienſis epiſc. hæreſis. 431 a 399 b. 401 a. damnatur 610 a. 431 b
Photini exilium 434 b. in Phocam Imperatorem odium 953 a
Photius patriarcha 955 b. Tyri epiſcopus 824 b
Phrauitas epiſc. Conſtant. 839 a
Phrygiæ oppidũ propter Chriſtianam confeſſionem ab infidelibus incendio conſumptum 365 a & b
Phryges Nouatianorum hæreſim recipiunt 542 b
Phrygum regio temperatiſſima ibid. a. cõuenticula 384 b. hæreſis 184 b. 185 a. 197 b. 198 b. Paſcha 629 b
Phyſcon monachus 576 b. 677 b
Piammõ monachus Aegyptius 572 a
pictori, qui Seruatorẽ Iouis habitu pinxit, manus exaruit 807 b
Pierius presbyter Alexand. 256 a
pietas imperiorum fundamentũ 710 a. præcipuum imperij præſidiũ 717 a. 23 b. uirtutum omnium fundamentum 23 a
pietatem ueram plerunq; res ſecundæ ſequuntur 298 a
à Pilato tẽpli theſaurus in aquæductuũ ædificationem conſumptus 102 b
Pilatus Iudææ poſt Archelaum factus procurator 65 b
Pinna epiſcopus 240 b
Pinytus epiſcopus Cnoſius 182 a
Pionius celeberrimus martyr 173 a
Pior monachus Aegyptius 574 a. eius ſanctitas ibid. b
Pitholaus à Caſſio interfectus 53 b
Pityrion monachus 407 a
Pius Pont. Max. 163 b
piorum in cruce probatio 695 b
Placidia Theodoſij magni ex Galla filia 569 a. Conſtantio duci nupta 713 b. itẽ Olibrio patricio 797 a
Placidiæ pietas, atq; in fide conſtantia. 600 a
Placillæ Auguſtæ pietas ac ſanctitas erga Deum & homines 647 a
Placillæ ſtatua à plebe furibunda deiecta ibid. b
Placillæ Auguſtæ mors ibidem
Plato Myrmenenſium epiſcopus 132 b
Platonis de rerũ cauſis ſententia 723 b. itẽ de mortuorũ reſurrectione 778 a
Plinius iunior, Chriſtianorũ apud Traianum defenſor 157 a
Plinthas Arianos diſſidentes conciliat. 627 a
Plotini ſchola 287 b
Plutarchus epiſcopus Conſtantinopolitanus 314 a. martyr 212 b, & 213 b
pluuia ex cinere 805 b
pluuia in ſumma ſiccitate à Deo per aſſiduam precationem impetrata 185 b
pœnitẽtia lapſorũ Chriſtianorum 278 a
pœnitentiæ ueræ formula 134 a
pœnitẽtiæ cæremonia in eccleſia Rom. 623 b
pœnitentia ſolẽnis propter Nouatianos in eccleſia inſtituta ibidem
pœnitentiæ ueræ exempla 172 a. 644 b
pœnitẽtiæ libellus 368 a

per Pœ-

per Pœnitentiam homo reuocatur ad uitam 712 a
de Pœnitentibus in Eccleſiam recipiendis Cornelij epiſcopi Rom. cum Nouato diſceptatio 333 a
pœnitentiarij in eccleſia Dei presbyteri 623 b
Polybius epiſcopus 158 b
Polycarpus Antaprifſenæ & Nicopolis epiſcopus 755 b. 159 a
Polycarpus Conſtantinop. epiſc. 314 a
Polycarpus Smyrnæus epiſc. 144 b. 155 b
Polycarpus in ſomnis uidet, quo mortis genere eſſet obiturus 171 a
Polycarpus Irenæi præceptor 202 b.
Ioannis apoſtoli diſcipulus 157 b
Polycarpi laus 167 a. cum Aniceto pontifice colloquium ibid. cum eodem commutio 630 b.
ad Philippenſes epiſtola 167 b.
ad Deum, dum martyrio coronatur, oratio 172 b. martyrium 170 a. 171 b. 207 a. 630 b
Polychronius Arianus 565 b
Polychronius Apamenus epiſc. 743 a
Polychronius presbyter decrepitus. 719 b
Polycrates Epheſiorũ epiſcopus 195 a. eius de celebratione Paſchatis ſententia 207 a
Pompeius primus Romanorum Iudæos domuit 53 a
Pompeius Hieroſolymam depopulatur. ibid. & 96 a
Pompeij bellum contra Tigranem Armeniæ regem 53 a. cædes 875 a
Põpeiopolis in Cilicia terræ hiatu abſorpta 879 b
Pontianus epiſcopus Rom. 226 a
Pontica diœceſis 604 b
Pontici pueri 193 a
Pontici martyres uarijs tormentis cruciati 266 b
pontificatus Romani exordia & incrementa 125 b
Põtifices Iudæorum ab ipſo Aarone uſq; ad captam urbem 95 b
Pontificum Rom. ſucceſſio 144 a. 163 b
Pontificum & ſacerdotum in Hieruſalem ſeditio cruentiſſima 117 b
Pontificum Iudæorum diſſidia & ſeditiones 144 b
Pontius Pilatus Archelai è regno expulſi in tetrarchia ſucceſſor 65 b. ultione diuina manus ipſe ſibi intulit. 102 b. & 103 a.
Pontij Pilati ambitio 79 b. aduerſus Chriſtum acta quæ olim circũferebantur, fictitia 65 b
Porphyrius epiſc. Antioch. 721 a. 694 a
Porphyrius Libanio deus 515 b
Porphyrius ſophiſta 513 a. Chriſtianorum inſectator 218 a. eius furtiua & illegitima in epiſcopum Antiochenũ ordinatio 694 b. in Ammoniũ & Origenẽ calumniæ 219 a
Porphyrius cur Chriſtũ abnegarit, & in Chriſtianiſmũ ſit inuectus 514 b
Porphyriani hæretici 341 a
Potamiena martyr 214 a
poteſtas omnis à ſolo Deo 229 b
Pothini Lugdunenſis martyrium 191 b
Potini hæreſis 201 b
Prapidij monachi ſanctitas 578 b
Paryllius epiſc. Hieroſol. 718 b. 743 a
prædictiones atq; diuinationes legibus interdictæ 583 a
prædonũ impunè Hieroſolymis graſſantium horrendus tumultus 117 b
præſagia futuri imperij à Iuliano uiſa. 470 b
Praſini 938 a
Praſinorũ Conſtãtinopoli factio. ibid. b
præſentium ordines 866 b
precationis uis & efficacia 185 b. & 186 a. 422 b. 428 a. 599 a. 641 a. 716 b. 754 a
precationum in diuerſis eccleſijs uarietas 633 b. 634 a
preces Eccleſiæ unanimes efficaciſſimæ 426 b
presbyteri in eccleſijs catholicis pœnitentiarij 623 b
Priapus deus omniũ impuriſſimus 768 b
principis Chriſtiani inſtitutio 710 a
principis abſolutiſſimi exemplar 24 a
principis eccleſiaſticæ diſciplinæ ſeſe ſubmittẽtis memorabile exemplum. 226 a
principis decentis pulcherrimum epitaphium, bonus ſucceſſor 914 a
pro Principũ ſalute aſſiduè orãdũ. 802 a
Priſcus Mauritij Imper. in Europa dux. 929 b
Priſcus Romanorum dux de manubijs Byzantij accuſatus ibid. b
in Priſcum militaris tumultus concitatus 917 b
Priſci Rom. ducis cum Domẽtia nuptiæ 952 b. inſolentia 917 b. cõtra Barbaros res geſtæ 935 b cum Chagano pacta 929 b. 930 a. in Phocæ mortem conſpiratio 952 b. martyrium 240 a
Priſcianus epiſcopus 608 b
Priſcilla prophetiſſa 197 a
Proctus epiſcopus 533 b
Proclus Iuſtiniani Imp. quæſtor 874 b
Proclus monachus 743 b. epiſcopus Cõſtantinop. 249 b. 720 b. 753 a eo quòd relicto Cyzico Conſtantinopolitanum epiſcopatũ ſuſceperit, multorum inuidia notatus 754 b
Proclus præter opinionem omnium ex Thalaſſio Illyrici præfecto epiſcopũ Cæſarienſem facit 760 a
Proclus Philippi Siditis in archiepiſcopatu Byzantino competitor 752 b
Proclus placidi epiſcopi memorabile exemplum 753 b
Procli epiſcopi Conſtãt. res geſtæ. ibid.
ad Proconneſia metalla Chriſtiani ab Arianis damnati 561 a
Procopius tyrannus 588 b. 530 a. captus ad Valentem ducitur 530 a. ſub Diocletiano martyrio coronatur 270 a
Procopij Cæſarienſis ſcripta 874 b. cum Valente bellum 350 b. 351 a. ſupplicium 530 a
Proculus hæreticus 195 b. Chryſoſtomi diſcipulus 741 b
Proculi hæreſis 195 b. mors 765 b
Probatius eunuchus Alexandrinus epiſcopus 520 a
Probianus medicus podagricus ſanatur. 303 a
Probus epiſcopus Conſtantinop. 314 b
Probus epiſcopus Chalcedon. 929 a
Probus Imperator Rom. 254 b
prodigia diuina in Chriſti paſſione exhibita 80 b
prodigia dira 66 a. 146 a. 282 b. 300 b. 638 b. 666 a. 701 b. 702 a. 764 a. 788 a & b. 934 b
de Prodigioſis caſibus theologicum iudicium 702 a
prodigioſæ uites poſt uindemiam germinant 471 a
proditionis pœna 530 a. 925 a
prophanæ literæ theologis neceſſariæ. 256 a
prophanarum literarum magna utilitas. 498 a
prognoſticationes multis legibus damnatæ 583 a
Prohæreſius ſophiſta 545 a
prophetæ in ecſtaſi non diuinant 199 a
prophetarum ſcripta lacerata, ab Eſdra ſacerdote integritati reſtituta 188 a
prophetica dona in eccleſia, Iuſtini philoſophi temporibus 180 b
proſtibula Romæ à Theodoſio abrogata 615 b
Protectus Cæſariẽſis presbyter & martyr 223 a
Proterius Alexandriæ epiſcopus à ſynodo Chalced. lectus 793 b. in baptiſterio à percuſſorib. obrutus 802 b

Proterij episcopi Alexandrini martyriũ 801 a. 802 b
Protogenes episcopus Sardicensis 402 b. 249 b
Protogenes Carrarum episcopus 597 a
Protogenis facta 553 a. miracula 552 b. exilium ibidem
prouerb. Funem omnem mouere 952 b
prouerb. A' prima linea 22 b
prouidẽtia diuina in medijs malis opem benignè fert 867 b
prouidentia diuina paternè simul castigamur & erigimur 281 b
prudentiæ officium 581 a
psalmodiæ 652 a
psalmodiæ Arianorum 668 b. Syrorum 411 a. à Chrysostomo institutæ 668 b. à mulierib. decantatæ 538 b. apud ueteres non eædẽ 633 b
psalmorũ Dauidicorũ cõmẽdatio 807 b
Psathyrianorum hæresis 627 b
Pseudabares pop. 931 a
Pseudomoyses 870 b
Psephium Antiochiæ restitutum 765 a
psitaci auis descriptio 419 a
Ptolemæus à matre Cleopatra fugatur. 169 b (52 b
Ptolemæi bibliotheca 187 b. incestæ nuptiæ & parricidium 53 b
Ptolemæi Lathuri contra Alexandrum res gestæ 52 b
Publiæ abbatissæ sanctitas 481 b
Publius episcopus Hierosol. 195 a
Publij episcopi martyrium 181 b
Publius monachus Zeugmatẽsis 578 b
pudicitiæ cõseruatæ memorabile exemplum 267 b. & 268 a
puer Constantinopoli mirificè in aerem sublatus, & inde remissus 764 a
Pulcheria Arcadij Imp. Rom. ex Eudoxia filia 663 a. 704 a. Martianum post Theodosij mortem renunciat 783 b. à Septimo in aulã imperialem reducta 769 b. priuatã in Septimo uitam complectitur 766 a
Pulcheriæ principis religiosissimæ laudes 710 b. uirtutes 707 b. pietas & liberalitas 710 a. uaticinia diuinitùs reuelata 720 b
Pulcheriæ Augustæ duæ 799 a
Pulcheriæ sororum uirtutes 711 a
Pulcheriæ mors 772 a. 800 a
Purorum hæresis 807 a
purpuræ tinctio 255 b
Pusices Saporis Persarũ regis artificum præfectus, martyrio coronatur 356 b. & 357 a
Putubastes monachus 574 b
Pyrenæi montes 502 b
Pythagorica animarũ trãsmigratio 511 b
Pythagoricum silentium 177 b

Q

Quadragesimale ieiunium 631 b 367 a
Quadragesimali tempore in piscium penuria Iustinianus carnibus homines uesci permisit 898 a
quæstiones ecclesiasticæ non temerè promulgandæ 323 a & b
Quatuordecimani hæretici 208 b. 629 a
Quadratus episc. 182 a. propheta 144 b
Quadrati uiri sanctissimi facta 161 a
Quintiano Gazæo episcopatus abrogatur 403 b
Quintæ fœminæ constantissimæ martyrium 227 b
Quirini Chalcedonensis episcopi in Chrysostomum odium 678 a

R

Rais catechumena 214 a
Rebellionis uindicatæ exẽpla, 66 a. 103 b
reformatio cleri & ecclesiæ 29 a
reges sacerdotali munere functi 51 a. oleo uncti typum gesserunt ueri regis Christi 47 b
resurrectio mortuorũ à Platonicis deriſa 778 a
Retitius 294 b
Reuerentius Phœniciæ & Tyri episcopus 755 a
Rhinocurura locus 575 b
Rhinocurura catholica 576 a
Rhodus terræmotu quassatur 857 b
Rhodonis aduersus Marcionistas scripta 201 b. cõtra Marcionẽ certamẽ 195 b
Rhutenorum ad Christianismum conuersio 955 b
ritus & cæremoniæ ueteris testamenti symbola noui testamenti fuere 49 b
Rhodiorum colossus 153 a
Roilas Scytha cum copijs suis fulmine cœlesti extinctus 712 b. 754 a
Romanus monachus 577 b
Romanus cantor eximius 765 a
Romanus episcopus profugos episcopos ad communionem admittit 397 a
Roma figuratè à Petro Babylon dicta. 106 b. ab Alarico obsessa 699 b. fraude & perfidia ab Alarico capta 713 b. ab eodem direpta 700 b. à Gothis expugnata 878 b. 700 b. 705 b. 699 b. item à Genserico 797 a. à Totila 879 a
Romæ olim septem tantũ diaconi 633 b. duo eodem tempore Pontifices concordes 442 b
Romæ cõciones in ecclesia ad populum non habitæ 633 b.
Romani episcopi authoritas 399 a. 755 a. 814 a. prærogatiua 250 b. 874 a. 393 a
Romani à Persis & Varacho duce debellantur 272 a. Gotthorum obsidionem auro redimunt 699 b
Romanorum Pontifices unde 144 a
Romanorũ episcoporũ catalogus 188 a. 194 b. 255 a. 528 b. 724 b
Romanorum in electione episcoporum seditio 853 b. ieiunia 631 b. 634 a
Romanorum contra Persas res fortiter gestæ 509 a. 731 a. 856 a. 903 b. de Persis præclara uictoria 732 b. 924 b. 922 b. & 923 a. pax 928 b item cum Cabade pax 855 b
Romanorum sub Iuliano innumeræ calamitates 512 a. fames & pestis dira 699 b. synodus prouincialis 874 a.
Romanæ ecclesiæ primi episcopi. 125 b. & 126 a. uetus priuilegium 397 a
Romanum concilium propter Auxentium episcopum coactum 566 b
Romani concilij acta ibidem
ros crucis forma in Iulianũ decidit 471 b
rubri maris duo sinus 416 a
Rufinus apud Arcadium præfectus prætorio 656 b. imperiũ affectat. eodem
Rufinus Ecclesiasticæ historiæ interpres 501 a
Rufini cũ Theodosio colloquiũ 644 b. perpetua cum Persis pax 875 a. cædes 656 b
Rufini caput hastæ infixum 657 a
Rufus abbas 891 a
Ruga Scytha cum suis militibus ultione diuina extinctus 754 a

S

Saba Arabiæ metropolis 353 a
Sabbas philosophus 849 b
Sabbas Aeliẽsis episcopi ad Iustinianum legatus 888 b
Sabbas monachus 850 a. 775 a. orator & deprecator Palæstinorũ apud Iustinianum 889 a
Sabbas hæreticus 541 a. eius mors 889 a
Sabbatius ex Iudæo Christianus factus 627 b. cõtra iurisiurãdi religionem illegitimè episcopus ordinatus 723 a. Nouatianus episcopatũ ambit 722 a. propter Paschæ diem Iudaico more celebrandum, à Nouatianorũ ecclesia secedit 735 a. Euangelicam lectionem adulterat 722 a
Sabbatius Christianus factus, cum Iudæis Pascha celebrat 627 b. 628 a
Sabbatij sepulchrum 733 b
Sabæi pop. 353 a
Sabellij Libyci hæresis 197 a
Sabellij hæresis 313 a. 371 a. 484 b. 249 a. damnatur 431 b. 610 a

Sabellia-

Sabelliani hæretici 947 b
Saberi populi 845 a. 930 b
Saberorũ in Orientẽ eruptiones 845 a
Sabinianus Pont. Max. 953 b
Sabinus episcopus & martyr 358 a. Heracleæ Thraciæ Macedonianorum episcopus 402 b
Sabini acta synodalia 488 b
Saborius Persarum rex 274 a
sacerdotes olim erant reges uncti 51 a.
sacerdotes oleo uncti, figuram gesserũt Christi 47 b
sacerdotum unctio à Manuele Palæologo reformata 29 a. (398 b
sacerdotũ coniugia 632 b. nundinatio
sacerdotalis dignitas eorum tantum est, qui ad eam sunt uocati 738 b
sacerdotalis functio 802 b
sacramentũ corporis & sanguinis Christi communicantibus dandum in manus 229 a. 644 a. 668 b. miraculosè in lapidem uersum 668 b
sacramenti sanguinis & corporis Christi prima institutio 78 a. reliquiæ pueris innocentib. olim datæ 889 b
sacramenti altaris utraq; species in loco templi sacratiore seruata 683 a
sacramenta altaris morientibus communicata 703 b
Sadoc Iudæorum Pontifex 95 b
Saddoci Phraisæi seditio 58 b
Saducæorum hæresis 181 b
Saenes sua omnia quàm Christum abnegare maluit 729 b
Salambria monachus 755 b. 677 a
Salamines monachus 576 b (187 b
de Salomonis sapientia Irenæi iudicium
de Salomonis prouerbijs Egesippi & aliorum antiquissimorum authorum iudicia 181 b
Salianus Constantis dux 421 b
Saluia Alexandri regis coniunx 52 b
Salome ager 60 b
Salome Iosephi uxor 95 a. obstetrix in Bethleem ibid.
Salophaciolus episc. Alexand. 833 b. eius mors ibidem
saltatorum spectaculũ sabbato Alexandriæ exhibitum 724 a
Salustius episcopus Hierosol. 887 a. Iuliani imp. præfectus 500 b. & 501 a. martyr 849 a
Samaritanorum de Paschate celebrando sententia 628 b
Samaritanorum hæresis 181 b. contra Iudæos seditio 117 a
Samosatenus excommunicatur 250 b. damnatur 431 b
Samosatenorũ in fidei syncerioris amatores odia 550 a. uide Paulum Samosatenum. (dex 95 b
Samuel propheta, sacerdos, & populi iudex 721 a
Samuelis prophetæ ossa 721 a
propheticum ibidem
Sanctus, martyr 190 a & b. & 191 a
Sancti martyrium 192 a
sancti non pro dijs colẽdi, cum serui tantum fuerint altissimi 286 a
sanctos suos etiam defunctos Deus glorificat 762 a
sanctorũ adorationes à Xenia episcopo Hierapolitano prohibitæ 846 a
sanctorũ ueneratio unde nata 242 b. in quibus consistat 286 a
sanctorum imagines unde, atq; cur antiquitùs erectæ 242 b
sanctorũ monumenta unde culta 242 b. 287 a (890 b
sanctorum reliquiæ olim circumuectæ, sanctorum memoria 774 b
Sangaris fl. 542 b. Sangarũ op. 628 a
Sangari martyrium 183 b
Sangaris episcopi mors 207 a
Sangariensis synodi decreta 628 a
Saphiræ & Ananiæ horrendũ fatũ 93 a
Sapientiæ Dei templum à Constantino excitatum 398 b. incensum 689 b
Sapores episcopus & martyr 358 a
Sapores Gratiani Imp. dux 594 a
Sapores Gratiani constitutionis de religione promulgatæ exequutor 595 a
Sapores Persarũ rex Nisibim expugnat 428 a. eius contra Christianos edictum 357 a
Saraceni olim Ismaelitæ 584 b
Saraceni à Mose ad Christum conuersi 584 b. 585 a
Saraceni metu correpti in Euphrate sub merguntur 731 b
Saracenorũ origo & antiquitas 584 b. contra Romanos res gestæ 731 b
Sardicense concilium 402 b. 403 b. 404 a. 429 a
Sareas Iudæorum Pontifex 95 b
Sari præfecti militaris contra Alarichũ res bello gestæ 700 b (a. 318 a
Sarmates Arianæ hæresis sectator 313
Sarmatæ à Constantino uicti 299 a
Sarmatæ ab imperij finibus à Iuliano repulsi 568 a
Saturnius hæreticus. 177 a. 181 a. 185 a
Saul primus Iudæorum rex 50 b
Saulus Christianorũ maximus persecutor 97 a. conuertitur. ibidem
Sauromatæ gens barbara & informis. 568 b
Sauromatum cum Romanis bellũ. ibid.
Scaurus Cœlesyriæ administrator 53 a
Scenitæ Persæ 904 a (nes 854 a
Scenitarum in Mesopotamiam eruptio-
Scirti amnis periculosa exundatio 868 a
scortatio à Cõstantino prohibita 299 b
scriptura diuina non nouis, sed receptis uocabulis est explicanda 337 a
Scythæ Caucasei & Boreales 930 b
Scythæ Parisrij à Constatino subacti. 302 a
Scythæ ab Arianismo ad orthodoxã fidem à Chrysostomo cõuersi 661 b
Scythæ unum tantũ habent episcopum. 633 a
Scytharũ cum Arianis cõtentio 562 b. in Romanorũ agros irruptio 664 a
Seas fumus Cabadis regis amicus 855 b
Sebastia ci. 775 a. eius descriptio 297 a
Sebastẽses quadraginta martyres ibid. a
sectarum sectiones 635 b (200 b
Secundus Apollonij martyris accusator
Secundus Arianus 330 b. 318 a. 338 a
Secundus Ptolemaidis episc. 331 a. in cõcilio Nicæno excõmunicatur 335 a
Sedetion episcopus Cõstantinop. 314 a
seditio Iudæorum cruentissima 117 b
seditionis uindicatæ exemplũ 66 a. 103 b
Seiani in Iudæos odium 101 b
Selam Iudæorum Pontifex 95 b
Seleucenum concilium 421 a. 443 b. eius acta 450 b (tio 453 b
Seleucenæ synodi ad Imperatorem lega
Seleucia ci. 904 b. direpta. ibidem
Selinas Gothorum episcopus 627 b
Seneca episcopus Hierosol. 164 a
senioribus honos tribuendus 172 b
Seoses summus Cabadis Persarum regis fautor 855 b
septem dormientium historia 762 b
septuaginta interpretes 217 b
septuaginta Christi discipuli quomodo & à quibus baptizati 49 a
septuaginta discipulorum uocatio 71 a
septuaginta interpretum elegans historia 187 b. (lis. ibidem
septuaginta interpretum translatio quasi
sepulturæ apud Christianos honos 281 b
sepulturæ honos martyribus denegatus 193 a
Serapidis sacra 619 a. templum. ibid. post Græcorum fugam à Christianis receptum 620 a (621 b
Serapidis templi deuastatio prædicta.
Serapion episcopus Antioch. 195 a. 200 b. 484 a
Serapion à Chrysostomo accusatus, in exilium mittitur 671 a
Serapion Heracleæ episcopus 681 b
Serapion Magnus 574 b.
Serapion monachus 407 a. & 570 b. pater decem millium monachorum. ibidem
Serapion Thmuæus episcopus 406 a

Serapionis archidiaconi superbia 671 a
Serapionis egregia dicta 581 b
Serenus martyr 213 b. & 214 a
Sergia monasterij Olympiadis apud Constantinopolim præses 689 b
S. Sergio crux aurea à Chosroe dedicata 925 a
Sergiopolis ciu. directa ibid. a. per Sergium martyrem à Persarum impetu defensa 882 b
Sergius diaconus 942 a
Sergius Constantinop. episc. ibidem
Sergius patriarcha Constantinopolitanus 689 b. hæreticus 952 b
Sergius proconsul à Paulo ad Christum conuersus 110 a
Sergij martyrium 269 b. templũ 808 a
Seruatoris templũ in Lateranẽsi à Constantino conditum 286 b
Seuera Valentiniani Imp. uxor 568 b
Seuerianus Cabalanorũ episc. 670 b
Seuerianus episcopus Scythopolitanus. 677 b. à Theodosio occisus 794 b
Seueriani Arethusij episcopi astutum facinus 848 b
Seueriani insolens atq; impiũ dicterium 671 a. cum Chrysostomo amicitia 670 b. in Ioannẽ Chrysostomum conuicia 679 b. mors 702 b
Seueriani hæretici 178 b (847 b
Seuerus à Nephalio monasterio pulsus.
Seuerus episcopus 533 b. eius scripta in Constantinopolitana synodo damnata 873 b
Seueri episc. hæresis à Gregorio Theopolitano episcopo exterminata 926 b
Seuerus ἀκέφαλος Antiochenus episcopus 847 b. 867 a. in Chalcedonensem synodũ inuehitur 867 a
Seueri Antiocheni episc. perfidia 848 a. cum Alamundaro disputatio 854 a
Seuerus Constantinopolim euocatus. 872 b
Seueri episcopi Constantinopolitani synodales literæ 848 a. ad Iustinianum & Theodoram epistolæ. 872 b
Seuerus monachus Aegypti 578 b
Seuerus Occidentis Imperator 797 a. tyrannis ecclesiastica 851 b. mors 274 a
Seuero episc. Antioch. lingua, Iustino Imp. iubẽte, excindi debuit 867 a
Seueritarum hæresis 947 a
sextuplum Bibliorum opus 217 b
Sextus scriptor ecclesiasticus 206 a
Sibyllæ Erythrææ de extremo in terris iudicio uaticinium 965 a. item de inuentione sanctæ crucis 345 b
sicariorum Hierosolymis horrendus tumultus 117 b
siccitas ingens 512 a. 701 b. 796 b
Sida ciu. 868 b. Sidena ciu. 788 a
Sigismundus ab Heberstain, baro Austriacus 585 b
Silentiariorum schola 842 b
Siloæ fons 347 a
Simeon Columella monachus 743 b
Simeon discipulus Ephraim 411 a
Simeon epis. Hierosol. 164 a. 144 b
Simeon Ioannis Chrysostomi uitam descripsit 860 b
Simeones Loadiceæ episcopus 756 b. futurũ terræmotũ prædicit 888 a
Simeones hæreticus 541 a. in somnis ad Felicem Pontificem missus 838 a
Simeones monachus Antioch. 578 b
Simeones monachus Apameensis. ibid.
Simeones monachus sanctiss. 804 a
Simeones propter stuprum illatum falso accusatus 887 a
Simeonis Cleopæ longæuitas 156 b. martyrium ibid. a
Simeonis Stylitis siue Columellæ historia 927 a. miracula ibid. b
Simeonis Stylitis cadauer Antiochiæ translatum 773 b
Simeonis apud Edessam noua uiuendi ratio 887 a. de Christo uaticinium 61 a. 916 b. laus 61 a. pietas 916 b
Simeonis Magistri de Simeonis Stylitæ uita lucubrationes 917 b
Simiæ deæ simulacrũ ad perpetuam fœditatis idolomaniæ memoriam conseruatum 620 b
simiarum uariæ species 418 a
Siminus episcopus Rom. ad Zenonem legatus 837 b. & 838 a. ob legationis præuaricationẽ dãnatus 838 b
Simon Boethi filius, Pontifex Iudæorum 96 b. (tifex 78 b. 96 a
Simon Camythi filius Iudæorum Pontifex 78 b. 96 a
Simonis Cananæi nuptiæ 347 a
Simon Cleopæ filius, Hierosolymorum episcopus 151 b
Simon hæreticus 177 a. 195 b
Simon Herodis socer Pontifex 96 a
Simon Iosephi filius 95 a
Simon leprosus, pater Lazari 76 b
Simon Magus, apostolorũ apertissimus hostis 126 b. eius artes & studia 97 b. præstigiæ 118 b. hæreses, &c. 105 a. mors 126 b
Simon à genero Ptolemæo in conuiuio occiditur 52 a (gestæ 51 b & 52 a
Simonis contra Cendebæum ducem res
Simonis Zelotis res & martyrium 131 b. & 132 a
Simoniani hæretici 181 a
Simonium locus 126 b
Simplicius episcopus Rom. 837 a
simulacrorum materia precios ior in pauperum usum expenditur 620 b
simultas inter ecclesiarũ antistites Origenis tempore maxima 222 a
Sina mons 577 a
Siricius episc. 658 a. Pont. Rom. 495 a
Sirinus uicus 894 a
Sirmiense concilium 454 a. propter Photiani hæresim coactum 431 b
in Sirmiensi conuentu triplex fidei formula ab Arianis composita 432 a
Sirmiensis conuentus Latina fidei formula 445 a
Sirmiensis fidei symbolum Arimini lectum 454 b. item Constantinopoli 455 a
Sirmiensi symbolo Occidentales episcopi quatenus & quomodo subscripserint 448 a
Sirmium à Persis captum 905 b
Sirmius Germinius 456 a
Sisinius Constantinopolitanus episcopus Nouatianus 636 a. 742 a
Sisinius Cyzicenus episcopus 742 b
Sisinij episcopi facetiæ 636 a. in Leontium Anticyranum episcopũ facetè dictum 636 b. de Eutropio somnium 687 b. mors 722 b. 743 b
Sisinius presbyter 741 b
Sisinij cũ Chrysostomo disputatio 637 a. eruditio 636 a. natura & mores 637 a
Sittas Martyropolis proditor 922 b crucifigitur 925 a
Slauinorũ in Thraciam eruptio 929 b
Smyrnæorum ecclesiæ scriptum ad ecclesias Ponti 170 b
Soba 954 a
Socrates scriptor Ecclesiasticæ historiæ fuit Nouatianus 257 b. 405 a. ob Græcorum deorum contemptum damnatus 497 a
Socratis de Ioanne Chrysostomo testimonium 761 b
Socratis Ecclesiastici scriptoris de Nestorio iudicium 744 b. pro Eusebio Pamphili apologia 404 b
Sodomitarum coercio 898 a
Sogdoane regio 931 a
Sogor gens 930 b
Sol à Persis adoratus 355 b. 475 b
Solis defectus sub Augusti mortẽ 66 a
Solomon Antiochiæ presbyter 840 b
Solon episcopus 575 b. ex mercatore factus monachus 576 a
Solonis leges 162 b
Somnium Sisinij de Eutropio 687 b. item Theodosij Imp. 503 a. 641 a
Sopater philosophus 288 a. colloquiũ cum Cõstantino Imp. instituit. 288 a

Sophia

Sophia Iustini imp. iunioris coniunx 899 a
Sophiæ ad Chosroem literæ 905 b
S. Sophiæ in urbe Constantinopolitana templum 392 a. 398 b. deformatũ 875 a. à Iustiniano restauratum. ibidem. 29 b
S. Sophiæ templi apud Costantinopolim structura 884 b
S. Sophiæ apud Constantinop. insignis bibliotheca 41 b
Sophroniæ ad conseruandam pudicitiã insigne certamen 275 b
Sophronius Pompeiopolit. episc. 519 a
Macedonij sectator 488 a
Sophronij Pompeiopolit. auaritia 456 b exauthoratio. ibid. de mutatiõe symboli fidei præclarè dictum 452 b
Sophronius Tyri episcopus 757 b
Soræi 938 a
Sosij contra Antigonum res gestæ 54 b
Sosthenium locus 302 b. 310 b
Sosthenium à S. Michaele Michaelium dictum 303 a
Sotas exorcista 200 b
Soter Pont. Max. 163 b
Soterichus Cæsareæ episcopus 849 b. eius contra Flauianum odium 850 a
Sphingis descriptio 418 b
de Sphinge & Oedipo fabula ibid. b
Spiridon Cyprius episcopus martyr 325 b. philosophũ argutum uerborũ simplicitate conuincit 327 a. Tryphylium episcopum propter uerborũ in concionando nonitatem reprehendit 367 a
Spiridonis historia 365 b. hospitalitas 367 a
Spiritus sanctus cur quinquagesimo die missus 88 a. in ipso Pẽtecostes die quomodo apostolis datus 92 b. cur in colũbe specie sit usus, dũ baptizaretur Christus 67 b
Spiritus sancti efficacia atq; officia. 88 a
an Spiritum sanctũ cõsubstantialem patri & filio profiteri oporteat 563 a
Stachys Argyropolitanus episc. 314 a
Statua Christo à muliere Cæsarienſi erecta 242 a
statuæ Antonini tyrãni ubiq; demolitæ 291 a
statuarũ sacrarum usus 242 b. 504 a
Stauratij mors 955 b
Staurolatrarum hæresis 951 b
Stella à Magis in oriente uisa, qualis fuerit 61 b
Stella prodigiosa 666 a. alia sub Theodosio imp. uisa 638 b
stellæ in cœlo medio die uisæ 701 b.
Stemeischaganus Hunnus Chagani contra Scythas dux 930 b
Stephanus episcopus ex Amasena Constantinopolim translatus 756 b
Stephanus episcopus Antioch. 528 b. 423 b. legatus Rom. insidiatus episcopatu priuatur. ibid. à pueris trucidatur 813 a
Stephanus Laodicensis episcopus prosa narum artiũ lõge doctissimus 256 b
Stephanus episcopus Rom. 255 a
Stephanus Germanicien sis episc. 596 b
Stephanus monachus Aegyptius 573 b
Stephanus patriarcha 955 b
Stephani apostoli prædicatio & miracula 96 b. martyrium ibid.
D. Stephani reliquiæ è Palæstina Constantinop. translatæ 718 a
D. Stephani apostoli sepultura ibid. a
D. Stephano Constantinop. templum à Pulcheria ædificatum 719 a. item Hierosolymæ 772 a
Sthenelus episcopus 533 b
Stillico apud Honorium præfectus prætorio 656 b. imperium affectat ib.
Stilliconis res gestæ 699 a. mors 657 a. 699 a
Strudæ 893 b
Struditarum templum 852 b
Studius episcopus Cõstantinop. 807 b
subsistentiæ nomen in sacris quomodo usurpandum 484 b
substantiæ uariæ definitiones ibid. b
substantiæ uerbum ab Arianisantibus ex symbolo deletum 445 b
substantiæ uerbum malè intellectũ magnas in ecclesijs excitauit tragœdias 445. 446 & 455 a & b
substantiæ nominẽ in sacris quid intelligendum 484 b
de Substantiæ & subsistentiæ uerbis Alexandrina synodus quid decreuerit ibid. a
Sudæus Iudæorũ Põtifex 95 b (354 b
in Sues homines diuina uindicta cõuersi
supplicatio pro serenitate & clementia aeris impetranda 712 a
supplicationes belli temporibus pro uictoria instituendæ 731 b
supplicationes post terræmotum Constantinop. institutæ 764 a. item Romæ ob Constantini de Maxentio uictoriam 283 b
Surũ op. à Chosroe expugnatũ 880 a
Susacenses 435 b
Susacis mons 405 a
Susannæ historia à Iulio Africano reiecta 224 a
Syluanus Ciliciæ episcopus Romam legatur 532 b
Syluanus episcopus Const. causarum cõtrouersarum iudicium non clero, sed laicis, ne mundatione uterentur, committit 756 a
Syluani Emesenæ ecclesiæ antistitis martyrium 270 b.
Syluanus Philippopolis primùm, deinde Troadis episc. 755 b
Syluanus Scythopoli combustus 889 a
Syluanus Tarsensis episcopus 519 a. dãnatur 457 a. eius cõtra Acatiũ pro symbolo Nicæno disceptatio 451 a
Syluanus episc. cum XXXIX sociis apud Gazã Palæstinæ, propter fidei confessionẽ mactatur 271 a. 279 b
Syluanus monachus 577 a.
Syluanus nauem latam onerariam immobilẽ è litore in mare oratione prouoluit 755 b. sparteis calceis est Constantinop. usus ibidem b
Syluanus Gallorũ occidentaliũ tyrãnus 435 b. eius interitus ibidem
Syluerius episcopus Romanus 878 b
Syluester Pont. Max. 313 b. 372 b. 274 a. Deum solum inuocandũ esse, nõ sanctos, docet 286 a.
Syluestri pontificis ad Constantinũ iam baptisandũ oratio 286 a & b. cum Iudæis de religione disputatio efficacissima 288 b
Symeon Metaphrastes 773 a
Symeon monachus 409 b
Symeon Persidis episcopus calumnioſe apud Saporẽ regẽ accusatur 355 a
Symeonis apud Persarum regem facta. 355 a & b. martyrium 356 a & b
Simeones Stylites, siue Columella, primus in columna uitæ monasticæ institutum inuenit 772 b
Symeonis Columellæ ætas lõgæua. 773 a. ad Basilium episcopũ de pietate Leonis & Chalcedonẽsi synodo epistola 804 a. ad Eudociã literæ 798 a
Symeonis corpus usq; ad Euagrij tempora integrum conseruatum 773 b
Symeonis Mandra 774 a. templum. ibid. torques ferreus ibidem
Symeonis monachorũ obedientia 773 a
Symeonis historia à Theodorito descripta 772 b
Symmachus Bibliorum interpres 218 a
Symmachus Ebionita ibidem
Symmachus episcopus Hierosol. 195 a
Symmachus ab accusatione à Leontio episcopo liberatus 615 b
Symmachus uir consularis 615 a. criminis perduellionis atq; læsæ maiestatis reus factus ibidem
Symmachi scripta 217 b. 218 a. 615 a

Symmachi pōtificis in relegatos in Sardiniam epiſcopos pietas 876 b
Symmacho epiſcopatus à Theudericho confirmatus 853 b
Sinerus 201 b
Syneſius ut philoſophus ſtudijs & ludis deditus 779 a
Syneſius ex philoſopho epiſcopus factus 778 a. cur adeò epiſcopatum reformidarit 780 b
Syneſius uxorem propter epiſcopalē dignitatem dimittere recuſat 779 b
Syneſij ad Eutropium fratrem epiſtola 778 b. lucubrationes ibid. uita. ibid. a
Synnada ciuit. 321 a
ſynodi quatuor uniuerſales 798 b
ſynodalium decretorum exequutiones 331 a
ſynodorum decreta à Conſtantino firmata 299 b
ſynodorum frequentia ad eccleſiaſtica diſſidia tollenda 696 b
ſynodorū legitima congregatio 766 b
ſynodorū multitudo eccleſ. obeſt 393 b
ſynodorum ſacrarum uſus & utilitas 339 b
Syriæ deſcriptio 416 b
Syriacum Euangelium 181 b
Syrorum pſalmodiæ 411 a

T

TAbenna inſula 408 a
Tabennenſiotarum monachorū origo 407 a. leges 407 b
Tacitus imperator Ro. 254 b
Taddæi prædicatio & res geſtæ 99 a
Taiſan Taugaſtanorum princeps 931 b
Taphārum opp. 415 b
Taprobana inſula 417 b
Tarbula uirgo cū ſtupro uitam redimere poſſet, mori maluit 357 b
Tarbulæ uirginis martyrium ibid. a
Tarſenſis conuentus 535 a
Tatiana fœmina ſanctiſſima 775 a
Tatianus Encratitarum hæreſis autor 178 b
Tatianus Martiani patricius 788 a
Tatiani martyriū 480 a. 495 a. ſcripta 168 b. 178 b
Taugaſt Turcorū ciuit. 930 b. ab Alexandro Magno condita 932 a
Taugaſtanorum cum Chagano fœdus 931 b
Taugaſtanorum ritus & mores 931 b
Taureſia ciuit. 906 b
Taurus in nummis Iuliani imperatoris 499 a
Tauri forum 806 a
Teiæ ducis cōtra Ro. res geſtæ 879 a
Telemachus Arianus 565 b
Telemachius monachus dum Romæ dirimere certamen gladiatorum parat, martyrio afficitur 656 b
Telemachius in martyrum numerum relatus ibid. b
Telemiſus uicus 578 a
Teleſphorus Pont. Max. 163 b
Teleſphorus Rom. epiſcopus 188 b & eius martyrium ibidem
temperantiæ officium 581 a
templa diuerſa à Conſtant. imp. ædificata 302 a & b
templa multa à Conſtantino ædificata 310 b
templa Dei uera 674 a
tentationis tempore declaratur uera in Chriſtum fides 422 b (ges 907 b
Terbelis Bulgarorum dux 907 a. eius le
Terebynthus 347 a
Terentius Tomitanus epiſcopus 604 b
Terentij in Armeniares egregiè geſtæ 588 a. in Valentem imp. liberè dictum ibid. (354 b
Teridatis erga D. Gregoriū crudelitas
terræmotus Nicomediæ grauiſſ. 442 b
Terræmotus ingens 506 a. 512 a. 531 a. 401 b. 702 a. 763 b. 804 b. 805 a. 857 b. 867 b. 868 a. 879 a. 888 a. 911 b. 919 a
terræmotu Aſiæ minoris urbes cōcuſſæ 66 a
Tertullianus factus montaniſta 205 a
Tertulliani hæreſes 185 b. ſcripta. ibid. 205 a
Tertullus orator, accuſator Pauli 120 a
Tetraditarum hæreſis 947 a
Tetrapylum Antioch. ædificiū 842 a
Tetrarchiæ Iudææ 54 a
Thabor mons 346 b
Thalaſſius Illyricij præfectus in epiſc. Cæſarienſem electus 760 a
Thamer Ioſephi ex Salome filia 95 a
Thaumaſius in martyrum numerum relatus 725 b
Thebaſa uicus 408 b
Thebuthes hæreticus 181 a
Theclæ templū Seleuciæ à Zenone ædificatum 832 a
Themiſonis auaritia 199 b
Themiſtius philoſophus Agnoetarū hæreticorum dux 948 a. adulatorum hoſtis 522 b. Iouiani imperatoris præco 522 b
Themiſtij philoſophi conſularis ad Iouianum oratio ibid. b. 583 b
Theocritus quidam contra Iuſtinum imperator electus 866 a
Theocriti cædes ibid. b
Theoctiſtus epiſcopus Cæſarienſis 220. a. 223 b
Theoctiſtus monachus 774 b. 850 a
Theoctiſtus presbyter 627 b
Theodorichus Scythicorum ordinum dux 912 b
Theodorichi Oſtrogotthorū regis res geſtæ 842 a. ad Iuſtinum imp. pro Arianis legatio 874 a
Theodiſtus abbas 775 a
Theodora Cōſtantini uxor 271 b. Herculij filia 308 a. Iuſtini imp. uxor 856 b
Theodora procera 271 b
Theodora ſub uirili habitu in monaſtica uita pœnitentiam agit 870 a. eius contra ſynodum Chalcedonenſem odium 872 a
Theodorij Byzantij hiſtoria eccleſiaſtica 40 b
Theodorus Aſcidas Euſtochij aduerſarius 890 b
Theodori Cappadocis in Origenem liuor 892 a
Theodorus Cœleſyriæ monach. 578 a
Theodorus Comitatenſis 582 b
Theodori ducis martyrium 297 a
Theodorus medicus Rom. ad Chaganum Hunnum legatus 930 a
Theodorus Mirificus cognominatus 223 b
Theodorus Mopſueſtienſis epiſcopus 659 a. 743 a. Arianorum antagoniſta 743 a (891 b
Theodori Mopſueſtienſis ſcripta damnata
Theodorus Palæſtinus Origenis diſcipulus 223 b
Theodori Pergenſis martyrium 297 a
Theodorus Perinthi epiſcopus 399 a. 406 a. Arianæ hæreſeos propugnator 503 b. 598 a
Theodoro Perinthio epiſcopatus abrogatur 403 b
Theodorus pſaltes grauiſſimè excarnificatur 501 a
Theodorus Scribo epiſcopus Alexandrinus 953 b. 742 b.
Theodorus epiſcopus Heracleot. 395 a
Theodori epiſcopi martyrium 271 a
Theodorus Thrax epiſ. Arianus 436 b.
Theodori tyranni cædes 854 b
Theodorus Tyro martyr 482 a
Theoditus Cyri epiſc. 579 a. 767 b
Theoditus eccleſiæ uaſorum cuſtos & martyr 477 a
Theoditus eccleſiaſticus ſcriptor 743 a (749 a
Theoditus Cyri epiſcop. proſcribitur
Theoditus poeta 775 b
Theoditi de hæreſibus liber 627 b. hiſtoria eccleſiaſtica 40 a

Theodo-

Theoditi Cyri epiſcopi ſcripta in ſynodo Conſtantinopolitana damnata 891 b
Theoditi Syri lucubrationes 777 b
Theodoſiolus 714 a
Theodoſius imp. ab Ambroſio epiſcopo excommunicatur 644 a
Theodoſius Ro. imp. ab Aſcholio æger baptizatus, conualeſcit 597 b
Theodoſius imp. à barbarorum inſidijs diuinitùs conſeruatus 713 b. à Deo plurimùm dilectus 754 a. à Gratiano imperij conſors lectus 503 b. à patre ſuſtibus cædi iuſſus 937 b
Theodoſius imp. ab equo delapſus moritur 783 b
Theodoſius Arcadij imp. Ro. ex Eudoxia filius 663 a
Theodoſius belli tempore ciuib. extraordinaria tributa imponit 647 b
Theodoſius fuit calligraphus 711 b. philoſophus inſignis ibid.
Theodoſius Chriſtianiſſimi principis exemplum 711 a. cœnobiorum princeps 850 a.
Theodoſius imp. concilium ducibus hæreſium euocatis Conſtantinopoli cogit 606 a
Theodoſius crucis armatura fretus, cum barbaris manus cōſerit 640 b. eccleſiaſticus tyrannus uix Dorothei manus effugit 795 a. hæreticos ab hominum frequentia in locos priuatos proſcripſit 540 a
Theodoſius non fuit acer hæreticorum perſequutor 625 a
Theodoſius imp. hoſtes ſuis precib. magis quàm armis uicit 754 a
Theodoſius idololatriæ acerrimus hoſtis 712 b
Theodoſius illegitimam monachi excōmunicationem contempſit eod. b
Theodoſius iunior Chryſoſtomi per baptiſmum filius adoptiuus 671 a
Theodoſius latrocinia ac fœda lupanaria Romæ ſuſtuilt 615 b. per iram lapſus, crudeliſſimam patrauit cædē 642 a
Theodoſius imp. quibuſuis literis facile ſubſcribere ſolitus 734 b
Theodoſius Imp, Romanæ urbi multum profuit 615 b
Theodoſius imp. ſucceſſorem ſuū diuina reuelatione uidit 783 b
Theodoſius Symmadæ epiſcopus Macedonianos tyrānicè perſequitur. 721 a
Theodoſij imp. ad Chryſoſtomum defunctum literæ 760 b
Theodoſij ad Seuerū & Antimū epiſtolæ 872. b. aduerſus Eugenium expeditio 640 a
Theodoſij Arcadij filius pupillus 699 a
Theodoſij bibliotheca 711 b. contra Arianos edictum 600 b. contra Gē ſerichum bellum 782 a. contra hæreticos conſtitutiones 607 a contra Maximum tyrannum in Italiares geſtæ 614 b. de Maximo uictoria atq; triumphus. 615 a. contra Neſtorium edictum 752 b contra Perſas bellum 731 a. & b. & 732 a. præclara de Perſis uictoria ibid. b. 733 a. 783 a. cū Ambroſio colloquiū 645 a. cū Attila pax auro cōpta 782 b. cū Rufino colloquium 644 b. de conciliorū authoritate dictū 850 b. de proceſſu ſynodorū lex 767 a. de diaconis conſtitutio 624 b. item de euertendis idolorū tēplis conſtitutio 618 b.
Theodoſij de Eugenio uictoria 642 a item de Gothis 697 b. de Ioāne tyrāno 716 b. de Nicæna, eademq; apoſtolica fide conſtitutio 598 b. de Nili ſacrificijs intermittendis ad Aegyptios reſcriptum 638 a
Theodoſij imp. Rom. educatio 707 b. egregia dicta 711 b & 712 a. erga Pallam uxorē iam defunctam amor 647 b. erga ſuos humanitas atq; benignitas 615 a
Theodoſij imp. excommunicati pœnitentia 645 b
Theodoſij forum 530 b. hæreſis 872 a
Theodoſij impietas à Romanis Pontificibus accuſatur 617 b
Theodoſij imp. humanitas & manſuetudo 753 b. in Antioch. odium 647 b & 648 a. item in Flauianum 76 a. in Oriente res geſtæ 597 b. item in Thracia 503 a (ces 941 a
Theodoſij in ſummo uitæ diſcrimine pre
Theodoſij iunioris contra adulteras lex 616 a. natiuitas 667 b. de filiorum educatione dictum 616 b
Theodoſij imp. morituri, quæ filijs reliquit, mandata 656 a
Theodoſij imp. Rom. mors 654 a.
Theodoſij Mauricij imp. filij cum Germani filia nuptiæ 936 a
Theodoſio Mauricij filio oblatum imperium 937 b
Theodoſij imp. pietas 647 a. ſomnium 641 a. uirtutes 711 a & b.
Theodoſio uiſione diuina in ſomnis imperium nunciatum 503 a
Theodoſij monachi mors 888 b
Theodoſianorum hæreſis 946 b
Theodoſiopolis ab Eunomio ab immani Perſarum ui conſeruata 713 a
Theodotus 197 b. Arij diſcipulus 320 a
Theodotus epiſcopus Antioch. 732 b
Theodoti Byzātij coriarij hæreſis 196 a. 195 b
Theodotus Hieropol. epiſcopus 597 a
Theodotus Laodiceæ epiſc. 320 b. 598 a
Theodotus epiſcopus corporum ſimul et animarum medicus 257 a
Theodoti mors 198 b
Theodotiani hæretici 196 b
Theodotion Epheſius 187 b
Theodotionis ſcripta 217 b
Theoduli martyriū 480 a. 495 a
Theodulo epiſcopo ſtruuntur inſidiæ 429 a
Theognis Nicææ epiſcopus 330 b Arianorū anteſignanus 391 a. Nicæus hæreticus 598 a. ab exilio reuocatus in epiſcopatū reſtituitur 368 a
Theognis ſubſcriptionē ſuam in Nicæno decreto fraudulēter inducit 373 b
Theognidi Nicæno epiſcop. propter Arianiſmū adēptus epiſcopatus 331 a
Theologis profanorū autorū lectio per neceſſaria 497 b. & 498 a
Theon philoſophus 726 a
Theonas epiſcopus Alexandrinus 255 a Arij ſectator 318 a
Theonas Marmaritæ epiſcop. 331 a. Arianus 338 a. in Nicæno cōcilio excōmunicatur 335 a
Theonas monachus Aegyptius 570 a
Theopaſchitæ 813 a
Theopaſchitæ & Monophyſitæ ijdem 950 a
Theopaſchitarum hæreſis 948 b. origo 949 a & b
Theophaniorum unda in ſacrum lauacrum quando primùm infuſa 813 b
Theophilus Alexandrinus epiſc. 617 a & b 658 a
Theophilus epiſcopus Alexand. Chryſoſtomi obtrectator 663 b. infidus Theodoſij amicus duplici corde 660 a. ad epiſcopatū Cōſtāt. uocatur. ib. Anthropomorphitarū errores refellit 671 b eoſdē aduerſus monachos Longos cōcitat 672 b
Theophili Alexandrini epiſcopi auaritia 672 a. in Iſidorū odiū 673 b. cū Petro archipresbytero cōtentio 673 b. mors 723 b
Theophilus epiſcopus Antioch. 163 b
Theophili Antiocheni epiſcopi facta et ſcripta 183 a
Theophilus Cæſariēſis epiſcopus 195 a
Theophilus Caſtabalenus epiſcopus 519 a. 532 b
Theophili Caſtabaleni epiſcopi hiſtoria 457 a

Theo-

Theophilus Gotthorũ episcopus 454 b
Theophili episcopi cum monachis à Scetirecõciliato 618 b
Theophili imperat. res gestæ 955 b
Theophilus Indus Arianismo addictus 415 a. propagandæ fidei gratia ad Orientales missus 415 b
Theophili Indi exilium 416 a. miracula 415 b. res gestæ 436 a. uirtutes atq; studia 415 b
Theophilus Iudæorum pontifex 96 b
Theophilus à Longis fratribus apud Eudoxiam accusatur 674 b. eius acta Constantinop. deleta 681 b
Theophili aduersus Heraclidem Ephesium iudiciũ 680 b. cum Dioscoro & fratribus eius bellum 673 a in Chrysostomum insidiæ 675 a
Theophil. omniũ calculo dãnatus 681 a
Theophili mors 702 b
Theophronius Eunomianus 537 a. 625 b
Theophronij hæresis 626 a
Theophylactus Sebastiæ episcopus Rosiam translatus 756 b
Theopistus Eustathij martyris filius 166 b
Theopolis ciuitas 904 b. antea Antiochia dicta 748 a 868 a
Theopõpus Nouatianorũ episcop. 723 a
Theudæ rebellio atq; seditio 93 b. capitis pœna uindicata 103 b.
Theudatus Occidentis imp. 878 b
Theuderichus Consul & Thraciæ dux 842 a
Theuderichi ducis mors 782 b
Theuderichus Gotthorũ princeps 178 b. eius mors 841 a
Theuderichus Arianus amasiũ suũ propter defectionem iugulat 853 b
Theuderichi contra Attilam res gestæ 782 b. contra Zenonem imperatorem bellum 840 b. in Romanos liberalitas 853 b. mors 878 a
Theotecnus Cæsareæ Palæstinæ episcopus 249 b. 256 b. 257 a
Thetecnus impostor 278 b
Theotecnus Logista Antiochenus idolomaniæ & persecutionis Maximini administer 278 b. eius ad Macrinum ut fortiter martyriũ perferat, cohortatio 241 b
Theotecni apostatæ miserãda mors 503 b. 291 a & b
Theotimus episcopus Hũnis Romanorũ Deus appellatus 650 a
Theotimi Scythici episcopi pro Origene defensio 676 a. miracula 650 a
Thermon episcopus Hierosol. 255 b
Thermopylarum angustiæ 435 b
Thessalonicensium in Comitatenses tumultus 642 a
Thomas Apamenus episcopus 880 b
Thomæ Didymi incredulitas 85 a. Euãgeliũ 140 b. acta & martyriũ 131 a
Thomas episcopus Cõstantinop. 942 a
Thomæ episcopi Apam. in Chosroë Persam liberè dictum 880 b
Thomas Manichæus 253 b
Thomas monachus Cœlesyriæ, sibijpsi & Anastasiæ mortẽ prædicit 888 a
Thomæ monachi Cœlesyriensis honorifica sepultura. eod. b. festus dies apud Antiochenos ibid.
Thracia à Rhoila uastata 712 b. item Vitaliano 857 a. ab Abarum & Slauorum gẽte 929 b. ab Hunnis aut Massagetis 825 b
Thraciæ præfecturæ sex 661 b
Thrasea martyr 200 a
Thraseæ Eumeniæ episcopi mors 207 a
Thyrsus martyr 719 b. eius reliquiæ 720 b (ædificata 66 b
Tiberia Thraciæ ciuitas à Tiberio Cæs.
Tiberias ciuit. 346 b
Tiberius Imp. declaratur 66 a. 905 a. & 906 a
Tiberius Cæsar non temerè mutandas esse publicorũ munerum administratores putauit 66 b
Tiberij imperatoris statura, mores & uirtutes 909 b
Tiberius Mauritio filiam simul & imperium committit 914 a. multa templa ædificat 66 b
Tiberius per Pilatũ de reb. Christi certior factus, eũ in deos retulit 100 a
Tiberij de Mauricij surrogatione oratio 913 b. nocturna uisio 915 a. prudentia 66 b. res gestæ 913 a. cõtra Persas bellum 66 a. 909 b. mors 915 a
Tigranis Armeniæ regis contra Pompeium bellum 53 a
Tigris fl. 502 a. 903 b. à Philostorgio eleganter descriptus 416 b
Tigris & Euphrates fluuij ex Paradiso scaturiunt 417 a
Tigrius eunuchus presbyter 679 a. tanquã incẽdiarius crudeliter ab Optato tractatus 687 b
Til flu. 930 b
Timæus episcopus Antiochenus 255 b
Timasij exilium 662 b
Timocles poeta 807 b
Timostratus ab Alamundaro captus 874 b
Timotheus Aelurus Cyrilli librorum deprauator iudicatus 801 b. malis artibus Alexandrinum episcopatum occupat 801 a. 802 a. cum suis damnatur 802 b
Timothei impostura 601 a. exilium. eod. b. ab exilio reuocatio 828 a
Timotheus Archidiaconus in episcopũ Alexandrinum eligitur 723 b
Timotheus Alexand. episcopus 571 a. 601 a. 604 b. eius mors 617 a
Timotheus Apollinaris discipulus cum dogmate suo damnatur 610 a
Timotheus Celo & Litrobunes episcopus 845 b
Timotheus Constant. episcopus, homo in religionis studio incõstantissimus 152 b. 866 b. eius synodales literæ 848 a
Timotheus Macedonij successor 845 b
Timotheus Pauli discipulus 124 b. in funere Mariæ uirginis 800 a
Timothei apostoli ossa Constantinop. translata 481 b
Timotheus presbyter Arianus, Origenis sectator 723 b
Timotheus Salophaciolus Alexandriæ episcopus 801 b
Timothei cadauer Constantinop. perlatum 136 b
Timothei episcopi sepulchrum à Moggo uiolatum 836 a
Titus Bostrẽsis episcopus 406 a 519 b 775 a. Manichæorum insectator 254 a. à Iuliano ex Cyzicenorũ urbe eiectus 490 a
Titus episcopus Constantinop. 314 b
Titus Vespasianus amauit literas ac uiros literatos 153 a. Iudæorum cladẽ ex animo est miseratus 149 a
Titi Vespasiani cõtra Iudæos res gestæ 147 a. 153 a & b. mors ibid.
Tobias episcopus Hierosol. 164 a
Tobiæ liberi urbe ab Onia pontifice eiecti 51 a
Tomos Scytharum metropolis 562 b
Totilæ contra Rom. res gestæ 879 a
Traianus 905 b
Traianus Valentis imp. contra Gothos dux 588 a
Traiani Cæs. in Christianos crudelitas 157 a. 162 a. 156 a. imperium 153 b iustitia & æquitas 162 a
Traiani Cæsaris res gestæ ib. a
ad Traiani usq; tempora ecclesia ab hæreticis incorrupta 156 b
Traiani uita 935 b
Trasamundus orthodoxorum hostis acerrimus 876 a
Trasamundi Vandalorum ducis in Catholicos crudelitas 853 b. ad Theuderichum legatio 876 b (tũ 60 b
Tribũ alia tribu cõmiscere, lege prohibi-
Tributum ciuibus à Theodosio imp. extraordinariè impositum 647 b

Trigibildus

Trigibildus Gotthus Phrygiæ rector 664 a
Trigibildi natiuitas 667 b. cum Gaina bellum 664 b
Trimmythus insula 365 b
Trinitatis consubstantialitas 563 b
trinitatis declaratio 67 b
trinitatis inæqualitas Philippopoli introducta 403 a
ob Trinitatis inæqualitatem episcoporũ disputatiões cõtentiosissimæ 403 a & b
trinitatis mysteria 483 b. 609 a 951 a
trinitatis sanctissimæ ineffabilis Theologia 44 b
Triphon interfecto Antiocho, Syriæ regnum inuadit 51 b
Triphyllus Ledrensis episc. inter cõcionandũ à Spiridone obiurgatus 367 a
Tritheitarum hæresis 944 a. 947 b. 948 a
Trocundi ducis contra Zenonem res gestæ 826 a
Troianorum cum Achæis bellũ 300 b
Troilus Sophista Anthemij familiaris 707 b
Turbonis contra Iudæos res gestæ 161 b
Turci cruce contra pestis crudelitatem in fronte signati 925 a
Turcæ prædones Constantinopoli eiecti 22 b
Turcorum ciuile bellum 931 a. dij. ibid. religio ibid.
Turuni contra Chaganum res gestæ 931 a
Tyaneum catholicorum episcoporum concilium 535 a
Tyrannionis martyrium 270 b
Tyrannus Antiochiæ episcopus 255 b
tyranni diuinam uindictam in se atque subditos sua impietate prouocãt 280 b
tyranni propter Christianorum persecutionem in maximas interdum clades inciderunt 275 b. & 276 a
tyrannorum internecione tranquillitas ad Christianos semper peruenit 298 a
tyrannorũ plerũq; cruẽtus exitus 861 b
Tyria synodus 396 a
Tyundaer Persarũ ciuit. 855 b

V

VAlens episcopus Hierosol. 195 a. excõmunicatur 446 a. post pœnitentiam ab orthodoxia ad Arianismum lapsus ib. b
Valentis Ariani cum Athanasio amicitia 427 a. eius libellus pœnitẽtiæ Iulio Romano episcopo oblatus. ibid. a. 439 a
Valens Ro. imperator 494 a. alter Herodes 583 a. induratissimus Pharao 555 a. Catholicæ ecclesiæ infensissimus 553 a. idololatra 619 a. cum casa ab hostibus comburitur 589 a
Valentis imperatoris contra Gothos bellum 587 b. contra eosdem pugna 589 a. de monachorũ militia lex 557 b. crudelitas 582 b. 549 a
Valentis Ro. imperatoris in Christianos crudelitas à multis bonis uiris apertè accusatur 588 b
Valens ab Eudoxio Ariano baptizatur 528 a
Valens toti orienti propter Arianismum grauis 563 b
Valentis ad Athanasium scriptum 427 b. apud Constantinopolitanos laua cra 532 a. aquæductus 530 b. 549 a
Valẽtis thermæ Antiochiæ à Theodosio restauratæ 770 a
Valenti Mursiæ episcopatus abrogatur 403 b
Valentinus Emesenus 578 a
Valentinianus imp. 494 a. 502 a 563 a
Valentinianus iunior in imp. quadrimulus lectus 568 b
Valentinianus tertius Ro. imp. in Occidente constitutus 717 a. 781 a
Valentinianus à Iuliano in exilium actus 527 b. à Maximo interfectus 796 b
Valentinianus Sarmatas à finibus imperij repellit 568 a
Valentiniani iunioris cum Maximo tyranno bellum 614 b. mors 639 a
Valentiniano iuniori amissum imperium restituitur 615 a
Valentiniani senioris digamia 568 b & 569 a. de Digamia lex 569 a. contra Procopium bellum 350 b. 351 a item cum Sauromatis 568 b. de consubstãtialitate trinitatis constitutio 563 b. in cõseruãda pura religiõe studium 619 a. somnium 568 b. uitia 796 a. mors 568 b
Valentiniani hæretici 177 b
Valentiniana hæresis 202 a. 218 a
Valentius presbyter 697 a
Valerius Aurelianus imp. 250 b
Valerius Gratus 78 b
Valerianus imp. 229 a. 254 b. à magis seductus factus est idololatra 229 b. à barbaris captus, et in seruitutem redactus 240 b
Valerianus imp. primus Christianorum fautor 229 a
Valeriani imp. cum Persis bellũ infelix 254 b. apud Persas dura seruitus 240 b. magna in Christianos crudelitas 229 b. & 240 a
Vallis fletus 346 a
Vallis Iosaphat 346 a
Vandalorum cum Ro. bellum 875 a. eruptiones 781 b. in Aphricam eruptio 781 b. item in Hispaniam & Libyam occidentalem 875 a
Vandalorum in orthodoxos, eorũq; tẽpla, nefanda crudelitas 876 a
Varachi Persarum ducis contra Romanos bella 272 a
Varadatus monachus 804 a. 807 a
Varanes magnus Christianorum persecutor 728 b. 729 a
Varami contra Narsen res gestæ 924 b item contra Ro. 923 b. fuga 925 a
Vdir fl. 930 b
Venationes principũ laxamenta 646 b
Venus dea impudicissima 768 a
Veneris tẽplũ in Caluariæ loco in Christi cõtumeliã à gẽtilib. est ædificatũ 343 b
Veneris templũ ad Libanũ montẽ à Cõstantino dirutum 350 a. 347 b
uerbum et filius Dei homo factus 46 b
uerbũ & filius Dei subinde caliginosam hominum malitiam discussit eod. a
uerbi Dei incarnatio 609 a
uerborum affectatio in fidei atq; ecclesiæ negocio fugienda 367 a & b.
uerbis nouis scripturã diuinam explicare, religio est 337 a
Verina Basilisci soror 812 a. Tarsum in Ciliciã relegatur 841 b
Verina Zenonis socrus 841 b. eius mors ibid.
ueritatis simplex oratio 327 a & b
L. Veri imp. mors 168 a
Veroniani cædes 714 a
Vesalia Germaniæ ciuit. 222 b
Vesauia ciuit. eod. b
Vespasianus in expugnatione Hierosolymæ posteros Dauidis ad cædem requiri iubet 152 a
Vespasiani imperium 147 a
Vespasiano cura Iudææ à Nerone commissa 154 a
Vestalium matrimonia à Iouiano prohibita 518 a (153 a
Vesuuij montis sub Tito conflagratio
Vetius Epagathus, egregius iuuenis 189 b
uiæ ducum 710 b
Vicarij præfectorum 294 b
Vicelia Germaniæ ciuit. 222 b
Victor pontifex Romanus 194 b 195 b. Asianos excommunicat 207 b. eius contra hæreticos certamina 195 b

pro

pro Victoria Deo potißimùm gratiæ agendæ 716 b
Viduæ publicæ Constantini imperatoris edicto nutritæ 341 b
Vienna Galliæ 639 b
Viennenſium martyrum commendatoriæ pro Irenæo ad Romanum epiſcopum literæ 188 b & 189 a
Irenæi lucubrationes 188 b
Vigilius epiſcopus Romanus 878 b. 890 a. eius in Eutychiũ inuidia 891 a. exilium 890 a
Viminatium inſula 935 b
Vincentius epiſcopus 423 b. presbyter 653 b
uindictæ diuinæ memorabilia exempla 899 b
uirgines ſacræ publico ſumptu iuxta Cõſtantini decretum nutritæ 341 b
uirginitatis conſeruatæ memorabilia exempla 227 a. 267 b. & 268 a
Viridiani cædes 714 a
uirtutes omnes quaſi catena coniunctæ 23 a
uirtutum omniũ fundamentũ pietas 23 a
Viſſegotthorũ eruptiones 781 b. 782 a
uita proba doctrinæ piæ reſpondens, facillimè ſummum bonum aſſequitur 775 b
uitæ humanæ fragilitas 924 b
Vitaliani Thracis aduerſus Anaſtaſium imp. bellum 857 a. cædes 866 b
Vitalis Antioch. epiſcopus 313 b. Apollinaris hæretici ſocius 538 b. Apollinariſtis Antiochiæ præfectus datus 596 a
Vitalis epiſcopus Rom. pontificis ad Zenonem legatus 837 b. & 838 a. ob legationis præuaricationem damnatus ibid.
Vitalis epiſcopi à Chriſtiana fide defectio 538 b. mira ſanctitas 596 a
uites prodigioſe poſt uindemiam germinant 471 a
Vitiani Romanorum ducis contra Perſas res geſtæ 732 a
Vitigis Choſroem Perſam in Romanos concitat 880 a
Vlphilas Gotthorum epiſcopus 459 b 585 b. eius magna authoritas, ibidem
Vlpia baſilica 287 a
Vlpianum op. 906 b
umbra ſitim repellens 580 b
Vniguri pop. 930 b
unctio epiſcopalis 584 b. ſacerdotum & regum 47 b
unctio ſacra à Petro Cnapheo epiſcopo Antiocheno inuenta 813 b
uota monaſtica 574 a
Vptarus Hũnorum dux crapula crepuit 759 a
Vranius Tyri epiſcopus 440 a. exauthoratur & excõmunicatur 453 b
Vrbanus pontifex 194 b. 226 a
Vrbaſij martyrium 543 b
Vrbium expiationes 245 a
Vrias Iudæorum pontifex 95 b
Vrſicius Arianus 405 b. Damaſi in pontificatu competitor 566 a. poſt pœnitentiã ab orthodoxia ad Arianiſmum lapſus 446 b. excommunicatur 446 a
Vrſicius & Valens ueri Protei 444 a
Vrſicij & Valentis Arianorum cum Athanaſio amicitia 427 a. ad Athanaſium ſcriptum 427 b. pœnitentiæ liber 439 a, 427 a
Vrſicio Singidonis epiſcopatus abrogatur 403 b
Vſthazanes Saporis Perſarum regis pædagogus 355 b. religionem Chriſtianam abiurat 355 b
Vſthazanis publica apud Saporẽ regem peccati cõfeſſio 355 b. martyriũ 356 a
uxorum communio Cabadis Perſarum regis lege conceſſa 855 a

X

Xena fœmina ſanctiſſima 775 a
Xenaias Perſa ex ſeipſo natus presbyter 845 b
Xenias ex ſeruo clericus, ex clerico per ſucũ Hierapolis epiſc. factus 845 b. 849 b. imagines Chriſti et ſanctorũ eius uenerari prohibuit 846 a
Xeniæ aduerſus Flauianum inimicitiæ 846 b
Xenophõ ex ſenatore monachus 775 b
Xenophontis laus 735 b
Xiſtus epiſcopus Rom. 163 b. 255 a

Z

Zabdæa regio 358 a
Zabdas epiſc. Hieroſol. 255 b
Zachæus epiſcopus Hieroſol. 164 a
Zacharias abbas Geraræ 717 b
Zacharias Cæſareæ epiſcopus 852 a
Zacharias epiſcopus Hieroſ. 953 b
Zacharias Palæſtinæ monachus 577 a
Zacharias Rhetor 789 a
Zacomus Saracenorũ tribunus ad Chriſtum conuerſus 585 a
Zachariæ prophetæ oſſa reperta 717 b & 718 a
Zadeprami contra Choſroem res geſtæ 925 b
Zadeprami caput ad Choſroem miſſum 925 b
Zarethas Perſarum dux terrã ſanctam depopulatur 854 a
Zebenus epiſcopus Antiochenus 266 b 652 b
Zelotypiæ uitiũ 579 b. exemplũ 155 b
Zenobia regina 249 a
Zenobius diſcipulus Ephraim 411 a
Zenobius Sydoniẽſis presbyter & martyr 270 b
Zenobij martyrium 271 a
Zeno Gazæ ſiue Maiumæ epiſcopus 660 b
Zeno Aegypti monachus 578 b. 652 a centũ annos natus 652 a. prius Aricmeſius dictus 812 b
Zeno Rom. imp. 781 b. flagitioſiſſimus 852 a 813 b. Verinæ ſocrui ſtruit inſidias 841 b. Theclæ protomartyri Seleuciæ templũ ædificat 832 a
Zenonis imp. ad Felicem Pont. epiſtola 837 b. cõtra Marcionẽ expeditio 841 a. contra Scythas bellum 840 b. cum Baſiliſco contentio 832 b. cum Harmatio familiaritas 832 b. henotica ad Alexandrinos cõſtitutio 834 a. in Thracia motus 832 a. martyriũ 477 b. miſerãda mors 842 b
Zenonis tyrannis & nefanda in bonos uiros crudelitas 842 a
Zephyrinus epiſcopus Rom. 194 b
Zeugma op. 549 b
Zeugmatius cæcus concionator 579 a
Zeugmatenſium monachi 578 b
Zeuxippus Conſtantinopolitanus tyrãnus 314 a. eius lauacrum 398 a
Zoilus 765 a
Zoilus epiſcopus Alexand. 873 a. 890 a
Zooras monachus Syrus 873 b
Zoſimæ leo ferus paret 869 b
Zoſimæ uita à Sophronio epiſcopo deſcripta 870 a (868 b
Zoſimus cladem Antiochenã præuidit
Zoſimi de Conſtantini liberalitate & munificentia teſtimonium 859 b. in Cõſtantinum Cæſarem contumeliæ 859 a
Zoticus Oſtrenus exorciſta 200 a. presbyter 198 a
Zoſimus Pont. Max. 724 b

FINIS.

SERIES CHARTARUM.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp.
Omnes terniones; præter Lll duernionem, & Ppp quaternionem.

BASILEAE, PER IOANNES OPORINUM & Heruagium, Anno Salutis humanæ M. D. LV. Menſe Martio.



per umilton della scrivere mi quietarei se scrivessi altro libro
con honore à la memoria della santa ingenio al mio libro
et quando a 20 de Luglio de 1613

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

no. regula et lex constantini ad hucusque sepelientes — 307
fuit vivi et scti recipiunt a malis ut dr constantinj. hinc fuit a morte — 386
miracula descripti ipsius gustatini et epilogi historie illius — 387.
ster cum romana negut alie quinq; statuere in sinodis xj castus nicenus — 393/394
ning cpos jurisdictiu et cura exemptionis privilegio et prerogativa ad epm romanu — 397.
nu pstint dr romana ecca xpe pietis metropolis et primaria —
filius subsecutj pris et dei dr in expone fidei anthiochena — 401/402
in scripsit tibi creant sepe mentionat. l. originaliu constituit missa valtz olim — 404
offm diuinu erat pius dicere et cant ps xx sine expressione honoris dei — 405
sera auctoris qui dicit fore ut arabio de eusebio pamphili. dicit originis et — 405
ceteraliu uti et tibi indicta et quibus de causis. — 406
psalmo illitteratj optima dicit ps de p. hosee. ps. 38. dixi custodiam. — 407
mores religio monachor. vestiu formarum significatiuus / mira virtus — 408.
partimq; institutor religiosi et anub. —
vita dicta et facta eorum monachi / caute dicti meretricule ad illos — 410/411
dicimus ego manuu attractatiue trag; nitebat ps dauid antonij dicti ad eu — 413
theophili legatus. l. quida confessor suasore dimittebat. — 415
arianor fig; g; nicena secreta quo imposuerut imperatori gratiano — 421.
giustitiae in carico illo gtia pris. l. leontij p; ultimi dicti — 424
osius corduben. sinodo sirmiensi affuit et nicano / in illo tormi. scripti — 431
fuit subscribere tibi formulis arrianor. —
triplex fidei formula sirmij oblata filius pres majore honore dicit — 432/433
dignitate et nisi paterno cf. — 434 cf.
julij. 25. annis sedit nō ps olg. b. p. ff simus de mediolanen. — 436/437.
basilij disputat cu photino / cōtra sirmienses. leg; sabinj p tho. — 434
arrianis fo. 344. colu. 2a — 442.
duo simul epi eccie vocat cōcordes epi liberius et felix — 443
martir / persarum martir nō atiranno pharde occisus: in pse; nebridi mirandis — 445.
terremotu / vir fuit insignis miraculis.
formula fidei ariminensis: in cōcilio ariminen. — 450/451.
Dignitate selencie de ffectu sinodi / et formula fidei
sophronij pulcre dicti de fide formula acutis incepta acutis vox — 452/453.
numeri sibillini seu formula christi fidei xpiane — 455.
cōmendat costantij imperator. post bap ad paucos dies obiit / cui succedit — 462/463.
malitia ut valde nulla regi et flecti pat.
Vita et initia juliani apostate / juliani vaccilli in edissitio miraculis — 468/469.
juliano in tharsia ffecto. p signiu dicti. effigies volatia portenta cf — 471/472
julianj tributi decimis imposuit / et arte nō tormis ps illa dicitis ij manus agere — 473/474
cepit signis tormis et ffectibus ne manu effigies dicitis augeri —
Ruina persidis athanasius dilatauit apud nicenos formu aut castu — 475
quatenus in ffectu legis dilucidat / ex libarion —
virginiu martiriu admiranda cf et epi aug ps. — 478.
sedes apostica antiochie — 479/480.
osius primus de tuta et subsistens meretrices fert ff pfectus tormenta et — 481.
gens dignitate cf gens simplex distinctis cart — 484/485.
fusiens in pfectionibus quis uti ne pbat ab athanasio — 485/486.
hec debis sophiste veritatis dba dicit fidut respuit inscribis scatis — 494
vocabulate me sale fatuu et ppia peritia ecclesie —

¶ respōsū ꝯ iuliani ad ꝯ quos questor remisit sibi illata allegata fuisse — 494
¶ iuliani scās prohibet ꝯ mis / et ꝯ respōsū ad libros ꝯ. baptiz. aliaq; replica — 495/496
¶ ꝯ cas vas studia ꝯ mis vtilia fore asserit et ꝓbat — 496/5
¶ multi qui impia fecerūt aut dixerūt ꝙ ꝯ religionē misse fuerūt — 502/503
¶ statua ꝯ. et herua salutaris ad pedes ꝯ. nouū mōstra misse heliseo nouam miracula — 504
emaus ni[illegible]polis ¶ sepulchri saluatoris bis / et alia miracula. — 505
¶ qua ratōe iulianꝰ in iudeos insaniet ¶ hierusalē ut templū — 506
¶ solomonis reedificaret. et ut miraculose impediti ¶ religione iudei fuerit — 507
mater ꝯ mis ¶ et aliq miracula ¶ — 510/511
¶ impius iulianꝰ lesus vlciscī nō ausa ꝯ nec a ꝯ. nec ab angelo ¶ dicit morie — 514/517
¶ ꝙ mors multis reuelata / ¶ pessimū opa motuerūt magis ꝑ morte — 513/514
¶ porphirij qui et tirius senex dicit ꝙ ratōe seu causa in ꝑ blasphemij ¶ — 515
¶ iulianꝰ in hor pithagore vias alexādri sortis fuit suadentis a primone — 516
¶ pax ioniniano facta cū ꝑsis nō ex dignitate nec romanis ꝑ hoc iuliano qui — 518
¶ fuit imputāda ¶ ex ꝑmissiani ꝙ ducēs legis sacras et templa ꝑ vrbes — 518
¶ pax cū exteris domi seditio. bellū autē pace gerit — 522
¶ celare themistiꝰ adulatore nam notati ¶ purpura adorat nō deū — 528
¶ varia factiōnū ariani ¶ et cōsubtale hoc ꝑtie religionis — 531
¶ libēs ꝙ nō libri animo facit quis aliquid — 534
¶ numer ¶ 318. pres nicene synodi cū numero virtutū abrahe queri — 536/537
¶ numeri ¶ vnica mersione baptizati / qui mutarūt formā bapt nō mutati — 540
tate ꝙ immutē ꝙ baptizātes. — 541/542
¶ sub quo ꝑtextu hieꝝ quida arbato ꝑ se gessabat ¶ hereses abstulisse negre — 543
que et iuste ꝑhibaf fuerit / mutat ¶ obiit martius ¶ — 544
¶ 80. viri pij in naui cōclusi iussu valētis imperatoris — 547
¶ auo himr ꝑ ꝙs migrās ¶ corpore excedam ¶ amicitia basilij et ꝯ. nazia — 548
¶ omnes basilij fres sancti int ꝯ ꝯ. ni sen ¶ cōiugat ¶ multi ꝯ — 550
vij ¶ amphilochius ab angelis initiat ¶ sacris. — 563
¶ factū puerorū samosatenoꝝ exorcismi ariani — 564
¶ loca et sententiā de ii. epīs nec vnquā fore pri. et filio ¶ pilat ¶ vbi ad orientē ut — 564
in afflictōe cōsolaret manū sua dicēs mihi et magno illius ¶ — 564
¶ ꝙ deus fuerit vbi nō dicit deū fuisse deū scriptū — 567/568
¶ abrosius neg bapt clericū ¶ epm magnū huīt loquēdi libertē — 568/569
¶ qua morte obiit valentinianꝰ imperator. ¶ ut genus ¶ ei ꝑfidie ¶ esse nisi ꝑpetuo — 571
¶ pecū ¶ meritus an cultui ꝑcipiēdi cōfessio / expulsi pecū ꝑ apparitōe ei ca — 571/572
theodori et alios monachos dicta de carne mortificāda — 575
¶ amonius sexti auricula sibi abscīdit ne epūs fieri inuitꝰ cogeret — 577
¶ constantinꝰ magnꝰ apūs ꝛc ¶ bathtbej mira abstinētia — 578/579
monachi olim et alij viri sancti vbiq; ecclesiis ꝑuisetia dei / ¶ cōe cōsortiū et institū — 579/580
¶ ruffinꝰ et euagrij in scala sorori ꝑclaudiarū ¶ opa euagrij — 580/581
¶ monachoꝝ quorūdā ꝑclara dicta et facta — 583
¶ pluralitas opinionū de reb ¶ et sanctis ¶ et iuuenc. ꝓtin ex dei ꝓuisēa ¶ ꝙ ratōe — 584/589
¶ ismaelite dein sarraceni dicti ¶ ratōe / sibi secta iudeis in multis ¶ barbari omnes mag — 585/587
nipē dñt filios ꝓcreatōe. — 588
¶ gotti ¶ ratōe ariani omnes fuere — 599
¶ dicti tyrani ¶ valēte imperatore: deus semi vinc — 600
¶ ca constantinopolitana quare trinitatis vocata / ¶ ꝑsecuti ꝙ fuerit in vna ci — 604
fugite in affrica. ¶ celeste ex terra.
¶ facti ꝑclarū amphilochi epi ad theodosiū imperatore ¶ ꝙ filii arcadiū
nectarij nōs bapt clerici in cōstantinopolitana vrbis nouę rome. sic ꝛc) aroma
no pone. i. primo post ip

¶ iam qui erat ictūs dei ¶ admoniti ejecerūt ani ¶ obsidionē ¶ fuit ꝙ annis a ꝛc — 145
sione qui ani dati fuit iudeis in ꝑnam ¶ ne ꝛc fuisset ciuitas orphana bonoꝝ.
¶ ioseph ꝑsidē a ex ¶ ioseph ut bellū iudaicū scribet cōsone ꝓdicte ap ¶ et ysaie — 151
nathā nicolaus bng ex. 7. diadoch ꝙ nō here ¶ de dicto matthie apti ꝛc — 155/156
¶ epla ad hebre. pauli lucas aut clemes traxtulit ꝛc — 158
¶ iherosolima desolatōe quesiit ¶ hierō ¶ alia vocata ab adriano — 162
¶ qui ex iudeis arena bapt ¶ semē ast lotꝰ ait ¶ plato ex boꝝ ꝛc — 173/174
¶ elana dicta iustini refert ex irineo in oībus iustini ꝙ nō fuit apud nos — 180
¶ apollonij ¶ et ¶ iustine apīs ut. 12. annos ab ¶ assertore manerent in ecclia — 200
¶ eusebij metr. a. b. bartholomeo hebraico genere exorto — 203
¶ clemes alexādri epla ad hebreos pauli hebraice scripta ¶ aluca ¶ ser iacobus — 204/205
¶ papa epūs catholi ro am venerabiliq; cultum ut coram stupabili mitteret — 208
¶ ya ipsorū ¶ sermonis sierā aut libri ¶ catholici ethicaq; nō codices ꝛc — 221
¶ arabū hereses se die morte ai corpore et ir ee ai exit aborgene ¶ fuisse data — 224
¶ origenis impia obiit morte / ¶ imperator ¶ philipp ¶ fabian ¶ in spectacule erat — 225/226
¶ ¶ sec ai origenē fuge abiurau in quos errores ministr ¶ ¶ ¶ ciprian — 230/231
¶ ciprian magicis libris ꝑsuasit ¶ et inuenisti puelle amore ¶ martir sem — 227
¶ cū simulare pei aut ꝓmittis ¶ ydolis sacrificare — 235
¶ seuerianꝰ lapso in morte cum missa ꝓ pueri ꝛc — 236
¶ secundo ¶ se apocalipsi 2. 3ª johānis epīs. et hoc cū eusebio ¶ et ¶ epla gaudia — 247
seu potig dissoniā in xbis et stilo ¶ sen basilij se esse dionisio — 248
¶ subintroducte mulieres ¶ dicat alī ut extranee seu aliene terre ab uxoribus et gnbi — 252
uis et ni ꝓhibet. cibus / heretq; cōlubina nisi nō dimittat ꝛc
¶ multi viri et fe qui se ipē occiderūt metu negādi dei et ꝓuisa ai ruine — 266/267
¶ cauphrasia et alij ¶ arte se ab impudica et impietate liberauit — 268
¶ basto cōstantini dcs ¶ ex ioue filius constat ex elena puella nō uxore — 272
¶ liber actus cornelio ex ¶ et pilati: malignitate exagit ¶ et publicat ¶ — 279
¶ ca tenet cōstātī a sibuestro baptum / et si deliret ¶ ei opīs asserēdes — 287/386
¶ sibile tauro in vita reuocato iudeis cōdixit ꝓbitas gnātino et elena mre — 288
¶ constantin iust die dnica ¶ celebrari: et die veneris ꝓfestiuū ꝛc — 289
¶ semnō vbi idolatrā sustinere nequit atr ¶ deū ara am facere cessauit ¶ cale — 299
xadrū que ea et succincte illi adiū — 312/313
¶ miraculū ¶ duo scripturi epī subscripsere nicene synodo — 337
¶ mercurij sacrificiū ¶ ter ¶ quo durdū sima ¶ nicena — 341/342
¶ ¶ sibille: olim felix in quo deus ipe pepedit ¶ ꝓphetia zacharie — 345
¶ simonis magi vanei mystice ¶ in diana galilee ¶ ex occulto inuentis ꝙ boues ꝛc ferūt — 346/347
¶ tres cruces a cōstantino facte sub tribus ꝛbis. ut ¶ vinc ¶ deus in eis culto apud vna — 349
¶ iam sacrificijs meruerit ꝛn gambet / nō ja cruenta ai ¶ sed ure et fusco. — 351/352
¶ meg bona vis antiquor sanc et astutiū inuentrix. nō ego ¶ vis / diu nauc — 359
nulla ¶ ¶ ars ad ꝓfectū ¶ futura ¶ vita in ternij. et sophie ꝑfectū — 362
¶ euthichian ¶ gre diu ꝓtiterit: et miraculis patrator in hierosolima nouatiana — 363
¶ dionisij viridi
¶ opinionis de ca mortis arrij / et sen athanasij. et constantini ꝑfectis — 382/383